8
8 Nh
23


Digitized by Google

8. J
5. 7. IX
11 6. 9

Garcia
Concionator
evangelicus

Google

Digitized by Google



EVANGELICI CONCIONATORIS, ET NOVI HOMINIS INSTITVTIONIS

EX DOCTRINA VERBI

Dei { Patris in veteri Teſtamento, Filij in Euangelio, Spiritus ſancti in Paulo, Canonicis & Apocalypſi,

TOMVS SECVNDVS.

Auctore FRANCISCO GARCIA del Valle Calagurritano, è Societate IESV.

NVNC PRIMVM PRODIT.

Cum Priuilegio Regis.

LVGDVNI.

SVMPTIBVS IACOBI CARDON ET PETRI CAVELLAT. M.DC.XXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

EXCELLENTISS^{MO} DOMINO
D. FERDINANDO HENRICO
A RIBERA,
ALCALANORVM DVCI, TARTESSIÆ MARCHIONI, MOLLARIVM COMITI,
MAXIMO BÆTICÆ PRÆFECTO,
Principatus Cathaloniæ Proregi

FRANC. GARCIA DEL VALLE
S. & F.

INELVCTABILE Fati neſcio cuius Imperium (EXCELLENTISSIME PRINCEPS) & iugulo velut impendens neceſſitas, non equidem vlla de me prædicandi cupido, à vaga illa & libera pro ſuggeſtu dicendi via ad anguſtum quendam ſcribendi gyrum compulit inuitum, cuiuſmodi ſe conſtrictum ſolitus eſt dicere noſtro hoc æuo penicillo nobilis Titianus, qui noto illo lituris, temereque ac pænè citra artem omnem deciduis maculis, non leni (vt mos eſt) ductu pingendi primus luſit genere, ratus ſe, vti ipſe ingenuè fatebatur, aliter ad ſublimitatem & argutias Michaelis Angeli, Vrbinæ, Corregij & Parmeſani, nec propè quidem poſſe accedere: quod ſi vix tandem aliquando aſſequeretur, nihilo meliorem exiſtimationis locum, quàm ab illis primum vnquam ſortiturum. Vis ergo quædam (læuum auſpicanti omen) à communi dicendi orbita, ad diuerticula, & ſaltus ſcribendi, id eſt, ad lituras haſce, & καλασίγματα detorſit. Fateor me nunquam contentis quantumlibet noſtræ facultatis neruulis, NOVO huic HOMINI, & EVANGELICO CONCIONATORI ſpiritum indere, verùm neque ad ardentem illam Fr. Alphonſi Lobi, fulgurantémque dictionem, vegetam, ac planè maſculam Patris Auilæ virtutem, nec Ramyri noſtri flexanimam cum imperio lenitatem, nec amentatam nitore & concinnitate Magiſtri Caſtri vehementiam, neque ea demùm quam noſtra hæc ſæcula in Concionatoribus iure optimo demirantur, & celebrant gloriam, imitari potuiſſe. Co-

Quanam cauſa ſtilum ſumere loquentem permouerit.

got (Dvx Excellentissime) feror, inquam, ab horum impreſſis ad æternitatem veſtigiis longè deuius, dum artis rudimentis, & indolato dicendi genere Novvm hunc Hominem, nouus ipſe & inſolens tento edere; (quid enim à nouo, niſi nouum expectes?) Illud certè me non ſatis miror auſum: cui cùm non omnino ſit noſtra tenuitas ignota, illum mihi patronum ambitioſiùs adoptarim, cuius acutiſſimè cernentibus non oculis, ſed radiis ſolaribus degeneres vſque adeò fœtus exploratos primùm velim, quos ſicubi leuiſſimè peccatum fuerit, nequaquam lynceos fallet. Verùm enimuerò, mitiſſime, æque, atque acutiſſime Phœbe conniuendum tibi pro tua in noua ingenij germina indulgentia, erratis iam nunc denuntio, noſtróque planè magno animarum ſalutis ſtudio condonandum: certè ſi quid ex alto detiſeris, iudicióve mutaris, deprehendes ſaltem quò non adigat mortalium pectora ferrea neceſſitas; ſi quid verò vngue non adeò notandum occurret, diuino tribues verbo, Archetypo vtpote optimo, à quo quòd ſint & viuant, habent vniuerſa.

Erratis indulgendum & ſtudio animarum: at Dei verbo, ſi quid laude dignum tribuendum.

Qva profectò in re, quod gladiatoriæ artis vtcunque peritis vſu venit, mihi ipſi dum diuinum contrecto verbum contigiſſe video. Hi enim ſi quando cum peritioribus depugnandum vident, vitæ periculum conſultiſſimè fugitantes, ori primùm admota, dein humi poſita rudè, bellè competitori cedunt. Luſeram ſatis rudibus incluſus hac dicendi palæſtra, & diuini verbi puluere, ac iactu quidem qualicunque Novvm hominem deſignaram, ictibus petieram, ac meo perfeceram modulo opus æſtimabile; ex quo tamen tibi idipſum argumenti Matriti in manibus & oculis eſſe, animaduerti, aleam certaminis omnino detrectans, haſtas abieceram, fugam illico exploraram, ac ludo tandem ceſſeram, hoc vno contentus, quòd te Optimates optimæ ingenuitatis exemplar, literati exquiſitę literaturæ documentum, probi, ac pij ſpitans antiquæ Fidei ſimulacrum haberent. Quem videlicet intuiti Concionatores, ſacra hæc ſua euoluentem volumina, verbaque excipientem, multo fierent ad ſui muneris partes obeundas alacriores, ſolertiores, ac tuo demum intuitu diuiniores.

Cenſoria virga in præclaro Duce, non minus quã virtutis bellica arma reſplendet.

Qvæ, obſecro, ratio tuę Celſitudini ſuaſit, vt Librum hunc ſacrum, morum, officiſque Magiſtrum ſequerere, omiſſis interim literaturæ politioris, qui paſſim humaniter Doctorum oculos illectant libellis? Non alia, credo, niſi qua improbares, & acerrimo iudicij ſupercilio, procul eorum inſaniam abſterreres, qui huic tantæ ὑποθέσει & argumento bellum indicunt, inanémque ac futilem tanto operi impenſam operam appellitant, cùm tanta ſit, vel eius nominis amplitudo, nedum Authoris nobilitas Dei [a] videlicet ſcopus altior, quàm vt humi ſtratus animus intueri queat, Chriſtus [b] materia planè diuina, mirandum videlicet primi hominis primordium, eiuſdémque poſt lapſum opus rediuiuum, exactiſſima methodus [c], eloquij (etiamſi nolint ſcioli) nitor egregius, ſumma tandem omnia ab hoc ſacro fonte, non à turbidis Ethnicorum riuulis, ne dicam fœtentibus lacubus limpidos petis latices [d], perſpicuam ſcilicet honeſtæ vitæ doctrinam, vitiorum deteſtationem, Numinis cognitionem: neque à Budæo, aut Platone hauſiſti, quantumuis illi à voluptatum ludo, & prophanis ſcientiis ad diuinum virtutis & literarum ſtudium & agonem perfugium commendarint; ſed à Baſilio, inquam, Cæſarienſi [e] hæc ſunt deriuanda, qui ſic ait: *Ego ſanè poſtquam multum temporis vanitati impendiſſem, & omnem propè iuuentutem inani ſtudio attriuiſſem, quo tenebar, cùm apprehendendis infatuatæ à Deo ſapientiæ diſciplinis immorabar:*

Sacra Scriptura honeſtiſſimum ſtudium.

a *Ioan.* 7. 16.
b *Rom.* 10. 4.
c *D. Greg. lib.* 20. *mor. c.* 1.
d *D. Cyril. Alex. lib.* 7 *contra Iulian.*
e *Baſil. epiſt. ad Euſtat. Sebaſtian. Epiſcop.*

morabar: tandem aliquando velut e graui ſomno expergefactus, ad Euangelicæ veritatis admirabile lumen reſpexi, agnouique inutilitatem ſapientiæ Principum huius ſeculi, qui abolentur, deplorata plurimum miſerabili mea vita: ductorem mihi dari optabam, qui ad pietatis me dogmata induceret. Solutus videlicet es, ſapientiſſime Heros, imò nunquam ſoporatus es eo lethargo, ab errorum tenebris ad clariſſimum veritatis iubar longiſſimè abiiſti, atque ab humanæ eruditionis ſchola & arena ad Theologici Gymnaſij oleum, & quidem Encyclopædiam aditum ſtrenuus Athleta muniiſti.

Migrandi a prophanis ad diuinas literas & præclariſſimorum Doctorum poſt vanitatis experimentum conſilium.

QVID ergo eſt, ô viua bellacis pariter & paciferæ Palladis effigies, quòd belli inſtrumenta, & Sophiæ ſimul inſignia Enſem & Librum, ambidexter vtraque oſtentes dextra? (neque enim læui quidquam in te video.) Quid ſibi vult noua hæc in Heſperio Armatena coniunctio? Quæ iſthæc belli paciſque fœdera, mutuíque complexus? In te enim ſempiterno diſſidio ſeparata, te internuncio conciliara mirificè conſpirant: nec verò ſilent leges inter arma, aut cedunt arma togæ? Num auito per tot egregiè facta tracto gladio ſapientiæ ſplendorem coruſcanti iuuat addere? Vide, quæſo, ne Soli lumen, quod dicunt, mutuare velle videaris. Hoc demùm illud eſt, quod quam aliis ademiſti, hanc tu te tibi certaminis gloriam reſeruaſti, quòd tecum vnus certes, te vincas egregium militem ac Ducem melior Chriſtianæ ſapientiæ Antagoniſtes. Macte excellens vir animo vtriuſque ludi peritiam albis alitibus profitere: perſonant enim victricis belli paciſque artes alternantibus hinc inde choris tibi notiſſima præconia, orbíque vniuerſo & rariſſimo virorum numero tranſcribunt.

Literarum & ſacræ Paginæ cũ bellatricis virtutis diſciplina cõiunctio.

SCIEBAS equidem, quantopere reddat memorandum Magnum Carolum Baronius ſacro Volumine præſignem, quem non ſemel eruditiſſimus Albinus (à quo toties & veteris & noui Teſtamenti pagina lucem traxit) de grauiſſimis rebus conſuluerit: ima epiſtolæ cera facilè reperies. *Sit* (inquit) *Deus tuus benedictus in ſempiternum, qui conſtituit te Regem, vt faceres iudicium & iuſtitiam: beati ſerui tui, hi qui ſtant coram te, & ſemper audiunt ſapientiam tuam.* Nec mirum hæc præſtare Moderatores orbis, qui à maieſtate Imperij alienum nuſquam ducunt, ſi ſanctioribus, Euangelij præcipuè præconibus cælitus renuntiatis, cedant, vt videre eſt vel in vno ſancto Equitio, de quo ſic Gregorius: *Per ſemetipſum ſacros Codices in pelliceis ſacculis miſſos, dextro, læuóque portabat latere: & quocunque perueniſſet, Scripturarum aperiebat fontem, & rigabat prata mentium.* Quod verò hæc nobilis cura ſacras literas fouendi purpuram, & maioris notæ Proceres minimè dedeceat, imò commendet potiùs, haud obſcurè Cardinalis ille Andreas, Baronio[a] teſte, & viuus teſtatur, & moriens, dum ſacra hæc pignora ſinu nuſquam ſibi pateretur auelli. Hæc illi pretioſa ſupellex, hæ reconditæ gazæ, hi demum ſplendentes auro gemmíſque abaci; & vt à tanto ſacri pilei decore ad ſanctæ eloquentiæ flumen Petrum Damianum[b] non abeam, quàm non ille hunc ſacrum Theſaurum parui fecerit, vel ex eo liquet, Perſica ſiquidem egreſſus, *ſolummodo peram circumferebat, ſacrúmque Codicem Euangeliorum habebat.* Verùm, quid ego ſingulos memorem Cardinales, cùm Concilium Treuirenſe omnium quotquot ſunt habita nouiſſimum Epiſcopos & Sacerdotes vniuerſos aliquam è Bibliis ſaltem partem manu geſtare iubeat: quod arctiùs interpretatus Gregorius Lopez, Sacerdotes teneri docet domi repoſitos habere, potiſſimo veluti penu, in pios vſus libros, præſertim Biblia. Origenes illiúſque beatioris æui laudatiſſimi quique doctrina Patres, qui Gigantum greſſibus ad aſtra

Tom. 9. an. 778. num. 15. & 22.

Greg. Mag. dialog. lib. 1. c. 4. Baroni. tom. 6. ann. 504. num. 16.

a *Tom. 7. anno Chriſt. 585.*

b *Lib. 1. epiſtol. epiſt. 9.*

Conc. Treuirenſe.

Greg. Lop. Partit.

prope

propetabant, terram peragrantes, non niſi piæ huius ſarcinæ baiuli, &, vt vetiùs dicam, pondere ſaburrati, iter facere mos fuit, Barnabam, inquam, Philippum, & alios, quis neſciat, nunquam tam onere expeditos itare conſueſſe, quin ſecum alas haſce in via agitarent. Neque priſci ſeculi non dicam Virgines, ſed Heroides, Chriſtiades, Cæciliæ, & Catherinæ, ita corporis cultum neglexere, vt penſile hoc Euangelij toreuma pro decoramento maximo manu non paſſim oſtentarent: in quo quidem extat D. Chryſoſtomi acerba ad eas reprehenſio, quibus pium hoc geſtamen morum luxu in elegantiæ ſolum fluxiſſet fucum, nam collo pendulis auro rubentibus eiuſmodi libellis inanem formæ captarent ſpeciem, cùm manu potiùs ſacti libelli geſtandi forent.

Circunferendi ſacrum librũ mos antiquorum Patrum.

VIDEO te ſitientiſſime horum Agalmaton Spectator, auida expectatione pendere, cùm Eccleſiaſticæ diſciplinæ abundè ſuppetant exempla, quæ tandem libri manu geſtandi exotica & peregrina alia Equitum proferam documenta. Sìntne qui tibi concinant hinc ſactorum Bibliorum, inde gladij fulgentis folia, aciéſque geſtanti. Adeundæ eius rei gratia nobis ſunt pulchræ, non ſecùs atque horrificæ Martyrij officinæ; nec verò illecta, aut ſemel erunt tibi viſa illa antiquorum Patrum & Athletarum ferro & chartis inſtructa, pro aris & focis pugnantium ſimulacra. Nobiliſſima ſunt Chriſtiani militis Liber & Enſis inſignia, an quia iuſſit olim Chriſtus Dominus, ſublata humero Cruce ſuos ponè ſequi, ſi modò ſuo illo lycæo digni videri vellent; quorum verborum ſcientiam doctiſſimi quique ſic aperiunt, vt intelligant Chriſti diſciplinæ non alia eſſe inſignia, quàm de Euangelica doctrina librum, quem ita obfirmatè ſibi tuendum ſtatuant, vt cruore ſtillante ſæuientium Imperatorum manus adeò non perhorreſcerent, vt potiùs ſecum gladium ſpontaneæ mortis ſubeundæ inſtrumentum conferrent: humeris igitur, vti nunc à quibuſdam Iaponibus mos eſt, iuſſi tollebant Crucis gladium, & quidem ſtricto mucrone, ne quid eſſet Tyrannis negotij in nudando, ſicubi foret pulchrè pro tanto Magiſtro iugulum porrigendum. Hoc nimirum eſt, quod volumen illud Ezechieli porrectum, ori admotum amaricari cœpit, cui ſubinde præcipitur, ſartaginem ſecum deportare, quaſi is qui tam exquiſitam & amarulentam publicæ deſolationis traditurus eſſet doctrinam, paratam deferre ſartaginem iuberetur, qua ſtatim igne torrendus à Chaldæis ad manum, vt aiunt, haberet ſartaginem, quibus id ſupplicij genus, cuiuſmodi Crux Romanis fuit familiare.

Math 16. 24. & Luc. 9 23. Tollat crucem ſuam. Liber, & enſis Chriſtiani militis inſigne preclarum.

Ezech. 2. 8. Ezech. 4. 3.

Innumeri Martyres ea de cauſa in mortem traditi, quia ſacrum librum è manibus tradere noluerunt.

SPECVLARE igitur, editiſſime veritatis explorator, atque è tuæ mentis aureis menianis proſpecta Martio, ſi libet, campo diſpoſitis ritè ordinibus, ad tympani corda pulſantis ſonitum, ſacro pendentis Agni præeunte labaro, militari planè procedentes inceſſu conſpicuas ære catervas demùm plerumque Martyrum millium, qui ne Diocletiano vlli manus cum ſacro libro darent, palmæ immortale decus petiere impigrè per tela, per ignes. Verùm quid ego vnam aliquam cohortem, aut certum numerum deſignem? cùm ſepties centum, & eo amplius millia militum, ſi ſacros Annales diligenter euoluas, facilè repetias, qui vitam eo nomine volentes profudere. Vnde qui cruciatuum metu trepidi Librum traderent, authoribus Euſebio, & Auguſtino, Traditores dici cœpti. Quare quæ de dilectionis vi Tertullianus ſcripta prodidit, flecti facili negotio in diuini ſermonis virtutem queunt, *Verbum Dei Hominem Martyrem excudit.* Verùm non ſatis habeo, niſi pluſculum aliquid eius addam robori, quo vno effectore, tot tantaque Martyrum,

Auguſt. citatus à Baronio to. 2. ann. Chriſt. 302. Tertul. aduerſ. Gnoſt. c. c. 6.

rum, Confeſſorum, & Optimatum referta agmina extitere; talem teſtatus eſt ille voluntaria extructarum opum pro Chriſto abdicatione nobilis Serapion, qui ad ſummam extremæ mendicitatis inter pauperes redactus inopiam rogatus à quo tandem eò egeſtatis adductus eſſet, ſanctum Chriſti Euangelium authorem protulit; aptiſſimè ergo his annumerande vir volumen manu præfers.

Qvod autem non communi cum cæteris gloria, ſed proprio & peculiari nomine gladium pro ſtemmate victa fortuna, inuito tempore, inuidia ne quidquam fremente circumferas, teſtis omni exceptione maior adſtruat fulmen illud belli in Hiſpania contra Pompei filios pro Cæſare peracti anno ab orbe condito 3959. L. inquam, C. Ribera, cuius pernobile monumentum cernere eſt Calæciæ ad Limiam flumen hiſce characteribus peruetuſto lapidi inſcriptum:

D. M. S.

QVEM VIDES VIATOR PVTABIS CINEREM ESSE ROMANVM. ERRAS. VIDES L. C. RIBERAM HISPANVM BELLO FORTISSIMVM. NEC FALSO GLORIOR. QVI BELLO CONTRA M. POMPEI FILIOS D. C. IVLII CÆSARIS COMMILITO TRIBVNVS PRE. COH. LEG. X. PRO REP. ROM. INNVMERIS VVLNERIBVS OCCIDI. NEC HERCVLES QVEM GADES COLVNT, NEC IVPITER CAP. QVEM ROM. ADORANT, NEC DII OMNES LAT. ERIPERE ME A MORTE POTVERE QVVM CADEREM CADAVERE NON COGNOSCENDO VVLNERIBVS, MILITES CAVSA PIA HIC ME POSVERE. VALE.

Qvis hic non videat teſtatum Tuos Riberas non plus Romanorum Cæſarum ſanguini debere, quàm eſſet in ipſis naſcentis Imperij crepundiis Ducem inter ſummum ac Commilitonem, Tribunum, Præfectúmque maximum intercapedinis. Ab his hauddubiè de manu, vt aiunt, in manum, per Reges nimirum ac Principes varios victrix, multorúmque cæde, & ſpoliis opimus enſis traditus eſt ſydereo illi militaris diſciplinæ lumini, Sarracenorum terrori, Heſperiæ decori vniuerſæ, *RVT LOPEZ DE RIBERA*, quem longè retrò petita Tui generis, pérque maſculam auorum ſeriem inde vſque ducta origine ab Ramyro huius nominis poſtremo Oueti, & Legionis Rege, ingenuóque Principe Vellosio ab Rodericis, Ferdinandis, Pereziis, Lopeziis, Rviziis, Gonsalvis de Ribera, cum Gotthicis Comitibus, cum Caſtellæ Regibus, ſemel ac iterum, cum Froylis, Gueuaris, Caſtris, Pontiis de Leon, aliiſque Hiſpanicæ nobilitatis columinibus communicato ſanguine prognatum, inficiabitur nemo. Huius egregia, quâ pace, quâ bello edita facinora longè maiora ſunt quàm arctis nuncupatoriæ cancellis valeant circumſcribi. Illud molli ſaltem brachio perſtringendum quòd Tariffa, in ſummo rerum noſtrarum diſcrimine, ſtrenuè propugnata ab Caſtellæ Rege Alfonſo XI. ad Albohacenum Maurum legatus, atque præ nimia ſuperbienris innata ferocitate Principis, ad eſum carnium die Veneris in Chriſtiani cultus & nominis deſpicientiam prouocatus, non mòdò pio fortíque animo perdito reſtitit Imperatori, verùm etiam mox illi bellum terra maríque tanto animi ardore indixit,

Regia ſtirpe, aliiſque nobiliſſimis inoculatur non ſemel Riberarum propago.

Chron. Alfon. XI. c. 105. 248.

† 4 vt

vt Sarraceno in ſtuporem acto ſoſpes ac ſaluus remitteretur ad propria. Ea eſt ætherei Numinis, diuiníque Imperatoris in militibus verè Chriſtianis benignè tractandis ſolertia.

P. Maur. Ferrer. Caſtel. lib. 1. hiſtor. D. Iacob. cap. 12. fol. 167. §. San Rudeſindo ſeñor de la caſa, y ſolas de Ribera, &c.

Inſigniores hæ literæ extant in ampliſſima & ſanctiſſima Hiſpalenſi Carthuſianorum domo.

ILLVD tamen multorum inſtar ſtemmatum, ad gloriámque eximium Tui nominis & Domus nunquam intermoriturum, nec à Ramyro Rege acceptam, gens tua meritò oſtentat pellucidum veluti tantæ claritudinis fontem diadematum ſanctiſſimis radiis ſuſpiciendum Beatum RVDISENDVM antiquitatis primigenæ, laude RIBERAM. Vnde rectà Hector ille noſtras, Hiſpanus ille Leo prodiit in lucem PERAFAN, cuius res præclarè geſtas, monumenta Scripturarum Carthuſiana non ſilent.

AQVI YAZE el Illuſtre ſeñor DON PERAFAN DE RIBERA, Adelantado mayor de la Andaluzia, Fundador de la Caſa de RIBERA, hijo de los Iluſtres Señores Don RVY LOPEZ de RIBERA, y doña Iñes de Sotomayor, el qual ſu vida gaſtò en ſeruicio de Dios en las guerras contra Moros, y en ſeruicio de ſus Reyes Don Pedro, y Don Enrique ſu hermano, y Don Iuan ſu hijo, y de Don Enrique ſu nieto, En el tiempo del qual murio, auiendo gaſtado mucho tiempo de ſu vida en guerras, por las quales los hombres ſe hazen immortales.

CASTELLAM pro Ferdinando Principe, cùm is Aragoniam peteret, gubernàuit. Antequeram ab Maurorum iugo aſſeruit. Hoſtiles copias ſæpenumero profudit, & alia quamplurima pietatis, prudentiæ, fortitudinìſque monumenta poſteritati reliquit.

HINC hæreditarius iure tranſiit gladius ad DIDACVM GOMEZ A RIBERA, à Peraphano primò genitum, Cautiſſimum nempè Ceraſtem, qui intercluſo vndequaque aditu vndantes hoſtium impetus virtutis mole oppoſita repreſſit, iacturáque non leui fudit, atque vnà cum Rege planam illam propè Granatam camporum regionem populabundus cucurrit, prouolutis ad genua obſequij ergò Barbaris Infantem Benamaulem inſigniuit Regia Corona, eundémque qua erat Regali Cydari inſignitum Granatæ Regi Catholico ſupplices dare manus coëgit, vbi ferox ille animus, beneficio magis, quàm armis victus, intento demonſtrans digito, *En* (inquit) *ô Rex ſumme, cuius ope regnamus.* En periocham literarum quas ipſe Yuçaph Benamaul dedit ad Ferdinandum Regem Granatæ in Alhambra 6. Kal. Febr. 1432.

SEÑOR.

EL vueſtro vaſallo Yuçaph Belalmao Rey de Granada, beſo vueſtras manos, y me encomiendo en vueſtra merced. Al qual plega ſaber, que yo parti de Alora, y fui a Granada, y recibiome la Caualleria, y beſaronme la mano por ſu Rey, y entregaronme la Alhambra. Eſto ſeñor fue por la gracia de Dios, y por vueſtra buenauentura, y de la de vueſtro Adelantado. El Rey Izquierdo ſe fue à Malaga, y ahora va contra el, DIEGO DE RIBERA vueſtro Adelantado.

PRODEAT tandem coronydis loco, epigraphe ipſius ſarcophago Hiſpali ad Carthuſianorum templum impoſita.

AQVI YAZE el Iluſtre ſeñor D. DIEGO GOMEZ DE RIBERA Adelantado mayor de la Andaluzia, el qual deſpues de auer ganado a Iſmajar en el Reyno de Granada y otras muchas fortalezas, y vencido muchas batallas contra moros, cercò la villa de Alora, y auiendola combatido, y hecho vn portillo, y viniendo à partido y a hablar con el, ſe quitò la viſera, y le dieron vna ſaetada en la boca, de que murio. Gaſtò todo ſu tiempo en guerras contra

Moros,

Moros, de cuya cauſa ſu memoria ſiempre viue, y viuira; Porque quien à Dios ſirue, es razon que ſea anſi.

NVM aliunde poteſt maior ſplendoris acceſſio gladio fieri? Etiam poteſt. Primi illius Peraphani ſimillimus extitit alius Tertius à Primo Præfectus PERAFAN, cui Varonis Clariſſimi Mollatium Comitis, Catholicorum Ferdinandi & Eliſabethæ firmitudinis ac roboris aptiſſima prænomina data ſunt. Deerat iam quem ſe efferens excurreret Riberarum gloria, campus, ni D. BEATRISIAM eodem cognomento nobilem ſecula tuliſſent, quæ aureo curſu & pleno alueo Tarteſſiæ Principatum exorberet, nexúque coniugij tractum D. PETRVM ENRICVM ſecundò Fadriquij Naualis Præducis, ſeu Almirarchi, vulgò *Almirante*, filium, ad tantæ magnitudinis verticem eueheret. Nec multo pòſt clariſſimi tui ſtemmatis plenus apparuit orbis, ENRICORVM Præducum Naualium, addito colophone; delatus enim tandem eſt bonis auibus ad Ferdinandum Enricum de Ribera ſecundo ab Enrico genitum loco, Mollarium Comitem ordine quartum, Alcalanorum ditionis primo Dominum ſidereus Enſis, cuius in dextra mirificè enituit, aliis namque Regni Proceribus defectionem à Rege molientibus, tuam vnius fidem, tuam, inquam, fidem expertus eſt Cæſar, te vno fidiſſimo cauſæ propugnaculo aduersùs perduelles deſciſcentium turbas ſtetit imperium.

ECCE Tibi hæc dum aguntur, ecce Tibi è piis auorum cineribus promicans infert ſe nouus PERAFAN Secundus Tarteſſiæ nomine Marchio, Sextus Mollarium Comes, primo Alcalanorum Dux, cuius velut in gratiam ſecundum in lucem edi oportuit Philippum. Hic primùm Proregis munere lætis quaſi proludens adminiſtrationis auſpiciis Tarraconenſem Hiſpaniam cædibus & latrociniis infeſtam, perditis graſſatorum manibus hinc inde erumpentibus, conſilio & arte expurgatam Regi tradidit. Neapoli, dein eodem functus, prudentiæ ſingularis nunquam delenda monumenta locauit. Quare à Prudentiſſimo item Rege, Dux primùm de Alcala renunciatus eſt, qui Regi Catholico plura, iuſtaque Regna dedit, Chriſto, eiúſque Eccleſiæ D. IOANNEM A RIBERA ſacrum priùs pacis Iuliæ Antiſtitem, Valentiæ poſtmodum Archiepiſcopum, Antiochiæ Patriarcham, optimam Præſulum normam, Concionatorum ſpeculum, bonorum cultorem, amplam ſcriptorum ſegetem, ſacræ Synaxis præconem vocaliſſimum, ſanctitatis, nominíſque Chriſtiani tubam, cum ingenti laude ſeculorum genuit. *Patriarcha Valentini venerandi Ioannis à Ribera elogium.* Alia verò ex cæli quaſi regione pari ſplendore viſendus Marchio à Malpica, indigetatus amplæ ditionis Dominus, egregiè Riberarum repræſentans gloriam affulſit tibi. Alius deinde FERDINANDVS A RIBERA Germanus D. Peraphani frater, illóque non indignus, non viuis modò, ſed mortuis clarus, Regum ſiquidem buſto locata cadauera Granata ad Diui Laurentij ædes in Eſcoriali magnificè tranſtulit. Ioannam Corteſiam duxit prædiuitem fœminam, cuius parentis opera Regi Indiarum acceſſio, Chriſto infiniti animarum gregis accretio immenſa facta eſt: nulli iam ſupererant fines, quos vltrà propagari terra tanta poſſet familia,

Preſſerat Occiduus Tarteſſia littora Phœbus.

(Viden' vt clara tui nominis gemma antiqui Naſonis belli ſcintillet carmen?) Cùm te continuò è mediis illius quo clarior appareres, vmbris ex ortu nouo lux ſuſcitat alma, & ad Tarteſſium grata vice gladium vocat FERDINANDVM A RIBERA Tertium Alcalanorum Ducem, quintum Tarteſſiæ Marchionem, Octauum Mollarium Comitem, Maximum *Noſter qui nunc floret Ferdinandus.*

Bæticæ

Bæticæ Præfectum. Ergo Dux inclyte, tot nobilitatis imaginibus inſculptum Libro, Enſeque grauem arripe clypeum, & in illo expreſſa auorum facta. Nepotum fata humero attolle tanti nominis proauis breuis, par tamen ſumma: multorum enim laudem vnus adæquas, eorúmque gloriam tua virtute renouatam videmus, non ſperamus vt ſparſim per tot natales fuſa lumina, cælum veluti quoddam ſolus colligis, in quo Solem ſua ſidera norunt, an non in te illa ſunt auita, vt etiam ſint propria ſidera Pietas, Religio, Conſilium, animi celſitudo, morum nitor, ætas præclarè locata, bonarum artium patrocinium, ſingulare acumen ingenij, addiſcendi indefeſſa auiditas, prudentia à te ipſo nata, rerum vſu, & omnigena lectione nutrita.

Is denique es, FERDINANDE, Dux inclyte, qualem optare, & potuit & debuit huius quem trado libri genium, qui manu exceptus altera, alterius ſe egregiè ſtricto tantæ authoritatis mucrone tueatur. Trado igitur eo manè tempore cùm Tarraconenſi adminiſtrando Regno adornas expeditionem, eiſdem vt felicitatis auſpiciis ad ſuum & quidem ſummum in te noſtrum opus, ac ipſe ad tuum Imperij gerendi faſtigium peruenias; quamquam enim iuſto ſegnius (quæ tua eſt morum grauitas, conſiliíque maturitas) ad dignitatem properaſti: hæc tamen ipſa mora dignitate non caret. Etenim virtus progredi ſenſim magna conſtantia; ſubſultare Fortuna maximè ſolet, ac tranſilire gradus. Euge Triumphator Enſis, æternùm inibi commoráre, haud altiorem hac dextra tholum optare potuiſti, iſthic, inquam, altè inhære, non equidem Domini tutamen, ſed Imperij clauus, ſed Regni cuſtos, æquitatis trutina, improbitatis fulmen, temeritatis frænum, ac tutum Religionis præſidium. Non hic Liber tibi vberiori quippe tui otij fructu incurueſcenti Riberarum Palmæ, ſed iam ſuppullulanti FERDINANDO proderit; tali ego filio quid potius optem, quàm quem habet Patrem diutiſſimè incolumem, quo filio meliùs innoteſcas? Tibi enim dum geſtis inſiſtis, ſimilem eadem opera finges, in quem te totum tranſlatum hæres excipias, tua tibi reſponſet vox, reddatur imago, loquatur ſapientia, nec aurea ſolùm, aut marmorea, ſed viua, atque eadem tibi repræſentet ſtatua; equeſtri namque, miti quantumlibet, generoſáque natura pullo, addit tamen decoris ac pompæ ad equitandum venuſta Magiſtri equitum diſciplina, ac quemadmodum præclari emenſi ſtadij, & exacti curſus finem propoſita gloria excipit merces, ſic ferme eadem poſteris exemplum, hæredi vitam, virtuti ac nomini ære perennius ſtatuit monumentum. VALE.

D. Ferdinandus filius natu maior, moribúſque per ſimilis.

SENE

Digitized by Google

SENECTVS.

PECCATI CONFESSIO QVÆ PLVRImum ſemper ad innouationem hominis contulit, ſuadetur: diſcuſſionis, pudoris, doloris atque ſatisfactionis forma datur.

INSTITVTIO XLI.

Senec. epiſt. 63.

ETSI pœnitere infelicium eſſe dici ſolet, quia remedio indigent 22.
peracti & triſtiſſimo, ipſa autem pœnitentia tibi, ô ſenex, opportuniſſima eſt, vt diuinitus renouato, libertas quæ culpæ aditum aperuit, nunc ſanctitatis ſit mater, & recuperandæ gratiæ principium. *Hæc* enim *libertas* (ait Auguſt. [a]) *medietatem quandam demonſtrat, quæ pœnitendi humilitate altitudinem ſuam recipit, buelue por ella el hombre a ſu alteza.* Liquet hic reditus in illo perdito filio, quem cùm ad patrem repetit, humilis reſipiſcentia in tam ſublimem locum extulit, vt natu maior frater inuidia correptus in domum intrare nolit, quaſi innuens, omnia quæ in ea ſunt, peccatorem ſibi à die conuerſionis ſuæ acquiſiuiſſe: nam licèt ipſe *ſicut vnum de mercenarijs* ſe reputat, veniens autem & menſæ accumbit, & ſicut domino omnes famulantur; *nam pœnitendi humilitate altitudinem ſuam recipit.* Surgit autem ipſa humilitate, & animi demiſſione extolli meretur. *Surgam, & ibo ad patrem meum*; ſurgam ex vilitate & ſordibus vbi iacebam. *Iacebat* (ait P. Chryſologus) *qui dicit ſurgam, agnouit caſum.* Modum autem ſurgendi ſubdit, *ibo ad patrem meum.* Hoc vno verbo omnia comprehendit, nam, vt notauit Hieron. ſcala illa, quam vidit Iacob, iter ad cælum facilémque aſcenſum denotat. *Per illam aſcendebant Angeli, & deſcendebant, vt nec peccator deſperet ſalutem, nec iuſtus de ſua virtute ſecurus ſit.* Angeli aſcendere dicuntur, quia qui virtute & ſanctitate Angeli ſunt, poſſunt deplorando caſu in peccatum ruere, & iterum eximij peccatores ad angelicam dignitatem reuocari. Interim autem ſemper innixus ſcalæ adeſt Deus, & eſt Pater tam aſcendentium, quàm cadentium, nec deſinit eſſe Pater, vt expertus hic iuuenis loquitur: cecidit quidem à menſa patris ad porcos, & à beſtiarum cibo ad menſam iterum reuocatur, quia pater ſemper eſt pater, & ſtanti & cadenti, quod ipſe prudens dixit, *Pater, non ſum dignus vocari filius tuus*; cur ergo vocas eum patrem, ſi indignus es nomine filij? Dicam, quia in me mutatio iſta potuit euenire, at in patre meo haudquaquam paternæ conditionis mutatio eſt, ſemper adeſt ſcalæ, & cadentem ad ſpem vocat, ſemper cùm redeat eum ipſum patrem futurum, illique redeunti affuturum affirmat, ſi verè pœniteat, ſi verè peccata confiteatur.

a Serm. 7 de verbis Domini cap. 1 & 2.

Remedio de infelices la penitencia, decian los gentiles pero vn Christiano llama le felix remedio.

b 2. Contra Marcio. c Lib. 6. inſtitutio.

Pœnitentia igitur quæ ab initio orbis adumbrata eſt, vt ait Tertullianus [b], veraque 23.
confeſſio dici debet, non reſipiſcentia ſolùm, ſed, vt ait Lactantius [c], *confeſſio & profeſſio peccatoris ſe vlterius non peccaturum*, ſub nomine & ſpecie confeſſionis dedicata eſt. Apparuit enim Adamo Angelus ſub humana ſpecie quaſi miniſter, & rogat quaſi incertus, & hinc liberi arbitrij probans hominem in cauſa vel negationis vel confeſſionis, daret ei locum liberè confitendi. Ideoque, aiebat Ambroſius [d], *Vias meas enuntiaui, & exaudiſti me. Confitetur* (inquit) *errores Dauid, non negat lapſus: ſi enim ſe accuſauerit iuſtus, vocem parati accuſatoris excludit. Vtinam Adam ſe prius accuſare, quàm celare voluiſſet.* Nos ergo, quibus libera data eſt facultas pœnitendi, quóſque voces Prophetarum excitant, de pœnitentia agamus.

Antiquissima pœnitentia.

d Pſalm. 118. ſer. 4.

Spiritus ſancti gratia adſit neceſſe eſt.

24. Primus itaque huius diuini aſcenſus gradus eſt diſcuſſio ſui, veraque delictorum cognitio & pudor, quæ duo non niſi à Deo optimo, & eius ſpiritu veniunt. *Deus lumen oculorum te videntium, vita animarum te amantium, virtus cogitationum te quærentium*, aiebat Auguſtinus [a]. Nam ſpiritus confeſſores ad abſolutionem permouet, pœnitentes ad confeſſionem diſponit, concionatores ad perſuaſionem roborat, & ſicut cùm oſſa illa arida apud Ezechielem excitauit ſpiritus, ſuum locum quodlibet eorum tenere iuſſit; ſic Rex ponat hîc maieſtatem, ſapientiæ ſuæ immemor ſit, ſapiens, & fœmina neſciat pulcritudinem ſuam, & ſpiritum vitæ expectet, vt fateri, non leuiter narrare crimina, vt miſerias plagáſque cordis aperiat, non referat vanitates. Hic igitur compunctionis ſpiritus impensè poſtulandus eſt.

a In manuali.

Pudor in confeſſione.

25. Pudoris deinde decor quoddam quaſi ſacrificium eſt Deo gratiſſimum. Vnde Dauid, *Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum.* Vos qui nunc recèns in filios adoptandi eſtis, & qui poſt lacrymas Dauidis nati, ſicut Salomon, in regnum vocandi eſtis. *Adorate Dominum in aula ſancta eius.* Legit ex Hebræo Caietanus, *Incuruamini Domino in pulcritudine ſanctitatis*; præmeditamini quali cultu Deum venerari oporteat, ſunt namque ſanctitates pulcræ, aliæ inelegantes, confeſſiones compoſitæ & ornatæ, aliæ incompoſitæ, nam qui animum ad confeſſionem non componit, non confitetur, ſed capillos pandit, & ineleganti facie peccata quaſi alienam & vanam hiſtoriam narrat. Pudor autem veri propoſiti argumentum eſt, nuſquam redituri ad peccandi occaſiones; peccator verò qui non erubeſcit recidet in eadem & maiora crimina. Sic 2. *lib. Regum*, Abſalon prima proditionis & rebellionis in patrem argumenta dedit, nam cùm non leuiter offendiſſet patrem in nece Ammon fratris natu maioris, ſtatim audacter & petulanter ait, *Obſecro vt videam faciem regis.* O impudens audacia! faciem offenſi parentis videre vis, ſtatim maius peccatum committes, & terga vertere coges, quem ſic audenter vis conuenire. Quod ita eueniſſe, *cap.* 15. refert, & à nece fratris ad parentis mortem iam progredi non veretur. Itaque pulcra dicitur ſanctitas confeſſionis, cùm confuſionis & pudoris aliquid habet, vt Martyr Cyprianus obſeruat [b]. *Dum confeſſionem confuſione honorat, holocauſti huius incenſio in conſpectu Dei veniam impetrat, ſeguro tiene el perdon quien honra ſu confeſſion con la verguenza.*

Pſalm. 28.

Pudor vera confeſſion. & pœnitentia ac propoſiti argumentum.

2. Reg. 14. 12.

b Serm. de paſſione Chriſti.

26. Nam cùm iam poſt peccatum confeſſio pulcra ſanctitas dici non poſſit ex innocentia, ſit ſaltim pulcra ex confeſſione, iam enim illam primam pulcritudinem amiſit. *Homo cùm in honore eſſet, non intellexit, quando el hombre era honrrado y hermoſo no ſe entendio no hizo buen diſcurſo*; amiſit enim dignitatem per eandem viam, per quam dignitatem ambiebat. Vt igitur hanc pulcritudinem ſanctitatis recuperet, occurrit illi Deus pudorem inferendo, vt ſic pœnitens & pudore ſuffuſus ad confeſſionem Deo faciendam properaret. *Cæterùm non intellexit*, neſciebat enim pudorem holocauſti vicem habere, & innocentiæ comparari; quamobrem notat Theodoretus [c], Deum huic duplici ſacrificio non diuerſa, ſed idem altare dedicaſſe, vt dum ibidem Deo gratum holocauſtum offertur, ſacrificium etiam pro peccato mactetur, *hoſtia pro peccato*, & notum ſit coram Deo in eodem loco haberi pudore plenam confeſſionem, & innocentem iuſti vitam. Atque hæc dicitur *pulcritudo ſanctitatis*, quæ vera non eſt, donec pudor vultum occupat, & os culpam fatetur. Quorſum enim putas, ait Chryſoſtomus [d], Deus rogat, *Adam vbi es?* non vt ſciat, quod non ignorat; ſed vt ipſe ad confeſſionem delicti prouocetur, *vt interrogatione inſtruatur*, Deus namque non inſtar iudicum, aut quæſitorum interrogat, vt reum verbis illaqueet, ſed vt abſoluat; vt ait idem Chryſoſtomus [e], feciſſe Moyſem cùm ingreſſus ad Deum ſtatim peccatum adorationis vituli aperuit. *Cur, quæſo te, incepit Moyſes à confeſſione peccati? quia in mundanis ac forenſibus iudicijs poſt accuſationem ac criminis confeſſionem ſequitur mors: cæterùm apud diuinum tribunal poſt accuſationem & criminum confeſſionem datur corona.* Datur autem confitenti corona, vt pulcritudinem

c In quæſtio. in Leuit.

d Homilia de Adam, Sodom. & Achab.

e Hom. 3 in verba Iſai 6. Vidi Domin. & Exod. 32.

Accuſatio ſui multum valet apud Deũ.

27. ſanctitatis in ea eſſe ſciatur, & vt ſic decoret confeſſionem, vt non ornet peccata. Itaque curat vt peccator ſua crimina ſic confitendo tegat, vt ipſe peccator ea non videat. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.* Nam confeſſio eadem quæ aperit operit, & tegit crimina; econtra verò dum operit aperit, & detegit nuditatem ſuam. In veſtibus illis Adami libet hoc contemplari. Nam ad fugiendum, ad occultandum & latendum folijs ſe operit, ipſa videlicet nuditate, vt notat Chryſoſtomus. *A ſe quidem amictus nuditate, à Domino autem tecta eius turpitudine.* At Deus veſtiuit eum pellibus, quæ & conſtantes ſunt, & totum corpus tegunt. Cæterùm ex his veſtibus ſacramentalem confeſſionem inueſtigare non eſt difficile. Putant

Pſalm. 31. 1.

Digitized by Google

tant inſani peccatores (vt mittam hæreticos) corporis maceratione ſine aperta ſua-
rum criminum confeſſione gratiam poſſe recuperare, perinde autem ſunt noſtra ie-
iunia & humi cubationes ac lacrymæ, ſicut folia illa, quibus nuditatem ſuam operire
putabant primi parentes, qui tamen coram Deo nudi erant. Quid agat tunc diuinus
Parens; filij ſui pelle, & meritis ſuæ mortis nos quaſi Iacob, Rebecca conueſtit, vt ſcia-
mus omnia quæ à nobis fiunt folia eſſe, & exigui meriti opera, exilia quidem & inuti-
lia, niſi mors Chriſti & eius ſacramenta accedant. *Todas ſon hojaraſcas nueſtras obras y
penitencias ſino ſe ordenan o llegan a la confeſſion ſacramental donde nos muda y trueca del
todo el veſtido nueſtro hermano maychriſto.* In pulcritudinem ſanctitatis. Hæc omnia in
a Lib. 22. Moral. c. 13.
ſuſcitatione Lazari adumbrata vide. Vocat eum, *Lazare veni foras.* Norat Greg. [a] *Ne-
quaquam dicitur, reuiuiſce, ſed, veni foras, vt ab occultatione peccati ad accuſationem ſuam
ore proprio exire prouocetur*; quia informis eſt & fœdus peccator, donec confiteatur;
mox verò, ne quis eius nuditatem & fœditatem videat, plorat ipſe, & plorantes vi-
det ſorores, & Iudæos, vt duo maximè notanda nos doceat, in primis neminem
munus audiendi confeſſiones obire debere, dum ſiccis oculis eſt, ſed dum verè ſic-
ut Chriſtus plorat. Qui quia mediator erat, vt ait Paulus, noluit ſine lacrymis mu-
Confeſſor paterna habeat viſcera pietatis.
b In cap. 5. epiſt. ad Hebræos.
nus abſoluendi obire (inquit Emiſſenus [b]) noluit *niſi cum lacrymis, & clamore valido*, vt
diſcant confeſſores & facilè ſicut ille abſoluere quæ priùs ſuis lacrymis abluunt &
extergunt, & diſcat pœnitens dolere quæ alienis lacrymis videt expiari. Secundò
NOTA. De integritate confeſſionis vide P. Buſæi Viridar. verb. *Confeſſio*, cõditione 1. Orig. hõ. 3. in Leuitic. Chryſoſt. hom. 41. in Matth. *Tu ipſe in hac vita*, &c.
docet tunc ſuſcitaſſe Lazarum, cùm nemo plorantium eius poterat nuditatem, ne-
que ipſe Chriſtus intueri dum plorat; hac enim arte vſus eſt bonus ille parens
perditi filij, nam cùm à longè ſatis ſine conſpicillis proſpexiſſet, *cùm vidiſſet eum
procul*, accurrit ipſe primus, quia nudum & pannoſum vidit, ita vt cùm famuli veni-
rent, iam eum complexu collegerit, & brachiis operuerit, & retro caput conuer-
tens ait, *Citò proferte ſtolam primam, & induite illum. A ſeruis*, ait Chryſologus, *ante ve-
ſtiri filium voluit, quàm videri: vt ſoli patri nota eſſet nuditas, quia pater ſolus videre filij
non poterat nuditatem.* Ipſe præ lacrymis Chriſtus, ipſi præ gaudio Angeli, ipſe deni-
que peccator præ pudore ſeipſum non videt, & tamen ornatus procedit *pulcritudine
ſanctitatis, hermoſos ſanctos y afeados hale el examen la verguenza y la confeſſion.*

Porrò integra ſit confeſſio, ſine excuſatione, vel criminis lethalis occultatione, 28.
quod fœminarum proprium eſt, & plerumque per hoc volunt peccatores, vt ait D.
c 22. Moral. cap. 9.
Gregorius [c], auctorem ſuorum ſcelerum Deum facere dum excuſant, vel liberè ea
deinceps patrare, quia non videt, quod ait Gregorius, à primis parentibus hæredi-
tario iure accepimus, qui dum defenſionis ſolaria quærunt, auxerunt culpam quam
tueri conati ſunt. *Obliquè Adam Dominum tangens, quòd ipſe peccati eorum auctor exti-
terit qui mulierem fecerit, vnde nunc quoque humani generis rami ex hac radice amaritudi-
nem trahunt, & velut ad quædam excuſationis ſuæ opaca ſecreta faciem conditoris fugiat, cum
qua occultatione non ſe Domino, ſed Dominum abſcondit ſibi.* Ad accendum autem pu-
dorem, hiſtoria opus eſt accedat, & prior illa quæ ex vitis Patrum circumferri ſolet.
Cùm quidam ſacerdos dæmonem pelleret, quod eſt nomen tuum, rogauit? Tres, in-
Tria ad confeſſionem maximè neceſſaria.
quit, ſumus; & quod nomen primi? *Ego nuncupor claudens cor*, ne cùm vero dolore
quis confiteatur. Secundus, *claudens os*, obſerare enim contendo labia, vt vel vnum
reſeruent crimen. Tertius, ego optimo gaudeo nomine, *claudens burſam*, vt ſi vera in
reliquis confeſſio eſt per ſatisfactionem claudicet & labefactetur, & ego ferè ſemper
victor euado. Sumamus igitur ſalutem ex inimicis noſtris, & tria hæc ſigillatim ex-
pendamus, & perſuadere conemur.

d Infrà.
Nam ſi in primis cor claudere ſtudet diabolus, diuinus amor, vt ait Gregorius [d], *vi* 29.
compunctionis aperit poros cordis, & pennas virtutum effundit. Et præterea, vt ait Hugo,
Vis compunctionis.
e Quæſt. 4. addit.
& D. Thom. [e] *Vis compunctionis, liberans hominem à culpa & pœna, ligat vinculo perpetuæ
deteſtationis.* Et quænam eſt iſta perpetua deteſtatio, & vnde oritur? Ortum quidem
habet ex conſideratione attenta peccati iam per longum dolorem & lacrymas ex-
piatum. Sit in exemplum id quod Deus per Moyſem præſcripſit *Deut.* 25. iubet ita-
que vt ſi maritus à ſe vxorem publica forma & libello repudij, ſcripto ſemel abdica-
uerit, nequaquam poſſit iterum ducere, maximè ſi alteri viro nupta fuerit, & reddit
rationem lex difficilem quidem, *quia corrupta eſt, & abominabilis facta eſt.* O ſeueritas, in
quo deliquit hæc mulier: dum ſe abiectam & repulſam vidit, non peccauit, quin po-
tiùs ſi alteri viro nupſit, honeſtati ſuæ conſulens, nullam iniuriam irrogauit antiquo
viro; quare ergo non ſuſcipiet, ſi nihil indignum egerat, quare abominabilem vocat
Scriptura rem ex ſe licitam? Rem attigit Auguſtinus. Hic homo, inquit, licèt po-

terat vxorem dimittere, at libelli forma multa requirebat quæ alibi diximus, in quibus adhibendis requiſitis conditionibus placandi animi irati, & iræ ſedandæ occaſio erat, & ante libelli traditionem domi manere poterat vxor: at ſi ſemel decretoriè & ſeriò illam repellebat, ne puerilis ludus videretur res adeò grauis, cùm iam tempus conſiderationi aſſignatum præceſſerat, iterum ne recipiat, quia *iam abominabilis facta eſt, iam corrupta eſt.* Hoc ipſum exigit vis vera doloris & amoris, vt poſtquam vi compunctionis meditatè & decretoriè peccatis libellum repudij cõceſſiſtis, *tali támque perpetua deteſtationis vinculo* à vobis propellatis, vt iam etiam quod licitum videbatur, quia ſemel occaſio fuit peccati nequaquam admittere, ſed abominabile & corruptum puteris.

Poſt decretã abſcidẽs peccatum peccare grauius quid eſt & abominabile.

30. Quamobrem etſi multa de pudore & confuſione diximus, alia tamen ſi.mior eſt, & nobilior, quæ non tã ex acceptis beneficiis & ingratitudinis pudet, quàm ex Dei bonitate, qui etiam offenſus ſilet, indulget, admittit, allicit & protegit peccatorem. Hoc genere pudoris attoniti facti ſunt, ait Prudentius [a], Ioſeph Patriarchæ fratres proditores, cùm ex vna parte retecta iniuſta venditione & delicto liberi, & in amplexu fratris gratiáque manſerunt. *Auctio fallax proditur: agnoſcunt fratrem, veniáque pudeſcunt.* Foras eat timor, iam enim mortem non reformidant; potuiſſet quidem bis eos morti addicere, bis veniam experti fuerant, nunc amorem experiuntur, amplexus blanda verba: at ingenua iſta indulgẽdi ratio ita animos, & corda occupauit, *vt non poſſent reſpondere fratres nimio terrore perterriti.* O noua indulgentiæ ratio, quæ quo magis peccatorem abſoluis, grauiùs & ſeueriùs peccatum & culpam punis. Iam non plorant Petrus, Paulus, Magdalena, quia peccarunt, ſed quia veniam obtinuerunt, quo nouo dolore aut amore propoſiti firmitatem arctiùs conſtringunt, ne contingat iterum tali venia indigere. *No volueren a peccar por no ver me perdonado otra vez tan hidalga y liberalmente.* Quæ facilitas Dei in indulgendo non ſolùm non fauet peccatis, ſed potiùs ea penitus extinguit, roborátque propoſitum. *Quid Domine* (rogat Auguſtinus [b],) *faues ergo peccatis?* non ſanè, ita attende, *Vade, deinceps noli peccare.* Scit quid agat vetus iſte iudex, finit viuere peccatricem, vt ipſa puniat acriùs delicta ſua. Æquitas in hoc maxima eſt; *ergo & Dominus damnauit, ſed peccatum, non hominem. Dad por muerto el peccado del todo deſpues que ama eſta muger, y ſe vee tan facilmente perdonada.* Vnde qui ex hac facilitate abſurdè colligit peccandi licentiam, non Chriſtianus, ſed hæreticus eſt, aut ſi quid eſt peius, brutum. *Permanebimus in peccato*, ait Paulus, *vt abundet gratia?* libeat redire ad peccatum, vt declarat Caietan. vt iterum gratiam experiamur indulgentiæ. *Abſit*, inquit Paulus. O falſam interpretationẽ, inquit Chryſologus [c], *non ad multiplicanda, ſed ad delenda peccata, imbrem ſuæ pietatis infundit.* Gratia non datur vt riget terram cordis, & peccata repullulent, ſed vt areſcat, *vt deſtruatur corpus peccati, vt vltrà non ſeruiamus peccato*, quod vt notatu dignum ſemper Saluator iterabat, *Vade, & iam ampliùs noli peccare.*

Non vltrà ſeruiendum peccato.

31. II. Confeſſio itaque non humilis ſolùm ſit, vt ait Gregorius [d], ſed ſimplex, vt docet Bernardus [e], cum dolore, vt diximus, inſtituta, exemplo publicani, vt ait Tertullianus [f]. Fidelis præterea, ab omni mendacio aliena, quia *hanc culpam*, vt inquit Ambroſ. [g] *Sacerdotes non auferunt, neque peccatum eius qui in dolo ſe offert.* Verecunda inſuper, vt idem obſeruat Ambroſ. [h] Integra denique ſit, qua omnia & ſingula peccata lethalia pandantur, nec enim ſat eſt quatuor grana veneni vomere, qui quinque deuorauerat, ait Auguſt. [i] & addit, *Cur erubeſcis confiteri peccata tua, homo homini, peccator peccatori, confeſſus lates, non confeſſus condemnaberis.* His verbis quibus ſe nigram fatetur ſponſa, ſpecioſam & pulcram eſſe deprehenditur. *Nigra ſum, ſed formoſa, filia Hieruſalem.* Certè non credo omnino eſſe nigram, *nam coma capitis tui* (ſunt) *ſicut purpura regis, vincta canalibus*: rufos autem capillos nunquam nigræ faciei dedit natura, ſed fatetur culpam, & incuriam ſuam, dum ait, *Nolite me conſiderare quòd fuſca ſim, quia decolorauit me ſol.* Origenes, *quia deſpexit me ſol*, hoc eſt, quia abſens fui, & deſpecta à ſole iuſtitiæ, verumtamen dum meam fateor culpam, *nigra ſum, ſed formoſa*; adhuc capilli pulcri manent, adhuc deſideria boni, rubor non occupauit faciem ad confeſſionem, nec præ pudore ſilui crimina, ſed ſimplici narratione, *Confitebor aduerſùm me iniuſtitiam meam Domino. Dixi* (*cai en la cuenta propuſe*) *Confitebor clara mente aduerſùm me* (*mis peccados nos los eſcuſe*) *in iuſtitiam meam* (*no los agenoz*) *Domino.* Nec enim ſatis eſt meditari & dolere de peccatis, vt columba, ſed exprimere ſicut hirundo. *Sicut pullus hirundinis, ſic clamabo, meditabor vt columba*, & pronuntiabo diſtinctè delicta mea. Nam ſi Aaron peccata ſua ſacramentaliter confiteretur dum populi delictum narrat Moyſi, non rectè confeſſus eſſet, *Noſti populum, quia dura ceruicis eſt.*

NOTA. Vide Chryſoſt. hom. 5. de pœnitentia. Peccatũ confeſſionẽ importat, &c. & hom. 20. in Gen. *Dic tu iniquitates tuas.*

a In Dittochæo Ioſeph à fratribus venditi.
b Lib. 50. homil. homil. 25.
c Serm. 115.
d Moral. 22. cap. 10 hæc ſunt veræ humilitatis teſtimonia, & iniquitatem ſuam quemque agnoſcere, & cognitam voce confeſſionis aperire.
e Serm. 16. in Cantica. Oportet eſſe ſimplicem, non excuſet intentionẽ ſi ſit rea, nec leuiare culpã quæ grauis eſt, &c.
f Exomologeſis mãdat animã mœroribus dedere, illa quæ peccauit triſti tractatione mutare, ingemiſcere, lacrymari, & mugire dies noctéſque ad Dominũ Deum tuum.
g Ad Simpl. epiſt. 4.
h Ibid. Pigra & verecunda eſt pœnitẽtia, quia premitur & reuocatur præſentium pudore, ſoi s enim intẽdit fortius, quorũ ſpes tota tardior fructus, & ideo pertinẽ ipſa tardant.
i Pſalm. 66. Tu agnoſce medici manum, confitere, exeat in cõfeſſione, & defluat omnis ſanies, iam exulta, iam lætare, quod reliquũ eſt facilè ſanabitur.

Petiuit

Petiuit Deos qui præcederent eos, quia neſciebant quid de te actum eſſet. Ego verò
exiſtimans pluris monilia quàm religionem habituros, aurum & monilia inauréſque
popoſci, dederunt, miſi in fornacem, & euaſit vitulus. Non eſt integra hæc confeſ-
ſio, nam & hic vitulus conflatilis eſt: fornace ergo opus fuit. Forma item præceſſit,
& vas, hæc autem quid præſtarent ſine fabro aut artifice conflandi perito? Tu igi-
tur clarè & deſtinctè peccata fateare, violaui virginem quam multis diebus ambiui,
hæc pignora promiſſaque dedi, tot munera, famulos litteráſque breuiuſculas miſi,
oculis & conſcientiis ſcandalo offenſus fui, nam ſi viuens & ſanus nunc mentiris,
mendacio etiam vitam finies, ad inſtar Saul, de quo ait textus, *Mortuus eſt Saul propter
iniquitates ſuas, eo quòd præuaricatus ſit mandatum Domini, quod præceperat, & non cuſtodie-
rit illud.* Illa iniqua & tecta confeſſio quam coram Samuele egit, vitam illi eripuit. Ca-
ietanus ex Hebræo legit, *Mortuus eſt Saul in mentiri ſuo, murio en ſu acoſtumbrado mentir
murio mintiendo*; hac enim animaduerſione punitur peccator vt qui dum viueret men-
tiri in confeſſione ſolebat, etiam moriens mendacio vitam cum morte coniungat.

III. Iam de ſolutione agamus, & de ſatisfaciendo delictis, ne diabolus ille ter- 32.
tius labefactet confeſſionem, & inanem reddat. *Delitiis antea & temulantia diffluebas,*

a De pœnitentia.

b Sermone de lapſis, *Dominus orandus eſt*, &c.

c In cap. 2. Ioel. *Qui peccator eſt*, &c.

ieiunio & aqua potu, vtrumque compenſa, ait Tertullianus [a]. *Offendiſti, ſed reconciliari
adhuc potes, habes cui ſatisfacias, & quidem volentem.* Cyprianus [b], & Hieron. [c] hoc
ipſum ſuadent. Horrent tamen medicinam iſtam, quia acerbam, molles peccatores,
vel qui ſalutem ſuam deſperant, ad inſtar impiiſſimi Cain, qui à deſperata indul-
gentia ad deſpicientiam pœnitentiæ lapſus eſt. Vnde vbi nos legimus, *Maior eſt
iniquitas mea, quàm vt veniam merear*, alij ex Hebræo legunt, *Maior eſt puni-
tio mea quàm vt portare eam poſſim.* Peccant audentiſſimè & impudentiſſimè, mox ve-
rò ad pœnitendum imbecilles fiunt, eſt enim, vt ait Propheta, *fortitudo eorum diſſimi-
lis.* Fortes ad peccandum, ad ieiunia verò, ad verbera, ad ipsáſque precationes ener-
uati. O noſtram inertiam, ſi ingentem morboſi humoris apparatus in corpore congeſ-

d Lib. 3. in 1. Reg.

Qui modus pœnæ ſeruandus ſit in cõfeſſione.

ſimus, quónam tendet prudentia medici, inquit Gregor. [d] eò nempe, vt pro menſura
morbi, potionis amaræ quantitas præſcribatur. *Afflictio pœnitentiæ ad delenda peccata ido-
nea eſt, cùm ſacerdotis fuerit iudicio imperata, cùm ab eo confitentium actibus diſcuſſis pro modo
criminis onus eius decernitur afflictionis.* Igitur ſicut confeſſor inſtar medici attemperat
medicamenta, ne ea euomat æger, & quodammodo condeſcendit naturæ, vt quod
illi nocet expellat: ita tu frater quaſi tuæ naturæ conſentaneam medicinam puta quæ
acerbitatis aliquid habet. Pro modo tamen tibi præſcribitur vt retinere poſſis ne reii-

Iob 34.

cias illam, ſicut Cain, cujus deſperata eſt ſalus: nam, vt aiebat Eliud, *Nunquid qui non
amat iudicium ſanari poteſt?* pœnam intelligens. Nec minus periculum imminet impe-
rito confeſſario, qui blanda præſcribit, in verticem enim ſuam peccatum deſcendit, &
culpa reuoluitur pœnitentis. Vide in quod diſcrimen vocas medicum dum tu pecca-
tor reſpuis medicinam acerbam. Vnde alij legunt, *qui non amat iudicium medicos addu-* 33.
cit in diſcrimen, pone a rieſgo al medico que le cura. Extat ad hoc illud quod refert Balſa-

e In canones Baſilij can. 73.

mon [e] memorandum exemplum militis homicidæ, qui facili negotio ab Epiſcopo ab-
ſolutionem leui vel nulla impoſita pœna obtinuit. Quem accuſatum in Concilio, *San-
cta ſynodus ſecundum diuinam inſpirationem, qua ipſi inerat, militem quidem canonicarum pœ-
narum rurſus compedibus ſubiecit, le ſujeta a las penas de los canones qui eran bien graues. An-
tiſtitem aliquo tempore officij ſuſpenſione puniuit, dicens, quòd antiſtitibus licet canonicas pœ-
nas vel augere, vel mutare, vel etiam imminuere, puede dar vn quid pro quo a vna muger fla-
ca o a vn cauallero melindroſo, aranearum verò filis ligare qua debent, tribus rudentibus alli-
gari non conceſſum eſt, ponerle vna teleraña aun fluxo de ſangre que pide vendas y marome
eſo no es de prudente confeſſor*, vbi nomine triplicis rudentis alludit ad tria opera ſatisfa-
ctionis quæ alterum item Concilium ſanxit, orationem, ieiuniũ, & eleemoſynam. Ieiu-
nium coërcet concupiſcentiam carnis, eleemoſyna concupiſcentiam oculorum, id eſt,
auaritiam, oratio ſuperbiam vitæ. Ad ieiunium reuocantur omnia quæ carnem af-
fligunt, cilicia, flagellatio, humicubatio. Ad eleemoſynam omnia opera miſericor- 34.
diæ, ad orationem omnes religionis actiones. Vides quare dixerit Eliud, *Qui odit
iudicium alligare, alij alligari non poteſt.* Ne aliis bonis odoribus diſſimuletur, ſed

Gen. 25.

f Lib. 2. de Iacob & vita beat. c. 2.

ſit, ſicut aiebat Iſaac, *Ecce odor filij mei quaſi odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Et
Ambroſ. [f] *Ego odorem ipſum terræ ſimplicem atque ſincerum pro gratia benedictionis accipiam,
quam fraus nulla compoſuit, ſed veritas cæleſtis infudit, odor de campo ſincero y ſin artificia
donde huelen las coſas a lo que ſon.* Ita ſi bene oles Deo, & benedictionem obtinere cu-
pis, ſit tua virtus quaſi naturalis, ſit confeſſio quaſi flos campi, non alijs odoribus con-

fecta, no perfumeis vueſtras culpas ni hableis mal de vueſtras buenes obras hue lay alo que ſan. Tota igitur compoſitio plena ſit odore Chriſti, ſapiat fidem, vt & dolor & diſcuſſio atque examen ſit eius qui in iudicem credit venturum. Oleat etiam Chriſtianum reſtitutio & ſatisfactio, quidam enim more Gentilium ſatisfaciunt Deo. Sicut cùm Philiſtæi captam arcam reſtituere decreuerunt, & poſtquam ornauerunt eam, ſuper currum impoſuerunt, & illam duabus vaccis fœtis ferendam tradunt, quibus iugum nunquam impoſitum eſt, & præterea vitulos quos lactabant domi reliquerant. O barbarum reſtitutionis genus, brutis datis theſaurum populi, & vaſa aurea quæ obtuliſtis, brutis, inquam, quæ & onus ægrè ferunt, vtpote in ſolitum & affectu & appetitu vitulis inhiant, & mugiunt, & versùs illos reuerſuras matres (ſine miraculo) certiſſimum eſt? Non ſic, homo, non ſic animæ tuæ & votorum pœnarumque reſtitutio & compenſatio facienda eſt, non imiteris barbaros, ſed fideles Deique familiares, ne reſtitutionem animo facili, & qui retro facilè vertitur, commendes; ſi enim animus affectus eſt, & alligatus amore, certè mirabile erit rectà pergere, & arcam legémque Dei reſtituere, coactæ paſſiones & quaſi vinculis alligatæ ad breue tempus ea facilitate, qua plauſtrum peccatis plenum ad pedes ducunt, eadem ad præſepe & vitulos regrediuntur, ſitque confeſſio Philiſtæa, non Chriſtiana. *Confeſſio enim eſt*, vt ait Auguſt. *qua morbus latens cum ſpe veniæ aperitur gratiæ, & obtinenda gloria.* 1 Reg 6.

VERBVM PATRIS.

Iſaia 6. verſ. 1.

In anno, quo mortuus eſt rex Ozias, vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum, &c.

Errantem HOMINEM per verba Prophetarum ad priſtinam ſpem & dignitatem reuocat.

DISCVRSVS CXXI.

1. MIRVM ſanè, & quod multorum fatigauit ingenia, qua ratione ad Ioannem Baptiſtam cælitus ſit Verbum inſtillatum, gratia item dicendi & facultas concionandi facta terrarum orbe ſub principibus impiis, iudicibus iniquis, prophanis ſacerdotibus exiſtente. Quoniam in Iſaiæ vaticiniis omnes Doctores cum Origene obſeruarunt, neque vidiſſe Prophetam, immo neque potuiſſe videre Dominum, nec labia reſeraſſe, donec impius Ozias rex *faciens malignum ante conſpectum Domini* vixit, & lepra infectus in regno perdurauit. Hoc enim quaſi intento digito ſacra commonſtrat pagina, dum *cap. 6.* ſic habet, *In anno quarto, quo mortuus eſt rex Ozias, vidi Dominum*, &c. neque enim fruſtrà, ait Origenes, ſcriptum eſt vidiſſe Dominum, & non antè, ſed in anno, quo mortuus eſt inſignis iſte peccator. Quod vrget magis, ſi Dei naturam contemplemur, qui dum viuit peccator dona ſua ſubtrahit, & ora Prophetarum ſolet obſtruere. *Linguam tuam adhærere faciam palato, eo quòd domus exaſperans eſt.* Hac eadem de cauſa acutè Origenes obſeruauit, cùm populus eſſet in Ægypto, *mortuus eſt Pharao, & ingemuit populus.* Quid hoc? mortuò tyranno gemit populus, qui exultare præ lætitia & tripudiare deberet? Benè, inquit Origenes, & opportunè occubuit rex, qui dum viueret, omnes ſalutis fores & corda clauſerat, vt nec lacrymam fundere, neque ſuſpiria mittere liceret. *Vn tyrano cierra a los hombres tan dentro del pellejo que no oſan llorar ni gemir.* Fauſta igitur fuit mors eius, illo enim mortuo ſuſpiria quę ſunt tabellarij & nuntij, lacrymas, quæ litteræ ſunt, quas anima in Dei thronum mittit, iam liberè & impunè largiſſimè mittere potuerunt. Ingens autem hoc beneficium vita ſceleſti regis prohibere videbatur. Huc facit Auguſtini ponderatio, cùm Iudas apud ſe meditabatur magiſtri proditionem, & cùm horam & opportunitatem ipſe ſatis ſedulò quærebat, vrget illum Magiſter, dicens, *Quod facis fac citius*, quo iam abeunte quaſi prorumpens ait, *Nunc clarificatus eſt filius hominis.* Rogat Auguſtinus. *Nunc?* quare nunc? nónne clariùs reſplenduit mundo diuinitas cùm quinque panibus hominum millia quinque ſaturaſti? cùm mortuós ad vitam reuocaſti? quid nouum habet hoc nunc? Erat vtique inter diſcipulos traditor, & *nunc* non eſt? hic autem vnus peccator obſtabat, quominus diuina ſe pietas effunderet, & radios amoris & ſummam ſplendoris emitteret. Ideo bene notauit Euangeliſta, *quia erat nox*, ibi enim erat peccator, quo ablato ceſſauit eclipſis, fuitque clarificatus filius hominis qui ſuam modò lucem ſubduxiſſe videbatur. Cur ergo in ſordidiſſimo ſæculo verbum factum eſt præcurſori, & beneficia Dei, & aduentus eius per eum mundo prædicata? Premit autem & vrget difficultas ſi per iſtorum gubernantium rempublicam impietatem & iniquitatem ſigillatim excurrimus. Tiberios primus eſt, qui licèt in politicis ad ſtatum, vt aiunt, agentibus materiis non pauca callebat, crudelis tamen, & cæleſtium Deique infandus erat contemptor & irriſor, ſola regnandi cupiditas & imperandi ipſi imperabat, propter quam à recti

Peccatoris præſentia cur obſiſtat verbi Dei prædicationi.

Ezech. 3.

2. *Mundi ſordes in aduentus Domini tempore.*

à rectitudine & legibus non ſemel diſceſſit, &
effutire auſus eſt vnicam ſolum ceruicem Ro-
mæ deſideraſſe, vt vno ictu mundi caput poſſet
incidere, etſi hoc de Caligula Cęſare alij referãt.
Herodes tumidus & truculentus rex ſanguinis
ſitior, qui tot infantes trucidauit, tot matres
charis cordis pignoribus orbauit, vt vnũ Chri-
ſtum inter tot funera ſimul cum matre ſepeliret:
qui non parricida ſolùm, ſed (ſi fas eſt dicere)
deicida vocandus eſt: nam inter pueros etiam
filium ſuum annum agentem enecauit, vt Cæſar
de illo lepide protulerit, *In Herodis domo ſatius
eſſe porcum eſſe, quàm filium*, porcinæ enim carni
homo Iudæus pepercisſet, non filio, Pilatus iu-
dex iniquus, ita vt ſola externa manuum lotio-
ne immenſæ iniuſtitiæ crimen ſatis ſupérque
eluiſſe putauerit: tam ignarus cauſæ quæ age-
batur, vt ſola calumnia accuſatorum in tan-
tum præcipitium ſit actus, vt ſententiam ne-
quiſſimam diceret? tam leuis ac repentinus qui
iam Chriſtum innocentem publicè fatetur, tam
ſeuerè vt nocentiſſimum damnat: tam ſegnis
& iners, vt temeritati aduerſariorum & inſano
furori inimicorum Chriſti ceſſerit: tam impius
qui quod in remedium elegit vt bono conſu-
3. lat Chriſti, hoc in immane tormentum &
ærumnam Chriſti vergit. Nam quis niſi turpis
& barbarus flagellis mortiferis cæderet, quem à
cæde liberare contendit. Tam Inconſtans &
auarus, qui ſi amici corpus ſepeliendum poſtu-
lant cedit. Si verò è regione inſtant aduerſarij
vt ſepulcro cuſtodes adhibeat, concedit: iam
abſolutus denique vt ſuo ſolùm arbitrio Chri-
ſti cauſam liberrimè abſoluere & ligare ſe poſ-
ſe iactauerit. Quid ſi Herodem aſpiciamus qui
Tetrarcha Galilææ, adulter, infamis & ince-
ſtuoſus contra hoſpitalitatis legem, dum ho-
ſpes in domo fratris Philippi commoratur, vxo-
rem ſurripit, & eadem publicè abutitur; qui in
vincula conicit præcurſorem, & audenter ca-
put abſcidit, caput, inquam, quod longè ſupe-
rabat Romanum caput, quod ipſe ambitioſè &
deperditè ambiebat, qui ob curioſitatem vi-
ſo Chriſto lætatur, ſperans ſe coràm aliquod
miraculum patraturum, & è veſtigio vt amen-
tem albis indutum reiicit. Ecce Annas tam ini-
quus ſacerdos qui in conſpectu (ne dicám
Chriſti) ſed in ſuo, tantum nefas permiſit,
vt nefarius miniſter Domini faciem alapa im-
pudentiſſimè cæderet. Sed Caiphas quis? Il-
le ſanè qui vnam ſingularem rem, quam in vi-
ta protulit, ore ignorans omnino quid dice-
ret effutiuit. *Oportet vt vnus moriatur homo
pro populo.* Philippus egregius vir, ſed ita va-
ſtus & vecors, qui ſupra dictum propriæ vxo-
ris abuſum benigniſſimè tolerabat. Lyſanias
incantator, & magnus turpiſſimo gubernato-
ris vitio notatus. Nunc ergo vrget angu-
ſtiùs propoſita quæſtio: nam ſi ideo cæle-
ſtis viſio & maieſtatis ſpectaculum Iſaiæ non
fuit conceſſum, quia ſuperſtes erat, adhuc
prophanus & ſacrilegus rex, quare ſub tam
ſceleratis mundi principibus, ſordidiſſimis ſa-
cerdotibus verbum ad Ioannem eſt factum?
illo ob vnius iniquitatem verbo priuatur?
huic verò etiam tot viuentibus conſcelera-
tis verbum conceditur? *Factum eſt verbum Do-
mini*, &c.

4. Origenes [a] nodum tacitè exoluit, dicens,
[a] Vbi ſuprà. ideo Iſaiam dignum factum viſione cæleſti,
quia mortuum regem contemplatus nouam
demittendi ſe cauſam habuerat, quos enim fa-
ſtus non deprimit, quam non demittat ſuper-
biam emortui ſui regis ſpectaculum? quas
mundi fraudes non detegit ſeruis & aulicis
ſummi principis obitus? S. Bernardus [a] Iſaiæ [a] Ser. in verba Iſai. 6.
perſonam agens ait: Mortuo iam mihi rege *Vidi Dominū*
Ozia, id eſt, mortuo rege, & regno deſolato, &
innouato, à quo poteram honores ambire; tunc
idoneus eram vt cæleſtibus viſitarer ſpectacu-
lis: ſed reſponderi poteſt, verum eſſe ma-
xima regis peccata obſtitiſſe, quominus Pro-
pheta præclarus Iſai. Deum non videret, quo-
ad vſque humana contemnat, quod non ob-
ſcurè ipſe Propheta indicauit illo verbo quod
tertio loco conſtituit, *plaga tumens*; quod
vulnus ſignificat, aut vlcus putidum, ſanio-
ſum & graue, ſicut aſini mandibula quàm
inuenit Samſon purulentam & ſucculentam,
el eſtado a llegado a ſuma miſeria y daño, ſi-
quidem grauia vulnera, quæ iam olim po-
pulus exceperat, nunc etiam ſanie patent,
que no lo ha de agora, & neque illa, neque re-
centia vulnera medicina leuata ſunt, vel quo-
niam Deus leuari dolorem illorum noluit gra-
uiter offenſus, aut quoniam omnes eſſent gra-
uiter ſaucij, à planta pedis vſque ad verticem
capitis: non erat igitur aliquis ſic à ſuo dolo-
re liber, vt alieno curaret. At verò tantorum *Ioannis Baptiſta prædicationi non obſtant quæcumque crimina orbis.*
imperatorum peccata nec totius mundi crimi-
na non impediunt, quominus Ioannes verbum
Dei audiat, quia ab vtero humilitatem amaue-
rat, mundo quàm citiſſimè vale dixerat; quare
vt vanitatem curiæ detegat, & erudiatur, deſpi-
cientia aulicorum non indiget triſtiſſima re-
gum, neque Regis cæleſtis morte, ſiquidem an-
te ipſius Regis obitum vetus prædicator occum-
bet, nec totius corporis tumor & ſanies ad
Ioannem vſque pertingebat, vt ipſe ſanus &
liber aliorum alligare vulnera, & fouere ali-
quomodo impediretur?

Addam & ego rationem aliam in gratiam 5.
peccatorum, vt miſericordiæ naſcituri Domi-
ni, vt par eſt, confidant. Multa ſunt quibus
regis amor minuitur, & friget, antequam nu-
bat; cùm verò regalium nuptiarum fama re-
gnum peruaſit, & omnes ſumptus & apparatus
pro reginæ aduentu præparati ſunt, nihil in re-
gis animum teporem inducit, etiamſi in regi- *Clementia Chriſti in eius aduentu erga peccatores.*
næ patria & regno inimici pacis turbulenti &
rebelles obſiſtant. Hoc Iudæi aduentu & nu-
ptiis videre libeat. Cogitauerat ducere ſponſam
Synagogam, & nuptiarum mos erat qualis in
Canticis deſcribitur, præcipuè *cap.* 5. ſponſus
enim nocte intempeſta vocaturus ibat ſponſam,
expectantibus interim, & in vnum collectis ami-
cis qui comitabantur illum, & pro foribus ſtans
cor ſponſæ ſolicitabat, *Aperi mihi ſoror mea
ſponſa, caput meum plenum eſt rore.* Iam omnia
ad nuptias parata ſunt, vnus qui deerat ecce
adſum, at illa vt æquum erat, & decebat vir-
ginem, ſe non leuiter eius amore tangi, neque
vocibus eius vrgeri monſtrabat, ruſticitatis &
inurbanitatis ſpeciem præferens, in molli adhuc
lecto quieſcens, ad fores reſerandas noluit ve-
nire: exarſit ne ſponſus? minimè verò, im-
mo potiùs vt mos erat fores coronauit, &
ſertis ac floribus inſertis aromata profu-
dit, & vnguenta largiſſimè, ita vt deſcen-
dente illa cùm fores aperit, digitis vnguentis

delibutis benignitatem amantiſſimi ſponſi quaſi manibus contrectauerit, eò denique proceſſit amor, vt reſeraie fores; & vectem contorquere ſponſus tentauerit, quod cùm aperire non poſſet, receſſit. At fortè diſcedat iratus? nunquam ſe rediturum obteſtans? minimè verò, nam ipſe loquitur, *Deſcendi in hortum meum, vt viderem poma conuallium, vt inſpicerem ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica.*

Pietas diuina & clementia in filij incarnatione.

6\. Nè timeas ſponſa, ad hortum enim nucum deſcendi, *arbol que ſufre mucho y da bien por mal y a los palos reſponde con nueces.* Et cùm modò de nuptiis agimus, cùm iam omnia parata ſunt, non ob leuia quæque commoueor, & iraſcor: deſcendi in hortum nucum, nouos flores & fructus & aromata colligere, primos enim iam expendi cùm te pro foribus inuitarem. Quibus illa apertiſſimè reſpondet. *Neſciui, anima mea conturbata eſt, propter quadrigas Aminadab*, hæc mea inſipientia fuit Domine, *digo que no pude ſer ſino que yo eſtaba fuera de mi, anima mea liquefacta eſt, egreſſa eſt à me, yo no eſtaba en mi, propter quadrigas Aminadab.* Hæc mea inſipientia fuit Domine, ſiquidem dum me iam expectabat Aminadab, *mi principe*, Salomon meus, & Deus meus, & nuptialis carruca pro foribus parata, neſciui, *fue tan ne cia, que me hiza de rogar*, etiam rogata non deſcendi, & miror valde ſuper hoc regem non excanduiſſe. Modò ergo ad quæſtionem reſpondeo. Tempore Oziæ Deus erat acris & vindex; nimiſque delicatus, nec amicis vtebatur in terra: at verò Ioannis tempore cùm agit de iucundis nuptiis, & iam appropinquare præcurſor admonet, quando currus huius principis, Maria videlicet, paratus adeſt, quandò carne noſtra tectus eſt, non quacumque de cauſa iraſcendi & puniendi anſam ſumit, immo caro factus, & in nobis habitans Imperatorem ſæuiſſimum, ſacerdotes contaminatiſſimos, iudices & principes mulieroſos, effrænatos & penè dementes tolerat atque diſſimulat; nunc enim omnia florent vigore gratiæ, omnia exultant, omnia dormientes excitant, vnguenta redolent ad fores Eccleſiæ nouo ſponſo liberaliter effuſa, nihil niſi gaudium & tripudium naſcentis infantis, miſericordiæ, pax viſióque maieſtatis omnibus prædicatur, *& videbit omnis caro ſalutare Dei.*

Mos erat floribus & aromatibus vngere, & coronare fores ſponſæ.

7\.
Iſai 1.4.
SCOPVS DISCVRSVS.

Vt verò de recuperanda populi valetudine agamus, perſpiciamus priùs ægritudinem, & quæ remedia adhibet Propheta, & eiſdem noſtræ valetudini conſulamus. *Væ genti peccatrici, gente achacoſa de peccar retaidiza pecadoriza (ſi es licito decir) populo graui iniquitate* *, qui menſuram peccandi, cui deſtinatum erat ſupplicium, ſatis ſuperque expleuit, *ſemini nequam.* Hoc mali caput eſt, *de aqui coxea y aſi lo declara, filiis ſceleratis hijos degeneres à tal parente*, perditiſſimi & corruptiſſimi (vt Hebræa ſignificant) à generoſa ſtirpe rami abſciſſi, *gente acabada y rematada. Super quo percutiam vos vltrà?* videor non habere in promptu quid ſtatuam, quo genere correptionis vos reducam, omne caput languidum, & omne cor mœrens, nam ſummi, medij atque infimi laborant, ſacerdos & popularis, ſcribæ, docti & imperitum vulgus, *vulnus & liuor, & plaga tumens non eſt circumligata*; omnia cicatricoſa & deformata, vulnera enim animarum quaſi aperto ore hiant, peccata videlicet poblica. *Liuor*, hoc eſt, humor putris intra cutem collectus peccata occulta ſignificans, *plaga tumens*, peccata non occulta ſolùm, ſed vlceroſa, & quibus ligamen pœnitentiæ adhibitum non eſt. Quid autem remedij, quid ſpei ſupereſt? Tria remedia, inquit Propheta, primum *verbum Dei*, ſecundum *filij bene educati*, tertium *peccatorum pœnitentia*, & hæc ſunt quæ ſubdit, *Audite verbum Domini principes Sodomorum.* Proximè autem ad verbum Dei accedit filiorum educatio, & ideò ait; *Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus.* Tertium verò remedium adhibet; *lauamini, mundi eſtote.* Vide quò euaſerunt illæ tam incenſæ atque horribiles minæ, vide quàm mollis & placida & in vellus ſtillauit miſericordia, *lauamini*, inquit, & omnia ſunt tuta: venite, arguite me, dicet Dominus. Conſimili ratione ait Euangeliſta; *Annò quintodecimo*, &c. *factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto*; quaſi diceret, tam grauiter terrarum orbe à vertice capitis lethali morbo laborante, quò ſe vertet diuina ſapientia, qua ratione in bonam valetudinem & miſerè proſtratam rempublicam reparabit? ſtatim reſpondet, *Verbo Dei factum eſt verbum Domini*; filiorum educatio, *ſuper Ioannem Zachariæ filium.* Et denuntiata pœnitentia remedium vltimum eſt, *prædicans Baptiſmum pœnitentiæ.* Tribus enim rebus conſiſtit mundus, & ſine his ruit in interitum. Prima eſt *verbum Dei*, à quo mundus conditus, Eccleſia creata eſt. Secunda bonæ indolis bonæque frugis filiù quibus valeat conſeruari. Tertia verò pœnitentia, qua poſt lapſum ad Deum iterum reſipiſcens, redeat & conuertatur.

* Baſilius, plenus iniquitate, & quaſi qui menſurā compleuerit.

SVBDIVISIO DISCVRSVS.

8\.
Factum eſt verbum Domini, &c. Decreuit Deus illius reipublicæ miſerandum ſtatum in priſtinam ſanctitatem reuocare, quare nouam quandam incarnationem noua ratione adinuenit, verbum ſcilicet inſerendo in homine, qui Ioannes dicebatur. *Factum eſt verbum Domini* Ioannes alter, Euangeliſta, magna & diuina de æterno verbo præfatus fuerat, dicens, *In principio erat Verbum.* Vide eius æternitatem, *& Verbum erat apud Deum.* En eius à Patre realem & perſonalem diſtinctionem, qua dicit circa Deum patrem fuiſſe, *& Deus erat Verbum.* Ecce ſubſtantiam & eſſentiam Verbi, quæ eadem eſt cum Patre, vtpote qui Deus ſicut Pater eſt, *omnia per ipſum facta ſunt.* Vides iam mirabilem virtutem; creandi, componendi & reparandi orbem? Audi denique ſecretam virtutem, qua mediante Dei gratia & ſermone in corde recepto filios generat, & non qualeſcumque, ſed filios Dei nouiter recreatos & adoptatos. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius.* Ex quibus colligunt Patres, quotieſcumque Deus dignatus eſt mundum reparare, verbo ſuo mediante, tentaſſe. *Factum eſt verbum Domini ſuper Iſai. ſuper Oſeam.* Quid intendis Domine? Duo, reſpondet. Primum ante realis incarnationis opus hoc myſterium in meis Prophetis adumbrare, & ſicut Verbum caro poſtea fiet, ſic modò verbum meum in carne recipiatur, augeatur, & adoleſcat, &

Sermo Dei in Ioanne & in animabus quandā verbi Dei incarnationē adumbrat.

quodam

quodammodo redimat mundum, immo crucem patiatur, nam quoties auditu Dei verbo tuam voluntatem opponis, quaſi in crucem tollis, vt optimè obſeruauit Auguſtinus. Secundò, volo intelligant mortales, ſicut antiquitus mundi ſalutem in meo Verbo collocaui, ita modò, vt ait Gregorius, in verbo & ſermone meo per Prophetas miſſo, animiſque & cordibus ab Spiritu ſancto recepto, qui omnia fouet; filios recreabo ſpiritus virtute ornatos, qui mundi ruinas reficere, & valetudinem tanto morbo deperditam valeant reſtituere. Sine verbo enim nequit mundus perſiſtere, indéque otiuodi ſpirituales filij collapſam rempublicam excitant, & ſuſtentant.

Verbo Dei & filiis Dei mũdi inſtauratio fit.

Hæc autem duo pariter currunt, inquit Chryſoſtomus, *verbum Dei, & filij Dei*; quare ſi deperire, vel minus haberi verbum Dei videas, omnes Eccleſiæ ſpes interiiſſe crede. Si item filios Dei vel deficere vel minui contingat, cogita id verbi Dei inopia contigiſſe. Quod in cæleſti illa ſapientia & arte Iacob adumbratum, ponderat Chryſoſtomus [a]; propoſuit enim virgas ouibus inſpiciendas decorticatas, vt varietas colorum varietatem generaret in fœtibus. Hæ virgæ ſunt Dei præcepta, & verba in his puteis communi bono Eccleſiæ propoſitis, pulpita intellige, & ſuggeſtum; *Virgas ergo has intuentes alius continentiam tenere, vlteriùs fœmineum amplexum non tangere, alius virginitatem cuſtodire, alius viduitatem ſeruare, alius monachi vitam conſtituit tenere: alia in choro ſacrarum puellarum permanere, iſta dona gratia donante*, hóſque fœtus ſolo Dei verbo multipliciter parturiunt animi, & noua proles, nouaque quaſi redemptio filiorum ſit.

a Hom. in Pſ. 93 tom. 1.

9. Contrà verò (vt ſic magis veritas eluceſcat) toto tempore, quo verbi Dei fame & inopia populus laborauit, quandiu Prophetæ deſiderati ſunt, vt eloquij myſtici periti, tandiu Heli, qui Dei domo præerat, filios ſacrilegos petulantes, & in fœminas exardeſcentes, educauit. Quam cauſam apertè deſignat textus, *Puer autem Samuel miniſtrabat Domino coram Heli, & ſermo Domini erat pretioſus, in diebus illis non erat viſio manifeſta.* In quæ verba ait Gregorius [b], *Rarus erat & fermè nullus ſermo Domini, rari & ferè nulli Prophetæ, quia nullus erat, vno dempto Samuele, qui Deum conſuleret, & amicè & familiariter cum eo ageret.* Cupiditas ingens, & Dei munus obeundi, ſuggeſtúſque aſcendendi deſiderium, ardens quidem eſt, ſed vbi ſpiritus, vbi maſcula dictio, imò diuina & Apoſtolica? ideo legit verba illa Iſaiæ, *Canes muti non valentes latrare*, non dicit, *non volentes*, ſed *non valentes.* Bone Deus, quanti volunt, ſed quàm pauci valent? Et quid ex hac inopia verbi Dei ſequitur? Multa quidem incommoda, vt videlicet Heli qui præſidet, cæcutiat, & multa lateant quæ nulla ratione corriguntur, qui illam latent, nec Deus qui nouit ipſi qui præeſt abſurda manifeſtat, ſicque ſceleratis, ſacrilegis & peruicacibus filiis ſcatet Eccleſia, ſicut filij Heli ſub ineptiſſimo parente. Vnde ſicut illa familia vna die ruit funditus euerſa, ſic reſpublica hæc miſerando caſu inopinato euentu ruet ac diſſoluetur.

Deficiente & languescente Dei verbo etiam filij petulantiores erant.

a Reg. 3.
b In c. 1. lib. 1. Reg. c. 4.
Cap. 56.

10. *Quia miniſtri verbi argentum Dei verterunt in ſcoriam, & vinum eius mixtum eſt aqua*, vt explicat non ſine dolore Nazianzenus [c], hoc eſt, ex verbo diuino lucrum quærunt, & Euangelium ſuæ cupiditati aut ambitioni ſeruire faciunt, quod ſuo ſpiritu & mixtione terrena tanquam aqua frigida ita diluunt, vt robur non habeat. Hi ſanè cauponantur verbum Dei, & pecunia vtuntur adulterata, & vinum verbi quod meracum eſſe debuit, aqua dilutum eſt: vnde non euangelizant, ſed quæſtuariam artem habent, non Apoſtolicam, in quos meritò illud Ennij apud Tullium aliquis intorqueat, commutata ſententia, *cauponantes bellum, non belligerantes, cauponantes Euangelium, non euangelizantes.* Clariùs autem Paulus, *adulterantes*, inquit, *verbum Dei.* Diuinam enim inſitámque vim verbi auferunt, vnde filij degeneres, carnales, ſenſui inſeruientes, curioſi & vani generantur. Quos valde admirantur maiores noſtri, vel agnoſcere haudquaquam poſſent, nam ante viginti annos mirabantur noſtri maiores iuuenum licentiam, otioſum viuendi genus, inſanos ſumptus, & temerarios ludos, fœminatum libertatem, ſumptus atque delitias; nunc autem quò proceſſere ſumptus? quò peruenit profuſio pecuniarum? quem finem habitura iam lauta & magnifica domorum ſupellex, ſuperbia inaudita, ſicque proterui, & effrænes adoleſcentes, vt habenas laxare conſultiùs ducant parentes: deſperant magiſtri, ſuccumbunt iudices, fatigantur ſine fructu concionatores, nec valet quis procacem & temerarium impetum horum iuuenum cohibere. Heu, heu, quantum formidare poſſumus, ne iacta fidei fundamenta euertantur, & labefactata diffugiat fides. *Spiritualis enim fames verbi Dei* (aiebat Nazianzenus [a]) *corporea grauior, & eidem mederi difficile, famem audiendi ſermonem dico, quam & pati miſerrimum, & curare hoc tempore perarduum & difficile.* Et contra Eccleſiam iam quod olim contra Samariam libeat intonare Amos. *Ecce dies venient, dicit Dominus, & mittam famem in terram, non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Dei.* Fames, fames valida in Angliæ regno, vt ad perlegenda fidei Orthodoxæ dogmata, conceſſum ad vnam noctem librum, Catholicorum vnus triginta aureos numos expenderit, & libentiſſimè exſoluerit. Fames, fames acerbiſſima ibidem, vbi ad audiendam concionem quam è ſacerdotibus noſtris vnum in loco ſupplicij habiturum putabatur, trecentis aureis numis à Catholicis verbi Dei fame laborantibus feneſtra vna coempta ſit. Quòd ſi vlteriùs malum non graſſaretur, ſolatij ſpes eſſet: ſed proh dolor! quia addit, *& commouebuntur à mari vſque ad mare*, à mari Galilææ, vbi fides cœpit, & verbi Dei prædicatio, vſque ad Mediterraneum, vbi finis putabatur terræ, ab Aquilone vſque ad Orientem. Venient igitur quærentes verbum Dei, & non inuenient, & vt liquidum ſit deficiente verbo Dei filios etiam Dei vel deſiderandos, vel extinguendos, addit, *in illa die deficient virgines pulchræ & adoleſcentes in ſiti, qui iurant in delicto Samariæ.* Hieronymus ſiti verbi Dei interfecti peribunt, quod extremam calamitatem intellige, quia cùm ex virginibus & iuuenibus, vniuerſa proles & poſteritas pendeat, his fame extinctis, publicum fiet reipublicæ funus, & ſubitò ruitura prædicitur. Sic enim ſacra

Iſai 1.
c In Apologe. ad concionatores. Ambroſius Pſ. l. 118. ſerm. 12.

Adulterantes & lucro inſeruientes verbo Dei

Superbia ſæculi noſtri.

Spiritualis fames verbi Dei grauiſſima.
a Orat. 14.

11.
Cap. 8.

ſacra Scriptura quaſi extremum malum ſolet commemorare Pſalm. 77. *Iuuenes eorum comedit ignis, & virgines eorum non ſunt lamentata,* Hebraicè, *non ſunt laudata; ſin de la republica, morir en el incendio las donzellas ſin caſarſe ſin que les canten Epitalamios de bodas.* Cùm enim fames occupat religionis tyrones, & puellas virgines Deo conſecratas, actum eſt de religione, dum fame pereunt pueri, fugite, fugite, ait Amos, quia completa eſt miſera reipublicæ conditio. *De mar, a mar va la perdicion y el azote de Dios,* quia ſi ſalutis ſpes reliqua eſſe poteſt, ſita eſt in vno Dei verbo, & in vno Baptiſta Zachariæ filio diuinitus eſt collocata, quibus deficientibus de orbe vniuerſo actum eſt, ideo *factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zacharia filium.*

12\. *Per pœnitentiam Deo occurrimus.*

12\. *Prædicans Baptiſmum pœnitentia.* Quorſum Chriſti aduentum expectantibus vocem intonat pœnitentiæ? certè, quia Deus ad nos venit cùm per pœnitentiam ad eum accedimus; quod vno verbo explicat D. Iacobus. *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.* Et Gloſſa, *Appropinquate Deo per bona opera & humilitatem,* & addit, *Emundate manus veſtras peccatores, & purificate corda veſtra duplices animo.* Vides quo pacto vnus atque idem ſpiritus per Iſai. Ioannem & Iacobum nos ad lauacrum vocat pœnitentiæ? Hortatur igitur peccatores vt occurrant Chriſto, & quærant illum à quo longiſſimè per peccatum receſſerunt, ita vt opus ſit Deum quærere vbinam ſit peccator. *Adam vbi es?* &, *Vbinam ſunt? hic* (inquit Philo [a]) *introducitur dogma quòd omnis malus exul eſt,* vnde & priuatur benedictione, ſicut Eſau qui erat gnarus venandi, & ruri degebat, è contra Iacob dicitur domum habitaſſe. *Recedunt enim* (inquit Hieronymus [b]) *qui ſicut prodigus filius peccantes cum Domino eſſe non merentur, recedunt autem affectu, non locorum ſpatiis. Receſſit ergo iunior filius, & Cain egreſſus eſt à facie Domini. Quò fugis miſer* (rogat Chryſoſtomus) *quò fugis vitam & ſalutem tuam? ſi Deum fugis, ad quem confugies? ſi lucem fugis, quò reſpicies? ſi vitam fugis, vnde poſtea viues? cùm peccamus, fugimus à Deo.* Igitur appropinquamus eùm de peccatis dolemus, &, vt ait Ambroſius [c], cùm viam iniquitatis amouemus, quæ in nobis eſt, & viam vitæ, quæ Chriſtus eſt, amplexati fuerimus, vt greſſus noſtros dirigat poſtulauerimus, quo citiùs ad eum accedamus, aliter enim nunquam occurremus ei, vt ex Domini verbis ait ipſe Ambroſius [d]. *Ego te quæſiui* (inquit) *ſed inuenire non poſſum te, niſi volueris inueniri. Vis igitur inueniri* (ait Bernardus [e]) *vt quæraris, quære vt inueniaris.*

Iacobi 4. 8.
a Lib. 2. allegoriarum.
b Epiſt. ad Damaſum in locum Luc. 15. Vide Chryſoſtomum ſer. 01. in epiſt. ad Philipp.
c Serm. 4. in Pſal. 118.
d Pſal. 118.
e Lib. de diligẽdo Deo.

13\. Qua autem via veniendum ſit ad Deum, dicat Dauid, qui quondam receſſerat à Deo. *Beatus vir cuius auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lacrymarum, in loco quem poſuit.* Quæ autem ſint iſtæ aſcenſiones explicat magnus Hieronymus [f], qui notat 2. *Reg.* 3. vbi nos legimus, *Dixit vir cui conſtitutum eſt de Chriſto Dei egregius Pſaltes Iſraël.* in Hebræo ſic eſſe, *cui conſtituta eſt ſcala Chriſto Dei Iacob.* id eſt, qui in corde ſuo diſponit aſcenſiones, hoc eſt, poſt peccati ruinam in corde ſuo aſcendendi modum inquirit, idque diſponendo ſemitas adeundi, in quibus omnibus lacrymarum fontes fecit, ſingula deflendo peccata. Sicut de Magdalena ponderat Chryſoſtomus [g], quæ ſingula arma, quibus Deum offenderat, capillos, os, manus, labia, oculos, vnguenta ad Dei obſequium deflendo & pœnitendo conuertit. Et Dauid, inquit Chryſoſtomus [a], *vnam noctem in iniquitate duxit, & per ſingulas lugebat noctes, penitus talia conſitens: Dediſti mihi oculos vt videam lucem tuam, ego autem his male perſpexi, errans aliquando, male intuitus, malo feneſtras aperui, propterea lacrymis ipſas abluo.* Et hic eſt Baptiſmus pœnitentiæ, per quem Deo appropinquamus. Vnde Emiſſenus [b], *Beatus qui hic mala ſua deflere, qui hic debita ſua feſtinat exſoluere, & innocentiam quam non poteſt reparare, per Baptiſmum recuperare ſtudet, per ſummum pœnitentia fructum.* Quare ad rem tanti momenti abſtulit Deus omne impedimentum, & omnem excuſationem liberámque viam ad ſe dedit; ideo Chryſoſtomus [c]: Non aſſiſtit miles qui expellat, non ſatelles qui tempus interrumpat; non eſt qui dicat, non eſt tempus accedendi, veni poſtea: ſed quando veneris ſtat audiens, etiamſi tempore prandij, etiamſi tempore cœnæ, etiamſi nocte intempeſta, etiamſi in via, ſi tunc vocaueris, nihil vetat, proindéque nullam excuſationem habet qui viam nouit, tempus & occaſionem ſcit, & qui certò ſcit Deum appropinquare illi qui eum quærit. Præterea etiam non ſolùm Baptiſmum pœnitentiæ ſumere ſuadet, ſed maturè & citò, vt appropinquemus Deo; tarditas enim in tanto negotio & Deo eſt odibilis, & periculoſa peccatori. Quid enim putas innuit celeritas illa qua agnum paſchalem manducare iubet Deus. Certè, inquit Naz. [d] vt ſignificaret in iis rebus quæ ad ſalutem noſtram pertinent minimè procraſtinandum. *Victimam enim feſtinanter abſumamus, ne in eam culpam incidamus, à qua diuino interdicto Loth auertebatur, ne circumſpiciamus, ne ſtemus in omni circumiacente regione, ſed in montem ſalutis cauſa confugiamus;* ad Baptiſmum enim & pœnitentiam nulla tarditas opportuna eſt, ideo ait [e], *Ad ſcelus quidem, & ad fraudem tardus eris, celer autem ad ſalutem, paria enim in viro ſunt, promptitudo ad vitium, & procraſtinatio ad ſalutem.* Et Euſebius Emiſſen. [f] *Stultiſſimũ eſt vt cauſa qua de neceſſitatibus agitur æternis mutabilitatibus vita deficiẽtis committatur extremis.*

f Lib. tradit. Hebrai. ad lib. 2. Reg.
Qua via incedendum ſit ad Deum.
g Tom 3. hom. de ſancto Philogonio.
a Hom. 22. ad populũ.
b Homil. de pœnitentia Niniuitarũ.
c In Pſal. 4.
Vide Euſeb. Emiſſ. hom. 2. de Epiphania.
d Orat. 2. in in Paſcha.
Feſtinandum ad ſalutem.
e Oratione in ſanctum Baptiſma.
f Homil. de bono latrone.

Sunt tamen certi gradus ad deſcendendum ad pœnitentiæ Baptiſmum, & primus eſt, quem deſignauit Iſai. *Lauamini,* & Iacobus, *emundate manus veſtras;* ſic enim Deo appropinquamus, vt bene notauit Beda, opera enim nomine manus intelliguntur, & Caiet. per manus intelligit *Iſai.* 1. omnia organa operandi mundanda eſſe, & eundem ſenſum efficit; eſt enim manus organum organorum. Sed vide quid addit Iſai. *Auferte malum cogitationum veſtrarum.* Et quid Iacobus? *Purificate corda veſtra duplices animo,* prius enim interna mundanda ſunt, vbi vera conuerſio eſt ad Deum; nec enim fruſtrà natura *cor animantium ſanguine præditorum primum gignit,* vt ait Ariſt. [g] & D. Baſilius, *natura cor præmolitur, ac vice fundamenti præſtruit.* Proinde vita ſpiritualis à corde debet ſumere initium, ideo Iſai. peccatores, quos ad Deum vocabat, iubet redire ad cor, vt ſic Deo appropinquarent, Vnde Bernardus [h] ad ea verba Ioëlis, *Conuertimini ad me in toto corde veſtro.* Forma, inquit, conuerſionis eſt iſta, *Miſer homo qui totus pergens in ea quæ foris ſunt, & ignarus interiorum ſuorum, putans aliquid ſe eſſe, cùm nihil ſit ſe ſeducit, exteriorem quippe ſuperficiem* 14.

Cap. 1.
Iacob 4. 8.
Gradus ad pœnitentia Baptiſmum.
g Lib. de iuuentute & ſenectute cap. 1.
Cap. 46.
h Serm. 2. in capite ieiunij, Ioel. 2.

intuens ſalua ſibi omnia ſuſpicatur, non ſentiens vermem occultum qui interiora corrodit. Attende ſolerter quid diligas, quid metuas, vnde gaudeas, aut contriſteris, & ſub habitu religionis animum ſecularem, ſub pannis conuerſionis inuenies cor peruerſum. Vides methodum purificandi teipſum: ſed ne quæſo verbum illud prætermittas.

15. *Baptiſmum pœnitentiæ.* Licèt enim videatis tibi iam columba eſſe quæ lacte Baptiſmi es lota, crede ſordes mentis & corporis quotidiano Baptiſmo indigere, hoc videtur indicare Paulus, dum ait, *Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi;* *vt*, loco *quamuis*, poſitum videtur, & ita cum Theodoreto exponam. *Quamuis* ſitis noua conſperſio, fermentum tamen, hoc eſt, vitia, omnis generis repullulant; quare licèt per lacrymas putetis deleuiſſe fermentum, expurgate amplius, ſicut Iſai. *Butyrum & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum*, id eſt, quamuis modò puer ſit, iam diiudicat bonum à malo. Gloſſa clariſſimè: *Quaſi dicat, in pannis infantiæ poſitus habet boni malique diſcretionem.* Igitur puero qui tale iudicium habet diſcretionis, oportet vos azymos eſſe ſine fermento vitiorum, & ne putetis ſatis eſſe vobis exilem Baptiſmum Ioannis, qui aliena ope indigebat, contritionis videlicet virtute, ſcitote duo Baptiſmata vobis eſſe ad ablutionem, alterum eſt ſanguinis Chriſti in altari repetiti & oblati, *etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus*; vocat Chriſtum paſcha, hoc eſt, tranſitum, vt ait Beda. Nam per ſacramenta Chriſti traducimur ad Chriſtum & Patrem, ideo quippe ad Deum permanentem tranſimus, ne cum mundo tranſeunte tranſeamus. Alter eſt pœnitentiæ Baptiſmus, ad quem ritè ſuſcipiendum vita tibi conceſſa eſt, vt ait Theodoretus [a], ex illa enim die qua dictum eſt, *morte morieris*, mors tibi denunciata eſt. Diſtulit tamen vt locum daret pœnitentiæ, *quamuis Deus comminatus fuerit, in quocumque die comederis, morte morieris: non ſtatim tamen mortui ſunt, quia bonus Dominus præbuit occaſionem pœnitendi, & confitendi.* Nam licèt poſt perpetratum lethale crimen mox homo mori deberet, at ſciens & prudens diuina pietas peccatorem viuere permittit, hoc enim eſt amoris, & maioris quidem ſeueritatis iudicium. *Etenim*, inquit Ambroſius [b], *cùm reus* (apud iudices) *occiditur, perſona magis quàm culpa punitur, vbi verò culpa deponitur* (vt fit in pœnitentia) *abſolutio perſonæ eſt pœna peccati.* Sic enim tenetur peccator in ſeipſum deſæuire, & animaduertere crudeliùs. Sicut cùm quis reus eſt læſæ maieſta-

16. tis, non ſolùm illi vitam adimunt, ſed pugionibus confoditur, manum abſcindunt, & palàm confixam proponunt, comburitur, cineres per aëra ſparguntur, demoliuntur, domus euertitur, & ſale aſperſa aratur; tale eſt crimen peccati, vt oportuerit ſic puniri vt vita peccatoris ſuperſtes ſit, vt per aſſiduam & repetitam punitionem iam oculus eruat, iam aures obturet, iam manus ad flagella moueat, iam lacrymis & dolore atteratur. Et ſecundò etiam, quia, vt ait Chryſologus [c], *Deus quando peccatorem quærit, non peccata, ſed hominem quærit, vt peccatum quod eſt opus hominis, deſpiciat, vt opus ſuum, quod homo eſt, non amittat.* Nam cùm proditor ſolers eſt, & induſtrius, & cùm iam contra ſe latam ſententiam videt, conſultius eſt regem ipſum adire, enſe diſtricto, & nudata ceruice, & oculis lacrymantibus. Accipe ô Rex enſem iſtum, & meo præcipe gladio iugulari. Certè hoc eſſet quaſi laceſſere, & excitare Regis clementiam, & crimen reducere ad pacta, & contractus amoris. Iam ô mortalis homo contra te lata eſt ſententia, *Quantum glorificauit ſe in delitiis, tantum date illi tormentum & luctum*; occurrit diuina pietas & ſaniori conſilio monet vt enſe diſtricto pœnitentiæ ad Regis venturi pedes prouoluti dicamus: En miſeros homunciones, ô Rex, accipe de eorum manibus enſes, *haga vueſtra alteza iuſticia demi. Minor ſum cunctis miſerationibus tuis*, at piiſſimus princeps, non ipſe vindictam ſumit, ſed nobis ſumendam relinquit per pœnitentiam in gratiam, & in gloriam.

Plautus, vt iſtud periculum ingens ſit, me tamè non tremefecit, id eſt, quamuis. Et Ouid. Epiſt. Vt deſint vires tamen eſt laudanda voluntas.

1. Cor. 15.

Duplex Baptiſmus.

[a] Citatus à Lipomano in Caten. Gen. 2.

[b] Epiſt. de muliere adultera, ad finem.

[c] Serm. de Zachæo 54.

Apoc. 18.

VERBVM FILII.

Luc. 3. v. 1.

Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris, &c. factum eſt verbum Domini, &c.

Ore præcurſoris collapſa reſpublica inſtauratur, mores corriguntur, Regnum Dei, eiuſque in carne aduentus mundo immundiſſimo denunciatur.

DISCVRSVS CXXII.

1. CVR euangelicus vates Iſaias longas traxit moras, nec ad concionandum prodiit quouſque in ſolio ſummæ maieſtatis ſedentem Dominum fuit contemplatus, & poſtquam illum fuit intuitus, cur ita celer exit, vt ipſe ſe hortetur, & inuitet, & ſermonis exilitatem & ieiunitatem taxet, ex cuius ore melle dulcior fluebat oratio, cuius erat libera & eloquens lingua, cæleſtium myſteriorum doctrina redundans? & cur diuini verbi præco Ioannes, magnúſque Chriſti præcurſor, maximus orbis terrarum inſtaurator, tantorum annorum ſpatio ſeſe continuit, nec lætam pœnitentiæ vocem emiſit, quæ poſtea longè latéque propagata & diffuſa in vaſta illa regione perſonuit, *& venit in omnem regionem Iudææ, prædicans Baptiſmum pœnitentiæ*, qui potuit inflammati animi deſiderium continere, & feruentis ſpiritus impetus comprimere triginta annorum decurſu, quo vt Chriſtum Dominum videret, vi quadam ſtimulante rapiebatur. Vtrique interrogationi vna eadémque reſponſione ſatisfaciam. Non in ſolem, non in puluerem Chriſtianus concionator eſt deſcenſurus, quouſque diuinum ſpiritum mente animóque concipiat; ſic interpretatur Theophylactus, *Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem. Afflatus eſt ſpiritu ad prædicandum*, mens diuino ſpiritu quodammodo fœcundanda priùs, & concharum inſtar (vt inquit Solinus) cor explicandum, quæ ora deducunt, & cæleſtem rorem blande fluentem

Cur ſerò venit ad prophetandum Iſai. & Ioan.

Ante Spiritus ſanct. aduentum & opem reſe committat prædicationi concionator.

ventri

ventriculis colligunt, & includunt, & hac ra-
tione margaritas concoquuot & coagulant. Id
Luc. 24. 49. quod Chriſtus Domious dixit, *Manete in ciui-
tate donec induamini virtute ex alto.* Non enim
ſufficit vt in exercitu Saulis comparato ſint ar-
motum præſidia, plus namque poteſt agilis fun-
da paſtoris, lapis & cor Dauidis, qui, Deo duce,
celerique brachio rotat illam & intorquet, inde
manifeſtum eſt omoes illos qui diuini verbi
præcones & fideles adminiſtri extiterunt reipſa,
in populis bonis moribus informandis & inſtau-
randis hunc diuinum expectaſſe influxum,
2. Quem influxum duo conſequuntur quæ ma-
ximè in Iſaia ſplenduerunt. Cùm enim ſpiritus
quem corde mentéque concipiunt lucé ignem-
Spiritus ſanctus illuminat mentem & corda pungit. que afferat, & ſe præbeat forma linguarum,
partim Deum intuentur digniſſimum, vt omnes
illius pareant voluntati: partim vident peſtem
& ſaniem peccatorum in populo debacchantem
latiùs ſerpere, zelo & amore incenduntur, in-
flammantur, & moræ impatientes ſuam accu-
ſant tarditatem. Hunc effectum verbum diui-
Cap 6. 5. num intulit Iſaiæ, *Væ mihi quoniam tacui, quia
vir pollutus labiis ego ſum, & in medio populi
polluta labia habentis ego habito, & Deum exer-
cituum vidi oculis meis*; & vt primùm paratus
& inſtructus fuit ſumma celeritate exiit, *ecce
ego, mitte me.* Et ſi Iſaias tandiu immoratus
fuit, quia Dominum non viderat, hac etiam
de cauſa D. Ioannes, quia Chriſtum Dominum
non fuerat intuitus, nec ſingularem receperat
influxum; quem ille verbo ſuo propinauit,
quieſcebat, etiamſi in medio populo petulan-
ti, vitiorum licentia effrænato verſabatur. San-
Cant. 5. ctiſſima Eccleſia rem totam explicat. *Coma ca-
pitis eius ſicut elata palmarum, nigra quaſi cor-
uus.* Caput Chriſti mei ſponſi aureum eſt, to-
tum diuinitate conflatum, capilli diuina ſunt
dona quæ ex ſacroſancto illo capite fluunt, &
corpus illius exornant. Duo ſanctiſſimi Docto-
res id quod dico miro ingenij acumine ſuſce-
Simile. perunt explicandum. D. Bonauentura: Sicut
lectiſſima fœmina (inquit) quæ auream co-
mam nutrit, ſoluens vittam, & pectine capil-
los diſcriminans non ſolùm illius caput pul-
cerrimum eſt, vt antea, verùm etiam terga,
humeri, colla, manus, pectus, omnia denique
aurea fila pendentia circumeunt & venuſtant;
ſic ſingulares gratiæ quæ ex Chriſti capite deri-
uantur, ipſum locupletant, & immenſa Spiritus
ſancti dona complent, verùm ſolutæ & liberæ
totum Eccleſiæ caput obtegentes illud omne
pulcerrimum reddunt, fideleſque omnes per-
uenuſtos: iſtum virginitas exornat, pœniten-
Gratia Christi quo pacto in animas diffunduntur. tia alium inſignit; illum prophetia honeſtat,
alium decorant habitæ conciones, *diuiſiones
gratiarum ſunt*, & quaſi gratiæ aurea fila. Sed
animaduertite, inquit Theodoretus [a], dixiſſe
a In Cant. capillos palmæ inſtar eſſe, *ſicut elata palmarum*,
3. quæ Eccleſiam venuſtant non tam in Chriſti
capite compoſiti, quàm dum ſparſi & diuiſi
& ſuper nos diſperſi ſunt. Quod quidem hu-
ius Doctoris eſt præclara obſeruatio. Teneris
iam, inquit, palmam eſſe fœminam, maſcu-
lam aliam, ſed palmam fœminam non produ-
cere fructus, neque patulis diffundi ramis, nec
matureſcere, neque decoquere ſi quem habet,
quouſque maſculam palmam quodammodo
præſentem agnoſcit. Itaque colonus vt matu-
reſcat fructus capit germen, & palmæ maſculæ

capillos, & dactylorum racemum, & in ſociæ
palmæ ramis collocat: ſic igitur Chriſti Domi-
ni gratiæ & munera ſe habent, quouſque enim
illum conſpiciamus, & ſuos Chriſtus ſoluat ca-
pillos, diuina dona & verbũ ſuper nos extendat,
nullos facimus in virtute proceſſus, deficimus
& conſumimur, non huius Solis radiis colora-
mur, veteri legi quàmſimillimi, quæ nihil ad
perfectum adduxit, nec matureſcebant fructus,
abſente maſcula virtute Meſſiæ, *elata enim ſunt*
(inquit Theodoretus) *fructus maſculorum, qui
fœminis adiuncti tempeſtiuos etiam illorum fructus
fieri curant.* Verùm inter omnes, concionatores
præcipuè magis indigent, illi maximopere con-
tendere debent Chriſtum intueri præſentem,
& illius ſalutari conſpectu recreati, gratiarúm-
que & ſpiritus capillis operiri; illis enim ſi ca-
ruerit aërem verberat, fruſtrà laborat, non enim
ſpiritualium filiorum fœcunda ſobole illorum
nomen immortale reddetur, & æternum, nec
illius conciones maturos fructus proferent. In
vaſta igitur ſolitudine Deus Ioannem planta-
uerat, Chriſtus verò in vrbium & populorum
frequentia verſabatur, atque adeò rami Ioan-
nis non propagabantur, non palma explicaba-
tur, non ita trunci proceritas protendebatur,
vti oportebat, non vberrimos diſcipulorum
fructus producebat, non gymnaſia aperuerat
diuinis præceptis aliis informandis, lauacro Ba-
ptiſmatis animo expiabat, fateor, verùm non
perfecto, in deſertis locis vociferabatur igno-
tus, ſed hodie ad hominum frequentiam &
concurſus peruenit in florido & patenti lo-
co, ingenti hominum multitudine circunda-
tur, populis gregatim confluentibus vallatur.
Quid hoc eſt ſanctiſſime diuini verbi præco? 4.
quis te allicit, & trahit? poſt tot annorum de-
curſus modò Euro velociorem? quis? Chriſtus
vtique, qui capillos aureos extendit, & me il-
lis illaqueauit, & ſpiritum indidit. *Factum eſt
verbum Domini ſuper Ioannem.* Iam me Chriſti
gratia exornat; quem verò hæc gratia colo-
rem refert? Reſpondet, *nigra quaſi coruus*, ſub-
triſtis, mœroris eſt, non gaudij mea concio;
quare? Reſpondet, *quia in medio populi* polluta
labia habentis ego habito, *vengo a predicar aun
pueblo perdido*, habendæ mihi conciones apud
perditum & profligatum populum, ſceleſtum *Opportunum remedium pœnitentia mũdo immundiſſimo.*
fœdatum, nigredine horridum, ſordidatum,
morbóque conſumptum, hoc quaſi digito mon-
ſtrat Euangeliſta dicens, *Anno quintodecimo
imperij Tiberij Cæſaris*, &c. vultis populi ma-
lum & graſſantem peſtem agnoſcere? Sic ſe res
habet. Imperium dilaniatum erat veluti in
fruſta: nam extincto Herode Antipatris filio,
vt ex Ioſepho [a] colligitur, ille ex omnium ſce- a Lib. 17. antiquit. c. 10.
lerum colluuione natus Herodes Aſcalonita,
qui imperij & dominatus cauſa, vtque regnum
ſuum firmaret, innocentes pueros occidit, ipſe
etiam interiit; in quatuor partes diuiſum im-
perium fuit, quæ tetrarchiæ vocabantur, à
nomine Græco ἀρχὴ, imperium, principatus,
& aduerbio τέτρα, id eſt, quatuor in compo-
ſitione. Prima pars Iudæa erat, quam obti-
nebat Archelaus, ſecunda Galilæa, in qua He-
rodes Antipater regnabat, tertia Trachonitidis
regionis, in qua Bethania erat, hanc Philip-
pus gubernabat, quartam Azotus, teſte Ioſe-
pho, Salome fratri tradidit. Archelaus ita tur-
piter ſe geſſit donis & muneribus dignitatem
tutando

tutando ſuam, vt tandem aliquando populus illum ferre non valens in Lugdunenſem ciuitatem Galliæ amandarit, & Pontium Pilatum Ethnicum miſerit, de quo illud eſt apud Lucam, procurante Pontio Pilato Iudæam ſit eſt stringere Herodem, qui Galilææ dominabatur, vxorem fratris ſui pellicem habuiſſe. Philippus illius maritus erat; videte ſingularem boni hominis patientiam, & caput tanti ponderis & ingenij meritò ſoli certo comparandum. Pontius neminem latet quàm fuerit mollis & effœminatus, quàm politicus, & crudelitate efferatus, cùm Chriſtum Dominum verberibus, ſpinis, & acerbiſſimis pœnis excruciatum ſignum turpiſſima morte condemnauit, quem antea dixerat omni vacare culpa.

5. *Malum quale in aduentu Christi.*

Spirituale verò imperiū deteriùs ſe habebat; nam hoc tempore duo erant archiflamines, & ſummi ſacerdotes, res poſt hominum memoriam inaudita, qui alternatim ſingulis annis ſacra adminiſtrabant, qui ſoceri & generis propinquitate coniuncti erant. Quod quidem rem ſuſpicioſam reddebat, prætereà tyrannorum inſtar ſæuiebant, & omnibus deſpoticè imperabant, vt adnotauit D. Lucas, æqualiter de illis affirmando, *ſub principibus ſacerdotum Anna & Caipha*; illa enim propoſitio *ſub*, nota eſt incredibilis ſubiectionis, ſicut; *Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo.* Iam teneo Baronium affirmaſſe vnum templo præſidere; alium ſenioribus Septuaginta, cuius Concilium Synadrium nuncupabatur, & ita colebantur & obſeruabantur, vt ſi quis maior obſeruantia & reuerentia exhiberetur, non illi, qui tunc munere fungebatur, ſed illi, qui munus obiturus erat, tribueretur. Hoc manifeſtè patuit in ſacra Chriſti Domini perpeſſione, nam cùm illo anno pontificiam dignitatem obiret Caiphas, cùm eſſet Pontifex anni illius, lictores & miniſtri priùs aſtrictum vinculis Chriſtum Dominum ad Annæ domum deduxerunt, & illic, putant aliqui, interrogatus fuit, illic alapam impegerunt, illic dixerunt; *Sic reſpondes Pontifici.* Et Pilatus id apertè dixit, *Gens tua & Pontifices tui* (vide in plurali *Pontifices*) *tradiderunt te mihi.* Hæc omnia declarabant quantum diro morbo vexaretur mundus, nihilque in illo fuiſſe quod Deum optimum maximum allicere poſſet, vt e cælo laberetur in terras, præter incredibilem diuinæ bonitatis miſericordiam. Verumenimuero nunquam opportunius; auctore Auguſtino, *tunc magnus* è cælo venit medicus, quando magnus in terra iacebat ægrotus. Sic etiam illa D. Pauli verba ad Romanos explicantur, *Qui cùm adhuc peccatores eſſemus ſecundùm tempus & tempus*, &c. Cùmque ita ſe habens ad interitum rueret voluntatiùm, & mortua iam illius membra iacerent, non aliter diuini verbi præco Ioannes tantam obeundam prouinciam ſuis humeris impoſitam erat ſuſcepturus, quàm cilicina & lugubri veſte, & lacrymarum plena pœnitentiæ, quibus tot tantáſque maculas abſtergeret, & latiùs ſerpentem peſtem aliqua medicina leuaret.

6. *Etiam principibus ultima illa dies & hora vi a deſignata.*

Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris. Ita Domine; ita expedit, vt Imperatoris, & cæterorum principum & iudicum numerentur anni; non deſit horologium in ſuperbis regum palatiis; ſit ſolare non horæ, ſed volubilis annorum curſus, vt probè norint indices magis ad ſatiſtiam admoueri, & illorum vitam perexiguis quibuſdam finibus terminari. Et licèt in ampliſſimis illorum domibus nulla ſeruetur methodus, nulla ratio temporum habeatur, ſemper tamen decurrit in cælis irreuocabile tempus. *Tempus poſuit tenebris, & vniuerſorum finem ipſe conſiderat, & omnia tempus habent.* Habet, vt ita dicam, horologium, vt in vnaquaque linea rerum omnium locauit euentus, & vt primum annologium eò peruenit, Petrum in hanc lucem edit; tali verò incidente hora, Ioannes communi luce priuatur; *Tempus poſuit tenebris, & vniuerſorum finem ipſe conſiderat*, id eſt; nulla ſplendida gemma in abditis terræ penetralibus deliteſcit, quæ non habeat ſignatam horam, & notatam lineam, certóque veniente die digiti tui annulo eſt inſerenda. Scio me id probaturum eſſe re poſt orbem conditum inaudita; vt ipſe Iob teſtatur, & probat. *Vniuerſorum finem ipſe conſiderat.* Quid quæſo latentius, quid occultius orbe nouo Indiarum, ad quas patefactus eſt aditus maiorum noſtrorum ætate; quis id vnquam niſi dormiens cogitauit in patentiſſimis regionibus longè diuiſos populos homines barbaros, agreſtes & incultos in ignorantiæ tenebris deliteſcere, & in horridis vmbris latere mortis? quos tamen ſol luſtrat, immò ſemper ſupra illorum capita peragit rapidiſſimos curſus. *Igitur tempus poſuit tenebris*, illuxerunt dies quibus hæc remota & abſtruſa regna claram Euangelij lucem erant conſpectura; nam in horologio æternæ ſapientiæ hi populi lineam deſcriptam habebant, tandem aliquando poſt tot decurſus ſæculorum, poſt cæcam errorum caligine noctem ſurgentis diei ſacroſancti Euangelij lumen illis affulſit. Sic illos Iſaias appellauit, *Ite Angeli veloces ad gentem conuulſam, & dilaceratam, & conculcatam*, aliter, *ad gentem lineæ.*

Noui orbis mutatio mirabilis.

Eia concionatores pergite, currite, aduocate; eia felices Hiſpani accurrite ad gentem, Hebraicè, קו *chau*, *lineatam* ad perpendiculum oppoſitam, conculcatam & expectantem, ad eam gentem quam in meo horologio notatam ad certam diem habebam. Vides quomodo Deus cuiuſque rei lineam intueatur: intellige igitur eadem ratione vitam tuam eſſe ad lineam cæleſtis palatij horologium, ad quam vbi peruenit dixit Deus, eia prodi in lucem, & ſtatim dictum fuit, *conceptus, vel natus eſt homo.* Sic etiam ad extremā vitæ lineam peruenies quæ eſt mors, illanc verò tranſire, & vlteriùs progredi nemo poteſt. Hæc noſtra horologia falſa & mendacia reddi poſſunt, & ita mutantur, & perturbantur, verùm horologium cæleſtium linearum ſemper verum, & fidele decurrit. Poteris quis ætatis ſuæ annos circumcidere, canos plumbo pectere crines, & tu miſella tuis pigmentis & bene olentibus aquis ſulcorū inſtar, rugis ſimulare frontem aratam, & annos, horologia hæc falſa; verùm Dei optimi maximi horologiū tuis conatibus non retro peget, non latebit anni, nō numerentur, neque illud poteris continere, principiū etiam dies annóſque ſinnumerat atque metitur, lineā finē vitæ oppoſitā agnoſcit; qua enim de cauſa putas pro ſigno dedit Ezechiæ amplitudo vitæ Solis per decem lineas retro recurſum, niſi, vt acutè Abulenſis adnotauit, quia voluit demonſtrare ſe regibus omnibus & optimatibus ſuperiorem eſſe, illorum annos in ſuum horologio numerando, & hac de cauſa voluit vt miraculum in ſole fieret, 7.

Horologium cæleſte fallere nequit homo.

Principiū vitæ terminus præſcriptus.

& in cælo, vt ad omnium notitiam perueniret, *quique terrigenæ & filij hominum ſimul in vnum diues & pauper*, finem habent præſcriptum, & vt primùm eò perueniunt, ibi repentino caſu concidunt, ibi illorum impetus & vires franguntur, & debilitantur, *ibi impij ceſſauerunt a tumultu, & ibi requieuerunt feſſi robore*, ibi, vbinam ſanctiſſime Patriarcha? vbi eſt iſtud ibi? in ſepulcro, ibi hi fortiſſimi & potentiſſimi homines, quorum Athlantico humero graue pondus ſummæ maieſtatis regij dominatus & humanæ vis potentiæ nitebatur, pondus licèt inuiti proiiciunt, munere priuantur, ſplendidum gemmis & auro diadema, & ſceptrum regale deponunt, nam mortis lineas tranſire nullus poteſt, ibi cuſtodias & vigilias naturæ parens Deus collocauit.

Sepulcrum requies fortiſſimorum.

8. Diſcant exemplo aquilæ Romanæ Tiberij Cæſaris; cogitarent forſan Romani illorum imperium æternitati æquiparandum fore, & nullum futurum eſſe horologium opinarentur, quod illorum dies numeraret, & annos, cùm reuera ipſis ſicut reliquis conſtituta eſſet linea. Præterea vexillorum ſuorum inſignia & ſtemmata minimè conſpexerunt, aquila erat inſigne, ſatis in ſacris litteris expreſſa. Ezech. 17. *Aquila magnarum alarum tulit medullam cedri*, & Eſdræ 4. in quiete ingentem Angelum fuiſſe contemplatum, tria habentem capita, & alas duodecim, quas ſuper vniuerſum orbem expandebat, portendendo illius vrbis imperium & dominatum, tribus orbis terrarum partibus circumſcribi, tunc parentibus, Africæ ſcilicet, Aſiæ & Europæ. Alæ duodecim primos Imperatores duodecim à Iulio vſque Domitianum præmonſtrabant, & vnumquemque Imperatorem aquilam eſſe ipſi Romani cogitabant, & ita ex incenſa funeris pyra, quam illi plenam aromatum vt Imperatori debita cum dignitate parentarent, conſtruebant, libera Aquila euolabat, quam illius animam ad ſuperos vinculis corporis ſolutam euolantem eſſe affirmabant, & ea ratione in diuorum numero illum collocabant. Non videtis quomodo errant toto cælo hæ aquilæ mortis linearum omni recordatione neglecta? & cæleſti horologio contempto, agnoſcent modò quàm lymphatæ & amantes eſſent. Inimicatúrne aquilæ accipiter? minimè, ſed vermiculus teter & niger, qui nec nominari poteſt; qui globo inſiſtens crutibus, nonæ ſobolis pater exiſtit, Solis inſtar, qui gyrans in globo cæleſti parens eſt rerum, hic, inquam, aquilæ vitam adimit; quomodo alam illius tenet, & illi firmiter adhæret, ac ad nidum vſque perueniens ibi prolem omnem ſcarabeus iſte extinguit. Ne vanis igitur principes & fallacibus imaginibus eludantur, omnes tenebrarum errores propulſentur, ſol enim hoc animalculo deſignatus, qui per cælorum ambitus continua viciſſitudine ſuper globum rapidiſſimè decurrit volans ſuperat aquilas, & illis vitam adimit; qua ratione? inſtar certiſſimi horologij horas, dies, menſes & annos imperij metiendo, & ſanctior & iuſtior Rex cum Dauide affirmare poteſt, *Ecce menſurabiles poſuiſti dies*

Aquila etiam ſui obitus dies præſcripta.

Pſalm. 38.6 *meos*. Licèt enim aquila Romani imperij alas ſuper terrarum orbem expandat, & Alexandro dominandi ſitim neque totus orbis extinguat, ſol lineam attingit, & ita certam mortem oſtendit, vt omnem deponeret errorem, *& cognoſceret quod moreretur.*

9. O vitæ linea! tu homines cogere debebas ne equi bonique tranſirent lineas. O mors quàm aptè appellaris *vltima linea rerum*, & meta atque terminus rerum; quare huius volubilitatis remedium erit ſi artem & induſtriam picturæ imitemur, quæ, vt ait Plinius, *poſita eſt in effingendis vltimis lineis*, idque eſt, nam ars pingendi columnam integram aut corpus exprimere penicillo non poteſt, ſed mediam partem tantùm, hominis etiam faciem mediam depingit; ars ergo omnis in hoc verſatur, in efformandis extremis lineis, tanta ſubtilitate & induſtria, vt oculi & phantaſia non ibi conſiſtant, ſed pergant ad ea quæ non videntur, & linea illa vltima ſolummodo oſtenduntur, *hecha la linea vltima de la columna con tal arte que lleba la imaginacion y los ojos a ver la otra media que no ſe pudo pintar.* Et ex his quæ cernit oculis ad ea quæ non videt figuranda rapiatur, & ea linea quæ faciem diuidit ita ſit expreſſa, vt oculos rapiat ad alium contemplandum oculum, & mediam oris naſique partem aliam intuendam. Sic vnuſquiſque cum teneat in vita curſum, eam ineat vincendi rationem, vt quando vltimam manum & extremam vitæ lineam imponat, hic corpus intra lineas mandatorum Dei continuerit, vt ſpem afferat eius quod non videmus, nempe reſurgendi; & licet oculus caliget in morte, tranſeamus ad cogitandum animæ oculos diuinam maieſtatem intueri. Et hoc os mutum & elingue ducat ad credendum os animæ in cælo diuinas laudes decantare; nemo enim ſapiens, nemo diues qui hanc vltimam vitæ lineam non rectè duxit; verùm ſi felicem mortem nactus eſt, hoc omnia illuſtrat, & honeſtat, hoc certa nobis æternæ beatitudinis pignora largitur, hic verè ſapiens, hic verè diues & beatus eſt prædicandus.

Vita vltima linea.

Quid artis ſit in vltimis effingendis lineis.

Quis ſapiens dici poſſit.

10. Secundò hæ dignitates velut vmbra diffugiunt, & illas metitur ſol curſu ſuo, annique numerantur Tiberio, quod remedium vt contineantur, certè nullum, niſi contineas Deum ipſum. Operæpretium fuit Ioſue a Gabaonitis hoſtibus victoriam reportare, ad eam comparandam lux fuit neceſſaria, lux ſine die nulla eſt, ſed abeunte ſole etiam abit dies, eſt enim latio Solis ſuper terram. Sol ſine Dei iuſſu non oritur, à Deo mittitur; ergo de primo ad vltimum; qui vult victoriam, vult lucem, ad lucem diem, ad diem ſolem, ad ſolem Deum; opus ergo eſt vt Deus ipſe contineatur, & fortiſſimi ducis annuat votis, & ſic ſa res habuit, *obediente Deo voci hominis.* Nam ſi ipſe non conſtitiſſet, nec ſol diem conſtituiſſet, nec dies lucem emiſiſſet, nec lux pugnandi locum conceſſiſſet. Vultis vt veſtræ Monarchiæ, & familiæ, ac primogenita immortalia ſint, tenete Deum, apprehendite fide & bonis moribus. Ecce Romanum extinctum imperium, ecce Ieroſolymam ſolo æquatam, quia Deum minimè continuerunt, liberè enim factum mittit chronographum qui illorum numeret annos. *Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris.*

Dignitates velut vmbra euaneſcunt, ſoli Deo fixa ſunt.

11. *Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannē Zachariæ filium in deſerto.* Vnde cuinam Dei veritas affulſerit, verbum datum eſt eremi cultori, & oratio datur ſubcuſtich iam numeris omnibus abſoluta.

abſoluta. *Danle hecho el ſermon, factum eſt verbum Domini*, &c. Ne illum rhetorum floſculis aſpergat, & troporum & figurarum pigmentis coloret. Oratio enim ſale leporéque condita tantum inſeruit, vt doli fraudéſque tegantur, vt hæreticorum catapotia auro inducta deuorentur. Euangelij doctrina, lactis inſtar, quo pueri etiam nutriuntur, datur, amore & ſimplicitate ſugitur; contrà verò errores & ſophiſtarum ſcicotiæ vini inſtar ſunt, quod vim infert capiti, & pueris non eſt aptum. *Ne aſpicias vinum in vitro quando flaueſcit*; ne oculis luſtres eloquentem librum, te namque decipiet, & in fraudem inducet, & fidem auferet. *Non enim miſit me Deus baptizare, ſed euangelizare: non in ſapientia verbi*, non verborum eloquentiæ adieci animũ, ſed charitate feruenti dictioni & verbis ex imo cordis affectu prolatis, *ne euacuetur crux Chriſti*; ego enim non volo ignominias & cruciatus Chriſti Domini quaſi auro inducere, ea ratione crucem exornando, vt minimè crux eſſe videatur, & ignominia Chriſti verecunderis, minimè; ſed manifeſtè dicas, nudatus fuit, cæſus & cruci affixus: verùm in hoc noſtra & illius gloria poſita eſt, hac de cauſa ne Ioannes pilulas amaras inauraret animo forti & excelſo, auſtero aſpectũ in dicẽdo ab ipſo Domino euocatur. Modò iam concionatores non delegat Deus, ipſi ſeſe ingerunt & intrudunt, vt Ieremiæ tempore, *Non mittebam Prophetas, & ipſi currebant: non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant.* Quid plura? *furantur verba mea vnuſquiſque à proximo ſuo.* Siccine, ſiccine vt concionentur ſtatim latrocinia & furta conceptuum & acuminum mentis committuntur, inde rapiunt, illic inferunt.

Venenum latet ſub oratione nimis culta & vana.

Prou. 27.

1. Cor. 1. 17.

Concionator nõ niſi vocatus à Deo accedat.

Ier. 23. 21.

12\. Iſti quàm ſimillimi ſunt his qui pilam luſoriam exercent, quorum omnis diligentia poſita eſt in reiiciendo pilam vt primũ occurrit, quem iactũ in manu dolor conſequitur, & vana quædam voluptas ſi percommodè, ſi lepore & venuſtate è manu proſilijt. *Son como jugadores de pelota que todo ſu guſto eſta en ſacar bien la pelota y no les queda ſino el dolor de la mano y la vana gloria de hauerla ſacado con gracia y ſin colentar la pelota.* Eadem ratione iſti vt incidit conceptus & acumen aliquod loquaci lingua propellunt & reiiciunt, tantùm ſupereſt fatigatio corporis, & inanis voluptas, & glorioſa, ſi popularis & plauſibilis fuit oratio. Immo in ludo globuli peccat, qui in iactu illum continet manu; econtra verò contingit in concione, peccatum enim committitur ſi conceptus non calueriot, & in illius pectore verba ardeant, etſi non diu multúmque res meditatus fuerit; & in conſpectu Domini in proprium ſuccum ſubſtantiámque conuerterit; ideo D. Petrus ſuam doctrinam lac nominauit. *Sicut modò geniti infantes rationabile ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem.* Græcè autem eſt, *Verbale lac concupiſcite*, & tranſlatio Syriaca, *Eſtote ſicut infantes, ſimplices, & appetite verbum illud tanquam lac purum & ſpirituale, vt per illud adoleſcatis ad ſalutem.* Lac verò alimonia eſt, quæ pectoris calore concoquitur, tot tantique ſunt in republica Chriſtiana infirmi, quia non tanquam ad ſcopum & finem conciones diriguntur, vt curentur mortalium animi, & charitas augeatur, & ita concio in medio itinere quaſi conſiſtit, hoc eſt, in ingenio, & mente, & hæc ſolùm non affert ſalutem, potiùs morbo afficit animum, ſi in

Ex præconcepto affectu & calore verba proferantur atque procedãt.

1. Petri 2.

Clem. Alex. lib. 1. pædagogi.

futilibus & curioſis rebus immoretur. Nónne 13.
inſanarum mentiũ eſſet, ſi perturbato exercitu, vulneratis corporibus, campo redundanti, aliorum truncatis brachiis, pedibus, cruribus illorum præciſis, transfixis peccatoribus tunc accurrerent vt ſubuenirent odoribus, & florum faſciculis, vt illorum naribus admouerent, & oculos oblectarent. O inſaniam! collige hunc ſanguinem, medelam affer his vulneribus, vitta tot ora patentia in his corporibus quæ extinguuntur conſtringe. Mundus nónne calentis inſtar eſt belli deuicti iam & proſtrati ab infenſiſſimo humani generis hoſte diro peccati ferro transfoſſis hominibus, vitiis diſciſſis, & nos rhetorum floſculis & acuminum & antiquitatis roſas ſpargemus; & nos figmenta poëtarum & philoſophorum à dæmone ipſo, Marte & Ioue proferemus? Si, cùm ex Iericho in Ieroſolymitanam vrbem venientem miſerum hominem viarum graſſatores deprædati ſunt, vulneribus illatis ſemimortuum Samaritanus inuenit, & in proprio ſanguine volutantem, tunc accedens dixiſſet: Age, dira tibi vulnera inflixerunt, ſed paululum admoue aures aliqua emblemata explicanti, hoc hieroglyphico recreabo; cui moribundus: Amabo te, nunc prætermittantur emblemata, non harum rerum tempus. Vide quia acutiora ſunt & illuſtriora quàm toto ſpatio vitæ tuæ audire potuiſti. O Domine ſint licèt præſtantiſſima, amoue ea, nam vltimum ſpiritum emitto, affer medelam modò tantis malis, & reuoca animam, & ſine poëtarum ſales & lepores. *Vulnus & liuor & plaga tumens non eſt circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo*; tu autem loquere quæ decent ſanam doctrinam. Dices, non percommodè venit hæc oratio, & doctrina hoc tempore, imminentibus iam Chriſti natalibus, quando omnes in veſtium ornatu parando, & conuiuiis opiparis lautíſque dapibus conſtruendis occupamur. At voces Ioannis ſunt *nigra quaſi coruus.* Fateor quidem, verùm non eſt ille in culpa, ſed vos; quid mirum, ſi ad morbo confectos, deſperatos, & gratiæ vita priuatos concionator adueniat, atris veſtibus, & lugubri habitu, hoc pietati & commiſerationi tribuendum eſt; contrà verò ſi aliter ſe haberet, immanitati & impietati vertendum eſſet, & hoc ſignificat, *factum eſt verbum Domini*; modò fit concio, non facta erat, non inuenies illam in tritis & vulgaribus vulgaris linguæ codicibus, *ſed factum eſt*, hoc eſt, accommodans ſe populo, & illius morbo, hoc ratio poſtulat, & ægritudo, etiamſi doleat ægrotus. *Ad veſperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Ego gaudeo, non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam.*

Iſai. 1.

Importuna ſemper videtur peccatoribus pœnitentia prædicatio.

Pſalm. 29.

Baſili. ibid.

Si ergo ſoli Ioanni factum eſt Dei verbum, ad 14.
quid putas veniſſe Tiberium, Pilatum, Annam & Caipham? veniunt vtique teſtaturi Euangelium, quod iam incipit prædicari. Sicut enim Pilatus mortis Chriſti fuit quaſi campana, nam vt primùm auribus accepit Chriſtum Dominum ſpiritum emiſiſſe, admiratione defixus obſtupuit. *Pilatus mirabatur quòd iam obiſſet*, campana veluti maior in Chriſti morte inſonuit; ſic etiam iſti in celebri concione teſtes adſunt nobiliſſimi Imperatores, qui ſuo teſtimonio omnium aures attentas reddunt,

Teſtes Euangelij prædicationi non ſine cauſa adhibentur.

ad quid tanta bominum frequentia, tanta cele-
britas, & tam graue teſtimonium? exquiſita di-
ligentia opus erat, annus enim & dies adue-
nient quando in dubium poterit quis vertere
ſacrum ne Euangelium hominibus prædicatum
fuit, an Chriſtiani ſimus, an verò hoſtes Euan-
gelij, teſte Cbryſoſtomo, & Hilario, hoc n. iudi-
caret qui nos extrinſecus cōſideraret præcepto-

Videmur nec Euangelium nec Dei mandata audiſſe.

rum Chriſti aduerſarios. *Et quaſi ſtudium habue-
rimus contraria in omnibus agere quàm ille manda-
uit*, & duhitationi locus eſt, ſi vocem hæc
gens audierit pœnitentiæ. Nam vobis proxi-
mum eſt regnum cælorum. *Sed ne quis forte putet*

Chryſoſt. lib. 1. de cōpunctione tom. 5. circa princip.

*exaggerationis cauſa à nobis hæc verba proferri,
probamenta iam nunc adhibebo, non aliunde quàm
ex ipſis Chriſti mandatis. Ego autem dico vobis,
quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus
erit iudicio*; &c. Quis hanc legem obſeruat?
quis non pedibus quaſi conculcat? nos autem
plus quàm incredulí & infideles calcamus hanc
legem, quotidie innumeris iniuriis fratres no-
ſtros afficimus; *nam de non iurando erubeſco pro-
ferre in medium non ſolum propter iuramenta, ſed
& propter periuria. Dicam de mandato illo quo
iubemur non theſaurizare ſuper terram; quod qui-
dem faciunt parui, cæteri verò quaſi econtrario
audierint præceptum, & quaſi dictum ſit ad eos:
Theſaurizate vobis omnimodo ſuper terram.* Quid
ergo ſequitur? *Nolite iudicare*, inquit, *vt non*

Multos damnari ratio ipſa oſtēdit, & perſuadet experientia verū.

iudicemini; ego ſolatiom confeſſionis meæ in-
uenire credeham, ſed augmenta nunc reperi.
Si enim etiam nullum peccatum à nohis aliud
fuiſſet admiſſum, per hoc ſolum gehennæ nos
tradi ſatis ahundè ſufficeret, quippe qui in
aliorum delictis ſeueri & amariſſimi iudices re-
ſidemus, noſtras autem trabes oculis infixas
propriis non videmus: à quo vitio neque ſæ-
culi homines, neque monachorum vllum fa-
cilè inuenies liberum; quòd ſi in hoc quod mi-
nimè laborioſum eſt ita delinquimus, in aliis
faciliùs & leuiùs, qua ratione deſidia no-
ſtra non arguitur, nitimur præuaricari. O
quantum laborem inſumimus vt peccemus,
quis eſt qui pro hoc malo veniam ſperet? *In-*
15. *cipiat iudicium à domo Dei*, & quæratur
Euangelium vbi prædicatum eſt? vbi eſt
paupertas euangelica religioſi, vbi vigilans ho-
rum ſenſuum cuſtodia; qoi ſunt appetitus ſce-
lerati contra puriſſimam caſtitatem armati? hæ
cilicinæ veſtes vbi complicatæ deliteſcunt, vbi
verbera, vhi inflammatus ardor contra pecca-
tum? vbi zelus contra illos qui humanas diui-
náſque leges violant? vhi ſcientiæ libri diu mul-
túmque verſari ad hominum animos ab inte-
ritu vindicandos. *Si autem primum à nobis* (in-
quit Chryſoſtomus, ex Paulo) *quis finis eorum
qui non credunt Dei Euangelio*? Si monaſterij
clauſtris incluſus paupertatem putat ignomi-
niam, ſi obedientiæ iugum excotit, ſi tragœ-
dias excitat, & contendit cum ſæcularihus &

Peccata quæ in hoc ſæculo in quolibet ſtatu graſſantur.

mundanis, vt munus, dignitatem, cathedram
ohtinear, ſi eum ipſo ludit, & ad fabulas & co-
mœdias proficiſcitur, quid dicet Barharus &
Ethnicus, qui noſtra circunſpicit? vhi eſt Euan-
gelium? vbi porta iſta anguſta? Forſitan inter
Eccleſiaſticos reperiemus, vbi cultus & reue-
rentia rerum diuinarum? vbi puritas angeli-
ca? vhi pietas in faciendo ſacro, quies & mo-
ra in agendis gratiis, circunſpectio vbi inter
fœminas, vita omni labe carens, integra do-
ctrina & vera; num in his paupertas elucet? De
meipſo, inquam, narrabo (ait Chryſoſtomus)
cum tranſire ad habitaculum monachorum co-
gitarem relicta vrbe, ego mecum quam ſoli-
cite perſcrutabar ſi ibi erunt neceſſaria ad vi-
ctum, ſi fieri poterit vt aliquo die panem
recentem comedam, aut ſingulis diehus ha-
beam neceſſarium. Habeo item Scripturæ ſacros
libros, habeo lectum in quo requieſcam, qui-
bus rebus quidem Baptiſta carehat; verùm ſi 16.
hæc in Chryſoſtomo diuitiæ reputantur, qua
ratione in domo tua diues Eccleſiaſtice pau-
pertas Chriſti reperietur, pictǽne tapetes, &
conchyliata periſtromata, regales abaci, lau-
tiſſimæ epulæ, ſerui, clientes, pediſequi, co-
qui, & alij omnes curis fluxarum rerum occu-
pati, quomodo nuncium miſit rebus propha-
nis, & ſæcularibus, qui lites alit & fouet, & o-
mnium dolos fraudéſque occultat, *quis finis eo-
rum qui non credunt Euangelio*? Quid dicet man-
cipium; aut Turca, quem domi habes, & quo-
tidie ad Baptiſmum adhortaris, percontabi-
tur proculdubio, vhi hæc lex? Forſitan inter
ſtabili matrimonio coniunctos reperietur. Quis
illorum non diuitiis abundare deſiderat? quis
illorum bona comparare non contendit, vt pa-
trimonium aliquod fundet, & ſtabiliat, aut fi-
liam matrimonio iungat, quæ longè meliùs
monialis foret. Quid de fiducia ſemper in Do-
mino collocanda, dum die, nocte breui peritu-
ris diſtracti negotiis nec illius recordantur. Vhi
matrimonij ſeruanda fidelitas? vbi pax quam il-
lis annunciat Euangelium, cùm domum ingre-
diuntur, vhi miſericordia erga pauperes; aua-
ritia obcæcati omnem miſerationis legem obli-
ti ſunt. At forſan principes, vel locupletiores
miſericordes erūt erga pauperes; qua hora igno-
ratur, nec pauper in illorum oſtio conſiſtit:
væ vobis miſeris diuitihus, qui cæli viam dere-
linquitis! Quid Ethnicus dicet? qui veſtras do-
mos frequentat? qui probè tenet ſummam eſſe,
& quaſi capita iudicij extremi bona largiri pau-
peribus, & miſericordiæ ohtemperare manda-
tis? Neminem latet, ô Hiſpania, te ſemel & ite-
rum à tuis finibus innumeros filios propulſaſſe,
hac vice extrema decies centena hominum mil-
lia exterminaſſe, qui in te domum & larem ha-
behant, ſacro peruncti chriſmate Chriſtiano-
rum nomen obtinebant, & poſt tot annorum
decurſum tanquam infideles, harbaros, hæ- 17.
reticos, fraudulentos expuliſti: percontor vbi
fuit hoc Euangelium, hæc fides, hi mores Chri-
ſtiani, quos tot hominum millia non viderunt,
nec quadraginta annorum ſpatio, nec centum
annis, Euangelium hoc inuenerunt infelices
Antiſtites. O miſeros vicarios, quibus harum
cura animarum fuit demandata! ô principes mi-
ſerandi, quam rationem Deo eſtis redditurí ho-
rum canum (hoc enim nomine eos appellaba-
tis) ſi venaticorum canum à vobis Deus exiget
rationem, quanto magis animarum? Sanctiſſime
Paule vhi eſt hoc Euangelium, dicito tu qui lu-
cem hanc orbi toti intuliſti. Eia age. *Quod ſi* 1. Cor. 4. 3.
*opertum eſt Euangelium noſtrum, in his qui per-
eunt opertum eſt, in quibus Deus huius ſæculi* (id
eſt, dæmon) *excæcauit mentes infidelium, vt non
effulgeat illuminatio Euangelij gloriæ magni Dei.*
Præſciti illi & damnandi, qui peccatis ſuis ad
inferos aguntur, euangelicam innocentiam
opertam habent. Petulantes & miſerrimi iuue-
nes

Peccatores opertam habent virtutē Euangelij Chriſti & gloriam eius.

nes Chriſtianam deleuerunt caſtitatem, inanis gloriæ appetens, honoris cupidus, apoſtolicam animi demiſſionem infra mortuos amandauit: Auarus in ſuis arcis ſpiritus clauſit paupertatem, & illi mille feras affixit, lacrymæ & Chriſtiana modeſtia & ſeueritas quaſi in exiliũ propulſatæ à choreis, à ſaltationibus, à citharis, tympanis, fabulis, comœdiis, & exploſa eſt ſeueritas Chriſtiana, & triſtis illa facies, compunctionis & religionis plena, nec lacrymæ rigant genas, ſed riſus, carnis oblectamenta, cantilenæ vbique reſonant. Nõnne iſti pulcerrimã imaginem Chriſti Domini, & illius ſacroſanctum Euangelium deformant, & obliterant, ne hæretici & Gentiles videre poſſint? Ergo inquit Euangeliſta, quantum potero ſtylo & voce contendam, vt cœlum ipſum & terra hoc exandiat & percipiat; anno enim quo Tiberius Romæ imperabat, & Pilatus Ieroſolymæ ipſius præſes, Ioannes Baptiſta concionatur, pœnitentiam & Dei regnum orbi toti prædicando, hoc eſt, Euangelium, verè Euangelium gratiæ & ſempiternæ gloriæ nuntiando.

VERBVM SPIRITVS ſancti. 2. Petri 1. v. 9.

Cui enim non præſtò ſunt hæc, cæcus eſt, & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis veterum ſuorum dilictorum.

Et opportuna præcurſoris voce homo vocatur ad pœnitentiam, & orbis ſub iniquis principibus ſordidatus, Baptiſmo expiatur.

DISCVRSVS CXXIII.

1\. QVo tendat Verbi percurſoris pœnitentiæ vox, & quorſum ad venturi Regis cognitionem purgatio delictorum præcipiatur, nemo qui ſtatum illius reipublicæ nouit ignorat, nemo quantum præſtet ad Chriſti aduentum expiatio ſordium neſcit, qui ſemel eius dignitatem & maieſtatem cognouit. Quare multis retro antè ſæculis Dauid, qui virtutis Dei ardenter ſitiebat aſpectum, non niſi purgato corde potuit ad eius cognitionem Pſal. 62. 2. vocari, *In terra deſerta, inuia & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.* Vbi Chaldæus ſic legit, *Purgaſti me Domine vt viderem virtutem tuam, & gloriam meam.* Et ne putent mortalea vel me nihil contuliſſe ad hanc emundationem, vel non vt par eſt æſtimaſſe tantam gratiam, ideo obſecro, *vide laborem meum, & humilitatem meam, & dimitte vniuerſa delicta mea, ya Señor he hecho las diligencias requiſitas para el Iubileo concedemelo vos.* Nam & tribulationem paſſus & humiliatus ſum nimis. Ideóque, vt ait Eccleſiaſticus, *Dominus purgauit peccata ipſius, Dios le concedio indulgentia plenaria,* quam ipſe tanti

Indulgentia peccatorum quanti facienda.

Cap. 47. 13.

Fr. Garcia Euang. Conc. Tom. 2.

fecit, vt addat, *& exaltauit in æternum cornu eius, & dedit illi teſtamentum regni, & ſedem gloriæ in Iſrael.* Nam quaſi fundamentum regni & promiſſionis Meſſiæ de domo eius enumerat, & quaſi pluris æſtimat, & in primis habet purgationem peccatorum ſuorum ipſi conceſſiſſe. *pone por cabeza de mayorazgo el Iubileo que le concedio ſu Dios.* Poſt Dauidem etiam D. Paulus, quanti facienda ſit hæc expurgatio declarat, *Qui cum ſit ſplendor gloriæ* (Patris) *& figura ſubſtantiæ eius.* Optimus quidem medicus qui fons eſt vitæ & gratiæ, *portánſque omnia verbo virtutis ſuæ,* qui ſolo verbo omnia peregit, & de cœlo medicamenta ſimplicia adduxit, *purgationem peccatorum faciens.* Chryſoſtomus ex Græco legit, *per ſeipſum purgationem faciens;* quaſi dicat, ille qui ſolo nutu atque imperio omnia condidit, & conſtituit, decreuit non iubendo, ſed obtemperando ſalutem noſtram moliri, *per ſeipſum,* & non ſine labore, ſed *faciens,* hoc eſt, ſatagens, & laborans, *tubo bien en que entender aſaz le coſto trabaxo.* Itaque primo loco diuinitas in vaa purgationis & potionis infuſa eſt, paſſio, ſanguis, ſudor Chriſti, deinde puriſſimus virgineúſque ſanguis, indéque humanitas Saluatoris, deinde venenum peccati totius mundi. Quid ais, ad purganda peccata miſcentur peccata? ita quidem, nam & theriacam conficientes vt à veneno præſernet, parum veneni miſcent, nec hoc ignorauit diuina ſapientia, nec ignorari voluit, ad conſolationem peccatorum; quorſum, putas, diu expectauit Deus vt conficeret potionem illam? expectabat quidem vt peccata numerum explerent, opus enim erat peccata in antidoto peccatorum futurorum miſceri, *vt de peccato damnaret peccatum; del miſmo pecado y muerte ſacar la ſalud y ſanar la mordedura del perro con los pellos del miſmo:* vnde collige omnia peccata quæ Deus in prædeſtinatis permittit opportuniſſima fuiſſe ad ſuam leuitatem & infirmitatem curandam, leuiores enim eſſent, & extollentiores, niſi hoc graui pondere deprimerentur. Bonitas quidem ſummè laudanda, & quam in ſeipſo & in aliis non ſatis miratur Apoſtolus. *Hæc fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed iuſtificati eſtis, ſed ſanctificati eſtis in nomine Domini Ieſu, para curares mejor permitio pecados.* Addit inſuper, in potione amara laborea & tribulationes noſtras, lacrymas, dolores, frigua, nuditatem; quæ licèt amara ſunt, iuuant tamen gratiam, & hic vocatur Baptiſmus pœnitentiæ, gaudia enim humana, & terrenæ delectationes, etiamſi delectant, nocent tamen naturæ hominum, & caput eius occupant, & vertigines vel phreneſim cauſant, vel quaſi vino inebriantur proſperitatibus; ideo conſultiſſimè mittit aquam tribulationis, & Baptiſmum pœnitentiæ, vt diluat vinum, ſicut Dauidi, *Calix in manu Domini vini meri plenus mixto, inclinauit ex hoc in hoc:* nam cùm medicus potionem alicuius rei ſimplicis præſcribit, periculum eſt ne medicamentum partes praui humoris agat, & inclinet in eum; ideo miſcent plurima in potione, vt ſi aliqua à prauo vincatur humore, mordeat altera. Ad hoc, inquit Beda, in Chriſto non humanitas ſolùm, ſed diuinitas conſtituta eſt, nam caro ſola partes ageret noſtræ corruptionis, *hiciera ſo vanderiza y de la parte*

2\.

Epheſ. 1.

Quàm precioſa intrant in compoſitionem huius pharmaci.

Los intrantes que componen eſta medecina que precioſos.

3\.

Etiam peccata cooperantur in bonum ex permiſſione Dei prouidentiſſima.

1\. Cor. 6. 11.

Pſal. 74. 9.

de nueſtra enfermedad y peccado; modò verò etiam-ſi caro placet, mordet, & curat diuinitas, & hoc ipſum in ſalutem cuiuſuis animæ agit, miſcet in calice varios euentus, varias fortunas, ne

Miſcet Deus ſapientiſſimè ea quæ proſunt cum acerbitate aliarum

extrema amet, ſed miſceat cum delitiis dolorem, ſentiat cum diuitiis ſolicitudinem, cum maieſtate curas, cum valetudine infamiam. Quid dicam ipſum cubiculum ad curandū eum noluit eſſe ſupremum vt cælum, nec infimum vt infernum, nec tam lætum & gloriosum ſicut cælum, nec tam triſte & callidum ſicut inferno. Certè acerba ſunt iſta, dices, quis poterit tam acerbam potionem haurire? ideo addit miſcuiſſe verbum Dei dulciſſimum. *Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem*. Omnia verbo Dei

Verbo Dei dulceſcunt omnia.

4. dulceſcunt. Sicut aquæ Iericho ſale condiuntur, ſic experiebantur illi qui in bello & labore conſtituti ſcripſerunt. *Nos cùm nullo horum indigeremus, no hauiamos meneſter vueſtros conſuelos ni aliançarnos con los Lacedemonios, habentes ſolatio libros ſanctos.* Quòd ſi hæc adhuc amara ſunt, agam quod egiſſe legimus Eliſeum, qui cum *mortem in olla*, hoc eſt, amariſſimum cibum Prophetarum reperit, parum farinæ poſtulans & miſcens in ſaporem conuertit; amaram dicis pœnitentiam, & Ioannis baptiſmum, & peccatorum recordationem? expecta, iam in Bethlehem Maria farinam præparat, accedite ad præſepe, vbi eſt Dei virtus, dulcedo ſempiterna; quid tu hic mi puer? *portans omnia, eſtoy reuolniendo el cielo y la tierra*, imperium, cælum, Angelos hominéſque commoueo, vt diſtillatam & fortiſſimam aquam lacrymarum in medelam veſtram afferam. O mi puer, & cui tanti queſtus & pretij potio eſt præparata; *purgationem peccatorum faciens*, ad emundandos peccatores. O Domine pereant impij, intereant mortales; quid Deo confert hominis ſalus? Tolle, inquit, imò de cælis hac de cauſa veni, *& videbit omnis caro ſalutare Dei*; ego dulcem reddam potionem, tibi enim peccator dulce erit compungi, lacrymari, cùm meas lacrymas in calicem fundo, quæ iram Patris, & fel amaritudinis dulce reddere poſsūt. Quid ais inops nobilis, abiicit te paupertas, & pudore ſuffundit; accipe meos pannos, vide ſicut potens paupertas Dei ad honeſtandam pauperiem & inopiam? Quid ais diues, arduum eſſe faſtum deponere, præcidere ſuperflua, & paucis contentum eſſe; ſume lac dulciſſimum quo lactor a Virgine, quid non hoc lacte, his lacrymis, his gemitibus reddetur dulce? Tu quidem Domine in cruce poſitus obſtrues os mortalium, qui vel honoris vel delitiarum appetentiores ſunt; mihi verò ſat eſt præſepium, panniculi, infantia, ne ego loquar vbi Dei verbum multipliciter loquitur; & quid amplius Deus ad ſalutem molitetur? Hac de cauſa D. Petrus cùm tantos ſumptus ad hanc purgationem impenſos videt, ad puritatem inuitat, & gratitudinem. *Vos autem curam omnem ſubinferentes miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam, in abſtinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem.* Iam integræ valetudinis, immo & perfectionis acquirendæ obligatio incumbit poſt talem purgationem. *Cui enim non præſto ſunt hæc, cæcus eſt, & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis veterum ſuorum delictorum.* Cer-

4 Reg. 2.

1. Mach. 12.

Quàm libenter pro ſalute noſtra omnes acerbitates ſubiuit.

2 Petri 1. 5.

5. tè qui tam exigua exhibere poteſt poſt tam quæſtuoſam purgationem à Christo factam, & nihil ad ſalutem propriam præbet, *cæcus eſt*, iam ægritudo oculos mentis occupat, iam palpat in meridie, & manu tentans. Sicut talpa, vt ait OEcumenius, *obliuionem accipiens*, quaſi qui potionem ſumit, vt abſtractus à mente ſtupidus & obliuioſus fiat, *quien os ha hechizado que yerbas ſon eſtas.* Nam, vt ait OEcumenius, certè iſti in Chriſto quaſi in ſpeculo ſe conſiderarunt, *conſiderauit enim ſe, & abiit*; vidit in Chriſto nuditatem, ſed certè oblitus eſt mundus qui diuitiis inhiat, vidit lacrymas, & riſum amat, oblitus eſt. Ideo ait gloſſa illum qui peccat mortaliter, videlicet oblitum videri pacti quod in Baptiſmo egerat. Qua de cauſa ad infideles peccatores Ioannes, qui vox eſt Verbi, legatus aduenit: legationis autem eius cauſas ab Euangeliſta auſcultemus. Primò, qui legatus eſt iſte, & qua de cauſa? Secundò à quo rege, a qua curia, & qualis eius ingreſſus. Tertiò, quam poteſtatem affert, & ad quæ extenditur eius facultas. Quartò, quæ ſit eius legatio, & quem tandem effectum ſortita ſit. PARTITIO DISCURSUS.

Primò, *Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem*. Mittitur a Deo, more Prophetarum, ad prædicandum pœnitentiam; quæ obſecro nunc inſtat neceſſitas huius legationis? Prima eſt, minimè eſſe florentem & hilarem rempublicam, vt cum Dauide, aut Salomone, ſed cùm poſſederunt eam domini abſque Deo, cùm ab externis oppreſſi tributis ſeruiebat, & in extremis conſtitutum erat, eſt enim homo Deo ſuo ſic inurbanus, vt cùm ſecunda fruitur fortuna, ſtatim cum Deo de felicitate contendere poſſe putet; equo enim luxurianti, obeſo & pulcro, quis ſellam & phaleras imponat? recalcitrabit, & longè à ſe propellet ornamenta, at marcidum & cui ilia exarata ſunt calcaribus, fatigatum & inelegantem puer cogit, frænat & gubernat. Tua te vitia, ô Homo, iumentis inſipientibus comparatunt, *Comparatus eſt iumentis inſipientibus*, quia ſemel impinguatus non fers calcaria, nec ad compunctionem cordis aptus, nec dolorem pœnitentiæ ſuſcipis, *incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, incraſſatus, impinguatus, dilatatus, el amado de Dios lozanea y ſe vee libre no le bablets agora que ſe moſtrava rebelde y indomito.* Sinite populum pedibus Romanæ beſtiæ peſſundari, hac ratione legitimum dominum quæret. Dum Laban placide & amanter proſecutus eſt Iacob, & læto vultu ſuſcepit, nuſquam patriæ amore tangebatur Iacob, etiamſi ibi Pater aderat, & conſanguinei, poſtea verò cùm *animaduertit faciem Laban quod non eſſet erga ſe ſicut heri & nudiuſtertius; maximè dicente ſibi Domino: Reuertere in terram patrum tuorum*; perſpexit iam toruo vultu erga eum eſſe Labanum, & ſupercilio tædium oſtendere, & cùm Deus ſimul conniuebat, & alliciebat, tunc iter arripuit, & migrauit in patriam. Quid mundus, ô Chriſtiani, niſi Laban, qui 7.
ſonat *albedinem, duenon tramposo que os dexa en blanco.* Iam durus eſt erga vos, iam aſperè vos tractat, iam toruo vultu ſpes veſtras præſcindit, ex alia parte vox inſonat præcurſoris, vt ad regnum Chriſti Regis benigniſſimi remigretis; quid expectatis, quod tempus opportunius ad pœnitentiam prædicandam? quando tempora calamitoſiora? quando maioribus concuſſi tribulationibus? quando grauioribus territi infortuniis? quando tenuiores fortunæ,

6.

Cùm minimè florens & exultās eſt reſpublica tùc opportunius eſt pœnitentia demonſtratur. Simile.

&

& inſolentiores ſumptus? Mundus nónne agreſtis & durus eſt, terra tardior & parcior in frugibus, cælum temporaneas continet pluuias, quia de prælijs, ſeditionibus, languoribus, inopia, morte, peſte, tributis, vectigalibus, impoſitionibus, quid hoc niſi fel, quid niſi vultus immutatio tyranni. Age audiatur nunc pœnitentiæ vox, impleantur hebdomadæ Danielis, quorſum modò? *vt nempe, finem accipiat peccatum*, & vt ſciat homo plangere, & Deum expetere. *Domine Deus, poſſederunt nos domini abſque te, tantùm recordemur nominis tui, ſi quiera acordemonos que ſois vos el verdadero Señor.* Solatur eos Propheta. *Ecce Dominus egredietur de loco ſuo, vt viſitet iniquitatem.* Satis ſumus in tempore, ecce Dominus venit, & iam in proximo eſt, vt viſitet iniquitatem.

Aduentus Chriſti ſuit in tempore venit.
Dan. 9.
Iſai. 26.

8\. Et hæc eſt ſecunda cauſa legationis præcurſoris, nempe vt piam faciat peccatorum expiationem, etiamſi vox acris pœnitentiam indicit. Quod auctor Imperfecti [a] diſertis verbis adnotauit. Quomodo, inquit, in ipſo principio manifeſtat, quia benigni Regis eſt nuncius, non enim peccatoribus minas intendebat, ſed peccatorum indulgentiam promittebat, ſolent enim reges nato ſibi filio indulgentiam in regno ſuo donare, ſed antè tranſmittunt acerbiſſimos exactores, qui omne quod inuenerint exigant, ita vt indulgentia ipſa crudelior eſſe videatur, quàm ipſa exactio, vt nihil indulgentiæ habeat præter nomen, vt lugentes illam homines & nudi ſuſcipiant, *quando venia ya la nueua del principe recien nacido y del perdon, ya no auia que perdonar eſtaban ya deſnudos los hombres y llorando. Deus autem & nato ſibi filio volens donare in ſeculo indulgentiam peccatorum, præmiſit quaſi exactorem Ioannem, dicentem: Facite fructus dignos pœnitentiæ. O exactio quæ non pauperes facit exactos, ſed magis diuites reddit.* Nam ſi lacrymas exigit, plorantem in præſepio Chriſtum proponit; ſi nuditatem iubet, prioris eſt qui nuditatem experitur; ſi iniuriarum condonationem præſcribit, nónne ipſe priùs ipſum inimicum amat, & in proprias ædes venit quærere & conuenire? Videte quia vniuerſis indulgentia conceditur, nulla alia re, præter pœnitentiam exacta.

Piiſſima denunciatio pœnitentiæ.
a In Matth hom. 3. col. 2.

9\. *In deſerto.* Vnde venit legatus? vtique à regia curia, deſerto nempe, ibi enim colonus aſſiduus Deus eſt, ibi negotia peraguntur, vt Danielis orationes & ſupplices libelli oſtendunt. *Ex die primo quo poſuiſti cor tuum, ad intelligendum vt te affligeres, in conſpectu Dei tui exaudita ſunt verba tua. Buena corte es eſta donde Dios deſpacha negocios de ſaluacion.* In hac curia internus reſidet tumultus, animæ potentiæ ſubtiliores redduntur, & vrbana, imò diuina, vt ait Nazianzenus, redditur anima. *Quem docebit ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum, ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus.* Si ergo ſolitudo Dei Regis eſt curia, quare in curiam mittitur Ioannes? Ideo nempe, quia quandiu indigebat ſeceſſu ſibi & proprij animi profectui, in ſolitudine manſit. *Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine*; prius enim quàm rex hanc illi prouinciam imponeret, præuidit vires & ſpiritum attraxiſſe, quum effunderet, & ſumptus curiæ faciendos ferre & ſuſtentare poſſet. *Expectabam eum, ali me eſtube a pie quedo, qui ſaluum me fecit à puſillanimitate ſpiritus*, donec à me ſpiritum puſilli abſtulit, & ſpiritu principali muniuit. Sunt enim tria inimicorum genera, quidam quos occidere non licet, immo permittere, eſt ipſis nos ſubijcere, & abiectè deſeruire, hi ſunt homines quos etiam inimicos iubemur diligere. Alij ſunt inimici, ſed quaſi pueri, quos minimè licet occidere, ſed caſtigare, & flagris afficere, hæc eſt caro noſtra, & affectiones animi edomandæ. *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, vt caſtigati & non mortificati.* Tertij ſunt dæmones, quos etiamſi extinguere velimus, non poſſumus, quia immortales, & infatigabiles. *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem.* Hos tertij generis, & qui ſibi coniuncti ſunt, mundum, aulicos, curiam & hominum frequentiam, melius fugies quam expugnes. Profligare ne tentes, nec ad eos adeas, niſi priùs tibi ipſi quod ſat eſt attenderis. *Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Sedete, dixit iterum, & manete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto, ecce elongaui fugiens*, ſatius mihi viſum eſt fugere. Nam & hæc adire pericula non ſeminæ, non religioſo viro, vix Ioanni Baptiſtæ conceditur abſque temeritatis nota. D. Chryſoſtomus [a] curiæ & aulæ pericula aperuit, ad illa Eccli. verba 9. 20. *Communionem mortis ſcito, quia in medio laqueorum ingredieris & ſuper dolentium arma ambulabis, mira que ſi a la corte vas te veras de la muerte vn canto de real y vn buelco de vn dado de la condenacion.* Ea enim facilitate, qua quis ludo ſcachorum deuorat equum, peditem, aut etiam regem alienum, eadem ratione quis morti adiudicatur, *aſi dicen muera fulano como ſi dixera en el Xedrez mate.* Neſcio quo halitu reſpirent, nec quo veneno veſcuntur, tam contrario vitæ mortalium. Cambayæ reges à pueritia veneno vtuntur, ne veneno poſtea perimi contingat, quo hauſtu teterrimus illis & venenatus halitus ingeneratur, vt animalcula puta, muſcas (vt ait Odoardus [b]) ſubitò extinguant, nullamque ex vxoribus conuenit rex, quam non ſecunda die interimat, quia tactus eius ac ſaliua venenata eſt, qua mortem inferat. Nónne hi mores ſunt mundi, nónne magnatorum & procerum familiaritas & gratia hæc eſt, ſolo halitu ſi proxi- 10.
mior es interficieris, ſola negatione poſtulati quaſi ſclopi pila occumbes, vultus ſeuera, aut triſtis mutatio, vel placidum verbum, quo tui minimè indigere affirmat, in ſepulcrum mittit, *quoniam in medio laqueorum ingredieris.* Nam licèt orbis totus laqueis ſcateat, at qui in medio ſunt, periculoſiores dicendi, inde in omnes prouincias laquei diſſipantur, quæſitores, receptores, requiſitores & iniuſti iuſtitiæ adminiſtratores, & ex Græco addit Chryſoſtomus, *Super pinnacula ciuitatis ambulas, andas ſobre las alas de los texados.* Vide in tanto periculo conſtituto, qui poterit cibus iucundus eſſe, quanti ponderis erit honor, quam ob dilectationē rerum capiat, qui illis ſuper pinnaculis fruitur, vbi omnes à longè vel pietate, vel odio inclamāt. O homo, faueat tibi Deus, caue ne decidas, væ tibi ſi ſemel de tuo exturbatus gradu incidas in regiā iram, omnes te videot præ timore exalbeſcentem, turbatū, in periculo poſitum, lapſus eſt, errauit, actum eſt de illo, & cum tot ſint qui cadunt, ait Eccl. *Super dolentium arma ambulabis, andaras ſobre las armas de los que dicen, ay.* & per vias publicas, ſicut per itinera graſſatoribus & plagiarijs plena ambulabis, *andaras como por ſierra morena llena de cruces aqui*

Curia regis cæleſtis deſertum eſt.
Dan. 10. 12.
Quandiu opus fuit in ſolitudine manſit Ioannes.
1. Cor. 9. 27.
Fugere quoſdam inimicos operæpretium eſt.
Matth. 26. 41.
a Hom. in hunc locū.
Curiæ pericula.
Barchena lib. 1. c. 2.
b Hiſtor. Indiæ.
Con vn no as he menſter matan vn preſidente.
Pericula aulicorū & curialium.
Eccli. 9. 20.

mataron a ſulano. Alios ſemiuiuos videbis, qui nec patres reuerentur ſuos, omnia arripiunt vt obtineant dignitates, quorum ſi irriti ſint conatus, vel ſententia litis contra votum & expectationẽ dolentiũ voces audies; væ filiis, væ honori meo, væ animæ meæ; igitur vt in tam periculoſam vitæ rationem ingrederer, *expectabã eum, qui ſaluum me fecit à puſillanimitate ſpiritus.* Manſit in deſerto Ioannes quoadvſque cor regium datum eſt illi, & ſpiritus principalis, veſtiſque idonea, vt in curiam poſſit venire.

11. Certè, dices, cultus ſaltem corporis non aulicus eſt, nec in curia vſitatus, quid aſperitas ad molles; quid nuditas ad ornatos? Ita quidem, veruro eſt, Ioannes autẽ morem ſequitur aulæ Dei, non prophanorum, qui omnia in externo cultu ponunt. *Qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt, viſten blando en lo exterior al fuero y vſo del mundo;* Chriſtus verò cùm Rex dolorũ ſit, & ſpineam coronam geſſit, purpuram induit, & flagellis cingitur, hac eadem veſte ſuos induit, mollis veſtis, ſuauitas, & conſolatio ſpiritualis ab intus eſt, & in cordis arcano ſentitur; mundani verò deforis molles, blandi, intus amaritudines & ſpinas geſtant. Videt medicus ægrotum angi, opprimi, & cordis palpitationibus ſpiritũ intercludi, cutis verò & externus habitus ſuauis, candidus, nulla nota maculatus, morbi grauitatem & malitiam in interiora penetraſſe ſuſpicatur, cùm verò remediis adhibitis, reuertens iterum videt vibicibus & notis morbi totum corpus ſcatere, gaudet & triumphat, & victoriã, victoriam inclamat; foras enim iam erupit malum. Vides ſerico indutum equitem, ſecunda fortuna, amicis, famulis, valetudine præſtantem, triſtem verò, moroſum & gementẽ; quid hoc? certè morbus in cor refugit. Virginem etiam videas elegantẽ, comptam, ornatam, ſed triſtem, & mœrore confectam, adhæſit cordi eius dolor internus, at ſi ſubitò hi duo renũtiarent omnibus, ille religionis habitum, ſaccum iſta induit, ille caluos, hæc capillos ponit, & curã curandæ cutis & colendi faciem ambo remittunt. O quàm hilares, quàm expeditos videas, quam dulcedinẽ in corde experimur? nam quid quæſo præſtabilius eſt, cilicium in corde, an in corpore? fames auri in anima, quàm fames corporis? Certè aſpera veſtibus, paradiſum & lectulum floridum ſponſi tegit, & abſcondit. *Lectulus noſter floridus, & regnum Dei intra vos eſt;* ibi delitiæ Deo dignæ, ibi cultus curiæ cæleſtis. Quod vt indicaret Ioannes tali tàmque lugubri veſte indutus venit; legatus enim eo veſtiũ genere vtitur, quo reperit regem, ad quem miſſus eſt. Vide legatum Dei, ô homo, indéque miſerum tuum & luctu dignum ſtatum dignoſces. *mirale entrar flaco deſcubierta la cabeza el cabello deſmelenado el pecho velloſo y moreno el roſtro toſtado enjuto deſecado del ayuno los pies deſcalços rodeado de vn aſpero cilicio de cerdas de camellos, ceñido con vn pedazo de cuero cerdoſo, eleuados aquellos ojos en el cielo, viſteſe de nueſtra miſeria y luto.* Sicut cùm filiũ Dei electro veſtitum videt Ezechiel, quod, teſte Plinio, lacryma eſt arboris pallidi coloris, qua enim alia veſte mortẽ noſtram, quo colore pallorem, quo pacto niſi lacrymis vallis lacrymarum miſerrimã vitam noſtram repræſentaret? O munde, inſanis vtique dum venienti Deo luctuoſis veſtibus induto tu ludis, & ornatu cœnis & ſaltationibus occurris! vereor ne tibi quod Tiberio, Annæ & Caiphæ contingat, qui iſti teſtes vocãtur regni Dei, quod iuſtis affulget, & ſtatim foras pelluntur, & nihil de teſtamento nouo ad eos pertinet amplius, quàm teſtes fuiſſe; quia poteſtas non ad illos, ſed ad Ioannem facta eſt. *Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem, &c.*

Cultus corporis non aulicus facit, ſed cor nobile, vigil & à peccato liberum.

Dei delectationes non in externo ſenſu ſed interno conſiſtunt.

Simile.

Cant. 1. 16.

12. *Prædicans Baptiſmum pœnitentiæ.* Iam poteſtatem quam affert exhibet Dei legatus, ſed certè amplior poteſtas videtur quàm reuera eſt, Baptiſmus enim Ioãnis non ſicut noſter gratiam conferebat, indigebat auxilio pœnitentiæ, quam virtutem dicimus, hoc eſt, contritionis; imò etiam humiliatione vtebantur, nam Ioannes dum baptizabat dimittebat eos, exteriùs quidẽ nudos, & inter peccatores culpæ obnoxios eſſe fatebantur, & his adminiculis ad remiſſionem peccatorum perueniebant, quam vt attingerent, Dei fauore & cooperatione indigebant, ideo non dixit D. Lucas, *prædicans Baptiſmum pœnitentiæ, & remiſſionem,* ſicut in Symbolo dicimus, ſed *in remiſſionem,* quaſi diceret, hãc itur ad remiſſionem, *para qui van alla por eſto exterior caminaban a lo interior.* Baptiſmus autem Euangelij tantam habet virtutem, vt in infantibus pœnitentia non indigeat, etiã in adultis ſatis eſt deteſtatio peccatorum, nec pœnitentia alio indiget Baptiſmo, vt expreſſe Paulus ait, *Impoſſibile eſt eos qui ſemel illuminati ſunt, iterum ad pœnitentiã renouare,* id eſt, baptizari ad pœnitentiam. Itaque quæcumque ſit pœnitentia, vt vera ſit, debet eſſe *in remiſſionem peccatorum,* id eſt, talis quæ internam animi maculam deleat, atque adeò à corde incipiat, vt ſuprà diximus, & iterum Auguſtinus [a] admonet. *Quando ſic pœnites vt tibi amarum ſapiat in animo quod antè dulce fuit in vita, & quod te prius oblectabat in corpore, ipſum te cruciet in mente.* Quo pacto fiet hoc, Pater Auguſtine? Sic facilè quis odit & ſpernit quod paulo antè amabat? Ita quidem, ait Auguſtinus. Poteſtas Verbi data legato ea eſt, vt hæc & alia patrare poſſit mirabilia. *Ecce dedi verba mea in ore tuo, vt euellas, & deſtruas; & ædifices, & plantes.* hoc eſt, prædiſcere poſſis euertenda atque vaſtanda regna, vel reges, & inſuper alios reges eorum loco ſubſtituendos, *no mentiras ni temas, mandales a los valles que ſe leuanten y a los montes que ſe humillen;* verbi enim mei poteſtas naturas rerum conuertit. *Lex Domini immaculata, conuertens animas,* nam ſi natura ex terra aërem, ex aqua margaritas, ex geniſta amariſſima mel, & diuina iuſtitia, ex vxore Loth lapidem, ex lapide aquam, ex aqua ſanguinem fecit, quanto erit potentior virtus verbi mei *ad faces Iſrael conuertendas, ſaldra la palabra de mi Dios a trocar las heces en licor claro, las calderas en bacias de oro y plata. las Magdalenas en Marias.* Mirabilis verbi Dei poteſtas, cui cùm tot obſiſtant, ſubitò & inopinatò peccatorem conuertit. O qualem exiget rationem iudex auditi verbi, & operibus non exhibiti. Inſtructionem eius iam ſigillatim expendemus.

Quid nomine Baptiſmi pœnitentiæ denotetur.

Epheſ. 6. 4.

[a] *Ser. 7. de tempore.*

Vis & poteſtas verbi Dei.

Ier. 1. 10.

13. *Parate viam Domino, rectas facite ſemitas eius.* Prima facultas erga iuſtos eſt, vt pœnitere non deſiſtant, ſic enim regia via ad Deum tendunt, quam vſque ad vitæ extremũ non deſerũt. *Parate viam Domino, quia nemo ſcit an odio, vel amore dignus ſit, ſed omnia in futurum reſeruantur incerta;* & tu dormis qui quondam deliquiſti? Vide ſollicitum Dauidẽ, qui ore Prophetæ indulgentiam

Prima poteſtas verbi ſuper iuſtos.

Pſal. 37. 19.

acceperat, *quoniam iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo, meneſter es in a horrando para ſalir de eſta deuda.* Nam cùm famulus liber omni debito in famulatum intrat, poteſt petere, edere, & frui liberè mercede ſua, at qui ad ſeruitutem venit, ob ea ſoluenda quæ domino ſuo antè debebat, ſi exigit ſtipendium, & conſumit, quibus poterit antiqua debita perſoluere? Venimus ô viri in Dei famulatum obærati & oppreſſi peccatis, ſi volumus exacte quidquid opera noſtra merentur petere, quando ſoluemus antiqua debita? *Cogitabo igitur pro peccato meo.* Dicam ergo cùm oblectatio ſeſe offert, poſſem ego quidem impune hac delectatione frui, verùm vnde haberem vt ſoluerem Domino meo: poſſem ego in libertate manere, bona ſicut alij poſſidere, verùm tibi ſit, mi Deus, tibi relinquo, vt quodammodo antiqua ſoluam debita, hi recta via tendunt in cælum, *rectas facite ſemitas*, ideo Patriarchæ Iob datur nomen *iuſti*, & ſtatim additur, *rectus ac timens Deum*, quia non hærebat creaturis, & inſuper ſortis ſuæ & negotij ſalutis timore angebatur. Sicut colluſor qui quum coram ſe ingentem pecuniarum cumulum habet, pedetentim & conſideratè ſponſionem acceptat, nec temere inuitat aduerſarium hominem irreligioſum, & exiguæ virtutis, per momenta videas excandeſcentia, vel petulantiori aſpectu, vel procaci verbo ſponſionem facere: at vir religioſus qui congregauit diuitias, ſuſtinet continétque, nec metas paſſim tranſilit. *Cogitabo*, inquit, *pro peccato meo, ando agora juntando blanquillas y marauedis es meneſter acortar enbites.* S. Gregorius breui ſermone comprehendit, *Difficiliores ſunt qui iuſtiores.* Ægrè frænum mundi ſuſcipiunt, etiamſi à Deo in quancumque partem vertantur, & dirigantur, *dirigite viam Domini.*

De peccati remiſſione nunquam ſecurus eſſe à negotio ſoluto bono.

Mortificatio.

Simile.

Iuſtus timoratus.

14\. *Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur.* Iam ſuperbos petit, & reprimit, vt aiunt Auguſtinus, Origenes, & Beda, & ad æqualitatem vocat, hoc eſt, vt diues impleat vacuitatem pauperis, & eius expleat indigentiam, *vt fiat æqualitas*, vel *æquabilis via, vt alijs ſit remiſſio, vobis autem tribulatio: ſed ex æqualitate in præſenti tempore veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, vt fiat æqualitas.* Huc in beatiſſima Virgine tanquam in ſpeculo intueri iubet D. Maximus, nam cùm ageretur iam de ſuſcipiendo Regem Meſſiam, qoid ad hoc præſtaret maximè procurauit ſpiritus, & in primis voluit naturam temperare, & componere. Sicut cùm quis vult citharam temperare, primam chordam pulſat ſolam, & ad eius ſonum componit alias, quid ſi infimas ad ſonum priorum aptaret? voluit verbum Dei naturam noſtram componere. O qualem rerum & chordarum mutationem fecit, diuinitatem demiſit, exaltauit humanitatem, ſed præcipuè primam omnium fœminarum temperauit: quorſum Domine ſic pauperem, ſic humilem, ſic puram primam matrem tuam elegiſti? certè vt attemperaret ſono & melodiæ, quã Chriſtus exhibiturus erat: *vt enim natiuitas per immaculatam Virginem conſtitit, eius natalis per immaculatos ſerulos procuretur, templo la prima Maria para templar por ella las demas cuerdas.* Debemus ergo Virgini conſonare; pulſet igitur in primis Chriſtianus decem Decalogi chordas. *Qui fidelis Chriſtum diligit, mandatorum ſuorum obſeruatione componat.* Sicut ergo ipſa Virgo Virgini, humilis altiſſimo, & pauperrima egeniſſimo puero conſonat; ſic vos ad æqualitatem totã debetis rempublicam componere, ne vos rideatis dum gemit pauper, ne vos in veſtibus fulgeatis dum ſordet in pannis inops, *no aya diſonancia en vueſtras caſas. Ne alter exultet in ſericis, alter conſumatur in pannis; alius æſtuet cibo, alius famam ſitiſque ſuſtineat: no ſuceda que ſalga el otro cruxiendo con la ſeda y el otro eſte enbuelto en andraxos, eſte ande afforrado y abrigado y el pobre eſte a la puerta temblando de frio eſte ſe quexe del eubarazo el otro de la hambre y neceſſidad.* Ad hoc autem omnes difficultates ſuperandæ ſunt, etiamſi ſupprimere opus ſit montes, & eleuare valles; verùm quid non agat Dei verbi poteſtas?

1\. Cor. 8.

Simile.

Beata Maria qualiter præparari debeat anima in aduentum filij oſtendit.

Et erunt praua in directa. Poteſtas iſta contra mendaces, litigantes & negotiatores eſſe videtur, *contra trampiſtas y negociadores que van por caminos torcidos*, qui ſerpentum more non rectà, ſed contorquendo ſemitam ſerpont, viam Deo venienti occludunt. Iob à cæleſtibus Indiis eos arcet. *Lapides ſapphiri lapides eius, & gleba illius aurum: ſemitam ignorauit auis.* Neſciunt cæli viam aues rapaces, & quæ roſtra habent vorantia. *No paſan alla ladrones. Nec intuitus eſt eam oculus vulturis*, vultur enim à templo Dei arcebatur tanquam immunda auis: hi ſunt qui gaudent in morte & infortuniis aliorum, *rixis enim, & bellis gaudet vultur*, quia cadauera expectat, & inſectatur exercitum, & à quinquaginta leucis ſubodoratur. Arcentur etiam tertio loco negotiatoros iniuſti, *nec calcauerunt eam filij inſtitorum.* Inſuper etiam, ait Bernardus [a], ambientes honores propelluntur, *nec tranſiuit per eam ſuna*, qui nempe de ſe præſumunt, nec alienum conſilium adeunt, nec contractus ſuos aliis communicant, filios mortuos pariunt, hoc eſt, contractus illicitos, & cum peccato, & omnes in eo ſunt, vt catulos alant, & primogenita atque domos illis ex rapina excitent. 15.

Contra fallaces negotiatores.

Beda ſuper Geneſ. 15. Gregorius Venetus Cant. 1. tom. 7. c. 32 Leuit. 11.

S. Thom de negotiatoribus

a Ser. 1. de S. Andrea. & ſer. 6. ſuper Qui habitat. eſt ſuper Cant. ſer 33.

Et aſpera in vias planas. Carnales ſunt qui per ardua & aſpera ambulant. *Ambulauimus vias difficiles*, vt eleganter Sapiens deſcribit, & addit, *Super omnia difficilis eſt via viri in adoleſcentula, difficil empreſſa lade vn Iouen pretendiente de vna doncella cerrada como vendra a eſtos el armiño blanco que huye del lodo, aggrauauerunt contra ſe denſum lutum*, pellantur etiam iſti, vt ait Dionyſius [b], *Illis energumenis ſuperiores ſunt qui voluptatibus fœdiſque libidinibus aut perturbationibus obnoxij ſunt, quippe & illi ſacratiſſimis arceantur rebus, & meritò quidem.* Dirige ergo viam impudice, vide quid aſſerat Iſai. *Erit ibi ſemita recta, & via ſancta vocabitur: non tranſibit per eam pollutus, & mala beſtia*, id eſt, meretrix & fornicaria mulier. Hanc ad ſingulos gradus & gentes inſtructionem affert Ioannes, ad omnes autem pœnitentiam prædicat. 16.

Prou. 5.

b De cæleſt. Hierarch. c. 3.

Cap. 35

Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum Dei. Te vocat, & ad fores tuas hæc lex denuntiatur, ô peccatrix anima, vt pœniteas, quia ad iracundiam Omnipotentem prouocaſti, Patrem in inimicum conuertiſti. Reſpice concionatorem, de deſerto venit vita inculpabili, macie confectus, capillo neglecto & impexo, intonſo barbitio, ſine colore, ſine ſucco, qui vix infirmis oſſibus & ieiunis membris poteſt conſiſtere, vide eleuatam faciem, defixos in 17.

Perſuaſio ad pœnitentiam.

Thema.

Declaratio.

BIBLIOTECA VIT. ROMA VITTORIO EMANUELE

cælum oculos, & lacrymis ſuffuſas genas, alto
ſupercilio, accutati animi ſigoum, qui talia
mundo denuntiare venerat, ad cuius vocem ter-
Cap. 33. 3. riti ſunt principes, &, vt ait Iſai. *A voce Angeli*
Declaratio maior. *fugerunt populi, ac ſu preparato ſus caſas por oirle.* Pœ-
nitentiam agite: pœnitentia eſt ad ſe redire, &
comperire tandem iniquum fuiſſe Deum offen-
Applicatio doctrinæ. dere, *percuſſi femur meum.* Si ergo in vobis culpa
eſt, vbi mens, vbi ſenſus? quis cor occupauit,
A ratione. quid ad cauſas doloris ſtupidos fecit? Prima ra-
tio, nónne Deus alta cordis rimatur, & quaſi
flammantibus oculis in obſcuro conſcientiæ ini-
quitates intuetur, turpia videt, dolos intelli-
git, & vocem conſcientiæ, iuſtitiam, iuſtitiam
inclamantis, exaudit? Conuerte oculus ad hæc
Pſ. 138. 16. apoſtemata. *Imperfectum meum viderunt oculi tui,*
non eſt ſanitas in carne mea, à facie iræ tuæ putrue-
runt, & corrupta ſunt cicatrices meæ, à facie inſi-
pientiæ meæ, que locura aſido eſta que tengo encan-
ceradas las entrañas y no lo hechaba de ver? Secun-
da, vide ſtragẽ & miſerandam vaſtationem pec-
cati, quum ex anima gratiam, virtutes, bona
opera, promptitudinem ad bonum diripuit, &
ad malum propenſionem intulit, & quaſi Aqui-
lo flores omnes exuſſit, & exiccauit. *Egreſſus eſt*
à filia Sion omnis decor eius. Tertia de periculo, in
quo es, dicam, inferno addictus per ſententiam
latam, quam inſtanter exequeretur mors, quaſi
1. Reg. 20. 3. lapis anima in ima deprimeretur. *Viuit Dominus*
quod vno tantùm gradu ego mórſque diuidimur: vi-
ue el ſeñor que de mi a la muerta eterna no ay vn
buelco de vn dado. Quarta, quid dicam de ama-
ritudine illa, qua pelagus diuinæ miſericordiæ
exacerbaſti? vide quàm amarum ſit peccati fel,
vt vna ſola gutta mare immenſum in amaritudi-
Oſ. 13. 14. nem conuertiſti. *Ad iracundiam me prouo-*
cauit Ephraim, in amaritudinibus ſuis, vn mar de
colera me a hecho eſa alma pecadora. Quid de in-
fando ſcelere, quod idololatriæ nomen meretur.
Non erit apud te Deus recens. *Certè* (ait Hierony-
mus) *quot peccata habemus, tot Deos recentes ha-*
bemus, crimen de leſa mageſtad abominacion contra
Expolitio & confirmatio. *el Dios altiſſimo.* Immane quidem ſcelus, quo ſi
poſſet quaſi veneno Deus interiret, & hoc tu
propinas, & hoc verbum audis, & viuis, deicida,
ſi fas eſt dicere. Quid agam, in quo ſpeculo
tuam hanc fœditatem oſtendam, nudabo latus,
reſcindam vittas, & apoſtemata & vibices tuæ
18. ægritudinis in meo corpore oſtendam. Hæc fe-
ciſtis? *Propter hæc traditus ſum in manus peccato-*
rum, & ſic turpiter tractarunt, quaſi immunis
& liber non eſſem, nec filius Dei, nec ſatis fuit
altiſſimum ponere refugium meum, ibi in arce
diuinitatis, in ara ſummi ſacerdotij, in ſolio
Apoſtrophe, ſiue exclamatio. Deitatis interfectus ſum. *Quid inuenerunt in me*
iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulaue-
runt poſt vanitatem, & vani facti ſunt. O Agne in-
nocentiſſime, nihil in te inueniri potuit, ego
ſum qui peccaui, ego iniquè egi. O crudeles ma-
nus, qualem reliquiſtis animam, ſi tam dira mor-
te agnum immaculatum interemiſtis! ô dulcis
Ieſu! ô amor animarum, quàm clarum es mei
reatus ſpeculum, tranſlucent crimina per tui cor-
poris foramina; his clauis notata & confixa eſt
mea culpa, his præconiis mea diuulgatur ini-
quitas, hæc meis erroribus pœnitentia debeba-
tur, & tamen tua terga diuerberata video, mea
verò molliter tractata; tibi grauis eſt crux, mi-
hi ſuaue eſt iugum, & onus leue, tu iaces in
cruce, egò in lectulo luxurians? O cæcus er-
ror! ô mentis ſtupor! ô obliuio damnanda, &
ſurditas intoleranda.

Progenies viperarum, ait Matthæus, *quis oſten-* 19.
dit vobis fugere à ventura ira: viuorez nos roſabi- *Increpatio.*
dos quien os a enſeñado a huir de la ira de Dios. Sin Cap. 3. 7.
hacer penitencia? Fertur, ait Chryſologus, vipe-
rarum filios nõ communi via in lucem prodire,
ſed viſcera matris diſſecantes, noua ratione (ex
morte matris) vitam comparantes: vos ergo
progenies viperarum, per quam partem puta-
tis in ſalutem venire, niſi per pœnitentiam?
Quis tam breuem atque compendiariam viam
oſtendit vt longum ſit compungi, flagellari, ie-
iunare, à peccato abſtinere? miſeremini ſal-
tem matris piiſſimæ, quæ vno enixu orbem to-
tum peperit, ſufficiant vobis quinque illa amo-
ris & doloris foramina, illæ vitæ fores ſunt, &
oſtia aperta ad gratiam. Certè digna inferno
iſta eſt impietas; in quo confiditis? videlicet,
quia *Patrem habemus Abraham? en que tenemos*
vn Dios bueno de buena bolla. Qui ſicut alter
Abraham dum in peccatorem deberet animad-
uertere filium interemit. O inſane! & in hoc
temere confidis, putáſne gladium Deo non eſ-
ſe quo te iuguletr? Audi, *Iam ſecuris ad radicem* *Ab authoritate.*
arboris poſita eſt. Nam ſicut antea, inquit Pau- Matth. 3.
lus, Synagogam præcidit, & ramos eius ſteriles Luc. 3.
igni tradidit, & gentilem populum inſeuit. *Si*
ergo Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè
nec tibi parcat. Tu oleaſter cur non times ne præ-
cidaris, & de Turcis & Indis afferat Deus ſurcu-
lum inſerendum? *Vide ergo bonitatem,* vide iram,
iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. Alij expli-
cant de die iudicij, nónne ego maiori ratione
poſt mille ſexcentos annos iam ſecurim ad radi-
cem admoueri prædicem? alij de die mortis ex-
ponunt, & quis neget tibi iam ô peccator, tibi
adoleſcens mortem impendere, qui quaſi he-
dera Ionæ fronde & flore vireſcis, & luxu-
riatis, *lætatus eſt Ionas ſuper hedera lætitia ma-*
gna, & ſtatim *percuſſit Dominus hederam, &* *Epiphonema*
exaruit. Si hederam in die natalis eius, & cùm
primùm folia pandit, mors inſtantanea in-
gruit, & exaruit, te ficulneam inutilem nón-
ne æquum erit timere?

Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. O amara 20.
potio, itáne eſt poſſibile vt ſaluti recuperandæ *Exhortatio.*
non opportuna, ſed neceſſaria ſis, & qua ratione
non erit amara? ſi finem conſideras, *& videbit,*
omnis caro ſalutare Dei, por la ſalud de Dios nada
amarga. Sed ne amara ſit, conſidera Ioannem ab
incunabulis in vaſta eremo incolentem, conſi-
dera inferni pœnas, auſculta ſtragorem catena- *A contrario.*
rum, inutiles pœnitentiæ gemitus, alteram au-
tem angelicis iam hymnis accommoda, ibi
excipies *ſcientiam ſanctorum*, ibi vocem patris *Epilogus.*
auſcultabis, qui purgationem faciens rebelles
humores euellit, dulcem reddit pœnitentiam,
& quos in præſepe accedentes videt, vocat ad
gratiam, & coronat in gloria.

DEVM PROPTER SEIPSVM DILIgendum, nihil iuſtius, nihil fructuoſius clamat intus innata, & non ignota rationi, iuſtitia; & ex toto ſe illum diligere debere, cui ſe totum debere non ignorat, ſuadetur verbo, mandatur præcepto.

INSTITVTIO XLII.

21. DEI ſuper omnia dilectio, *virtutum fons*, teſte Auguſtino, *dormitantium animorum excitatrix*, vt ait Gregorius [a], *proprius naturæ affectus* [b], *tuba ſemper inſonans* [c], *vinculum Dei & animæ* [d], *ac denique fides ſapientia* [e], non mea frigida verba, ſed Cherubinorum perpetem cantum laudéſque diuinas prædicantium exigebat; qui, vt ait Dionyſius [f], *ſempiterno motu, & nunquam laſſeſcenti ſtudio inſeruiunt, ardoreque & celeritate mirabili ac feruore perpetui illius & nunquam cadentis & inclinantis motus ſui, inferiora etiam agmina ad ſui ſimilitudinem ſubuehant: eſtan ſiempre con calentura de amor en vn tenor el pulſo y les pegan el ardor a ſus vecinos*; noſtra tamen balba vt potero lingua in primis eius dignitatem, proprietatem, præceptum, modum, adimpletionem exili breuíque tractatione perſtringam & proſequar.

a Moral. 16. c. 17. b Baſilius orat. 8. de oratione ad Deum. c Hier epiſt. ad Pamach. d Bern. ſer. 83. e Leo Pap. ſerm. 7. de Quadrageſ. f De cæleſti Hierarch. c. 7. vide etiam c. 2.

22. I. Dignitas eius in primis inde deprehenditur, quia dignos Deo & ſimiles nos operaque noſtra facit; quod vnico Dei amori conceſſum eſt. Virtus enim iſta vicem Dei in anima gerit, cui omnia ſua attributa indidiſſe videtur Deus, eíque qui vero informatur amore quaſi Deo, iam liberè potes, diuinitatem, omnipotentiam vímque recreandi, decantare. *Beatus vir cuius Deus Iacob adiutor eius, ſpes eius in Domino Deo ipſius, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt. Quia qui manet in charitate, in Deo manet*, & amicorum omnia ſunt communia, atque adeò omnia poteſt in eo qui ſe confortat. Nam ſi Deus cælos creauit, amor mihi cælos facit; quid enim mea intereſſet cælum eſſe, ſi mihi non eſſet? quam enim conſolationem capient damnati ex eo quòd cæli ſint, & gloria beata, quin potiùs ex hoc acriùs in animo torquentur quòd cælum aliis, non ſibi conditum ſit. Cælum igitur mihi fecit amor, maximè cùm ad menſuram amoris cælum & eius gloria diſpenſanda ſit; quare ſi in adultis amor non eſſet, cælum vtique eis minimè eſſet. Si Deus inſuper creat terram & mare, amor terram mihi condit, dum ex omnibus creatis rebus Dei laudem & amorem elicere docet. Peccatum eaſdem creaturas inimicas & hoſtili animo exardeſcere in vindictam aduersùs iniuſtos facit; amor verò homini germanas, vtiles & honeſtas efficit, & ſublimiori modo delectabiles. Prædica ergo de amore, *qui fecit cælum & terram mihi, & omnia quæ in eis ſunt. Qui cuſtodit veritatem in ſæculum, facit iudicium iniuriam patientibus, dat eſcam eſurientibus*, Dei enim veritas attributum eſt ſingulare: at quis quæſo legem veritatis adimplet, ſicut amor *plenitudo legis eſt dilectio.* Porrò amor præceptum non mentiendi, cumulatiſſimè adimplet. Proximorum calamitatibus & miſeratione frangi amoris eſt, opere ſaltim, aut deſiderio, qui iniuſtè patiuntur, ſubueniendo, afflictorum ærumnas quaſi proprias tolerando. *Quis infirmatur, & ego non infirmor. Dat inſuper eſcam eſurientibus* amicis, ſicut Deus, & inimicis. *Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum.* Quid inſuper? *Dominus ſoluit compeditos, Dominus illuminat cæcos*; nónne hoc præſtat amor peccatoribus? nónne cæcos illuminat? *Qui dicit ſe eſſe in luce, & fratrem ſuum odit, in tenebris eſt. Dominus erigit eliſos, Dominus diligit iuſtos*; in his etiam maximè requieſcit amor, *Dominus cuſtodit aduenas*, &c. quod quàm bene amor in Abrahamo præſtiterit, ipſe textus oſtendit. *Regnabit Dominus in ſæculum, Deus tuus Sion.* Sic etiam amor finem neſcit, fides enim & ſpes deficient, *charitas verò nunquam excidit.*

Pſ. 148. 5. — *Dignitas dilectionis Dei.* — *Hominẽ quaſi Deum efficit.* — 1 Ioan. 2.

23. Vitam inſuper & meritum noſtris præbet operibus, quod etiam diuinum eſt, *omnia enim per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil*, nihil enim in manu Dei poſitum in Angelos tranſiuit, & in elementa: & ablata Dei manu in nihilum iterum rediguntur. Eadem ratione vos aquæ frigidæ quod verè nihil eſt ſi ex amore datur cælum fit, & gloria cæleſtis; contrà verò quidquid eſt, quidquid ſplendet auro, ſapientia,

Vitam noſtris præbet operibus.

aut

aut nobilitate, & ſanctitate, ſi charitas abſit in nihilum redit, vt diſertè Paulus affirmat. *Si linguis hominum loquar, aut Angelorum, charitatem autem non habeam, nihil ſum: ſi tubiere el don de lenguas como metal que ſuena o como vn aduſe con ſus ſonaxas*, hoc enim eſt *cymbalum tinniens* *. *Nihil ſum*, in nihilum redactus ſum, quod myſtice veriſſimum eſt; anima enim animæ Deus eſt, vt docet Auguſtinus, cor autem Chriſtiani eſt amor Dei: ſicut igitur vt vita homini auferatur nihil præſtat brachia tollere, aut oculos eruere, nec opus eſt iugulare, ſatis eſt cor eximere, nam in eo animam eripis; ſic etiam, *ſi nouerim myſteria omnia*, non eſt opus donum prophetiæ auferre, nec fidem, *etſi habuero omnem fidem*, nec virtutem miraculorum, *ita vt montes transferam*, ſatis eſt ad mortem animæ amorem tollere, *charitatem autem non habuero, nihil ſum.* Itaque vbi vita Chriſtiani eſt, ibi amor eſt; amor enim hic vita eſt Chriſtiani, vt non ſolùm ſine amore non viuat, verùm & ipſe amor mori non poſſit; eſt enim fides mortua, & ſpes languida; at mortua charitas non eſt, vbi eſt; viuit, & vitam gratiæ impertitur.

1. Cor. 13.

* P. Gaſpar Sanchez 8 cap. in Iſai. Faterra cymbalo alarum.

24. Imò vita Chriſtiani ex amore deprehendenda eſt, nam ſicut hominem viuum non cognoſces ex oculis, aut aliis partibus, ſed in anima; ſic ſeruus Dei non cognoſcitur ex verbo & voce, aut quia pro concione loquitur ſicut homo, aut ſicut Angelus, vt ait Paulus. *Si linguis hominum loquar, aut Angelorum, charitatem autem, &c. nihil ſum.* Nam & aſina Balaam ſicut homo locuta eſt, prædicauit, reprehendit, atque monuit, ſed ex virtute Dei, *aperuitque Dominus os aſinæ, & locuta eſt*, & nihilominus beſtia permanſit, quod frequentiſſimum eſt, vt notat Gregorius [a]. *Sicut irrationale animal rationis verba edidit, nec tamen ad permutationem naturæ rationalis acceſſit; ita ſæpe quilibet indignus ſancta verba per prophetiæ ſpiritum accepit: ſed tamen ad promerendam ſanctitatis gloriam non pertingit*, imò fit, *vt ſupra ſe loquendo emineat, & infra ſe viuendo torpeſcat, en el hablar es Angel en el viuir es beſtia inferior al hombre.* Ex voce igitur non dignoſces Chriſtianum. At fortè cognitio & ſapientia, vitæ argumenta erunt. *Si nouerim myſteria omnia.* Fallax quidem ſignum ſi deſit amor. Gerebat in fronte ſacerdos auream laminam, in qua nomen Dei & *ſanctum Domini*, inſcriptum erat, infrà verò per circuitum cymbala & malogranata, hoc eſt, coronas geſtabat; certè Domine, vt Pontifex agnoſcatur, ſatis erit vnum è duobus inſignibus. Cæterùm non ſatis eſt, ait Deus, vt quis bonus Dei miniſter credatur, etiamſi in fronte diuina myſteria comprehenderit. *Si nouerim myſteria omnia*; ſed opus eſt, vt pedes eius circunſpiciatis, greſſus conſidereris, ſintne recti, ſancti, an ſonitum in inceſſu efficiant, vel offenſioni locum dent. Si enim contingat coronas ſub pedibus habere, vrbes, hoc eſt, malogranata contemnere, & orbem vniuerſum peſſundare, ſolo Dei amore contentum, in hoc Dei nomen in fronte eſt, ſine pudore, vt ita dicam, quinimo cum maxima gloria, eo quòd mundo ad pedes prouoluto vnum inuiſibilem Deum amat & veneratur.

Vita Chriſtiani dilectio Dei.

1. Cor. 13. Num. 22.

a 27. Moral. c. 4.

De deificatione quæ per amorem fit. vide P. Fr. Ludouicū à Granata, additione poſt expoſitionē orationis Dominicæ.

25. II. Proprietates etiam amoris diuinæ ſunt; patiens enim eſt, & pro menſura dilectionis dura, aſpera & acerba patitur: vnde Gregorius [b], *Tantum quiſque portat proximum, quantum amat: ſi amas portas, ſi deſiſtis amare, deſiſtis tolerare, & quem minus diligimus, minus toleramus.* Vnde, vt Dauid animum ſuum ſpiritualibus muniret armis, contra Saulem amoris tantummodo & beneficiorum atque venerationis arma capeſſit, certus ſi ex parte ſua amorem ſemel habeat, Deum etiam habiturum, atque adeò victoriam, vt aiebat Auguſt. [c] *Nemo dicat in hominem pecco, quando non diligo fratrem meum, quomodo non peccas in Deum quando in dilectionem peccas, ſi Deus dilectio eſt.* Acerba item dulcia facit, ſi verus amor eſt, aliàs Chriſto non placet, nec legitimus reputatur. Quod acutè notat Ambroſius [d]; reddens rationem cur Chriſtus vinum felle mixtum bibere renuit, *& dederunt ei bibere vinum cum felle mixtum, & cum guſtaſſet, noluit bibere.* Reſpondet, *Vinum cum felle non bibitur, non quia fel, ſed quia admixtæ vino amaritudines recuſantur*; vinum enim amor eſt, cui omnia dulceſcunt, & omnia dulcia reddit: vbi ergo amor fel & acerbitatem pœnitentiæ aut dolorum non minuit, aut dulcem non reddit, verus amor non eſt, neque diuinus, *trabaxos que no los acucara y endulza amor no ſon llebaderos ni guſta de ellos Chriſto*; imò patitur quis vt Ethnicus, aut ſicut homicida, aut fur, *nemo veſtrûm patiatur vt fur*, &c. Vnde iam intelliges Paulum. *Etiamſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam, nihil mihi prodeſt.* Amor enim leue facit onus laborum. Duplici autem trutina labores ponderantur; alteram apud ſe habet, qui labores patitur, alteram dilectus ille pro quo mala tolerantur. In trutina eius qui patitur nihil aut nullius momenti labores ſunt; at in trutina, hoc eſt, in corde dilecti, cuius gratia tolerantur, magni ponderis ſunt. Liquet hoc in tribulationibus iuſtorum, quæ ſi amore perferuntur, etiamſi in trutina Paulus ſuos labores appendat, & nullum

b Super Ezech. hom. 15.

Pro menſura charit. in proximum toleramus.

c Tract. 7. in Ioan.

d Luc. 23.

Omnia dulceſcunt amore, omnia tolerat.

1.Cor. 11. nullum in hoc ſocium admittat. *Iſraëlitæ ſunt, & ego, ſed in laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis ſupra modum*; nihilominus cum trutina cordis appendit, 2.Cor. 4. ferè nihil præponderant. Ait enim, *Momentaneum, & leue tribulationis noſtræ*. Ite, obſecro, ad trutinam illam quam Deus apud ſe habet in cælis, & expectate quid reſpondent cæleſtes. *Hi ſunt qui venerunt ex magna tribulatione*. Quid hoc cælites, quo pacto magna eſt tribulatio quam Paulus leuem dixit? quia, inquiunt, Paulus ponderat eam in amoris trutina, vbi leuis eſt: at amans Deus pro quo toleratur maximi æſtimat. Bellè quidem iuſto cadit ars iſta ponderandi, videlicet vt cùm tolerantur labores, nullius ponderis ſint, at cùm præmio afficiuntur, æternum & ingens pondus habeant & meritum. *Momentaneum & leue, æternum gloriæ pondus operatur in nobis*. Quid ais Paule, æternũ gloriæ pondus exiguis noſtris meritis datur, *a cargas ſe da la gloria no deue peſar mucho o el peſo va errado pues ſon tan leues nueſtras obras*. Attende. Labores, inquit Paulus, cùm tolerantur, nullius ponderis ſunt: at cùm præmio afficiuntur, ingentis ponderis ſunt, in Dei trutina videlicet, vnde quæ maior felicitas iuſtorum eſſe poteſt. Vis ergo ſcire vim amoris? Si amorem Dei demas, omnia inuertuntur, omnia econtra fiunt: nam in corde patientis ſine amore grauiſſimi ſunt labores, at in Dei trutina nihil valent, nullius momenti ſunt, etiamſi martyrium flammis, cruce & vnguibus ferreis ſubeas. Vna deſiderata charitate nihil mihi prodeſt, vnde damnati ſerò reſipiſcunt, & aiunt, *Laſſati ſumus in via iniquitatis*, & cùm tanti ponderis tàmque graues erant labores noſtri, nullius ſunt momenti. *Quid profuit nobis ſuperbia*; contrà verò maximum omnium ſolatium eſt in tribulationibus quod ex amore iuſtis prouenit, vt a Serm. 101. eleganter proſequitur Chryſologus [a].

26.

Vbi amor non eſt, grauiter omnia tolerantur

III. Præceptum autem amoris magna diuinæ benignitatis argumenta continet: b 1.P.quæſt. 20.art.1. nam ſi amor ex D. Thom. [b] eſt vnio amantis ad amatum, & vnio eſt vnam rem è duobus diſtinctis efficere; præcipere ergo amorem perinde eſt ac præcipere vnionem 1.Reg. 18. vnius cordis & voluntatis, ita vt tenuitas noſtra cum opulentiſſimo Deo non ſocietatem ineat, ſed vnionem, & anima Ionathæ animæ Dauidis ſemel agglutinata omnia quæ erant principis, iam Dauidis ſint? Cæterùm etſi miror valde ſummam tuam maieſtatem pauperculam adamare, & introducere in cellam tuam, & ordinare in illam charitatem tuam, verùm id in maiorem me rapit admirationem quòd hunc amorem præcepto iniungere velis, cùm ſocietas iſta & vnio tanti mei commodi & lucri ſit? Si viro nandi imperito cùm in medio flumine iam turbari incipit & hæſitare, & concidere animo, extremum haſtæ in manus intruderent, & denuntiarent, Rex tibi ô homo præcipit vt extremam haſtam teneas, vt liber euadas, & titulo te marchionis, aut comitis honeſtabit. Diceret quidem: Quid hoc ad me, putaris meam deſperaſſe ſalutem? amentes decet talis comminatio, aut ſponſio; ſi Ægyptius ille, qui Dauid pænè fame & ſiti enectum reperit, diceret, comede, & equum tibi dabo, ſin minus mortem inferam, certè inſanum diceres vtrumque; adde ſi illi inſuper præſcriberetur vt haſtam teneret, ſecus verò proditoris nomine & pœna mulctandum quid ſuſpicaremur, aut inſanum eſſe virum, aut regem vitæ eius cupidiſſimum præmio & pœna ad vitam reuocare voluiſſe. Amor igitur quo Deus nos vitàmque noſtram æternam proſequitur, in hoc adduxit extremum, vt præcepto iniungeret amorem, in quo vita & ſalus noſtra agitur, & inſuper minas æternæ pœnæ ſubiungit; *Domine quid tibi ſum ipſe* (ait Auguſtinus) *vt amari te iubeas à me, & niſi hoc faciam iraſcaris mihi, & mineris ingentes minas*; non ideo certè, quia tibi neceſſarius ſum, ſed quia tu bonus, magnus, diues & benignus cùm ſis, mihi es neceſſarius & percommodus. Sed eſt quid amplius in hac pietate expendamus.

27.

Præceptum amoris expenditur. Simile.

Nam non ſolùm dignus eſt vt ab omnibus ametur, ſed ita amatoriè proſequitur nos, & ad ſe rapere ſtudet, quaſi dignus non eſſet vt ametur. Quod vt obtineat multa egit, multa dixit, multum amauit, nam in primis ordinauit cuncta nos charitatem quaſi exercitum, armis & machinis inſtruxit amorem. Primam tenet aciem amor, vt amorem obtineat, *Neque enim quidquam* (ait Nazianzenus) *ad amorem ita firmum eſt, vt beneuolentia mutuò repenſa, de vn pecho de pedernal ſacaras amor ſi le mueſtras que le amas*. Mox verò mediam aciem ingenia & beneficia diuina tenent, vt ponc Ser. 147. derat Chryſologus [c], cùm cor Abrahæ ad ſe allicere voluit. *Abraham vocat de equitibus*, iam hæc ſeparatio amoris argumentum eſt, ſicut cùm idem Abraham ſeparauit Iſaac à reliquis filiis, quos in concubinis habuerat, hunc filium ſigillatim Abrahæ dicens, reliquos cum additamento concubinarum filios nuncupans, huic in hæreditate primas dedit, vt vno verbo expreſſit textus, *Filijs autem concubinarum dedit*

28.

Deus ita amatoriè proſequitur quaſi dignus non eſſet amari.

munera, & ſeparauit eos ob Iſaac filio ſuo; in ſeparatione enim ſingularem amorem oſtendit, quo eum præ cæteris & ſeorſim à reliquis amabat, quamobrem etiam ſeorſum poſuit, & habitatione & hæreditate.

29. *Auget nomine*: nam etſi vnicam literam tantùm addidit, ſignificatione autem nominis innumera filiorum proles inuoluitur. *Nec vltrà vocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham, quia Patrem multarum gentium conſtitui te, faciámque te creſcere.* (Gen 17.) Indicium non leue amoris, ſicut cùm in diſceſſu gratulantur ſorores Rebeccæ, aiunt, *Soror noſtra es, creſcas in mille millia.* Quòd ſi cùm moritur Pater, quaſi non moritur, *ſimilem enim ſibi reliquit poſt ſe*; ſic ego, ait Dominus, te in plurimis filiis viuere faciam, non natura tantùm, ſed moribus, & fide, vt iam ſequitur. *Patrem fidei facit.* & inſuper *comitatur in via*, pariter *inter exteros ſeruat, ditat rebus, honorat triumphis, promiſſis oppignorat, eripit inimicis, hoſpitalitate blanditur, acariciale con hacerſe ſu hueſped, mirificat germine deſperato*, vt tot illecebris amoris allectus capiat, rapiat & doceat redamare. Hac etiam militari arte cor Iacob expugnauit, ait Chryſologus, *dum pio certamine prouocat, ſacale a vn amigable deſafo qual es la lucha*; noluit enim ſanguinolenter laceſſere, nec armis inſtruere, etiamſi frater multo milite contra eum venit. Nam haſta & gladius incongrua quidem ſunt arma, quia ſeparant, lucta verò ad ſe rapit, ſibique vnit aduerſarium, ita vt cùm bellum apparet, amor & amplexus & oſcula ſint amantium, *luctatoris conſtringit amplexu, vt amaret partem certaminis ſui.* Vide quàm ardenter amatoriè proſequitur nos, quo verbo D. Dionyſius Chriſti amorem & ſtudium declarauit, quod eo mirabilius eſt, ait ipſe Dionyſius [a], quo minus indiget noſtro amore, & quo in ſeipſo cauſis amoris pleniſſimus eſt, *ipſe ſuipſius & ſibi eſt prouocator, & motor.* Et econtra nos eius penitus amore indigni ſumus, *Congregamini gens non amabilis*, ait per Sophoniam, (Cap 2.1.) hoc eſt, vt ait Hieron. *gens quæ Dei amore indigna es.*

Totus eſt Deus in rapiendo & trahendo ad ſe animabus.

a Cap. 4. de diuinis nominibus.

Diligendi Deum cauſa.

30. In hoc autem præcepto & amoris cauſas rationéſque obſeruandi illud inuoluit, *Dominum Deum tuum*, quod Dauid recinit, dicens, *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius.* (Pſalm 106.) Et Bernard. [b] *Diligendus eſt Deus, ſiue quoniam nihil iuſtius, ſiue quoniam nihil fructuoſius diligi poteſt, que coſa mas iuſta que amar a Dios el prado hermoſo parece que os oblige a abrir los ojos y el manjar bien aderzado parece que os haze paladear en viendole y la muſica concertada os pide como de iuſticia attendais con el oydo aſsi lo bueno pide por juſticia el ſer amado luego la miſma bondad mucho mas y con mayor razon*, vnde ſuauitas præcepti apparet, quo præſcribitur quod noſtræ voluntati peropportunum eſt, & ſuadetur amor eius boni, quo ſi caremus, nullo alio bono reſarciri poteſt, quia ſummum & vnicum eſt. Ex quo amplius intelligetur huius præcepti ſeries, & colloquium Chriſti Domini *Marci* 14. cum ſcriba illo docto qui rogauerat, *Quod eſt mandatum magnum in lege?* cui Saluator reſpondit verbis Deuteronomij, (Cap 6.) *Audi Iſrael, Dominus Deus tuus Deus vnus eſt*, &, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua.* Quod magnum mandatum eſſe facilè ex his quæ in eo impenduntur deprehendes, nam *non occides* ſinceré & nudè dicitur, ad hoc autem anima, mens, cor, fortitudo tota impenditur, & ita ſcriba reſpondit. *Bene, Magiſter, in veritate dixiſti, quia vnus eſt Deus, & non eſt alius præter eum, & vt diligatur ex toto corde, & ex tota anima, & ex toto intellectu, & ex tota fortitudine.* Quem cùm calluiſſe rem Saluator videt, ſapientiam eius laudat, & addit, *Ieſus autem videns, quia ſapienter reſpondiſſet, dixit illi: Non es longè à Regno Dei.*

b Lib. de diligẽdo Deũ.

31. In quo quæſo eſt ſapientia ſcribæ? In hoc certè quòd conſequenter nimis adiunctum dixit, amari debere Deum ex toto corde, quia vnus eſt. Certè hæc non nimis cohærent, ametur quia vnus eſt, meliùs hæc, ametur quia bonus eſt, & ex toto corde, quia ſummè bonus eſt. Cæterùm optimè calluit ſcriba, & rationes ſic diligendi Deum comprehendit illo verbo, *quia vnus Deus eſt*; nam ſi duo ſimul dij eſſent, poſſemus quidem vnum præ alio diligere, vel inter eos cor diuidere, ſine iactura, & ſine incõmodo cordis, nec iniuria deorum; modò verò cùm vnicus Deus ſit, ſi hunc dimidio cordis amamus, quid alio dimidio corde diligemus? aut in quo infelicior pars illa deliquit, cùm altera ſic fortunata ſit; dimidia pars infernus ſine Deo, altera beata gloriæ ſedes futura eſt? dimidia pars benedictione plena, altera germana & proxima maledictione exectabilis? nónne ſicut Eſau aduersùs fratrem pars altera dicet, *Nunquid non reſeruaſti & mihi benedictionem? irrugiit clamore magno, & conſternatus ait: Benedic etiam mihi pater.* O noſtram ignorantiam! vnus tantùm Deus eſt, & in partes diuidimus animam? vnus Deus eſt, & in tam diuerſa noſtra vagatur mens

Quia vnus Deus amandus eſt.

mens ? vna eſt ſumma bonitas , & ſic diffluit in vana & iniqua voluntas noſtra?
Bene quidem ſtatutum eſt , ô Domine , vt vni vnus aptetur , & tota fortitudo in
te vno diligendo impendatur. Et qui hæc intelligit , *non longè eſt à regno Dei*, hoc eſt,
non difficile reliqua myſteria legis gratiæ, quæ amoris ſunt , percipiet.

a Lib. de diligẽdo Deo. IV. Modus verò nullus conſtituendus eſt amori , vt ait Bernardus [a]. *Cauſa enim* 32.
diligendi Deum Deus eſt , modus autem ſine modo diligere , nam ſi vnicus eſt, ſi finis eſt, ſi
ſumma bonitas eſt , finis talis ſine modo diligitur , etiamſi media cum modo adhi-
beantur, finis verò amor infinitus eſt. Cæterùm licèt gradus ſuos habet charitas, quos
alibi diſtinguemus , tamen ille proximior eſt ad diligendum , iam nempe dilexiſſe,
Ioan. 13. amor enim amorem excitat , ſicut de Chriſto Domino dixit Ioan. *Cùm dilexiſſet ſuos,*
in finem dilexit eos. Nam qui de peccato ad gratiam properat , ſatis ſibi exiſtimat gra
Cap. 29. tiam recuperare, ſicut aiebat Iob. *Quis mihi det vt ſim iuxta menſes priſtinos , ſicut fui in*
diebus adoleſcentiæ meæ. At verò iuſtus qui progreditur , & magnis itineribus properat,
de virtute in virtutem aſcendere ſtudet , nec veteri ſanctitate confidit , ſicut Samſon.
Egrediar (inquit) *ſicut antè feci, & me excutiam*, & ignorabat quid apud ſe actum eſſet,
Iudic. 16. *neſciens quòd receſſiſſet ab eo Dominus.* Nam qui ad priora , hoc eſt , potiora, ſicut Paulus,
non ſe extendit, periculo ſe exponit , gratiæ acceptæ iacturam faciendi, & quòd Deus
ab illo recedat. Operæpretium igitur erit aſcenſum proponere, gradus diſponere, & in
ſtar Angelorum quos vidit Iacob, à Chriſto in paſſione dormiente, ſicut Iacob ad Pa-
trem aſcendere. Quotieſcumque enim Angeli gradum faciunt , eo propinquiores
Deo fiebant ; vnicuique autem incumbendum eſt vt aſcendat , nam quo ad ſubli-
miores gradus tendit , eo magis à terra ſubuectus ad cælum accedit , nec maiori co-
natu opus eſt ad nouum gradum (dum æquales in ſcala ſunt) quàm adhibuit ad
progrediendum primum : at illa charitas , & ille gradus alteri adiunctus illum iam
ſublimiorem efficiunt , & gratiorem Deo. Itaque ſine modo aſcendamus , & grada- *Amor ſine modo.*
tim Deo appropinquemus , quod amanti perfacile eſt , quotidie amplius & amplius
b Ad fratres de monte Dei. amare, donec , vt ait Bernard. [b] vnitas ſpiritus cum Deo homini ſurſum cor habenti,
proficientis in Deum voluntaris eſt perfectio , cùm iam non modò vult quod Deus
vult, ſed ſic eſt non tam affectus, ſed in affectu perfectus, vt non poſſit velle, niſi quod
Deus vult. Velle enim quod Deus vult , hoc eſt , iam ſimilem Deo eſſe : non poſſe
autem velle, niſi quod Deus vult , hoc eſt , iam eſſe quod Deus eſt , cui velle & eſſe
idipſum eſt.

V. Vrget autem tempus adimplendi præceptum , quia diuini amoris eſt atque 33.
æterni , ideoque ex æternitate diligendi , obligationem infert , ſed quis impleuit;
quis non ſerò æternum tependit amorem. *Quàm ſerò te cognoui pulcritudo antiqua* ;
Aug. ſoliloqu. quid doles Auguſtine ? ſi tenes quod concupieras , gaude & exulta. Cæterùm er-
iamſi poſſidet dulcis iſte dolor , manet in animo etiam re poſſeſſa. *Quid ſi amiſiſſem* *Tempus adimpletionis præcepti amoris.*
tantum bonum ? Sicut cùm quis exultans redit in domum , poſt feſtum aut eximium
ſpectaculum dulci dolore pungitur cum gaudio mixto. O quantum pœnituiſſet me
tali abfuiſſe ſpectaculo. Et quidem nec pœnituiſſet , ſi non vidiſſet , nec pœna eſt
quam habet , ſed gaudium ſub ſpecie pœnæ tectum & ſimulatum , *no es pena que*
laſtima ſino parte del contento que ſe disfraza en forma de diſguſto y haze otro nue-
uo perſonaje en el corazon. Igitur dolor Auguſtini pœna non eſt , nam dum lætatur
de fruitione Dei , & eius amore , præteritam æternitatem recolit , & de poſſeſſione
gaudet , reſilitque animus ad memoriam periculi amittendi tantum bonum. Ideo-
que non ait periculum amittendi fuiſſe , ex quo ei lumen rationis affulſit , ſed ex
quo Deus pulcer eſt , *ſerò te cognoui* , non ſerò dixerim tempus vitæ meæ , ſed
præuiam illam æternitatem quando tu eras , & ego nondum eram Auguſtinus; ſe-
rò ergo amaui antiquum , doleo etiam non amaſſe te cùm ego nondum eram , ta-
lis enim amor debetur tali pulcritudini : at miſer ego non eram , ſerò veni in co-
gnitionem & amorem. Quamobrem qui te ſemel aſpiciunt , ô quàm expediti ad
te arctiùs diligendum properant , quaſi tunc cœpiſſent. Sicut de quodam aiebat
c Epiſt. 34. de Drogo ſancto Monacho. Bernardus [c]. *In te nunc frater veram probamus eſſe illam ſententiam , quo dicitur , cùm*
conſummatus fuerit homo , tunc incipit , & dum ad ſtrictiorem regulam migraſti , indi-
cium tuæ conſummationis eſt quod nunc cœpiſti , iam attritum Chriſti ſarcina collum nouæ
rurſus obſeruantiis diſciplinæ ſubmittere non erubeſcis ; inde tamen nouas vires aſſu-
d Hom. 10. munt amantes , quià ſemel amauerunt , vt bene notat Macharius [d] , *Anima quæ* *Nouas vires aſſumit amor amando.*
verè Deum & Chriſtum diligit , licèt mille iuſtitiæ opera ediderit , ita ſe gerit , per-
inde ac ſi nunquam cœpiſſet. Itaque Auguſtinus vellet ab æternitate Deum dilexiſ-

ſe, & qui iam dilexerunt, ampliùs & ampliùs diligere cupiunt. Tu ergo quid agis Chriſtiane, cui hæc lex impoſita eſt, eadem eſt amandi cauſa, idem Deus, quem nondum amare cœpiſti? Quando adimplebis præceptum quod ex æternitate originem ducit? aut quando perſolues debitum quod alia ſubſequenti æternitate nondum ſoluitur, imò creſcit debitum? Quod, exiſtimo, innuit Paulus, dum ait, *Nemini quidquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis*, & Hieronymus interpretatur, nos nunquam ſoluendo eſſe tantum debitum. *Non ſolùm ſemper manere debet quod nunquam perſolui poteſt*; & ratio quidem eſt, ait Theodoretus, quia quo magis ſoluitur, magis debitum augetur, *quia redditio debitum multiplicat*. Sicut ſi ille qui cenſum debet, redditus apud ſe retineret, nec creditori daret, ſemper debitum ipſo cenſu creſceret; ita nos per amorem diteſcimus, quia Deo nulla accretio fit, ſed nobis dum illum amamus, vt acutè obſeruat Auguſtinus ᵃ. *Quod ergo redditur, reddenti additur*; igitur cùm Deo ſatisfacere non poſſimus niſi amore, amor iſte ab ipſo impenſus vel ipſe Deus eſt, vel in amore diffunditur, *per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis*; inde planum fit neque nos, neque beatos, vt par eſt amori Dei poſſe ſatisfacere in ſempiternum.

Debitũ amoris æterni perſoluendi cura. — Rom. 13. 8. — a Epiſt. 47.

34. Nunc igitur de ſolutione tanti debiti cogitemus, beneficia quis enumeret, quæ catenæ ſunt animi, & funiculus triplex, vt explicat Richardus, ex triplici genere beneficiorum contortus, ex bonis nempe naturæ, gratiæ & gloriæ? Si igitur tot funibus traheris, quot ſunt Dei beneficia, qui fieri poteſt vt vel diſrumpas, vel tardes ad diligentem Deum conuerti. Ageſis, vel cor tuum gratis daturus es, aut pretiò venditum, aut à te tanquam ruſtico & inurbano extorquendum & rapiendum eſt, ſi ingenuè daturus es, cuinam niſi Deo conditori eius, & tot beneficiis de te bene merito, & qui ſummum bonum eſt æternum, & omnium bonorum aggregatione perfectum, ſi venale habes lucri cupidus, quis maiori impenſa pecunia, vita, ſanguine emere potuit, quàm Deus. Sub haſta colloca illud, & publico expone præconio, & orbis totus ſilet, nihil quod addat pretij habens vltra Chriſti tui vitam & amorem. Quòd ſi vi & metu à te extorquendum eſt, quis maius comminatur ſupplicium, quàm qui poteſt damnare in infernum. Age igitur ama, quo nihil præſtantius, dilige, quo nihil dulcius, redama, quo nihil iuſtius, & non ſolùm pœnam fugies, ſed ſempiternum conſequeris gloriam.

VERBVM PATRIS.
Iſaiæ 9. verſ. 1.

Primo tempore alleuiata eſt Terra Zabulon, & Terra Nephthali: & nouiſſimò aggrauata eſt via maris trans Iordanem Galilææ gentium, &c.

Amore rerum creatarum, & legis ignoratione turpiter aberrat à Chriſto, Præcurſoris teſtimonio ad meliorem mentem, ad Chriſtum & ſalutem redit.

DISCVRSVS CXXIV.

1\. *Cæcitas Iſraelis lucem affert gentibus.*

CAPTIOSA iſta, & fallax interrogatio ſacerdotum, cæcitas Iſraelis, & lux, in qua audaciſſimi iſti aſpectum Meſſiæ amittere, & orbari luminibus meruerunt, nobis aditum præbet intelligendi Iſaiæ perdifficilem locum, & quærendi, & inueniendi verum Saluatorem viam, & felicem exitum patefacit. *Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon, & terra Nephthali, & nouiſſimò aggrauata eſt via maris trans Iordanem Galilææ gentium. Populus, qui habitauit in tenebris, vidit lucem magnam habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis.* Latet ſub maieſtate tantorũ verborum litteralis ſenſus, nunc, ſi placet, in lucẽ proferamus; pro quo notanda eſt phraſis ſacræ Scripturæ circa illa duo verba, *alleuiata eſt*, & *aggrauata eſt*. Peccatum namque *onus* vocari conſueuit, ratione pœnæ, quæ ſtatim illi imminet. Primum autem & miſericordia *alleuiatio* dicitur, fert modum iſtum loquendi locus ille Geneſis vbi Deus ad Cain; *Nónne ſi bene egeris, recipies?* Alij ex Hebræo, *ſubleuabis?* aut *ſublevaneris?* Quid mœres, cùm tibi præmium propoſitum ſit? ſupplicium item onus dicitur, quare cùm Prophetæ ad ſupplicia denuncianda mittebantur, alta voce præmittebant, *Onus Niniue*, Nahum 1. *Onus verbi Domini ſuper Iſrael*, Zach. 12. quaſi qui pœnæ certiſſimæ nuncium afferebant. Igitur cùm Propheta prædixiſſet dua illa regna

Iſai. 9. — Gen. 4. 7.

regna Syriæ, atque Samariæ deletum iri ex vm-
bra veteris Teſtamenti, ſtatim ad Chriſtum no-
uo ardore concepto tranſiliuit, nam cùm de
Emanuele agere cœpiſſet, ad infortunium huius
terræ memorandum tranſit; quaſi diceret, at-
tendite, qua ratione aberrat à Chriſto Ieroſolyma, & lumen fidei amittit, onúſque ingens
ſuper ſe tollit pœnæ, atque ſupplicij. *Primo
tempore alleuiata eſt terra Zabulon: al principio fue
aliuiada, y regalada la tierra de Iudea, y Galilea.*
2. Proſperata, & fortunata eſt aduentu Chriſti in
eam, exemplis inſtructa, miraculis colluſtrata,
dum Meſſiæ veſtigia ſequitur, illius excipit dul-
ciſſima verba, ſalutem infirmi obtinent, nuptiis
adeſt, & primos ibi diuinitatis radios emittit:
3. Reg. 9. *alleuiata eſt*, auferatur illi vile nomen, & ob-
ſcurum: *terra Chabul*, lacunoſa, cœnoſa. Ma-
ſius explicat, *carcer*; quia illa oppida erant
tanquam carceres. Forſterus *viliſſima*, terram
caninam explicat, *vna tierra perruna*, quod no-
ſtrates de terra ſterili dictitant, *es vna perrera*:
& vicini dixerunt Ioan. 1. *Nunquid enim à Ga-
lilæa poteſt aliquid boni eſſe? ergo alleuiata eſt: ya
perdio el mal nombre, ya es honrada, y rica. Et no-
uiſſimo aggrauata eſt via maris*; nunc autem exag-
gerata eſt iniquitas eius, deterior facta eſt, ſibi
ipſi ſupplicium adſciuit, cùm videlicet lucem
magnam detrectans, & deſerens (ideo fortè,
quia oculos eius nimius ſplendor perſtringebat)
lucem paruam Ioannem Baptiſtam adiuit, ama-
uit, & vt Meſſiam fide, & veneratione colere
tentauit. Hoc ipſum manifeſtiùs declarauit Pro-
pheta, cùm lucem magnam paruæ oppoſuit; *po-
pulus qui habitabat in tenebris, vidit lucẽ magnam:
luz del cielo Diuinidad con humanidad.* At in ag-
grauatione dicit, *Lux orta eſt eis*; fuit enim
Ioannes lux orta, non increata, ſed nata, non
Lux Ioannes coram Chriſto quaſi nõ eſſet. diuina, ſed humana. Item etiam illa lux *erat
lux vera*; quia magna erat, & diuina, in cuius
comparatione Ioannes *non erat ille lux: era
como ſi no fueſſe*; illa lux independens, non
emendicata, ſed cæleſtis, & æterna; iſta verò
emendicata, terrena, defectibilis, & aliena in-
digens ope, vtpote *lucerna ardens & lucens*;
lucerna enim eſt nocturna lux, quæ & lychni,
& olei, & adminiculi accendentis eam, indi-
get; in hoc igitur iniquitas extitit, quòd popu-
lus iſte, qui habitabat in tenebris (de quo me-
ritò Euangeliſta dixit; *& tenebræ eum non compre-
henderunt*) relicta fulgentiſſima Chriſti face, &
ſole ſplendidiſſimo lucernam amplexata eſt;
quia erat è ſua patria, & quia infirmos oculos
non lædebat. Quam iniquitatem vt Propheta
in ſempiternam memoriam proderet, quo loco,
quóve tempore perpetrauerint, litteris conſi-
gnat, dicens, *Viam maris trans Iordanem Galilææ
gentium: eſta es la fecha de eſta hiſtoria*; non enim
ago de remotiſſimis populis, ſed de Iordanis
accolis, & de Iudæis, qui ad Iordanem vene-
runt, cui ſubſcribit Euangeliſta, *hæc facta ſunt
trans Iordanem*, vbi erat Ioannes baptizans, vt
facilè perſpici poſſit, quàm ſibi conſentiant
TRIPARTITUS DISCURSUS. prophetia, & Euangelium, & conſequenter hæc
tria liquidò conſtant omnibus. Primum, qua ra-
tione, & quàm oſcitanter aberrat anima à Chri-
ſto, terrenis intenta. Secundum, quàm fideliter
credentes duxerit ad Meſſiam Ioãnes. Tertium,
quàm facile ſit Chriſtum inuenire, poſtquam
ſemel habitauit in nobis. Tribus aliis verbis hoc
idem exprimit Ioannes, *miſerunt Iudæi ad Ioan-
nem: confeſſus eſt, & non negauit; medius autem
veſtrûm ſtetit, quem vos neſcitis.* Hæc ſigillatim
expendamus.

Miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis ſacerdotes, &
Leuitas. Attendite qua ratione, & via à Deo 3.
A Deo qua via declinant viri aliàs ſapientes & eruditi. declinent, & aberrent ſapientes; *miſerunt Iudæi*;
interrogare veniunt, & Deum verùm quærere,
non homines Gentiles (hoc enim non mirum
eſſet, ſiquidem iſti Paulum, & Barnabam, immò
& lapides quaſi Deos colere non dubitant) ſed
Iudæi electi; in lege vnici Dei edocti, & reli-
gione inſtructi: *Vos adoratis quod neſcitis, nos* Ioan. 4. 22.
adoramus quod ſcimus, dixit diuinus Magiſter
ad mulierem Samaritanam. *Ab Ieroſolymis* non
legati mittuntur de pago, aut ruſticorum villa,
vbi licèt fideles ſint, rerum diuinarum ignari,
& ineruditi ſunt; ſed de vrbe religionis prin-
cipe, in quam vt florentiſſimam curiam intrant
magi Regis Chriſti natiuitatem rogaturi; *ſacer-
dotes, & Leuitas*; vide quos mittunt, non lai-
cos, & profanos, qui meliùs callent puncta
alearum, & taxillorum, atque librum charta-
rum pictarum norunt, quàm theologicas, & de
legitimo Meſſia quæſtiones, ſed mittunt ſacer-
dotes, quorum labia cuſtodiunt ſcientiam, &
Leuitas, qui diuino cultui mancipati ſunt; & hi
ignorant Chriſtum, & cum Ioanne commutant?
Quis non rapitur in admirationem? Idem ipſi
cùm dæmones eſſe videntur incredibili admira-
tione affecti ſunt tantæ ſuæ imperitiæ, tantæ
iacturæ, tanti ignorati Meſſiæ. Explicet nobis
admirationem iſtam D. Thomas [a]: *Quæ eſt iſta,* a In Cant.
*quæ aſcendit de deſerto? & quæ eſt iſta, quæ progre-
ditur ſicut aurora conſurgens, pulcra vt luna, electa
vt ſol, terribilis, vt caſtrorum acies ordinata.* No- *Mos nuptias celebrandi apud Iudæos nobiliores.*
cte iam appetente celebrabantur apud Iudæos
nuptiæ, comitatus quaſi exercitus erat puella-
rum, & matronarum lampades, vel faces in ma-
nibus præferentium ſponſi curru pulcerrimè in-
ſtrato procedebant, auro, & circunfuſa luce ful-
gentes, ita vt diuinus Vates Soli iuxta lunam
ſtellis ornato ſponſum comparauerit in nuptia-
li curru; *ſicut ſponſus procedens de thalamo ſuo*, Pſal. 18. 6.
virgines ſtellis, ſponſam lunæ, ſponſum Soli
comparat. Quis, quæſo, hic ignoret ſponſum, 4.
niſi cæcus, aut qui extra ſe, aut extra vrbem
abiit? Vide igitur ignorantiam, incedebat iam
diuinus Synagogæ ſponſus Chriſtus per me-
diam vrbem ſuorum diſcipulorum, & facibus,
& gladiis ſtipatus, ille quaſi Sol exemplis, &
doctrinis coruſcabat, pulcra iam ſponſa Eccle-
ſia viſebatur, legis vmbræ luce perfundebantur,
& vnus ſponſus tot Prophetarum lampadibus,
& ipſo præeunte lucifero Ioanne præſignaba- *Pax orbis adueniente Domino.*
tur, omnia Meſſiam veniſſe conclamant, nuptias
celebrari cuncta prædicant: vniuerſi pax, tran-
quillitas regnorum, armorúmque; exauthorati,
& inermes Medi, pacifici Perſæ; haſtarum cu-
ſpides in agriculturæ inſtrumenta conflant Æ-
gyptij: finis adeſt ciuilis belli Romani, extincto
Pompeio per Cæſarem in Pharſalia, Antonio
ab Octauiano deuicto, templi foribus Iani dor-
mientis præ tranquillitate de iuſſu ſenatus clau-
ſis. Principum, & ducum Iuda ſeries, & origo
finita; omnibus imperiis, & monarchiis ſub
vnius Rom. Imperatoris poteſtate ſubiectis,
Quid iſta denuntiant? quid niſi veniſſe nuptias
Agni, & vxorem præparaſſe ſe? Quid niſi Re-
gem Chriſtum eclipſim in omnes reges, & re-
gna effeciſſe ſuo ortu, ſuo ſplendore, & opulen-

Synagoga fatuitas & ignorantia.

tia? Vide igitur quàm rudis, & ignata prodit Synagoga (inquit Thomas.) *Neſcivi, anima mea conturbata eſt propter quadrigas Aminadab. que eſto era? que no lo entendi? que no lo ſupe? que llamo a la media noche, y me hize de rogar terca, y villana? Anima mea conturbata eſt, vel conturbauit me.* Quid hoc eſt? qui equites ſunt iſti? qui curtus? qui per vniuerſum mundum penetrarunt, excurrerunt? qui Doctores? qui Martyres? quæ Virgines? *Que eſt aſſa? que exercito es eſto? neſcivi. O necia de mi*; ô meam fatuitatem, irriſa, omni ludibrio expoſita relinquor; vacua Deo, Meſſia Rege duce. Vbinam error iſte mihi accidit? *trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans*; vidiſti ibi lucem ita magnam, quæ affulſit paſtoribus, Magos è remotiſſimis plagis ad præſepe perduxit; & quia tua crimina hæc lux manifeſtabat, paruam candelam Ioannis; quia vmbratili, & typico Baptiſmo baptizabat, adamaſti, rogaſti, & à vero Baptiſta, & Meſſia aberraſti. *Neſcivi.* O dutum, & triſtiſſimum verbum, *neſcivi*! ego academia ſapientiæ religionis mater, collegium Doctorum, legis magiſtra, apud quam omnium ſcripturarum depoſitum erat; *neſcivi, no ſupe, ni conoci à Dios.* O dormitans, & oſcitans ſapientia! ô execrandæ literæ! ô cathedræ peſtilentiæ! ô ſcholæ perditionis, ſi poſt veſtra ſtudia Deum in ſempiternum amittitis! ô ignorantes litterati! ô immedicabiles medici! ô Theologi ſine Deo! ô ſacerdotes prophani, ſi veſtra ingenia, ſtudia, & ſapientia non in Chriſtum manuducunt, & ſaluant. Intendant nunc animi oculos, & ſenſus omnes, qui ſapientes vocati volunt, ſi mox Chriſto non adhærent, & fatuos eſſe, & in ſua fatuitate deceſſuros.

Infelix ſapientia quæ Deũ neſcit.

5\. Oſeas 7. *Ego erudiui eos, & confortaui brachium eorum: yo miſmo les adeſtre, y puſe la mira, y el brazo, mira hijo, aſſi ſe de tirar à tu Dios, tu bien, y tu fin: & in me cogitauerunt malitiam, & reuerſi ſunt, vt eſſent abſque iugo, facti ſunt vt arcus prauus: hizieron me trayeion, hizieron aſtillas mi iugo, torcieronſe como arco falſo, que apunta en vna parte, y da en otra*; ſcopus, in quem populus iſte ſuos ictus intendebat, vtpote à Deo eruditus, vnus erat Meſſias, lex ſagitta erat, & arcus *. Cùm igitur in ſcopum ſublato arcu legis collimare deberent induſtriè, & ſcienter, ecce aberrant, & dum Ioannes ipſe intento digito candidum Agnum demonſtrat, *ecce Agnus Dei*; tunc praue à Chriſto ad Ioannem deflectunt. O errotis litteræ! ô ſtudia laborioſa, in hoc tantùm collocata, vt filium, vel filiam in alto teneant, & extollant: *eſtudios, y pretenciones torcidas dignas de laſtima.*

Aberrant à ſcopo Synagoga.

* Hebraicè id ſignificat *thorach*, id eſt, ſagitta, vt notat D. Hierõ quia vniuerſa lex ad id facta videbatur, vt in Chriſtũ ſicut in ſcopum iacularentur: ſic enim explicat Hieron Ierem. verba, *Poſuit me Dominus quaſi ſignum ad ſagittas.*

6\. Qualis, putas, eſt academia? qualis curia regia, & aula? Perſimiles ſunt Indis occidentalibus, qui ita ſcienter ſagittis certant, vt per integram veſperam in regalem, aut numum aureum in altum iactatum velocitate mirabili ſagittas mittere non deſiſtant, & ferientes hinc inde iaculatis ſagittis, nunquam in terram cadere ſinant. Quid mirum ſi à pueritia erudiuntur, & panis in ſublimi collocatur, quem non edunt, donec crebris ictibus traiiciunt, & in minutiſſima fruſtola conciſum deuorant. Hoc vnum academiæ ſtudium, edere, frui Eccleſiæ pane, hæc aulicorum ambitio, indulgere ſibi: *tener vn pedaço de pan, regalarſe*; in hoc tanquam in finem filios quaſi ſagittas intendunt: *hijo yo te vea oidor, yo te vea Obiſpo.* Igitur ita edocemur à pueritia, vt grandiores facti omnes, omnes ſiniſtris oculis, & ſubleuatis arcubus, & ſagittis ingeniorum, ad nullum aliud intendant, quam ad numum aureum ſuſtentandum, ne decidat. *Todos ojo al real no ſe cãiga, al intereſillo*, penitus Dei, & finis, & animarum immemores. Ideo addit Propheta, *Iſta ſubſannatio eorum in terra Ægypti: eſtas burlas, eſtas bueltas, eſtas neçedades alla en Egipto las aprendieron*; Chriſtianum enim Deum derelinquere, ita horribile, & mirabile eſt, vt tantum malum non vno die, ſed multo antè conficitur, ſenſim ſcilicet arcum deflectendo: *perdiendo el tino poco a poco*; & ſic tandem colere videas fœminam, vel dignitatem abire, quaſi Deum. Et hi docti ſunt? hi ſacerdotes, & Leuitæ? iſtos vocas ſapientes?

Simile. Omnis reſpublica lucro intenta eſt.

Ad Ioannem. Quod monſtrum eſt iſtud immane? quis aborſus fidei perantiquæ? quæ conuerſio temeraria a Creatore ad creaturam? cauete fratres ne vitium in animo altas radices mittat, ne diuturna vigeat conſuetudo, & in corde vitium aliquod conſeneſcat; hoc enim erit tandem cauſa amittendi Deum. Aſſuetus erat iam populus iſte eiuſmodi tergiuerſationibus, *iſta ſubſannatio eorum in terra Ægypti.* Obſeruauit hic Auguſtinus, & Origenes, quanto ſtudio quæſierunt Iudæi Meſſiam ſuum, & dum præſentem habent, præualuit malitioſa conſuetudo, & ad mores ſuos redierunt, Ioannémque pro Chriſto commutant. Cùm Moyſem in monte cunctari videt populus, eius tarditatis impatiens, moram eius, & obliuionem arguere cœpit, & querula voce ad Aaronem accurrit: *Huic verò, qui eduxit nos de terra Ægypti, neſcimus quid acciderit. Ea que ſe tarda mucho, coxo, o, manco, o, muerto deue ſer.* Tu Aaron, qui Moyſis vox es, & interpres, fac nobis Deum, vituli caput, qui præcedat nos, & dux ſit noſter in via hac. Nota verbum iſtud, aureum ſit, vt nobilitas materiæ ad idololatriam pelliciat, & iuuet. Et quare vituli caput eligitis? O quàm bene ſubodorati ſunt Doctores noſtri * cauſam eligendi vitulinum caput in Deum; optabant enim Deum, qui non recta via deduceret ad terram promiſſam, ſed retro in Ægyptum reduceret; ſic liberè obiecit antiquum crimen S. Stephanus Iudæis, cùm non niſi vera dicere ſolent mortales, morti proximus: *aſſi ſolo eſtrello ſan Eſtevan al tiempo de dezir verdades*, Actorum 7. & quia adulari in hoc videbantur Ægyptiis, qui Serapidem colebant ſub tauri capite ſtella in fronte inſignito †. Iſta ergo ſubſannatio antiqua nondum extincta repullulat; erat enim Moyſes Chriſti typus, vt expreſsè aſſerit Gregorius Nyſſenus [a], Bernardus [b], & Tertullianus [c]: cùm ergo temporum plenitudinem Dei verbum in ſinu Patris expectaret, cunctationem eius, aut mutationem ſententiæ taxabant. *Exprobrauerunt tibi Domine, exprobrauerunt commutationem Chriſti tui: o, es coxo, o, gotoſo, o, ha mudado parecer.* Tunc moræ impatientes Ioannem adeunt Chriſti vocem, & Verbi interpretem nobilem, vt ſplendor ſanguinis raperet oculos populi: *paraque cerraſe la nobleza en ſu pretencion, y tuuieſſe el reſplandor entretenidas los animos*; & vt caput viſibile con

7\.

Praui & radicati mores cauſa ſunt amittendi Deum.

* S. Iren. ſuper c. 7 Oſeæ. Rupert. Abb ſuper c. Amos, Beda ſup. Acta c. 7. Rufinus Matt. S. Auguſt. ſuper Pſalm 73. Tertull. Lactantius, Ambroſius. † Alex. ab Alexandro Herodot. & S. Clemens Rom.

a De vita Moyſi. b Ser. 2. de paſcha. c Lib 2. contra Marcio.

8\.

Cur potius Ioannẽ quàm Chriſtum in Meſſiam malunt.

conflatum manu prauos ſuos actus, & ſimoniacos contractus diſſimularet, & longe ab vrbe degens integram maſſam gubernationis regni poſſideret, & luctis ſurgerept, dum abſtinentem & egentiſſimum Ioannem in eremo colerent. *Ad Ioannem; cabeça de becerro que remos, que no nos lleue a Chriſto, ſino que nos aparte de el.* Ideo clarus ſit ſanguine, vita auſterus, moribus agreſtibus, quæ maximè vulgi oculos rapere ſolent, & procul ſit à nobis iſte Chriſtus. *Iſta ſubſannatio eorum in terra Ægypti: deſatinos como eſtos no ſon de ayer acà, antojos monſtruoſos antiguos ſon, y barruntos de condenacion.* Videas aquilam, vel ardeam expanſis alis altiſſimo efferri volatu, quam vt capiant aucupes, pulcerrimos emittunt accipitres; ridet omnes iſtos ardea circumuolans, & ludens in aëre. Ecce nouus emittitur accipiter, ad cuius aſpectum mortem ſibi præſagiens, timet ardea: *barrunta, que aquel la ha de dar mate*, & frangitur viribus; ille enim numquam illam à conſpectu amittit, quam feſſam volando, ſtupidam, & formidoloſam aggreditur, & roſtro adunco, & rapacibus vnguibus capit, retinet, diſcerpit, & deuorat. Cauete ab omnibus vitiis, ſed ab illo maximè, quod obduruit, & altiùs animo inſedit; quamuis enim cælum penetres, & cæleſtia attingas, inſtaurat vires, & animo præſentire videbis hoc vitium tuam tibi necem

Antiqua peccata formidabiliora.

Simile.

9. allaturum: *alla en el alma ay no ſe que latidos, eſte vicio me ha de condenar.* Hæc cupiditas me in inferna deiiciet; ſic affirmauit, qui errare non poterat, Pontifex Petrus: nam cùm Simon Magus in aëra efferri, & volare coram omni populo præſumit, D. Petrus quaſi accipiter intentis oculis in oratione poſitus in terram exturbauit, atque fractis cruribus deiecit. Vnde tibi tam inſolens, & pernitioſa ambitio volandi Simon? Sic ſumma petit puluis, & cinis? O quanto antea prædixerat D. Petrus cauſam huius lapſus: nam dum illum vidit, gratiam Spiritus ſancti pecuniis velle comparare, ait; *In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe: hombre endemoniado eſſa hiel de peccado no ſe ha ajuntado en vn dia.* Hauſiſti venenum ab antiquo ſerpente, quod ille in parentum noſtrorum præcordia euomuit, quos per tentationem deluſit: *años ha puſo la leuadura el demonio en la maſſa de Adam; & in obligatione*, ſeu, vt Græcè eſt, *in colligatione multarum iniquitatum implicatum te video.* Simonia enim eſt peccatorum colligatio; quia illi alligari ſolent quamplurima alia vitia, quæ non repentè inuadunt animum, ſed ab antiquo: *vna Apoſtaſia como la de eſtos, vna Idolatria, o, hereſia beſtial no es de ayer acà vicio es antiguo, relicto Deo venire ad Ioannem.*

Grauiſſima flagitia non vna die conſtantur.

10. *Vt interrogarent eum, tu quis es?* Vide affectatam ignorantiam, creaturam rogant, ſitne Deus creator? Turpiſſima, & vitioſa ignoratio, nec venia digna, cui cæleſtis Magiſter non pepercit, quin acriter exprobrauit. Veniſtis ad Ioannem, vt de ſeipſo teſtimonium ferret, & ad modicum in modico lumine exultare voluiſtis, quaſi vobiſcum ratiocinantes, ſcimus Ioannem non illis inſtructum dotibus Meſſiæ dignis; verùm effugium quæramus eius, quod nobis imminet periculum admittendi Chriſtum, qui vrget nos, & vitia exprobrat, opponamus illi candidatum alterum, in quem ſuffragiorum pars inclinet, quocum fiet, vt Ieſus iſte non obtineat principatum, licet enim facta eius, & ſigna ſcriptis Prophetarum proculdubio conſentiunt, peragamus modò negotium; facile enim poſtea gloſſemata ſubdere poterimus legi, habebimus, & non habebimus Meſſiam, Ieſu iſto illepido, & ſeuero à nobis exterminato. O affectata ignoratio, quàm ardua petis, & difficilia cæcis oculis: *haze razon de ſu affecto, de donde dize hagaſe la maldad, deſpues la deſañudara vn Theologo.* Quare mutato affectu in contrarium ſtatim inuenit rationes, & cum dictamine certo, quod hoc munus tales, & tales requiſitæ ſunt dotes, cæca cupiditas in ligno, quod amat, proprietates eas eſſe credit, & affirmat, & non ſolùm ipſi adorant, ſed alios ad credendum, & confirmandum inducunt, ita *vt paſtor ſit, & idolum*, habent ſcriptis teſtata, requiſita ad Meſſiæ dignitatem, & hoc ipſum ab ipſo Ioanne diſquirunt, ſitne ille, qui continetur in lege, & Prophetis, etis vtique, quis dubitat? O inſtabiles, Ioannes non ſicut vos mutatur, *homo enim ſanctus in ſapientia manet, ſtultus vt luna mutatur.*

Ignorantia affectata quo pacto amittit Deum.

Cæcitas ambientium & electorum.

Eccli. 17.12.

Rogo tamen vlteriùs; quare ſic excæcari cupiditate ſinitis, vt cùm vos ſic liberi ab omni conſcientiæ angore ſitis, qui nec commoueri religione, nec ſcrupulorum moleſtia torqueri patimini; vocatis ad coronam Ioannem, virum auſterum, æquum, integrum, inculpabilem, qui ſimul à vitiis, & à cibis abſtinet? Reſpondeo ego ex Auguſtini ſententia, vitium vnum ſæpe ſæpius alterum frenare, atque comprimere; ſunt enim vitia ſicut canes, qui inter ſe dentibus compunguntur, ſolùm autem in id conueniunt, vt tranſeunti oblatrent, & mordeant; ſic cupiditates in vnam lacerandam animam conſentiunt, cùm inter ſe capitali odio diſſideant; incontinentia iubet maximos nummorum ſumptus in obtinenda pellice fieri: *cueſte lo que coſtare hauer la tengo.* Exilit auaritia, apage, nónne ſatis turpi vitio aliam viliorem conducere? Auaritia rapit nummum, abſcondit, obſerat; ecce repentè euigilat auarus alicuius magiſtratus, ambitione affectus, & illius obtinendi gratia omnia reſerat, offert, & exhaurit. Ambitio cogit illum, vt vrbanus ſit, vt ſubmiſſionem & reuerentiam erga electores exhibeat. Excandet ſuperbia, tolle, dicens; quare ſic te cuiquam ſubmittis? tu præſtas illis ſanguine, litteris, & dignitate. Videas hoc *Exodi* 32. vbi Ægyptij etiamſi auari erant, & eorum pretioſa vaſa filij Iſrael abſtulerant; odium tamen, quo in illos infenſi erant, auaritia compreſſit; & vbi plangere debent, *lætata eſt Ægyptus in profectione eorum*; & ſubdit rationem, *quoniam incubuit timor eorum ſuper eos: el temor de los males ven-*
cio el amor de los bienes. Et ſatis hoc idem pro- 12.
bat, quòd cùm fœminæ adorent, & ſuper omnia colant monilia ſua, inaures, & annulos; cùm de fabricando idolo ſermo perçrebuit, ſtatim ad illud conflandum cara pignora, & ornamenta obtulerunt: *mortificaronſe, y vencio vn vitio a otro.* Hæc, inquam, omnia obſeruauit D. Auguſtinus [a], *Et iſta duo nequiſſima opera, ſecúmque pugnantia premunt te,*

11.

Vitia inter ſe rixantur.
Simile.

a Ser. 44. de verbis Apoſtol. tom. 10.

& dilaniant; pigritia dicit, dormi; auaritia dicit, ſurge; pigritia dicit, nolo pati frigidos dies; auaritia dicit, tolera in mari etiam tempeſtates. Ita ſimiliter ambitiu iſtutum, & cupiditas gloriæ, & æſtimationis, quòd videlicet integri erant, & æquitatis amatores, & zelu religionis inflammati, cogit eos adire Baptiſtam, vt timorem ſuum ſuperare videantur, quem de tam auſtero, & inſulenti viuendi genere conceperant: *por ſer tenidos por zeloſos, y poderoſos a hazer vn Meſſias mortifican el miedo, y rezelo, que podian tener de hombre tan graue, y ſeuero.* Ad Chriſtum autem non accedunt coronam offerentes, cuius aperta eſt ratio, ait Auguſtinus; quia Ieſum non puteraut illi Meſſiam facere, qui iam erat; vnum tamen illi deeſſe videbatur, nempe ab ipſis creatum eſſe: *faltauale eſſa qualidad de hauerle ellos hecho de ſu mano, hoc agebat* (inquit) *malitia eorum, vt Chriſtum ad ſuam vtilitatem attemperarent, quòd futurum arbitrabantur quod non fuiſſet, niſi approbantibus ipſis authoribus. Querian vn Meſſia de manga inclinado a ſoledad, amigo de de-*
13. *ſierto para ſer ellos los dueños.* Ad illud autem de auſteritate quid reſponderis? Reſpondent quòd licèt Bapriſtam aſperam in deſetto vitam egiſſe vident, confidunt fore vt cùm ad aulam, & curiam propiùs accedat, aſperitatem illam ſoluat, & rigorem mitiget; & reuera non multum aberrant à coniectura, ſi hoc de alio, quàm de Ioanne ſuſpicarentur. Videas hoc in Balaam, qui vocatus à rege Balac ubtenta à Deo facultate, & animu ſic ad iuſtitiam obfirmato, vt audenter pruſeſſus ſit: *Si dederit mihi Balac plenam domum ſuam auri, & argenti, non potero immutare verbum Domini, vt vel plus, vel minus loquar: vn tilde no añadire, ni quitare, aunque me de vnas Indias.* Vide quàm bene animatus eſt iſte concionator; expecta tamen, nam ecce Angelus obſtitit & in itinere, & ait, *Ego veni, vt aduerſarer tibi, quòd peruerſa eſt via tua, & mihi contraria.* Vnde tam ſubita mutatiu? paulo antè diuinam quandam fortitudinem præferebat, & facultate dinina iter agebat, & nunc in momento iam Dei miniſter reſtitit ei, & ex perſona ipſius Dei loquitur *contraria*; quem faſciculum litterarum à Rege accepit? quam ſchedulam regiam Epiſcupatus? quam ſeueram comminationem mortis? quædam tamen maledicæ linguæ inquiunt, cùm Prupheta domu ſua exiit, bene animatum erga æquitatem, & religiunem Dei iter cœpiſſe; cùm verò aura curiæ, & vento vanitatis aulico perflatus eſt, iam in alium virum mutatus erat, ita vt meritò morte afficeretur, niſi iumenti reuerentia erga Angelum aliquo modo prohibuiſſet. *Dizen malas lenguas, que en dandole los ayres de la corte eſtaua ya mudado.* Hoc ipſum de Ioanne expectabant ipſi poſt modicum tempus blandimentis aulæ, & ſuauitate regnandi, mores commutaturum, & habituros regem blandum, ſuanem, venationi deditum, qui non multas myriadas numutum inſumeret, vtpote tenuitati aſſuetus, & largas ipſi manus iniicere in bona regni, facultates, & poteſtatem ſibi facilè poſſent arrogare. *Neſcimo*, ignoratio quidem cæca, & affectata, eurum qui nec Scripturas conſulunt, ſed ſenſum, & cupiditates, quibus ducuntur ad Iuannem, *vt interrogarent eum, tu quis es?*

Curio auſteritatem diſſoluit ſeueri concionatoris.

Num. 22. 18.

14. *Et confeſſus eſt, & non negauit*, &c. Fidelem

miniſtrum iubet hîc Auguſtinus [a] contemplari, *nihil enim humilius ipſo pracone, fratres mei, nullum tantum meritum Ioannes habuit, quàm de iſta ipſa humilitate, quòd cùm poſſet fallere homines, & putari Chriſtus, & haberi pro Chriſto; tanta enim gratia, tantaque excellentia fuit; confeſſus eſt tamen, & apertè dixit; Non ſum ego Chriſtus; no ay coſa mas humilde, que Iuan, ni Iuan merecio jamas tanto, quanto con eſte acto de humildad.* Quare (obſecro) Auguſtine ſancte ſic extollis iſtam humilitatem? tanta opus eſt demiſſione, vt aſſerat ſe non eſſe Chriſtum? nec enim demiſſioni tribuimus, ruſticum dicere non eſſe aulicum, ſeruum non eſſe duminum; ita eſt, ſi hæc ſeorſum ſumantur, & nulla oblata occaſione, non eſt opus humilitate, vt aſſerat ruſticus ſe non eſſe principem; ſin verò illi ſceptrum, & corona aliquando offerretur, tunc eximiæ demiſſionis eſſet documentum, eo quidem præclarius, quo celſiur eſt dignitas; cùm ergu Ioanni non inferior, quàm diuina authuritas offertur, tunc humilis exiſtit, *nihil humilius ipſo pracone, credite fratres: en los trances ſe hechan de ver los miniſtros fieles; y los ſiernos de Dios, y los humildes.* Vrgeo tamen verba illa; *nullum tantum meritum Ioannes habuit, quàm de iſta ipſa humilitate*; certè oblitus videris mirabilis illius ſalius, quem in maternu edidit ventre: *alli hizo del grande, y del humilde; magnus coram Domino*; nónne gratior fuit Deo cùm in deſerto vitam cælitem, & angelicam degebat, & ſaltem nun dignior fuit corona, cùm caput pro veritate poſuit? Iterum (inquit) aſſero *nullum tantum meritum*, exiliuit Ioannes in ventre, ſic tamen grandis effectus eſt mirabili illa ſaltatione, vt ſuper ſe eleuatus ad brachia diuina peruenerit, cùm etiam in deſerto diuina gloria fruebatur, inſtar Dauidis, *in terra deſerta*, &c. *vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam*; tunc ille pergebat in ipſam Dei gloriam; in die tamen, qua ſe demittit, ipſa Dei manus, & gloria in ipſum deſcendit, & illi ſe obtrudit, & longè maius priuilegium eſt Regem ad te, quàm te ad Regem venire. Quòd ſi Ioannes capite plecti pro veri- 15.
tate ſuſtinet, id tantùm fuit caput maiori ſubmittere, vt veritas ſuum erigeret, ſicut ille prædixerat, *illum oportet creſcere, me autem minui*; in iſto verò actu non contentus caput ſubmittere, totum ſe deiicit, totum effundit, vt totus Chriſtus ea, qua dignus erat fide, & reuerentia coleretur, vt diſcant ſapientes, & qui ad aliorum diſciplinam vocati ſunt, magnam fabricam moliri, & opus eſſe priùs de fundamento humilitatis cogitare, ne incipiant illudere eis, hi homines cœperunt ædificare, nec potuerunt conſummare, quod de Iudæis dictum, & de his, qui à vera fide diſcedunt, iamiam explico.

16. *Et confeſſus eſt, & non negauit.* Statuu priùs vim veritatis teſtimonij, & confeſſionis Ioannis, *& confeſſus eſt*; & quu nomine vocatur confeſſio iſta? Reſpondet Euangeliſta, *hoc eſt teſtimonium Ioannis*, quaſi dicat, liquidum hoc, planúmque fiat Ioannem verum fateri, & vitam pro veritate profundere; quare ſi dixerit Ieſum Meſſiam eſſe, fide digniſſimus eſt. Iubet iudex, vt vlna, & menſuria regula priùs ad primariam vlnam (quæ eſt menſura reliquarum) referatur, vt ſtatim quælibet puſſint illa menſurari, nec opus ſit ad ſingula dimetienda, iterum referre, &

a Tract. 4. in Ioan.

Fidelis miniſter.

In nullo ſanctior Ioannes quàm in confeſſione iſta.

Vis & authoritas teſtimonij Ioannis.

Simile.

Digitized by Google

& examinare: *ajuſtaſe con el marco vna vez la vara; por que acaaa coſa no ſea meneſter ir à referir la con el.* Sic regius ſenatus ſcribam publicum exa- *Simil.*
mine probat, & litteras facultatis dat, quibus exhibitis in conſilio vrbis non opus eſt ad quælibet ſcripta regiam facultatem oſtendere, ſed tantummodò dicere, *Hæc me coràm facta ſunt, & quia verum eſt, ſubſcribo nomen & ſignum mei officy.* Hoc ergo maturè ſatis præſtitit Eccleſia mater præterita Dominica; præuidit enim hodierna die teſtimonium laturum Baptiſtam veritatis; ideo anteuertit, & exigit ab eo, vt exhiberet facultatem dicendi, & prædicandi; quas litteras eùm vidit Seruator noſter, & approbauit, & laudauit fidelem ſcribam, & habilem affirmauit, & fide dignum, & præterea rem ſignis comprobauit. Quare hodierna die nullo præmiſſo examine iam ex munere ſuo teſtimonium, & ſcri-

Iam ex munere ſuo teſtatam fidem dat mundo Ioannes.

pta dat: *Hoc eſt teſtimonium Ioannis*, & alter Ioannes iſtius ſcribæ mentionem facit; *Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes*, & ſtatim ſignum ſubdit officij, digitum nempe ad Chriſtum intentum. *Ecce Agnus Dei.* Quid intereſt, ſi nihilominus populus renuit credere? eſt enim duræ ceruicis. Bene rogaſti: ideo oſtendit hodie perſpicuitatem teſtimonij ſui, & publicæ authoritatis, quam exhibuit coram optimatibus, & ſacris miniſtris, & ſacerdoti-

Inexcuſabilis eſt ignoratio Iudæorum.

bus & Leuitis apud Iordanem, vt credat, vel non credat populus, ipſum teſtimonium exploratum, & certiſſimum ſit, vt iam ex duorum hominum teſtimonio probabo, omni exceptione maiorum. Intrauit Ieſus in templum, cùm inuenit illud ſpeluncam latronum factam, hoc eſt, ementium, & vendentium, quaſi plateam; & diuino accenſos zelo, & maieſtate, accepto flagello, & voce intenta & grandi omnes extra templum expulit: tanta fuit facti nouitas, &, vt ait Hieronymus, *igneum quiddam, atque ſydereum radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maieſtas lucebat in facie*, vt inimici ipſi at-

17. toniti facti, vix eùm ad ſe redierunt hoc ver-

Matth 21. vide Mald.

bum, *rogantes*, protulerint, *In qua poteſtate hæc facis? & quis dedit tibi hanc poteſtatem?* At ille non reſpondens ad quæſtionem, alia propoſita quæſtione vult, vt eam ſoluentes, ipſi ſibi reſpondeant: rogat igitur ab eis, *Baptiſmus Ioannis vnde erat, è cælo, an ex hominibus?* At illi ſubodorati ſunt difficultatem, & neſcire ſe mentiuntur. Vrgeo tamen ego argumentum, quo conuictos ſic probo: ſcitis Baptiſmum Ioannis non eſſe hominum inuentionem, ſed diuinam inſtitutionem, atque adeò Ioannes fidelis eſt Dei miniſter in ſactis; igitur ego habeo etiam diuinam auctoritatem tamquam filij Dei, ad hæc facienda, quæ videtis: conſecutionem probo. Idem Ioannes, qui hæc diuina authoritate peragit, confeſſus eſt me eſſe Meſſiam verum, & digito ſuo Agnum Dei me deſignauit; ſum ergo filius Dei, vel Baptiſmus Ioannis non eſt ex Deo, & authoritas illius nulla eſt. Hodierna igitur die prudens Euangeliſta locum, & tempus deſignauit, *trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans*; quaſi idem formans argumentum, vos creditis Baptiſmo Ioannis; at idem baptizans Chriſti teſtimonium exhibet, & ingenuè fatetur, ſe non eſſe Chriſtum; eſt igitur irrefragabilis veritatis teſtimonium, & ita certum, vt eùm Ieſus poſſet reſpondere egiſſe illam templi expurgationem diuina illa authoritate, quæ manifeſtata eſt voce delapſa in Baptiſmo, *Hic eſt filius meus dilectus*, & columbæ ſpecie quaſi 18.
ſigno ſui muneris poſſet præmunire, miſſa fa-

Irrefragabile Ioannis teſtimonium.

eit hæc duo teſtimonia, & Ioannis teſtimonio probat ſe poſſe facinus illud efficere, quaſi Regem atque Dei filium, vt teſtatus eſt Ioannes baptizans: nam licèt nulla ratione quoad firmitatem queat comparari hoc teſtimonium Ioannis cum Patris voce, & columbæ ſpecie, in perſpicuitate, quæ rudioribus, & infirmioribus multum præſtat, Ioannis teſtimonium, & extentus digitus maximè accommodatum teſtimonium eſt; quod idem dixiſſe videtur D. Petrus de transfiguratione agens, & Patris voce. Audiſtis vocem, & nos audiuimus in *2. Petri 1.*
monte ſancto, ſed addit; *& habemus propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco: y con hauer viſto eſto tenemos por mas firme teſtimonio las palabras de los Prophetas*, quibus non poteſt ſubeſſe falſum; & eùm Prophetam nomino, *illum Baptiſtam* intel-

Firmitas teſtimonij Ioannis.

lige pluſquam Prophetam: Ioannis enim dicto, & prophetiæ ſubeſſe non poteſt falſum; bene tamen his, quæ oculis, vel auribus excipimus. In tanti igitur luminis perſpicuitate, in qua oculos aperuit mundus, ſacerdotes, & Leuitæ cæci ſunt; & ſicut qui noctu ranas expiſcari vadunt, laternam præferunt, & obiiciunt, vt viſo lumine in aquam, & in retia exiliant; ita iſti audenter accedunt ad Ioannem, obiecta tamen fidei lucerna, & veritatis lumine, ſtatim reſiliunt in aquam, & de Baptiſmi authoritate diſquirunt; *quid ergo baptizas ſi tu non es Chriſtus?*

Mirum ſanè qua ratione certiſſimam fidem 19.
abiicere, vel amittere poſſint mortales, & à Deo, & vero lumine aberrare: quod (ô malum!) hac ratione contingit, data eſt animo noſtro, ſicut & corpori videndi facultas, & olfaciendi, vt quæ in

Fides perit etiam multis de cauſis ab animo fideli.

conſpectu non ſunt, ſed longè penetret, & perſpiciat, & olfactu ſubodoretur: *ojos de entendimiento mas que de Aquila para lo alto, olfacto penetrante, con que huele, cree, eſpera, y ſigue lo futuro, y eterno*; qui ſenſus cùm in animo vigent, nec hebetes fiunt, ſummam afflicto animo conſolationem afferunt, ſicut ſancto Iob, *Donec fuerit ſpiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem: en quanto huuiere olor de Dios en mi, y barruntos de lo eterno, no le offendere en nada.* Igitur ſic- *Iob 27. 3.*
ut organa viſus interturbantur, abducuntur nubeculis, puluere, pituita, & præ humiditate olfactus hebeſcit ad bonos, & prauos odores; ſic tanta poſſunt ingruere in animum peccata, tantus cupiditatum fumus, vel ardor, vt luminibus orbetur, & obturentur aures, & æternorum ol-

Senſus interni animi & ſpirituales hebeſcunt & interturbantur.

factus, memoria, & fides obruatur; Dauid, *Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui, vt viderem: ciego eſtoie, y tal romadiço me ha cargado en el interior ſentido, que aun el cielo no huelo, ni hay eſperança en mi.* Videte, ô cæci, damna, in quæ incurritis, intuere peccator, in quæ mala ruis; potes Deum amittere, ſicut perfidus amiſit Iudæus; potes Deum, qui non longè eſt ab vnoquoque noſtrûm, in ſempiternum neque olfactu, nec mentis acie percipere, & dum per hoſce natalitiorum dies tot ſuauiſſimè aſpirant odores, myſteriorum, & ſuffimenta ſuauiſſima; tu tu ſolus obturatus, hebes, cæcus, & *Pſal 39. 13.*

amens

Digitized by Google

amens non percipies. O vtinam non iam olim
hæc vaticinatus eſſet Iſaias, & ad eius verba al-
luſiſſet Ioannes. Throno inſidentem vidit Iſaias
Deum Patrem, & in throno gloria Chriſti mi-
Iſai. 6. rificè effulgebat; *& ea, quæ ſub ipſo erant, re-*
plebant templum, Hebræa vox ſonat, *fimbrias*,
verba autem, *quæ ſub ipſo erant*, explicant non
paludamenti ſplendorem, ſed tapetij fim-
brias, vtrumque templi parietem pertingen-
* Hebræi aliqui apud theſaurum Pagnini, vide Alcaçar Apoc. 4. v. 2. notat. 2. tes *. *Las alfombras, que eſtauan debaxo co-*
mo en throno real llegauan de parte a parte: or-
bem iam replet Dei gloria, Eccleſiæ thronus,
reges, paſtores, homines, Angeli pleni ſunt
gloria. Quis tanta gloria vacuus manebit?
quis in tanta natiuitate triſtis? quis? ideo ſub-
dit: *excæca cor populi huius, & aures eius ag-*
graua, ne fortè videant oculis ſuis, & auris
eius intelligat, & conuertatur, & ſanem eum,
hoc eſt, vaticinare excæcandum cor populi
huius, & aures eius aggraua, id eſt, vati-
cinare aures eius aggrauandas, *& oculos eius*
claude, id eſt, claudendos. Sicut Ieremiæ 15.
Si ſeparaueris pretioſum à vili, id eſt, ſi pro-
phetaueris ſeparandum pretioſum, & vile in
exilium educendum tam principes, quàm ple-
beios; ſi hoc vaticinari non pertimeſcas, *quaſi*
os meum eris, id eſt, Propheta verus, fidelis,
& electus eris. Domine quis audeat hæc præ-
dicare, cùm Deus in præſepi iaceat, ſicut in
throno facilè inueniendus, facilè perſpicien-
dus, de illo enim dictum eſt, *In medio duo-*
rum animalium cognoſceris, quis audeat? tu, ne
falſa prædices: nam & Iudæus acerrimo ſen-
Cauè viuat Chriſtianus ne fidem amittat. ſu, & perſpicaci acie fidei vigebat; ſicut
modò Chriſtianus, & tamen peccata videndi
ſenſum abſtulerunt; igitur poteris & tu di-
uinorum myſteriorum ſenſum amittere, ita
vt Deum inter duos virgines non videas;
quia turpis, & inhoneſtus es, & Emanue-
lem diu deſideratum non videbis: tu aua-
rus, & diues regio ſplendens amictu; ſtupo-
rem enim ſenſus, & quaſi mortem cupidi-
tates afferunt. Quod præſciens Dominus mun-
Cap. 4. 13. dum præmonuit per Amos Prophetam. *Poſt-*
quam hæc fecero tibi preparare in occurſum Dei
tui; quia ecce formans montes, & creans ven-
tum, & annuncians homini eloquium ſuum. Et
Septuaginta, *Chriſtum ſuum: mundo aparejaos*
para recebir a mi hijo, yo ſolo os lo dey a cono-
cer. Ideo Paulus gloriatur Patrem ſibi reue-
laſſe filium ſuum, de hoc maximè gloriari
oportere, non quòd in tertium cælum ele-
uatus fuerit, ſed quòd in terris Chriſtum co-
gnouerit, crediderit, æſtimauerit, hæc co-
gnitio me de Saulo in Paulum traduxit, de
rapaci lupo in canem gregis cuſtodem, de
nefario hoſte in Apoſtolum, de perditionis
vaſe in vas electionis. O potens! ô efficax
Summa vitæ felicitas Chriſtum cognoſcere. cognitio. Credas ô anima mea in hac ſola
Chriſti cognitione tuam in terris ſitam eſſe
gloriam, & felicitatem: *cerraos alma mia, y*
coraçon mio en no querer ver otra coſa, piedar-
ſe la vida, y no el conocimiento de la fee, y de
Ieſu Chriſto. Idipſum ſecum meditabatur Da-
Pſ. 118. 109. uid, *Anima mea in manibus meis ſemper*; id
eſt, aſſiduè verſor in lethalibus periculis, ſem-
per mihi mors obuerſatur; *& tamen legem tuam*
non ſum oblitus: nam per antiphraſim, ſicut
Threnorum 5. *in animabus noſtris*, id eſt, cum diſ-
crimine animarum noſtrarum, ſiue vitæ no-
ſtræ, *in oculis*, pro, coram oculis, anima ponitur
pro morte, vel mortis diſcrimine, quaſi clariùs
dicat, *la vida ande a peligro, y donde ſe quiebre,*
la ſalud donde ſe gaſte; pero el conocimiento de
Chriſto, in medio cordis mei; ne ſicut ſacerdotes iſti
in medio lumine lumen amittam, & ſine fide
intercam. *Ipſi rebelles fuerunt lumini, boluieron* Iob 24. 13.
las eſpaldas a la luz, de Chriſto: neſcierunt viam
eius, nec reuerſi ſunt per ſemitas eius, ni a Chriſto vie-
ron, ni a Iuan ſiguieron, perdieron lo todo: vſque
ad inferos peccatum eius, murieron ſin luz, y ſin
cruz, ſin fee, ſin Meſſias, en ſu peccado haſta la
ſepultura; in peccato veſtro moriemini.

Medius autem veſtrûm ſtetit, quem vos neſcitis. 20.
Quouſque tandem (mi Deus) errabundus or-
be toto vagari deſinam, vbi es, vt te inue-
niam, perſonet vox aliqua, quæ me in viam re-
ducat; ecce vox clamat in deſerto; *medius ve-* *Vbi & qua via Deus inueniendus.*
ſtrum ſtetit, no lo imagineis lexos, dentro de vos
otros eſtà. Contingit tibi, nequaquam rectè in-
tendere oculos in ſcopum aliquem, intendunt *Simile.*
digitos omnes, & nec ſic proſpicis ſignum, ſu-
mit dexter quidam ſagittarius arcum, & diri-
git ſagittam, & traiicit ſignum, dicens, ille,
ille eſt ſcopus. Hoc vno vniuerſus orbis æſtua-
bat deſiderio inueniendi Deum, prodiere Pro-
phetæ, quorum quidam Deum inuiſibilem eſſe,
alij hominem futurum prædicabant, nec perfe-
ctè ſcopum attingebant; miſit tandem æternus
Pater ſagittam electam Ioannem, & firmato bra- *Ioannes ſagitta electa cur dictus.*
chio ſagittam quonam diriget? in corrigiam cal-
ceamenti; *a la lazada, a la vnion; ecce Agnus*
Dei, homo eſt, & Deus, qui vt agnus mortem op-
petit, vt Deus tollit peccata mundi. *Iaculare*
etiam tu Chriſtiane, tirad Chriſtiano con recta in-
tencion, y dareis en el blanco de vueſtro bien; non 21.
longè eſt ab vnoquoque noſtrûm; nam cùm ſe-
mel à diſcipulis ſuis digreſſus eſt, *auulſus eſt ab* Luc. 24.
eis, quantum iactus eſt lapidis. Vide quàm paruo
ſpatio diſtans, & iactu lapidis dimetitur; inæ-
qualis enim eſt menſura, aliter enim proiicit la- *Facilè quiſque in ſuo gradu Chriſtum inuenire & obtinere poteſt.*
pidem mulier, aliter vir, aliter puer, vt nouerint
omnes ætates, ſexus, & perſonæ non longè eſſe
ab vnoquoque, & à quocunque inueniri poſſe;
tu eques, qui de viribus, & nobilitate gloriaris,
ne deſpondeas animum, non longè eſt à te, mul-
ti equites intrant regnum cælorum. Et tu imbe-
cilla mulier non longè eſt à tua domo, videt
omnia, ſcrutatur indigentiam, & tenuitatem fa-
cultatum, ſume quaſi lapillos, globulos ſacros
orarij tui, poteris & tu ſcopum attingere: *a tiro*
de eſſas quentas eſta, tiralo oraciones. Et tu diues
quære Deum in tuis diuitiis, ibi eſt, propè eſt in
his, quæ habes, non quæras aliena, ne liueſcas
proximorum bonis conſpectis, in medio do-
mus tuæ eſt Deus. Tu ſimiliter, qui princeps es,
vel magiſtratum tenes, vel domus curam ha-
bes, ne vicem tuam doleas, quia eremiticam vi-
tam Ioannis non imitaris, inuenies & tu
Chriſtum, qui *in medio veſtri ſtetit.* Vide ſigna, *Cur Chriſtus communis habitu & conuictu vſus eſt.*
quæ præbet Ioannes; *cuius non ſum dignus, vt*
ſoluam corrigiam calceamenti. Quid ais Baptiſta,
calceatus ne incedebat Chriſtus? gerebat cal-
ceos? ſandaliis vtebatur? O ſumma beni-
gnitas! ô facilitas, & ſuauitas Redempto-
ris, Ioannes nudus pedibus, & in deſerto com-
moratur, Chriſtus inter homines iam calceatus,
iam diſcalceatus, vt omnium caput eſſe monſtra-
ret perfectorum, & minus perfectorum; eſt enim
flumius ille, quē Propheta ille vidit, in quo agnus
bibebat,

Digitized by Google

bibebat, & camelus mergebatur. O pietas, fratres erant Iacob, & Eſau; hic autem erat hiſpidus, robuſtus venator; Iacob delicatus habitans in tentoriis, cum quadam die obuij fiunt Eſau, qui ſplendidam familiam, & equitantes famulos ducebat, inuitat Iacob, vt ſimul procedant, *Vamonos juntos ſeñor hermano*, cui prudens Iacob, *Præcedat Dominus meus*; pergat meus frater: nam ego habeo agnos teneritimos, & gregem paruulum; & Rachel inſuper, & Lia vxores ſunt imbecillæ, & filios ſecum deferunt, *vaya mi ſeñor hermano, que mi familia no podra atener a ſu paſo*: fratres erant, & vnius negotij ſoliciti Christus, & Baptiſta, Ioannes hiſpidus, hirſutus capillis, & camelorum pilis tectus, & cinctus, eremi habitator, & vix edens, vix bibens, horrebant homines viuendi genus, & dæmonium habere putabant. Quid ſi Chriſtus hoc elegiſſet viuendi genus? Minimè (inquit) operæpretium eſt me omnibus accommodare, induam veſtem, tunicam geram, ſandaliis tegar, & à negotiatoribus inuitatus ire non renuam. *Da paſos cortos eſte Iacob, herido en el muſlo, y mucho mas del amor de ſu Rachel*: vt & fœminæ nuptæ, & tenellæ virgines, & delicatæ matronæ, vniuerſaque familia poſſit ſubſequi Saluatorem. Præbe nobis alia ſigna Ioannes, Chriſtum inueniendi, placet: *Medius autem veſtrùm ſtetit.* O Chriſti humilitas! ô lenitas! ô facilitas! vtebantur antiqui quodam puero, qui in media aula ſtabat, munus quidem vile, & mancipiorum proprium; nam & ille intentis oculis quid illi iniungerent, expectabat, & ab omnibus iuſſa capiebat. Quis dicat, quod de Chriſto forte ſignificat Ioannes, ſcitis quàm propè eſt Chriſtus, mediaſtinus veſter eſt, *medius veſtrùm ſtetit*; citò enim videbitis puerum poſitum ab ancilla in præſeplo, quaſi ſeruum expectantem quid iubeatis, quid quiſque imperet illi? Quid à me vultis homines? vt pacem mittam in terram? ecce ſum medius inter Patrem, & hominem, vt fœdera pacis ineam ſempiterna. Quid imperatis iuuenes honeſtatem? pudicitiam? ecce ſum inter duos virgines, vt lilia colligam. Quid exigitis à me coniugati? pacem, vnionem, amorem? Ecce in medio coniugatorum ſum Ioſephi, & Mariæ, vt omnem vobis litis materiam adimam. Poſtea verò inter Doctores erò, vt à ſapientibus inueniar; ac denique inter latrones, ne fugiat crucifixum peccator, quin potiùs eruditi in inſanæ Synagogæ obſtinatione fugatis ignorantiæ tenebris, excitata fide, illuſtrati à Baptiſta, me domi, ruri, in foro, in negotiis, in otio, in diuitiis, in aula, in tugurio, in ſtrato, & in fœno, in purpura, & pannis facilè poſſint inuenire per gratiam, & gloriam, qua frui me in ſempiternum poſſint.

Diuina Chriſti benignitas qua ſe omnibus accommodauit.

22.

Humilitas Chriſti.

* * *

VERBVM FILII.
Ioan. 1. v. 19.

Hoc eſt teſtimonium Ioannis, quando miſerunt Iudæi, &c.

Fallacem creaturarum ſpeciem, cuius cauſa homo à Deo & Meſſia aberrauerat, clariſſimè detegit: tribus documentis duntaxat obſeruatis rectà ad Deum tendit.

DISCVRSVS CXXV.

CVm iam ſemel & iterum in errorem incidiſſes, Homo, illecebris creaturarum allectus, ſummæ Dei bonitati placuit (inquit Magnus Gregorius [a]) rerum creatarum fraude detecta, & poſito errore, quem tibi earum attulit amor, ad veram tui Redemptoris cognitionem, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, reuocare. Quod quàm opportunè ſuo in terras aduentu præſtiterit, libeat Ioanni in Apocalypſi repræſentatum intueri. 1.

Hominem errantem ad veram Redemptoris cognitionem reuocat.

[a] Moral. lib. 20. c. 8.

Nam cùm hic Chriſti Domini dilectus exularet, minimè cæleſtibus gaudiis deſtitutus, iucundiſſimis rerum futurarum ſpectaculis, & diuinis arcanis reſeratis mirificè recreatus eſt. Splendida facie & Solis ſpecie fulgens, Chriſtus die Dominica apparet, geſtat in manu ſeptem illas mundi gubernatrices ſtellas, albicat præſigni caniti capillus, pontificia veſtis ad talos vſque producitur, ignei pedes atque flammantes, totus denique facie, capite, oculis, manibus pedibúſque fulgore circumfunditur. Satis, dices, ſeipſam vndecumque ſpectabilem & illuſtrem præbet cæleſtis imago, non opus erit alio meliori lumine. Verùm non ſufficit hoc lumen, vnde non fruſtrà ſeptem candelabra, & inter ipſa Dominum ambulantem videt. Sed cùm neque tam ſpecioſum ſpectaculum, & in tam bono lumine conſtitutum oculos ad ſe raperet, en vox à tergo quaſi tuba perſonat, ad quam auſcultandam attentus redditur. Conuertit è veſtigio caput, reſpexit, ſed vox iam (cùm vox eſſet) euanuerat, & ad hoc tantùm deſeruiſſe videtur, vt hac ratione clariſſimè filium hominis in medio luminum ſtantem coruſcantémque videret. Ecce vnus Ioannes quod orbi toti & vrbi Ieroſolymæ contigit, nunc recèns in ſeipſo adumbratum intuetur.

Cùm vita rationalis creaturæ in ſui conditoris fide & amore conſiſteret, ne à ſcopo aberrare cõtingeret, Deus filium ſuum ſuſpiciendum atque colendum proponere meditabatur. Primò tamen quaſi rudiori mundo librum iſtum rerum ab ipſo conditarum mirabili pictura decoratum explicauit, *vt inuiſibilia Dei*, (vt ait Paulus) *à creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciantur*; ſapientiori verò populo Iudæo & cultiori vrbi Ieroſolymæ librum ſacrarum literarum euoluendum, & quaſi expreſſam venturi Meſſiæ imaginem in bono lumine collocauit, quod ſignificat ſol ille & aſtra & cãdida cæſaries filij

Vita hominis in fide & amore conſiſtit.

Rom. 1. 20.

filij hominis, & pro ſapientioribus Iudæis lega-
libus indumentis inſignitur zona ſalari, tunica
ſacerdotali, vt melius ex his notis rerum Meſ-
ſiam internoſceret. His tamen apertiſſimis li-
bris & ſplendoribus ita offendunt Gentiles, ita
cæcutiunt Hebræi, vt ſolem & lunam colere,
ſtellas adorare non dubitauerint. Hac de cauſa
noua lumina & ſplendentes faces citò & feſti-
2. natò adferri imperat, diuinis iuſſis protinus ad-
ſtitere Prophetæ qui facem præferrent homini
Deum inquirenti. Et hæc ſunt illa ſeptem can-
delabra, hoc eſt, ex multiplici loco cæleſti lu-
mine & ſpiritu afflati illuſtratique Prophetæ, at-
que Sibyllæ, qui cùm incarnatum Verbum in
media vrbe ægrotos ſanantem, & miraculis co-
ruſcantem non tam prædicerent, quàm indice
monſtrarent, ab iniquo populo extincti, & Deus
ipſe incognitus, & quaſi in obſcuro poſitus ma-
nebat. Cùm igitur iam tertiò intolerabiliter in
tanto lumine à vero tramite aberrantes videt,
grandiorem & contentiorem Ioannis ſummi
Prophetæ vocem à tergo imparatæ, & ſtolidæ
vrbis perſonantem mittit, qui quaſi claſſico tu-
bæ clangore bellum cælo inferendum indiceret.
Matth. 11. 12. *A diebus Ioannis Baptiſtæ regnum cælorum vim pa-
titur, dad por ganado el cielo des pues que predica
Iuan*; ad eius enim lamentoſam grauitatis & ſa-
lutis plenam vocem ipſi cælorum cardines con-
tremuere, & vniuerſa commota Hieruſalem ca-
put ad terrificam vocem retro conuertens, ſa-
cerdotes & Leuitas mittit, vt interrogarent,
Tu quis es? tu ne es quem diu expectauimus? qui
cùm vox verbi eſſet euanuit, dicens, *Non ſum
ego Chriſtus*, ſum ego verbi miniſter. Vbi ergo
eſt? Tunc Ioannes extento digito oſtendit eum
in medio candelabrorum propheticis lumini-
bus declaratum, miraculorum lumine coruſcan-
tem, ſole ſplendidiorem, æuo antiquiorem, in
Ioan. 1. 26. media vrbe pauperibus euangelizantem: *Medius
autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis.* Bene qui-
dem neſcios & ſtultos appellat qui in ipſo lumi-
SVMMA DISCVRSVS. ne offendunt; nos verò in alieno eruditi ca-
pite à longè diſcamus & ſpeculemur vbi nam
Deum amentiſſimi mortales & Iudæi amiſe-
runt, qua item quærere & inuenire valeamus,
ſeriò & impensè inuegiſtemus.

3. Primò igitur indocti & incauti homines in-
ter ipſa veſtigia conditoris, & mirabili ſtructu-
In creaturis Deum amiſit homo. ra rerum, fraudati Deum amiſerunt. Quum
enim illas Deus manuductrices feciſſet, dele-
ctamentis allecti ſe totos in earum amorem tra-
diderunt, & quæ ſalutis fecerat inſtrumenta,
in mortis & damnationis arma commutarunt.
Si enim Deus non alio altiori fine res condidiſ-
ſet, quàm eo, in quem improbiſſimi homines
referunt, perinde eſſet ac ſi Rex quodam con-
ſtructo pulcerrimo viridario, omnibus arbori-
bus conſito, floribus & fructibus vberrimo,
& ſpecie colorum venuſtiſſimo, ſubitò adaper-
tis foribus porcorum gregem immundiſſimum
induceret, qui omnia auellerent, corroderent
Cautè creaturæ viendum. ac deuorarent. Nos ergo rationis participes ſic
ope rerum creatarum noſtræ debemus neceſſita-
ti ſubuenire, ablatis his quæ fluxæ delectationi
deſeruiunt, vt caueamus ne mortem vbi vitam
Simile. quærimus ſubeamus. Venator callidus ad ca-
piendos paſſerculos laqueos apparat, & virgulas
viſco allinit & vngit, & prope fonticulos diſper-
git, ibi ſimul cibum intermittit, quibus ſi inſi-
det paſſerculus hæret, & cupiens auolare fruſtrà
conatur, & capitur. At cùm paſſerculus callidus
eſt & verſutus, collectis primum alis frequenti
ſaltitatione ſic cautè cibum hinc inde ſumit, vt
nihil alis ex viſco poſſit allini, victor euadit.
Eſt o homo in rebus creatis opportunus cibus
quo alimur, nimia delectatione alliciente com-
mixtus, qua facillime irretimur & capimur: in
quo ergo elucet prouidi hominis ſapientia, ſi
nempe attentè & cautè ſenſuum alis non mul-
tum explicatis, ſed in cælum & in ſuperna ele-
uatis, ſimul quæ terrena ſunt ad ſuſtentatio-
nem ſumat, & ad ea quæ cæleſtia ſunt per con-
uerſationem ac deſiderium aſpiret. Videas co- *Ab exemplo ſacra Scriptura.*
lumbam illam candidam (Suſannam dico) pro-
pe aquæ fluenta, quid verſuti & vafri ſenes la-
queos prætendiſſent ignaram: demulcent ver-
bis, alliciunt promiſſis, minis deterrent, at il-
la æternam mortem in breui delectatione con-
ſiderans oculos mentis ac cordis alas ad Deum
intendens negat, fugit, libera euadit. Vnde
Philo [a] docet per ſenſus externos & internos a Lib. legis allegoria.
deceptum fuiſſe primi hominis intellectum, &
ita ait à ſerpente deceptam fuiſſe mulierem,
hoc eſt, à ſenſitiua voluptate, quia voluptas
non quale ſubiectum eſt, tale illud agnoſcit,
ſed addit, ſicut meretrices deformes, videlicet
fucantes pingentéſque faciem, vt tegant ſuam
deformitatem. Quare ſi conſpicillis aſſeruan- 4.
dis thecas habetis, quare non impenſiùs in cu-
ſtodiendis oculis cura adhibenda eſt, immo
hoc ab initio ab optimo conditore prouiſum eſt.
Quando enim à Deo creatus eſt homo, obſer-
uat Ambroſius [b], non ſine cauſa Deus inſuffla- b Ad Sabinianum.
uit in faciem hominis, ibi enim ſunt ſenſus
omnes, ibi ſedes atque illecebra delectationis
in oculis, in auribus, naribus atque ore, vt ſen-
ſus noſtros aduerſùs delectationes fortiores fa-
ceret, atque eos ſanctificaret, ne aliquid profa-
num aut falſum deferrent in animam. Nec ſo-
lùm creaturæ viſendæ ſunt cautè, ſed ſapienter
& conſideratè, ſunt enim diuina veſtigia, ideo-
que viæ vocantur *initium viarum Dei*, per quas
ad diuina graſſus & aſcenſus paratur, de pul-
critudine authoris ſpectem, de artificio ſapien-
tiam, de bonitate ſummi Dei bonitatem phi-
loſophantes; *quorum ſi ſpecie delectati Deos puta- Sap 13. 3.
uerunt, ſciant quanto his dominator eorum ſpecio-
ſior eſt*, & in omnibus meditantes dicant, *ſpecies
enim generator hæc omnia conſtituit.* Sed proh Do-
lor! è contra euenit, nam creatæ res, quæ vt
viæ in Deum ducunt, non illis inſiſtentes, ſed
tranſeuntes, velut laqueo homines implicue-
runt, *Quoniam creatura Dei in odium facta ſunt,* Sap. 14.
& in tentationem animabus hominum, & in muſci- *Implicati homines creaturarum amore à Deo deflectunt.*
*pulam pedibus inſipientium, an ſe hecho cepos que
nos detieñe el ir a Dios y dan principio a la idola-
tria: initium enim fornicationis eſt exquiſitio idolo-
rum.* Quapropter benigna mater noſtra Eccle-
ſia conſiderans errantes gentes, & hunc erro-
rem euellere cupiens, præterita die Dominica
creaturam omnem & imaginem hanc fallacem
rerum omnium demoliri, ſolem, lunam atque
ſtellas extinguere curauit, diuitiarum vanita-
tem & omnia euanida eſſe & caduca monſtrauit,
vt diſcat homo rectà ad Deum tendere, dicens,
Dirigite viam Domini, vlteriùs, vlteriùs proce-
dite, non eſt hic Deus, omnia hæc veſtri
cauſa facta diſſoluenda & euacuanda ſunt. *Di-
rigite viam.*

Sed quid mirum erraſſe gentes, fallit ſpecies, 5.
mentium

mentiuntur omnia. Cedò librum in quo mendacium non eſt, legat Iudaicus populus qui literas ſcit, & iam olim ſatis a Deo eruditus legat Iſai. 9. *Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon, & terra Nephthali: & nouiſſimo aggrauata eſt via maris trans Iordanem Galilaæ gentium.* Illuſtria quidem verba, & quæ ad ea quæ diximus intelligentiùs perſcrutanda non parum iuuant, ipſis verò Iudæis non minus quàm gentibus erroris cauſa, quos Matth.c.4. redarguit, qui impletam dicit hanc prophetiam, quo tempore poſt tentationem Chriſtus in has partes Zabulon & Galilææ ſeceſſit, eáſque primò illuſtrauit ſuæ doctrinæ ſplendore, ſignaque ſui aduentus præbuit apertiſſima. Nam ſicut Bethleem ignobilem ante ciuitatem & exiguam ortu ſuo Deus illuſtriſſimam reddidit, iuxta illud Michææ 5. *Et tu Bethleem terra Iuda*, &c. & ſicut templum à Zorobabele conſtructum, quod longè ſumptu ac ſtructura ignobilius erat Salomonico, Deus tamen ingreſſu ſuo multo fecit illuſtrius *Aggæi* 2. Sic regiones iſtæ Zabulon quondam ignobiles alio quodam modo illuſtrabuntur, illud enim *alleuiata eſt*, Hebraicè leue aut vile eſſe ſonat. Ignobilis autem dicitur, tum quia longè à Hieruſalem aberat, in ora videlicet maritima, tum quia regio illa à rege Tyrij, cui viginti oppida dedit Salomon in terra Galilæa, appellata fuit *chabul*, quod aliquid ignobile prouerbiali, vt reor, ſpecie ſignificat, & præcipuè alleuiata dicitur, quia hæc regio prima euerſa eſt ab Aſſyriorum rege. Voluit itaque ſignificare Propheta quomodo implendum eſſet quod antè prædixerat, breui duo illa regna Syriæ atque Samariæ delenda eſſe, & qui de Emanuele iam agere cœperat, in quem toto ferebatur animo, ſtatim in illum nouo ardore concepto proſilit, & in medio eorum exiſtentem quaſi digito monſtrat; & ideo ait, *Nouiſſimo aggrauata eſt via maris trans Iordanem Galilaæ gentium. nouiſſimò*, nomen eſt quod tempus Euangelij ſignificat, & docet non minoris notæ Doctor, D. Matthæus c.4. *Aggrauata eſt*, opponitur *alleuia-*

Quo pacto errauit Iudaicus populus in libris legis & Prophetarum

4.Reg.15. 29.

Act.2.

6. *tioni*, grauis & glorioſa effecta eſt regio illa ab Emanuele, & primo loco habita, ibi in Nazareth conceptus maximam vitæ partem, ibi commoratus inde diſcipulos euocauit, qui *Pſal.67.* dicuntur principes Zabulon, & Nephthalim, vt notat D. Matthæus: ibi patrata myſteria, primaque miracula, ideo enim vertunt Septuaginta. *Primum bibe, velociter fac terra Zabulon.* Veni ad nuptias Cana Galilææ in tribu Zabulon, ibi aqua in vinum conuerſa eſt, *bibe*, hoc eſt, *primum bibes*, & velociter facies, vt exponit Hieron. Eia regio Zabulon, quæ grauiter ſitire videris, expetereque Meſſiam, vt inſtar imbris in terram è cælo flueret (infrà *cap.* 45.) vehementem igitur illam & diuturnam ſitim explere iam potes, ibi euangelicæ doctrinæ imber primùm influxit, quare primùm bibe, primos libabis Euangelij hauſtus. *Ibi in obſequendo* (ait Cyrillus) *velociter facies*, ex te enim ſumpti & vocati Apoſtoli velociter diuinæ *voci obſecuti ſunt.* Vacantur autem *via maris*, id eſt, occupati in piſcando, via enim ſtudium ſignificat, *viam adoleſcentis.* Et Actorum 9. *Si quos inueniſſet huius via viros. ibi* lætitia, fructus vberrimi panis & vini, & ideo addit, *lætabuntur in te*, ſicut qui lætantur in meſſe; *ibi* ſpolia colliges, & prædam inimicorum capies, *ibi iugum oneris*

à te tollet verus ille Rex, qui tollit peccata mũdi, qui inimicos ſuperabit, *ſicut in die Madian.* Nam omnis violenta prædatio cum tumultu, *por que las ſinrazones y tyranias haçenſe con apparato bellico para ſalir con la ſuya.* Rex verò noſter ſicut Gedeon clariſſimam illam victoriam Madian ſine tumultu, & ſanguine conſecutus eſt, non tam ferro, quàm igne, produxit enim de fractis laguneulis micantes flammas, & tubarum clangor inſonuit. Sic in his bellis, in quibus ab oppreſſorum ceruicibus iugum oneris auferet Chriſtus, non adhibebit viri & armorum ſtrepitum, & tumultum, armatorum clamorem, nec cæſorum ſanguine inficiet chlamydes, vel intinget pedes, ſed omnia illa peraget ignis ille Emanuel confracta in circumciſione, & cruce ſacri corpuſculi lagunculа, cælu nomen Ieſu *Nazareni filij vnigeniti* perſonante, quia *ibi paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis*, qui vocabitur Emanuel, & princeps pacis, qui prædationem inſtituet, & pugnam longè nobiliorem non ferro, ſed benignitate, non vi, ſed manſuetudine, non contentione, ſed continentia, illæ enim recentes lacrymæ cuius non lacrymas mouent? nuditas paupertatem nobilitat, paleæ lectulorum mollitiem damnant, parua domus, ambitioſa palatia demolitur, præſepe thronos euertit, & ex duplici natura in vna perſona puer, Gentilem onagrum & aſinum, bouem item Iudaicum in idem præſepe adducit, & fœno carnis & diuinitatis vtrunque ſuſtentat: *ibi* hæc omnia ſcripta & conſi- 7.
gnata, ſed Ieroſolymæ ſapientes ſuum Emanuelem, qui verè inter ipſos aderat, non repererunt; quare? quia, vt ait Auguſtinus [a], *Impia mens odit etiam ipſum intellectum, & homo aliquando nimium mente peruerſa timet intelligere, ne cogatur quod intellexit facere*; quibus quando voluerint non adueniet vera ſapientia, quæ ſolis ſuadibilibus & obedientibus, cùm ſuadibilis & obediens ſit, communicari ſulet. Egregia quidem ratio, & aptiſſima Iudaicæ ſuperbiæ, quæ neque ab Scriptura doceri voluit, contra conſilium Apoſtoli, *Oportet epiſcopum doctorem eſſe*; quod Cyprianus [b] paſſiuè legit, *ſuadibilem docibilémque.* Secundò, quia non ſat eſt ſacros libros euoluere, ſicut Herodes qui ſapientes in conſilium euocat, ſed lumen adſit diuinum operæpretium eſt, & Chriſtus qui in eiſdem libris latet ſyncerè inueſtigetur. Quare cùm ſe toto cælo à ſuo Meſſia aberraſſe videt Ieroſolyma, miſerè deflet. *Neſciui, burlada me quede, anima mea conturbata eſt propter quadrigas Aminadab.* Quis putaret in media vrbe ſapientiſſimum aurigam, ſapientem Synagogam ſic erraſſe à Deo ſuo, qui per vias & plateas eius omnibus notiſſimus erat. O ſapientia vana & oſcitans! ô callida verſutia ſacerdotum! ô litteræ in caput veſtrum conquiſitæ! age, ſi Deus ipſe vt ſicut par eſt religioſè colatur, fidei lumine indiget, ne quaſi ignotus & in obſcuro poſitus maneat, ſi vt rectè in Deum tendas etiam in ſacris literis Chriſtum quaſi finem debes intendere, quò te obſecro ferunt ſtudia ſine fide, ſine Deo, ſine fine, ſine Chriſto, ob temperale lucrum, ob inanẽ gloriam collocata? quò niſi in pœnitentiam ſeram & inemendabilem errorẽ, quo deluſus clames, *Neſciui, burlado me he quedado y ſin Dios, dirigite viam Domine*, ne cũ inſipiente Ieroſolyma Dei ſapientiã in media vrbe & in meridiano lumine perdas.

Iudic.7.

Luce & ſanguine vicit Chriſtus.

a Ser. 13. de verbis Apoſtoli.

2. Tim 2.

b Epiſt ad Stephanum.

Chriſtus ſine ſuo lumine nõ poteſt cognoſci.

D Secundò,

8\. Secundò, vt à mórtalibus errandi cauſa tolleretur, afferte (ait Deus) lumina, faces accendantur. Ecce ſubitò ſeptem candelabra accenduntur, homines namque Patriarchas virtute claros, Prophetas ſapientia fulgentes, nobiles viros, genere perilluſtres, quaſi Phares ducea vitæ & principes fecit. Sed in his etiam impingunt miſeri mortales, nam ſplendore humanæ gloriæ, diuitiis fallacibus, gratia principum & mulierculatum fucato nitore allecti, ſtupidi Deo item terga dederunt, &, quod extremum nequitiæ & erroris eſt, homunciones hoſce colentes à vero Deo aberrarunt. O ſumma ignoratio! ô nefaria & atrox Deo illata iniuria! nónne ſaltem rogaſſes hominem, *Tu quis es?* nam Ieroſolymæ ſacerdores in hoc ſaltem ſapientiam oſtendunt, quia cùm Ioannem virtutis ſplendore fulgentem contuentur, non temere commouentur, ſed antequam ad Meſſiæ dignitatem prouehant, rogant, diſquirunt & ſedulò examinant, *Tu quis es.* Multum nobis ô Ioannes, ſplendor externus portendit, oritur ne ex interna iuſtitia, ſanctitate, aut hæreditaria dignitate? *ſois Meſſias hyo de Dios?* Nihil horum rogant mortales, ſed vbi diuitiarum fulgorem, fauoriſve tenuem vmbram cernunt, ad eam conuolant, & ſpem quaſi in Deo collocant, & ſecundùm externam ſpeciem iudicant, cùm tota hominis dignitas ex interiori ornamento penſanda ſit, vt notat Ambroſius [a]. Ideoque ait Deum cùm omnia laudauerit quæ in principio fecit, ſolum hominem prætermiſiſſe, *quia alia in ſpecie ſunt, homo in occulto, nihil in beſtiis plus reperies quàm quod videtur, in homine nihil eſt ſuperius, quàm quod videtur. Quid enim tam altum & tam profundum, quàm mens hominis?* Quare ô cæci,

9\. ſaltem hos quos colitis non interrogatis, *Tu quis es*, à quibus facilè certiores efficiemini, nullam in illis reſidere diuinitatem. Simile quid video contigiſſe Philiſtæis 1. *Reg.* 5. 3. qui arcam Domini quam ceperant iuxta Dagó ſæuiſſimi cacodæmonis ſimulacrum in altari conſtituerunt, ſed albeſcente iam die viſus eſt Dagon humi proſtratus, pronus ante arcam proiectus: at illi interriti & obſtinati è terra eleuant, & in eadem ara iuxta arcam repoſuerunt, nec inquirunt, *Tu quis es?* éſne Deus? ruina enim hæc & improuiſus caſus non diuinitatis argumentum, ſed dæmoniacæ ſuperbiæ ſupplicium, quæ in fatalem lapſum procliuis eſt; at Dei arca præcipitat iterum, & conterit Dagon, inuenerúntque illum truncatum capite, *caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abſciſſæ erant ſuper limen. Porrò Dagon ſolus truncus remanſerat in loco ſuo*; ſed neque modò rogant truncum, *Tu quis es?* ipſe enim ſatis perſpicuè neque diuinitatem, neque pedes, nec caput habere reſpondiſſet. At illi peruicaces & ceruicoſa ignoratione ſtupidi conſilium ineunt, vter eorum Deus eligendus ſit, Dagon, an Dei arca? ac denique Dagon in priſtinam dignitatem reuocandum eſſe decernunt, nulla alia de cauſa, niſi quia Dei arca externa eſt; Dagon autem licèt truncus conterraneus eſt, & accola templi antiquior. *Non maneat arca Dei Iſraël apud nos, quoniam dura eſt manus eius ſuper nos, & ſuper Dagon Deum noſtrum, que eſe alla el arca que nos offende tanta luz quedeſe el tronco*, quia Deus noſter eſt. Ob id enim ait. Tertullia. [b] idolorum cultus inualuit, cupientibus hominibus peccatores homines colere, eiſque Deitatem aſcribere, ægrè ferentes numinis diuini & virtutis ſplendorem. O turpis error, non tam Philiſtinorum, quàm Chriſtianorum, qui quos diuitiæ extulerunt, illuſtrauit nobilitas, vel tyranoica virtute ſpiritus & ſuperbiam ſumpſerunt, etſi nullam ſanctimoniæ 10.

ſpeciem oſtentant, colunt & adorant, vt *paſtor idem ſit & idolum*; ſed decipiuntur miſeri, vt vno pro multis liquet exemplo 1. *Reg.* 19. volens Michol Dauidem ſuum capitis diſcrimine eripere, illius loco ſtatuam ſuppoſuit, & culcitris operuit, pelleque Galaadnarum caprarum capiti impoſita rufa cæſarie ſimulata, & variis inuolucris truncum in humanum ſimulacrum efformauit. Quis truncum talibus indumentis & culcitris regalibus latere cogitaſſet? Pergunt nuncij Saolis, quæſituri Dauidem belligeratorem, glorioſi certaminis conſummatorem, & lignum informe inueniunt. Quòd ſi in hominis formam vellent effingere, ſculptoris & ferramentorum opera indigerent, & nihil aliud quàm *paſtorem & idolum* efficerent. Siſte cæca & inſana cupiditas, quare Dei loco ornatum & excultum homuncionem colis. *Certè animæ pauperis indicium eſt* (aiebat Philo [a]) *mirari materiales diuitias, itidémque hoc proprium eſſe imperiti populi, & ſuapte natura mobilis, quique ſolùm præſentibus intentus eſt.* Quid tibi mentita maieſtas pollicetur; 11.

habent enim oculos & non vident, ni veen obligaciones humanas ni diuinas, aures habent & non audiunt: emran memoriales y hacenſe ſordos, os habent & non loquuntur. nihil præter hoc reſpondent: *Dirigite viam Domino, adelante que no ſomos dioſes.* Fœminæ itidem neſcio quem vultus decorem & venuſtatem Deus indidit vt eius ſplendorem videntes ad diuinas laudes aſſurgerent: & ecce quaſi papiliones circumuolant, iuuenes ficta ſpecie deluſi, quaſi Deum amant, adorant, inſequuntur. Cæca iuuentus quare ſaltem non inquiris, *Tu quis es?* O quàm diuerſas meretrices, falſa vultus imagine tectas reperiſſes, quas niſi fœtorem timerem, cepæ compararem, *ſon como la cebolla*; qui enim quid ſit cepa ignorat, ſub illo primo cortice aliquid ſicut in pomo latere putat, at ſi pergat excorticare & denudare, nihil amplius quàm corticem, & denique nihil inueniet, vbi eſt cepa non eſt. Tolle ab his ornatus inuolucra, tolle ancillas, ſtratum, veſtem, monilia, fucos, & calamiſtros, nomina, prænomina & cognomina, & nihil aliud præter, *non ſum*, repeties, neque charitas in corde eſt, nec in ore veritas, nec erga maritum fidelitas, ſed fallax gratia, odium exitiabile, peccatum & mortem animæ inuenies; nam, vt D. Cyprianus ait, *Funus ſuum ſecum portant, anda el alma muerta como en el ataud en el cuerpo viuo.* Ideo Deus vt ſe fraudatos credant ardenti æſtuantem febre fœminam in lectum proiicit, vires debilitat, brachia ſoluit, palleſcit ſiccata frons, inuertuntur ſupercilia, caligant oculi, liuida fiunt, & plumbea labia; decaluatur caput, & depilatur, nares attenuantur, vterus intomeſcit, totum denique corpus pedes ſequitur, ſepulcrum quaſi conquirendo, ibi pateſit dolus, nam hæc omnia te admonent, *Dirigite viam Domino.* Hoc nobis innuit præterita Dominica, dum mater Eccleſia Ioannem, ad quem tanquam ad lucernam tunc diſcipuli, nunc etiam ſacerdotes quaſi papiliones in medio lumine exultabant, extinctum

Illuſtres viri faces ſunt ad inueniendum Deum.

Amore creaturarum decipitur homo, & ſplendore obcæcatur.

a Lib. de inſtitutione virg. c. 3.

Quam cæci ſunt qui homines colunt, & in principibus confidunt.

Simile ex ſacra Scriptura.

b Contra Gent.

Zach. 10. 17.

Probatur autoritate Scripturæ.

Simile.

a Lib. de inſomniis.

Error etiam circa fœminarum amorem.

Simile.

Euaneſcit creatura, eiuſque amoris error deprehenditur.

extinctum,& in vinculis capite minutum oſtendit, & ad lucem veram Chriſtum remiſit,quærentes, *Tu quis es, tu es qui venturus es*, &c.

12. Tertiò, *Errans homines*, & maxime populus ille,de quo Iſai. 42. *Quis cæcus niſi ſeruus meus, & ſurdus niſi ad quem ſernos meos miſi?* Emitte Domine grandiorem vocem, qua in viam redeant veritatis. Factum eſt ita, ac tali voce ad aures Ieroſolymæ circumſonat, vt caput, immo capita conuerterit ad Ioannem, vox quidem, qua perſonante Chriſtum in mundum veniſſe orbi vniuerſo pateſieret. *Ola que a venido Dios.* Vox erat qua peccatorē vagantem longè à Deo elongatum renocet ad gratiam, vt Ioannes voce, Chriſtus manu miracula edens procul ſtantem peccatorem cumpellarent. Vox erat, quia ſicut excandeſcens & ira percitus vocem furialem eleuat, ſic Deus ad iracundiam prouocatus, *vociferatur, & ſuper inimicos ſuos confortatur.* Agite mortales, aures arrigite, mirum ſanè ſi deinceps regnum Dei Ioanne prædicante à vera ſemita deflectatis. Errant itaque iſti pluris faciētes voces, & promiſſa hominum, quàm Dei,& oracula Prophetarum. O fallax rerum humanarum ſpes! ô inſania ridenda! frigent diuina vbi parua honoris aut lucri ſcintilla reſplendet, cuius veritatis etiamſi idem ipſi erūditi & experti ſatis poſſent nobis prædicare, à D. Ioanne Damaſceno [a] fabellam iſtam accipiant. Hi enim inanis ſpei amatores ſimiles ſunt venatori,qui vnam de minutiſſimis auiculis philomelam comprehendit, quo iam arripiente cultellum vt eam eſui prępararet clara voce ſic venatorem alloquitur.

Vocis nomen & munus quid & quorſum Ioanni datum.

Promiſſis hominum nimium fidentes à cælestibus aberrant.

a In hiſtoria de Barlaam & Ioſaphat.

13. *Quid tibi, ô homo, è nece mea proueniet? non enim de me ventrem tuum implere poteris, at ſi me à vinculis liberam emiſeris, tria legata promitto tibi in poſterum vtiliſſima*; quo annuente illa ſic admonere cœpit. Primò nunquam ad impoſſibile coneris. Secundò nunquam rem perditam doleas quam recoperare nequeas. Tertiò verbum quod præ ſe fert eſſe incredibile & falſum ne credas, hæc tria mandata cuſtodi, & bene tibi erit; qoibus verbis ſoluit eam, & auolauit. Iam autem per aëra volitans, & ſuper arboris ſummitatem inſidens ſuggillare cœpit venatori. Væ tibi ô homo quàm malum conſilium habuiſti, & qualem theſaurum hodie perdidiſti, eſt enim in viſceribus meis margarita quæ ſtruthionis ouū ſua vincit magnitudine; quo audito ſagittarius contriſtatus eſt valde, pœnituit namque eum quòd euaſiſſet philomela de manu ſua; quare denuo tentat apprehendere, & deſcenſum ſuadere. Tunc ait philomela, nunc cognoui certiſſimè te eſſe fatuom, ſuſcipiens enim quæ tibi dicta ſunt à me, & libenter audiens, nullam inde vtilitatem conſequutus es, dixi tibi ne de te perdita doleres, & ecce triſtaris: mandaui tibi ne tentares impoſſibilia, & ecce tentaſti me comprehendere: monui tertiò, ne incredibili verbo fidem dares, & ecce credidiſti in viſceribus meis eſſe margaritam ouo ſtruthionis maiorem. Fatue, ego tota oui magnitudinem non excedo, qua ratione tantam caperem margaritam? *Sic ergo ſtulti ſunt qui confidunt in principibus, & in idolis*, ait Damaſcenus. O fallax mortalium ſpes! ô paſſer veræ ſapientiæ Doctor, ingredere in regiam hanc curiam, iſtum eundem ſermonem inſtitue, ibi ſpem in mendacio fallente collocant, impoſſibilia deglutiunt, quouſque ſpe fallente deturbati & depulſi iacent. Sic etiam ſacerdotes & Leuitas humilis deluſit Ioannes, cum ad vocem huius luſciniæ, quæ tota vox eſt, accurrunt, vocem ſe eſſe profitetur, dicens; *Dirigite viam Dominò, adelante que no ſoy Dios.* Sed quò iam pergam. *Fige in Deo mentem* (anima mea,ait Auguſtinus) *ſaltem fatigata fallaciis, traza de buſcar à Dios de veras alma mia ſi quiera enfadada de tantas burlas.* Audi Euangeliſtam, intende animum ad præcurſoris vocem,& compendiariam viam qua ad Deum tendas accipe ex D. Thoma [a]. *Tunc* (inquit) *ſemita iuſti recta eſt quando homo totus ſubditur Deo, intellectus per fidem, voluntas per amorem, operatio per obedientiam*, nempe ſi intellectum captiuamus in obſequium fidei, voluntatem per humilitatem & amorem, opera per obedientiam, hæc eadem ſacet nos edocet textus.

Quàm facilè homo decipitur promiſſionibus.

a In hęc verba Iſaiæ 26. Dirigite, &c.

Inueniendi Deum ratio & forma.

Primò, *Et confeſſus eſt, & non negauit.* Ecce fides, nec qualiſcumque, ſed conſtans atque firma, rogatus enim Ioannes, *tu quis es?* è veſtigio reſpondit, *non ſum ego Chriſtus.* Vrgent, & ipſe ingeminat, *non, non.* De fidei neceſſitate non eſt cur hîc multa ſubtexam, ſed quæ ex Ioannis confeſſione ediſcere oportet à ſacris Doctoribus excipiamus. Notat namque S. Auguſtinus [b], & S. Irenæus [c] ex hoc loco colligendam eſſe Eccleſiæ neceſſitatem, ad quam tanquam ad diuinum oraculum quæſtiones deferendæ ſunt. *Neceſſe eſt* (ait Irenæus) *ad Romanam Eccleſiam*, propter potentiorem principalitatem omnem conuenire Eccleſiam, id eſt, eos qui vndique ſunt fideles. Quod idem D. Cyprianus aſſeruit, & ex legatione ab his ſacerdotibus ad Ioannem facta colligit hoc ipſum Vincentius Lyrinenſis. Secundò his vrgeri tentationibus fideles, vt Deus gloriam ſuam, & iuſtis vberiorem fructum pariat, ſic periclitando & probando fidem eorum. Quare nos etiam paratos eſſe debere, vt hæc examina interriti ſubeamus, iuxta ſancti Petri conſilium, debemus eſſe parati rationem reddere de ea quæ in nobis eſt fide. Quamobrem docta à Deo mater Eccleſia paruulis baptizandis ſaliuam auriculæ, ſal labellis imponit. Quid ſibi vult ſaliua in auricula? Nónne de more Chriſti oculis adhibetur: at optimè aures intinguntur ſaliua, quia fidei oculi in Chriſtiano non oculi, ſed aures ſunt, per quas ad corda fides illabitur, *fides enim ex auditu*, quo facto ſal aptiſſimè linguæ datur, quaſi innuat Chriſtus quod Paulus ait, *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Bipartita ſalus eſt, in fide cordis, & in confeſſione oris, in hoc enim elucet ſal ſapientiæ, ſi ore dum opus eſt profiteamur quod credimus. Memores vxoris Loth quæ in fatuum ſalem conuerſa eſt dum Angelo non obedit, neque credit. Quare & credere oportet, & inhæſitanter reſpondere: nam, vt ait Hieron. *Fides moram non patitur, no ay tragar ſaliua quando ſe os pregunta articulo de fee*; nec docemur incunctanter reſpondere, ſed nulla de cauſa fidē quam ſemel tenuimus abnegare; ideo dicitur, *& confeſſus eſt, & non negauit.* Quare infames iudicati ſunt quos antiqui Patres petitionarios, vel libellaticos appellarunt, qui in cauſa fidei vincti libellos, vel literas ad iudices libertatem poſtulantes mittebant. Nec ſolùm non negare, ſed clara voce profiteri opus eſt. *Non ſum, non ſum*, ore, ſi poſſumus, ſin minus,

14.

Fides conſtās & firma ducit ad Deum.

b Epiſt 162.

c Lib 3 aduerſùs hæreſes, cap. 3.

Parati ſumus reddendo noſtra fides rationi.

1 Petri 3.

Ratio fidei noſtra reddēda eſt ſuo tēpore.

Rom. 10. 10.

Cor & lingua fidei domicilia.

ſignis. Quemadmodum egiſſe Melecium Antiochenum Epiſcopum refert Nicephorus [a], cuius cùm os Arriani obſtruerent, tres oſtendendo digitos, & vno poſtea tantùm Trinitatem in vnitate profiteri non deſtitit, ſancti enim in rebus fidei neque muſſitare, neqùe hæſitare permittunt, à magiſtro optimo edocti, qui clarè loquebatur, *Ego palam loquutus ſum mundo, hoc eſt corpus meum; ego & Pater vnum ſumus.* Sic Ioannes, *Non ſum ego Chriſtus.*

a Hiſtor. Eccl.

15. Secundò recta via per amorem ad Deum teodimus, vnde tamen, dices, cognoſcemus rectà ad Deum procedere? Rectè interrogas, nam poſt fidem quam diximus nullum clarius & illuſtrius argumentum amoris & rectitudinis reperies, quàm abiectionem & humilitatem ſequi; quare poſt fidei confeſſionem humilitatem adiungit Ioannes, *Cuius non ſum dignus vt ſoluam corrigiam calceamenti.* O charitas! o feruor amoris. Quid ais (dices) immo ſic deberes dicere. O animi demiſſio! ô miranda humilitas. Sed verò vtrunque verum eſt; amor enim & humilitas inuicem connectuntur, & quaſi in idem recidunt. *Charitas enim non inflatur, el amor es humildiſſimo.* Sed non mihi, ſed magnis amatoribus crede. Omnia ſigna quæ veræ conuerſionis & ardentiſſimi amoris præbuit Magdalena, humilitatem, ſui demiſſionem & contemptum prædicabant. Faciē magiſtri reueretur, vnguenta non tam in caput, vt mos erat, ſed in pedes profundit, vngit prouoluta, lauat, oſculatur, tergit ſpecioſis capillis, humilitatis quidem ſigna, ſed amoris etiam non obſcura argumenta ſi quis neget. Ego (ais) inficias ibo; quid enim præſtitit hæc mulier quod ancillari munere puella vel ſeruus non exhiberet? at Dominus qui omnia æqua lance ponderat non humile obſequium, neque abiectam demiſſionem, ſed ardentiſſimū appellauit amorem, *Quoniam dilexit multum. tomo las demonſtraciones de humildad en quenta de*
16. *la charidad y amor de que procedian.* Ideo tam accuratè inter epulandum refert Dominus ac minutatim, & verboſiùs rerum omnium rationem reddidit ad Phariſæum, *dio razon muy por menudo al Phariſeo como de moneda de oro y demoſtraciones de amor.* Nam quū quis vulgarem pecuniam numerat, leuiſſime & extremis digitis percurrit; error enim in viliori materia non multum refert: ſi verò numi aurei numerentur, aurum examinant, ſincerúmne ſit, & delicatum pondus, ſonus, quantus & qualis, quo tandem ſigillo impreſſi ſint ſuper menſam probat non alia de cauſa, niſi quia aurū eſt. Ita pariter qui hæc Mariæ officia vulgari trutina ſicut Phariſæus pendit, leuiſſima & ancillaris muneris eſſe dicet. At ille quem probatorem operum & iudicem arbitrum miſit Pater, ſupra menſam ſigillatim hæc omnia ſigna & officia conſideratè ponderat, *Oſculum mihi non dediſti, hæc autem ex quo intraui non ceſſauit oſculari pedes meos: aquam pedibus meis non dediſti, hæc autem,* &c. *Oleo caput meum non vnxiſti, hæc autem,* &c. Vides ergo quare hæc ſigna non humilitatis, ſed amoris obſequia dicta ſint, *dilexit multum.* Ex illa inſuper profundiſſima humilitate, quū Chriſtus Dominus pedes diſcipulorū lauit, quam putas intulit Ioannes concluſionē, niſi amoris. *Cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Quamobrem omnes Poëtæ amoris, vt aſſolent, improperatores, dum illum ſuggillant, cæcum, crudelem, tyrannū appellitatunt, ſuperbum nemo auſus eſt nuncupare; etiam poëſis procliuis ad mendacia amoris eſt reuerita maieſtatem, nihil enim remotius ab amore, quàm ſuperbiæ faſtus, charitas enim non inflatur. Diſcant obiter potentes, cùm ſe Deo religioſè abiiciunt, non humilitati, ſed amori à cordatis viris tribui, hoc enim nos docet ſponſi amicus, qui de dignitate rogatus in ſummam abiectionem & ſui inanitionem declinans honorem recuſat, & amorem profitetur, dicens, *non ſum,* vt nos rectà ad Deum per humilitatem ducat.

Humilitas rectà ad Deum tendendi argumentū & indicium.

Amor & humilitas in idē recidunt.

Minimè ſuperbus amor.

Tertio modo rectà itur ad Deum, cùm homo in ſe & in ſuo ſe gradu munereque continet, & perſiſtit, ibi enim adeſt Deus, ibi vnumquodque à creatore vegetatur & conquieſcit. Sicut D. Ioannes, *Cuius humilitas* (ait Gregorius) *commendatur, qui elegit ſolidè ſubſiſtere in ſe,* &c. Tunc maximè cum ipſum extra ſe educere conantur, quibus reſpondet, *Ego vox* ſolummodo ſum, quid me quæritis? Medius veſtrûm Deus ſtetit, quem vos ſi ſedes veſtras, templum, ſtudia & ſcholas nō deſeruiſſetis, ibidem reperiſſetis. Ecce vnus homo qui ſe perfectè nouit, digito Deum ipſum commōſtrat, cùm vniuerſa ciuitas errabunda ſibi mortem importauit. *Facti ſunt principes eius velut aſſumentes terminos,* Oſeæ 5. *poco a poco ſe an hecho ſeñores ſin ſerlo.* Sicut agricola qui ad dilatandum fundum lapides & terminos vlterius producit; faber enim vrbanum, hic equitem, hic ducem, hic denique regem ſplendore conatur & inſanis ſumptibus exæquare. Ioannes autem qui ſe probe nouerat locum ſeruat, & magno locorum interuallo abſentem à ſe Chriſtum deſignat. Nihil ſic aures demulcet ac vocum varietas, quæ inter ſe temperatæ ſonos mirificos edunt, & in aures influunt ſumma cum aſtantium voluptate, maximè cùm cantores ex artis præſcriptionibus voces numeróſque moderantur; ſi verò contingat puncta ſuis ſpatiis appoſitiſſima commutare, acutam vocem, pompam & maieſtatem grauis vocis vſurpare, vel è contra qui cantum grauem tenore vocis æquabilem concinit, ad acutam vocem & ad compoſitum tranſeat cantum, *ſi dexando el canto llano hechaſe contrapuntos.* Iterando & ingeminando voces quem obſecro ſonum efficerent? Certè à cæleſti harmonia ad horriſonum & ingratum nauigantium celeuſma tranſmutaretur. Componit ſacer ille ſpiritus voces, gradus & munera, *qui ſcientiam habet vocis,* vni grauitatem & ſtabilitatem in diuitiis contulit, negotiatori celeritatem, alium iuſſit in ſpatio eſſe, & frui bonis ſuis; in quo ergo ſita eſt ſumma reipublicæ felicitas, niſi in loci, vocis & muneris obſeruatione præſcripta, ne noſtræ reipublicæ quod Moabiticæ decantet Iſaias, *Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valde, ſuperbia eius & arrogantia eius pluſquam fortitudo eius. Todos gimen en Moab por que ay mucha corte y no ay con que ſuſtentarla.* 17.

Vnuſquiſque ſuum teneat gradum vt Chriſtum inueniat.

Superbia.

Simile.

Cap 16.

Quare meliùs rempublicam organis eccleſiaſticis pneumaticis comparabimus. Quid enim ſunt organa niſi lamentantium & afflictarum vocum collectio, queribundo aëre plena, quæ de graui pondere gemunt, docta interim manu vbi oportet pulſante, vt triſtes voces emittant. En noſtræ reipublicæ ſymbolum, 18.

A ſimili ratio.

Gemunt pondere ſuperbia & faſtus gentes.

quid

quid enim putas eſt *hæc noſtra reſpublica, niſi afflictorum hominum collectio, in qua vnus acutè, alter ſummiſsè, omnes tamen gemunt, *todos ponen el ay en el cielo.* Proh malum! quis virum iſtum tolerabit? proh dolor! quis vxorem iſtam facilè ferat? O munus graue! ô diuitiarum iactura! ô æs alienum! ô egeſtas intoleranda! ô inanes ſpes! ô aduerſa ſententia litis! Quid hoc? quid dolent iſti? quia nempe aërem ſpirant, & vento viuunt, & faſtum ſumptuſque maximos ferre non valent, pondus laborum, gabellarum tributorúmque augent principes, & tanto ferendo ponderi vires non ſunt: docta interim manus Dei qui noſtra conſiderat manubria, hoc eſt, corda hominum tangit, pungit, ſenſum & dolorem excitat, *Dios ſabe tocar en la tecla y aſentar la mano*, illam dilecto filio priuat, illum infamat, alium ægritudine graui afficit, vt ſeriò doleant & pœniteant, atque vnuſquiſque in ſuo ſe munere contineat. Hanc reddit cauſam Auguſtinus[a], *Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo, & initium omnis peccati ſuperbia.* Quod quæſu remedij ſupereſt ô Auguſtine? Nullum, inquit, niſi ſuum ex præſcripto Dei locum gradúmque teneat. *In ordine ſuo manens ipſius Dei præſentia vegetatur in mente atque conſcientia*; quòd ſi extrà progreditur, ſtatim diſſonat; *quando verò ſuperbia intumeſcit, hoc illi eſt extrà progredi, &, vt ita dicam, inaneſcere, a no nadarſe.*

a Lib. 6. de muſica tom. 1.

19. Ioannes verò, qui inter cantores vocem grauem agebat, etiam inuitatus altiorem vocem recuſat, ſed non mirum ſic demitti qui iuxta ſe in præſepio iacentem Deum altiſſimum conſiderabat. O ſumma deitas! ô ſempiterna maieſtas, ſic te propter homines ad beſtias vſque demittis? O ſumme Pater quàm abiectum & humile punctum tuus elegit vnigenitus ille qui in omnibus primatum tenet? *Mui baxa eſta la prima.* Opus erit vtique voces omnes, omnemque naturam commutare, inuertere & demittere. Nam tota rationalis natura ſe ad præſepe abiicit, & effundit, cùm Dei filium ad inferiores partes terræ videt deſcendiſſe, *vt impleret omnia.* Abiiciant ad pedes eius ſua diademata reges qui Regem in præſepio credunt, & venerantur, abiiciant ſe principes, qui Ioannem ad corrigiam calceorum Chriſti prouolutum audiunt. Fœminæ demittantur Virgini ſanctiſſimæ humi proſtratæ vt iacenti filio conſonet, concordent vniuerſa Chriſto. O punctum humilitatis difficile, in quo defecerunt Angeli cùm examen illud ſubierunt, & æternas ſedes & cathedras amiſerunt. O ſummiſſionis punctum, quod ſolus altiſſimus Dei amor attingit! ô punctum quod ſuperbos faſtus ſacerdotum & Leuitarum comprimit, te docet puer in præſepio, non tam voce, quàm opere, & exemplo. Te vocat homo, vt quem in hac rerum pictura mirabili & inter lumina Prophetarum quaſi ignotum Deum reputaſti, voce perculſus præcurſoris, Chriſtum in præſepio inter paleas quem Ieroſolyma ignorat, inuenias per gratiam, poſſideas per gloriam.

Chriſti humilitas omnem ſuperbiam demittit.

Fr. Garcia Euang. Conc. Tom. 2.

VERBVM SPIRITVS ſancti. Apoc. 12. v. 3.

Et viſum eſt aliud ſignum in cælo, & ecce draco magnus rufus, habens capita ſeptem, & in capitibus eius diademata ſeptem.

Bellum contra dæmonem profligare, fidem conſeruare, ex Ioannis Baptiſtæ documento aſtus eius deuincere docet.

DISCVRSVS CXXVI.

QVAS cauſas, & origines habeant tot, quibus miſeri mortales diuexantur, tentationes *, quæ item illius primi naufragij cauſa extiterit, in quo humana natura in laborum, & ærumnarum abyſſum demerſa eſt, intento digito almus Spiritus in theatro manifeſtat ſancti Euangelij, & ad proſpectanda duo monſtra horribilia nos reddit attentos. Duæ etenim cauſæ ſunt tentationum: ex parte Dei vna, quia amicè ſæpè exercet ſuos, non vt demittant animos, ſed vt ad cæleſtes fines mentem, oculóſque attollant. Altera ex parte dæmonis eſt, qui ſemel à cælo extrudatus ſerpentino conatu, & lethali veneno humanam inficere naturam non deſiſtit. Deus enim, vt ſentit Ambroſius[a], ideo ſuos probat, vt ſeriò Domino ſuo dicant; *Paratus ſum, & non ſum turbatus: vn probar ſi eſta apunto, y templado el animo del juſto*; vt probet magiſtrum nauis, aduerſam tempeſtatem excitat, enſem item, vt probet, flectatúrne, aut confringatur, enſe lapides, lignaque percutit, & clauum manu tentat: *tienta con la mano auer ſi eſta firme el clauo.* Sicut Abrahamum, quem tentauit, & dixit[b], *Nunc cognoui, quia times Deum.* Et populum illum dilectum Deut. 23. *Tentat vos Dominus, vt palàm faciat, vtrùm diligatis eum*; & alium etiam probatum virũ, *Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, vt tentatio probaret te: leal ſois pronado que dais.* D. Gregorius[c] cauſam aſſignat humilitatẽ, quæ tamquã gemma pretioſa in aſpera rupe tentationis generatur, quo lapide generoſi animi iuſtorũ etiamſi perniciùs in aëra, immo in cæleſtia volent, ſecuri redduntur, vt Paulus, *Ne magnitudo reuelationũ extollat me*; aues enim, quæ aëra prætervolant, & leuibus pennis teguntur, & pennis elatis vno volatu protinus in ſublime feruntur, opus eſt graui lapide humilitatis, & tentationis armentur, ne à vento circumferantur. S. Chryſoſtomus[d], pariter & Ephrem Syrus[e], aiunt, tentationem eſſe ſicut aculeum, non ſicut enſem, qui interimit, nec ſicut ſerram diuidentem, nec ſicut confodientem haſtam, ſed aculei inſtar, qui carnem vrget, & excitat, ideo Paulus; *Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ: eſte aguijon me ſaca de harona.* Et tardiorem bouem pleno paſſu properare cogit, & ad orationem (ait Chryſoſtomus) confugere; *ecce in Paulo, quapropter ter Dominum rogaui, &c. Malignus*

1.

* P. Chryſol. ſer. 11. quòd curioſitas humana, quòd veterũ labor, quòd ſapiẽtia mũdana quærẽs non potuit inuenire hoc, ſcire, & neſcire facilè præſtitit lex diuina. Vnde malũ, culpa vnde, vitiorum vis vnde, vnde criminũ furor, vnde corporum bella, vnde conflictus animæ, neſciret homo, niſi Dei lex diabolum prodidiſſet.

a Ser. 8. in Pſal. 118.

b Gen. 22. 12.

Tobiæ 2. 13.

c In Iob.

2. Cor. 12. 7.

Cõmoda tentationum in ſalutem animæ.

d Lib. de prouidentia.

e In parenti Diacono illuſtriſſ.

Digitized by Google

ille perterret nos , atque perturbat , tunc ad Deum omni ſtudio recurrimus , & dum agitatur mare , *hoc ſolum habemus reſiduũ , vt confugiamus ad te* ; ſicut hericius petræ, ſic adhæreamus Chriſto: *adhærere Deo ; mihi bonum eſt , & ponere in Deo ſpem meam , como el niño , que quando teme el duende , entonces ſe acoje a las alas de ſu madre, que por eſſo dize Theodoreto , dexo Dios tantas criaturillas de aqui ſon , y pico , y ponçoña paraque huyendo de ellas acudamos a el.* Chryſoſtomo ſuam accommodat ſententiam Bonauentura [a], ideo tentare Deum iuſtos, vt plurimum in virtute promoueat , & explicat illud [b] , *Virtus in infirmitate perficitur , que aſſi como los que hazen muelles en el mar , haſta que han cerrido leuantes recios , y meneado las piedras dizen que no eſta cada vna en ſu lugar : aſſi las virtudes ſe aſſientan con la tentacion.* Et exponit Chryſoſtomus [c], *virtutem* ibi ſignificare gratiam miraculorum; hæc autem clariùs affulget hominibus *in infirmitate* , cùm homo febre laborans febres ſanat, cùm vinculis ligatus pedes porrigit claudo , & interiori tentatione carnis quaſi aculeo ſtimulatus , verbo ſuo virgines Deo deponſat, & virginitatem prædicat. Quid mirabilius? *tunc virtus in infirmitate clariùs perficitur*, hoc eſt, perſpicitur : *reſplandeçe mas eſſe diamante , y don ammo aſomando por vn guante roto.* Omnium denique Doctorum maximus inquit , ideo nos Deum in arenam , & theatrum cogere , vt ex victoria gloriam ille , & triumphum reporter. 1. Petri 1. *In quo exultabitis modicum , nunc ſi oportet contriſtari in variis tentationibus , vt probatio fidei veſtra multo pretioſior auro inueniatur in laudem , & gloriam , & honorem , & reuelationem Ieſu Chriſti.* His igitur de cauſis Deus non ſolùm Ioannem, verùm omnes filios Dei ad certamen prouocari paſſus eſt , à ſerpente illo antiquo : gaudet

3. enim diuina Maieſtas his , & ſimilibus ſpectaculis ; ex quibus tamen ſemper de veternoſo ſerpente triumphum reportat. Sic Seneca [d]: *Ecce ſpectaculum dignum , ad quod reſpiciat intentus operi ſuo Deus : ecce par Deo dignum vir fortis cum mala fortuna compoſitus.* Huius prælij ſignum datum eſt Ioanni alteri Euangeliſtæ *Apoc.* 1. vbi claſſicum canere ſemel , & iterum audiuit : *Et audiui vocem magnam tanquam tubæ*; qua proculdubio voce tubæ bellicæ ſignum dabatur prælij ; & prælij quidem , quod ab vno populo fiebat , nempe à Iudaico , & cùm hoc bellum iam præteriiſſet, tamquam ad ſpectandam rem præteritam , *conuerſus eſt* Ioannes , vt videret vocem , id eſt , tibicinem , vel ſecum loquentem voce ita dearticulata quaſi humana eſſet ; voce tamen , qua non animum demitteret ; à Iudæis enim Eccleſia victoriam erat reportatura , *quia qui habitat in cælis , irridebit eos.* Secundò ad arma conclamatum eſt voce grandiori , & multiplici , *tamquam aquarum multarum.* Dicitur autem vox maris , & aquarum multarum ; quia bellum indicitur omnium populorum , & nationum aduerſùs Eccleſiam iuſtorum inſurgentium ; de quo tamen victoriam ſperabat, quia ſi mirabiles ſunt elationes maris, *mirabilis eſt in altis Dominus* ; & etiamſi Gentiles perſecutionem contra Euangelium concitent, & criſpantes fluctus cælum ferire videantur, nauis Eccleſiæ non ſolùm demergenda, ſed glorioſior emergenda prædicitur. Quis eſt, qui tot bella mari , terráque valet excitare , quis tot mortalibus fallaces laqueos intexit , quis lacerat corpora , quis inficit animos , errores ſeminat , diſcordias creat, vnionem obrumpit , prauas cogitationes inducit , violat diuina , & dominatur, & tenet humana? Optimè quidem rogas ; ſed tantæ rogationis reſponſum audias. Poſtquam Deus ſerpentem illum antiquum de cælo præcipitem egit , & nomen, & munus accuſatoris ab illa die ſortitus eſt , vt *Zacharia* 3. *Iob* 1. & clariſſimè Apoc. 12. *Qui proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum , qui accuſabat illos ante conſpectum Dei noſtri.* Serpentis autem, & draco-

4. nis figuratio inducit, vt non ſolùm eius malitia, atque calliditas oſtendatur , ſed vt eius etiam propenſio apud pueros recenter natos deuorandos indicetur ; nam, vt obſeruat Plinius [a], Claudio principe occiſam fuiſſe in Vaticano ſerpentem quandam ex illis, quæ appellantur *Boa*, & in eius aluo inuentum fuiſſe ſolidum infantem. Et fortaſſe Poëtæ vera narrant de Hercule infante, quem in cunis agentem ſerpentes adorti ſunt, & deuorare conati. Quare vix ex nihilo natos , & creatos duos primos parentes ſerpentis ſpecie in nidulo ipſo cœpit, vbi patrem, & matrem, & oua omnium filiorum ſimul corrupit, & mortem exclufit, & labores , *Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum*, Sap. 2. *Quaſi nidum cœpit manus mea fortitudinem orbis terræ*, Iſai. 10, Fugit etiam noui populi mater in Ægyptum, vbi iumentum populũ Deo peperit ; ecce dæmon Pharaonis figura tectus , & perſonatus ad draconis mores redit, & Iſraelitici populi infantes conficere conatur ; victus tamen eſt, Pſal. 73. *Tu confregiſti capita draconis* ; filius enim quem expetebat in deſerto ſublatus eſt , & ibi quadraginta annis enutritus ; ecce iam inter humanos numeratur Chriſtus, recèns ex Virgine natus , & ecce etiam Satan Herodis, Idumæi, qui ſonat, Syriacè *Draco ignitus* *, ſpecie perſonatus, puerum Ieſum aggreditur, deuorare conatur, & tot innocentes interfecit, vt in hoc bello, quod poſtea in Eccleſiam excitaturus eſſet , dæmon præfiguratus ſit.

5. Venit item Ioannès Baptiſta , altera omniu fidelium, grauida mater, nam in eo tamquam in materno vtero vera Chriſti fides, & omnium hominum continebatur ; *vt omnes crederent per illum*, contra iſtum fœtum quotidie augeſcentem , & cæleſti doctrina nutritum , ecce draco magnus Leuiathan, quem Deus ipſe apud Iobum deſcripſit, qui in materno vtero Ioannis omniũ fidem extinguere reotat , vt videbimus. Sed cùm iam Chriſti voce, & Apoſtolorum prædicatione Eccleſia ex cõuerſis Iudæis cogeretur Ieroſolymis; à ſuis tamen fratribus diuexati , cùm viderent fruſtrà apud eos laborare, qui obſtinati , & obcæcati erant, iuuencula hæc Eccleſia ad Gentes commigrauit, animóque concepit Gentilem populum , maſculum , & primogenitum pareret Chriſto, cuius partus tempori , Apoſtoli , diua mater, & Chriſtus ipſe, Solis, lunæ & ſtellarum ſpecie, interfuerunt puerperæ adiutores: *ayudaron le como a primeriça, ecce tamen draco magnus, & ſtetit ante mulierem , quæ erat paritura , vt cùm peperiſſet , filium eius deuoraret.* Quid hoc ? quæ fames hæc filiorum Dei ? Reſpondet D. Auguſtinus [b], *Caro concupiſcit aduerſùs ſpiritum : nam in malis non habet contra quem concupiſcat ; ibi enim concupiſcit aduerſùs ſpiritum, vbi eſt ſpiritus.* Timete iuſti , collocate vos in tuto , parentes, magiſtri , & concionatores , quid dicam & vos præ

a De proceſſu relig. c. 13.

b 2. Cor. 12. 9.

c Hom. 1. ad populũ tom. 5.

d Lib. de prouidentia c. 2.

Tribulati animi ſpectaculum Deo gratiſſimum.

Apoc. 1.

Origo malorũ dæmon.

a Lib. 8. 14.

Draco contra pueros.

Dracones contra Herculem.

Draco contra primos parentes.

Draco contra Iſraelitas.

Draco contra puerũ Ieſum.

* Arias Montanus in ſuo apparatu.

Leuiathan contra Baptiſtam deſcriptio.

Draco contra mulierem.

b In Ioan. ſer. 43.

Timeant iuſti, contra eos armatur dæmõ.

prædeſtinati: *cibus enim eius electus*, quos cùm ſeptem illis capitibus ſeptem capitalium peccatorum tentationibus non vincit, ac dentibus dilaniat, cauda ſaltim, hoc eſt, temporali pœna ſtellas ipſas cælo diuulſas ſtrage corporum vexat, & conculcat; hoc enim ſaltim illi permiſſum eſt Apoc. 13. *Datum eſt illi bellum facere cum ſanctis, & vincere eos, corpore videlicet; non verò animo impugnare, ſed non ſuperare.* *Signum*, id eſt, res mira in cælo apparuit, vt oſtendat fiduciá ſuperandi Eccleſiam quæ in cælo apparuit, ad quod alas, & ſpiritus, & ſuperbiá dicitur habere, ſicut in Nabuchodonoſore dixit Iſaias 14. *In cælum conſcendam.* Horribilis dæmonis vis atque calliditas, ſub cuius figura non vnus dæmon, ſed omnes militant, *& Angeli eius cum eo*, Apoc. 12.

6. Tubæ igitur ſono euocari beſtiam primam Beemoth contra Ioannem intueamur, *Miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis*, &c. Ecce dæmon mutat veſtes, perſonámque induit ſacerdotum, & Leuitarum; veſtium enim mutatio hæc quid aliud eſt, quàm ſimulatio, & calliditas, vocatur enim *Beemoth* [a], in plurali numero: non enim vnus eſt, ſed plures, non vnum caput, ſed *ſacerdotes, & Leuitæ* vrbis Ieroſolymæ: *gran tropel de gente granada, preſumida, y graue*; omnes enim beſtiæ truculentæ caput exerunt in Lucifero, & ſicut cauda exturbauit è cælo plurimos, ſic cogit exercitum, & velut Sanſon vulpes colligit hypocritas, callidos ſenes, iniquos iudices, rectores ciuitatis cupidos, ambitioſos prælatos, hæreticos perfidos, omnes linguis veluti accenſis facibus armat: omnes autem per caudas colligit, ſicut Sanſon; pauci enim ſunt, quos ſemel captos per caudam, hoc eſt, per extremum vitæ non capiat, & in inferna deuoluat. Os dentéſque bouis habet; *fœnum quaſi bos comedet*, qui non niſi recenti, & mundo pabulo veſcitur; dæmon enim electiſſimum quemque deuorare appetit, *cibus eius electus*, delicatioribus, & exquiſitis cibis equitum more vtitur: *guſto eſtragado de corteſanos no contentarſe con Chriſto, que anda en ſu corte, ſino buſcar el hermitaño, que nace en el campo, y no come, ni viſte: fortitudo eius in lumbis eius**. Quod infirmum enim in hominibus eſt, nempe in pudicitia, hoc eius fortitudo eſt. Lumbi enim dæmonis (ait Gregorius) inhoneſti ſunt, & vt Philippus, ſic declarat, turpitudine ſua ſe in dæmonem inſerunt, & quaſi membra eius fiunt. *Voluptatum* (inquit) *ſectatores diabolo fortitudinem propriis vitiis miniſtrantes, de parte illius, & conſortio efficiuntur, vt ſint membra eius, quorum tamquam corporis ſui ipſe eſt caput.* Sicut ex aduerſo caſti

7. membra ſunt Chriſti. 1. Cor. 16. 15. *y con ſertan ſucios vienen à tratar el miſterio del Meſſias, como la Samaritana enbuelta en vicios. Stringit caudam ſuam quaſi cedrum.* Caudam cedro comparat; *porque con eſtar tan a tras mano ſon los ſobernios*: nam ſuperbi cauda dæmonis ſunt; ignobiles enim cùm ſint & obſcuri, ſuperbientes tamen, & inſoleſcentes natiuitatis ſuæ abiectam originem ſine ſanguine, ſine morum ſplendore, vi, & potentia ſuſcipi, & cedrorum inſtar extolli expetunt. *Nerui teſticulorum eius perplexi ſunt. Sus neruios enredados*; quos aſſerit Gregorius eſſe prædicatores falſitatis, aduocatos fraudulentos, per quos à capite ſpiritus ſapientiæ in corpus reipublicæ deſcendunt; ſed doloſi ſunt, & intricati falſis allegationibus, quaſi neruorum implicationibus vtentes, *hombres trampiſtas, enredadores que lleuan a la muerte, y condenacion con enredos mañoſos, y blandos*, qui malè faciunt, & excuſant peius, cauſáſque inanes prætexunt. *Oſſa eius velut fiſtulæ æris.* Principes ſunt, & potentiores, & fortiores improbi, quos Hebræa vox *baculos æris*, propter tyrannidem, appellat, qui virgæ ærmati videntur ſuluto ad crudelia facinora patranda; in ipſis denique improbitas ſubſiſtit. *Ellos como hueſſos tienen la maldad en pie.* Vacui ſicut oſſa abſque medulla; duri tamen, & conſiſtentes: omnes enim iſti ſine ſubſtantia ad bonum, fortes, & ſolidiores in malum inuenies. *Fortitudo eorum diſſimilis. Cartilago illius quaſi lamina ferrea*, &c. D. Gregorius, cartilagines dæmonis

8. linguas tertias vocat, *las malas terceras*, cartilago enim neque caro eſt, nec os, habet tamen iam ſe ex parte carnis, iam ex parte oſſis, iã molles, iam duræ: cùm enim pertentat fœminam, blandè allicit. O ſi vidiſſes adoleſcentem pulcerrimum capillo ſubflauo, & cincinnato fronte, tranquilla ſtatura corporis, lumine liberali digna, te deperdirè amat, te quærit, poſtula munera, torques, veſtes, monilia, omnia largiſſimè præſtabit. Tunc pergit ad iuuenem, & dura loquitur. O Domine, ardua prouincia eſt hanc fœminam in tuam ſententiam pertrahere, ſi audiſſes, quæ mihi reſpondit; ſi excandeſcentem vidiſſes, & rubore ſuffuſam, rupibus firmior eſt, durior adamante, oleum, & operam perdis, niſi numus & dona largiſſimè profundas. *Huic montes herbas ferunt*; ambitioſi enim, & proceres beſtias alunt. *Eſtos le hazen el plato*; in originali enim *ferre* idem eſt, ac *offerre*. *Hazenle preſentes, y tan copioſos, que, omnes beſtiæ agri ludunt ibi*; diuites enim non ſolùm ſaginantur, & explentur ex his quæ multis pauperibus ſaturandis ſatis ſupérque eſſent, ſed de ſuperfluis non homines, ſed beſtias alunt, & aues, otioſos, vagos, colluſores, gladiatores, ſimiam, canes venaticos, melitæ es catulos, omnes denique mutæ beſtiæ ludunt ibi, & quod maius eſt, *habet fiduciam, quòd influat Iordanis in os eius*; promuſcidem enim habet latiſſimam, quam iam comprimit, & dilatat, vt fluuium abſorbere videatur: ſitim oſtendit ciuium, & ſacerdotum, qui cùm plebem abſorbuiſſent, iam & in ſuam poteſtatem traxiſſent hodierna die. Sic honoris cupidi ad Ioanné accedunt, vt eum, & Iordanem, & Baptiſma ab illo adminiſtratum, ſorbere contendant; quos tamen ſapientiſſimus Ioannes, fune, & hamo comprehendens eò, vnde venerant, citiſſimè redire cogit, & nobis illum ſuperare demonſtrat; ecce ingreditur.

9. *Vt interrogarent eum.* Loquendi forma dæmonem eſſe cognoſcetis, etiamſi laruatus veſtis ſacerdotũ incedat, intrat enim rogans adulatoriè. Dæmon vtique eſt, maior tamé tentatio hæc eſt ex Auguſtini mente, quàm illa, qua per ſepté capitalia vitia, & decem cornua Eccleſiã ſuperare contendit; quia *nocentium* (ait Greg. [b]) *ſunt duo genera, perſecutorum ſcilicet, & adulatorũ, ſed plus nocet lingua adulatoris, quàm manus perſecutoris*; ideo, vt obſeruauit Gregorius, cùm in draconis forma tertiam partem ſtellarum, hoc eſt, Eccleſiaſticos, & ſpirituales viros de cælo ad terrã vellet exturbare, non dentibus, non corporis mole ingenti, ſed cauda ruinam grandem intentat, quæ pars in animantibus adulatoris ſymbolum eſt; non ſolùm quia adulatores viliſſimi ſunt,

Draco magnus.
a Nazian. Athanaſ. Eugubin. Seuerus. Nicetas. Gregor. Gloſſa. Baſil. D. Thom. & alij, quos citat P. Pined. in hunc locum.

Abac. 1. 16.

Tectius procedit ad tentandum.

* Greg. lib. 13 Hiero. Orig.

Didymus in Pſal. 37.

Ignobiles ſuperbire ſolent.

Prædicatores falſitatis.

Iob 40. 13.

Ier. 13. 10.

Leæna forma diuerſa vt cartilago.

Ambitioſi.

Loquela dæmonem manifeſtat.

b 19. Moral. c. 5.

Google

& veluti cauda dæmonis; ſed quia blandiendo cauda miſerandas ruinas blanditus eſt. Ne tamen in dubium vertamus dæmonem eſſe, Veritas ipſa nos admonet. *Qui benedixit proximo ſuo voce grandi, de nocte conſurgens, maledicenti ſimilis erit*; qui intempeſtiue, & ſine modo laudat proximum ſuum, peior eſt maledicenti, immo crudelis, & ſæuiſſimus dæmon; quia benedictionis melle amarum quid ab illo extorquere contendit. Quando ſubitò in animo ſentitur illa blanda vox, *Tu quis es, tu no te cognoces?* nónne tu ſanctus es, nobilis, & fama honeſtatis dotata? nónne tu à multis annis Dei amicitia vteris? iam fiducialiter agere potes, non iam tibi circumſpicienda ſunt omnia, iam minus cautè videre, imperare potes, iam annos tyrocinij prætergreſſus es, nihil offendes. Vox dæmonis iſta eſt. Quando nobilis eques domi ſe continet, & repentè ingreditur conſanguineus, aut amicus, quid hoc eſt Domine? quis es tu, qui hæc impunè abire pateris? hæc tu à viliſſimo homine multa, & impunita relinquis? Per Deum immortalem iuro, ſi hæc aduerſùm me iactaſſet verba, iam par pari retuliſſem; vocem agnoſcite, dæmon eſt, qui etiamſi rogat, explorat tamen qua poſſit primos inſultus facere.

Blanditia dæmonis adulatoria ſunt nociua.

10. *Tu quis es?* Hoc primum ſtrategema; quod quia militare eſt, miles, qui perſpexit, admonuit *. *Explorata* (inquit) *prius natura, & munitione loci debiliorem partem aggreditur, tiende la viſta como capitan mira el ſitio del caſtillo, el terreno, y campos, donde plantara la artilleria.* Illa pars erit, quæ in quouis homine debilior, & infirmior eſt. Aggreditur ergo Ioannem per honoris cupiditatem; in plauſu enim, & proſperitatis floribus ſpinæ, & aculei tecti ſunt, omnia rident, ſibi quiſque gratulatur, & congaudet, titillat mens; tunc tamen mordet aſpis, pungit ſpina, & lacrymas elicit; ſecus autem in tribulatione, vbi in compunctionem (ait Chryſoſtomus) trahimur, erumpit foras malum, tumor diſrumpitur, & de medicamentis curamus. Honores verò moleſtiam, dolorem, immo mentem tollunt. Ideo Paulus inquit, *Ne magnitudo reuelationum, &c. datus eſt mihi ſtimulus, &c. Tal dolencia la ſoberuia, que a vn hombre como ſan Pablo acabe de ſu vejez es meneſter açotarlo como a niño, ne dilloratus gloria extollar, vexamen mihi paſſionum iniunxit.* Ideo licèt Ioannes columna ſit fortiſſima templi, & humilitate, quàm dignitate mirabilior; tentat tamen hoc fluctum demergere, quo onerarias naues Apoſtolorũ, Patriarcharum, immo & Angelorum pretioſis mercibus onuſtas ad abyſſum malorum depreſſit; in vnoquoque enim debiliorem partem explorat; quando puer eſt, pomo allicit, ſurripit, & lacrymari, & in fletus erumpere facit. Iuuenem delectationibus turpibus trahit, viros honoribus, ambitione, & litibus, ſenes cupiditate diuitiarum, ad quæ ſolùm ætatis ſuppetunt vires. Eodem prorſus ordine aciem in mundum vniuerſum inſtruxit; orbem enim infantem pomo exturbauit, & omnes homines lacrymari coëgit, iuuenẽ mundũ in turpes, & obſcœnas delectationes pertraxit, ciuitates conflagrare fecit, cuncta diluuio perire: *omnis quippe caro corruperat viam ſuam*; cùm verò virilem attigit ætatem, Græcos, & Romanos, in lites, bella, triumphos, coronas, ſtatuas, imperandi cupiditatem impulit; fæcem verò mundi noſtri, & grauem ſenectutem auaritiæ labe deturpat. O ætas deploranda! ô ſæcula, non aurea, ſed ferrea, omnibus dæmonis tentationibus vexata, omnibus nouis, & antiquis ſceleribus incudis inſtar compacta, in qua diuina ſeueritas miſeram naturam contundit. Infans ætas, in qua pudicitia vno annulo, inauribus, vel breui reticulo diuenditur. Præceps ætas iuuentutis ardoribus flagrans, quando turpior, quando ſalacior, cùm nec clauſtra obſeruas, nec templa reuereris, nec virgines in tuto ſunt, & ſydera cæli in terram dilapſa deploramus, ætas ambitioſa tot vitiis deturpata; & tamen de ſanguinis puritate, antiquitate ita anxia, vt mundum inuertas, mortuos exuſcites, & qui Deo viuunt, oſſa, & ſanguinem in iudicium voces. *Quæ vtilitas in ſanguine meo, cùm deſcendo in corruptionem?* Quando ſenior, & auaritia corruptior, cùm pecuniam ſitis, arripis, tuis thecis includis, tranas Oceanum, & quod Indorum pedibus conculcabatur, adoras. O dæmon quàm callidè debiliorem partem aggreſſus es; verùm rogo te, *cur ita facis? porque tientas aſſi al hombre?* Reſpondet ingenuè; *ipſe enim nouit hominum vanitatem: per que yo conozco vbas de mi majuelo.* Et ita legit Vatablus *, *homines vanitatis: hombres poſſeſſos de vanidad*; quia cum illa viuunt, & ex natura ſua, & quaſi præcipuam domus ſupellectilem habent; immo quaſi heram, & dominatricem domus, vel, vt legebant Hiſpani, ſecundùm Hebræam litteram, *mortales de vanidad*: quo verbo non ſolùm homo ſummè demittitur, dum nihilo, & vanitate mortalitas coniungitur; verùm etiam explicat hoc verbo, qua denique ægritudine lethali laborent omnes, qui viuunt: *mortales de vanidad, eſta es la etica, que les abraſa los hueſſos deſde Adam aca.* Et ſicut dicere ſolemus de voraciſſimo aliquo homine ex cruditate, vel apoplexia obiturum, & illum qui litibus gaudet, litigaturum vſque ad mortem, & qui noctu concurſat per vrbem, quadam nocte gladio confoſſum interiturum; ſic de cunctis mortalibus non eſt cur poſtremam ægritudinem inquiramus. Sunt etenim *mortales de vanidad*, vel, vt legit Caietanus, *homines falſitatis*, nequam, mendaces in ſtateris, & qui accipiunt in vano animam ſuam, qui verbo, & iuramento proximo nocent, quam hominum debilitatem cùm probè nouerit dæmon, illuc haſtam, & tormenta omnia bellica intendit, homines in hac parte debiles inuenit, præter Ioannem; *o iſteo fuerte roca firmiſſima no mouible, en cuya conſtancia quebraron eſtas olas tan hinchadas, y ſe boluieron eſpuma: pecho magnanimo, vaſſallo leal, que tan bien ſabes defender a tu Dios, y a tu Rey*; quem tamen eodem pacto egreſſus eſt, quia ſicut cæteros homines exiſtimabat eſſe Ioannem.

** B. P. Ignatius in annotationib. ad exercitia ſpiritualia.*

Debiliorē partem aggreditur dæmon.

2. Cor. 12. 7.

Ratio tentandi omnes.

11\.

Sordes omniū ſæculorum in hæc noſtra ſæcula confluxiſſe videntur.

Iob 11. 11.

Vaniſſimus homo & vanitatis & gloria amans.

a In notationibus.

12\. *Simile.*

Tu quis es? Non ſum ego Chriſtus. Rogant, quis es? & reſpondet, non ſum ego Chriſtus; non te rogant hoc, nec tantum inquirunt, quantum tu reſpondes. Verum eſt, illos non inquirere, ſed ipſe hoc velle inquirere præcognouit, & hamo ſuo cœpit Behemoth, quia non reſpondit verbis, ſed intentioni; mirabilis quidem ſapientia, & virorum ſpiritualium digna non occaſionem, & quod præ oculis eſt inſpicere, ſed quod longè eſt, proſpectare, & quod non videtur timari, & ſubodorare: *calar como Zahories lo que ſe encubre en la occaſion.* Et ex alto conſiderationis 13.

con

Digitized by Google

conſilio non quæ propè ſunt, ſed quæ non apparent ſpeculari. Eccli. 37. *Anima viri ſancti ennnciat aliquando vera, quàm ſeptem circumſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeculandum. Vee mas verdades, y buelelas vn varon ſanto, que ſiete cathedraticos pueſtos como atalayas en ſus cathedras*; quia qui ſpiritualis eſt non fertur ad ea, quæ præ oculis ſunt manifeſta, ſed ad finem, quem illa res habitura ſit; *Finē rei prauidere oportet.* *no mira adonde amaga, ſino adonde và adar el golpe*; non tam reſpicit, quid poſtulet teotatio, quàm finem, & intentionem, qua res tandem caſura eſt. Huius doctrioæ priùs exempla, rationem poſtea proponamus. Vocat petulans hera ſeruum Ioſeph. *Declaratio doctrinæ ab exemplo ſacræ Scripturæ.* *Dormi meeum*; cui ille ſubitò, *Quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in Dominum meum?* Vide, quia ego ſolùm vt dormias, poſtulo; vide, ait ille, quia ego quid tu appetas, teneo, & ego nolo peccati ingrati, & infidelis nota inori; ego enim non tam, quid ſonent verba dulcia *dormiendi*, attendo, quàm quid ibi lateat peccati, ingrati animi, & infidelis ſerui. *Eſto es poner los ojos en la orilla del rio, y no en el agua, por que no os deſnaneſcais no en lo que os da pongais los ojos ſi no en lo que os pide, no en el amercaderia que os da, ſino en el precio que os pide que os deshagais de vueſtra anima, y de Dios y de quanto de Dios podeis eſperar*: non poſſum peccare in Dominum meum, *aſilde de lo poſtremo al pecado como Iacob a Eſau de la planta.* Obuius item fit amicus alteri, ad quid intendis, quid agis, eamus ad oblectandum animos. *Vamonos a jugar vn rato.* Reſpondet, *a jugar?* non placet; vide, inquit, quia ego ad ludendum dixi, teneo, reſpondet: ſed ego ad iurandum dico; dæmon etenim ſolum me menſæ ludi accumbere perſuadet, ibi enim tales mihi chartas, talémque fortunam præparatam habet, quæ me ad iurandum, & blaſphemandum, & abnegandum Deum, ſanctóſque ſuos inducant ſæpe; habet etenim dæmon induſtriam architecti, qui vocatus à ſummo principe, vt palatij extruendi prima lineamenta ducat, deſcribit equidem apprimè; rogatus tamen quibus expenſis, quantaque pe-

14. cunia opus poſſit excitari. Duobus millibus *Simile.* argenti, reſpondet: mentitur tamen; duodecim enim millia nouit ipſe expendenda fore; vult tamen operis, & fabricæ primordia ſuadere, & ineſcare principem, vt poſtea quibuſcumque ſumptibus opus prouehere & perficere cogatur. Sic dæmon blandè allicit, & ad facilia inducit; ſcit tamen occaſionem ipſam blandiri illecebris, & ineſcare animum vſquedum vitam, & ſalutem prodigat. Ideo ſacra Scriptura vocat illum *ſerpentem tortuoſum*, Leuiathan; Iſai. 37. quia licèt hac via arripiat iter, ſerpentum more à via inſtituta diuertit, & detorquet corpus, ſicque paulatim deflectit, & eò tendit, quò nemo putarat. *Va dando pertugnedas, bueltas, y rebueltas y va a ſalir aculla donde no penſarades.* Quò vadis? proculdubio colluſurus cum amicis; ego? abſit; iuratus enim ſum chartis pictis numquam luſurum; vt plurimum videndo colluſores gaudeo, eamus contueri ſolùm. Hoc *Caput tentationis & cauda ſimul conſiderandæ.* caput ſerpentis eſt; nam qui tantùm promiſerat ſpectaturum, ecce iam delinitur à fortunæ ludo, accumbit, ludit, iurat, per-

15. iurat, perdit, blaſphemat, iraſcitur, mouet rixas, & iurgia, gladium diſtringit, & ſimul familiam, numos, vitam, animamque perdit. Quæ cùm præuidet Sapiens, ſtatim ſubodoratur nequitiam, & fraudulentiam, ſiſtit donec perfectè nouerit, quò rendat dæmon, *& replebit eum ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, & timoris Domini*, Hebraicè, *olfactus eius erit cum timore Domini*: *de cien leguas huele donde hay pecado.* *Spiritus olfactiuus & ſagacitatis atque prouidentiæ.* Et inueſtigat ſedulò, quò tendant dæmonis fallaciæ. Ioannis pellicientis dæmonis faciem depictam vidit *Apoc. 9.* vbi aperto puteo abyſſi, *exierunt locuſtæ in terram*, quæ deſideria, & concupiſcentias hominum inſatiabiles denotant, quæ dentibus ſuis exinanire vſque ad fundamentum expetunt: poteſtas autem data eſt eis; *ſicut habent poteſtatem ſcorpiones terræ, ſu pudor eſtà en herir con la extremedad con lo mas oluidado, y no penſado.* Inſuper autem vt fallerent, *habebant capillos ſicut mulierum.* O pulcra facies! quis non ſe dedat fœminæ auream coronam geſtanti? quid negotij, & difficultatis habet hoc, humanum eſt, oblectatio quædam animi eſt, & ſubitò contorta cauda mortifero ictu perimit. Quid cogitat iuſtus? hoc itaque in- *Occaſiones mali propellenda.* tendis, ſi ad caudam recurro, fera quidem res, age, in caput ictum dirigamus, occaſionem deſideriorum auferamus, & id quod leue, iocoſum, & fœmineum eſt; hoc enim ita ſerpenti indictum eſt belli genus: *Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius.* Gen. 3. 15. *Tu te le andaras a los alcances ſierpe maldita*; ictum tamen in caput inferet, vbi certa mors eſt, in principio occaſionis. Sicut Ioannes, qui non ad verba, ſed ad intentionem recurrit. *Non ſum ego Christus: no dezimos eſſo pues yo reſponde eſſotro.* Ideo dixit ſanctus Cyrillus [a]: *Si Ioannes in horto paradiſi cum ſerpente congreſſus diſceptaſſet, non induceretur ad veſcendum de ligno vetito, etiamſi audiret illud, eritis ſicut dij*; nam reſponderet eidem ſerpenti, *Non ſum ego Chriſtus.*

[a] In ſuo theſauro, in Ioan.

Elias es tu? Non ſum. Propheta es tu? non. Vi- 16.
de quanta in principio promittit, & rogat, nempe vt dicat ſe Meſſiam eſſe, & quò tandem deuenit, hoc ſolùm contentus, vt dicat ſe eſſe Prophetam, res quidem illi populo communiſſima, & pro nihilo reputata, proprium enim dæmonis eſt multum exigere, magnaque proponere, quòd ſi renuis concedere, minutatim repetit, ſaltim hoc, ita vt quàm minimis tandem contentus ſit: *Paucis contentus eſt dæmon qui magna dum tentat proponit.* ne orationi, vel ſacro vaces, non obtinet, ſaltim diuerte animum, oculóſque; neque hoc concedis, nititur tandem à te extorquere, vt imperfecta oratione, & ſacri celebratione ad momentum ſaltem diſcedas. *Fino regaton, que viue de ſiſas, mermas.* Priùs enim in corde titillat, & blandè loquitur, age, concede voluntati amantis. *Ea rindete al feſlexo del que te pide.* Vide quàm cupidè, & ardenter amat, quis audeat tale monſtrum, tam immane adulterium cogitare? minimè annuis; at ſaltem benignè eius litteris reſponde, nequaquam; hoc enim quid eſt, quàm fœminea inſipientia, & fatuitas litteris eius ſubſcripta: *necedad firmada.* Saltim nunciatricem fœminam, quæ mandata tulit, ne aſperè, & inurbanè alloquaris, ne excandeſcas, nec contumeliis afficias.

Hoc

Hoç ſolum ſat eſt dæmoni, hæc oua ſunt baſi-
liſci, quæ ſi cunfoueantur, paulatim excludi-
tur vtriuſque mors, quam dæmon prætende-
17. tat. Dices, vtique fabulas narrat iſte, immo
quæ manibus contrectamus, & obuia quoti-
Simile. die ſunt. Accedit fœmina nundinarum die-
bus ad tabernam inſtitoris, ſumit crumenam
ſericam ex filo aureo, & ſerico intextam, vel
filum Luſitanum in faſciculis; quanti emitur
crumena hæc? triginta drachmis; cara res, per-
git: at ille, qui nouellam cognoſcit eſſe in
mercatura fœminam, vocat, age, accipe vi-
ginti drachmis, nolo; cùm iam diſcedentem
videt, accipe decem. Vide ſummum pretium
in quam vilitatem deuenit; non quia ſpera-
ret ſummum, ſed vt ſaltem medium pretium,
Dæmoni nullus locus dandus eſt. vel aliquid extorqueret. Sic dæmoni nullus
locus dandus eſt, nihil concedendum, vt opti-
mè docuit facto ſuo Moyſes, à quo cùm pacto
poſtularet Pharao, vt vaccas, & animalia ſe-
Exod.10.26. cum non ducerent, reſpondit, *Non remane-
bit ex eis vngula, quæ neceſſaria ſit in cultum Dei
noſtri*; vna enim vngula relicta certabit, mo-
uebit terram vſquedum cunctum populum ad
ſeruitutem reducat. Idem poſtulat Dauid,
Pſal.35.12. *Non veniat mihi pes ſuperbiæ*; quia ſi dæmon
ſemel in animam pedem infert, oſtium ad
omnia alia vitia aperit. *Quare nolite locum da-
re diabolo*, neque digitum, neque riſum, nec
minus honeſtos oculos, nedum blanda collo-
quia, ludum, & petulantes motus. Omni-
bus *non, non*, repetitum reſpondeat. Sicut Ioan-
nes: *Non ſum, non.* Minutiora, dices, hæc
ſunt? ita eſt, verùm à magnis commendata
viris. Dæmon etenim eſt ſicut fulgur, vt in-
Luc.10.18. carnatum Verbum vidiſſe fatetur. *Videbam
ſatanam ſicut fulgur deſcendentem de cælo. vie-
rades à ſathanas caer como vn rayo reba-
tido.*

18. Quis videat (immo nullus eſt, qui vide-
Simile. rit) exhalationem ſiccam, & tenuem vapo-
rem in ſublime ferri, à nubibus comprimi, &
abſcondi; cùm tamen nubem ab inferiori par-
te diſciſſam prærumpit, in terram præceps fer-
tur, & magno cum fragore prope ruentis
ætheris vt totam machinam cælorum corrue-
re velle putemus. Tenuis vapor dæmon erat,
ſi cum Deo compares; elatus tamen in ſu-
blime deiectus eſt in infernum. Dices, iam
non eſt, cur vltrà fulmina timeamus; quin-
Fulmina generat dæmon, hoc eſt, tentationes inuiſibili modo inſtruit & conflat. immo multo magis: *nam ſuperbia eorum, qui
te oderunt, aſcendit ſemper*, artem enim fulmi-
na generandi adinuenit, adinuenit quippe
tentationes quaſdam ſubtiles, delicatas, &
floccipendendas, hoc quid intereſt, quid ma-
li in verbulo otioſo, in aſpectu oculorum,
in turpi lectione, fugiunt hæc oculos no-
ſtros quaſi tenues exhalationes, & quaſi in
nube, & in occulto aliquo breui tempore
continentur; ſubitò tamen ſecretum reſe-
ratur, fulgurat in oculis rei nouitas, pandi-
tur veritas, & magno cum terrore, & hor-
rore omnium peccatum, & ſcandalum pu-
blicum erumpit, pauent omnes, & admira-
ti dicunt, quid hoc? quis credat? quî fieri
potuit, vt homo talis ſapientiæ, & matrona
a Orat. 31 in verba Mat. 19. Cùm conſummaſſet Ieſus ſermones iſtos. ſic honeſta de cælo iactata rueret, & quaſi
in hanc rem prouidere non potuerunt? Vn-
de tantum malum coacervatum eſt? Reſpon-
deat Gregorius Nazianzenus [a]: *Ne oculus
oculum trahat, ne riſus riſum, ne familiaritas
noctem, ne nox interitum, & exitum: pues que
es eſſo? exhalationes tenues; nam quod paula-
tim attrahitur, ac tanquam ſurripitur, tametſi* *Pulcra Nazianzeni obſeruatio.*
*eam rationem habeat, vt damnum in præſenti
minime ſentiatur; tamen in vitij ſummum occur-
rit.* Ideo Ioannes aditus occludit omnes dæ-
moni, dicens, *Non, non ſum.*

Ego vox clamantis in deſerto. Non ſum ego, 19.
quem vos quæritis, ſed vox tantùm eius, non
finis itineris veſtri, ſed via. O inanis labor! ó *Summa infelicitas quærendo Deum perdere Deum, ſicut dæmon.*
ſumma infelicitas quærendo Deum perdere
Deum, ſicut eidem populo dixit, *Quæretis me,
& non inuenietis.* Cauſam tanti mali inquira-
mus, ea nempe cauſa eſt; quia quærunt ho-
mines Deum, ſicut dæmon, qui quærit Chri-
ſtum, non vt amet, & eius præcepta ſeruet,
ſed vt eius doctrinam, & Eccleſiam expugnet.
Ipſe dixit; *Venit princeps huius mundi, & in* Ioan.14.30.
me non habet quidquam; ſanctus Ambroſius [a] a Cum Græcis codicibus nonullis.
legit, *& in me inuenit nihil*, & addit: *Quo-
modo ergo inuenit nihil? ille inanis, & cæcus
princeps mundi huius, neſcit niſi ſua retinere, ea,
quæ Chriſti ſunt, neſcit cognoſcere.* Quomodo
nihil inuenit, in quo ſunt omnes theſauri
Dei Patris? Res quidem ponderatione digna, *Qui ſiniſtra intentione in Chriſto & in eius ſacramentis non gratiã ſed quid aliud quærit nihil inuenit.*
non inuenit; quia qui quærit Chriſtum vacuus
virtutum, & ſiniſtra intentione, in Chriſto ni-
hil de tantis theſauris inuenit; quærunt Chri-
ſtum in Ioanne, quærunt honores in abiecto,
quærunt delicias in auſtero eremitæ; quid
mirum dæmoniaca intentione Deum non in-
uenire, ideo vos nec lacrymas, nec deuo-
tionem, nec conſolationem in Chriſto in-
uenitis; quia ſicut dæmon Chriſtum quæri-
tis, ideo vxor, quæ Deum in matrimonio
quæſierat, in matrimonio perdit, quia perqui-
rere neſciuit; ideo Synagoga diu expectatum
amiſit, quia qua intentione, & via quære-
ret, ignorauit. *In lectulo meo per noctes quæ-* Cant.3.1.
*ſiui, quem diligit anima mea, quæſiui eum, &
non inueni.* Vbi quæſiſti Synagoga, in lectu-
lo tuo? quid mirum ſi ibi amiſeris, quæ-
ſiiſſes in ſtabulo, & in præſepio, ſicut Ma-
gi, reclinatum inueniſſes, quæſiiſſes pau-
perem, *& inueniſſes pannis inuolutum*; quæ-
ſiiſſes Regem, & in Bethleem natum repe- 20.
riſſes. Quid ſi in lecto crucis inter latrones
quæſiuiſſes. O puer ſanctiſſime, & deſide-
ratiſſime, ideo fugis à me, quia ſicut Hero-
des quæro te *ad perdendum puerum*, ideo in-
ter libros, & Doctores non inuenio te, quan-
do do operam litteris, vt fugiam à te; ideo
mulier illa nondum inuenit te, quia quærit
pulcritudinem, vt vltrà non amet te; quæris
peccator Chriſtum, ſicut draco, vt puerum in-
terficiat, ideo ſurripitur filius, & in ſublimem
Dei thronum defertur; ideo etiam non inue-
niunt iſti Chriſtum, ſicut Chriſtiani, quia non
recta via quærunt, nec dirigunt ad Domi-
num. Euthymius legit, *Dirigite animam. En-* 21.
dereçad el alma, que la lleuais torcida. Eius *Animæ rectitudo in quo eſt.*
autem rectitudo eſt ad Deum regredi, à quo
exierat, & obuiam illi procedere, qua ipſe
ad vos venit. Dum rex expectatur in vrbe, ſta- *Simile.*
tim decernitur per quam ciuitatis portam om-
nis comitatus paratus futurus ſit; quid ſi re-
ctores ciuitatis per aliam portam ſuſceptu-
ri venirent? Chriſtus venit ad vos per ani-
mam, orationem, paupertatem, eleemoſynam,
pacem

Digitized by Google

ulcra Na- unxens th- uatio.

pacem, amorem, & omnes vos ad præparandum corpus recurritis, menſas, aues, veſtes, tabulas, chartas pictas, comœdias, citharas, domos, ſtratum, & lectulos; quid mirum ſi in lectulo veſtro non inueniatis, ideo vocem grandem prouidit, vt aduersùs peccatores reducat, faciat ſurdos audire; *ego vox.* Et quid clamas
Vox Ioannes.
19. Ioannes? Clamo voce magna, vt conuertatis caput, & Deum in medio veſtri intueamini. Quid ais Ioannes, Deus inter homines homo veſtitus, & calceis tectus ſicut homo; *ita ego non ſum dignus, vt ſoluam corrigiam eius calceamenti.* O mirabile myſterium, tanto mirabilios, quanto Deus in illo ſe gerit humiliùs. Senſerat Elias prætereuntem Deum commouendo, & transferendo montes cum horrore, & maieſtate, oculos autem non operuit; at quando leniſſimam vocem, tenuem audiuit, operuit vultum ſuum pallio. *Cubrioſe, que no pudo menos viendo à Dios tan humanado. No me admira a mi, que el alto Dios eſte en la altura, ni que el grande Dios haga grandeZas, ni que el omnipotente haga temblar el mundo, ni el rico eſte rodeado de cortinas de luz de gloria: pero que el alto baxe haſta lo baxo del peſebre, y el gran de Dios ſe aniño, y el que truena en los cielos eſte faxado, y todo por mi amor, cubraſe mi roſtro de vergnença y mis ojos de agua, que no pide menos tanta benignidad.* Vbinam ô Ioannes Chriſtum inueniemus? Recte interrogatis. Videte finem belli draconis, & hæc omnia clariora fient: nam cùm draco paruulum expeteret, vt deuoraret, *raptus eſt filius eius ad Deum, & ad thronum eius.* Quæ verba finem victoriæ contra draconem continent; alludit enim locus ad hiſtoriam 4. *Regum* c. t. 2. nam cùm Ioſaba filia regis omnes alios filios regis ab Athalia interfici videret, furata eſt Ioas filium Ochoziæ, abſconditque eum cum nutrice ſua in cubiculo lectulorum, quæ fortè erant cubicula ſacerdotum; itaque puer erat in medio eorum, vbi minus cogitabant. Sic ergo ſi quæramos à Ioanne, vbi eſt Chriſtus, ad ſacerdotes, & Leuitas facilè reſpondet: Ite, pergite, reuertimini Hieruſalem, quid extra domos veſtras quæritis Chriſtum, vnuſquiſque in lectulo ſuo, in ordine ſuo, & in munere ſibi iniuncto inueniet. Pergite ergo vos in veſtras domos, matrimonio iuncti in munere ſuo quærant Chriſtum, matrona in ſtrato, & ornatu, & filiorum cura, aduocatus in libris, & regum ſanctionibus, miles in armis, cùm non longè ſit ab vnoquoque noſtrùm: errat tamen mundus, quia eum quærit ſicut ſponſa ſine duce, ſine comite; inuitata enim a Ieroſolymitanis fœminis, vt quæreret eum ſimul cum eis, *& quæremus eum tecum*, renuit, & ita aberrant, vt ingenuè fateatur, *Neſciui, anima mea turbata eſt propter quadrigas Aminadab: que mucho herrar viendo tantas cabeças en ſus coches ir ſe tras Iuan.* Vt Romam pergas, non vadis ad coſmographum, vt in charta itinera tibi præſcripta demonſtret, ſed ad menſtruum tabellarium. Cæcus erat Tobias, & filium iter edocere nequibat, exi fili mi (ait) in plateam, & viatorem qui te ducat in Rages, *quere vn viandante experimentado*; inuenit Angelum ad iter comparatum, & expeditum. O munde, erras toto cælo à tuo Chriſto, ne ſequare principes, ne cæcis oculis rectà tendere præſumas, exi in plateam Eccleſiæ ſanctæ, inuenies Angelum illum magni conſilij, qui de cælo deſcendit, paratum, expeditum ad currendam viam, qui dabit legem ſuperbis delinquentibus in via, qui docebit mites vias ſuas; inuenies autem illum in cubiculo lectulorum à filia Regis Maria ſanctiſſima cuſtodito, ne ſeptem illa draconis capita, peccata tua videlicet, tam citò in mortem, & crucem agant; nutritur enim ad regnum, & vt virga oris ſui interficiat impium draconem, & populum ſuum iuſtitia regat, & miſericordia in æternam aſſerat libertatem.

3. Reg. 19.

Tanto mirabilior Chriſtus quo humilior.

Ioan. 14. 30. a Cum Græcis codicibus nonullis.

Qui ſiniſtra intentione in Chriſto & in eius ſacramentis non quærit ſed quid aliud quærit nihil inuenit.

Cant. 3. 1.

22. *Vnuſquiſque in ſuo ſtatu Chriſtum inuenire & obtinere poteſt.*

20.

TVBA IVDICII CLASSICVM CANIT, eius præmeditatione Hominis Dei pectus inſtruitur, omnéſque conſcientiæ examine & horrenda Dei ſententia excuſſa, venturi iudicij diem præcauet.

INSTITVTIO XLIII.

CVM tanti momenti ſit ad renouandum mentis tuæ ſenium ac languorem, ô ſenex, extremi terribilis expectatio iudicij, operæpretium duxi ſalutaris tubæ ſono & Pauli voce te ad eius præmeditationem vocare, ſiſtere ante tribunal conſcientiæ, facta diſcutere, commiſſa punire, & ad futurum examē opera ſermonéſque diſponere. 23.

DIVISIO INSTITVTIONIS.

21. *Anima reſtitudo in qua eſt. Simile.*

I.º Neque enim intempeſtiuè cadit iudicij illius præmeditatio quod iamiam inſtat; ideo enim Paulus quaſi præſens reputat, *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis; incidere* dixit, quia iam in eo eſſe exiſtimat, maximè cùm Scriptura quaſi præſentia vocat ea quæ proximè euentura ſunt. Et, *Iuxtà eſt dies Domini, iuxtà & velox nimis*, quam verborum iterationem obſeruat Petrus Damianus [a], *Ad eius agilitatem expreſſiùs inculcandam, & accelerandi nomina, coaceruat*, ſatis enim erat inſtantaneo fulguris aduentui iudicem comparare. *Sicut fulgur exit ab Oriente, & paret vſque in Occidentem, ita*

Heb. 10. 30.

Sophon. 1.

a Epiſt. 3. c. 7.

Mat. 24. 27.

Iudicij diem non inſtantem, ſed præſentem puta.

ita erit aduentus filij hominis; nihilominus tamen ait Damianus, *vt liquidò doceat, quia oculus fidei iam id videt in limine, quod in fidelibus & cæcis corde putatur longiùs abeſſe*; *el largo mirã de la fee y conſideracion ya eſta al viſo de eſe juicio.* Contrà verò ſummæ celeritati & feſtinationi tarditatem noſtram & ſocordiam opponit Iſai. *Formido, & fouea, & laqueus ſuper te, qui habitator es terræ*, quî poteris fugere. *Confractione confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione commouebitur terra, agitatione agitabitur terra*; tot ſynonyma multiplicat, vt terram eſſe ſcias, quam tamẽ iudicij terror excitare poteſt, vt Ottho Epiſcopus Trigenſis adnotat [a]. *Quis hac audita voce ſomno pigritiæ depreſſus non euigilet? per quam etiam reſurgunt mortui? tierra leuanta os a eſta voz que a de reſucitar los muertos.* Vnde certum eſt, ait Dauid, vbi peccatum eſt, ibi & obliuionem iudicij præceſſiſſe. *Inquinatæ ſunt viæ eius in omni tempore, auferuntur iudicia tua à facie eius.* *Etenim* (addit Cæſarius [b]) *quando ſubrepit peccandi delectatio, ſtatim futuri iudicij diem abſcondit obliuio; neque enim in vnum coëunt fel amaræ diei huius, & dulcedo peccati.* Vnde Baſilius inquit [c], *Quando peccandi tibi libido inceſſerit, veniat quæſo in mentem horrendi iudicij Chriſti recordatio, vbi excelſo ſublimíque ſolio ille iudex præſidet, omnis verò creatura adſtabit tremebunda, aderunt terrifici dæmones*, &c. & Chryſoſtomus [d], *Quis poteſt cogitare peccatum, qui ſupplicium cogitando veretur.* & hom. 38. in c. 5. Ioan. *Hoc iudicium ſemper præ oculis habeamus, ita ſemper virtuti vacare poterimus: nam qui illius diei obliuiſcuntur, tanquam fræno abiecto in peccatum deferuntur: at quem continuus hic percellit timor, modeſtè viuendi viam ingreditur.*

Cap 24.
a Cap. 7. lib. 8.
Pſal. 6. 26.
Memoria iudicij tentationes propellit.
b In quadã homilia.
c In Martyrẽ Iulitã, & Pſal. 32.
d Serm. in illud Iſai. Si volueritis, ad finem tom 1.

24\. Vnde egregius concionator admonet, *Hora eſt ſurgendi, non te trices. Præcurre autem prior in domum tuam, & illic aduocare, & illic lude, & age conceptiones tuas, & non in delictis & verbo ſuperbo.* Hora eſt ſurgendi, ne diuturniorem æquo moram trahas: nam ſicut homo vagus & otio diffluens in domum non reuertitur, niſi ad multam noctem, ſic aliqui conſcientiæ ſuæ immemores per aliena facta diuagantur, quid autem domi fiat penitus ignorant. *Recede*, inquit Seneca [e], *in teipſum quantum potes, cum his verſare qui te meliores facturi ſunt.* Qui quidem homines non ſunt, nam, vt aiebat ille, nuſquam homines conueni, à quibus minus homo non redirem. *Multum cùm deambulaueris domum redeundum eſt, initium porrò eſt ſalutis notitia peccati.* Hanc autem, ait Seneca [f], non habet qui in ſe deſcendere, ſecedere, recedere, ſe habere & reſpicere neſcit. Hos *animales* vocat S. Iudas, *qui ſegregant ſemetipſos, ſpiritum non habentes*; indéque fit vt ruinoſa domus ſit, & pannoſa anima, vt ait Bernardus, *quorum anima pannoſa eſt, andrajoſſa y pobre*, vt bene Seneca proſequitur ad Lucillium. *Primum argumentum compoſitæ mentis eſt poſſe conſiſtere, & ſecum commorari.* Quis enim domi ſe poteſt continere cùm inuerſa omnia, & ſuis dimota locis & ſedibus menſæ, ſedilia, tapetes, periſtromata totam occupant domum? at quandò domus conſcientiæ compoſita eſt, quàm quietè, ait Dauid, *perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ*; ſignum animæ compoſitæ ſecum commorari. *Præcurre igitur in domum tuã*, Charthuſia. id eſt, *præcurre ad conſcientiam tuam.* Et quid ibi agendum? *Illic aduocare*, ante tribunal

Eccl. 32.
e Epiſt. 7.
Incurioſi & qui nullã animæ rationem gerunt.
f Epiſt. 28.
En caſa des aliñada que en puede viuir.

25\. ſiſti operæpretium erit, hoc eſt, vt idem ait, *teipſum recollige, examinando conſcientiam tuam*; illic aduocati munus age, & cogita quid ad aduerſarij calumnias dices, aut quid iudici reſpondebis, vt infrà dicemus, *illic lude*, id eſt, *exerce te in actibus vitæ contemplatiuæ*, ſeueritatem futuri examinis præmeditando, & ſicut iuuenes & milites antequam ad vim & ad arma veniant, laniſtarum diſciplinam & ſcholam adeunt, vt in capiundis, tractandis & verſandis armis exerceantur: arma autem ſunt ſcutum, galea ad capitis defenſionem, & ad digladiandum duo gladij ſunt, hebetes & obtuſi, vt ludicram & ſimulatam armorum artem exerceant; ita ſimiliter tu lude in conſcientia tua, ioco age iudicium, fugere ictum, & declinare diſce ſententiam æternæ damnationis, atque ad hoc, ſicut Iob, dic in conſcientia tua, *Iuſtitia indutus ſum, & veſtiui me ſicut veſtimento, & diademate iudicio meo.* Septuaginta, *iuſtitiam verò indutus ſum, & veſtitus ſum iudicio ſicut diploide.* Duplici iudicio me muniui, & animæ, & corporis, & galeam diadema dixi. Quid diadema? Hugo [g] reſpondet, Diadema idem eſt quod ſonat *duo demit, miſerias corporum, & afflictiones animæ*; miſerias enim corporis per mortificationem abſtuli, angores animæ per abdicationem rerum & eleemoſynam præcidi, & hæc eſt protectio mea, ſcutum & diadema in die iudicij. Lude vmbratili morte, *quotidie morior*; lude imaginatione inferni, *deſcendant in infernum viuentes*; lude iudicio, lude teſtibus & accuſatoribus; inde enim magnus tibi impendet fructus, nempe *agere conceptiones tuas*; *concipe, meditare ſalubria.* Explicat idem Carthuſianus, nam ſi nouiſſima tua concipis, paries ſpiritum ſalutis, nam etiamſi duriſſimus

Ludicra arte te compara ad iudicij diem.
Iob 29. 14.
g In cap. 5. Sapientiæ.
Cogitatione iudicij armari oportet.

ſit

ſir infernus, horribile iudicium, paries rem grandem, & tibi paruula erit & tenerrima, *Cogitatione iudicij armati oportet.*
vt grauis Doctor Beda notauit. *Cogitationes* (inquit) *ſedula repetitione matureſcunt, los penſamientos y cuidados con repenſarlos muchas veces ſe maduran, aceda es la muerte con penſarla ſe madura, duro el infierno con penſarlo ſe ablanda, terrable el concepto y penſamiento del juicio, pero al fin le ſaca a luz el alma penſandole.*

II. Perſonat igitur tuba ſalutis quæ nos ſiſtere ante tribunal conſcientiæ maturo 26.
1. Cor. 11. 31. tempore iubet. *Quòd ſi noſmetipſos dyudicaremus*, ait Paulus, *non vtique iudicaremur: dum iudicamur autem, à Domino corripimur.* Latini, puniremus, vel condemnaremus, vt Græci, ptobaremus, examinaremus, diſcuteremus, ita Caiet. & Gagnæus, & propriè quidem ſi Græca conſulis. *Dum iudicamur autem*, id eſt, dum punimur in præſenti vita per morbos & ſomnum mortis, vt dixerat, *à Domino corripimur, azotillos ſon de Padre a hijos para apartarlos de malas compañias que an de parar en la horca, vt non cum hoc mundo damnemur, ſed vt hac Dei caſtigatione admoniti per pœnitentiam peccatum hoc indigna communionis expiemus*, itaque ſaluemur. Sic noſter Cornelius. Cæterùm Anſelmus [a] ſententia & pietate plenus eſt. Sed ſi *diiudicaremus noſmetipſos*, id eſt, *ſi in diuerſas partes actionum & cogitationum noſtrarum oculos mentis circumduceremus, & iudicaremus, non vtique à Domino iudicaremur. Aſcendat itaque homo aduerſùm ſe tribunal mentis ſuæ, conſtituat ſe ante faciem ſuam. Atque ita conſtituto in corde iudicio adſit accuſatrix cogitatio, teſtis conſcientia, carnifex timor, inde quidam ſanguis animi confidentis profluat per lacrymas. Poſtremò ab ipſa mente ſententia talis proferatur, vt ſe indignum homo iudicet participatione corporis & ſanguinis Domini.* Hoc ipſo Pauli conſilio D. Antonius diſcipulos ſuos monebat quotidie conſcientiam eſſe excutiendam, vt in eius vita notauit Athanaſius.

Tuba iudicij Paulus Eccleſiã ad arma vocat.

Aſcendat tribunal mentis homo.

a In Epiſt. Pauli 1. Cor. 11. 31.

Mirum enim eſt quantam Deus detulerit poteſtatem ad iudicandum, conſcientiæ 27.
noſtræ in ea figit ſedem & tribunal, & ſententiam approbat Deus: quantum autem clementiæ in hoc eluceat, liquet ex verbis Pauli, *dum autem iudicamur, à Domino corripimur, ſon azoticos de niños en comparation del juicio y pena de allà*; è contra verò ſi pro nobis ſententiam dicit conſcientia, gloriam conſequimur. *Hæc eſt gloria noſtra, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, ſi ſalimoz bien del tribunal de la conſciencia nueſtra es la gloria, ya eſtamos en ella.* Volo igitur tibi tribunal iſtud deſcribere, vt futuri iudicij ſpeciem quandam videas; porrò puræ cunſcientiæ lætitiam ſpectabimus, vt futuræ gloriæ beatorum imaginem libeat contemplari.

Magna poteſtas conſcientiæ noſtræ.

SUBDIVISIO INSTITUTIONIS.

Nam in primis ſemel delicto commiſſo ſubterfugere miniſtros huius iudicij non 28.
b Pſalm. 45. conceditur, vt bene ponderat Auguſt. [b] *Inter omnes tribulationes humana anima nulla maior quàm conſcientia delictorum. Si ibi malum non ſit vbicunque paſſus fuerit tribulationes, illuc confugiet, & inueniet Deum, ſi Dios eſta en la alma y la conſciencia libre llega a puerto el alma ſi no aparejeſſe? nam quò migrabit, ab agro ad ciuitatem, à ciuitate ad domum, à domo ad cubiculum, & ſequitur tribulatio; à cubiculo iam quò fugiat non habet, niſi intus ad cubile ſuum; ſi ibi tumultus ſit, pellitur inde, & cùm inde pellitur, à ſeipſo pellitur, & ecce hoſtem ſuum, eum inuenit quò fugerat; ſeipſum quò fugiturus eſt.* Vnde bene Sapiens,
Prou. 13. 21. *Peccatores perſequitur malum.* Nam eos ſua ipſorum culpa perſequitur, nam conſcientia criminis admiſſi ſemper illis obuerſatur, & animam ceu feram aliquam fugientem ſicut canis venaticus inſectatur, captámque morſibus aſſiduis ſtringit. Sequitur ergo eos tanquam vmbra corpus, vt ait Baſilius. *Quemadmodum vmbræ corpora, ſic peccata ſequuntur animas, & manifeſtas facinorum repræſentant imagines, el alguacil de la con-*
Ier. 1. 11. *ſciencia los acuſa y ſaca de raſtro. Virgam vigilantem ego video*, alij, *virgam feſtinantem, no ſelo irán porpies.* Sonte igitur ſemel comprehenſo pro tribunali ſedente conſcientia iudicium incipit cogitatione, timore, apprehenſione, etiam in iuſtis & ſanctis
Prou. 12. Iob 29. hominibus, *cogitationes enim iuſtorum iudicia*, ait Sapiens, & Iob, *& diademate*
c Moral. 19. cap. 13. *iudicio meo.* Nam, vt ait Gregorius [c], *Iuſti iudicia ſecum quotidie interſius agunt, quid Deo, quid proximo debeant ſolerter aſpiciunt: vnde bene quoque per Salomonem dicitur, cogitationes iuſtorum iudicia. Iuſti quippe ab omni ſtrepitu ſæculari ad corda ſua redeunt, ibique* 29.
aſcendunt tribunal mentis, atque ante oculos ſe, & proximum ſtatuunt, deducunt ad medium regulam teſtamenti, qua dicitur: Quæ vultis vt faciant vobis, & vos eadem facite illis, &c. *cogitationes iuſtorum iudicia, quia ipſe eorum intimus motus cordis, quaſi quædam libera eſt iudiciaria poteſtatis.* Iniquorum autem tribunal Bernardus [d] expreſſit. *In domo propria, &*
d De interiori domo cap. 14. *in propria familia habeo accuſatores, teſtes, iudices & tortores. Accuſat me conſcientia, teſtis eſt memoria, ratio iudex, voluptas carcer, timor, tortor, oblectamentum, tormentum: nam inde punimur, vnde delectamur*, ibi cauſa agitatur, & à cauſidicis & patronis verſatur, vt ait Paulus,

Impius conſcientiam nõ fugit.

Nunquam vacat conſcientia tribunal.

Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationibus accuſantibus, aut etiam defendentibus. Vacant (inquit Ambroſius [a]) *quibuſdam horis, imò etiam quibuſdam dierum circulis publica tribunalia: at conſcientia tribunal nullis horis vacat.* De iudicis ſeueritate & incorruptione audi Chryſoſtomum [b]. *Certè fieri non poteſt, vt propria conſcientia iudicium effugiant, quod nec vitiari, nec corrumpi poteſt, nec vlli terrori cedit, nec blanditijs aut pecuniarum largitione labefactatur, nec temporis longitudine obſcuratur.* Sententia item grauis ac ſeuera qualis ſit deſcribit Ambroſ. [c] *Omnium enim ſupergreditur conſcientias qui à ſua conſcientia, ſua ſententia condemnatur.* Ibidem tormentum, & punitio eſt. *Sua ſententia* (inquit) *Iudas proditor condemnatur, & ſuſpenditur. Mirum fortè vobis quòd non eum populus iudicauerit, non præſes addixerit. Hoc ſcelerati ſolet eſſe iudicium, vt impietatem ſuam ipſe dum recordatur & puniat, ſcelus ſuum dum recognoſcet, vt vindicet;* Infernus etiam ibi parct, ibi carnifex adſtat, vt de Dauide ait Ambroſ. [d] *Delictum meum,* inquit, *contra me eſt ſemper. Offunditur vobis vltrix veſtri imago peccati, nec quietum reum eſſe permittit.* Quæ fuit ratio cur Philo [e] impiè deceptus auſus fuerit aſſerere nullum eſſe alium inferorum locum, quàm impiam animam ſuis perturbationibus agitatam.

Seueriſſimus iudex conſcientia.

Rom. 2. 15.
a Lib. de pœnitentia c. 5.
b Lib. epiſt. 7.
c Ser. 2. in c. 12. Dan.
NOTA. De conſcientia bona &c. vide Bulæs Viridar. v. Conſcientia.
d Pſal. 55. & Nazianz. Oratione 28.
e De congreſſu quærendæ eruditionis gratia.

30. Portò gloriã in tranquilla cõſcientia eſſe Philone ſapientior teſtatur [f], *Secura mens quaſi iuge conuiuium.* Gloriam enim ad inſtar conuiuij deſcribit, quod, vt ait Chryſoſt. [g] *nemo oratione poſſit exponere. Quid enim tibi videtur in præſenti vita iucundum atque ſuaue? Menſa ne delitioſa? ſed hac illi voluptati, quæ virtutem conſequitur, collata amara & triſtitiæ plena videtur.* Conuiuium deſcribit regium Petrus Abbas Cellenſis, ſed eius delitias eſſe gloriæ prægustatæ in hac vita ex *Luc.* 22. aſſerit, vbi Chriſtus Dominus ad ſuos ait, *Ego diſpono vobis regnum, ſicut diſpoſuit mihi Pater regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Nam tranquilla conſciensia,* inquit, *vniuerſaliter omnium rerum abundantia intra ſemetipſam redundans excludit anguſtiam menſæ & menſis, vt ſit menſis ex menſe continuatione frugalitatis, & ſabbatum ex ſabbato, & conuiuium ex conuinio, conterminatione gaudij & otij.*

Tranquilla mens iuge conuiuium.

f Prou. 15. 15.
g Hom. 50. in Matth.

31. III. Facta diſcutere ante iudicium operæ pretium eſt, quorum quædam ſunt quotidiana quæ examine quotidiano in tribunali conſcientiæ agitare oportet nocturno examine, vt præſcribunt tam doctores Eccleſiæ, quàm veteres Philoſophi faciendum, nec noua indiget perſuaſione.

De examine conſcientia Buſæ viridarium videatur verbo Cõſcientia.

32. IV. Commiſſa ante ſententiam extremam punire conuenit. Quæ in duo capita diuidere poſſumus, & ea quæ contra beneficia generalia ex ingratitudine perpetrauimus, & ea quæ ex defectu charitatis à proximo detraximus. Chryſoſt. [h] iudicium componit. *Sedeat* (inquit) *mens atque cogitatio tua iudex in animam atque conſcientiam tuam, adducas omnia delicta tua in medium, ſcrutare quæ animo cõmiſiſti, & pone dignas ſingulorum pœnas, dicas tecum aſſiduè: Quare hoc atque illud auſus es? quare illud & illud perpetraſti? Deinde ſi cauſam ſuam dicere non poſſit, ſed balbutiat atque ſtupeſcat, quaſi ſuperbam ancillam, & de fornicatione corruptam, cæde verberibus, ac flagellis dilania. Hoc iudicium tibi quotidie diligenter conſtituatur,* &c. *non enim morietur percuſſa, ſed mortem effugiet.*

Satiſfactio facienda delictorum.

h In Matth.

Vides hoc conſcientiæ tribunal, vides has pœnas, certè hæc omnia puerilia ſunt, ait Paulus, ſi cum terribili expectatione Iudicij conferantur. *Dum autem iudicamur, à Domino corripimur, caſtiges amoroſos con animo de corregirnos que ſera el juicio para condenarnos.*

Terribilis expectatio iudicij.

33. Quid ſi ſedeat iudex Rex in ſede maieſtatis ſuæ? quid ſi examen illud incipiat, & Hieruſalem perſcrutari in candelis velit, quid cùm teſtes Angelos adhibeat, *Cum Angelis ſuis*, de quibus Philo [i], *tanquam magni regis aures & oculi audientes, videntéſque omnia.* Quòd ſi ſeueritas iudicij ex ſeueritate peccati & criminis penſanda ſit, quis poterit expectare non ſententiam, ſed nec accuſationem? Nam quorſum dictum putas à Chriſto, *Pater dedit poteſtatem filio iudicium facere, quia filius hominis eſt.* quod verbum ſæpius repetit, *cùm venerit filius hominis. Tunc veniet filius hominis*; ex quo verbo infert Paulus, *terribilis quædam expectatio iudicij*, ſcimus enim qui dixerit, *Mihi vindictam, & ego retribuam.* Nam non ſolùm Deus erit iudex & quæſitor, nec tantummodo ingratitudinis beneficiorum reos nos faciet, ſed mortem filij à nobis & inſuper obliuionem expoſtulabit; & ita *Deut.* 32. vbi nos legimus, *Oblitus es Domini creatoris tui*, vt notat Hieron. legi poteſt, *Oblitus es Deum vulneratum tuum. Deum* dixit, vt credas peccatum eſſe contra diuinitatem incarnati Verbi, quod grauiſſimum eſt, vt ait Paulus, *qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit*, quo genere peccati delinquunt fideles poſt Baptiſmum, vt explicant Chryſoſt. & Theophyl. Hoc autem adeò nefandum & horrendum eſt crimen, vt ſi peccatori iniuria, quam

i Lib. de ſomno.
Rom. 12. 19.

Patri

Patri & filio fecit peccando, nota fieret, ſtatim interiret. Sicut *cùm arguet mundum de peccato* contra Spiritum ſanctum, vix mundus poterit conſiſtere, vt liquet ex Actibus, vbi peccante Anania, ſibique parte reſeruata pretij, mendacio rem tegere volente, vix verba Petrus efferet, quibus peccatum obiecit, cùm ante pedes extincti ſunt, eo quidem modo, quo narrat Origenes [a], *Nec putare debemus Petrum interfeciſſe Ananiam, dum ſubitò extinctum videmus. Sed expauit verbis Petri catechizantibus animam illius.* Si ergo mentiri Deo Spiritui ſancto adeò graue eſt, qui filium Dei conculcauerit quali pœna punietur.

Actor. 5.

a Tract. 8. in Ioan.

34. Et quia hinc oritur ſeueritas iudicij contra conculcantes Dei filium, & ſanguinem teſtamenti eius, audiamus Tertullianum [b]. *Arguet*, inquit, *mundum de peccato, & de iudicio, & de iuſtitia.* Eſto tu iudex homo, hîc adſumus dæmon & ego, quæ te dementia cœpit, vt me relicto iſtam ſectareris? *Nónne diabolum Domino præponit, comparationem enim videtur egiſſe qui vtrumque cognouerit, & iudicato pronuntiaſſe eum meliorem, cuius ſeruus eſſe maluerit, pues quiſo antes ſer ſieruo de el demonio ſentencia e dado en fauor del demonio.* Poſt hanc accuſationem humanitas te reum ſanguinis efficiet. *Et ſanguinem pollutum duxerit, por inſufficiente por ſucia por iniuſta.* Hæc cauſa ſummæ breuitatis iudicij erit, vt bene ponderat Cæſarius [c]. *Prima erit in reos intoleranda ſententia, reuerendarum præſentia cicatricum, quando contra illius crucifixi Domini liuores nota peccatorum noſtrorum, & maculæ libidinum proferentur, vnas manchas ſe carearan con otras y el manchado peccador ſe dara por condenado, iam iudicatus eſt.*

b De pœnit. cap. 5.

c Hom. 17.

35. Vnum peccatori ſupereſt effugium, nempe, iam te Domine coluimus Deum creatorem inuiſibilem, credidimus omnipotentem, ſed filium non vidimus: nos non percuſſimus; nec cruci confiximus? O inane reſpondendi genus, iam hoc effugium tibi præcluſit Chriſtus, arte quidem mirabili, quia cùm poſſet capita iudicij grauiſſima obiicere, id vnum obiicit, pauper fui, nudus & peregrinus, & non collegiſtis me. Quorſum Domine hæc quæ longè diſtant, adeò obiicis. Vt probem, inquit, hos Deum nec amauiſſe, imò nec in eum credidiſſe, argumento quidem ex Ioannis canonica petito, *Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt.* Verba ſequentia ex ſimilitudine ſagittariorum, qui de ſcopo feriendo certauit, intelliges. Qui cùm clauum aut foramen in ſcopum proponant, iuxta ſcopum papyrum albam ponunt, mens quidem in ſcopum tendit, non in papyrum: at ſi papyrum non attigiſti, ergo nec ſcopum; ait ergo Ioannes, charitas ſemper intentionem dirigit in Deum, iuxta Deum proximus eſt qui videtur; proximum non pauiſti, nec operuiſti: ergo neque in Deum credidiſti, nec dilexiſti. Qui enim non diligit fratrem ſuum quem videt, Deum quem non videt, quomodo poteſt diligere; acta ergo res eſt de te ô munde, iudex adeſt ſeueriſſimus, vt ſequentes diſcurſus perſuadent.

1. Io. 4. 20.

Simile.

VERBVM PATRIS.

Iſaiæ 26. verſ. 21.

Ecce enim Dominus egredietur de loco ſuo, vt viſitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum, &c.

Certo iudicis aduentu ac præmeditatione timorem & ſollicitudinem excitat.

DISCVRSVS CXXVII.

1. MAXIMVS Doctor Hieronymus, qui terrificam tubam extremi iudicij perrimeſcens, anxium Eccleſiæ timorem iniecit, qui melius quàm Noe pœnitentiam & iudiciũ prædicanit; ille enim iuſtus centum annorum ſpatio adaptando & conſtruendo arcam, de imminente aquarum alluuione, & orbis vaſtitate perditos admonuit: hic longè præſtantiùs nonaginta annorum curriculo anhelans, pectus, ſacræ doctrinæ ſacrarium, duro lapide mallei inſtar contundente, fallacis gloriæ & voluptatum cogitationes Romæ in medio curſu conſtiterunt. O lectiſſimæ fœminæ, matronæ nobiliſſimæ, carnis blandimenta repudiantes, quaſi pauidi lepores fugerunt, & ſeſe in vaſtas ſolitudines contulerunt. Currus Ezechielis rotas mirabiles intuens, & ex illis emicantem ignem, & coruſcantia fulgura, *Splendor ignis, & de igne fulgur egrediens*, animaduertit, vnamquamque creaturam quaſi fulgur eſſe ſplendidiſſimæ lucis ad opificẽ & creatorem dignoſcendum, *Quamcunque creaturam aſpexerimus, fulgurat Dei notitiam, dum ex creaturis creator agnoſcitur.* Et ſi vnaquæque

Qualiter creaturæ creatorem indicat.

Hier. in Ezech.

que id præſtat, quanto magis omnium illarum collectio & rota? Hac enim de cauſa Dominus Eacchieli radianti lumine circundatum ſe viſendum præbuit, quia rota hæc creaturarum quoſdam radios, quiſnam Deus ſit, demonſtrantes, emittit. In omnibus igitur, licèt minimis creaturis, quatuor attributa diuinæ bonitatis elucent, *omnipotētia, ſapientia, miſericordia, & iuſtitia*. In formica Dei *potentia* ſplendet: nā nulla ſuperborum regum potentia, nulla principū longa manus, formicam fingere poteſt. In conſeruatione enitent *ſapientia & miſericordia* qua illam alit, gubernat, tutatur, & neceſſaria omnia vitæ abundè ſuppeditat. *Iuſtitia* emicat, qua ſedem, locúmque in orbe illius naturę aptū & conſentaneum conſtituit, quem æquiſſimè conſeruat, ac à cæteris animantibus vindicat & defendit. Sunt ita egre-
Qua ſibi tempora Dei attributa diuiſiſſe videtur. gia hæc facinora, illuſtria, & regia largitate inſignia digniſſima, vt operæpretiū fuerit ſuū cuique diuidere (vt ita dicam) imperium, & diſſimiles aſſignare dies. *Omnipotentia*, iure quidē optimo ſibi primum mundi vendicat diem, in quo primas tulit potentia, creando, componendo, & mirâ varietate mundum exornando, *Vocat ea quæ non ſunt tanquam ea quæ ſunt*. Sapientia verò
2. plures dies elegit, in quibus ſeſe oſtentat, conſeruando, cuſtodiendo: quod quidem minus non eſt, quàm ſemel res in hanc admirabilem lucem edidiſſe. Eccleſ. 1. *Effudit illam* (id eſt, ſapientiā) *ſuper omnia opera ſua*. Miſericordia non vnū tantùm diem, ſed triginta annorum curriculum ſibi aſſumpſit, vt cæleſtibus præceptis imbueret, ſeruaret, & dirâ mali dæmonis ſeruitute animos hominum liberaret, & incredibili quadā munificentiâ ac liberalitate pietatis eluxit vitæ nō ſolùm, ſed innocentiſſimi noſtri causâ profuſi ſanguinis. *Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris noſtri*, &c. Tantú deerat, vt ſuus etiam iuſtitiæ dies tribueretur, in quo iam non ſuæ benignitatis theſauros aperiat, ſed iræ atque furoris, quo perciti Imperatores, reges, optimates, horrēdū vocet in iudicium, illis ſententiā abiudicet ſubſcriptam, & ſigillo inſignitam, annulo, & æterno verbo, nullo ſeculoru curſu mutandā; illos denique ſempiternis inferorum cruciatibus viuos tradat, mortuóſque mactandos. Dies ita horribilis, vt Spiritus ſanctus cùm ſit in verbis ita bene compoſitus, & preſſo ſtylo ſemper vtatur: nā ad creationem inquit, *In principio creauit Deus cælum & terram*, ad noſtræ ſalutis myſterium, *Miſſus eſt Angelus Gabriel*, &c. ad finem imponendū, *conſummatum eſt*, vt primùm ad agendum de hoc formidando iudicio illius feſtinat oratio, mille horrendis nominibus exaggerat *Sophon.* 1. vndecim illi nomina tribuit, *dies iræ, dies indignationis*. Vates alius, *dies tenebrarum*, alius, *inſuſtentabilis ira*; eúmque ſumma illa veritas res ſine exceſſu exaggeret, verè omnia huic diei funeſto & fatali eōueniunt. Et quemadmodū in die miſericordiæ bono conquirendo omnes portæ patent, & mille modis impius vltrices diuinæ iuſtitiæ manus effugit, iam lacrymis, iam ſanctorū precibus, & quacunque voluerit hora, poteſt ſe ad meliorē vitæ frugem recipere: ſic in die iuſtitiæ, & ſui
SVMMA DISCVRSVS ex verbis Iſaiæ. omnibus dominantis imperij, omnis ſalutis aditus, omnis via intercludetur. In aliis alios eloquentiſſimus Iſai. verùm in hoc ſeipſum ſuperanit, & vicit, dum efficit, & efficaciſſimè probat fugere mortalium neminem poſſe. *No ay huir, morireis peccador, morireis*; vobis pereundum, in æternum pereundum eſt. Audite;

Quando reus, qui aliquod nefarium facinus cōmiſit, illud nefariè defendere conatur, hac ratione intexit excuſationes, & quærit effugia. Ad- 3. *Excuſationes vanas quo pacto prætexit peccator.*
uerſarius meus in conſilio regio iudicē poſtulat, verùm non egredietur, nec cauſam aggredietur; id enim cogitare ridiculum eſt; ſingulis annis iudex, iudex prædicatur, & neque iudicium, neque iudex venit, id ego impediam. Falleris. *Ecce Dominus egredietur*; effectu quidē veniet, nihil eſt ri- Iſaiæ 26.19.
diculū, ſed æterna fide firmatum. *Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos*. Eia, accedat, homo eſt, *Nullum eſt peccatori effugium.*
poterimus illū facilè corrumpere donis. Fieri nō poteſt, eſt iudex æquiſſimus, & rectiſſimus. *Egredietur virga de radice Ieſſe*. Rectus eſſe poteſt, ſed nō erit ſapiens, ad hoc enim cautiones proſunt, falſi fictique teſtes, veritatem occultabimus. Abſit. *Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ.* Vt voluerit, ſapientiâ polleat, quid refert, ſi non eſt fortis. Deciperis. *Et fortitudinis.* In litibus multa latēt quæ iudices inueſtigare, & ſubodorari nō poſſunt. Nullatenus. *Et replebit eum ſpiritus timoris Domini. De ciē leguas olerà la iniuſticia.* Quare Hebraica habēt, *Olfactus eius erit cum timore Domini.* Olfaciat omnia licèt, nummi aurei ad ſeſe rapere, & oculos ſolent obcæcare. Apage. *Secundùm viſionem oculorū nō iudicabit. no juzgarà por ver la pagaa lojo.* At perſonas reuerebitur, impares enim ſumus, rex ſum potentiſſimus, diues, viribus pollens. O inſipientiā! Septuaginta legunt, *Non ſecundùm gloriam iudicabit, no darà la ſentencia a medida del buen pelo de la capa.* Sed voces, ſed clamores, ſuſpiria, lamenta, arma ſunt litigantium, hæc etiā adamantinum iudicis pectus emollient. Ob-
muſce. *Non ſecundùm auditū aurium arguet, no hara caſo de voſinglerias ni alaracas, ni chiſmes, ni lagrimillas.* Deſine hæc omnia, non deerit ſagax aliquis, 4.
callidus, & peritus cauſidicus, qui tragœdias excitet, cauſam perturbet, & illic dolum aliquē cōfict, fraudémque moliatur. O nequā, id affirmare auſus es? *Erit iuſtitia cingulum renū eius*; non prauis & iniquis cingitur & circūdatur, *no tiene allado, ni ſe dexa rodear de falſos y criminoſos, de ſanctos y fideles ſi.* Poſtremò à Filio ad Patrē ſupremū tribunal confugiā, & me recipiam. O impudentiā non ferendā! *Ecce Dominus egredietur*. Extrema dies, extremus iudex eſt. Dominus dicit, non ſunt tres Domini, ſi vnus dānat, ſaluare quis poteſt? cùm ſit vnus tantùm, inter tot accuſationes aliorum & cauſas illū mea latebit. Erras toto cælo. *Vt viſitet iniquitatē habitatoris terræ.* Reputat velut vnū genus hominū vniuerſum, & omniū cauſas vnius inſtar diſcutit & examinat. Quid excrucior? adhuc ſub lite res eſt, forſan non mihi cauſam abiudicabit, neque damnabit. O fallaces ſpes! *Contra eum. en contra ſera la ſentencia.* Contra me inquis vbi ſunt ſcripturæ, vbi ſyngraphæ? vbi? in terra, in puluere, *reuelabit terra ſanguinem ſuum*. Terra muta eſt, & elinguis, ſcelerum conſcij & ſocij vitâ functi ſunt, qui erunt teſtes? O te miſerum & infelicem, qui hæc ignoras! Reſurgēt teſtes, *Et non aperiet terra interfectos ſuos*. Iudicet, condēnet, pœnis afficiat, illas perferā; omnes enim exitum, finémque habituræ, & Deus ſeſe remiſſiùs aliquando geret. O modis omnibus infelix creatura, nunquam tuas vox illa tremendo perculit aures? *in æternum* illam audi, *Et congre-* Ierem. 42.
gabuntur congregatione vnius faſcis in lacum, & claudentur ibi in carcere, & poſt multos dies viſitabuntur.

5. *Ecce Dominus egredietur.* Sine dubitatione

venict

Digitized by Google

veniet. Sed oportet ſummopere hoc accipere, & intimis animi ſenſibus mentiſque mandare. Vt enim notauit D. Chryſoſtomus [a], hæc effugia habent improbi, *Quis dicet aliquis, & quis venit ab inferis, & hæc talia nuntiauit?* In primis Iſaias elicit concluſionem, poſtquam æternam pacem, lautiſſimum conuiuium in cælis, gloriam & reſurrectionem, poſtquam mortem præcipitem egit, deterſis lacrymis addit iuſtos dicturos eſſe venientem Dominum intuentes, *Et dicent in illa die: Ecce Deus noſter iſte, expectauimus eum, & ſaluabit nos. Iſte, eſte ſi que es Dios que cumple ſu palabra.* Iſte vere Deus, qui promiſſis ſtat; & ideo concinunt, *Cogitationes tuas fideles, amen.* Et eos, qui illius inſeruiunt voluntati, beatitudine donat: ergo venturus eſt, qui ſic fidelis decantatur à beatis. Id mihi D. Chryſoſtomi dictis probandum eſt, *Si enim iudicium non eſt futurum, neque pro malis actibus ſupplicia ſoluimus: ſequitur, vt neque pro ſanctis laboribus præmia capeſſamus. Perpendite igitur, quouſque veſtra blaſphemia prouehatur, qui dicitis iuſtum, mitem, ac miſericordem Deum, tantos ſuorum labores ſudoréſque deſpicere.* Et in Iſrael fruſtrà iam vox illa perſonat, *Ecce Deus noſter iſte?* Terga vertit Deus, non veniet, non expectandus, nihil pertimeſcendum? quibus verbis auditis mundus omnis perhorreſcit. Quapropter variis rationibus & argumentis id probare contendo. Sit primum cauſam explicando, quare Seruator noſter Ieroſolymæ vaſtitatem cum cæde & incendio totius orbis coniunxit *Matth.* 24. & ita adiunxit, vt S. Auguſt. [b] exacuendam eſſe mentis aciem ad diſtinguendum, quæ verba ad illam, vel ad aliam pertineant: id verò eſt, quia vtriuſque cauſa vaſtitatis eſt eadem, ſcilicet peccata, & præcipue abieciſſe Chriſtum, & quia abominabilem illam deſtructionem quaſi tragœdiam & vmbram præmiſit maximæ & poſtremæ vaſtitatis totius orbis. Vt intelligatis, licèt iudicium moras trahat, dum peccata veſtra non ceſſant, vniuſcuiuſque iudicium iamiam properare, ſicut contra Hieruſalem aliquando deſæuiit. Itaque argumentum hoc nullus inficiari poteſt. Principis dæmonum iudicium actum eſt, quia noluit ſeſe Deo homini ſubiicere primorum parentum Adæ & Euæ cauſa, videlicet vnius lethalis culpa tantùm, quam commiſerunt, teſte Auguſtino, toto nongentorum annorum vitæ curriculo, ſine Domini facultate pomum deguſtando, peracta eſt, & ſatis punita. Quidam Pontifex, auctore Petro Damiano Cardinali, propter vnum peccatum tantùm purganti igni vſque ad iudicium extremum ſub aſini figura addictus eſt, & beſtiæ inſtar vagatur. Si iam ſententia prolata in quendam Patrem purpuratum (vt inquit Cæſarius) & propter auaritiæ ſcelus inferorum flammis cruciatur: ſi Epiſcopus (vt literis mandauit Elias Ægyptius) Antiſtes Anconæ,
7. quia genio indulſit, & cuticulam curauit, carnis & veſtium blandimenta complexus animo elatus, & profano faſtu, acerbiſſimis ſuppliciis torquetur: ſi ſacerdos quidam (teſte Gregorio magno [c]) flammis æternis etiam ante mortem erat addictus, vt ſanctiſſimus Pater affirmauit, qui ab inferis reuocatus gehennam ardentem illi preſbytero deſtinatam vidiſſe teſtatus eſt. Si propter ſcelera ſua Hieruſalem punita eſt, ſi ſolo æquata, & funditus euerſa: ergo ſummi momenti eſt argumentũ iſtud, mundus omnis iudicium pertimeſcat, ſententiam reformidet quicumque peccatis obnoxius eſt. Quod argumentum eſt magni Vatis Iſaiæ. *Accedite gentes, & audite populi,* omnes admonet, vt ſint parati, & rationem reddit, *Quoniam inebriatus eſt in cælo gladius meus, ecce ſuper Idumæam deſcendit.* Gladius enim Dei quaſi temulentus, & ſanguine madidus cælo labitur. In cælo ſumme Deus? illic in quos deſæuiit? in ſupernos illos ſpiritus: & ita præcidit, vt tertiam partem ſuperbiſſimorum cælitum ex illorum domicilio deturbarit, & qui illic permanent, contremiſcunt. Qui ergo Angelos tam ſeuerè puniuit, Æthiopibus, barbaris Idumææ cõdonabit? Ingens ergo Idumææ, & tibi peccator, timor incutiatur. *Igitur egredietur.* Dices me malè argumentari. Aliqui iudicati fuere, iudicium igitur omnium futurum eſt. Fateor, ſed ad hoc cauſam exponam, cur Chriſtus Dominus totius mundi, & Ieroſolymæ vaſtitatem adiunxit. Cùm Apoſtoli ſuperbam templi molem extructam quodammodo ad omnes æternitates oculis cernerent, tunc quando Dominus dicebat ſolo eſſe æquandã, addidit etiam, *Mundus* etiam obtuetur; ſigna verò erunt hæc, *ſol, luna, ſtellæ obſcurabuntur, contremiſcet tellus,* &c. Ad quid hæc coniungis, ſumme Chriſte? vt vnius experientia ruinæ non leui coniectura, mente & ingenio aliud conſequamini, *para que de la vna deſtruicion [illegible] qual ſera la otra.* Geometra aliquis, aut 8.
Aſtrologus, ingentis turris aut montis altitudinem metitur, quem attingere non poteſt; quid conſilij capiat? expectat parumper donec montis vmbra protendatur, ac tunc metitur perfacilè pedibus, nõ oculis tantùm. Egregius item pictor in parua tabula excelſos montes, aut viridantes colles, ciuitates, aut templa exprimere alta cùm non poſſint, adumbrat paululum ea quæ aperta & eminentiora ſunt, *A los claros [illegible] las ſombras al lado, Iudicia Dei montes Dei;* id eſt, altiſſimi ſunt; his fidem non habetis? hanc ſeueritatem non creditis? Ecce miſerando interitu Hieruſalem labefactata concidit, & templũ omniũ gentium celeberrimum, ecce vmbram, metimini modò orbis vaſtitatem. Quis non credat vniuerſi ruinam, ſi modò pedibus protritam, & lapides ſanctos diſperſos pedibus, oculiſque experitur? Sinite etiam vt cadant de montibus turribúſque altiſſimis & ſanctiſſimis vmbræ, vt malum valeant ſine fine nunciare (inquit D. Gregorius) occumbant in bello decies hominum centena millia, præceps obſeſſio fiat, acerba peſtis latiùs ſerpat; omnes rabidâ fame pereant, qua etiam vexatæ matres filios deuorent; vt inde quibuſdam vmbris perſpicere poſſis incendio circumdatum orbem conſumi, nutare cælum, ſtellas ſuis refigi ſedibus, mundum denique omnem interire.

Dices tamen non citò periturum; probas, quia 9.
periit Hieruſalem, id id iam conſequar, & conuincam. Inquit enim Deus Ezechieli, *Sume tibi gladiũ, radentem pilos, adducéſque ſuper caput tuum & barbam,* & in aërem proiicies, & ex ſim ferics illos, *& gladiũ nudabis poſt eos.* Verùm quomodo inde ſequitur, vniuerſale iudicium futurum? quod ſignum aduentus tui? Ipſe Dominus mentem ſuam explicat, aperitque ſententiam. *Iſta eſt Hieruſalem, in medio gentium poſui eam.* Mundus iſte maximus homo dicitur analogicè, cum μικρονόσμον, cum paruo mundo hominis, caput, manus, & pedes habens. Ea verò mundi pars caput

a Tom. 2. hom. 13. in c. Matth. 4. ante fin.

Iſai. 25.

Aduentus iudicis ex variis locis & argumentis ſuadetur.

b Epiſt. 80. ad Heſichiũ.

6.

Cur Chriſtus Dominus vaſtitatem Ieroſolymæ cum incendio totius orbis coniunxit.

Ab inductione cogitur argumentatio.

c Lib. dialogorum.

Cap. 34. *Confirmatio ex loco Iſaiæ.*

Obiectioni reſpondetur.

Simile.

Quis non credat totius orbis finem ex Ieroſolymitana vaſtatione.

Citò etiã periturum oſtẽ Ieroſolymæ argumento conuincitur.

Ezech. 5. 1.

iure appellabitur, quæ præſtantiori ſitu gloriæ laudibus condecorata inſignibus eminentiorem tenet locum. Talis eſt Hieruſalem in aperto montis ſupercilio Sion ædificata, illuſtri quidem & conſpicuo loco, vt ob ingentem ſui altitudinem vndique cerneretur; ita quaſi cornu nuncupatur, quod in animalibus pars eminentior eſt, cæteris omnibus ciuitatibus locupletiſſimis, & præclaro laudum encomio nobilitatis, famâ & gloriâ longè maximè præſtabat, ſummi enim Dei religioſiſſimo templo fruebatur, ex quo veluti ex capite ſenſus omnis, motus, cognitio Dei in alios permanauit. Caput mundi verè igitur Hieruſalem, barbæ capilli filij ſui ſunt, barbaræ ſeruituti partim addicti, partim addicendi. Hoc ita certum eſt, vt hac de cauſa D. Matthæus & Iſai. de excidio Ieroſolymitano agentes, repentè, quaſi per ſaltum, &, vt videtur, incongruè ad poſtremam orbis vaſtitatem tranſiliant. Verùm hic inopinatus tranſitus facilem reddit analogiam, quæ eſt inter caput & corpus; ſicut ſimiliter Iſai. 24. *Ecce Dominus diſſipabit terram, & nudabit eam*, & ex hoc iudicio Ieroſolymæ ſtatim ad iudicium orbis pergit, *Luxit, & defluxit terra, & infirmata eſt, & defluxit orbis.* Nam ſi oculis cernis iam in edito tabulato præciſum caput, & ſanguine & ſpiritu vacuum, albentia ora pallere, in carnificis manibus, è nigro capillo, aut hiſpida barba pendere, licèt modò corporis truncus anhelet, & ſpirituum agitatione huc illúcque ad momentum vertatur, num in multo tempore poterit durare? vel ad vitam reuocari? Iam caput orbis Ieroſolyma iudicium ſubiit, vt apertè prophetauerat Dominus: igitur imminet tibi, ô munde, ô terrarum orbis, clades maxima, impendet fatalis ruina. Id iam ex ipſius iudicij propoſita materia infero, quam peccata, & ſcelera conſti-

10. tuunt, Eccleſiaſtes 3. *Vidi ſub ſole in loco iudicij impietatem, in loco iuſtitiæ iniquitatem, & dixi in corde meo: Iuſtum & impium iudicabit Deus, & tempus omnis rei tunc erit.* Omnia tempus habent, Deus temperat omnia nutu, iuſtitia & iniquitas inuertuntur, alia alterius locum occupat, & agit partes; inde benè inferes, non deerit iudicium, quod illas diuidat; nam fieri non poteſt, cùm terra omnis careat æquitate, illam non cælo delabi. Rixantur duo ciues, & præmiſſis maledictis educunt è vagina gladios, concurrunt ſenes, propinqui in pacificatione ſe interponunt, ne ad iuſtitiæ fideles miniſtros res deferatur, & ſilentio res obuoluitur, nihil eſt deinceps, ſed pacificos enſes, & ſanguine vacuos reddunt in vaginas: verùm quando in foro concitatur rixa inter equites, & ex vtraque parte præſtringunt oculorum aciem mille gladij, non quæritur pax, imò ipſi affines & parentes inuicem ſe petentium, inclamant, iuſtitia, iuſtitia. Confluant omnes iuſtitiæ miniſtri, magna incendia, magnus tumultus, excitati ſunt, mille homines pereunt, mille nudati gladij. Sic ſimiliter verũ eſt, licèt homonculi contra Deum inſurgant, ad pedes tamen ſacerdotis abiecti peccata expiant, quibus Deum offenderint; ſacerdos benignas præbet confitentibus aures, placat omnia, per confeſſionem peccata delentur, & prius vitam amittet, quàm peccata cuiuſquam aperiat: & prius hæc orbis machina diſſoluetur, quàm Deus non promiſſis ſtet ſuis. *Es iuſticia de amigos, y de entre compadres.* Verùm

Ipſa peccata [illegible] futurorum eſſe iudiciorum denuntiant.

Simile.

quando hæc orbis platea plena ſit iniuriarum, mendaciis, inuidiis, rixis, ſceleribúſque hominum, vbi periuria, nulla charitas, nulla miſericordia ſit, veritas omnis abſit, & ſanguis ſanguinem tangat, ſanctiſſimi viri, parentes, fratres ſupplicabunt, conquerentur, & diuinam iuſtitiam inclamabunt, & illorum cauſa vltrix iuſtitia feſtinabit, & propter iuſtos clamantes *breuiabuntur dies illi*, citiùs adueniet iudex, & certiſſimè. *Ecce Dominus egredietur.*

Iuſtus & æquiſſimus eſt. Quod ita à natura ſua habet, vt cum ipſo, & ex ipſo orta fuerit iuſtitia. 11.
Egredietur virga de radice Ieſſe; ab incunabulis hoc inditum habet, non poſſe nimirum iniquitatem æquo animo ferre. Vidit vexatum populum immanitate, barbaræ & efferatæ Ægyptiorum genti ſubiectũ, & quaſi diriſſimæ addictum ſeruituti, excandeſcit, & quaſi ſedem, & ſplendidum gloriæ ſolium relinquit, dicens, *Et nunc quid mihi eſt hic, dicit Dominus?* quid ago? quid molior? quid hîc cogito? & ita illius iudicia debitum illis curſum æquitatis ſemper tenuerunt, ita vt nolit nos id diſcutiamus, *ſitne iuſtus*; nec mihi in his diutius immorandum erat. Inquit enim apud Ezechielem, *Non eſt æqua via Domini, nunquid viæ meæ non ſunt æquæ domus Iſrael, & non magis viæ veſtræ prauæ?* Quaſi diceret, quid hoc eſt? in his dubitandum? hoc ne ſciſcitandũ erat. Id, obſecro, tua maieſtas probet, & demonſtret. Nolo, ſufficit meipſũ explicare, & dicere, vos impij & iniuſti, ego verò iuſtiſſimus & rectiſſimus. Prima enim principia terminorum indigent explicatione, non probatione: cognitis namque terminis per ſe luce meridianâ clariora fiunt, talia ſunt ſtatuta diuinæ æquitatis, de quibus aliquando dubitamus ignorantiſſimi homines, quòd ea non percalleamus; vbi verò eorum plenam aſſequi intelligentiam datur, non ſecus illis mens acquieſcit, quàm geometricis principiis: itaque repetuntur, & declarantur à Deo iudicia ſua erga impium & iuſtũ exercita, quòd id ſatis ſupérque erat. Deinde quia etiamſi explicatio non ſuffeciſſet, nulla omnino ratio reddi poterat; nam quæ maxima ſunt, ſibiipſis tantùm cõparantur. Quàm benè Cicero vt crimen parricidæ exaggeraret, *Matrem* (inquit [a]) *tuam occidiſti, quid dicam amplius? matrem tuam occidiſti.* Extenuaſſet facinus eximius orator, ſi alteri, quantumuis grauiſſimo, cõparaſſet, ſibique ipſi conferens ſummè amplificauit & extulit. Præ-
12. terea, quia maxima quæque & vaſtiſſima, non ab aliis, ſed à ſeipſis dependent, & ſibi nituntur, contra minora ab aliis pendent. Sicut ſacra templi anathemata, vel vota à ſummo tholo dependẽt, tholus nititur teſtudini, iſta fornicibus, fornices muris, & paraſtatis fulciuntur, muros ſuſtinet ſubſtructio, hæc terræ inſidet, terram verò in medio aëre pendentẽ à quónam ſuſtineri dicas? à ſeipſa, ſicut videre eſt in Pſalmo, *Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſæculum ſæculi*, non commouebitur. Quid cælum, axibúſne voluitur in gyrum? & axes ipſi quibus fulciuntur polis, cùm extra ſupremũ cælum nihil ſit materiale? ſibiipſi innititur moles tanta, in ſeipſam concamerata quaſi ſphærica teſtudo; ideo enim dicitur firmamentum, quia in ſe firmatur, nullibi incumbens, vt Pſalm. *Extendens cælum ſicut pellem, vt tentorium, qui tegit aquis ſuperiora eius.* Si ergò in creatis rebus, quæ ſibipſis connexæ ſunt, aliquid

Iuſtus & æquiſſimus iudex expectatur.

Non eſt cur diſcutiamus ſitne iuſtus Deus.

Cap. 18. 25.

Quæ maxima ſunt ſibiipſis tantùm comparantur.

a Orat. pro matre contra filium.

Simile.

Pſal 103. 5.

Ibid. 2.
P. Prado in Ezech.

tepe

reperimus independens, imò in his inferioribus, quæ natura & conditione caduca ſunt, quædam inuenimus adeò firma & ſtabilia, vt ſeipſis firmentur, quid mirum ſi diuina veritas ſeueritaſque ſibi nitantur, & diuina æquitas iuſtitiæ ſuæ nullam præter ſeipſam rationem habeat, ſed illi credere oporteat, quia *ipſe dixit*; huic verò fidendum ſit, quia ipſa decreuit? Nulla ergo redditur ratio iudicij diuini; nihilominus tamen popter rudiores & ignoranciores iudicia ſua ponderi & ſtateræ comparauit, *Pondus & ſtatera iudicia Domini ſunt.* & ſi fortè aliquis in examen vocaret ea, ideo ipſe priùs in iudicium vocat. Iſai. 28. *Ponam in pondere iudicium, & iuſtitiam in menſura.* Hieronymus vertit, *in pondere*, alij *lineam*, alij cum vulgato, *libram extenſis brachiis*, quam pondus vocamus. Quare Deos has menſuras apud ſe retinet? nempè vt breuiſſimè iudicium expediret: vt enim ſi cannam, aut regulam ſupra pannum extendas, reipſa per ſe loquitur, vtrùm ſeruetur æquitas. Ita ſummi Dei iudicium æquitatis virgam extendendo mox pateſiet, tu non percommode venis, ito in barathrum; tu Chriſto diſſimilis es, to huic regulæ crucis aduerſaris, non quadras, diſſimilis es, iam tibi prædicatum fuit, quòd *cùm apparuerit, ſimiles ei erimus.* Finis adeſt iudicij; quando enim menſura vel pondus iudices ſunt, non voces, non allegationes accumulamus, *luego baxan la cabeça al juicio del peſo los hombres.* Quare crucis ſigno perſpecto omnis iniquitas opilabit os ſuum, eia, actum eſt de nobis, omnia perdidimus, *ea condenados ſomos, no ay mas pleito, a la carcel, al infierno, no ay mas bachillerias delante del peſo de la juſticia de Dios. Pondus, & ſtatera*, &c.

13. Prou. 16. 11. *Pondus & ſtatera iudicij veritatis ſymbolum ſunt.*

Simile.

14. Credo, inquis, iuſtum eſſe Deum, duo tamen cum tanta æquitate coniungere non poſſum. Video enim vitia vſquequaque graſſari, peccatis exæſtuare homines, &c. Neque eſt qui iudicem aduocet, & dum non ignorat iuſtitiæ non tribuo. Imò potiùs in hoc iuſtitiæ legibus conſulit; ſanctum enim eſt, & antiqua lege ſtabilitum, quòd ſi ob graue crimen fœmina prægnans in vincula conijciatur, non ſtatim morti adiudicetur, etiam iuſtiſſima de cauſa damnata: piè & benignè innocenti paruulo in maternis viſceribus occluſo conſulentes, ſaluus ſit ille, ſoluat licèt poſtea pœnas nocentiſſima mater. Ad quid cogitatis hunc mundum à ſummo rerum opifice Deo fuiſſe procreatum, niſi ad id quod millies D. Paulus prædicat? vt in admirabilem gloriæ lucem illos ederet quaſi mater, quos ab æternitate præſciuit, & beatitudini deſtinauit. In quibos iam partui vicina natura parturire videtur, & diuina iuſtitia menſes diéſque dinumerat, vt nec vnius horæ ſpatium nocentibus concedat: quod probat egregiè aureũ flumen orationis Chryſoſtomus[a]. *Hic igitur non punit, vt ſuam oſtendat patientiam, & ex optima per pœnitentiam mutatione potentes ſaluari ſaluti non præripiat: ſi namque ſtatim poſt peccata puniſſet, & interemiſſes, quomodo ſaluus fuiſſet Paulus, quomodo Petrus, qui ſunt orbis terrarum ſummi Doctores? quomodo Dauid ex pœnitentia ſalutem comparaſſet?* Loquatur huius Pauli magiſter Paulus Rom. 8. *Nam expectatio creatura*, id eſt, mundi, *reuelationem Dei expectat. Impoſſibile enim eſt, mundi anxietatem finem non habituram, & ſpem feruentiſſimam, & calorem tarditatem*, vt ait Hilarius. Quare ergo luctantes Iacob & Eſau in ventre ſuſtinet Dominus? *Non volens vtique. ya el mundo huuiera dado vn eſpantoſo cruxido: mas no quiere Dios que mal para, ſino que eſpere. Scimus enim, quod omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc.* O gemitus! ô dolores! ô ſigna inſtantis partus! *Signa in ſole, luna, & ſtellis.* Iuſtitia ergo non dormit: nam etiamſi modò grauida mulier dormiat, & comedat, & rideat; horam tamen partus præſcriptam & à iuſto iudice expectatam non præteribit.

Cur Deus grauia crimina impunita relinquit.

Simile.

a Hom. 49. ad populum longè ante finem.

In hoc. Iuſtum eſſe ingenuè confiteor, verùm ſuperat mentis captum, nec percipere poſſum quomodo iuſtus ſit, cùm tantummodo propter ſcelus cogitatione admiſſum, & ſecreta voluntate commiſſum ſuppliciis mactet æternis: nam D. Thom. aſſerit peccatum eſſe tergiuerſationem, & conuerſionem, qua mens à Deo ad creaturas conuertitur: ſi hæc eſt breuiſſimi temporis, parui momenti, facilè nónne in homine ferenda eſt, qui arboris eſt veluti leue folium; ergo culpa breuis temporis parui momenti pœnâ compenſanda erat, non cruciatibus ſemper duraturis, & æternitate punienda. Noui iam (inquit D. Chryſoſt.[a]) vnde veniam ad iſtos ſermones, multa tibi peccata ſunt, lapſus es, fiduciam non habes. *Rationem tuam (peſas con el peſo de tu caſa falſo) & verum ſequi naturam exiſtimas, interim, inquis, gehenna expectatione animam non conficiam, interim hic gaudebo.* Vides vnde oriuntur iſtæ queſtiones, & nodi, quos nec ſcis, nec velles vt ſoluerentur? audi eundẽ quem tu citaſti Doctorem; ait enim D. Th. in peccato duo eſſe, & quaſi à conſequentiâ, conuerſionem ad creaturam, quod iniquum eſt; & auerſionem à Deo, quod impium. Et quid mali in hac conuerſione eſt? Summum: nam opere ipſo, & quantum intereſt, à Deo eſſentiam & maieſtatem tollis, dum vice eius creaturas ſic amas & colis. Tãta ergo, & inſuperabilis nequitia, quæ à Deo vitam, eſſentiam & bonitatem infinitam ſurripit, æternâ Dei orbitate igne perenni puniri ęquiſſimum eſt. *Iuſtus es Domine, & rectũ iudicium tuum.* Verùm hoc iam non populari trutinâ, ſed aurificis ſtaterâ ponderanda & metiẽda ſunt, ideo illius iudicia menſurâ & pondere examinantur. Eia, dato lances, & æternum gloriæ pondus in illam immitte, nónne futuram illam credis & ſperas? ita. Alia in lance pellicientis carnis fluxa voluntas collocetur, vel turpe lucrum, numi aurei. Scis te huius cauſâ ſceleris Deum ipſum derelinquere & repudiare; & tamen aſſentiris, & vis propter leue & caducũ bonum, æternas delitias, & liquidas voluptates deſpicere, quarum nunquam eſt immoritura ſuauitas. Ergo Deus minimè eſt iniuſtus, ſi ex alia parte ponat ſempiternas inferorum pœnas. Id probo, nã ita potens erat ad veſtros animos alliciendum æterna beatitudo, ſicut ad puniendum & deterrendum duratura ſupplicia: tu tamen malè æſtimas, & iniuſtè ponderas, dum amore creaturæ miſſa facis illa bona, & non times illa mala: quid mirum ſi Deus talem culpam æquali pœna cõpenſet, non ſceleri tuo, ſed impudentiæ, ſtultitiæ, & temeritati; his enim necdum eſt pœna condigna tartarus: verùm tanta inſania digna eſt tartaro.

15.

a Hom. 50. ad populum poſt princip.

Dignè puniuntur auerſio à Deo & conuerſio ad creaturam æterna pœna.

16. *Probatur ratione.*

17. *Ita ſapiens eſt vt iuſtus. Et requieſcet ſuper eum Spiritus ſapientiæ.* Siſte Pater, non eſt cur id confirmes, libenter concedo; iuſtitia enim & ſapientia in Deo idem ſunt: cùm igitur iuſtum probaueris, ſapientem etiam eſſe pro comperto eſt. Verùm illud demiror maximè, quid ſit, quòd tandiu illius ſapientia occultetur, & quaſi in tenebris deliteſcat, vt eius opera teſtantur? nam dic, quæſo, ſi legum à Patre conditarum conſultiſſimus eſt, quare capita iudicij in tam leuibus rebus conſtituit? quia nempe potum aquæ frigidæ ſitienti, etiam conſilium, nudato veſtem diuites non erogauerint, certè minutiora hæc miſſa faceret, ſi peccata, quæ nunc in hac ciuitate graſſantur, non ignoraret, (quæ peccata libeat hic referre tranſeunter, nullis ſigillatim expoſitis.) Hæc, inquam, atrocia crimina tanto vindicatore iudice digna ſunt. Grauis equidem quæſtio, Chriſtiano tamen facilè exoluenda. Miſericordia frequens ſolet eſſe tribunal, ad quod appellat paſſim peccator, *ad Deum* appello, qui miſericors eſt. Itane tantum miſericordiæ tribuis? ego effugia iſta occludam, & fores claudam, vt quacumque perſuadere velis, temeritas tua iram aduerſantem inueniat. Quando nobilis pater (ait Chryſoſtomus [a]) filium corripere verbis, & flagris cædere parat, quia diſſolutus, procax, contumelioſus,

Quare Chriſtus capita iudicij in leuibus rebus conſtituerit.

Effugia ſolita miſericordia occludit Chriſtus.

[a] Ad popu-lũ hom 50.

18. & feris ipſis brutior, ipsâ indulgentiâ euaſit, timet matrem impeditutam filij ſupplicium; ideo non ad ſecretiora domus cubicula ducit, ſed in proximiori cubiculo, aduocatâ priùs matre, ſic alloquitur: Ecce, domina, diſtrictus ſum iam, vt flagris afficiam filium veſtrum; quare? quid mali fecit? quid commiſit? Ego ſcio, & vos (domina) ſcitis, & ille nouit in quos tumultus, in quas abſurditates, iras, & blaſphemias prolapſus ſit. Sed hæc ego omnia miſſa facio, vnum tantùm crimen punire contentus, videlicet in te matrem ſuam contumelioſum (ô facinus) extitiſſe: ſicque inter verbera verba commiſcet, his afficeris, improbe puer, non quia in me inſolens & procax, ſed quia contra matrem inuerecundus fuiſti. O ſumma Dei ſapientia! ô iuſtum iudicium! cui mater ſilenter adeſt, nec habet quid obiiciat. *Ecce* (ait D. Chryſoſtomus) *rem tam magnam ex ſola tua domo perſuadere conor. Con exemplos caſeros te lo digo, por que no ignores coſa tan grande*; quia ſicut domus non extaret, ſi ratione non exigeret pater, ſic nec vita extaret humana, ni Deus ad iudicium accingeretur. Scit equidem Deus peccatorem ad matrem miſericordiam confugere, *magna Dei miſeratio eſt.* Hac eadem de cauſa non in angulo iudicium cauſámque diſcutiet, ſed in primis miſericordiam ad ſe vocabit, & vocem relator, & cauſæ recitator extollet. Non horum ſcelerum cauſa, quæ his libris continentur, hos homines diuina maieſtas condemnat, ſed quia amantiſſimæ matri dedecoris notam inuſſerunt, læſerunt matrem ſuam miſericordiam, & in rebus pauciſſimis opem ſuam illi denegarunt. Hoc maximum crimen, hæc noſtra ſumma iudicij opere exequenda. Hac de cauſa accuſationis capita ſunt potus frigidæ denegatus, veſtis, panis fruſtum, peregrinus non ſuſceptus, infirmus non viſitatus. Verumtamen ne cogitetis cætera crimina me prorſus latere, aut penitus eſſe obliterata, & obliuione conſepulta, vt ſine iudicij calculo ſilentio inuoluantur,

Simile.

hæc de meo Propheta Amos auſcultate 1. & 2. cap.

Dicite Damaſcenis, equitibus, inquam, &
19. principibus, qui præter ſua crimina hæc etiam contra miſericordiam ad illorum cumulum addiderunt, qui roſtris, & ferreis tribulis ſubditos terunt, & labores illorum, ſudoréſque exhauriunt, & miſerorum paupertate diteſcunt, & locupletantur. Dicite Philiſtiim, qui Gazam incolunt, qui opibus potentes ſunt, & orbi toti dominari videntur, qui iam ſcelerum ſuorum menſuras expleuerunt, quia ditiſſima ſeruituti ſibi ſubiectos addixerunt aſpere illos accipiendo, in diſcrimen animarum adduxerunt, vt ſerui fierent Idumæorum, hoc eſt, dæmonum. Quid enim faciendum homini miſero, & acerba calamitate vexato à potente & nobili, niſi veram abdicare fidem, & relictâ vera religione in idololatratum caſtra ſe conferre, Iudæorum inſtar? vt exponit quidam interpres, graues etiam intentando minas habitatoribus Tyro, qui innituntur aquis, & cæteris vaſta maris æquora ſulcantibus mercatoribus; illorum peccata probe tenen, turpia lucra & fœdera, quæ inter immanitate barbaros conſtituunt, nec humanis nec diuinis ſtant promiſſis, religionis iura impudenter violantes, *Non ſunt recordati fœderis fratrum, omnia aurè argentique fame & lucro metiuntur. Dicite Idumæis, & illos efferatæ crudelitatis inſimulate.* Filiis Eſau quos imitantur Turcæ & Barbari à Mahometa monſtro teterrimo geniti homicidia & ſæuitiam obiicite, inſaniamque, quæ omnia gladio defendere inſiſtunt, *eo quòd perſecutus ſit in gladio fratrem ſuum.* Dicite Ammonitis Romanis idololatris, qui eò dementiæ & iniquitatis peruenerunt, vt prægnantes mulieres in fruſta decerperent, dilaniarent, & filios acerbiſſimâ morte mactarent, vt Eccleſiam inſequerentur, & tenera filiorum corpora laniarent, ac multiplici tormentorum genere illos perimerent, *eo quòd diſſecuit prægnantes.* Dicite Moabitis à Iudæa procul auulſis, qui à vera fide & religione deſciuerunt, & à recto veritatis tramite deflexerunt hæreticos, Apoſtatis, illorum turpiſſima flagitia non me latere; ſcio enim extraxiſſe è ſepulcro oſſa regis Idumææ, & *in cineres, & tenuem fauillam ea redegiſſe*, & illeniſſe murum eius, in eo enim ſolum laborant, & decertat induſtria eorum, vt innouent & inſtaurent peſtiferas ſectas, vt hæreſes, & illorum perditos authores, & principes impura labe conſperſos, pædore deteſtandos, & infra mortuos amandatos ab ipſis inferis excitare quodammodo videantur; quibus errorum libros poſteritati relinquunt, & ſacram doctrinam quaſi per manus traditam obliterent, & ſacroſanctum librum diuinæ paginæ mortuis cineribus inficere & maculare contendunt. *Dicite* Iudæis electis, ſatis mihi non ſua eſſe peccata, *eo quòd abiecerint legem Domini*; illorum enim peccatum eſt aures obturare veritati, & primo meo in terras aduentui, vt ſemper in tenebris deliteſcant, genio, auaritiæ, & liberalitati ſeruientes, nec Chriſtum confitentes, nec Patrem reuerentes. Ecce non ignoro grauiſſima mundi peccata; ſed omnium maximum eſt, quia in miſericordiam committitur, ferre non poſſum,

Peccata ſua ſigillatim cuilibet generi obiicit.

Peccata principum.

Peccata diuitum.

Peccata mercatorum.

Peccata gentium.

Peccata hæreticorum.

Peccata Iudæorum.

Digitized by Google

ſum, *eo quòd vendiderunt pro argento iuſtum, que por no dar vn real a vn pobre, ha eſpirado de hambre. Et pauperem pro calceamentis, que ſe han dexado cohechar por vn par de çapatos.* Et me ſeueriſſimum iudicem nec pauciſſimis rebus ſubornare voluerunt, his peccatis non eſt danda venia, quia tibi optima mater pietas, hanc iniuriam intulerunt; quare nemini pateant portæ, dum pœnas luunt, & merita recipiunt digna mali.

Inſtante iudicio quæ contingent.

21. Ecce igitur iuſtum, ſapientem, & fortem Samſonem, qui vt altet vincula dira abrupit, & portas cardinibus ſuis dimouit, & veluti columnas amplexatus domum omnem ſolo æqoauit, ludentes potantéſque in laotiſſimu conuioio proſtrauit, occidit, terra lapidibus obrutos, & conſepultos. Sic derepentè diuinus iſte Samſon columnas orbis, elementa concutiet, & omnia huius laquearia firmamenti fracta collabentur, columnas & elementa proſternet; Solis, lunæ, ſtellarúmque ſplendor atris tenebris obducetnt, *Dominus ſicut fortis egredietur, & ſicut vir præliator ſuſcitabit cælum, & elementa calore ſoluentur*, omnibus ſio extinctis;

Tuba iudicij.

22. Tuba perſonabit, *ſurgite mortui, venite ad iudicium*; quæ vox breuiſſimo temporis ſpatio terra, mari, cælo, mortuos omnes fluctibus merſos escirabit, vocabit beatorom agmina mentium. Quis hunc aduentum, terrorem, multiplicem oris habitúſque varietatem viuis theatrorum coloribus poſſit exprimere? Impiorum horrendas facies ante audientium oculos proponere contemplandas? *Facies combuſta vultus eorum.* Contrà verò iuſtorum facies hilares, alacréſque, & riſu quodam perfuſæ, *Seminatur in corruptibilitate, ſurget in gloria.* Quemadmodum cryſtallina laterna auro diſtincta, quando candido cereo ardenti illuſtratur, quàm ſplendida, quàm lucida emicat! ſic puræ animæ intacta & illibata corpora animabunt, & ſplendidiſſimæ lucis radios, & fulgeotiſſimum iubar emittent. Quid erit oculis intueri tanto lumine circumfuſa, & pulcritudine decorata virorum agmina beatorum? Verùm improborum quid dicam? vidiſtis nitidam vitro conflatam ampullam, cùm in illam atramentum infun-

Impiorum facies venientium ad iudicium.

Simile.

Simile.

23. dunt, quæ ſubitò carbonis inſtar nigra, deformis, malè olens remanet; ſic animæ libidinoſorum delicata corpora, & voluptatibus debita, occupabunt, & inficient. Quis audebit ad mortis infelicem gregem oculorum aciem conuertere in manu ſiniſtra locatum? nun cernitis illos pendentibos è collo funibus, & ſupra capita inſignibus ſcelerum ſuorum impoſitis? non obuerſantur ante oculos veſtros pallentia mœſtorum ora, triſtes, & ſordidatæ facies, & illis ſempiternæ damnationis ſoperſcripta ſententia, periuros, & blaſphemos, lingua deuincta chamo, elegantes iuuenes, & procaces, cilicinis veſtibus indutos, cinere reſperſos, & vnguento deliburis capillis, dirâ confectos macie, & ſqualore vultus; cernite libidinoſos ſapone perfuſos, corporis forma præſtantes, deformatos leprâ, putridà ſanie, & fœdis vermibus ſcatentes, tabificis ſerpentibus, & draconibus cinctos, qui miſerorum ilia corrodunt, viſcera mordent, otioſos, iracundos, luſores chartarum inſignibus viſceribus enſe transfixis, ins ta Apocalypſis

Apoc. 18. 7. decretum, vt debita perſoluant, *Quantum glorificauit ſe in delicijs ſuis, tantum date illi tormentum & luctum.* Verùm iuſti incredibili perfuſi voluptate, ſpem bonam habentes, lectiſſimæ inſtar ſponſæ, quæ auidiſſima eſpectat ex regia curia mundos muliebres, pretioſas veſtes; lautæ ſupellectilis arcæ aſportantur, reſerantur, explicat Phrygianos limos, aut Attalicos, illum candidum, alium fuſcum, alium conchyliatum, collo torquē inijcit, digiti annulis ſplendent, monilibus brachia cingit, aduentum ſponſi ardentiſſimè ſpectat. Sic ſe habebunt pulcerrima iuſtorum corpora, & puriſſimæ animæ, quæ intactam illibatamque vitam, nullis maculis infectæ ſcelerum, piè ſanctéque duxerunt. *En hora buena trabajamos.* O felicia certamina! ô tanta præmia! ô felices labores, quos æterna requies fuit conſequuta.

Simile.

Tunc videbunt filium hominis, Apoc. 19. equo inſidentem albo, purpura indutum, aureo diademate coronatum, hoc inſignitum nomine, *fidelis, & verax, & cum iuſtitia iudicat, & pugnat*; oculi illius ſunt duæ ſplendidiſſimæ faces, lynceis oculis hominum cogitationes, & intima cordis arcana penetrabit, Mich. 1. *Egredietur Dominus de loco ſancto ſuo*, & conculcabit ſuper excelſa terræ cogitationum ſecretiora, & occultiora verborum, & operum aperiet fundamenta. Solis inſtar micantia vulnera in roſea nube carnis defixa, quæ radianti lumine circumſepta, & ſanguine tincta perditis ac profligatis timorem incutiet, & fatalem eclipſin tota mente, totiſque artubus perhorreſcent. E regione iuſtis rubicunda veluti aurora fugans cæcam noctem, optatum diem reducens, atras tenebras fugans, lucem vehens, gaodium affert gloriæ ſempiternum. Vnumquemque in locum ſibi debitum Angeli deferent, non vt cuiuſuis voluntas aueat; nullius enim ibi regnabit impetium, nullus ſeſe iactabit faſtus, non ſublimia vlla loco aut infima erunt, *ſtabunt enim oues*, aceruati & coniuncti veluti oues erunt. Deinde rapiemur obuiam Chriſto in aëra, & in terra manebunt impij, vt quando in aliqua venatione columbarum agmen in aperto loco conſiſtit venator, ſclopum celer diſplodit, & plurimas occidit; hæ ſeſe terræ immiſcent, & volutantur in puluere alis contendendo, & animam eshalando, mortoæ reſolutis membris fuſæ humi hærent ſolo; aliæ hilares alacréſque volant, vitæ diſcrimine liberatæ turris faſtigia petunt. Sic voce Angeli, ſclopi inſtar timidi mortales artus induent ſuos immortales, ſi liberè volant, ſolutique concedunt, alij remanent telluri conglutinati, vt tenacibus infetorum vnguibus rapiantur. *Turbabuntur timore horribili*, Sap. 5. & ſanctiſſimæ Virginis auxilium, opémque implorabunt tanquam anchoram, & commune aſylum generis humani ad illud ſeſe recipient. O dulciſſimæ voluptatis paradiſus, vbi ardentiſſimus amor ille omnium requieuit! Dulcis & ſuauis miſeris & afflictis, quis vnquam ad te confugit, cui non benignas accommodares aures? quis vnquam hunc vultum ſubitaneum vidit? quis vocem aliquam ab hoc mellito ore emiſſam audiuit clamoſam, aut ita prolatam? cùm tu potentiſſima ſis regina, quæ non tam obſecrando, quàm iubendo in palatio ſummi Regis filij tui res cauſáſque diſponas. Vacui ne abibimus falsâ eluſi ſpe, quam omnes meritò de te ſummi Dei matre regina polorum mente

24.

Aſcenſus iuſtorum ad iudicium.

Simile.

Fruſtrà ad Virginem ſe conferent.

25.

Card. Petr. Damian.

mente animóque concepimus? Abiit, exceſſit (inquiet) tempus illud miſericordiæ, non videtis iam nos in ſoliis & thronis iuſtitiæ conſediſſe? Ego autem venio, vt iudicer, vt approber ab amantiſſimo filio, vt ora comprimam, aures obturem, nec ſupplicum preces, obſecrationes percipiam. *Noctu tacere feci matrem tuam.* Et ſi aliquid ſum dictura, dicam quod ſentio, & quod eſt alta mente repoſtum: æquum enim eſt, & rationi conſentaneum, vt qui dimidium animæ meæ lumen oculorum meorum contempſerunt; vos, inquam, qui cruci affixiſtis, & illius ſanguinem inſanis ſumptibus profudiſtis, & ampliſſimos theſauros, vt ita dicam, exhauſiſtis, repreſſum furoris impetum, & retardatum experiamini, mea vos etiam imprecatio mala conſequatur, & in æternam infelicitatem deturbet. Tunc perturbati ad ſanctiſſimum crucis labarum ſeſe colligent, ſed fruſtrà, non enim illo crucifixum inuenient, nec illius meritorum opera, fauorémque impetrabunt. *Quoniam neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à deſertis montibus, quoniam Deus iudex eſt.* Nec ex natali Dei Chriſti Domini, vnde ſalus eſt orta, nec ex mortis occaſu, & crucis, quæ mundum in veram libertatem aſſeruit: neque ex ſanctis montibus, qui ſanctorum ſunt merita, virtutum ſalutem poterunt ſperare. Quoniam Deus iudicem agit ſtrictiſſimum & ſeueriſſimum, *Quoniam Deus iudex eſt.*

26. *Finis mundi & vltima ſententia.* *Simile.*

Tunc nauis inſtar in medio pelagi conſtitutæ prædabundis triremibus circumſeptæ derepentè diploduntur tormenta bellica, puluis ille ſulphureus in cuniculis intruſus flammam concipit, & celeritate maiori quàm Æthna globos æneos vomit, huc illúcque iaculatur, bombardarum bombo perſonat mare, ardent venti, nutant omnia, dirumpit, perdit, vaſtat, concutit, proſternit, cæde & incendio armatam & munitam claſſem incendit & inflammat; ſic nauis illa humanitatis Chriſti omnibus inſtructa præſidiis ita diu multúmque repreſſa, contra omnium ſeculorum impios ſubitò horrendâ & funeſtâ voce in ſententiæ damnationis verba prorumpet, *Ite maledicti in ignem æternum.* Siſte Domine, ſiſte, nónne tu mortalium animos dulciſſimis verbis allexiſti, traxiſti, dicens: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos?* Verum eſt, ſed hac ipſa de cauſa *vocaui, & renuerunt, expectaui, & noluerunt venire. Ite*, quò Domine à te ſine æterna vita? ouis ſine paſtore, ſine miniſtro diſcipulus, creatura extremo, infinito, & deſtinato fine carebit? quò Domine? propulſa in aliquod exilium, vbi aliquo ſolatio recreentur? non; *ſed in ignem æternum.* Quomodo percommodè venit ignis, & mollis & delicata fœmina? ignis & homo delitiis affluens? Ita, vt enim illi quaſi carbones vitiorum flammis exarſerunt, æternis ardeant, & crucientur, flammis amandentur. Summe Chriſte, ſit præfinitum tempus, vt tantorum malorum videant exitum, minimè, ſed *æternum*, ſemper duraturum. Grauiſſimum verbum, quo audito cohorrent omnes. *In ignem æternum.* Saltem in tantis laboribus adſit vir ſpiritualis, cuius blándo & prudenti alloquio in miſera, lamentabili, & luctuoſa vita leniantur. Nec id concedam. *Qui paratus eſt diabolo, & angelis eius.* Malum dæmonem comitentur, illis ſociis diſcedant, abeant, quorum veſtigia ſunt ſequuti; hic ſuus ſocius flammas excitabit, ignem fouebit.

Statim atra vorago aperietur, & ingens 27.
tellutis, patebit hiatus, miſeros terra deglutiet, deuorabit, iam rebus ſuis diffidentes abſorbebit, & in æternum in horridis barathri ſpecubus conſepeliet. Portas claudet diuina iuſtitia; terram operiet aqua, quatuor elementorum duræ ſeræ ſuperimponentur, & cælorum vndecim ſphæræ æratæ, *& quaſi ære fuſa.* Ita verò incluſi & intruſi manebunt, vt neque horriſona lamenta, neque tartari vlulatus audiri poſſint. Quæ vox, qui gemitus inde in cælorum clauſtris percipietur. Occludit ianuas, clauéſque tenebroſi carceris aufert, & in puluinari ſupponit æternitatis, illud ſepulcrum obſignat, & epitaphium apponit, *Erit tempus eorum in ſeculum.* O ſeueritatem æternam! ô fatalem calamitatem! ô nunquam extinguendum ignem! ô malleus! quomodo non ſilices, non ad amantina corda concutis? quomodo non ferrea pectora domas? quæ hæc exaudiunt? tenent? credunt?

Deuorat denique inferno omnia.

Tu verò attende, & conſidera incenſum fu- 28.
rorem, & perſiſtentem motum diuinæ iuſtitiæ, *el teſon de la diuina juſticia*, in excruciandis hominibus magis magiſque etiam ex luto & argilla confictos, *cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorum, mors depaſcet eos*; & poſt millium annorum millia pullulabunt, & iterum renaſcentur. *Et poſt multos dies viſitabuntur.* Dicat Chriſtianus, *Pepigi fœdus cum oculis meis*, &c. dicat pœnitens, indignus ſum prorſus omni bono, nullo afficiar damno, qui acerbiſſimis inferorum cruciatibus puniendus eram. *Ingredere in petram*, id eſt; Chriſtum. *Quieſcite ab homine, cuius ſpiritus in naribus eius eſt.* Ingredere, antequam ille egrediatur. Hæc cogita cum Tertulliano, *Cui ſeueritati vitandæ, vel liberalitati inuitandæ, tanta obſequij diligentia opus eſt, quanta ſunt ipſa, quæ aut ſeueritas comminatur, aut liberalitas pollicetur.*

Ex iudicij præmeditatione quid conſilij capiendũ.

VERBVM FILII.
Luc. 21. v. 25.

Erunt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis, & in terris preſſura gentium.

Tempus terrificum extremi iudicij denuntiatur: iræ iudicis ſigna, peccatorum anguſtiæ: potentiæ & diuinæ iuſtitiæ ſeueritas omnium rerum finis & ſors deſcribitur.

DISCVRSVS CXXVIII.

IVDICIO opus eſt libero & pru- 1.
denti, cùm de iudicio nobis actio inſtituenda eſt, vt ratione & viâ procedat oratio, ne ſicut peccatores inuertamus ordinem rerum. Vmbras luci

ei ne permiſceamus, quod comœdia eſt, nequaquam appellemus veritatem: ſcenicam enim perſonam quis non diſcernit à vera & reali, quæ ibi effingitur? Quæ nitida, animata, & colluſtrata in tabula ſunt, quis non diſtinguat ab vmbris imagini ſubductis? Porrò imaginem ipſam quis à ſuo prototypo, non diſcernit? Huc vſque homines, ait Clemens Alexandrinus [a], veritatem comœdiam fecerant. O impietatem! *Cælum feciſtis ſcenam, & Deus factus eſt vobis actus. Aueis hecho farſa del cielo, y entremes de Dios en la tierra.* Nam ſicut in ſcena præſefert ille iracundiam qui tranquillus eſt, telo confoditur qui ſanus & incolumis, nec dolet vulnus, nec dolent aſtantes, quia ſcenica eſt confictio & actio; ſic fidei & ſalutis negotia comœdiam feciſtis, mortem non veram mortem, iudicem confictum, reſurrectionem ſomniatam, diem extremam fabulam, infernum poëſim, Deum ipſum actum, figmentum, & quaſi mendacium reputatis. Ne ergo tantus error ampliùs protendatur, detur actio & tragœdia hodierna die vobis, in qua quantum differant minima & magna, antiqua & futura, temporanea & æterna internoſcere valeatis. Hoc idem intendiſſe Dominum, *Matth. 29.* plenum fiet: nam cùm tempus ignorarent Apoſtoli, quo Chriſtus ſuam gloriam oſtenſurus erat in mundo, rogant, vt penicillo, hoc eſt, verbo ſuo, depingat illis ſigna aliqua declarationis ſuæ, manifeſtetur regnum, prodeat in lucem Eccleſia, effulgeat crucis vexillum, poteſtas Redemptoris ſpectetur. Quæ omnia vt clariora fierent, tenues duxit vmbras Ieroſolymitani excidij. *Echò el raſgo, y tendio la ſombra del vniverſal juizio en el juizio de Ieruſalen.* Tantæ enim vrbis ruina atque vaſtatio, tragœdia erat, & repræſentatio futuri iudicij. Agamus igitur ſeorſim de tragœdia, poſtea veritatem intueamur.

Vera à falſis diſcernendi dum venies vltima, nunc premedita eſt.

a Lib. adhortatorio aduerſùs Gentes.

Ieroſolymitanũ excidium vmbra iudicij.

SVMMA DISCVRSVS.

2. Tragœdia hæc primù data eſt Ioanni Euangeliſtæ Apoc. 6. 12. *Et vidi, cùm aperuiſſet ſigillum ſextum, & ecce terræmotus magnus factus eſt.* Contemplate in regia curia ſupplicium alicuius principis ob læſam maieſtatem capite mulctandi: primò enim magna commutatio & perturbatio vniuerſæ curiæ accidit: armatus exercitus, ne tumultus fiat inopinatò, per vias proximas ingruit, vicos & plateas occupat. Principes regis præſcripto exules mittuntur, proceres ciuitatis, qui rei conſanguinei ſunt, vnus poſt alium extra curiam exeunt: ciues omnes, etiam innocentiſſimos, horror magnus inuadit, fores obſtruunt & feneſtras; caput palàm præciditur, & in foro affixum manet in oculis, & clariſſima luce mortalium: ædes euertuntur, ſolo adæquantur, ſale ſparguntur; bonorum omnium proſcriptio fit: ſupplicium denique in omnium hominum documentum proponitur. Tranſeamus igitur ad ſublime illud theatrum vrbem Ieroſolymam, in quo omnium populorum principi caput amputatur. *Et primò terræmotus factus eſt magnus*, vt ira Omnipotentis, eius præſentia & maieſtas, ac denique magna rerum mutatio oſtendatur. *Ea, Dios ſale en perſona a hazer eſta juſticia. Et omnis mons & inſula, de ſuis locis mota ſunt*; aliò commigrabunt montes: quaſi dicat, omnes difficultates complanandas, quæ obices erant tanti ſupplicij, & videbantur inſuperabiles. Quare neque in mari inſulæ, neque in terra montes ingruentis Romani exercitus vim retardabunt, quorum causa (horribile ſanè) cedent è proprijs ſedibus, inſulæque ſuo ſitu auulſæ expeditam offerent nauigationem. *Exercito que tome los puertos de mar y tierra. Et ſol factus eſt niger tanquam ſaccus cilicinus.* Ecce adeſt rex proferendæ ſententiæ, & exequendæ causâ: nam *ſicut ad miſerendum illuminat vultum ſuum*; ſic ad ſeuerè iudicandum claritas eius in obſcuritatem & ſaccum cilicinum commutatur; ſicut ſi rex (vt quondam Luſitaniæ) lugubrem veſtem, aut ſaccum, ad ferendam ſententiam indueret. *Et luna facta eſt ſicut ſanguis.* Luna quid ſignificat niſi Chriſtum? ſanguinis color quid niſi ſanguinem portendit? quid enim aliud ſanguinolenta luna minatur, niſi effuſi ſanguinis pœnas promeritas? *Et ſtellæ ceciderunt de cælo ſuper terram*: hi enim viri, qui tanquam ſtellæ, & tanquam principes in regia curia obitum & ſupplicium principis impedire poterant, ne effectum ſortiretur, hi omnes Apoſtoli & diſcipuli, vel extincti, vel ſaltim diſceſſiſſe è Ieroſolyma, ſicut ficus emittit groſſos ſuos, alto conſilio diuinæ iuſtitiæ factum. *Et cælum receſſit ſicut liber inuolutus*; quaſi diceret, ipſis ignorantibus Iudæis, Eccleſia, quæ cælum dicitur, omnéſque viri iuſti, qui in ea vrbe erant, eámque defendere, vel reſtinguere diuinam iram potuiſſent: neſcientibus, inquam, impijs Iudæis, diſperguntur per orbem, vnâ ſolâ ſub gladio diuini iudicis relictâ Ieroſolymâ. *Quare nil reliquum eſt*, niſi vt omnes ingens inuadat timor, *& reges terræ, & principes, & tribunos, & diuites & fortes. A todos les tiembla la barba*, ita vt dicant montibus, *Cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum.* Prodit tandem Domina gentium, gaudium vniuerſæ terræ, capite plectitur: omnia mors, fames, & luctus occupat; plorant matronæ, & dum Chriſtus Dominus crucem baiulat, planctu & lacrymis proſequuntur illum; ad quas ille: O fœminæ Ieroſolymitanæ, nolite putare hæc feriò agi; vmbra hæc eſt venturi ſuper vos iudicij: *Nolite flere ſuper me, ſed ſuper filios veſtros, &c. tunc incipient dicere montibus: Cadite ſuper nos, & collibus, operite nos.* Iam vos putaretis, ait S. Petrus Chryſologus [a], iudicium inſtare, nihil minus, tragœdia eſt omnium malorum, vmbra diuini iudicij, quæ ab initio præſentata eſt. *Sic Angelus deijcitur è cælo.* Et hic primus actus. *Sic de paradiſo exulat homo*: & hic ſecundus. *Sic mundus diluuio deletur*; & prima lineamenta ſunt iræ Dei. *Sic gentes confunduntur linguis*; ridicula ſcena. *Dantur gladio*; & hæc tragicæ ſunt actiones. *Sic exuruntur vrbes incendio diuino; ſic terra hians vorat populum*: & ne multis, *ſic Iudæam vltor Chriſti ſanguinis Romanus deleuit exercitus.* Quid ais Pater, hæc tragœdia eſt? hæ ſunt vmbræ, & prima lineamenta futuri mali? hæc eſt miſericordia? Ita ait Chryſologus, *Hæc eſt Chriſti magna, larga, ſola miſericordia, quæ iudicium omne in diem ſeruauit vnum.* Obſeruate, obſecro, miſericordiam Dei, quę omne iudicium in vnum & vltimum diem reiecit: nam poſt primum iudicium

Qua ratione Apoc. agat de his quæ præterierant, vide P. Alcaz. in Prolegom. notat. 5. *Summa.*

Pſal. 67. Pſal 113. 6. & 7. Ioelis 5.

Supplicium vltimum orbis ſeueriſſimũ deſcribitur in vmbra Ieroſolymitana vaſtatione.

3. Pſal. 66. 2.

Apoc. 6. 12.

Ibid. 13.

Ibid. 14.

4.

a Serm. 42.

Huc vſque tragœdia iudicium & vmbra vltimi mali ſunt quæ contigerunt olim.

Digitized by Google

iudicium quis intraret in iudicium ſecundum? & ſi poſt ſeueram primam iuſtitiam nos de more noſtro in peccata prolaberemur, quod nefas, quæ impudentia eſſet? ideo *iudicium omne in diem ſeruauit vnum, & homini totum tempus ad pœnitentiæ deputauit inducias.* Quid ergo ſunt

Mirabilis & vrgens Chryſologi ratio.

hæc, quæ tu numeraſti ſupplicia? quid? *Miſericordia, fratres, quæ implet cælum, replet terram. Si eſta es miſericordia, qual ſerà ſu juſticia?* Si Chriſti paſſio, quam *ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ* peregit Deus; ſi Ieroſolymæ excidium peſte, fame, & bello completum inaudito, miſericordiæ & pietatis, induciarum nomen obtinet; ſi vt vniuerſi finis clariùs in tabula Euangelij videri poſſet, tanquam vmbram ſubiecit famem horrendam, peſtem teterrimam, & bellum exitiale, & tenui penicillo prima ſigna iecit, *in ſole, luna, & ſtellis*; ſi tantum lateque diſperſum malum fatalis perſecutionis, & in Apoſtolos deſæuit, & nefaria cæde necantur iuſti Iacobus, Stephanus, & alij, *& hæc initia ſunt dolorum*, malum ſine fine, malum extremum, fatale, inopinatum, infinitum, & ſempiternum, quis valeat enuntiare? Nunc ergo finita tragœdia & vmbra, de veritate agamos.

5\. *Secunda pars discursus.* Quare cùm mihi verba deficiant, quibus inſuſtentabilis iræ Dei diem exprimam, illis vtar, quibus concionatorum maximi rem totam in ſummam quandam redigere conati ſont.

Pſal. 7. 12. David, *Deus iudex, iuſtus, fortis, & patiens, nunquid iraſcitur per ſingulos dies?* longiùs & clariùs eadem in Bernardo [a] leges.

Summa diei vltimi

a Hæc in ſeſu, tract. de interiori domo. cap. 38. in prologo. in vita S. Malachiæ.

Vndique erunt tibi anguſtiæ, hinc erunt accuſantia peccata, inde terrens iuſtitia, à dextris armata potentia, ſubtus patens horridum chaos inferni, deſuper iratus iudex; intus vrens conſcientia, foris ardens mundus: ſi iuſtus vix ſaluabitur, peccator ſic deprehenſus in quam partem ſe premet? His omnibus quaſi dimenſionibus qoidqoid de futuro iudicio comprehendi poteſt, in ſummam redactum eſt, quas vt Epheſij comprehendere valerent, quotidie aſſerit Paulus genua flectere ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, *Vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo & longitudo, ſublimitas, & profundum iudiciorum Dei*, vt explicat D. Auguſtinus [b]. Singula diſcutiamos.

b Tom 10. lib. 50. Homil hom. 4.

6\. *Deſuper iratus iudex.* Tanta, ac tam acerba iudicis erit ira, vt omnes ſeſe res creatæ in ſceleſtum vindices Deo ſint oblaturæ, & diuinæ iuſtitiæ triſtiſſima ſigna præbebunt. *Erunt ſigna in ſole, luna, & ſtellis.* Fluctuabit feruens mare, indignationis iram remouet, & fluctus ad aſtra, ad ſolem, ad lunam vſque immittet.

Chriſti Domini ponderantis repentina aduentus iræ Dei.

Irati iudicis ſigna.

Domine, peccauit ſol? io quo terra deliqoit? Quare ille rubet, hæc contremiſcit? *Erunt ſigna* (ait Dominus) Dei, propter peccatum inflammati. Signa ſunt hæc, & quaſi linamenta furoris, *vn raſguño de la ira de Dios*; nam quando quis ebrius eſt, vel ira percitus, turbatur, & contremiſcit: tremor autem cùm præcipuè in manibus fiat, omnia, quæ in eis gerit, exturbantur, & decidunt; cùm ergo *in manu Domini omnes fines terræ ſint*, & tribus quaſi digitis molem magnam appendit, cælos palmo concludit, & ſeptem gubernatrices mundi ſtellas in manu geſtat, *Apoc.* 1. totus irâ turgidus, & quaſi tremens, quidquid in manu gerit, excutietur, tremore agitabitur, & ille commutabit, & irritas faciet naturæ leges tot retrò ſeculis ſeueriſſime ſtabilitas & conſeruatas; terræ enim machina ingentia palatia & montes iaculabit, mare ſpumas ad aſtra expuet, cælum aſtra diuulſa ſuis ſedibus exturbabit; venti tonitruorum ſtrepitu nubes irrumpent, fulmina terram inflammabunt, & hæc ſigna ſunt tantummodo *in ſole, & luna, & ſtellis.*

Simile.

Signa iræ Dei.

Inſuper etiam quæ maior iræ diuinæ demonſtratio, quàm ante omnia ſolem & lunam extinguere, & rem omnem tecum in tenebris velle tranſigere? *Gran caſtigo, quererla auer a eſcuras con vos pecador?* Et in medijs tenebris imparatum captiuum quærere ſummæ indignationis ſignum eſt. Verba tamen Saluatoris me in hanc veram hiſtoriam inducunt.

Tenebræ offuſæ mundo ſigna acerrimæ iræ ſunt.

A ſimili.

Ingreſſus miles quidam in domum equitis, à quo fuerat quondam laceſſitus iniuriâ, in excidium eius benè comparatus, nudato enſe, galeato capiti appreſſo nocte intempeſtâ. Cœnabat ille

7\. omnino imparatus cum vxore & familia, duobus de more luminibus cereis accenſis. Intrat, aggreditur; quem tamen cùm irrumpentem prima omnium vxor vidiſſet, duabus quamprimum manibus extenſis vtramque lucernam extinguit. O prouidentia! ô pietas (dices) prudentiſſimæ fœminæ! imò crudelitas & imprudentia; quia cùm miles ad inferendam mortem paratus & accinctus venerat, à propoſito non deſtitit, neque obſcuritas obſtitit, quin potiùs omnia confuſione ſunt plena, ruunt menſæ & ſubſellia, clamant famuli, eiulant pueri, fœminæ plangunt, gemunt moribundi, & ille furore accenſus diſtricto gladio dum aduerſarium quærit, multos perimit, & impunè recedit. *Sicut erant in diebus Noe ante diluuium comedentes & bibentes*, &c. *ita erit aduentus filij hominis.* O rem mirabilem! ô ſingularem dementiam! vſquequò menſæ delectationum accumbes? tanti & iam potentis aduerſarij es immemor? *No os acordais que teneis enemigo? veislo que entra. Dominus ſicut fortis egredietur, ſicut vir prœliator ſuſcitabit zelum; vendra ſanundo y brauo como el marido Zeloſo que ſabe que ay mal recado en ſu caſa. Vociferabitur & clamabit, ſuper inimicos ſuos confortabitur, y dira a vozes, a el a el, a qui os tengo traidor; ha, muerto ſois.* Præſtò tamen erit miſericordia, 8.

Iſai. 42.

quæ duo lumina extinguat; eritne pietas? minimè, ſed ſeuera iuſtitia; extinctis enim cæli luminibus, ecce turbatio; terra tremore quatitur, ruunt ſedes & throni, & relicto cibo, ludo, & lecto, quò ſe recipiat, quâ diffugiat, quærit peccator, nec inuenit, hîc enim mundus conflagrat, illic mare rugit, peſtis graſſatur, dura fames inuadit mortales, omnia metu, tenebris mortis, horrore ſunt plena; ſicut *Prou.* 4. prædixerat Sapiens, *Via impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruant*: concurrunt autem ſolius iræ Dei ſignis agitati & exterriti, *in ſole*, oſtenſis *luna, & ſtellis.* Fac binos tauros, truces, ac vehementes, agitandos carcere concludi ſimul, & hos eſſe Dei miſericordiam & iuſtitiam, ſicut dixit Eccleſiaſticus, *Miſericordia & ira citò approximant, & in peccatores reſpicit ira illius.* Prima noſtris vocibus & clamoribus euocata miſericordia in

Simile.

Eccli 5. 10.

theatrum deſcendit, ibique Deum, habitu hominis inuentum, cornibus arripuit, vexauit triginta annis, eleuauit, deiecit, nudat, terit pedibus, 9.

pedibus, terræ prouoluit, vulneribus afficit; nec tamen occidit, imò ante mortem
Abac. 3. 4. *cornua in manibus eius, ibi abſcondita eſt fortitudo eius.* Miſericordia autem præualuit, & in crucem ſuſtulit, ſanguine perfudit, vitâ mulctauit. *In peccatores reſpicit ira illius*; ira autem, quæ reſeruata eſt, acrior, & truculentior eſt in peccatores. Si ergo ſic miſericordia in Deum præualuit; *ſi tales buelbas le*
Simile. *Dio a Dios*; quid de iuſtitia in peccatores erit iudicandum? Porrò ſi taurus vno ſolo traiectus ferro infeſto vultu iracundiâ ardet, effrænato ſpiritu ruit, proſilit, mugit, homines deuorat, circuit quærens, non quem cornibus laniet, ſed quem dentibus premat; quid ſi ab omnibus vocibus excitetur, virgis aculeatis inſtimuletur, & mille modis agitetur. Olim ſingula peccata ſeorſim iuſtitiam diuinam vrgebant & excitabant. *Acometian a Dios los pecados vno a vno*, & vno tantùm peccato ſic ira eius commota eſt, vt terra dehiſcens deuoret familias, igne conflagrarent vrbes, & vt vnus pœnas daret, vniuerſam prouinciam vaſtabat, vt regem vnum puniret, regnum integrum demoliebatur: quid erit, cùm omnia ſimul mundi crimina in vnum cumulabuntur, & in eandem iuſtitiam iaculata prouogent? O ſumma Dei indignatio! ô grauis Omnipotentis ira mortem æternam peccatori minitans! Et tu, inſane, in incitatiſſimum iſtum taurum non ceſſas noua peccata iaculari. *Que no ceſſeis (hermano) de tirarcada dia clauos y pecados a eſte toro, y repuſſar en ſu ira vueſtras maltades contra vos?* Et iram in die iræ theſaurizas.

10. *Reuelabitur enim ira Dei de cœlo ſuper omnem iniuſtitiam?* Nondum ſatis reuelata eſt, nec theſauros ſuos oſtendit ira (ait Chryſoſt. Baſil. & Theophylactus) ſupereſt enim ira vltimi diei, quæ ſola nomen iræ obtinet, cùm effuſiſſima veniet *ſuper omnem impietatem*. Quo vno verbo claudit omnia peccata contra Deum, contra parentes, contra viuos, contra patriam,
a Tom. 3. de virtut. circa medium. vt ait Ariſtoteles [a]. *Et ſuper omnem iniuſtitiam*: vt omnem iniuſtitiam, quam omnes in Chriſtum, in Apoſtolos tyranni, & iniqui Iudæi,
Flumen iræ Dei redundans & effluens. & Gentiles perpetrarunt. *Reuelabitur* ergo, vt ait Amos [b], *quaſi aqua iudicium, & iuſtitia quaſi torrens inundabit. Saldra como rio hecho de todos los pecados del mundo. ſaldra el madre, y ſera impoſſible paſſarle pecador. Que remedio? diuidir le en braços. llorad agora vueſtra ſoberuia antes que ſe junte con la de Roma. llorad vueſtras iniuſticias, antes que ſe junten con las de Ieruſalem llorad vueſtras torpezas, antes que ſe junten con las de Sodoma; vueſtra ambicion antes que ſe junte con la de Abſalon; vueſtras traiciones antes, que ſe junte con las de Ioab, guardad no ſalgan los albanares de los vueſtros de Amo, &c. Agora antes que ſe haga rio la juſticia de Dios.* Vide quanta confluent crimina à primi hominis lapſu vſque ad extremum diem, trans mare ad gloriam erit impoſſibile; quare peccata peccatis iam addere, lethalis obliuio eſt iræ implacabilis Dei. *Deſuper iratus iudex.*

b Cap. 5. 24.

11. 11. *Inde terrens & ſeuera iuſtitia.* Dextram tenet triumphans de peccato ſeuetiſſima & vindex iuſtitia. Nullam in Deo inæqualitatem concipiatis: vidiſtis qualem ſe in miſericordiis præſtitit, talem ſe in iuſtitiis exhibebit; vmbram depingam, ſed quæ rem quodammodo illuſtret. Mittitur à regis conſilio quæſtor ad crimen aliquod diſquirendum cum regia poteſtate. Ecce ingreditur vrbem, ex qua licèt aufugit reus, hoc ordine & via inquiſitionem facit, exite, comprehendite, & vinculis mandate omnes huius viæ vicinos, eos præcipuè, qui eadem die eum allocuti ſunt, ſeruos, ancillas, amicos, capite ſpatarium, adducite equiſonem, & qui curtiores equos apparat, conuerte in vincula paſtores, apud quos forte pernoctauit. Probatâ, vel non probata cauſa, ſententiam dicit, & ſpatarius, qui vno retrò anno enſem acuit, verberetur per publicos vicos ciuitatis, & ſex dierum ſtipendia iudicialia ſoluat. Fœmina, quæ olera vendit, & auditâ voce, *iuſtitiam,* D. Pauli ponderatio digna ſeueriſſimæ iuſtitiæ in nos.
iuſtitiam, inclamantis, iuſtitiæ non fauit, nec citiſſimè accurrit, oſtentui ferendam per vicos publicos damna, & de muneris ſumptibus ſeptem illi imponantur dies.

Nauicularius omnino rei ignarus, qui trans 12.
flumen tulit eum, in triremes ducatur per tres annos. Et ecce eodem prorſus tempore otiatur qui deliquit, vacat, & deambulat Neapoli, vel Romæ manducans & bibens, ſui omnino delicti immemor, ſatis ſupérque ſaginatus apud cauponem quemdam, tegis ad inſtar pacatiſſimi. Interim famam conciliat crudelis & ſeueri iudex, quæ poſt multos annos aboleri nequit. *Terrens iuſtitia*; an putas nos parabolas fingere? Heus ſol, veni ad iudicium, vocaris luna, terra adeſto tu; ſiſtite aſtra ante tribunal. Domine in *Creatura peccatorum complices puniuntur.*
quo deliquit creatura? Tu ſol ſaccum cilicinum indue; nónne erubeſcis mundi præſes peccatori lumen impertiſſe? Tu luna, quare facem luménque præbuiſti noctu peccanti? ſydera, vos ne teſtes, & delicti complices? quare tu terra altrix & ſuſtentatrix fuiſti? Vos mare, quare non in vndarum voragine abſorbuiſtis? ſoluantur elementa, pereat natura cælorum, igni & calore ſoluantur. *Seuera iuſtitia.* Et hæc audiens ſedet, & credit hæc peccator manducans & bibens, nouos & intricatos nodos addens conſcientiæ, & quaſi fabulam & ſcenam fidem hanc reputat, ſicut 1.
Reg. 17. cùm miles pedeſtris per caſtra contra Goliath præconium dicebat, quis audeat contra Goliath deſcendere? quis caput amputat? *Quien le mata? ea, quien ſalta matarlo?* & tunc temporis ille præconium irridebat, & omnes in certamen vocabat. Conſidera ſaltem hoc, ſi tam ſeuerè diuina iuſtitia in cæcum Gentilem, in naturam rationis expertem inuehitur: tu nobilis creatura ſanguine Chriſti tincta, gratiæ donis illuſtrata, quo ſupplicij genere mulctaberis? *Quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem?* *Exẽplo ſacræ Scripturæ.*

Inde armata potentia. Non iuſtus ſolùm, 13.
ſed & potens & armatus apparebit. *Cum poteſtate magna.* Ideo poſtquam maieſtatem & iram decantat Dauid, *Quis nouit poteſtatem iræ tuæ?* addit vt potentiam manifeſtet, *Dexteram* *Armata potentia quàm fortis.* Pſal. 89. 11.

[illegible] poſtulabat [illegible] Quando reges [illegible] fœdere [illegible] menſis [illegible] bellum periculoſum [illegible] profecerunt [illegible] Armata [illegible]

O benigniſſime Chriſte [illegible] ginta & tres annos [illegible] hominibus [illegible] prædicari iuſſiſti ad finem [illegible] fœdera miſericordiæ [illegible] ad venandum [illegible] nunc in Cana honorandis nuptiis incumbis, nunc in Thaboris vertice cum [illegible] hodierna die [illegible] iam pietatis fœdora ſoluta [illegible] arma reſonant [illegible] bellicis motis [illegible] *armatis potentia.*

14. O bellum [illegible] Cum duo [illegible] incipiunt ambo gladio [illegible] & quaſi [illegible] incipiunt [illegible] eorum in ſuo brachio [illegible] robur firmiſſimum [illegible] & rangit punctum [illegible] & ſentit alium armatum [illegible] dit ſubito animo [illegible] hoc est [illegible] Quando [illegible] Mars [illegible] peccator [illegible] brachium robore [illegible] Omnipotente, [illegible] gladios [illegible] tur, ibi (vt Chryſoſtomus[a]) *nec reſiſtendo [illegible] nec fugiendo [illegible] nec [illegible] ſatiſfactionis tempus tunc erit.* Omnia effugia [illegible] modo modo arripe arma, [illegible] & ſecreto contra te, & contra carnem tuam verberibus [illegible] ibi enim nec fugiendo, nec pœnitendo, nec faciendo ſatis [illegible] coram Dei *armata potentia.*

a In Matth. hom. in Imperfect.

15. *Conſcientia accuſatrix.* [illegible] *conſcientia* [illegible] accuſator [illegible] adeſt [illegible] ego te monui [illegible] & [illegible] non poteris tanto iudici mendacium prætexere [illegible] in iudicio [illegible] Quid ſi iudex manum in ſinum tuum mittat, ſicut quando [illegible] ille Achan, qui idolorum ſpolia ſuffuratus fuerat, & in ſinu repoſuit, quo timore quatereris, cum Ioſue diuino lumine ductus per tribus & familias vnumquemque examinaret [illegible] eſt buſtum, [illegible] lapidibus inſtructi, anathemata in ſinu gerit, iam ad illum properat Ioſue: O crimen! ô chirographum in tabula cordis exaratum, quis deleat? quis [illegible]

[illegible] conſcientiam [illegible] Abac. 3. [illegible] Dei [illegible] recordia in Deum [illegible] peccatis [illegible] Origenem [illegible] Pſalm. 37. a Homil. de pœnit. [illegible] tamen [illegible] ſed [illegible] Vade ô homo [illegible] palea & [illegible] eſt fucata [illegible] ridebant [illegible] videntur [illegible] *Omnes inimici mei* [illegible] *inimici.*

1701 *Reſurrectio ſanctorum.* Poſt tubæ ſonitum [illegible] corpora [illegible] ſepulchris [illegible] Sicut [illegible] Maio [illegible] prata [illegible] viſtiſſima redduntur [illegible] violis [illegible] *Corpora iniquorum peccatorum fœdata maculis.* [illegible] corporibus regio [illegible] bitur; improbi vero [illegible] quæ corpora [illegible] & fœda. Siſte paulisper, & Apocalypſis verba conſidera [illegible] Apoc. 16. [illegible] *cuſtodit veſtimenta ſua* [illegible] quibus [illegible] ſub ſymbolo veſtimentorum [illegible] ra ſanctitate fidelium [illegible] quæ veſtiti [illegible] compararet [illegible] ad [illegible] honeſte ferendam, quæ inſtar [illegible] oritura. [illegible] Apoc. [illegible] *non inquinauerunt veſtimenta ſua* [illegible] luxuriæ ſordibus [illegible] quibus inquinantur corpora, quæ ſunt animarum veſtimenta: hos autem aliquos eſſe [illegible] in Sardis, qui in albis ambulent. Conſidera ergo ciuem, qui de more ſuo [illegible] cellam ſordidam exit [illegible] revoluit, reiicitque vſque in angulum [illegible] biculi iam tædio affectus, exiſtimans [illegible] paratam eſſe, ſed fallitur; nulla enim eſt domi, quam induat; opus eſt illam, quæ per domus ſingulos prouoluta eſt, induere; quo (quæſo) horrore afficeretur [illegible] quos clamores [illegible] [illegible] furore inflammaretur. O quam *A ſimilis.*

præſtar illa, quam prouida vxor è theca extrahit miram munditiem & ſuauitatem roſarum & florum à multis annis odoré flagrantem! His (ô fratres) domeſticis ſimilibus negotia æterna explicantur, & in Apocal. exprimuntur, ne tanti momenti res, etiamſi ſublimes, ignorentur, & non comprehendantur. Quid putas, adoleſcens, tuum corpus eſt, niſi linea veſtis, quæ pro ſtudio & labore, quo lauatur & aſſeruatur, munda eſt, vel immunda? tu verò quaſi aliam & aliam paratã habeas, hac illácque per reipublicæ angulos, per impudicitiæ domunculas, & teterrimos lectulos proiicis, & tandem ad ſepulturæ foueam perduce-
1.Cor.15. 51. tur, de qua, *Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. Como entrare ſaldra el malo,*
18. *que la tierra no le jauonarà las manchas: nam quod ſeminat homo metit; & quod ſeminatur in ignobi-*
Pudor coram vniuerſo orbe qualis perfundet peccatores. *litate, ſurget in gloria.* Agedum, iudex ſicut fur venit, vocat, expectat, circunſtat orbis vniuerſus, cæli regina, virginum candidus & puriſſimus chorus. Apoſtolorum ſenatus, opus eſt vt corpus induas; quod? tuum, maculoſum, horridum, & infandum. O rem horrendam! ô nouus & ante hunc diem inauditus dolor! ô prouida iuſtorum ſapientia! *Qui non contaminauerunt veſtimenta ſua.* O ſanum conſilium puritatem amare, vt ibi clarum iuſti corpus, inuiolatum, illuſtre, & immortale, florum odore redolens ſanctarum actionum, verberum, cilicinæ veſtis, ieiuniorum, in totius orbis theatro pandi ſine confuſione poſſit. O felix corpus, clauſtris, cubiculis, clauibus, & ſeris, per viginti & amplius annos aſſeruatum & reconditum! Domine, ne tunc mea videatur turpitudo, non intra clauſtra tantùm, verùm intra ſepulcrum conde corpus, vt inconfuſa facie, rutilo & puro corpore tibi & orbi mereat præſentari.

19. *Tunc videbunt Filium hominis venientem in nu-*
Iudex & diſtincta ſedes. *bibus.* Aderunt iam ad videndum Regem omnes quotquot fuerunt mortales, eo ordine, qui à Paulo deſcribitur 1. Cor. 15. *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur*; ab illo qui redemit, omnes ad vitam mortui reuocabuntur; *vnuſquiſque autem in ordine ſuo*, gradu, loco, & ſtatione, nulla ibi de ſede contentio; hìc vbi politicè viuitur, vnuſquiſque gradum & dignitatem acriter defendit, ibi non ipſi, ſed iudex, *ſtatuet à dextris, vel à ſiniſtris hados, a los buenos les darà el lugar*
Simile. *mas honrado, aunque ayan ſido abatidos.* Cùm nobiles inuiſunt amicum, qui nobiliores ſunt, luſtrant oculis ſubſellia, & in nobiliorem & honoratiorem ſedem oculos intendunt, *echan el ojo al mejor lugar*, primam occupant, & aliis concedere primum locum, nec aſſurgere volunt: ſi verò honoratior aliquis ſuperuenit, primus ille aſſurgit, ſedem relinquit, & inflatus ac tumens diſcedit, *ſale bufando por no quedar en mas baxo lugar.* Optabunt illa die diuites & iniqui principes in illo mundi conſeſſu, vt aſſolent, primas occupare ſedes: concedite, dicent Angeli; non eſt vobis parata dextra, ſed ſiniſtra ſedes; illic aſſurgere facient Imperatores, & anguſtè ad ſiniſtram collocabuntur; ibi enim dextra non eſt niſi iis, qui in vita dextra opera
20. præhabuerunt, Prou. 4. *Auerte pedem tuum à malo*; vide quà pedem figas; error enim paruus in principio, maximus in fine. *Vias*, id eſt, opera, *la manera de viuir de cada vno*; ſicut in Actibus, *huius via viros*; vias enim, quæ à dextris ſunt, *nouit Dominus*, id eſt, *approbauit; peruerſa autem ſunt, quæ à ſiniſtris ſunt, a la dieſtra agora en todo caſo, que Dios ayudarà: ipſe autem rectos faciet curſus tuos; itinera autem tua in pace cuſtodiet.* Ab ipſo loco & ſede ſuam ſortem conicient, ſicut à ſede, quam præſtat rex illi, quem ad ſe vocari imperat, Apoc. 3. *Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum; vnuſquiſque ergo in ordine ſuo.* Primò enim fideles vocabit, inter quos Apoſtolos, diſcipulos, & qui in cælum deſtinati ſunt; deinde ij qui ſunt Chriſti, & reliqui omnes, qui Deo inſeruierunt. Secundò illi, qui fidem, mortuam tamen, ſine charitate præbuerunt. Tertiò ille innumerabilis grex eorum, qui nec fidem dedere Chriſto, nec amorem, gentes, Mauri bruti, Turcæ ſanguinolenti, hæretici obſtinati, Iudæi perfidi.
Ad hæc omnia addit Paolus, *Deinde finis, fin,* *Finis vniuerſi.*
remate del mundo, cùm enacuauerit omnem principatum, poteſtatem, & virtutem. Haga pauſa toda la humana naturaleza, quede vazia toda poteſtad. Deponite ſceptra reges, proiicite coronas Imperatores, excutite virgas iudices, aſſurgite à ſubſelliis ſenatores, dimittite ornatum & enſes equites, ſiſtat bellicus furor, condite in vaginas enſes milites, ornamenta deponite delicioſæ fœminæ, ceſſet tuus inhoneſtus inceſſus iuuenis, frangatur fides contractuum, diſſoluantur ſocietates, libros plicate Iuriſperiti. *Finis* adeſt omnis poteſtatis, cùm euacuauerit, *Reſidentia principes*, iudices,
prælati, miniſtri temporalis iudicaturæ. *Au-* *Sap. 6.2.*
dite ergo reges, & intelligite, diſcite iudices finium terræ. Præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum; quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, & virtus ab Altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur; quoniam cùm eſſetis miniſtri regni illius, non rectè iudicaſtis. Horrendè & citò apparebit vobis; quoniam iudicium duriſſimum ijs qui præſunt, fiet.

Tunc videbunt filium hominis. His verbis at- 21.
toniti oculos ad iudicem leuabunt, cuius fu- *Ira iudicis.*
rorem nemo poterit mortalium ſuſtinere, ita vt poſtulet obnixè Iob in inferno ipſo abſcondi; *donec pertranſeat furor eius.* Sacra Scriptura comparat inſano furori, quo turget animus mariti, qui internecionem adulteris parat. *Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ; nec recipiet pro redemptione munera multa, nec acquieſcet precibus.* Et Oſea 13. rabido furori leænæ, cuius catulos rapuere, comparatur. *Ego ero eis quaſi leana, & quaſi pardus in via Aſſyriorum.* Tu Domine? tu qui nos lacrymis & planctu ab incunabilis euocaſti, qui per plateas verbis, in cruce clamoribus, in horto ſanguinis profuſione, in morte denique in voce magna allexiſti? *Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi.* O graue malum! peccatum quod ſic dulcedinis pelagus felle tuo amarum reddidiſti. Age nunc peccator, manus cruci ſuffixas deoſculare, pectus charitate exuberans iorra, ne agnus in leonem, & gratiæ tribunal & miſericordiæ in ſedem

maieſtatis eommutetur, & quaſi ardens exiliat. Iſai. 33. *Nunc conſurgam, dicit Dominus, nunc exaltabor*, &c. *vorabit vos*.

22. *Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare.*
Cur de exiguis rebus capita iudicij inſtituuntur. Quid hoc Domine? quotſum tantæ iuſtitiæ apparatus, vt de tam exiguis & minutiſſimis rebus iudicium & cauſa peragatur? tu fortis, tu ſapiens, tu iuſtus, qui hæc vindicas, grauiora ignoras, & æternis pœnis addicis? Grauis quæſtio grauiſſimam reſpondendi rationem poſtulat. De minimis his rebus iudicij cauſa transfigenda eſt. Primò, quia qui minutiſſima hæc contempſit, pro quibus tamen venale erat cælorum regnum, qua pœna dignus putabitur niſi æterna: pari enim trutina penſanda eſt culpa; æterna deſpicis propter temporanea, æternis puniaris propter tranſitoria, quod breuiter ponderauit Petrus Chryſologus [a]. *Amore pauperis Deus ſuum regnum vendit; ea, que vende Dios ſu Reyno, ea, que ſe empeña por amor del pobre. Fragmentum panis ponit in pretium. O que barato?* Quis emit? quare tam vili pretio venditur? *Quia vult habere omnes, qui tantum petit pretij, quantum hominem ſcit habere.* Præuidit facultates hominis, antequam pretium aſſignaret. Quare? vt omnes ſaluaret. Vnde certa damnationis iam cauſa eſt pauperem non paviſſe; ideo addit, *Dum fragmento panis regnum ſuum vendit, quis excuſare poterit non ementem, quem tanta vilitas venditionis accuſat?* Secunda ratio eſt D. Greg. Nazian. [b] vt nouerint homines de rebus maximis prouidentiam eſſe, cùm de minimis cura & ratio eſt apud Deum. Ideo ante patientiam Iob aſinæ eius numerantur, *Nunquid de bobus cura eſt Deo? parua fortaſſe, & paruorum hominum cauſa conſtituta; qui enim mentis imbecillitate laborant, cum iuſtum virum aut morbo aut egeſtate premi conſpiciunt, eò adducuntur, vt nullum diuinum numen eſſe exiſtiment.*

a Serm. 31.

Eleemoſyna liberat à iudicio.

b Orat. 21. *Prouidentia Dei ſtabilitur.*

23. Ideo ergo duplicauit aſinas, *menudencia que ſe cuenta por los flaquillos y ignorantes*; vt mundus maximis Deum præeſſe rebus nouerit, qui minima quæque memoriæ mandat, & illarum rationem exigit. Rogo tamen, integerrime iudex, quare ſic capita iudicij inſtituis, quia non dediſtis, quia non operuiſtis, quia non viſitaſtis me? Nónne meliori viâ & ordine procederes ad capiendos inſigniter ſceleſtos, ſi ſic diceres, quia occidiſtis fratres, quia vſuram feciſtis ære alieno, quia lucro & mutua pecunia vltra ſortem extorſiſtis, quia alienum torum maculaſtis, hæc, hæc, Domine excutere, hæc agitare in tanto iudicio oportebat. Hæc ego (inquit) in iudicium addocturus ſum? neque memoriâ conſequi poteram, neque cogitatione effingere tam horrenda & exetranda crimina mortales homines poſſe patrare. Tacete, hæc à mea memoria exceſſerant, vos in memoriam reuocatis. Nemo, vt æquum erat putare, fratris occiſor futurus, nemo per vſuram iniuſtè pecunias detracturus; nullus, quod ſciam, immaculatum torum inquinauit; inter fœminas meretrix? inter pudicas impura? non credam; procedat iudicium, agatur de minimis: hæc enim, quæ vos retuliſtis, ſupra humanitatem ſunt, ſuperant naturam; ego æquiſſimus naturam iudico, & quæ à naturæ legibus aberrarunt. Quid enim magis naturæ conſonum, quàm eſurienti cibo diuitem & opulentum ſubuenire. Videte quale iudicium diuitum homicidarum & adulterorum futurum ſit, ſi ſic auari iudicantur.

Cur negatiua ſunt accuſationes iudicij.

No parece que cayo en penſamiento de Dios que auia de auer pecados de tãta crueldad y atreuimiento.

Rapientur igitur in aëra, & iuſtos ad dexteram conſtitutos vultu benigno & alacri demulcens æterna benedictione ditabit. *Venite benedicti Patris mei.* Si pater filium benedicit, quid non promittet? quid non cupit euenire? quid negabit qui omnia potens eſt facere? *Beatus populus, cuius Dominus Deus eius eſt. Poſſidete*; non vt viſu tantùm, & oculorum ſenſu percipiatis, non ad tempus certum ſicut talenta, *ſed hæreditate* (legitur in Græco) & vt hæredes poſſidete *regnum*, Apocal. 2. *& regnabunt cum illo*, non præfinito tempore. Apoc. 22. *Regnabunt in ſecula ſeculorum. Quod paratum eſt vobis à conſtitutione mundi.* Antequam boni aliquid egiſſent, bonitas præparauit, *à conſtitutione mundi*, id eſt, antequam eſſet conſtitutus, vt ait Paulus, *ante mundi conſtitutionem:* à conſtitutione mundi, id eſt, quando à principio fecit illum, locum aptauit felicitati æternæ. O amor! ô pietas! ô ſempiterna charitas! *Benedicam Dominum in omni tempore; mucho es en vn ſoplo de vida querer pagar amor eterno. Quoniam eſuriui.* Vidi enim vos meas eſſe oues, ferro meo & ſigillo ſignatas. *In hoc cognoſcent vos meos eſſe diſcipulos, ſi dilectionem ad inuicem habueritis.* Quid ſi ſpiritualia exhibuiſſent opera, dum his cælum promittitur, quæ minuta ſunt? *Mihi feciſtis.* Ita ne tu intra pauperem abſconditus eras? ideo tanto pretio æſtimandus eſt pauper. Annulus non magni pretij eſt propter aurum, magni tamen habetur propter adamantem illi inſertum; ſic indigens aliquis non ratione ſui maximi habendus eſt, ſed cauſa Chriſti Domini in pauperis ſpecie circumcluſi. *Petra autem erat Chriſtus. Mihi feciſtis*, vt miſericordes honore afficiat, & eleemoſynam extollat. Cùm quis offert regi pretioſa munera, auri catenam, annulos, gemmas pretioſiſſimas, ſi oblata rex acciperet, & ſtatim ſeruo ſuo alicui donaret, parui feciſſe videretur torquem & catenam; ſi verò acceptum collo appenderet ſuo, & ad ſuum ornatum deſtinaret, & dona æſtimaſſe, & ſeruum videretur. Ideo Chriſtus Dominus in magno die ſuæ iuſtitiæ pietatis opera ſuo appenſa collo monſtrabit, *Mihi, mihi feciſtis, a mi mela echaſt en cima, y ela tome à logro, Fœneratur Domino qui* Prou. 19
miſericordiam facit pauperi.

Match. 25. 34.

24.

25.

In iniuſtos autem mortifero & perturbato vultu, non verba, ſed fulmina iaculabitur, *Ite* 26.
maledicti, &c. *Ite.* Iam longè à vobis ſum, & longiſſimè abero; quia qui à paupere abhorret, longiſſimè etiam diſtat à Deo. *Ite* procul, nunquam amicè mecum agere voluiſtis. *Ite* ergo, nec dux veſter ſum, nec paſtor, nec denique pater amplius ero, manum meam abſtraho, & in æternum derelinquo. *Maledicti*, non inquam à Patre meo, quia Pater neque cauſa fuit, nec damnum veſtrum ab eius voluntate manauit. *Perditio tua ex te Iſrael.* Minus etiam ego maledico vobis, nec tale aſſero, ſed *vt maledicti*; veſtris enim peccatis iam olim maledictionem pepeciſtis. *In ignem.* Alia vobis parata ſunt tormenta grauiora: hoc tamen & quia commune, & vehementiſſimum eſt, refero; fames enim corpori, anxia ſitis linguæ, metus & terrores menti, odia acerbiſſima volũtati,

Sempiterna maledictio.

rabies

rabies & deſperatio cordi nunquam defectura ſuperſunt. *Quæ paratus eſt diabolo*, ego nullo modo primò ac per ſe (vt aiunt) præparaui mala, nec vobis optaueram dæmoni inſtituta, debita, & ſua culpa fabricata fuerant, & dum peccate cum illo, & ad modicum exultare voluiſtis, cum illo pariter *in æternum ignem* abite.

27. *Alligatio damnatorum in faſciculos.* Irrumpent illicò parariſſimi, & acerrimi iræ Dei vindices dæmones, & ad meſſem in horrea inferni ferenda oblongos currus præferent, ibi mundi ſcandala & zizania in faſciculos ſicut ſerpentes colligent, *como manojos de viboras*, albos & nigros, pauperes & diuites, reges & ſeruos, pulcros & teterrimos, viros & fœminas nimis anguſtè alligabunt, & in currus inferent. Siſtite paolulum, multum me premitis, cùm ſim Alexander, quem pænè mundus non capiebat. Tace inſolens, non tibi iam supereſt mundus, ſed porcorum ſtabulum, & ſuperbiæ fæces, in quibus volutaberis in æternum. Suſtinete parum, obſtruitis os meum. Quis tu es? Marcus Tullius. O infelix, taceas, iam finem dicendi feciſti; tormenti nunquam. Hò ſuſtinete parum, nã Helena ſum, Lucretia venuſtã quondam facie dotata. Sile iam amens & miſella, non iam ſpectes molliriem, lunulas, dextratiola, torques, & annulos, ſed catenas, funes, flammas, ſartagines, ignes æternos, proternis, ærumnoſis, & impudicis deſtinatos. Et dum aſportantur præconium ſupplicium prædicat, *De iuſſu omnipotentis Dei hi homines hac pœna puniuntur, quia Deo & æternis bonis breues mundi delectationes prætulerunt.*

28. Voluetur ſubitò, terra dehiſcens deuorabit eos, & ſecus infernum præcipitabuntur, triſtiſſimóſque oculos vertentes terga ad amiſſa bona conuertent. O diſceſſus æternus! ô amara ſeparatio! ô via ſine regreſſu ſempiterna! ô lapſus in immortale malum! Nunquam regem gloriæ viſuri ſumus? nunquam Mariam benigniſſimam contemplaturi? nunquam amicos, parentes in terra viuentium? nunquam æterna gloria potituri? *Nunquam, nunquam.*

29. Attolle oculos, & aſſertorem humani generis ſeſe efferentem in cælum intuere Angelis & ſanctis ſtipatum, felici illo agmine de faucibus inferni vindicato. Quis acceſſus, qui curſus? qui clamores? quæ colloquia? quæ congratulationes? quæ Angelorum & hominum glorioſa interpolatio? qui virginum lætiſſimus aſpectus? qui vatum & Patriarcharum intuitus? quæ veſtes auro intextæ & variegatæ? qui ingreſſus? quæ cælicolarum ſpirituum gratulatio? quàm patens & ampla ciuitatis platea? quæ beatæ ſedes? quæ ſecura & clara domicilia? quàm ſecura ſeſſio & poſſeſſio? quæ ſecretorum communicatio? quæ gratia nunquam peritura? quæ viſio? quæ voluptas? quæ gloria ſemper, & in æternum, & in ſeculum ſeculi, & vltrà permanſura?

Amen.

VERBVM SPIRITVS ſancti. Apoc. 20. v. 11.

Et vidi thronum magnum candidum, & ſedentem ſuper eum, à cuius conſpectu fugit terra & cælum, &c.

Extremam ſententiam, terribilem expectationem iudicij, & veritatis thronum omnipotentiámque deſcribit.

DISCVRSVS CXXIX.

TERRIBILIS expectatio iudicij nulli melius comparatur, ait Auguſtinus [a], 1. *a Serm. de tempore.* quàm liti, in qua honoris, vitæ, & ſtatus agitur cauſa, per multa tempora à iudicibus & aduocatis diſceptata, nunc tandem eò deducta, vt benè probata & cognita, ſententia ferenda ſit. Primò enim dies dictus & proſignatus eſt à Prophetis, & ab eo qui ſatis perſpectam habet cauſam, Filio Dei. *SVMMA AT PARTITIO DISCVRSVS.* Bone Deus, quod eiuſmodi tempus: quàm varium, quàm periculoſum, quàm ſolicitudinis plenum & angoris! *Terribilis expectatio iudicij.* Secundò, peracto tempore à legibus conſtituto, ad communes probationes ſine vlla prorogatione, nullis temporis interuallis conceſſis, cauſa diſcutitur, & apertis libris coram regio ſenatu de iure vniuſcuiuſque partis agitur: hoc nobis eleganter deſcribit D. Ioannes. Tertiò attonitæ ambæ *Apoc. 20.* partes expectant ſententiam. Hoc item nobis vno verbo deſcribit Ioannes, *Et iudicatum eſt de ſingulis ſecundum opera ipſorum.* Quartò: denique *.3.* poſſeſſio bonorum victori parti datur, regiâ authoritate; damnati denique ab hereditate exturbantur, & miniſtri iuſtitiæ præmittuntur ad compilanda omnia, & detrudendos peccatores in carcerem. Quintò illi lætabundi de fauſta ſentẽtia gloriantur. Sextò qui verò cauſam amiſerunt æternam, è bonis euerſi, & grauiſsi pœnâ mulctati, afflicti, & perditi manent in perpetuũ.

2. *Facies diei vltima terribilis.* Primò diei *ſigna in ſole, & luna, & ſtellis erunt*, ſatis mortalibus nota, quæ terribilẽ omnino diem iſtum prænunciant, nullaque nota eius faciei, quæ non timorem incotiat, ſi Prophetas, hoc eſt, procul videntes, auſcultamus. Staturam eius, & procerum corpus vidit Ioël, *Magnus dies Domini*; *Ioel 11.* Sophonias vocem horrendam audiuit, *Vox diei Domini amara*, amara dicta, quia ad *Soph. 1. 14.* affirmanda, & proferenda acutiſſima illa verba, *Ite maledicti*; quæ vox aptior quàm amara? *Matth. 25.* Pedes eius tacitos & furis latere volentis ſimiles eſſe ipſe refert Matthæus. Vultum eius caligine obductum Amos præuidit, *Dies Domini iſta, tenebræ.* *Amos 5. 18.* Celeritatem eius nimiã miratus eſt Sophonias, *Dies Domini velox nimis.* *Soph 1. 14.* Manus eius crudeliſſimas vno verbo expreſſit, *effundetur ſanguis eorum ſicut humus, tendra manos tan crueles, que vertera ſangre como tierra.* *Ibid. 17.* Reſpice iterum faciem eius, *A facie eius contremuit terra, moti ſunt cæli, erunt ſigna in ſole, luna & ſtellis*; *Ioel 2. 10.* ſic enim terribilis eſt expectatio iudicij, &

Timoris Dei doctrina perneceſſaria.

ſententiæ vltimæ, vt hæc omnia ſigna præmitti voluerit Deus, vt lectionem iſtam timoris nos perdiſceremus tam neceſſariam, vt benè ponderauit Euſebius Niſſenus [a], licèt eunuchio latronis fuerit in vltima vitæ hora, prima tamen ſuæ vocationis, ſubitò fidem illi infundens Deus, terrorem pariter huius diei terribilis incuſſit, ſicque fidei & ſapientiæ argumentum

a Hom. de bono latro. &c.

3. præbuit; cùm ſtans tremens coram iudice ad ſocium ſic alloquitur, *Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es, loco no temas à Dios que te hade juſgar, eſtando como eſtas apunto de ille a dar cuenta. Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum:* & ſicut candidatus cathedræ apud ſe habet, qui ſtatim ac puncta lectionis excipit, libros euoluat, & præparet lectionem. *Sic ſubitò repleuit eum diuina eruditio, & ſtatim futuri examinis diem cogitat.* Terribiliorem enim diem futuri iudicij reputauit ipſa quam patiebatur crucis morte. *Etſi intolerabile* (ait Auguſtinus [b]) *probat eſſe quod ſentit, grauius tamen intelligit eſſe quod meruit.* Timor quidem, non deſperationem, ſed ad ſpem inducens; ſignis enim præuenientibus excitamur, vt cautelam addamus cauſæ noſtræ; ſecus enim non citatis nobis ſententiam ferre poſſet: non ergo vult damnationem, etiamſi deſignat diem, ſicut ait Tertullianus, *Sic prædixit mortem Adamo, quam volebat inferre.* Vnde bene notat Innocentius III. [c] in Sodomam non ſubitò deſcendiſſe ignem, *ſed pluit Dominus ignem*, quod non repentè fit, ſed præmiſſis multis ſignis tam hominum, quàm animantium, & molli quadam & tenui pluuia præeunte; itaque furorem ignis & fulminum ſcintillæ præceſſerunt mortales excitantes & præmonentes. Talis igitur dies eſt, qui etiamſi *iuſtitiæ* dicatur, à diuina temperatur miſericordia, vt lucus detur infirmitati noſtræ, & ſancto timori, *ideo erunt ſigna in ſole.*

b Tom. 10. ſerm. 3. poſt Dom. Pal. de repar. generis hum.

c Lib. 2. cap. 22. de contemptu mũdi.

4. Secundum quis niſi Ioannes cæleſti lumine afflatus deſcriberet, *Et vidi thronum magnum,* quod ipſe Chriſtus alio verbo expreſſit, *in ſede maieſtatis ſuæ*, habet enim thronum, & ſuum thronum, non ab alio emendicatum, non ſubdelegata poteſtate obtentum; iudex enim, qui vel alieno equo, vel entra vtitur, ſtatim ſuſpicionem ingenerat poſſe à litigantibus ſubornari, hic verò iudex habet *ſedem maieſtatis ſuæ, & candidum*, in ſignum lætitiæ; Græcè enim *album* legimus, vt notum ſit peccatoribus, etiamſi vna die in infernum ruant, nulla triſtitiâ aut mœrore Deum & ſanctos afficiendos eſſe, *no ſe enlutarà el cielo, ni el juez ſe viſte de negro como los de aca para firmar ſentencia de muerte. Et ſedentem ſuper eum.* Nihil de iudice notum niſi *ſedentem* aſſerit, ad iudicandum, quod ita horribile eſt, vt deſint verba ſacris ſcriptoribus & Doctoribus; vnus Nazianzenus [d] exclamat, *Horrendum eſt, fratres, in Dei viuentis manus incidere. Horrendus vultus Domini ſuper facientes mala. Horrenda aures Domini Abelis vocem & per tacitum errorem ſentiens. Horrendi pedes improbitatem curſu aſſequentes. Horrenda vniuerſi orbis impletio, ita vt nemini vſquam Dei commotionem effugere liceat: non ſi in cælum euolauerit, non ſi in infernum ſe contulerit, non ſi ad Orientem profugerit, non ſi ad extremos maris ſinus ſe abdiderit.* Addit Ioannes, *A cuius conſpectu fugit terra & cælum.* Nomine cæli ſanctos, miniſtros, ſacramenta, &

Iudex eſt non ſui delegatus, nõ in p. nullo indiget.

Throni iudicis deſcriptio.

d Orat. 15.

Eccleſiam ſignificat. *Ia aqui no aura interceſſiones, ni penitencia, ni confeſſion, ni Igleſia a donde acogerſe.* Tanta erit iudicis integritas, tanta iuris & æquitatis ratio futura, vt nullus ibi futurus ſit myſteriorum cæleſtium fauor, aut auxilium. *Et terra etiam*, hoc eſt, nulla à terrenis hominibus ex eadem maſſa factis homines poterunt auxilia expectare, nullam commiſerationem, *no aura alli tierra, ni familia, ni deudo, ni linage, ni amiſtad*, omnia ex oculis omnino auferentur.

Nullũ aſylũ, nullus effugiendi locus.

Erunt proculdubio illa quatuor animalia coram iudice, etiamſi Ioannes non referat; 5.
hominis enim facies *miſericordiam* iudicis refert, bos *iram* denotabit, leo regiam *maieſtatem*, aquila *ſapientiam, perſpicacitatem, & veritatem* oſtentabit. Ex his quatuor ſtipatoribus & principibus, qui iudici aſſident, quale futurum ſit iudicium, poſſumus augurari. Et antequam vlterius procedat iudicium, eadem ratione philoſophemur, qua legimus inter ſe diſputaſſe *Eſdr.* 3.3. tres illos Darij cuſtodes, & declamaſſe vtra rerum fortior eſſet. Vnus, *Forte eſt vinum.* Alter, *Fortior eſt rex.* Tertius, *Fortiores ſunt mulieres, ſuper omnia autem vincit veritas.* Nos igitur eadem ratione de his quatuor attributis philoſophemur. Orat Zorobabel, & mulieres omnium fortiſſimas prædicat, *O viri, cur non fortiores mulieres.* Vidi enim grandem Darium ſedere cum regina, iocari, & quaſi infantem in ſinu eius ſponſæ requieſcere, coronam à regio capite in ſuum transferre. Quis non diuinam miſericordiam, & humanitatem primas fortitudinis ferre confiteatur? *Deus* (inquit Eccleſia) *qui omnipotentiam tuam maximè miſerando manifeſtas.* Quem non vincit illa miſericordia, illa ſuauitas, illa materna & fœminea mollities, quæ vbera habere præ mollitudine dicitur? *Meliora ſunt vbera tua vino*; licèt enim vir eſſet, à fœminis tamen vbera, hoc eſt, pietatem & ſuauitatem aſſumpſit.

Stipatores throni iudicis Cherubim ſeu quatuor animalia.

SVA NEVISSO DIECVASVE.

Potens eſt mulier.

Miſericordia Dei magna.

In hoc igitur potentia eius præcellit, in miſerando: quod clarè cecinit Dauid, *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius*, dicatur, *ſuauis Dominus vniuerſis*, vel, *bonus Dominus vniuerſis. Madre ſuauiſſima la miſericordia, y la que todo lo manda.* Suauis vniuerſis: nam & lapidi eſſentiam, & naturam præbet, ſeruum peccatorem tolerat, filios nempe iuſtos allicit, ornat, ſanctificat, & ſuis vberibus lactat. *Bonus vniuerſis; & miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* Deſigna enim mihi locum, quò non ſe protenderit eius miſericordia. *Miſericordia eius plena eſt terra.* Omnia etiam ſubterranea loca eius miſericordia penetrat. *Et in cælo miſericordia tua*, vt ſit ſuper omnia opera eius. Effectus iuſtitiæ terminos præſcriptos habebant *vſque ad quartam generationem*: effectus autem miſericordiæ nullis clauduntur terminis, *faciens miſericordias in millia*, ſine termino; ergo *ſuper omnia.* Videtis inſuper omnia opera, quæ molitus eſt Rex diuinus, omnia vni miſericordiæ ſubiecta manſerunt; nulla enim ita magna, vt maior effici non poſſet, nulla ita perfecta, ita locuples, vt perfectior & opulentior fieri non poſſet: ergo *ſuper omnia.* Quòd ſi opus eſſet, vt tres perſonæ carnem aſſumerent, miſericordia viam & rationem inueniret; *ergo ſuper omnia.* Adde, quòd licèt attributa in Deo & inter ſe vnum

6. *Pſalm.* 144.

Miſericordia Dei ſuper omnes opera eius.

vnum ſint (nec enim eorum ſimplicitati derogare quid volo) ſed ſicut colores æquales æqualiter eminent, & nitent, cùm ſimul proponuntur; qui tamen propiùs accedit ad purpureum, eminet, & prælucet cæteris, & quæ coccinea ſunt, in pictura nitidiora & altiora apparent; ita ſimiliter inter hæc quatuor attributa & miſericordia prælucet, & reliqua eo clariora & illuſtriora ſunt, quo proximè accedunt ad pieta-

7\. rem, ad ſanguinem, inquam, illum, quem noſtri cauſa effudit. *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* Vincit vltrà mulier; cùm enim Deus miſericordiam exhibet, puram & meram ſine iuſtitiæ admiſtione præſtat, omninóque per rationem miſericordia à iuſtitia diſtincta, quam punitiuam vocamus, in mente diuina inuenitur (ea ratione quam ſuprà dixi;) cùm verò flagellat, punit, & iuſtitiæ opera exercet, nunquam ſeueritas à miſericordia ſeparatur: ſi enim hodie intentat iram, & vindictam denuntiat, ideo eſt, vt cautiores & meliores reddantur, vt benè nouerat

Tob. 3. pudica illa Sara; *Benedictum eſt nomen tuum, Deus patrũ noſtrorum, qui cùm iratus fueris, miſericordiam facies; & in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te*; ergo ſuper omnia opera eius. Item, etiam ipſa ſibi regium ſigillum arrogat, ipſa ſignum imprimit rebus omnibus, hoc eſt, creaturis, cælo, terræ, inferno, & dæmoni, omnibúſque damnatis, qui omnes deſignati ſunt ſigno miſericordiæ: nam neque Deus à ſe poteſt eximere gloriam creatoris eo-

Miſericordia enumero & ſuperare alia attributa videtur.

Iſai. 66. rum, & conſeruatoris, *Manus mea hæc omnia fecit, & facta ſunt vniuerſa iſta.* Vnde ſicut artifex non ſignat ſuo ſigno aliena vaſa, ſed propria manu facta; ſic Deus opera peccati non à ſe, ſed à peccatore ſignari voluit, *Maledicta terra in opere tuo. En tu pecado eres maldita, es obra del hombre, lleue ſu marco, opere tuo.* At in naturis, & conſeruatione rerum, ſignat Deus ipſe, *Pater meus vſque modò operatur, & ego operor*; quæ nota etiam in fronte cuiuſuis dæmonis impreſſa manet, *ego operor, aun aqui obro yo miſericordia*: ergo *miſerationes eius ſuper omnia opera eius*, vel, vt alij, *miſericordia eius ſignum, vel ſigillum ſuper omnia opera eius.* Continget quidem, vt literæ minaces & iratæ à Deo dentur; ſigillum autem ſemper eſt miſe-

8\. ricordiæ conſeruatricis; quare *miſericordia eius ſuper omnia opera eius.* Vnde pulcrè Auguſti-

a In hanc Pſal. nus [a], *Miſeratio eius* (inquit) *reddita eſt operibus eius; ſeueritas autem eius, non in opera eius, ſed in opera tua; ſi tollas opera tua mala, & non remaneant niſi opera eius, non te dimittet miſeratio eius: ſi autem tu non dimittas opera tua, erit ſeueritas eius in opera tua.* Itaque ablato è mundo peccato, ſola & ſuper omnia miſericordia dominatur. Adhuc etiam ſuper peccatum dominatur, inquit Auguſtinus, ipſum namque cauſam præbuit Dei in terram aduentus, & inde ortum etiam habuit miſericordia. Et quid amplius ab hac muliere expectas? ita facilem, ita blandum Deum efficit his diebus, vt in ſinu Reginæ requieſcat, & quaſi extra ſe factus ſit, *exinaniuit ſemetipſum*, ſuæ omnino immemor dignitatis. Hodie in ventre, poſtea infans, pòſt verò defunctus in cruce. Quid? ſi contingat enſem arripere Regem, aut mortis ſententiam ſcribere, obſtat illa, & impetrat, ne dicam imperat, immuta literas, *Ea ſeñor, trocad eſſas letras, donde dize condenacion, diga ſaluacion, donde dize muerte, diga vida, donde Eua, diga, Aue.* Quid? en irâ turgidus, diſtricto enſe in orbem inuehitur; & ecce repentè obuia fit miſericordia, *ſuperexaltat miſericordia iudicium*, ait Iacobus, *triunfa dela*

Epiſt Cant. c. 2.

juſticia la miſericordia, y haze que ſus tiros ſe

9\. *vayan por alto*, vel, vt alij, *ſuperinſultat miſericordia iudicium, poneſe en emboſcada, y ſalele al paſſo, y ſalteale ſus denodados intentos*, & prohibet progreſſum, & locum refugij capiendi præbet. Et quis dicat mulierem non vincere? fœmina in mundum pertraxit eum (inquit Bernardus. [a]) Mulier dicitur ab Auguſtino [b] caro, quam induit; mulier ſponſa eius, ſic vocat Eccleſiam Ambroſius [c]; mulier Chriſtum prædicat, & prædicit; ſic vocat ſacram Scripturam Rupertus [d], *O viri, cur non ſunt fortiores mulieres?* Hæc pietas faciem humanam præbuit, ſuauem & benignam.

a Serm. 1. de Aſſumpt.
b Sup Ioan. tract. 7. v.
c De inſtit. Virgin.
d 7 De glorificatione Trin c 5.

10\. Secundus vini fortitudinem commendauit, nec inani ratione, *ſeducit enim mentes, itémque Regis & orphani facit mentem vanam*, vinoque madentes omnium rerum immemores nec pœnas, nec æs alienum, nec perſonas, nec ſeipſos curant; alij triſtiſſimi, alij exultantes, ridentes, ſaltantes, ſeipſos gladiis confodientes, nec malè agere exiſtimantes. O expreſſa iræ diuinæ imago in ira vituli bene ſignificata, qui truci vultu, oculis clauſis ventilat in cornu mortalem hominem, nec facile eius reſedit ira; iræ enim diuinæ (quæ miſericordiam ſuperare videtur) *ſigna erunt in ſole, luna, & ſtellis.* Quando enim Deus maiori furore commotus & ardens fuit? Reſpondeo, cùm magis eius miſericordia reſplenduit, nempe cùm vnigenitum vitâ mulctauit; ſed tunc maiorem iram prodidit filium Deum hominem alicna de cauſa puniens: ergo non minus potens eſt ira quàm miſericordia. Nota tamen ibi iram & iuſtitiam monſtraſſe in extorquendo à filio innocentiſſimo pœnas eorum, qui ſaluandi erant. Si igitur ad expianda mortalium peccata in innocentis Dei tergum flagella & crux transferenda fuerunt ad placandum Patrem; quando decernat damnandorum peccata, quæ atrociora ſunt, non in filij capite, ſed in capite ipſorum inimicorum plectere, quam iram, quæ ſupplicia, quem furorem effundet? ſi illius ſacratiſſimæ mortis compenſatio non ab alio filio Dei, ſed ab indignis, ab iniquiſſimis vi ſuppliciorum extorquenda eſt, quæ vires, quæ tormenta, quæ æternitates tale pretium rependent? cùm maximè iurauerit Deus vſque ad vltimum quadrantem ab eis exacturum? *Ecce turbo Domini furor egrediens, procella ruens: in capite impiorum conquieſcet.* *Ea que viene como vn tornellino la juſticia de Dios a caſa del pecador, no ſe ira ſin cobrar. Non auertet iram indignationis Dominus, donec faciat & compleat cogitationem cordis ſui, in nouiſſimo dierum intelligetis.* Nunc impoſſibile eſt, nec plenè ſoluere Deo, nec extorquere à nobis pœnas dignas, nec iræ rationes & menſuras implere, *no ſe pueden agora llenar las traças de la ira de Dios*? quando implebitur? *in nouiſſimo die.* Omnes igitur rationes, & opera miſericordiæ facta à Deo, ſunt quaſi lineamenta futuris operis iuſtitiæ? Ita eſt. In quo ergo differt adumbratio, & prima lineamenta ædificij, ab ipſo iam extructo ædificio, quod

Forte eſt vinũ ira Dei.

Non minus ira reſplenduiſſe videtur in opere Redemptionis quàm miſericordia.

Ier. 30. 23.

11.

Ratio à ſimili. ſecundùm illa lineamenta excitatum eſt? Maxima, inquis, eſt diuerſitas; nam prima lineamenta ducta ſunt in tenui papyro, quæ nullo pretio emitur; & ecce ædificium iſtud centum mille nummis vix excitari potuit. Intellige ergo omnes vſque modò miſericordias à Deo exhibitas, etiamſi eius ad nos aduentum computes, omnes fuiſſe prima lineamenta, quæ Deus præmiſerat, vt in iuſtis & beatis gloriæ ædificium ædificaret, & palatia æterna molire-tur; & vt pariter ſuper malorum capita ſempiternum malum, quod illos manet, quoquo modo adumbraret: ſed tunc non compleuit cogitationes ſuas; quando igitur compleuit?

A ſimili etiã. *in nouiſſimo die.* Finge animo prudentiſſimum Philippum II. peractâ iam mirabili & religioſâ mole templi D. Laurentij in Eſcoriali ſummos illos architectos alloquutum, quid vobis de noſtro opere videtur? O Rex, ecce plus quàm Salomon hic, nihil magnificentius, nihil ſublimius, nihil ad religionem mi-

12\. rabilius vſquam ſecula ædificarunt. O quàm anguſtè cogitatis, inquit: videtis opus veſtrum? credite ſolùm iecisse prima lineamenta carbone illius ædificij, templi, monaſterij, palatij, quod ego mecum excitare meditatus ſum; & quando conſummabo illud? In die extrema mundi, inquiunt illi. Hoc ipſum ait Deus, legiſtis omnia ſupplicia, quæ iratus inflixit Deus mundo? vmbra ſunt, & prima extremæ indignationis lineamenta, etiamſi filij Dei tormenta in cruce exprimatis: nam mons ille, crux illa, illæ plagæ, & mors, vbi Deus proprium lanceâ filium confodit noſtri cauſâ, prima fuerunt lineamenta iræ, qua de

Extrema & vltima ira potentiſſima. damnatis vindictam ſumet. Et quando conſummabitur tanta ſeueritas, tanta ædificij moles? *in nouiſſimo die intelligetis.* Age mulier miſericordia, te collige, recipe te; ſumma enim deſæuit ira Dei, cuius ſigna *in ſole, luna, & ſtellis* apparent.

13\. *Ira Dei effectus erit improborũ obliuio diei vltimi inſtantis.* Primus vini effectus caput occupare, obliuionem inducere, ſenſus ligare; ſic mortales ebrij de poculo iræ Dei, erunt omnino iudicis Regis, æris alieni, & extremi diei obliti, *Comedentes & bibentes ſicut in diebus Noe.* Videre inſaniam, effectus quidem iræ Dei, qui cùm graue ſupplicium inferre vult, ſtuporem iſtum, & ebrietatem in pectore permittit; ſicut in Balthaſare, & in diuite epulone videre licet. Secundus vini effectus regium decus & authoritatem tollit, vt optimè ponderauit Baſilius[a]: nam totus vino madidus, neque ore, neque ſermone, neque vultu conſiſtere poteſt: rubet vultus, oculi ſanguinolentæ carnis ſimillimi; neruis & animo concidit, manus diſſoluuntur, & quidquid in eis eſt; crura paſſim labuntur, nutat caput, & ſui impotens huc illúcque iactatur; omnia exturbat, menſam, lectum, clamat, ferit, interficit, ignem admouet, domui ſui penitus inſcius, & quaſi mente captus. Igitur ira Dei, vtpote diuina, diuinum occupat caput, & pedem vnum in terra, in mari alterum figet, vt vidit Ioannes. Corpus, elementaris natura eſt, caput cælum, vna manus Oriens, altera Occidens: igitur exurget gigas iſte, quem miſericordia iacere & quieſcere iuſſerat. *Excitatus eſt tanquam dormiens Dominus, & tanquam potens crapulatus à vino.* Egredietur hic potens, ait Hieronymus, & ſolo ſuo egreſſu terrebit

a Homil. in ebriet. & luxum.

mundum; inuertent cælorum motum intelli- 14.
gentiæ, vt errent naturales operationes; oculi gigantis quaſi ſanguine aſperſi, *Sol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum*; rugiet in terra, turbabitur mare, & ſicut ebrio ſtellæ, quas gerit in manu, cadent in terram, terrã

Effectus vini iræ Dei. iaculabit palatia, vrbes, regna; mare ſpumas in cælum proiiciet; cælum aſtra & fulgura in terras; vndique terror, vndique ignis; in omni loco clamor excitabitur. *Clamor erit in plateis ſuper vino, deſatinados, quien os ha bolcado el iuizio?* Fugiamus; & quò, obſecro? inquit Hieronymus. *Cúmque ſe putauerint fugiſſe ex alio, incident in aliud, & quocunque ſe verterint, impendentem iram Domini non euadent.* Omnia erunt Dei irâ plena; ebria enim terra tremet, *Tunc agitatione agitabitur terra*; combuſta omnia pulcra & pretioſa erunt, *ſicut ignis qui comburit ſyluam.* Mare rugit, fames debilitat, & quaſi ebrij ſibiipſis mortem adſciſcent. O vehemens & implacabilis ira! *O viri, num præcellit vinum? quis ſic cogitat facere? Quien hiziera tales eſtrañezas ſino Dios enojado! Bibite, & inebriamini, & vomite, & cadite; neque ſurgatis à facie gladij. Conticuerunt arua pacis, calle la miſericordia, no ebiste la paz de la Igleſia. A facie furoris Domini dereliquit quaſi leo vmbraculum ſuum*; nec enim requiem in terra amplius habet. *Facta eſt terra eorum in deſolationem*; & à quo tanta indignatio profluxit? *à facie iræ columbæ.* Non erat inſigne Nabuchodonoſoris columba, ſed vel leo, vel olla ſuccenſa; ideo Hebræa, *A facie vinoſæ*, quaſi reſponderet, quis talem deſolationem fecit? menſam terræ exturbauit? homines extinxit? inuertit cælos? obduxit ſolem? quis? *A facie iræ vinoſæ. Quis ſic cogitat facere?* certè nemo niſi vinum & facies vituli itâ inflammati meritiſſima in peccatores.

Ier. 25. 27 & 37.

Nicolaus Ier. 4. Rabbi Salomon.

Tertio verò loco noua & eleganti ratione 15.
Maieſtas Regis iudicis tremenda. eques tertius regis fortitudinem, & leonis maieſtatem, primas ferre probare conatur. *Rex autem ſuper omnia præcellit, & dominatur eorum. El Rey a todos manda, todos le temen: ſi manda derribar muros, torres, montes, luego le obedecen: y en diziendo el matan, mueren; deſpeñadlos, ſon deſpeñados. Si dixere, plantad, plantan, y ſobre todo ſe eſtá el aſſentado en ſu ſilla ſin temor ni mudança, ſin oſar deſplegar ſus bocas los que le aſſiſten, y hazen eſtado.* Breuis quidem venturi iudicis deſcriptio. *Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum poteſtate magna & maieſtate.* Supra quæ verba nihil quod addi poſſit, inuenias, etiamſi omnium beatorum ora ſoluantur. Chryſoſtomus[a], *Quid ſallari ſumus (quod ipſum omnium terribiliſſimum eſt) cum Deum offendemus, illique occurremus? No ay plus vltra de terribilidad que ſalir al encuentro a Dios hombre.* Gregorius[b], *Cum vix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri?* Et quid intelligit Iob nomine ſtillæ? Id totum, quod nos de miſericordia diuina prædicauimus; *de primo aduentu loquens, ſtillam ſermonem eius appellat. Mirad que ruido hazen vnas gotas de rocio en vna roſa, eſſo fue encarnar en Maria, eſſo es dezir muerto es Dios, en comparacion de la ſegunda venida como trueno. Horrendum atque terribilem maieſtatis eius aduentum qua virtute*

tulera

a Hom. 5. c. 2. ad Rom.

b Mor. 17. c. 21.

tolerabimus? Nec exaggeratio iſta firmo caret fundamento, quod illis verbis ſignificatur, *cum poteſtate & maieſtate.* Eandem licèt potentiam habebat Chriſtus noſter, qua die mortuus eſt, cum illa, quam iudicando monſtrabit, vtrobique enim erat Deus omnipotens; tunc verò præſcriptum habebat à Patre, & inter ſe conuenerant, ne omnimodam omnipotentiam manifeſtaret. Sic ſe geſſit tanquam rex induciarum tempore, in quo ſuperſedet odio, armis, & vindictæ contra rebelles ſuæ poteſtati; vix tamen peractum eſt tempus præſtitutum induciarum, cùm omnes impugnandi machinas & induſtrias mouet. Igitur peractis induciis ex miſericordia diu homini conceſſis, diuinam omnibus modis potentiam leonis poteſtatem & eminentiam depromet ad puniendum; ex his modò argumentatio efficitur. Gloriæ Chriſti, eiúſque dignitati conſentaneum eſt æqualiter ab omnibus cognoſci, & coli eius iuſtitiam, ſicut antea ſuam miſericordiam. Si ergo ad oſtendendam ſuam miſericordiam in tempore placito induciarum opus fuit vendi, ligari, cædi flagris, tolli in crucem: ad oſtendendam omnipotentem iuſtitiam diuinam, atque extremam indignationem, quod bellum excitabit? quæ ſumet arma? quas mortes? quos ignes? quas æternitates non afferet in ſupplicium peccatorum? Audi tonitruum maieſtatis eius.

A ſimili.

16\. *Surgite mortui, venite ad iudicium.* Quibus conſonat Ioannes, *& vidi mortuos magnos & puſillos ſtantes in conſpectu throni.* Vt augeat autem & reſurrectionis fidem, & iudicantis poteſtatem, addit, *Et dedit mare mortuos, qui in eo erant, el mar temeroſo ſe reclinara ſobre las margenes de la tierra, y deſabrochara ſus ſenos. Et mors & infernus dederunt mortuos ſuos: los carceleros ſepultura y infierno abrieron ſus candados y cerrojos. Quis hac auditâ voce ſomno pigritia depreſſus non euigilet? per quam etiam reſurgunt mortui. Hara dexar los ſepulcros alos muertos, como no nos haze dexar las camas de nueſtra pereza?* ait Ottho Epiſcopus Trigenſis [a]. En tibi Alexandrum, qui erecto collo equum, coronam, & ſceptrum poſtulat; irato tamen leonis rugitu deponit faſtum & mitram, atque damnati togam induet. *Tenemos barbaro, que eſtà a qui el Rey, y no ay Reyno ſino el de Dios.* Ecce Tullius prodit rogam & pulpitum poſtulans; vix tamen viſo leone obmuteſcet, *callad hablador que el verbo de Dios echa mordaça a todos los vanos Gentiles.* Iam elegans & ornata, mundiſſimaque fœmina excitatur, cupitque ad ſedem, ad ſtratum, ad cultum, ad fucos redire. Tacere iubet leo, in alto illi oſtendens funebre linteum, funem, ſerpentes, fœtidúmque corpus, atque teterrimum. *Veſtios ſucia, conforme vueſtras coſtumbres. Vnuſquiſque prout geſſit in corpore ſuo.* Iuſtorum verò corpora quaſi in menſe Maiu floreſcit terra parturiet. *Que hermoſa coſa ver en Mayo nacer flores hermoſas, blancas y coloradas de la tierra parda entre los verdes tallos, y cogollos freſcos, y oloroſo en la mañana freſca y ſerena, pueſto en alto, ſeñoreando la tierra, dandole colores, todas las coſas miran a el, y el a todas.* Flores apparuerunt in terra noſtra. *Ellos ſalen como ramilletes de flores, buſcando entorno al ſol Chriſto.* Quòd ſi vnuſquiſque ſicut ſol fulgebit in regno Dei, & in faſciculo viuentium conſeruantur, quid erit tot ſoles, tot faſciculos florum contueri, omnes in Chriſtum & crucem intentos? Inde conuertentur, vt inquit Iſai. ad videndam terram; & quid videbunt? Vidiſti 17.
montem annoſis quercubus plenum igne conflagraſſe, ramos omnes, tenuiſſimaque brachia & folia ignis abſumit, & in cinerem redegit, atráque fuligine terram tinxit; truncos verò robuſtos quod deuorare non potuit, carbones factos videas in ſuperficie fumigantes, nigros, triſtes, traiectos, in foſſis & riuulis, alios ſuper alios tumultuariè decumbentes, ita vt ſi homines eſſent, ſeipſos fugerent, & vnus ad alterum ſtuperet. Sic ait Iſai. *Vnuſquiſque ad proximum ſuum ſtupebit, facies combuſtæ vultus illorum. Santo Dios, aquel es fulano? aquella es la ſanta. Mal auenturado pecador, que te guardas para tronco negro de la quema de Dios, que prendas te da eſſa mala vida? que pulſa da el vicio en eſſe coraçon? como has de ſer tronco negro? como ſufriras que aquellos carboneros del infierno te lleuen en braços al valle de Ioſaphat?* Ambulat, inquit Baſilius, iuuenis pretioſiſſima ornatus veſte, cultúque pretioſo & eleganti, verumtamen febre interna laborat; conſulitur medicus, & iubet vti balneo; age, denuda corpus, *neque tam obſtinatum eſſe poteſt, nudato ſub omnium oculis corpore. Acabe, deſnudeſe, que agora ſe veran eſſas fealdades.* Ita & nos, inquit Baſilius, ſimul omnium oculis præſentabimur, nónne conſultiſſimum erit, lixiuiam ad munditiam corporis efficere ex lacrymis, ex verberibus, ex ieiuniis? *Bueno ſera hazer vna lexia con lagrimas, cilicios, con la çarça de Benito, la nieve de Franciſco, el yelo de Ignacio, la ſangre de los Martires, y la del capitan de los Martires, para ſacar limpio veſtido en fieſta tan grande. Dealbabunt ſtolas ſua in ſanguine Agni. Lexia de lagrimas viene bien para labar vn cuerpo que a de ſalir a viſtas del mundo.*

Reſurrectio mortuorum ſtabilitur.

[a] Cap. 7. lib. 8.

Reſurgentium facies.

18\. *In conſpectu throni. Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum poteſtate & maieſtate:* hoc eſt, in omni ſuo ſplendore & comitatu cæleſtis curiæ eminens apparebit; tunc vndique te prement anguſtiæ, hinc erunt manifeſta peccata, inde ſeuera iuſtitia, intùs conſcientia vrens, foris ardens mundus, infrà gehenna, ſuprà reuelata ira; fugere erit impoſſibile, apparere erit intolerabile, vox tua præconium dicet, facies maciéſque vultus delicta pandet, & ſententiam ſubſcribet, (inquit Bernardus) iudex diſtrictus, ſententia immutabilis, tortores horribiles, tormenta ſine interuallo. O vermis! ô cinis, per quam partem te premes? Agne mitiſſime, quis te in leonem mutauit, qui ſemper dum viueres, manſuetudinis documenta dediſti? Reſpondebit, ſicut per Ezechielem, *quia domus exaſperans eſt, es vna gente que con ſus pecados me exaſpera, y me irrita; que yo no ſe hazer mal a nadie.* O graue malum peccatum, quod tantam clementiam & manſuetudinem vrgere & ardere fecit! Si mel ita dulce eſſet, vt vna in mare fellis ſtillata gutta totum mare dulceſceret; certè ſi talis mellis eſſet aliquod mare plenum, nulla acerbitate, nullo felle amareſcere poſſet. Talis eſt igitur dulcedo gloriæ & miſericordiæ diuinæ, vt vna ſtilla poſſit omnia tormenta

Thronus iudicis & aſpectus horribilis.

Cap. 2. 3.

tormenta Martyrum dulcia reddere, ignes, pectines, craticulas, nouaculas. Vides igitur quam acerbum ſit peccatum; totum mare gloriæ & miſericordię potens eſt amaritudine exacerbare: *Quia domus exaſperans eſt. O maldita bici! ò ponçoña infinita, a que punto has traido a Dios y al mundo; que aſſi como vaſo de vidro lleno de ponçoña quiere dar vn cruxido; y Dios y el mundo con el toxico del pecado eſtan apunte de reuentar, y dar vn cruxido. O viri, nónne magnus eſt Rex; nec multi homines, nec vinum præcellit.* Timenda quidem leonis facies.

Victrix & ſuper omnia pertimeſcenda veritas.

19. Quartus verò veritatem victricem prædicat. *Veritas magna & fortior præ omnibus eſt.* O veritas diu cælo terraque deſiderata! te coràm tremunt omnia, te fugit iniquitas, mundus in mendaciis & maligno poſitus eſt, mendaces mortales, & in mendacio interibunt. *Veritas manet & inualeſcit in æternum, & viuit, & obtinet in ſæcula ſæculorum.* Ideo optimè quarto loco iudici adſtare fingitur Aquila, veritatis ſymbolum, ſapientiæ, & perſpicacitatis, vt ſi ſemel credimus, quia videt iniqua, credamus vtique iudicaturum quod videt; aliàs enim peccaret Deus contra viſum & ſapientiam ſuam, vt bene Tertullianus [a], *Diſſimulator & prævaricator perſpicaciæ ſuæ non eſt, no hara Dios del que no ve, ni a ſu viſta hara tal agrauio:* quod vt explicet D. Ioannes, illa tremenda verba addit, *Et libri aperti ſunt; & alius liber apertus eſt, qui eſt liber vitæ, & iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris ſecundùm opera ipſorum.* Vbi nomine *librorum* intelligit optimè Beda [b] *leges & præcepta*, ex quorum obſeruatione homines iudicandi ſunt, videlicet Decalogus, & opera miſericordiæ: hæc autem peccatis comparata, & palàm propoſita, ſententiam iudicis ratam & rectam eſſe probabunt, vt optimè obſeruauit D. Thom. [c] Ad hoc autem non erit opus, vt omnium libri ab initio ad finem vſque perlegantur, quod longiſſimum erat; ſed primò, vt ait Bernardus [d], *Multa peccata tunc prodient ex improuiſo quaſi ex inſidiis, quæ modò non vides, & forſan plura & terribiliora his quæ nunc vides.* Sicut ſi vna die ſolueret Deus omnes captiuos fideles qui in Argerio detinentur, & naues Hiſpanicas in eorum auxilium coſtam tenere viderent, vt arma arriperent, qua ratione dimicarent? quomodo vires omnes in vindicando libertatem, & in adiuuan-
20. dis Hiſpanis militibus collocarent? Sic, inquit D. Paulus, omnes creaturæ in ſeruiture ſunt peccatoris, *Omnis creatura ingemiſcit & parturit vſque adhuc, hechas eſclauas del peccador gimen en las mazmorras;* cùm videant Regem victorem ad ſaluandum prædeſtinatos, omnes pro Chriſto dimicabunt contra peccatores, *Creatura tibi factori deſeruiens, exardeſcit in vindictam aduerſus iniuſtos.* Ibunt in iudicium libri aduocati mendacis, qui leges torſit & adulterauit; curret pulpitum vani concionatoris, cenſes, ſedilia, menſæ, togæ, ſceptra, mitræ, atque tiaræ. Secundò, hæc ita clarè peccata pandent, vt in vniuſcuiuſque animo quaſi depicta & exarata peccata non legere, ſed contueri quiſque poſſit. Quod ſeuerè affirmat Baſilius [e]. Sicut enim pictor oleo pingit imaginem ad viuum, & in poſterum manſuram; ſic etiam in immortali anima colores affectuum, cogitationum, omniúmque peccatorum, eo modo quo patrata ſunt, in ſempiternum inſculpta & impreſſa manent, ibi omnia vt ſunt, apparebunt; *quo item ordine hunc adultero mulier ad nefarium opus ſe ſubſtrauerit.* Neque hæc tantummodo palam fient, ſed & internæ mentis cogitationes. *Hæc, inquam, omnia veluti in tabula per partes diligenter expreſſa cernentur.* Facilitri negotio, inquit Niſſenus [a], quaſi in ſpeculo omnia proſpicienda ſunt, & quaſi præſentia omnia quæ prætericrunt, obiicientur omnium oculis.

a De pœnit. c. 3.

Verſ. 12.

Lex & præcepta iudicabũt homines.

b Citatus à P. Alcaçar in hoc cap. Apoc. cum reliquis Patrum interpretationibus

c 3. P. q. 87. art. 2.

d De interiori domo. cap. 38.

Simile.

Creatura omnes accuſatura confluent ad iudicium.

e Lib. de Virgin.

a Orat. 5. de beatitudinib.

21. *Et alius liber apertus eſt, qui eſt vita.* Et quid continet hic liber? proculdubio erit quaſi catalogus eorum, qui efficaciter vocati ſunt ad gratiam. Et quorſum profertur in iudicium? quid præſtat ad æquitatem? Multum in omnem modum. Primò, vt oſtendatur ſeueritas huius iudicij, *quia qui iudicat me, Dominus eſt;* & vt nouerint iuſti, inquit Gregorius [b], *perituros ſe abſque ambiguitate, ſi remota pietate iudicentur:* Sciunt (inquit) ſine dubio non ſolùm ſi peccata quæ perpetrarunt, antequam ad frugem virtutis redirent, ſed etiamſi ipſas virtutes, & bona opera examinet, merito ſe iure damnandos fore exiſtimabunt, *Quia hoc ipſum, quod iuſtè videmur viuere, culpa eſt, ſi vitam noſtram cùm iudicat, hanc apud ſe diuina miſericordia non excuſat.* Sic enim opera iuſtorum ſunt plena defectibus, vt apud ſe in codicem retuliſſe dicitur, & efferre in iudicium, vt ibi ea excuſet, nempe excuſet pœnitentiam Pacomij, timorem Hieronymi, nuditatem Franciſci, feruorem Ignatij. Et [c]: Si autem de his bonis operibus diuinitus diſtrictè diſcutimur, quis inter iſta remanet ſalutis locus, quando & mala noſtra pura mala ſunt, & bona quæ nos habere credimus pura bona eſſe nequaquam poſſunt. Et hoc ſolùm impij ſummo timore corripientur, inquit Bernardus: nam ſi iuxta Sophoniam ſcrutabitur Dominus Hieruſalem in candelis & facibus accenſis, quomodo diſcutiet Babyloniam? ſi Agnetem examinabit, quid iudicandum de Iezabele? Liber inſuper vitæ proferetur, vt planè eluceſcat admirabilis diuinæ prouidentiæ ratio, & infinita virtus, qua electos ſuos in gratia, ac Dei familiaritate degentes rapuit, ac de medio ſuſtulit. Et vt eluceat maximè diuinæ gratiæ, atque electionis conuenientia cum libero hominis arbitrio, ita vt liquidò conſtet, hominum perniciem ac ruinam ex ipſiſmet hominibus cauſam habuiſſe, incolumitatem verò, & ſalutem ex vno Deo proficiſci; tunc pergit iudicium.

Quid nomine libri vitæ intelligendum.

b Cap. 15. Moral. & cap. vlt. in lib. Iob.

c Cap. vlt. lib. 35. Moral.

22. *Et iudicatum eſt de ſingulis ſecundùm opera ipſorum.* Si ſecundùm opera iniquiſſima cuique ſententia ferenda eſt, quare non homicidia, viuræ, & adulteria referuntur? quare non item eximia iuſtorum opera narrantur, ſed opera miſericordiæ tantummodo capita ſunt iudicij? S. Petrus Chryſologus [d] putat honori pauperis & eleemoſynæ conſuluiſſe. *Querra boluerle la honra a la pobreza, y honrar la piedad. Quòd Abel paſſus eſt, quòd ſeruauit mundum Noë, quòd Abraham fidem ſuſcepit, quòd Moyſes legem tulit, quòd Petrus crucem reſupinus aſcendit, Deus tacet, & hoc clamat ſolum, quod comedit pauper. In cælo prima eſt eſurientis annona, prima ſtipendia pauperis tractantur in cælo, erogatio pauperis prima diuinis ſcribitur in diurnis.* Sed ea ratio germana videtur, nempe breuiſſimè & legitimè

Quare non alia opera in iudicium afferantur.

d Serm. 24.

Lex amoris iudicium prægit.

[illegible] Ad quod ob- [illegible]

[illegible]

23.

Quo pacto iudicium ... [illegible]

[illegible]

24.

Veritas ſedens ad iudicandũ.

Simile.

[illegible] tas pro foribus carceris adſunt, ibi anima [illegible] moritur in corpore, ibi veritas triumphat de mendacio. Vis ſcire qualis erit Regina veritas? ſicut rupes ſaxea & ſublimis, quæ in medio mari eminet, in quam naues incurrunt, & alliduntur, franguntur, & in momento merguntur in profundum. Sic inquit D. Dionyſius [a], *Veritate ipſa rectè poſita, atque ita manente, vt à cæteris omnibus refelli non poſſit: omne quod omni ex parte ita ſe non habet, ipſum per ſeipſum ab inuicta germana veritatis ſtabilitate profligatur. Todo ſe hara pedaços en eſta roca de la verdad. Quid enim vinci poteſt*, ait

a Epiſt. ad Polycarpum.

Firmitas veritatis & potentia ad diſpendum.

Tertullianus [a], [illegible]

a In Apologetic.

25.

Simile.

[illegible]

Cap. 13. 14.

Principes induuntur.

[illegible]

26.

Fœmina induenda veniunt.

[illegible] monilia, ad ornatum, ad ſellam, ad carrucam, ad fucos, ad delicias, nec vires, nec pecuniæ, nec patientia defuerunt. *Mentita eſt iniquita ſibi.* Inſania, tibi mentita es, mendax ſpeculum, mendax turpis amans, mendax maritus, mendax concionator, qui applaudit, mendax confeſſarius, qui abſoluit, mendax dæmon, qui hæc vobis ſcandala & tendiculas parabat. Age inſane munde, cur non rogas vbi ſit veritas? Quid eſt veritas? Oſtendam ego quod quondam rogauit Pilatus, *Quid eſt veritas?* Sed, ó nequam, reſponſum non ſpectaſti,

Quid eſt veritas, ... [illegible]

ſpectaſti, ſed me ad ſeneſtras producens clamaſti, *Ecce homo, veis a qui a vueſtro hombre, el que ſe os queria hazer Dios.* Verum dicis, hæc vtique eſt veritas, audi. *Ecce homo*, ecce vanum & iniuſtum iudicem, qui ſe Deum eſſe cogitabat, qui ſine libris, ſine teſtibus, ſine probatione, innocentiſſimum agnum cruci adiudicauit. Ecce hominem ſuperbum, *qui non poſuit Deum adiutorem ſuum*, cui in menſa miniſtrabant eibos, ſicut Deo io altari, cuius amictus & cultus magis quàm altaria, abaci magis quàm templa ſplendebant. Crucifige, moriatur in æternum. Ecce mulierem petulantem, ſuperbam, quæ cultu matri meæ perſimili coli & obſeruari voluit, cui ſacerdos genuflexit, cuius verbo omnia fiebant, omnia obtemparabant, delicioſa, imperiuſa, impatiens, quæ religione abuſa eſt ad glotiam, ad faſtum, quæ morum libertatem, falſitatem, impudentiam ſophiſticâ ſpecie ſanctitatis ſimulauit. *Omnis iniquitas opilabit os ſuum. Aqui no ay que hablar mas, candados eternos de diamante, y mordaças de bronce eternas lleuan en las bocas.* Ita potens eſt veritas, vt hominem ſemel in mendacio comprehenſum nihil ſit quod exciter, & in ſpem erigat. Geneſ. 45. aderant iam Ioſeph Patriarchæ vndecim fratres proditores; & cùm iam tunc Ioſeph re compertâ blandus, & totus in lacrymas & ſingultus effuſus eſſet, & colla brachiis cingeret, & ſuauiſſima oſcula deret; at illi cùm proditionem ſuam palàm factam eſſe videot, compertam veritatem tre-

Pilatus qui veritatem rogauit minime audiet veritatem.

Confirmatur à ſimili ex ſacra Scriptura.

28. munt, ſilent, *nec poterant reſpondere, nimio terrore perterriti, delante de la mageſtad de la verdad no ay hablar.* Et tu quid ages, peccator; cùm videas natu maximum fratrem Chriſtum, quem ſæpius vendidiſti, prodidiſti; cùm non lacrymas è piiſſimis oculis, ſed ſcintillas, ſed furoris fulmina mittet? cùm non dicat, *Nolite timere, ſed rugiet ſicut leo?* cùm non brachiis amplexus, ſed æreis manibus arcum & ſagittas intendet? cùm non dicet, *Ego paſcam vos*, ſicut Ioſeph, ſed ego vos æternæ fami & ſqualori tradam? cùm non dicat, *Accedite ad me*, ſed, *Diſcedite à me maledicti*, & à mea gratia extorres & excommunicati? *Ite, ite.* Quare ſæpius repetis *ite?* nam ipſi non valebunt diſcedere, ſed hiſcente terrâ, infernus deuorabit eos. Vbi nota quod Ioannes addit, *& infernus & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis, & hæc eſt mors ſecunda.* Iſtæ enim duæ perſonæ horribiles finguntur, & eò mittuntur, vt æterna tormenta ipſis damnatis præparent, *los apoſentadores de los condenados*, & eò mittuntur, ne moriantur, nec extinguantur, vt *mors depaſcat eos, & infernus deuoret eos*, & per omnem ſæculorum æternitatem ſeſe ipſis damnatis paſcant, ita vt mors ſemper eos occidat, infernus ſemper abſcondet, & deuorabit. Nec morti quos interficiat, deerunt, quia infernus ſemper eos viuos aſſeruabit. *Et hæc eſt mors ſecun-* 29.

Miniſtri æternæ mortis & damnationis.

Mors æterna malorum.

da, quando æterna mors, æternus infernus inferunt. Ligatis igitur in faſcibus inſtar viperarum, ſic præconium veritatis perſonabit, *hac animaduerſione punitur homo, quia pluris mendacium quàm veritatem, creaturam quam factorem ſuum, delicias quàm Chriſti ſanguinem æſtimauit*, ſepelietur in ſempiternum, & peccatum eius æternis characteribus conſignabitur, & ſuper baſim illius hæc verba conſtituentur, *Veritas manet.* Cælum, terra, diuitiæ, gloria, mendacia quidem & igne ſoluenda, *veritas verò manet.* Et quid permanet? iuſtitia, ſanctitas, pietas. Itáne tanta eſt vis veritatis? *inualeſcit in æternum.* Itáne regnum eius perpetuò regnabit? *obtinet in ſæcula ſæculorum.* Et dum illa regnat, nunquam mendacium ex iſto carcere educetur? nunquam, *In ſæcula ſæculorum.* Et quis in caput peccatoris tantum congeſſit malum in æternum duraturum? Optimè rogaſti. Vt Deus infinitam miſericordiam oſtenderet, medium immenſum adinuenit, perſonam nempe filij Dei & hominis, qui morti ignominioſæ dari poſſet: vt ergo immenſitatem omnipotentis iuſtitiæ oſtentaret, medio vti oportebat æterno, ignominiâ pleno, nunquam delendo, tormento nunquam finiendo. Et in quos humeros imponetur tantum onus? in diuinos? abſit, *Flagellum iam non appropinquabit tabernaculo tuo.* Igitur in humeros peccatorum. Audite mali ſummam ineffabilem, *modus immenſus, malum immenſum, hominem infirmum comprehendet in æternum, æternum, æternum, ſine fine.*

Summa rationum totius iudicij.

Venite benedicti. O finis omnis deſiderij & maximi! ô portus bonæ ſpei! ô ſcopus æternus! ô vox plena gaudij! Italiam, Italiam, cælum, cælum omnes clamant. *Nueſtro es el cielo, nueſtra & la gloria.* Vide ciuitatem nouam, quàm ingens claritas! quàm altus è iaſpide murus! quàm nitidæ in portis margaritæ! quàm firma ex gemmis pretioſis fundamenta! qualis proportio ædificij! quanta magnitudo! quàm pulcri ciues! quàm procul culpa & triſtitia abeſt? Vide quos amplexus, quæ oſcula, quæ congratulationes, quæ dotes gloriæ? Vides omnia iſta? Veritas ædificauit, *fortitudo*, hæc eius poſſeſſio & *regnum*, vbi omnes ſunt reges; *& poteſtas*, vbi omnia maieſtate ſunt plena, *& maieſtas omnium ſæculorum.* Et *deſiit loquendo, y en diziendo eſto, no ay mas que dezir.* Veritas namque eſt finis mundi, illa eſt author gratiæ, & Regina gloriæ. 30.

Gaudium bonorum.

DEI

Digitized by Google

DEI AB ANIMA DISCESSVS VALDE FORmidandus. Immenſi mali cauſas in ipſo homine ortum habere atque impenſè præcauere & vitare docetur.

INSTITVTIO XLIV.

ACERBVS & calamitoſus Dei ab anima diſceſſus, cùm tripliciter tibi, 31.
ô Senex, poſſit contingere, tam fœdæ, tam longinquæ abſentiæ mala accuratiſſima diligentia vitare, & tutiſſimam cuſtodiam adhibere doceamus. Malum enim eſt, inquit Ambroſius, *diuortium factoris*, vel, vt alij legunt, *ſanctorum*, cùm videlicet impiè peccator à ſanctis & à ſanctitatis fonte diſcedit. Multo peius eſt cùm à peccatore ipſe diſcedit Deus. Peſſimum autem cùm impudentiſſimè Deum à ſe pellit peccator, & ſicut viri Nazareth medicum ſuum, conciuem ſuum in præcipitium vocant.

PARTITIO INSTITVTIONIS.

a Lib. 7. in Luc. c. 15. de filio prodigo.

I. *Quid longinquius quàm à ſe recedere* (ait Ambroſius [a]) *nec regionibus, ſed moribus ſeparari, ſtudiis diſcretum eſſe, non terris, & quaſi interfuſo luxuriæ ſæcularis æſtu, diuortio habere factorem?* Vnde cùm exul fit animus à Chriſto, ſtatim fit fames valida in illa regione longinqua. Quod apertè ſatis Propheta primus denuntiauerat, *Væ eis, quia receſſerunt à me: Vaſtabuntur:* ruinam ſibi moliuntur, & damnationem. Quamobrem vt ſententiam contra nos ferat, ſedet pro tribunali, & quaſi accerſitis miſericordia & iuſtitia cauſas damnationis & beneficia recolit. Núnne ô miſericordia, *ego redemi eos?* nam ab Ægyptiaca ſeruitute vindicaui, & in filiorum libertatem aſſerui, & licèt iterum *receſſerunt à me, ego* (tamen) *erudiui eos* (in deſerto) *& confortaui brachium eorum?* Expendat ampliùs hæc beneficia Iuſtinianus [b], quæ Deus ſua exhibet præſentia animæ. *Terret* (inquit) *vt Dominus, docet vt magiſter, cohabitat vt frater, nutrit vt mater, protegit vt cuſtos, hortatur vt pater, blanditur vt amicus, amplexatur vt ſponſus, illuſtrat vt veritas, præuenit vt bonitas, ſe manifeſtat vt lux, loquitur vt verbum, dulcorat vt ſapientia, ſalutem præſtat vt vita*; & ipſi volunt diuortio habere factorem? Quæ bona niſi cùm amiſerit non ſentit, nec enim ſine cauſa, ait Bonau. [c] homo extra paradiſum
creatus eſt: vt nempe cùm poſt tot bonorũ fruitionem ab eis pelleretur, quantis bonis 32.
per peccatum priuaretur deprehenderet, *vt per eius eiectionem de loco voluptatis cognoſceret ſenſibiliter quanta bona ſpiritualia amiſiſſet per culpam.* Ideo enim tam amœnum paradiſum condidit Deus, *vt his priuatus* (ait Theodoretus [d]) *odio graui proſequeretur peccatum, per quod tantis bonis careret.* Quæ bona ne ignorarent ſapientia foris clamitans, & Chriſtus in ſublimi loco poſitus, vt notant Chryſoſtomus, & Euthymius, libenter omnibus prædicat. *Si quis ſitit veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: hoc autem dixit de ſpiritu quem accepturi erant credentes in eum.* Antequam ardentiori febre quàm inferni flamma, cruciemini (ſicut diues ille qui in mediis flammis ſiti potius quàm igne deflagrat, & bona nunquam adipiſcenda auidiſſimè cupit) venite ad me. Quis fontem reſpuit? quis Deum deſerit? quid porrò inueniet? *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas*; me derelicto, laborem addiderunt in fodiendo fontem in arena, quæ vix continet aquas, ſed abſorbet eas, nec enim fonticulus iſte quem fodiunt eſt fons, neque creatura eſt Deus; quapropter neuter ſitim extinguit. Vnde fit vt cùm à Dei bonitate recedis, vt creatura fruaris, & creaturam bonitate illa, qua te in Deum ducebat, priuas, & in nihilum redigis, vt aiebat Paulus, *Nihil eſt idolum in mundo.* Nam licèt aliquid ſunt ſol, luna, aſtra & homines quos gentes colucrunt, tamen eo ipſo quòd creaturam idolum facimus, vel amando peccamus, vacuam illam, inanem & nihilum facimus, nam ab ipſa quod erat detrahentes & diuinum eſſe haudquaquam conferentes in nihilum redigimus. Vnde ingenioſè reos læſæ maieſtatis appellat Tertullianus [e], eos qui Imperatores in numerum Deorum aſcribebant: nam vt ſit Imperator, homo ſit eſt neceſſarium; at qui Deum facit, tollit eſſentiam hominis, tollit ergo eſſe Imperatorem. *Negat illum imperatorem qui Deum dicit. Niſi homo ſit non eſt imperator.* Hoc ipſum Ieremias innuit: 33.
nam dum ſibi quis ciſternam in arena fodit, dum bitumine non præcludit effugia aquarum, nihil de impenſo labore inuenit, niſi vacuitatem, & foueam quæ plena erat inanem fecit. *Foderunt ſibi ciſternas diſſipatas quæ continere non valent aquas.* Sic omnes

Oſeas 7. & 9.

Diſceſſus animæ Deo formidandus.

b Tract. de humilitate c. 6.

Commoda diuinæ præſentiæ.

c 2. Sent. diſtinct. 17.

d Quæſt. in Gen. 24.

Ioan. 7.

1. Cor. 8. 4.

e Cap. 32. in Apologet.

qui Deum, in quo ſunt omnia, deſerunt cùm ad creaturas veniunt, in quibus veſtigium vix creatoris eſt, ſi in eis ſiſtit, nihil penitus inuenit. *Idolum enim nihil eſt in mundo.* Tunc ad iuſtitiam conuerſus, derelinquamus eos, inquit, dum ipſi receſſerunt à me, verumtamen cùm abſceſſus iſte peccatoris non ſine remedio ſit, iam de eis reuocandis agit. *Et cùm profectæ fuerint expandam ſuper eos rete meum; quaſi volucrem cœli detraham eos*, nam ærumnis & laboribus eos ad me redire compellam. Inprimis enim ſtatum & locum, in quem venerint, indicabo, *Adam vbi es?* non de loco, ſed de ſtatu interrogat, nam per auerſionem & diſceſſum à Deo ſic ſeipſum amiſit, vt quaſi amiſſa bona publico præconio quærat Deus, *Vbi es Adam.* Vnde Rupertus [a], *Rectè dicitur illi, vbi es, quia videlicet mouit pedem ſuum, & in loco ſuo non eſt; locus enim hominis Deus eſt, extra quem nuſquam bene eſt.* Et quòd Deus locus ſit, & centrum hominis, ex verbis Iob elicit Rupertus, *Nec cognoſcet amplius locus eius,* ipſe legit, *nec cognoſcet amplius Deus eius*: vbi ergo es Adam, ſi in gratia non es? eſt vtique *in medio ligni paradiſi.* Rogat ad hæc Rupertus, *Quod medium habet lignum, in quo abſcondi valeant corpora duorum hominum? abſconſionem hîc oportet intelligi, non tam corporis, quàm animi, quam Deus maximè requirit, fueronſe a la ſombra de ſu peccado, que fue como declinar iuriſdicion y mudar centro.* quam auerſionem ſtatim, vt in centrum & ad ſe reuocet Deus, multis doloribus puniuit; ſicut cùm os aut membrum aliquod à ſuo euulſum loco acerrimis vlceribus cruciat. Iob 37. *Super hoc expauit cor meum, & amotum eſt de loco ſuo*, quia amotum eſt. Auguſtinus, *quia euulſum eſt cor meum, ſubſilit præ timore.* quod malum nullam medicinam habet, etiamſi lectulo, delitiis, & pharmacis lenire curant medici, donec os in locum ſuum reducatur. *Super hoc igitur expauit cor tuum*, peccator, quia amotus es à Deo tuo, & immittit dolorem vt ſanet te, & auerſum conuertat ad ſe.

Creatura ſine Deo nihil.

Oſee 11.

Ambroſ. lib. de paradiſo c. 14.

a Apud Lipomanū in Gen. 3.

Multis tribulationibus vexat hominem Deus vt in centrum eos reuocet.

34. II. Calamitoſior autem abſceſſus eſt, cùm non homo à Deo, ſed Deus ab homine abſcedit. Quod idem Propheta denuntiat, *Væ eis cùm receſſero ab eis*; repulſæ enim & finis amoris argumentum eſt. *Non addam vt diligam eos, acabaron con migo.* Prior enim illa auerſio poterat facilè inſtaurari, amorem homini & gratiam donando, qua in ſe reuerſus Deum ſuum quæreret, & ad Patrem rediret: at ſi amor deſiderari incipit in Dei pectore, vnde, ô mi homo, hauries amorem, aut venā charitatis Dei reſciſſam inſtaurabis, *væ eis cùm receſſero ab eis, non addam vt diligam eos,* nam ſpei venam exſiccanit ventus vrens iniquitatis, *Radix eorum exſiccata eſt.* Hoc extremum malorum eſt quod animæ contingere poteſt, & ſibi ipſa infert, etiamſi Deus inferre videatur. Nam ait, *De domo mea eiciam eos.* Domine (ait Hieronymus) iam extra domum ſunt, in Samariam enim receſſerunt ad idola, quænam eſt hæc tua domus? éſtne terra ſancta, aut nomen ſanctum Iſrael, quod adhuc in eis perſeuerabat? éſtne hæc domus, adhuc tibi propinquiores eſſe quam gentes, & nondum ad Turcas (vt ita dicam) tranſiiſſe, aut ad hæreticos migraſſe, plus mali latet in hac comminatione, nam aliquid tibi ſupereſt faciendum dum ais, *De domo mea eiciam eos, non addam vt diligam eos.* Et quænam erit culpa & cauſa tanti mali? Optimè rogaſti, dicam. *Omnes principes eorum recedentes* prius ipſi à me recedunt, quàm ego abſens fiam, radix tanti mali in eis eſt, ego enim nuſquam ſic abſcedo vt inueniri non poſſim; ipſi ſibi ſpem præcidunt, dum diutius à me longè poſiti in peccato viuunt, digni enim ſunt vt ab eis auxilia maiora auferam, quibus de facto conuerterentur: at *ego vado, & in peccato ſuo morientur.* Hoc impensè poſtulat Dauid, *Non me derelinquas vſquequaque, no me dexeis del todo Señor.* Doleam ſaltim abſceſſum tuum, vt non ampliùs ego diſcedā à te, ſicut dolebat ſponſa, *Nolite me conſiderare quòd fuſca ſim, quia decolorauit me ſol.* Origenes, *deſpexit me ſol, auſentoſe de mi.* Et quid mirum, doleat dilecta, quod impij grauiter dolent. Nam cùm Deus *Exodi* 33. decreuiſſet non deſcendere, nec ducere populum per deſertum, *quia populus duræ ceruicis es; ne fortè diſperdam te in via*, præcedet te Angelus meus; tunc populus *audiens ſermonem hunc peſſimum, luxit, & nullus ex more ſuo indutus eſt cultu ſuo*; nec enim Angeli præſentia, nec felix in terram promiſſam ingreſſio abſentiam Dei compenſare poſſunt, ideoque audire nequeunt *ſermonem hunc peſſimum, el eſpiritu ſancto, en eſtas palabras dize que no ay peor palabra, que eſta Dios auſente*

Oſ. 9. 12.

Dei ab anima diſceſſus calamitoſior.

Culpa animæ ſit Dei ab ea diſceſſus.

Cant. 1. 6.

35. *alma ſin Dios*; imò Moyſes addit, *ſi non tu ipſe præcedas, non educas nos de loco iſto*, nam Exod. 33. 15. nec ſpes terræ promiſſæ, nec bonum aliquod præſens Dei abſentiam poterit compenſare. Et iniquiſſimus omnium Cain hoc ipſum confeſſus eſt, *à facie tua abſcondar, omnis qui inuenerit me occidet me, ſi vos os me vais ſea mi verdugo el primero que me encontrare.* Non ex amore loquitur, ait Hieronymus, ſed ex dolore aperit veritatem.

Sed

Abſentia Dei ab anima grauior ipſa morte.

Sed quid reſpondet Deus, *nequaquam ita fiet*, parum eſt te morte mulctare, grauius
malum eſt abſeutia mea punire. Quid mirum, lupus iſte & leo truculentus irrugiat,
dum tu Agne innocentiſſime quantum ſit malum abſentia Dei voce magna clamans
oſtendiſti. Nam cùm tua humanitas inimicis vndique atque doloribus obſeſſa, & à
Patre derelicta videretur, non diuinitatis abſentia, aut ſeparatione, ſed auxilij &
conſolatione, quibus Deus ſeipſum præſentem ſolet exhibere, & adeſſe his quos di-
ligit, ſolius huius abſentiæ apprehenſione, quæ per omne tempus paſſionis vocem
doloris non emiſerat, ſed potiùs coram tondente ſe obmutuit, *nunc clamauit voce ma-
gna, dicens, Eli Eli, lammaſabacthani*, &c.

Cæterùm ô Domine, hæc tua vox doloris, & ipſa comminatio immenſi mali, 36.
me in ſpem vocat, *paſito Señor que los amenaçados pan comen.* Minaris abſentiam, &
ſcis immenſum eſſe malum, pietas, vt credo, à te obtinebit ne à me diſcedas, ſed in-
tentatio tantùm ſit ſupplicij. Nam cùm quadam die ad impios illos diceret, *Ego vado,
& quæretis me*, occurrit amor, obſtat, & in mortem eum pro ipſis peccatoribus ducit,
vt opportunè notauit Auguſtinus. *Chriſto Domino mors profectio eſt.* Ad mortem gradi-
tur, non vt abſens ſit, nam amor & odium peccati pariter ſibi occurrerunt, & æquo
certamine pugnarunt. Odium, inquit, ego vado, & te deſero; amor verò, ego mor-
tem pro te oppeto: pugnant inter ſe infiniti affectus, neutrale bellum, ait Chryſoſto-
mus, ad inſtans durat, at vincit amor, inclinat in peccatores, & vbi minatur abſen-
tiam, diffinitiuam ſententiam ſuſpendit, *vt eorum animos commoueat, atque perterreat.*

Aliquando ad erudiendā animam abſentiam minatur Deus.

Rogabis tamen, vnde colligam non vſquequaque me dereliquiſſe, ſed minacia ver-
ba fuiſſe tantùm, quibus me corriperet? Duo ſigna manifeſtiſſima ſunt, ſi nempe
diuinæ adhæres voluntati, & ei obſequi in animo habes, nam cùm Phariſæi Deum
non eſſe in Chriſto probare vellent, ipſe, vt notauit Rupertus, manifeſtum diuini-
tatis inhabitantis præbuit indicium, *non reliquit me ſolum, quia ego quæ placita ſunt ei
facio ſemper. Illa igitur quæ infelicisſima deſertio eſt, quæ illum eſſe derelictum volebant, in
eo locum non habet*, probátque euidenti argumento, nequaquam enim patet inquit
hominem ſibi obtemperantem, *maximum atque perſpicuum teſtimonium dedit, vnde
non derelictum illum perſpicuum ſit.* Secundùm indicium eſt cùm cor non derelictum 37.
vſquequaque conturbatur, excitatur, vel inſpiratur, veſtigia enim hæc ſunt Dei re-
deuntis, & animam recuperantis. *Ita Deus*, ait Clemens Alexandrinus [a], *ſecum quærit
figmentum, & ei quod lapſum eſt medetur, & feram perſequitur, & pullum in nidum re-
cipit, iniuria accepta obliuiſcitur, adhuc miſeretur, adhuc poſtulat pœnitentiam.* Nam licèt,
vt ait Sapiens, *longè eſt Dominus ab impiis*, hoc eſt, non ſolùm abſens ſit ab iniuſtis, ſed
quàm longiſſimè diſcedit, & perinde ſe gerit cum illis ac ſi ab illis longo interuallo
ſemotus non videat eorum calamitates, nec preces etiam contentiſſimas audiat; *eno-
jado ſe a ido Dios no voluera a la amiſtad, ſi haran dize el ſabio, que ſolo rogaran buenos,
& orationes iuſtorum exaudiet*; ideo in origine hic locus ſic ab aliis legitur: *Acceptabiles
apud Deum viæ virorum iuſtorum: per eos autem & inimici amici fiunt*, hoc eſt, non ſolùm
iuſti morum ſuorum honeſtate Dei amorem & beneuolentiam ineunt; ſed etiam
alios Deo reconciliant, & Deum placant, vt notat Chryſoſtomus [b], vnde Demoſthe-
nes [c] preces iſtorum & orationes, *ciuitatis coagulum* appellat: nam oratio iuſtorum
animos peccatorum ciuiúmque & inter ſe & à Deo diſſociatos iterum conciliat.

[a] Exhortatione ad Gétes.

Prou. 15. 29.

[b] Hom. de manſuetudine tom 5.

[c] Apud Eboẽſem.

III. Poſtremum autem diſceſſum Dei ab anima vtpote calamitoſum & fœdum 38.
nequeo explicare, niſi priùs recolamus, percontemúrque, quare Chriſtus Dominus,
qui innumera apud externos mirabilia patrauerat, eadem facere in patria ſua recuſa-
uit? Et quidem ipſe dum ſibi opponit obiectionem, *vtique dicetis mihi, medice cura
teipſum*, tacitè & inuolutè ad quæſtionem reſpondet. Nam ſi medicus in ſuo filio aut
famulo copioſum maligni humoris apparatum videret, vtique genus ſupplicij eſſet
abundantiori cibo reficere filium, *impura enim corpora quo magis nutrias, magis noceas.*
Præuiderat Chriſtus cùm miracula ageret apud extraneos, plures eorum in infideli-
tate manere, & nihilominus non ceſſauit miracula facere; quare ergo propter infi-
delitatem ſuorum noluit ea facere? Vt enim dicitur Matth. 13. *Propter infidelitatem
eorum, non fecit ibi multas virtutes, ſed paucos infirmos ſanauit*; an quia minus diligit
ſuos? Certè ideo ſubſtraxit miracula, quia ingentem morboſi humoris apparatum 39.
vidit in ſuis ciuibus, ita vt quo plus nutriret eos, plus noceret. Magnum quidem
fuit beneficium incredulis tot miracula facta eſſe, tamen maius eſſet ſi illis facta non
fuiſſent, non enim rei eſſent, & tam inexcuſabilis culpæ, quod Dominus docuit, di-
cens Ioan. 15. *Si opera non feciſſem quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent*, & D.

Alter Dei ab anima diſceſſus calamitoſiſſimus.

Ne peiores & deteriores forent conciues ſui plura apud eos non edidit mirabilia.

Petrus 2. epiſt. 2. *Melius erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum conuerti.* & Auguſtinus [a], *Deum aliquando nos exaudire dum non facit quæ petimus, nimirum quando ea quæ petimus nocumento futura ſunt nobis.* Sic igitur Chriſtus ex affectu amoris erga patriam ſuam eis negat miracula, ne maiori reprehenſione digni eſſent. Dux ille regis Syriæ poſtquam ſe ſanum videt à lepra, rogat Eliſæum conſcientiæ caſum. *Quando ingreditur Dominus meus in templum Remnon vt adoret, & illo innitente ſuper manum meam, ſi adorauero in templo Remnon, adorante eo in eodem loco, quando el rey ſe inclina ſobre mi brazo a adorar el idolo podre yo doblar la rodilla.* Videns autem Eliſæus aulicum hominem, & palatinum ægrè ac difficulter à gratia regis & familiaritate etiam cauſa religionis diſceſſurum, & licèt rem aggrauaret, & ſcrupulum conſcientiæ iniiceret, nihil ab eo obtenturum, nec ab illo munere ceſſaturum nouo & maiori honore quo potuit affecit, nihil videlicet reſpondendo. *Qui dixit ei, vade in pace*; quaſi diceret, mendacium aut adulatorium verbum non me decet, veritatem etiamſi aperiam, ipſe non accipiet, quam ſi cognitam reſpuit, grauiùs delinquit. Vt ergo ſaltem aggrauationem culpæ excuſem, conſultius erit nihil reſpondere, præter, *vade in pace.* Ita ſimiliter amor patriæ continuit Chriſtum ne coram illis præclariora ederet ſigna, quòd ſi coram infidelibus & incredulis ea ediderat, non faciebat eorum cauſa, ſed propter illos qui crediderunt, quorum ſalutis & fidei maiorem habuit rationem Chriſtus, quàm detrimenti incredulorum, præcipuè cùm talis detrimenti ipſi increduli ſibi cauſa fuerint; in patria verò pauciſſimos inueniens credentes, vt eorum gratia incredulorum peccata aggrauare maioribus editis ſignis noluerit, vt euentus probauit. Nam

a Tract. 73. in Ioan.

4 Reg. 5.

Sic P. Toletus in Luc. & alia doctiſſimè in hanc rem.

40. *Repleti ſunt ira, & ſurrexerunt, vt præcipitarent eum.* En malum intus latens erupit, en venenum quod latebat inueniis, hos omnes incredulos & inobedientes fecit: ſicut cùm illius Imperatoris qui veneno peremptus fuerat, cor in medio buſto exiliebat, nec comburebatur, redeuntes ad corpus epoti veneni veſtigia reperiunt. Cùm tot beneficiis quaſi flammis impoſitus homo non ardes, cùm eius abſentiam non ſentis, cùm abſceſſum non doles, epoti veneni ſignum eſt, erumpet aliquando. Nyſſenus, *Multum enim accepimus de veneno inobedientiæ*; & quò tandem erumpet?

Vt præcipitarent eum. Peiores ſunt iam dæmone mortales, ait Beda, cùm à ſe abiicere Deum audent. Solum auſit dæmon præcipitium ſuadere, iſti ipſum audent perpetrare, *eſt peior magiſtro diſcipulorum audacia; ille verbo Dominum tentat, hi facto; iſte dicit, mitte te deorſum, illi adoriuntur vt mittant. Ipſe autem per medium illorum ibat.* O ſummam calamitatem! it Chriſtus nuſquam rediturus ad ſuos, diſcedit dehoneſtatus, quis audeat dicere quàm fœdus ſit iſte diſceſſus. Sapientia ipſa loquatur. *Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu, & corripietur à ſuperueniente iniquitate.* Vbique, ait, eſt ſpiritus, at verò improbando & refutando abominabitur, & fugiet à peierantibus, vt ait Athanaſius, qui digni ſunt quòd ſint mendaces, vt nec Deo etiam credant quem adhibent te-

Quaſi dehoneſtatus Deus ab anima pellitur, vel recedit.

P. Lorin. videatur, citat Doctores in Sapienti.

41. ſtem: ab incontinentibus, vt exponit Bernardus: ab hæreticis, vt inquit Auguſtinus, *Et corripietur à ſuperueniente iniquitate.* Ianſenius ſic legendum putat, *& conſutabitur Spiritus ſanctus, ac veluti victus & improperio affectus cum mœrore decedet*, eo modo quo docet Paulus, ne contriſtemus Spiritum ſanctum Dei; præ triſtitia corripi dicitur, & fugere; ſicut rex qui ab alio victus & expugnata vrbe clam ſe per poſticum ſubduxit. Aula autem regis, ſi equis aſſeruandis & alendis traditur, ſtabulum eſt. Si hæreticus eſt rex, aut Turca, aula etiam barbarorum eſt receptaculum; ſic anima, à qua per ſuperuenientem iniquitatem pellitur Deus, ſit quidem vel ſtabulum, ſi vitia inhabitant, vel infernus, ſi dæmones. Quam extremam calamitatem animæ à qua Deus diſceſſit, plangit Iſaias, *& poſſidebunt illam onocrotalus & ericius: ibis & coruus habitabunt in ea: & occurrent dæmonia onocentauri, & piloſus clamabit alter ad alterum: ibi cubauit lamia, & inuenit ſibi requiem*, &c. Sed tu mi homo, ſi ſeriò, & vt par eſt iniquitates populi, à quo Deus diſcedit, plorare vis, plorantem audi Ieremiam ſequentibus diſcurſibus, & de abſentia Dei, dum viuis id ſolum à temetipſo interroga, quod Auguſtinus, *Quomodo viuere potes, in quo mori non audes*, in morte ſine Deo manere vltimum malorum eſt; quo ergo potes modo ſine Deo viuere, maximè cùm poſſis viuere in Chriſto Ieſu per gratiam ipſius, Amen.

Sap. 1. 5.

Cap 34. 11. & 14.

VER

VERBVM PATRIS.

Ierem. 19. verſ. 1.

Hæc dicit Dominus: Vade, & accipe laguunculam figuli teſteam à ſenioribus populi, & à ſenioribus ſacerdotum.

Peccatorum pondere & numero expleto Ieroſolymam ruiſſe in interitum, caſu eius cautiorem in poſterum futuram vineam Eccleſiæ oſtendit.

DISCVRSVS CXXX.

1\. Cap. 5. Ezech. 22. 5.

NVNC *oſtendam vobis* (inquit Dominus per Iſaiam) *quid ego faciam vineæ meæ; auferam ſepem eius*, &c. *Triumphabunt de te, ſordida nobilis, grandis interitu*; horrendum te maneт exitum, cùm à tam nobili conditione in tam inſignem degeneraueris vilitatem. Quæ nobilis eras genere, opibus, regno, potentiâ, nobilis quoque adulteriis & flagitiis, famoſa eris interitu. Quod ſupplicij grande exemplum vt præſtaret Deus, duos ſimul præcones & concionatores conſtituit, Ezechielem in Babylone, & Ieremiam in Hieruſalem, qui pari contentione, verbo & litteris, ille captiuos, hic Iudæus, qui erant Ieroſolymis, futuram deſolationem templi & vrbis prophetabant; & illius prophetia mittebatur ad captiuos, & huius ad eos qui habitabant in Hieruſalem, vt vnius in diuerſis regnis Dei prouidentia probaretur. Aiebat Ezechiel in Babylone, regem Sedeciam captiuum ducendum Babylonem, eam tamen non viſurum. *Adducam eum in Babylonem, & ipſam non videbit.* Oppoſitam huic prophetiam Ieremias fuerat comminatus capite 32. 4. & 34. 3. *Oculi tui oculos regis Babylonis videbunt, & os eius cum ore tuo loquetur, & Babylonem intrabis. Cata la mentira.* Ecce mendacium, neutri fides habenda eſt, inquit rex, vtraque tamen prophetia verum exitum habuit. Nam Sedecias ductus Antiochiam * vidit Nabuchodonoſorem, & cum eo locutus eſt, vt dixerat Ieremias [a]; ſed ibi excæcatus, & inſtar feræ clauſus eſt in cauea (vt ait Hieronymus [b]) tranſlatus Babylonem ipſam non vidit. Quapropter ne tanta res ignoraretur, & non ſolùm auribus, ſed oculis doceretur populus, & fidem haberet his quæ corporeis rebus repræſentabantur, ſic iubetur Ieremias ſuam concionem inſtituere. *Vade, & accipe laguunculam figuli teſtaceam, à ſenioribus populi* (id eſt, duces tecum ſeniores populi) *& egredere ad vallem filij Ennon, quæ eſt iuxta introitum portæ fictilis, & prædicabis ibi verba quæ ibi loquar ad te.* Sume, inquit, tibi laguunculam, *vn fraſco o botija de barro*, vas anguſtum, habens orificium à ſono, quem efficit, Chaldaicè *chilchiltha* ſonat, ſicut & Hebraicè *bakbuk*, quia hunc ſonum ederē videtur. Optimum autem vrbis ſymbolum laguncula eſt, quæ vndequaque aquas, hoc eſt, gentes muris ſeptas continet, teſtaceis tamen, & quæ facilè confringi ac demoliri valeant. Iubetur tamen ad portam fictilis concionari, & comminari ruinam, quia locus erat fœdiſſimis peccatis infectus, quando nefario cultu filios idulo Baal, vel Moloch cremandos conſecrabant, *lleuen al delinquente adegollarle adonde cometio el delito*; vel quia porta illa nefaria erat, & immunda, per quam educebantur ſupplicio capitis deſtinati, *donde era el braſero de la Inquiſicion*, ſicque *Tophet* infernum, vel gehennam ſignificat. Educatur ergo extra portam, vt tam feriò agere me de ſuo ſupplicio credat, *entienda que va el negocio de veras*, porta autem fictilis ſit, vt cùm ex vna parte vaſa pænè innumera confracta, & tumultuariè proiecta conſpiciat, & quaſi cadauera extra portam inſepulta mœſtiſſ.; & ex alia parte videat figulos ſuper rotam noua vaſa facili negotio effingere, credat, apud me Ieroſolymam inter cadauera ciuitatum eſſe proiectam, & quàm proximè templum & muros diruendos facili negotio, quaſi teſtaceum vas cōfringi ſolet. Eadem tamen ratione, & quam proximè poſſe me aliam Eccleſiam, aliam vrbem, aliud regnum effingere, & ſuſcitare, quod *faciat fructus in tempore ſuo.* Quo peracto *conteres* (inquit Dominus) *laguunculam in oculis virorum qui ibunt tecum.* Et pariter præconium dices, *Ponam ciuitatem hanc in ſtuporem, & in ſibilum; omnis qui prætericrit per eam, obſtupeſcet.*

Scopvs discvrsvs.

Supplicij grande exemplum excidij Ieroſolymitani & captiuitatis.

Ezech. 12.

* Antiochiā eſſe Reblatha Syriæ metropolis, Ioſeph lib. 3. de bello Iudaico. c. 1. & affirmat Hieron. ſup. 12. Iſai. & 17. in Ezech.

a Cap. 4. 35.

b Super 12. Iſai. & ſup. 17. Ezech.

Vmbratilis tragædia captiuitatis Ieroſolymæ, & vaſtationis templi.

2\.

Alter verò concionator, nempe Ezechiel, iacēre iubetur ſuper latus ſuum ſiniſtrum trecentis & nonaginta diebus vinculis circundatus, ſicque poſitus laterem; & in eo deſcriptam vrbem, & ferream ſartaginem ſumit. Quare laterem? quia vrbes ex lateribus ædificari ſolent; quæ tamen non minori negotio delentur ex latere, quàm laguncula teſtacea conſtringitur, cùm ſupra petram non eſt ædificata ciuitas, vt inquit Theodoretus. Sartaginem autem quorſum ſumit? vel vt oſtendat magnarum rerum conciones non curioſa & vana rerum ſupellectili peragendas, ſed quæ domi ad manum ſunt: hæc enim noſtra & domeſtica ſupellex rem ad viuum repræſentat naturaliter, & ſignificanter; fatalis enim ruina, & damnatio animarum, ſempiternaque captiuitas, quibus inſtrumentis prædicenda eſt niſi flammis & ſartagine, in qua paulo antè rex barbarus Babylonius filios regis cōfrixerat? *Abraſanſe las almas en fuego del infierno, y noſotros hazemos el ſermon de flores y agua roſada.* Vel ſartaginē ſumit, vt ſtoliditatē Ieroſolymæ, & vineæ, cui Deus ſepem circundedit, oſtēdat; quæ tamē mœnia etſi celſiora videbantur, ſtatim irâ Dei ſuperueniētē diruenda & ſolo æquāda erant. Quare ſic ad illā præconium dices: *& eris opprobriū, & blaſphemia, & exēplū, & ſtupor in gentibus*, Ezech. 5. *Opprobriū*, hoc eſt, caſtigatio & terror, & quā omnes pretereūtes irrideāt. *Blaſphemia*, id eſt,

3\. *Alterū Ezechielis huius vaſtationis vaticinium.*

Quo pacto res magna prædicatione repræſentāda ſunt.

quam conuiciis proſequantur. *Exemplum*, hoc eſt, ab omnibus in memoriam adduci pro infelicitatis atque improbitatis ſimulacro. Eris caſtigatio & doctrina ſicut Sodoma. *Stupor* denique eris, hoc eſt, miraculum, quod intuebuntur, quaſi alienati à ſenſibus prætereuntes, qui dicent illud Deuteron. 29. 24. *Quare ſic fecit Dominus terræ huic? & quæ eſt hæc ira furoris eius immenſa? Quedaras hecha padron, auiſo, y eſcarmiento de ciudades y deuinas.*

3. Reg. 9. 8.

4. Ecce omnia hæc dicta & facta, in noſtrum documentum facta ſunt *, ne vinea Eccleſiæ tantam imitetur amentiam, diſcat in alieno malo futura mala vitare. Mos quidem immenſæ clementiæ patrisfamilias, non iram effundere, nec vulnus infligere, & plagam, ſi fas eſt, intentare, & comminari ſupplicium. Puniit Cain, & tamen non ſolùm motu illo compulſiuo membrorum tremere fecit, ſed per vniuerſam terram peragrare iuſſit in aliorum exemplum; ſicut cùm latroni cymbalum capiti imponitur ad deterrendos fures. Mundo etiam pacem ſempiternam promittens pacis fœdera hoc ſigillo firmauit, arcu nempe iride ſuper ſubnigras nubes circunducto. Quare Domine, ſigna fœderis pacis ſunt, quæ arma belli eſſe ſolent arcus & nubes? Voluit itaque mundum futurum erudire; ob idque æquum erit arma & flagellum in alto ſuſpendere, & hæc illi ſubiicere verba: *Ecce nunc prædico tibi quòd omnino diſpereas ſicut gentes, quas deleuit Dominus in introitu tuo, ſi inobedientes fueritis voci Domini Dei veſtri.*

* Ierem. c. 9. hôc intendiſſe Dominum apertè fatetur, *Erudire Hieruſalem, ne fortè recedat anima mea à te, ne fortè ponā te deſertā terram inhabitabilē. eſcarmentarà Ieruſalen, y ſi no ella ſerà eſcarmiento.*

5. Non ſatis viſum eſt ei præcipere, vt iniquitas Ieroſolymæ plumbea & grauiſſima in amphora ore occluſo ab imperfectis illis & dicacibus mulieribus aſportaretur, ſed imperat, vt in altum ſublatâ voce præco clamet, *His oculis vniuerſa terra, eſcarmiento, atencion, eſta es la iuſticia*, & præter hoc columnam erigi, & in poſterorum memoriam *ſuper baſem ſuam* * inter Gentiles collocari iubet, vt diſcant, & conuertantur qui ſunt in terra Senaar. Eadem de cauſa Iudæos adhuc in mundo eſſe permittit, vt in illis quaſi in libris & ſcriptis antiquis teſtata maneat Euangelij veritas, & ſupplicij cauſa, quo Deus *Regnum ſuum dat facienti fructus eius*, & cautiorem reddat Chriſtianum in alieno periculo. Hoc idem *Gen.* 19. diuinitus edocti ſumus. Nam cùm vxor Loth comitata ab Angelo, & iuſſa ne caput retrò verteret, ſubitò in ſtatuam ſalis conuerſa eſt; ſic etiam cùm populus Iudaicus, quem iam ductabat Angelus magni conſilij, retrò vertit caput ad antiqua promiſſa, & vmbras futuri Chriſti, ipſum autem deſpexit, & cruci affixit, in ſtatuam, hoc eſt, in marmor, in exemplum, & caſtigationem conuerſus eſt, & in itinere exiſtere iubetur. Quare? quia in noſtram doctrinam factum eſt hoc, inquit Alexandrinus Clemens 2. lib. ſtrom. *Effecit eam petram ſalis, non ſtultam, & quæ nihil efficeret imaginem, ſed quæ condire & confirmare poſſet eum qui viderit ſpiritualiter.* Ideo vxorem Loth & Synagogam in ſtatuam ſalis conuertit, vt exemplum ſit; & ſicut ſal eſt ſymbolum memoriæ æternæ, & ideo in pactis repetitum, *pactum ſalis*, id eſt, æternum: ſic iſto ſale Synagogæ memoriam & memoriale præbeat Eccleſiæ ſuæ, *le pongua ſal en la mollera, y eſcarmiente* *. Non diſſimile eſt illud Iſai. 30. 17. *Mille homines à facie terroris vnius, & à facie terroris quinque fugietis.* Ecce velociores Romanos, *elos a los Romanos como aguilas, mil de voſotros no harà roſtro a vno, donec relinquamini quaſi malus nauis in vertice montis, & quaſi ſignum ſuper collem.* Mos erat nautis (vt refert Hieronymus) vbi nauem aliquam frangi contigiſſet, & ad ſcopulum allidi, ſuper eandem rupem, vel iuxta locum illum malum erigere, vt ibi cautiores redderentur alij. Et in itinere etiam crucem erigimus, vt peregrini admoneantur ibidem à latronibus Chriſtianum fuiſſe peremptum. Præparate ergo Ieroſolyma, futurum eſt enim, vt nauis reipublicæ, templi maieſtas ad ſcopulum grauiſſimi peccati allidatur, turris & torcular ſacrificiorum naufragio pereant; tunc quaſi malo in altum ſublato, dicent prætereuntes, hîc demerſa eſt Ieroſolyma, & quaſi ſignum ſuper collem crux ſuper te eleuabitur, vt omnes ſtupentes dicant: Hîc morte affectus eſt filius Patrisfamilias, Chriſtus; ideo laguncula cum terrore confracta eſt, ideo muri ſartaginis corruerunt, ideo vinea ablata eſt Iudæis, ideo ſupplicium iſtud ſæpe prædicatur, vt ſeueritas Dei erga eos ſit, erga nos clementia, & vna reſpublica peccato exturbata omnes ſuo reddat periculo ſapientiores. Quæ autem tantæ ruinæ cauſæ fuerint, expendamus.

* Hoc eſt, quaſi columnam, quorum inſignis quædā improbitas eſſet, eorum vituperationes in columnis ſcribebātur, & vt ab omnibus legerētur, & omni tēpore permanerēt. Hoc eſt illud D Greg. Nazianz. in Iulianum, *Hæc tibi (id eſt, oratio) à nobis ſolliua Herculeis columnis ſublimior.*

Num. 18. 19.

* D. Auguſt. ſerm. 29 de verbis Domini. In ſalem conuerſa eſt, vt prudentes condiret exemplo.

Ieroſolymæ excidium & vaſtitas in documentum poſita & terrorem.

6. *Homo erat Paterfamilias.* Illud verbum, *erat*, antiquitatem amoris erga vineam ſignificat, ſicut, *In principio erat Verbum*; quaſi dicat, ex quo Pater Deus eſt, amat hominem, & homo appellandus eſt, qui ſine principio hominem amat. Hæc prima cauſa fuit diuinæ ſeueritatis: nam cùm tantopere à Patre optimo Deo diligeretur Synagoga, nimium fidens & præſumens de Dei bonitate in omne genus peccati prolapſa hoc vno verbo contenta erat, *Patrem habemus Abraham.* Deus plantauit nos, tranſplantauit, coluit. *Homo erat paterfamilias. Vn Dios tenemos de buena roya, que todo lo ſufre.* Filij Abraham ſumus, hoc eſt, nobiles, electi, & quorum peccata Deus diſſimulat. Ingens peccatum, & quod piiſſimum patrem grauiter offendit: qui non ſic imbecillus & inermis haberi vult, vt omnia diſſimulet, quin potiùs qui irâ excandeſcere, & exturbare, & delere ingratos filios, & alios ſuſcitare ſolet. Vnde hæc ſuperbia? nónne Deus potens eſt de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ? Hoc iam illis ſemel ſub illa parabola Regis ſignificauit Deus, cùm aliquoties benigniſſimis verbis ad nuptias inuitati pro inſigni mentis contumacia ac furore venire recuſarunt, debileſque & claudos in eorum locum ſuppoſuit; iam enim ſemel omnibus præparatis & ſumptibus factis Deus beneficia ſua otioſa eſſe non patitur, & ſicut vos cùm quis redimit cenſum, ſtatim pecuniam illam apud alium in cenſum confertis & collocatis; ſic cùm quis ſe eripit à Dei famulatu, & beneficia non acceptat, vel redditus non ſoluit, ſtatim quærit alium, in quem miſericordiam conferat; ideo alteri Epiſcopo dictum eſt, *Tene quod habes, ne alter accipiat coronam tuam.* Verùm dices, quare ſic mecum actum eſt? nónne ego ſum antiquiſſimus Chriſtianus ſanguine nobilis, diuitiis pollens? O inſania, apage ſis; indigétne Deus tua fide, ſanguine, ſplendore? Sicut ſi inſigni pingendi

Cauſa ruinæ Ieroſolymitanæ.

Primum peccatum abuſus paternæ pietatis Dei.

Simile.

7. Apoc 3. 11.

artif

artifici quis vellet vendere imaginem rudem, & nullius pretij; ridet ille,& imaginem & pretium reiicit. Quid hoc? quorſum in meam officinam inferam niſi vt ſummas & exquiſitiſſimas picturas dedecoret,& vileſcere faciat? Durum equidem eſt Deo omnium creatori velle ſanguinem, ſplendorem,& diuitias vendere. Si peccator es, etiamſi regio elatior ſis ſanguine, nullatenus te in gratiæ officinam recipiet, ille gratiarum eximius artifex,qui Æthiopem dealbare, Indos ad fidem vocare & nouit & poteſt. Quare eiſdem verbis eximiè nobiles fidei admoneo, *Nolite confidere in verbis mendacij,dicentes:Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt.* Nè dicaris, Hiſpania, Hiſpania pietatis domus, religionis templum,fidei præſidium; nam qua die corruant diuini præcepti ſepes, & bonorum operum vindemia ceſſauerit,& peccatorum fel filio Dei propinauerit, conſimili pœna,& miſerando caſu inſtar Ieroſolymæ corruet. Idem enim eſt Paterfamilias qui antè erat, *& qui plantauit vineam.*

Ierem.7.

8\. *Et ſepem circumdedit ei, fecit in ea torcular.* Hæc verba ſicut beneficentiam indicant, ſic ſecundam indignationis cauſam ſignificant. Peccauit enim Ieroſolyma,cùm minus debuiſſet delinquere,quando circomſepta erat, legem abrupit, quando turri firmabatur,inſtabilis facta eſt, & dum in medio torculari ſanguinem pretioſum habet, in ipſo ſanguine labitur, in ipſo mortem hauſit & damnationem. Summa enim nequitia eſt ex ipſa virtutis occaſione vitij cauſam capere, & ex diuina largitate tranſgrediendi ſumere facultatem,& abuti miſericordiâ. Dicant ipſi ſuo loquendi genere, *Facti ſumus vt immundi omnes nos, & quaſi pannus menſtruatæ vniuerſa iuſtitiæ noſtræ. con razon noſotros y nueſtra ley quedamos hechos abominables a todos los hombres, como el paño que arroja cada mes vna muger.* Quaſi dicerent, hoc noſtrum crimen, deſideratum Meſſiam oculos cæcorum aperientem in medio noſtri habuiſſe,& tunc oculos noſtros obſcuratos lucem refugiſſe, cùm fulgebat in terra. Diuus autem Chryſoſtomus & gloſſa hîc huius ſimilitudinis proprietatem & energiam ponderant, qua miſeranda iniquitas & calamitas Synagogæ denotatur: pannus enim hic inter fœdiſſimas res habebatur. Quare Ioſephus [a] aduertit veniſſe Laban cùm aufugeret Iacob,nimiâ irâ efferueſcentem,& greſſu & voce concitatiſſimâ inclamaſſe ſuffuratos fuiſſe Deos ſuos, & aurea idola, quæ vt inueniret, omnem lapidem mouit. Supererat ſola Rachel, de qua maior erat ſuſpicio, ad quã cùm perueniſſet, inuenit ſedentem ſuper ſtramenta cameli, & cùm illam aſſurgere opus eſſet, vt patris iram ſedaret, hoc vno verbo res tota confecta eſt, *Ne iraſcatur Dominus meus quòd coram te aſſurgere nequeo; quia iuxta conſuetudinem fœminarum nunc accidit mihi; ſic deluſa ſolicitudo quærentis eſt. Perdoneme ſeñor y padre mio, que eſtoy pagando el tributo de cada mes.* Quo vno verbo ita eius ira quieuit & ſolicitudo, vt putauerit filiam non abſcondiſſe idola. Mira res; verùm ea eſt ratio,quam addit Ioſephus; non enim in parentis venit mentem, fœminam ſic menſtruo ſanguine laborantem, vel in ſe continere, vel iuxta ſe habere poſſe idola, quæ Deos putabat ille & colebat, ſic eſt Deo odibilis hæc infirmitas. Quare ſic Ioſephus: Sedebátque deſuper dicens ſe menſtruis laborare, & Laban deſtitit amplius inquirere, credens filiam ſic affectam non fuiſſe ſacris propiùs acceſſuram. Noſter autem verus Deus ſic hanc infirmitatem execrabatur, vt hoc morbo laborantes in exterius atrium ingredi, quò licebat Gentiles & idololatras, prohiberet. Vnde ſic Deo eſt abominabilis hic naturæ exceſſus? Reſpondet non cauſam eſſe naturale hoc accidens, ſed id quod per illud repræſentatur, obſtinatio nempe, & peruerſitas Synagogæ & populi, qui quando vrgentiores cauſas colendi Chriſtum habebat, tunc in illum deſæuiit,& in amentiam prolapſus eſt.

Multis vallatum beneficiis peccare grauiter offendit Deum.

Iſai.64.6.

a Lib. 1. antiquitat. Gen.31.

9\.

Omnes enim reliquæ infirmitates de inordinata humorum & ſanguinis compoſitione naſcuntur, & ægra corporis valetudine. Vna hæc infirmitas de recta humorum harmonia & diſpoſitione ortum habet. Huius ergo populi languor & malitia eò proceſſit, vt cùm ſalus humani generis in media ciuitate ſanitatem daret, oculos cæcis, pedes claudis, vitam mortuis, tunc Hieruſalem poſt tres dies ſummi plauſus vitâ mulctare Seruatorem decreuerit. O graue crimen! Ideo fœminam impudentem eſſe,& alium diligere, quia bonus ſponſus ornamenta aurea collo, veſtes pretioſos, ſignaque amoris & fiduciæ præſtat. Quia ſanguine illuſtrior eſt eques, quia diuitiis opulentior, ideo in omne genus vitij prolabi? O noua Dei Eccleſia, hæc tuæ ruinæ miſerandæ cauſa eſt. Quando mandatorum ſepes, prælatorum cuſtodia, religioſorum vita conſilio & exemplo ſecuriores & mundiores fuere? Quando turris fidei altior, vigilantior ad propellendos & eliminandos fidei hoſtes? Quando torcular Sacramentorum vinum & ſanguinem Chriſti abundantiùs & cumulatiùs in omnes diuitias amoris effudit? Quando homines frequentiùs peccata confeſſi? fœminæ diuinis epulis recreatæ? tertio quoque die tremendum illud Sacramentum adorandum toti populo propoſitum videas? quando eruditiores libri? quando plures & elegantiores verbi diuini ſeminatores? Quando plures, qui vni vel alteri congregationi nomen dant? Quando cœnobia virginibus Deo ſacris refertiora? Quando cultiora & vberiora quæ apud templa, apud Pontifices, apud ſacras religiones & clauſtra reliquiis, indulgentiis, ornamentis, pretioſis vaſis ſplendent? cantu & harmonia aures animóſque demulcent? Quando tamen (ô malum!) plus iuris datum ſceleribus omnibus, & præceptorum murus vndequaque confractus iuramentis, periuriis, teſtimoniis, litibus, mendaciis, detractionibus, ſtupris, adulteriis? Quando iuuenes petulantiores extiterunt? Quando impudentiores mulierculæ? Quando diuina illa maieſtas in illo ſacramento à negligentioribus ſumpta, à prophanioribus derelicta? Quando Dei verbum inutilius, abiectius, & odioſius? O nefas execrandum ex beneficiis maleficia patrare, ex Chriſti ſanguine damnationem? 10.

Peccare in abundantia bonitatis Dei graue malum.

Peccat ſine cauſa ſaculum noſtrum, & anſam peccandi ex beneficiis ſumit.

11\.

Cùm autem tempus fructuum appropinquaret. Ecce quomodo ſuo tempore diuina iuſtitia bonorum ſuorum redditus & lucrum exigit: hæc enim iuſtitia in ipſa diuina eſſentia cauſam & originem habet. Omnia enim quæ Deus in orbe poſſidet, non poteſt niſi locata & cum vſura & lucro donare. Bona etenim vinculata, vel alicui primogenito hæreditario iure adſtricta donari neque abalienari poſſunt. Omnia au- 12.

Iuſtiſſimè exigit Deus redditus ſuorum donorum.

tem, quæ vel Deus habet, vel dare poteſt, diuino Numini & eſſentiæ tanquam vinculo adſtricta, & primogeniti bona donata ſunt. Prou. 16. *Omnia propter ſemetipſum operatus eſt Dominus*: non ergo poteſt Deus ea abalienare, ſed mutuata & locata dare; quæ poſtquam in tuos redegeris vſus, cenſum reddere debes, dicens cum Propheta, *Domine omnia tua ſunt, & quæ de manu tua ſuſcepimus, reddimus tibi. No tiene Dios bienes libres, todo os lo da, paraque acudais con el fruto, no paraque le podais conſumir pecando*; tales enim ſunt qui in vano acceperunt animam ſuam. Quòd ſi Deus ſic exactam rationem ducit eorum qui redditus & lucra non ſoluunt, & pœna illis aſſignata eſt, quam ſumet animaduerſionem eorum, qui nec ſoluunt, ſed potius donis ipſis diuinum Patrem offendunt. Hoc multorum commune malum, hoc etiam Synagogæ crimen fuit. Quale putas? Sicut quidam debitores veſtri, *que no ſe contentan con no pagaros, ſino que os quitar la habla*, quibus non ſat eſt non ſoluere debitum, ſed & verba negant & ſalutationes, & cùm offendunt vos, faciem auertunt. Tunc vos nimio tædio & ira affecti dicitis, parum ne eſt Petro pecuniam, niſi verba etiam debitamque humanitatis penſionem abnuat? ego quidem per Deum immortalem ad vltimum quadrantem exigam. Hoc idem peccator & Synagoga agit, diuinis bonis inſolens & incraſſata terga vertit Deo; at ille comminatur Oſeæ 2. *Liberabo lanam meam, & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius.*

Son bienes de mayorazgo todos los dones que da Dios vinculados a ſu corona y gloria.

1. Paral. 29.

Pſalm. 14.

13\. Ad hoc autem *miſit ſeruos ſuos*. Qui ſunt hi

Apoc. 6. 8. ſerui? Ioannes vidit in Apocalypſi equum. *Ecce equus pallidus, & qui ſedebat ſuper eum, nomen illi Mors, & infernus ſequebatur eum.* Iam hi neque Prophetas, neque prædicatores reuerentur, iam parabolica verba noſtra putant, & quaſi ſymbolica, nouos creare ſeruos opus eſt, *conſtitue legiſlatorem ſuper eos, & ſciant quia homines ſunt.* Quis enim mortem non timeat equo

Deſcriptio & ſimile. pallido properantem? Debet quidam multam pecuniam, ſed dum non eſt impletum ſolutionis tempus, videas hominem ſerenâ facie, erectum & hilarem incedere, ludit, obambulat, plateæ & colloquentibus aſſiduus eſt; at cùm dicta dies eſt illi, & tempus ſolutionis impletum, vt timet? iam non plateam, non notas vias vrbis frequentat, domum quoque ipſam velut ſcopulum declinat. Menſæ accumbit magno cum metu, obſeratis foribus; opinio enim mali vmbras ipſas, & quidquid increpuerit, pertimeſcere facit; vix equum exactoris audit, vix ad fores obſtitit, oſtium pulſat, & peſſulum mouet cùm palleſcit metu, arriguntur capilli, *abrid al alguacil, eſto es hecho, el alguacil eſta en caſa*; illic trepidare, obſtupeſcere, timoreque frangi. Ita ita æquum eſt fieri; ſciant iuſtitiam eſſe. Sic tu peccator debitor cùm ſis Dei, & adimpletum ſit tempus, ex quo peccatum commiſiſti, dum mors non impendet, ludis, rides, obambulas, & ſerena fronte incedis: at cùm equus pallidus, & pallida mors pro foribus adeſt, quando ſebris ardet, & corpus lecto decumbit, tunc ingenti ſtupore occupatus exactorem ſeriò exigentem credis, *eſta es ella, hecho es*, fugiamus? quò non poteris equum ſubterfugere, qui inſequutus eſt Alexandros & Cæ-

Exigit Deus cenſum beneficiorum. ſares. Eripiam me ab eius poteſtate: nequaquam; *habet enim poteſtatem ſuper quatuor partes terræ.* Obſiſtam ego miniſtris eius, *ſi por cierto, ſon ay quatro gallinas? Infernus ſequebatur eum*, qui ſemel arreptam animam ſolo Dei iuſſu abire liberam patietur.

14\. At ſaltem habeo quid obiiciam Domino meo; inquit enim, *cùm autem tempus fructus appropinquaret*. Nondum eſt tempus impletum, nec dicta dies, iuuenis ſum, elegans, reddam illi fructus in tempore ſuo, in ſenectute, nec deſinam modò lætari & oblectari iuuenes. Egregiè quidem; verùm auſculta hiſtoriam illam ficulneæ, quam iuxta iter offendit Seruator noſter, cuius fructum cùm toties in Bethaniam deſcendens nec carpſit nec deſiderauit in tempore ſuo, modò cùm nulla ficulnea fructus edebat, *& nondum* (vt D. Marcus ait) *erat tempus ficorum*, tunc auidè concupiuit, ita vt Euangeliſtæ affirment ficos *eſuriiſſe*, & a ficulnea expetiiſſe, *ſi quid fortè inueniret in ea*, quas cùm non inueniret, maledixit, dicens, *Nunquam ex te naſcatur fructus.* Quare Domine? cùm nondum ſit tempus ficorum. Sat eſt, iam myſterium intelligite: arbor iſta Synagoga eſt, & quiſque hominum in domo Domini plantatus, qui non ſolùm folia tenetur reddere, nempe vitam animalem & vegetantem, ſed rationis opera: fructus autem creaturæ rationalis ſemper debent eſſe matureſcentes, & præparati, & quocunque tempore dies adimpletur ſoluendi; tunc tamen maximè Chriſtianus homo tenetur fructus reddere, cùm reddendi tempus non eſt, hoc eſt, quando alij virtutis opera vel deſerunt, vel negligenter agunt: ſicut aiebat Dauid, *Tempus faciendi Domine, diſſipauerunt legem tuam. Agora mejor que nunca, os ſeruir eyo.* Ideo legit Auguſtinus, *Domino*, nunc tempus fructificandi Domino, cùm reliqui fructum non afferunt. Sicut de Seth egregium illud encomium dicitur, *ipſe cœpit inuocare nomen Domini*, quia cùm fructus hominis ſit, *Deum time, & mandata eius ſerua*, & homines qui tunc aderant, nec Deum reuerebantur, & ſtatuas falſas & idola colebant, ipſe tùc diuini cultus fructus quaſi primos reddidit, quia in tempore ſuo, id eſt, *muy a tiempo, y quando eran mas meneſter.* Vide tamen Domine, *quia nondum erat tempus ficuum.* Tacete, vos non rem intelligitis. Cùm omnes mihi inſeruiunt, & meæ legi & famulatui màncipantur; ſi vos non pariter ad me tota mente conuerteremini, nefas eſſet ſeuero dignum ſupplicio. Quod autem ego expetiui & eſuriui, fructus eſt bonorum operum, quando cæteræ ficulneæ ſteriles ſunt; cùm cæteri iuuenes ſunt prophani, cupio ego iuuenem vnum modeſtum: quando cæteri negotiatores cupidi & iniuſti ſunt, deſidero ego bonum, firmum, & iuſtum. Et hoc eſt quod ſuos concionatores admonere vult, vt dicant puellæ & delicatæ virgini Regem concupiuiſſe decorem ſuum, & vt introducat in cubiculum & domum ſuam, Domine, nondum eſt tempus? imò hæc & hora mea: nam bonam & honeſtam eſſe, poſtquam honorem ſemel profuderit, quid mihi noui affert? Si capillos ſemel vt rete ad capiendos oculos expanſus iam mihi ſerò offerat, quid magni eſt? at verò cùm reliquæ fœminæ hos fructus mihi denegant, hoc eſt quod ego ardenter deſidero; ideo *cùm appropinquaret tempus*; nondùm impleto tempore exactores mittit Paterfamilias. Hac etiam de cauſa ruina Ieroſolymæ occaſionem habuit.

Fructus ſpirituales ſemper eſſe debent Deo præparati.

Pſalm. 118. 126.

Gen. 4. 26.

15\.

Inſtitorum eſt preclara opera facere cùm alij nequam ſunt.

Miſit

16. *Miſit ſeruos ſuos, & alios occiderunt,* &c. Grauior iam adeſt grandis interitus Ieroſolymæ cauſa, quam vt explicem, reducite in memoriam ſanctum adoleſcentem Ieremiam, qui vt lagunculam in terrore confringeret, in vallem filij Enon venit, ibi enim Topher, hoc eſt, gehenna; ibi enim barbara immolatio filiorum facta eſt ab impio Achaz 4. *Reg.* 16. idolo Moloch: vbi ergo crudelis hæc & nefaria occiſio cœpit adimplere lagunculam peccatis & ſceleribus, ibidem futurum erat, vt adimpleta menſura peccatorum confringeret *Dominus lagunculam in terrore. Techaſſe de ver Ieruſalen, que tenian medida ſus pecados.* Et hic eſt ſenſus illorum verborum Saluatoris Matth. 23.32. *Teſtimonio eſtis vobiſmetipſis, quia filij eſtis eorum qui Prophetas occiderunt: & vos implete menſuram patrum veſtrorum. Ola Ieruſalen mira que tienen medida tus pecados, y començaſte a llenar la en Tophet ſacrificando tus hijos, deſpues a los Profetas: date priſa, Quod facis fac citius: & vos adimplete. Idos poco a poco, que llenais talle de hazer otro tanto: y en dando muerte a mis Apoſtolos y a mi, deſtruida es Ieruſalen, el fraſco ſe puede ya quebrar, que ya eſtà lleno.* Prophetia eſt, inquit D. Chryſoſt. Vos in hoc perſimiles eritis veſtris progenitoribus, quia illi pueros occiderunt, filios, & Prophetas, & vos menſuram adimplebitis ad ſummum vſque, quia illa antiqua homicidia maioribus aliis conſummabitis: cúmque meos Apoſtolos & me in mortem adduxeritis, finis aderit Ieroſolymæ, acta res eſt. Verùm vt hæc à fundamentis ſumam, audi Prophetam Amos, & S. Hieronymum ibidem, *Super tribus ſceleribus Iacob, & ſuper quartum non conuertam eum. Si vieredes que digo no quiero perdonar eſte pecado a mi pueblo, entended que tengo buen porque*; quia etiamſi innumera & grauiſſima crimina miſſa faciam, hoc eſt, *ſuper tribus*, ſicut in Euangelio *in farina ſatis tribus* ſignificatur tota terræ moles, ſicut immenſa maſſa, in quam fermentum inducitur, hoc eſt, verbum Dei & Eccleſia, tamen aliquod erit peccatum, quod veniam non mereatur, quia vltimum erit, & cui non eſt aſſignata venia. Vide quæ crimina enumerat. *Et filius & pater eius ierunt ad puellam, vt violarent nomen ſanctum meum.* Et præter hoc ad idola paſſim conuertuntur, *& ſuper veſtimentis pignoratis accubuerunt iuxta omne altare. Yuan a los idolos, y hazian alli ſus vigilias cocamas, cenas, embriaguez de vino precioſiſſimo, qual era el de los publicados adobado.* Lectos ſternebant iuxta idola, ibi omnis ebrietas, luxuria, & immunditia exercebatur; ideo addit, *vinum damnatorum bibebant in domo Dei ſui*, hoc eſt, vinum pretioſiſſimum. Hæc & alia crimina intoleranda, ſed vltimum *vendidiſſe pro argento iuſtum & pauperem* (Ieſum) *pro calceamentis*, veniâ dignum non eſt, *non conuertam.* Quid ais ſumma bonitas? quod eſt tam ingens crimen & ſcelus, cuius à te indulgentia ſperanda non ſit? Sic eſt anguſta immenſa tuæ miſericordiæ menſura ſine modo, vt vnum ſaltem crimen ſupra alia, etiamſi atrociſſima, capere non poſſit? *Non conuertam, a tal punto puede llegar el colmo de los peccados, que aunque puedo y ſuelo perdonar, alguna vez no perdonare.* Vt hæc ſuſpicio & timor vos cautiores reddat, explicemus exemplo. Menſura enim tritici, quam dicimus modium, quot grana ſinapis capiet? quis dicat innumera: attamen bona docet ratio, & experientia probat, ſic ad cumulum impleri poſſe, vt vno ſolo grano addito ſuperfluat, & per latera diſſipetur. Sic peccatores implent menſuram peccatorum ſuorum, non ideo quòd peccata diuinam excedant miſericordiam, imò ſi cum illa conferantur, minutiora ſunt quàm grana ſinapis: veruntamen tanta poteſt fieri peccatorum acceſſio & additio, vt illa eadem miſericordia ferre iam nolit tot crimina, & aliquando dicat ipſo opere, *non conuertam*, & effundat iram qui miſericordiâ plenus eſt. Verùm hoc idem quantò luculentiùs ipſe explicat Amos: *Veniam ad vos ſicut ſtridet plauſtrum onuſtum fœno.* Pro quo conſideranda eſt diuina patientia capto noſtro ſicut menſura quædam nullis ferè limitibus coarctata; quæ tamen impleri dicitur, non quia immenſa non ſit, & quæ finem neſciat, ſed quia decreuit Ieroſolymæ crimina vſque ad certum terminum expectare. Nunc ergo vt eos à peccando deterreat, & pariter de ſua non deſperent clementia, inquit, veniam ad vos ſtridens & gemens ſicut plauſtrum onuſtum, non graui pondere, ſed fœno. Vide currum qua ratione faſcibus oneratur, quot paleas ferat? quot faſciculos? vtique innumeros. Quantum ponderis habet hæc vel illa palea? nihil. Quot ferre poteſt? infinitas: attamen ſic fortis agricola poteſt faſciculis onerare currum, vt cùm ad plauſtrum iungantur boues gemant, recuſent onus, & ſtrideat plauſtrum. Semper hoc verum, ſemper prædicandum, quodcumque peccatum ſi cum diuina conferatur miſericordia & potentia, leuius eſſe paleâ, nec diuinam excedere potentiam infinita crimina; at experientia docet nos, eò crimina procedere & augeri, vt diuina proteſtetur clementia, *non conuertam, no cabe mas la medida de Ieruſalen.* 19.

Hæc quæ de Ieroſolyma diximus, de quolibet peccatore intellecta ſint; ſicut enim ad gloriam merita præcedere vult, & impleta menſura bonorum operum iuſtos remunerat præmio; ſic peccatores, quos vno vel altero peccato poſſet in infernum agere, expectat vt impleant certam menſuram, vt notum ſit omnibus, non gratis, & pro libito damnare, ſed præmeditata cauſa, *y viſtos los proceſſos*, ſicque dubia manet hominis peccatoris cauſa, & vita omni ſolicitudine plena, & cogitatio præſcientiæ, quæ auertit ſenſum, *ſaca de juizio penſar ſi ſerà eſte el vltimo peccado.* Nam ex ſacra pagina habemus Deum mortem accelerare ſecundùm cumulum peccatorum; ideo *Gen.* 15. non deleuit Amorrhæos in diebus Abrahæ, ſed Ioſuæ, illa enim erat dicta & aſſignata dies, & pœnæ tempus: & niſi Niniuitæ conclamaſſent, omnino deleuiſſet ſicut Sodomam. *Clamor Sodomorum venit ad me, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis*, Gen. 22. Væ tibi, peccator, tu enim ipſe peccando mortem accerſis, & reum mortis tuis ipſis peccatis conſtituis. Ezech. *Ciuitas effundens ſanguinem in medio ſui, vt veniat tempus, ella ſe accelera la muerte*, & Deus rationi & annumerandis annis intereſt; ait enim, *Recenſui quæ fecit Amalech, vade, & demolire eum.* Conſule quid ſit apud Latinos *recenſere.* Hiſpanus, *remembrar, hazer alarde, y eſtar preſente al paſſar las mueſtras del exercito, y contar.* Sicut cùm quis metitur pretioſum pannum 20.

Scientia & crudelitas dirui Ieroſolymam.

Impleuit Ieruſalem menſuram iniquitatum ſuarum.

Vide P. Prado Ezech. 23. v. 31. & 40.

18\. *Peccatorum deſignatus numerus cautiores reddit peccantes.*

Cap. 2. 13.

Quo pacto hanc doctrinam prædicare oporteat.

Ipſe peccator ſibi mortem accelerat peccando.

Cap. 22. 3.

num, vel auream telam, alta voce dicit, *vnum*, & ille alter qui omnia ſcribit, reſpondet, *vnum*; & *ſecundum*, reſpondet *ſecundum*; finitur tamen tela, ſat eſt; ſic recenſet Dominus tua crimina, (peccator) age, perge, auge numerum, non fallitur diuina præſcientia. Lege Auguſtinum, cuius ſententia de hac re decretalis eſt. De vita Chriſtiana *cap. 4. tom. 9.* & alibi, *Manifeſtiſſimè inſtruimur & docemur, ſingulos ſecundum plenitudinem peccatorum conſummari, & eandiu vt conuertantur ſuſtineri, quandiu cumulum ſuorum peccatorum habuerunt conſummatum. cada vno va echando pecados en el fraſco de barro, haſta que ſe llena, y le quiebra Dios.* Laguneulæ autem exemplo pateat; mittis in ſtagnum teſtaceam lagunculam, cadens autem pauciſſimam vel nullam haurit aquam; at naturali inſtabilitate iam ad hoc latus deflectit, & haurit parum aquæ, iam aliò vertitur, & ſumit ampliùs, iam ipſa grauitate demergitur, vt maiori ex parte plena ſiti tantam denique ſumit aquam, vt ſubitò aliquo leui ſono facto, in profundum demergatur. Hoc vocat in peccatore Auguſtinus, *ſecundum plenitudinem*; menſura enim iam facta eſt, hæc in vitæ ſtagno, & ſæculi vndis agitata, iam iuramenta, iam adulteria excipit, donec morte demergitur, & datur finis ſicut Ieroſolymæ.

Simile.

21. *Hic eſt hæres, occidamus eum.* Hoc eſt quo poſtremo loco Ieroſolyma in interitum ruit, & quo omnes reſpublicæ funditus exturbantur, quando videlicet omnes ciues vnanimes & concordes ſunt in malum, diſcordes & diſſentientes in bonum: vix hæredem vident filium Dei, cùm conſpirant omnes, *ea contra el todos, venite occidamus eum.* Cùm autem tempus ſolutionis venerat, adinuicem diſtracti ſunt; modò verò ad defenſionem ſui eadem eſt mens, eadem voluntas. Agamus de aliquo virtutis opere perficiendo, ecce omnes ſicut Samſonis vulpes diſiunguntur; ſi verò luſus, comœdia, vindicta proponatur, ecce omnes animo vno & loco vnu concluduntur vniti: ſicut dæmones, qui omnes nihil boni machinantur, contra iuſtum autem omnes pariter conſentiunt. Videas laicos & eccleſiaſticos vt canes odiis inteſtinis & litibus diſſidere, nobiles & ignobiles ſimiliter; ſtatim autem omnes videre liceat ſimul adſtare comœdiis, ludis, tauris agitandis, litibus, & vindictis perficiendis. O execrabilis pacis abuſus! Timeat, timeat Dei Eccleſia, timeant reſpublicæ, cùm omnes ad malum vna voluntate conſpirant. Non equidem vnus homo poterit murum ciuitatis diſturbare, fores confringere arcis munitiſſimæ; ſi verò centum arreptâ trabe pari contentione impellant, quas ferreas valuas non excindent? quæ mœnia non euertent? Sic vrbis potentiores rempublicam quaſi arcem cuſtodiunt & muniunt; ſi verò in illam conſpirant, muros eius demoliuntur. Cùm Propheta Samuel poſt electionem Saulis accubuit menſæ inter epulas armum dextrum tegi aſſeruari voluit; illum autem admonuit, non caſu,
22. ſed *de induſtria illi ſeruatum eſſe.* Quærunt Doctores, qua ratione id factum ſit, cùm pars illa animalis ipſi ſacerdoti aſſignata erat; at cùm Propheta dicat de induſtria factum, id nobis vult innuere, nempe ex illa die, in qua & rex & ſacerdos vno pranſi humero, vno conatu, vna voluntate conſpiraſſent omnes inimicos populi Dei propulſandos eſſe & deuincendos: nam ſi Eccleſia & reſpublica ſimul contra dæmonem inſurgant, vitia corruunt, & gloriâ potiuntur ſæpius decantata, Soph. 3. *Seruient ei humero vno.* Sin verò duo humeri in malum conueniunt, & vna voce, vnóque conſenſu ruinam intentant, *y todos dizen vaya vaya*, ludendum eſt, otiandum, bibendum placidè, edendum delicatè, *anchura es meneſter, libertad, y gaſtos*, de republica actum eſt: imò tu Dei Eccleſia, quæ portas inferi non times, hanc hominum in peccatum conſenſionem pertimeſce, hæc Chriſtum egit in crucem, te non difficilè exturbabit. Lapſam propè (ô mi Redemptor) cauſam tuam, & pænè emortuam rempublicam, protritam & conculcatam vineam dilectam conſpicio; licèt enim illam vltima pernicies & peſtis hæreſis non inuaſerit, licèt vigeat fidei cultis, vigilantéſque ſpeculatores; verùm ſi in illam omnes pariter inſurgant ſerui & domini, Eccleſiaſtici & ſæculares, nobiles & obſcuri, ſapientes & indocti, qua ratione non vna die ruet ad interitum? Dum muri Hieruſalem labefactati tantùm erant, ſuſtentare & fulcire curabat tua prouidentia; ſicque Amos te vidit trulla cæmentarij muros reficientem & reuocantem: qua die autem omnes pariter legem tranſgrediuntur, & muros præceptorum irrumpunt, relictâ trullâ in
media platea abire viſus eſt, dicens, *Non adiiciam vltrà ſuper inducere eam, ya no ay remedio para eſta çerca, es por demas, yo me voy.* 23.
Cùm vnius hominis regnabat iniquitas, quando duo vel tres à Dei cultu & famulatu recedebant, & hoc vel illud præceptum infringebant, patiens Dominus, & benignus Pater gratiâ reuocabat eos, clementiâ alliciebat; cùm verò omnes pari conſenſu & contentione furantur, adulterant, litigant, murmurant, detrahunt, inuident, & prophana ſimul ac diuina contemnunt, *non adiiciam, voime, voime, dize Dios.* Quò pergis Domine mi? Quò migrat fides tua? Quò transfers vineam tuam? Ego (ait Dominus) pergam vbi nouam plantem vineam, nouam Eccleſiam ſuſcitem. Poſſibile, inquam, eſt, vt alas habeat Eccleſia, vt aliò tranſuolet fides illa antiqua Hiſpanis ſedibus auitâ religione nutrita? Ita fiet, ait Dominus: ſicut enim nulla auis mitior & manſuetior eſt domeſticâ gallinâ, nec ad volatum infirmior; ſic tamen hinc inde poteſt vrgeri vocibus, agitari lapidibus, abigi manibus, vt ſumat alas & ſpiritus, & celſiſſimas ſepes tranſgrediatur, & ad vicina tecta prætervolet. *Nolite confidere in verbis mendacij*, dicentes: Fides in Hiſpania nata, à Iacobo lata, à ſanctiſſimis eius diſcipulis nutrita & propagata; ſic enim omnes poſſunt conſpirare, dicentes *Venite occidamus eam*, vt ſi hinc à Turcis, illinc à Iudæis, hinc à Mauris, inde ab hæreticis, ex vna parte à Laicis, ex illa ab Eccleſiaſticis, iam à Gentilibus, iā denique à nequiſſimis Chriſtianis vexatur; te (ô ſuperbiſſima Hiſpania) relinquat, & cum iniquiſſimis Iudæis explodat & reiiciat. Idem in eadem cauſa eandem ſententiam feret; ſententia lata eſt in Iudæos, *Auferetur à vobis*, caue ne ſit eadem cauſa, vt iudex cogatur eandem contra te ferre ſententiam, ſed gratiam & gloriam.

Vaſtationis Ieroſolymæ vltima cauſa.

Conſenſus in malum omnium auiſ.

Abuſus pacis execrabilis.

Simile.

Conſenſio peccatorum ad peccandum potentior eſt inferno ad diruendam Eccleſiam.

Probatur ex ſacra Scriptura.

A ſimili probatur.

VERBVM

VERBVM FILII.
Matth. 21. v. 33.

Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & ſepem circundedit ei, &c.

De ter maxima iniquitate conuincitur homo; vrgetur confeſſione ſuâ, ſed ſuperexaltat miſericordia iudicium.

DISCVRSVS CXXXI.

1. HVMANA beneficia humanas etiam vires ſuperant; *Las obligaciones de beneficios recebidos exceden las fuerças humanas, y aſſi o incurrimos en nota de ingratitudo, o padecen el amor y obligaciones ſub anco roto como mercaderes muy cargados; o nos eſpera terrible juizio en el coraçon del amigo; que haran obligaciones diuinas?* quibus cùm non modò perſoluendis quidem, ſed ne commemorandis pares eſſe poſſimus, vel ingrati animi notam incurrimus, vel deeſſe obligationi & muneri cogimur, vel terribile amici expectare & ſubire iudicium. Hæc libuit præmittere, ne regem iſtum iratum mireris, ſed attentè omnia & accipias & obſernes. *Hæc dicit Dominus Deus, aufer Cydarim, tolle coronam: nónne hæc eſt quæ humilem ſubleuauit, & ſublime humiliauit? Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam in eam, & hoc non factum eſt. Donec veniret cuius eſt iudicium, & tradam ei*, Ezech. 21. Sicut ſunt mala, quæ tolerare eſt quaſi impoſſibile, ſic etiam ſunt bona toleratu impoſſibilia, vt optimè Tertullianus [a], *Bonorum quorund am ſicut & malorum inſuperabilis eſt magnitudo.* Liquet hoc maxime, vt ponderat Rupertus [b], in lapſo Angeli, qui tot lapidibus pretioſis ornatus eſt, vt dum cauſam eius ruinæ quærimus, potius eius leuitatem & imbecillitatem, quàm beneficam liberalitatem accuſare debeamus.

a De patientia.

b De victoria Verbi, c. 11 & 12.

2. *Accenſa leuitatem angelica creatura, quæ ingentia Dei beneficia non ſuſtinuit, magna illius celſitudo in principatu angelico; nequiuit tamen pondus tanti honoris humiliter ferre.* Probat hoc ſecundò loco noſter Adam, qui giganteâ licèt proceritate creatus, vt Paradiſi cuſtos eſſet, & dominus, *Tamen de nihilo creatus creatura leuis eſt, & nullius ponderis, nullúmque Dei donum ferre poteſt humiliter: leuis ergo creatura non ſupportat Dei beneficia, per elationem ſubuerſa*, vel grauitate ponderis ſummerſa, *hundeſe como el corcho con el gran peſo en el agua.* Quod cùm experientiâ ipſâ notum eſſet, non tantùm Deo, ſed nobis etiam (inquit Rupertus) & in his duobus ſatis probatum maneret, ſcil. in ſūmo Angelo, & primo homine, *quia principatum omnium nullus humiliter ferre poteſt, niſi Deus incarnatus*; Dei tamen infinita bonitas tertiò iam coronâ, regno, & immenſis beneficiis populum peculiarem, & vrbem Ieroſolymam condecorauit, & ſedem regni effecit, quam vt extollat, reginam vocat; vt verò infinitis eam beneficiis cumulet, vineam appellat. Quantum amoris, quantum laboris, quantum liberalitatis in eam impenderit, hoc vno Euangelio ſatis ſupérque probatum manet: videtur enim totus Deus impenſus, & omnia eius attributa illi tributa. Primò enim *magnanimus* extitit, dum ex Ægypto leui terra, in craſſiorem & fœcundiorem tranſtulit. *Simile eſt regnum cælorum homini patrifamilias qui plantauit vineam.* Secundò *benefens* fuit in munienda, erigenda turri, templo, & altari; *ſepem circundedit ei, ædificauit turrim*, &c. Tertiò *iuſtitiam*, dum locat ex pacto agricolis, deſignat tempus, ſignat in libro, *locauit eam agricolis.* Quartò iam *maieſtatem* repræſentat, ab ea longe profectus, vt non indigere illa nec fructibus intelligerent, ſed amorem, fidelitatem, & famulatum expoſcere; ideo *peregre profectus eſt.* 3.
Quintò, patientiam longa in expectatione fidei & bonorum operum ſatis mundo manifeſtauit. *Cum autem tempus fructuum appropinquaret.* Quid iam poſt tantam patientiam? Sextò *ſeueram comminationem* adhibuit, nam interfectis ſeruis & contuſis, filium primogenitum occiderunt, *verebuntur fortè filium meum, hic eſt hæres, venite.* Iam iram, & omnem indignationem effudit, & extremo in illam ſupplicio animaduertit. *Hæc dicit Dominus, aufer Cydarim, Ea Reyna ſoberuio, quitaos eſſe turbante, o eſſa vanda, con que ceñis y coronais vueſtra cabeça.* Age, volo vineam eradicare, *nónne hæc eſt quæ humilem ſubleuauit?* Theodoretus, illa eſt iniuſta, quæ tyrannos & iniuſtos in ſedem regni extulit, & ſanctitate præcellentes in carcerem detruſit. Sed vt ſecundùm litteram breui eius peccata commemorem, refricabo memoriam beneficiorum, *Mater tua quaſi vinea in ſanguine tuo ſuper aquam plantata eſt, fructus eius & frondes creuerunt. la Sinagoga era viña, voſotros las vides, baxos, humildes, pegados al poluo. In ſanguine tuo,* Vinum autem in regium ſanguinem tranſiit in Iechonia; tu nobilis & fœcunda nobilitate, filiis generoſis, & regni ſecuritate, Septuaginta, *vt flos mali granati*, Theodoretus, *veniſte a ſer vn hermoſo granado, cuyo tronco es la Real alcuña, ſus ramos cetros, ſus granadas ciudades, ſus flores purpura, y ſus coronas, coronas, in ſceptra dominantium*; ibi duces [a], *in tribum ducum*, ibi vnitas & pax ciuium (vt exponit Eucherius) ibi nationum conſenſiu (vt vult Gregorius.) Quare ergo, Domine, tantum illi irrogatur ſupplicium? Bene rogaſti, attende. *Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam in ea*: nam ſi bene memor ſum; triplex & ter maxima eſt eius iniquitas. Primò enim ſicut Angelus per ſuperbiam & elationem deliquit, *Curuitatem ponam in ea* *, *yo le abaxarè la creſta, yo le aballarè el turbante blanco y coronado*: nam non potuit tolerare pondus beneficiorum, *ſino que ſintio alla no ſe que coſquillas como el Angel de contento proprio, tacitum portentant gaudia pectus, no acudio tan preſto con las gracias.* Subitò expuam eam, ſubitò quaſi fulmen iaculabor, nullo ſui veſtigio relicto. Venit Nabuchodonoſor, & in Sedechia coronam rapuit; Iudæ in gloria remanſit. *Iniquitatem.* Secunda hæc iniquitas humana, & Adæ perſimilis, qui cuſtos effectus paradiſi fructus non reddidit Deo obedientiæ, ſed ſibi arrogauit fructum, & ſi poſſet Deitatem. *Iniquitatem.* Iam ad cumulum peruenit iniquitas, *ſuper tribus ſceleribus*, hoc eſt, maximis, dum filium & ſeruos occiderunt. Hoc peccato inſtabilis facta eſt Ieroſolyma, ruit templum, & abrogata lex, poſſeſſa ab alienigenis, ablata corona, conſtitit tamen, inquit

Expectatio longanima. 83 — marginalia:

Pondus beneficiorum expenditur.

ECPHRASIS EVANGELII.

Ezech. 19.

a Sic Septuaginta.

Ter maxima iniquitas Hieruſalem.

Peccauit ſicut Angelus.

* Ita Ennapius in vita Euſtachij, apud Prado.

Peccauit ſicut Adam.

Peccauit ſicut eſt dicere Deicidio.

Angelus ex leuitate cecidit qui ingentia Dei beneficia non ſuſtinuit.

Ingratus & leuis Angelus.

Ingratus & leuis Adam.

Ingrata & leuis Ieroſolyma.

inquit Dominus, hoc ſerò factum eſt, vt me iuſtum & æquum iudicem fateretur, & vt veniret Eccleſia, cui honor reſeruabatur regius & corona. *Et hoc non factum eſt, donec veniat, cuius eſt iudicium. Haſta que vinieſſe el que tiene derecho a vueſtra corona*; quod fateri coacti ſunt propoſita Chriſti parabola. *Dabitur genti facienti fructus eius.*

5. *Homo erat Paterfamilias qui plantauit vineam.* Ex dictis liquet ſatis, in domo Dei eſſe rationem omnium quæ expenduntur; & ſicut ſtudioſus negotiator librum habet expenſi & accepti, in quem omnes ſummas refert, & codicem ſuum, teſtis loco, recitat; ſic Deus in vno codice omnes miſericordias expenſas refert, *Taldia lleuò fulano tal partida, fulano y fulano fiadores de ſaneamiento por tal plaço lumpleſe el plaço, haſſeule reconocer la deuda, pague.* Habet alium codicem iuſtitiæ, in quo bonorum operum relata continentur, & peccatorum ſupplicia & peccata memoriæ tradit; ideo Ieroſolymæ tabulæ in ordinem confectæ quidquid propter illam expenſum eſt referunt. Primò ſepem, turrim, torcular, longum expiationis tempus; in aliis tabulis ecce ſcripta profert, *iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem*, ſciat mundus quid in hos duos codices retulerit Chriſtus id ratum futurum, id perpetuæ religionis fidem in æternum exhibiturum: ideo ea omnia ſigillatim expendamus.

Deus habet codices dati & accepti.
CARDO DISCVRSVS ET DIVISIO.

6. *Homo erat*, Iniquitas prima fuit inſtar Angelorum, qui cùm à Deo natura & gratiis plantarentur, ſtatim in beatam vitam & gloriam transferendi, neque amorem, neque manus, neque naturam, neque gratias in Deum retulerunt; ſed neſcio quam ſomniatam diuinitatem ſibi arrogarunt, pulcritudini ſuæ omnium tribuentes. Sic ſimiliter, inquit D. Irenæus [a], *Primò quidem per plaſmationem Adæ, & electionem Patrum plantauit vineam*, vt recurras ad anteacta ſæcula, imò ad æternitatem, in qua *homo erat*. Iam amor antequam mundus eſſet, intentus erat plantationi, imò *homo erat*; quis? Deus. Et Deus qua ratione ante ſæcula homo? per amorem; ex tunc enim ſic homines adamauit, eiúſque cauſa laborare decreuit, vt *homo* dici poſſet, quia partes eius tueri conſtituerat. Sicut ſi Romæ eſſet Cardinalis Hiſpanus, qui in Galliæ tutelam & protectionem propenderet, è veſtigio fertur, iam Cardinalis N. eſt Gallus, *ya es Frances*; &, vt docet Dionyſius, amor perſonas permutat. Quare cùm quis gratioſus eſt & amicus regis, etiamſi ſit dux, communiter dicitur, ecce ipſe eſt rex, *Veis a hi el Rey.* Putauit dæmon, Verbum Dei acturum partes ſuas homine relicto; at verò Deus etiam antequam caro fieret, ſic hominem dilexit, vt omnes Angeli dicerent, *Homo erat, hombre es ya Dios.* Vt illo verbo, *erat*, retrò in omnem æternitatem conuertamus mentis oculos, & iã illum hominem humanâ tectum carne videre licebit, *Et Deus erat Verbum, & homo erat.* O perennis amor, qui ipſam coæquas æternitatem, qui me ſine principio amaſti, quando incipiam ego? quando dicar ego Deus, erat homo te ſolũ amãs, in te in ſempiternum transfuſus? quis finem faciat amandi, qui ſine principio ſic hominem amat, vt homo eſſe dicatur? *homo erat*, *Pater* nouam obligationem inducit, ne putes ſibi, ſed tibi plantaſſe vineam, *plantauit vineam*, humanam vt vidiſti naturam, eligens ſibi Patriarchas. *Sepem circundedit ei* timoris Dei, & Angelorum cuſtodiæ; hi omnes naturæ noſtræ cuſtodes nuncupantur. Zachar. 2. *Ego ei murus.* Pſ. 33. *Immittit Angelos Domini in circuitu timentium eos.* Hier. *Circundat Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eruet eos.* Et ſicut ſanctorum Patrum exempla nos quaſi ſepes muniunt, ita pariter ſuperbos homines Angelorum ſupplicio deiecit, inobedientes Adami pœnâ correxit, homicidas Caini tremore perterret, turpes Sodomitico igne compeſcit, rebelles filiorum Chore incendio cohibet, detractores Mariæ leprâ refrænat. Quod imitari debent populi rectores; ſemper enim verum fuit [b], METV CONTINETVR AVDACIA; timor enim etiam in feras ipſas potens eſt, quæ cùm in quadam vrbe, etiam in plateas audacter penetrarent, ſingularum ſpecierum vna ante fores ſuſpenſa, omnia reliqua bruta cohibuerunt. Si non vales omnes fures comprehendere, at ſaltem vnum ſuſpende. Si non potes tantam iuuenum & perdidarum fœminarum viuendi licentiam frænare, ſuſpende ſaltem lupam vnam, aut vulpeculam, leænam, quæ in laqueos animas pertrahit. *Turrim* etiam ædificauit: nam per prouidentiam quidquid nocere poſſit ſpeculatur, vt aiebat, Prouerb. 28. *Turris fortiſſima nomen Domini, ad ipſam currit iuſtus, & exaltabitur. Fodit in ea torcular*, veram confeſſionem & pœnitentiam, ſignum clariſſimum veræ Eccleſiæ. Lactantius [c], *Sciendum eſt illam eſſe veram Eccleſiam, in qua eſt confeſſio & pœnitentia*, vbi ſi premuntur & torquentur animæ, ſanguine tamen Chriſti circumfuſæ, ab omni labe mundantur. Quid iam vltrà faciat vineæ ſuæ bonus iſte paſtor? certè etſi occaſiones captat benefaciendi, neſcio qua poſſit iam beneficia intrudere; imò idem ipſe quaſi ſpeculatur hoc ipſum. *Quid faciam vineæ meæ? quid faciat agricola illi?* Ideo optime S. Cyprianus, *Amor eſt beneficus inſidiator, vna eſpia es el amor, vn Argos, vn ſaltador bien hechor*: nam ſicut ille obſeruat locum, tempus, perſonas, vt diripiat, amor vt benefaciat; & ſicut ille tacitus ſequitur viatorem, ita *miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ*, Hebr. *& miſericordiæ ſequentur*, in plurali nominat, vt oſtendat vnam videri miſericordiam, ſed multipliciter hominem ſubſequi, vt benefaciat.

Amor verbi Dei ex æternitate.

a Lib. 4 c. 70.

Simile.

Metus eſt peccatoribus incutiendus. 7.

b *Miedo guarda viña*, ex Latin.

Signum veræ Eccleſiæ confeſſionis Sacramentum.

c Lib. 4 c. [illegible]

Obſeruat vt beneficiat amor.

Pſal. 22. 56.

Rogat hîc opportunè Rupertus: Quare (Domine) pondus tantum beneficiorum in vnum hominem & Angelum collocas? nónne tu probè noueras hominem ſicut & Angelum tanto pondere oppreſſos periturus? *Modo quodam* (reſpondet) *nouerat Deus, ſcilicet per ſcientiam, modo quodam nondum nouerat, ſcilicet per experientiam; voluit autem experimentum proferre iudicium expectans, quiſo remitilo a la prueua, por experiencia vereis que no teneis hombros para recebir ni ſuſtentar tantos beneficios, ni la corona.* 8.

Prima igitur iniquitas vineæ fuit ſuperbire, inde euanuerunt fructus eius, atque alieni comederunt robur eius. Dicat Eccleſiaſticus cap. 10. *Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo, quoniam ab eo qui fecit illum, receſſit cor eius. Non eſt creata hominibus ſuperbia,* 9.

perbia , neque iracundia nationi mulierum. Ne putes (quaſi dicat) tantum iámque lamentabilem lapſum humanæ naturæ repente factum : nam , vt benè Orator dixit , *Innocentia per gradus certos ab homine diſcedit , & ne in maximas trepidet audacia , diu vires in minoribus colligit. Nemo inde cœpit , quò incredibile eſt perueniſſe.* Interrogo ergo , quid antè impiè & perdite fecit humana natura , quæ in talem ſuperbiam elata eſt , & in talem amentiam , vt poſtea parricidium perpetrauerit ? Rectè rogaſti ; ſed reſpondet Sapientia , *Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo , & ab eo qui fecit illum , receſſit cor eius. No miro ni conſidero ; pareciole que podria valerſe ſin Dios.* Dicat Bernardus [a], *Adam quippe in paradiſo poſitus primo perdidit circumſpectionem Dei ? teſtatur enim B. Auguſtinus , quòd nequaquam tentator hominem de paradiſo euerſiſſet , niſi aliqua elatio in animam hominis præceſſiſſet* , tum veriſſimè ſcriptum ſit : *Ante ruinam exaltatur cor.* Nolo autem primum peccatum præceſſiſſe , ſed elationem aliquam , & defectum circunſpectionis , velle nempe propriis viribus aſſurgere , nec memorem ſe eſſe vitem naturâ ſuâ humilem ſine alterius adminiculo , aut internâ virtute non poſſe augeri. Ideo mirantur Eccleſiaſticus hoc hominis primum fuiſſe peccatum : nam inquit , *Non eſt creata hominibus ſuperbia , neque ira nationi mulierum.* Eſt autem comparatio inter hæc duo , licèt in ſe ſentiat iræ igniculos mulier , tamen non eſt mulierum vindicare ſuas iniurias : nam cùm exequi vult opus vindictæ , imbecillam ſe & viribus deſtitutam videt ; ſic homo in humilitate creatus & plantatus , in quem etiamſi elationis ſemina immiſiſſet dæmon , *non eſt creata hominibus ſuperbia , no le nace de ſu principio , no nacio la via para ſobervias ni altiuezes* ; ſed innata humilitas & dependentia à Deo. Qua verò ratione vitis & cuiuſuis principis fortuna augeri , & qua ratione altum tenere gradum poſſit humana infirmitas , oſtendit ſomnium principis vinatiorum regis Ægypti. *Videbam coram me vitem , in qua erant tres propagines , creſcere paulatim in gemmas , & poſt flores vuas maturescere , calicémque Pharaonis in manu mea. Tuli ergo vuas , & expreſſi in calicem quem tenebam , & tradidi poculum Pharaoni.* Vide (vitis humana) qua ratione augeri & reſtitui debeas in primam celſitudinem , quam amiſiſti ; quis plantauit vitem quam vides coram te ? nemo vtique niſi ſolus Deus , vt quidquid honoris & felicitatis illi obueniret , Deo acceptum redderet , & hanc felicitatem omnibus quas haberet anteferret ; ideo aiebat ſponſa ,
10. *Vinea mea coram me eſt , mis Aran luezes , mis bienes raizes , mi dicha toda eſta en tener yo delante a mi eſpoſo y ſeñor.* Addit autem quod confirmat fortunam iſtam à Deo eſſe , ait enim ; *Videbam paulatim creſcere in gemmas.* Felicitas mundi hoc habet , vt citò & è veſtigio creſcat , ita vt admirentur gentes ; ideo tamen maturat opera ſua mundus , quia fortuna magis quàm virtutis robore augeſcunt. *Fortuna ſubſultare ſolet , virtus per gradus aſcendit.* Repentè diteſcere , ſuſpicionem generat im-

Mar. Fabius Quintil. declam. 1 pro cæco contra nouercam.

a In lib. ſent. §. 8.

Prou. 16.

Longè à ſuperbia abeſſe deberet homo.

Ambitioſi quos aſcendidi gradus debeant ſibi ſeruare.

Gen. 40. 5.

Quidam ſapiens.

maturitatis ; ideo D. Auguſtinus in illud , *Quis autem veſtrûm poteſt adycere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum ?* Rectè admonet diuites , vt ea ratione diteſcere curent , qua adoleſcit homo , depoſita nempe omni ſolicitudine : nam ideo vbi nos legimus *cogitans* , Syriaca legit , *ſolicitus* ; quis enim ſola cogitatione aut nimia ſolicitudine poteſt pubeſcere , aut pubertatis annos addere , & excedere , & corroborare ſe , ſi natura debilis eſt ; quis ? (inquit Auguſtinus.) Sicut ergo adoleſcimus non cogitantes , ſed dormientes , ambulantes , colloquentes , & humanas actiones exequentes ; ſic etiam diuites & illuſtres ſimus non ſolicitudine , ſed executione operum quæ Chriſtianum decent oratione , eleemoſyna , moderatâ induſtriâ , & ratione ; ideo *paulatim creſcere in gemmas viſa eſt , en aquel pro de tiempo hueco ſus eſpacios y tardanças , para queſe fueſſe leuantando la vida en ſus artejos y tercios* , vt per hoc intelligeret à Deo extolli , & conſtantem eſſe felicitatem , & vt priùs vuas crudas & acidas expectaret , antequam ad maturitatem venirent , *que crean los que quieren medrar y dar fruto , que han de tener ſus agraçones.* Nec prætereundum eſt quod Hugo Cardinalis ex Hebræo notat loco verbi illius *gemmas* , *oculos* poſſe verti , Sanctes Pagninus , *flores* ; vna enim inter arbores eſt vitis feliciter & vtiliter plorans , & quaſi partus dolorem præſentiens ; ſed tunc lætantur agricolæ ſpe lætitiæ ſuo tempore ſubſequendæ. Ita cùm quis à Deo ad illuſtrem gradum & dignitatem euehitur , ſolus ipſe vtpote prudens debet plangere (vt feciſſe legimus primos illos ſanctóſque Doctores :) populos autem lætatur meri ſuauiſſimi ſpe , *Eſt eſs que trae talle de hazernos bien ,* 11.
que entra llorando , quare *flores* vertit Pagninus ; flores enim ſpes ſunt fructus : & vitis quaſi grauidata eſt , & tandem pariet , ſicut ſponſa aiebat Cant. 7. *Manè ſurgamus ad vineas , videamus ſi floruit vinea , ſi fructus parturiunt* ; ideo ſequitur in textu , *Tuli ergo vuas , & expreſſi in calicem* (Pharaonis) *quem tenebam , & tradidi poculum Pharaoni* ; huc tendunt dignitates Chriſtianæ , vt Deo & proximis vina propinemus. Audi paulo pòſt verba ſponſæ cap. 8. *Quis det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ ? apprehendam te , & ducam in domum genitricis meæ , ibi me docebis , & dabo tibi poculum ex vino condito.* Mos erat ſponſas dulcem propinare potum ſuo ſponſo , cùm ad domum ſponſi perueniebant. Vinum hoc *aromaticum* erat , ſic Pagninus ; vel *vnguentatum* , ſic Septuaginta , *vn letuario ſuauiſſimo tenido en çumo de granadas.* Ibi igitur *me docebis* , & leges vxorias inſtillabis , *dirasme las leyes de la buena caſada* , quarum vna eſt , vt vinum tibi gratiſſimum in latice meo offeram : nam neque aromata ſola , neque meſum ſigillatim , *ſed vinum conditum* ; nam & Lutherus ſolo tuo ſanguine contentus dicitur , Pelagius item multum tribuit libero arbitrio , illi negant opera , iſti gratiam , illi gratiam , iſti naturam : ego verò in calice tuo & bona opera ex libero arbitrio exprimam , condita tamen tuo ſanguine & gratiâ. Quorſum hæc miſces , ô ſponſa ? vt cùm ego aquam fri-

Matth. 6. 27.

A ebrietates deuorent ambitioſi.

Gratia & cooperatio noſtra vinum Deo dignum.

gidam ſitienti dedero (charitatis gratiâ) cælum mereri queam: nam ſicut aqua modica in amphoram vini infuſa tranſit in vinum, ita ſi mea opera Chriſti ſanguine commiſcentur, ad meritum & valorem aſcendunt Deo dignum.

12. Rationes iam vineæ exigamus, videamus an fructus eius correſpondeant expenſis. Certè ſi iſta duo inter ſe conferantur, vinea manifeſto in delicto tenetur. Dicat Ioel. *Audite hoc ſenes. Reſiduum erucæ comedit locuſta, & reſiduum locuſtæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo. Expergiſcimini ebrij, & flete & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine, quia perijt ab ore veſtro.* Agitemus in ſenatu ſeniorum rem iſtam, vaſtata eſt omnino vinea mea; à quibus? *la oruga, langoſta, pulgen, y otra enfermedad ſecreta que deſmed a las cepas.* Eruca vermis eſt pictoratus, pædore fœdiſſimus, tardus, & ab agricolis vocatus *caſaa cueſtas.* Significat eruca fœminas ornatas & fucatas, in quarum alis (ſeu veſtibus) *inuentus eſt ſanguis pauperum. Vno de los mayores cargos que ſe le hazen a la viña Chriſtiana, le lleuan a cueſtas eſtas guſanas galanas.* Sic probat per integrum librum Tertullianus, quem ſic explicuit. *Hæ ſunt vires ambitionis, mirad que hombres tienen las mugeres, tantarum vſurarum ſubſtantiam vno & mulebri corpuſculo baiulare.* Quare animaduerte, vineam Chriſtianam ſic ambitiosè creuiſſe, vt non iam vitam humilem, ſed multiplici lapſu ſerpentem ſilueſcentem, & ſarmentorum propagatione fuſam videas, *de viña ſe nos ha hecho parral*; videas enim vitem humilem omnem replere domum annuo fructu, torcularia vuis, muſto plenæ cupæ hydriæ aceto, vtres vetuſto vino, vaſa mellacio, hîc vua paſſa, illic vinacia conſeruantur. O bona arbor, digna es quæ tuo nomine inſi-

13. gnias matronam Chriſtianam, *eſſe ſea el nombre de la muger caſera, vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.* Simili enim modo videas lectiſſimam fœminam omnibus rebus domum ſua opera refertiſſimam habere pane, vino, lino, telis, veſtibus, filios etiam quaſi generoſæ vitis racemos vbere pendentes ipſa vehit, nutrit, & alit, ſicut vitis abundans. Modò verò iam ambitio ſuos palmites diu propagauit, pampinos vſque ad feneſtras & tecta profudit, fructus autem acidi, pauci, immaturi, *parrales inutiles que ocupan y llenan alto y baxo de la caſa.* Videas enim in ingreſſu domus currum, lecticam, ſellam, famulos; aſcende vxoris palatium, vide honoratios ſenes officiosè excipientes, vide palatium amplum, aulæis pretioſis ornatum; ſtrata, ſponda tapetibus latiſſimè longiſſiméque explicaris, mulieres reſidentes puluinis ſericis, ſuperflui alij impoſiti & compoſiti, vt ſolùm vacare viſantur, pueri genuflexi, odorum ſuauitas, vnguentorum fragrantia. Quid ſi thecas aperias, & explices veſtes, peplum delicatum & rarum; veſtem fimbricatam, holoſericam, bombycinam, vndulatam, Attalicam, polymitam: teſera etiam arculam, vide torques, armillas, annulos, ſandalia, redimicula, gemmatas veſtes clauatas auro, pondus auri, geminatum ſplendorem. Intra ad ſecretiora cubicula, vbi calamiſtra, ſpeculum, pigmenta, vnguenta, medicamenta, fucus & purpuriſſum (proh pudor!) Horret animus, hæret lingua ad tantam tamque ambitioſam ſuperbiam. Plantauit te ſic tuus Chriſtus, hæreditas ſancta? voluit ille Chriſtianas fœminas, quas vix vna amplaque domus caperet? an potiùs vites humiles, quietas, domi manentes? *In lateribus domus ſuæ.* Inde rixæ, inde inter vos inuidiæ, diſcordiæ, æmulationes: nam ſi demas primos illos racemos & hauſtus coniugalis vini, ſtatim vinum lætitiæ non habetis, neque pacem, neque Deum; omnia enim hæc eruca deuaſtat, vt ſatis liquet in ſplendido Salomonis regno funditus à mulieribus deuorato. Quid bruchus? auarorum, inquam, grex? qui ſemel arreptum aureum nummum ita abſcondunt, vt nec parentem ſuum ſolem intueri ſit liberum. Quid locuſtæ cataphractæ ad iram & vindictam armatæ? iratos, inquam, qui feruore ſanguinis incitati vindictam, ſanguinem, lites, mortem meditantur. *Non enim eſt illis commutatio; extendit manum*

ſuam in retribuendo: ſi vna vez tienden la ma- 14.

no, y ſola juran, vengar me tenge, no vendran a concierto jamas. Finem omnium facit rubigo occulta infirmitas, quæ debilitat & turpat mentes & cogitationes moroſis cogitationibus & occulto igne graſſante per animi medullas, vt vbi putes ſacrarium reſidere ſpiritus, ibi lupanar, ibi ſterquilinium, in quo tanquam in obſcœno luto miſera volutatur anima. *Vſqueque morabuntur in te cogitationes peſſimæ?* Et per Ezechielem, *Fili hominis, viri iſti poſuerunt immunditias in cordibus ſuis, & ſcandalum iniquitatis ſuæ. Elles hazen el deſlizadero; y arman el cepo y laço para la caida en el alma.* Quæ peccata eo perîculoſiora, quo ſecretiora; *como dar vn nudo en vna hebra de ſeda, o en vna maroma*; opera enim mala à multis prohibentur, à plurimis arguuntur, interna à nemine niſi à Deo.

15. Quòd ſi reliqua deuaſtata ſunt; at fortè ipſum lignum vitis alicuius erit vtilitatis? *Quid fiet de ligno vitis? numquid tolletur de ea lignum vt fiat opus?* arca fieri nequit, anguſta eſt. Ad fulcimentum domus? non habet firmitatem. Ad virgam? tortuoſa eſt. Ad paxillum, ſeu clauum? non habet robur. Eritne vtilis ad matrimonium? quibus manibus alet filium, ornabit vxorem, qui manus niſi ad luſum & otium non habet? In clericatum? O nefas, apageſis, qui poteris fœcundum & ſublimem racemum ſanguinis Chriſti vel premere manibus, vel tenere, vel multo minus ſumere. In iudicem? Breuis eſt vt fiat virga, pauperem percutiet qui propè eſt, & non diuitem. *Quid ergo fiet?* nihil, *ſimul inutiles facti ſunt.* O quàm facilis eſt ſententia, vbi iam explorata eſt iniquitas, *Iniquitatem ponam in ea. Ay ſin de cargos y ſentencia.* Illa vtique, quam ex libro Exodi refert Alexandrinus Clemens, *Si non obedieris, ignem, ſi obedieris, lucem*, agens de columna illa, quæ perutilis fuit verbo Dei in deſerto. Et D. Auguſtinus: Vnum de duobus palmiti congruit, *aut vitis, aut ignis.* Ecce iniquitas, ecce quomodo non potuiſti ſuſtinere tantorum beneficiorum pondus. Rationem reddit Propheta

Cap. 1. 1. Vnde fructus vineæ manifeſtam.

Nimius cultus fœminarum.

Vxor ſicut vitis.

Vaniſſimus fœminarum cultus.

Nimij cultus incommoda.

Auarorum grex.

Ira inflammati.

Pſal. 54. 20.

Moroſæ ac turpes cogitationes.

Ierem. 4.

Cap. 14. 3.

Inutilis peccator ad omnia.

Cap. 10. 1. pheta Oſeas, *Vitis frondoſa Iſraël.* Illa, quam ego in pacem & humilitatem creaui, euanuit per ſuperbiam ſicut Angeli, ideo bene vacua vocatur in Hebræo. *Fructus adæquatus eſt ei. ſus frutos ſon como ella y como ſus padres, por vna da labruſcas. Multiplicauit altaria, ſirue ya a muchos dioſes, ya el verdadero le oluida. Iniquitatem ponam in ea.*

16. *Locauit eam agricolis.* Secunda iniquitas ſimilis fuit tranſgreſſioni Adæ, & filiorum eius, quorum proprium eſt diuinam ſibi arrogare gloriam, & diuinis abuti muneribus, *nacio con los hombres la eſcaſeza*; ideo eorum conditor (vt optime notauit Euthymius [a]) cauſam ſuam iuſtificauit, prouidens omnia neceſſaria, quibus eos ab auaritia auocaret. *Sciebat* (inquit) *quod mutandi non eſſent; tamen vbique quod ſuum eſt facit, nihil prætermittens eorum quæ conueniunt.* Sicut etiam erga Iudam proditorem rationem facti ſui probatam eſſe voluit, *dio a entender que hazia lo que deuia con el* (vt optimè notauit D. Ambroſius [b].) nam qui venerat ſaluos facere homines, etiam circa impios ſuam debuit oſtendere voluntatem; ideo nec proditorem debuit prætetire. Rogat item ſanctus Doctor, quare in Apoſtolum aſſumpſit, & crumenam illi commiſit? *Vt hoc pacto* (inquit) *os illi obtunderet, ne videretur aut quaſi inhonoratus, aut quaſi egenus Dominum vendidiſſe.* Nam dupliciter humani ſua excuſant ſcelera, vel ob neceſſitatem, vel ob infirmitatem; quod vt auertat Apoſtolum facit, ne ad vilia opera ſeſe demitteret; & pecuniam illi committit, ne poſſet neceſſitatem & inopiam in tantæ proditionis cauſam afferre. Et hoc etiam modo deliquit Adam, vt vno verbo ponderat Oſeas, *Ipſi autem ſicut Adam tranſgreſſi ſunt pactum, ibi præuaricati ſunt in me.*

17. Quando illum cuſtodem, hoc eſt, dominum paradiſi conſtitueram, & maximis donis cumulaueram, tunc ſicut homo deliquit, *ibi præuaricatus eſt*, vbi minus debuiſſet. Quod genus peccati ne hæreditario iure ad filios tranſmitteretur, prouidit etiam Deus, vt Abel qui iuſtus erat, paſtoritiam vitam degeret. *Erat autem Abel paſtor ouium*, in qua nihil ambitionis, nihil faſtus, nihil arrogantiæ eſt; *Cain autem erat agricola*, vt cùm feracitatem terræ erga ſe experiretur, & largam Dei benedictionem, occaſionem haberet reddendi Deo gratias, offerendi plurimam & optimam hoſtiam. Sed (ó crimen Adam!) *ſicut Adam tranſgreſſus eſt*; ideo enim ſacra Scriptura numerans eorum munera prætulit Abelem Caino, & vitam paſtoris agricolationi; quaſi diceret, ideo Abel diues erat, & plurimam hoſtiam obtulit, quia iuſtus erat; at iſti agricolæ, quibus terram & vineam commendat Deus, ſicut ſtricta manu Deo ſubſeruiunt, ſic etiam exiguos quotannis terræ prouentus ſuſcipiunt, *Egeſtatem operata eſt manus remiſſa; manus autem fortium diuitias parat.*

Abel Paſtor innocentior.

Ambroſ. lib. de Cain & Abel.

Prou. 10.

18. Ludam nominibus quibus verba iacent in originali; Hebraica enim lingua *manus* vocatur *caph*, quod pugnum preſſum ſignificat, à verbo *caphaph*, quod eſt *curuare, & contrahere*; altero verbo vocatur *iad*, quod ſignificat apertam manum, à verbo *iadah*, quod eſt *extendere*: vtroque autem nomine vſus eſt Salomon in hoc loco, *Egeſtatem operata eſt manus remiſſa*, hoc eſt, clauſa & compreſſa, *manus autem fortium diuitias parat*; hoc eſt, explicata & aperta, vt ex nominibus ad res ſignificatas tranſeamus; tria enim ſignificat compreſſa manus. Prima *remiſſionem*, vt cùm piger in ſino manum abſcondere dicitur, vbi idem verbum *caph* inuenitur. Secunda *auaritiam* communiter ſignificat. Tertia denique *fraudulentiam*, *trato doble. Etenim in corde iniquitates operamini, & in terra iniuſtitias manus veſtræ concinnant*; in quo verſu idem verbum affigitur *caph*, & in hoc loco Pagninus *manus fraudulenta* conuertit ex Hebræo. Hæc tria igitur principia ſunt inopiæ, *Egeſtatem operata eſt manus remiſſa*; pigri enim & inertes ſemper inopiâ laborant: nam Deus non vult ditare otioſos, auaram autem manum punit indigentia; quare enim ditabit eos qui Deo valde diſſimiles ſunt? Fraudulentos etiam priuat bonis, ne prauis eorum operibus videatur conſentire: quòd ſi eos diteſcere ſinit, maiori per hoc ſupplicio punit, dum in peccatis obſtinatiores permanent. Erat igitur Cain infelicior in munere ſuo: nam & iners erat, vt D. Chryſoſtomus, & Ambroſius, in hunc locum exiſtimant; atque inde ſumpſiſſe inuidiæ anſam, & mortis cauſam: nam non minoris vtilitatis eſt, imò maioris, agricolatio quàm paſtoritia exercitatio. Inde auaritia ſubſequitur, non ſolùm erga proximos, ſed etiam erga Deum ipſum. Tertiò denique malitiam D. Ioan. apertè indicauit in ſua Canonica 1. *Non ſicut Cain qui ex maligno erat, & occidit fratrem ſuum; & propter quid occidit eum? quoniam opera eius maligna erant, fratris autem eius iuſta.* Loquatur Ambroſius [a], *Nónne illi* (id eſt, Cain) *auaritia & improbitas obſeruauit manus, quas iuſtitia & religio reſeruauit fratri?* E contrario verò aperta manus & diligentiam, & largitatem & ſimplicitatem ſignificat, *Manus autem fortium diuitias parat.* Alij verò legerunt, *Manus virilium decimabit, la mano de los diligentes dezmara*: vel ex abundantia, vel ex largitate erga Deum; vbi nota idem prorſus verbum, *decimare & ditari ſignificat.* Vnde etiam *iniquitatem* Hieruſalem claré cognoſcemus & fuiſſe auaritiam, & eius euerſionis cauſam fuiſſe, vt bene notauit Rabbi Dauid [b] ex maiorum traditione, viginti quatuor ſcelera eſſe numerata in hoc capite, & nulli eorum niſi ſoli auaritiæ tribui euerſionem vrbis, certè Dei indignatio in furorem verſa videtur ob vnam auaritiam. Sed ne Deo ſuum peccatum aſcriberent & inopiæ, *& peregrè profectus eſt, & ſeruos ſuos miſit*, & patientiſſimè expectauit.

a Vbi ſuprà.

19.

Prou. 10. 4.

Auaritia cauſa demolitus eſt Deus Ieroſolymam.

b In Ezech. 22.

Ponderat P. Prado in hoc cap. Ezech. 22.

Verebuntur fortè filium meum. Iam ad tertiam iniquitatem ex auaritia fit gradus; vna enim iniquitas alteram excitat & trahit; quo genere ſupplicij, vtpote maximo, punit Deus peccatores, cùm ab iniquitate ad iniquitatem gradum facere ſinit, Ioan. 8. *Hoc eſt autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras.* Vnde iſta cæcitas ortum habuit? ſubdit, *Erant enim eorum mala opera.* Igitur tanti homicidij cauſa

20. *Ex auaritia ad homicidium progreſſi ſunt*

ſa originem ab aliis homicidiis traxit. Vnde ex Auguſtini ſententia ᵃ nullum grauius ſupplicium Deus intulit, quam in mundum venire, vt perfidiam iſtorum, ſententiam & voluntatem punirei: nam mirabile quidem eſt quod Dauid poſtulat, *Appone iniquitatem ſuper iniquitatem ipſorum*; quam enim iniquitatem addat? numquid iniquitas eſt apud Deum? abſit. Quomodo ergo addet, quam non habet iniquitatem? Ita ego intelligo, inquit Auguſtinus. Prima iniquitas Iudæorum fuit, immeritiſſimum hominem, & ſanctiſſimum Chriſtum vitâ priuare. Huic ergo iniquitati altera ſuperaddita eſt. Quæ? Filium Dei crucifigere. Et hanc quis addidit iniquitatem? Certe ipſe Pater, cùm dixit, *Verebuntur fortè filium meum*, miſit filium ſuum, & excæcauit eos malitia ipſorum, ne illum agnoſcerent: nam ſi cognouiſſent, nunquam interfeciſſent (inquit Paulus;) ergo cùm miſit filium ſuum ad eos qui ſoliti erant Prophetas perimere, iniquitati crucifigendi iuſtum, aliam ex occaſione addidit qui iuſtum & filium ſimul miſit vt perimerent. Secundam. Et hoc quare ita permiſſum? aut quia iratus, aut quia iuſtus eos dignè punire volebat? Certè quia merebantur.

ᵃ In Pſalm. 68.

Pſal. 68. 18.

Ingens ſupplicium permittere Iudæos mortem filij Dei.

21\. *Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in retributionem, & in ſcandalum. Merecieron que Dios no les dieſſe la luz que les pudiera dar: y aſſi permitio el peccado ſobre el peccado, no hiriendo, ſino no ſanando.* Sicut cùm de ægroto dicitis, ſi quis non medeatur, illi auget morbum, non quia addat illi febrem, ſed quia non ſuccurrit, vel miſſionem ſanguinis facit. 2. Tim. 3. *Mali autem homines & ſeductores proficiunt in peius, errantes, & in errorem mittentes.*; vbi augmentum profectum vocat in malum. Ex quo inferas (obſecro) in eos qui diuina myſteria frequentant, quòd ſicut maximum beneficium in extremum ſupplicium iſtorum permiſſum eſt, ſic caueant ipſi, ne in peccato ſuſcipientes Chriſti corpus hoc maximum beneficium ex diuina permiſſione in capitale malum conuertant, & iniquitas apponatur ad iniquitatem. Et *Iſa.* 14. fatentur iſti, *Alliſiſti nos Domine in manu iniquitatis noſtræ, parece Señor que aueis pueſto eſte pueblo en manos de ſu pecado*; & quaſi præſcripſiſti vnicuique vitio ſingulos peccatores; tu auaritia ſuffoca Iudam, tu inuidia Caipham, tu ambitio aulicos ecgis. In hoc ſenſu videtur explicare lepide Ambroſius ᵇ verba Pſalmi 118.

Quo pacto Deus ſubtraxit auxilium ab his & in malo crimi labi permiſit.

Caueant communicantes Chriſti corpus ne peccatum peccato addant.

Peccator traditur ſuis iniquitatibus puniendus.

ᵇ Epiſt. 82.

22\. *Portio mea Domine, cuſtodire legem tuam, tengo a buena dicha, que me ha cabido por hueſped en caſa de apoſento vueſtra ley:* nam auarus iniquam ſortem habet, nam auaritia dicit, *Portio mea es, quia te ſubditum habui, mihi te in illo auaro vendidiſti, in illa poſſeſſione adiudicaſti.* Libido venit, & dicit, *Ego ſum tibi portio.* Vnde cùm iſti in auaritiam iam venerant, in homicidium facilè inciderunt: vna enim iniquitas parit aliam, imò præcipit aliam. Vnde valde timenda eſt hæreſis quædam inter orthodoxos Hiſpanos: ſicut enim vna Petri negatio illum ad ſecundam & tertiam diſpoſuit, & fortè niſi finem feciſſet Chriſtus interrogandi, forſitan ſæpius interrogatus ſæpius negaſſet (vt bene notauit Ambroſius ᶜ,) ita in Hieruſalem vna iniquitas imperauit alteram, & hæc ſecunda tertiam. Quòd ſi in Hiſpaniam tot noſtra ſcelera hæreſim non induxerunt, ideo eſt, quia nondum præceperunt; ſubitò enim colla darent tot ſceleratorum greges: ſicut cùm ad ſe ducendum exercitum de conſilio Balaam Madianitides ornatæ & fucatæ deſcenderunt, & ſimul ac fornicationem promittunt, idolorum adorationem expoſcunt, quibus perditiſſimi homunciones è veſtigio obedientes fuere. Grates ergo Deo maximas, tale præceptum nondum vitia impoſuiſſe, *Ecce libido; ſed fides tibi abneganda:* nam ita ſe extollunt vitia, ita imperium arrogant, vt dicto ſuo obediant miſeri mortales, & occiſis ſeruis filium Dei perimere non dubitent, quia iubet iniquitas iniquitatem.

Dominium vitium iniquitatis ad imperandã aliam.

ᶜ Serm. 59. in illud. *Ter me negabis.*

Verebuntur fortè filium meum. Quare Domine, 23.
perſpecta iam eorum malitiâ & duplici iniquitate, das locum tertiæ, & poſt ſeruos filium mittis? Soluet fortaſſis nodum, qui fecit, Chryſoſtomus ᵃ. *Dei miſericordia* (inquit) *addebatur per ſingulos gradus Iudaica malitia.* Premitur hæc ratio, ſi morem Dei & ſtudium conſideramus vitandi omne peccatum; ſed præcipuè homicidium. Vide enim quanta molitus eſt Deus, ne tale facinus committeretur in terra. Ardet inuidia Cain, & mortem Abelis meditatur, quid agat Deus? fecit Abelem innocentiſſimum, ne labes aliqua fratrem in peccatum impelleret. Secundò diſpoſuit res Deus, vt non niſi in campo poſſit occidere fratrem, *cùmque eſſent in agro*, Ambroſius ᵇ legit, *cùmque eſſent in campo.* Ad quid hoc obſeruas, Ambroſi? vt videas quantam induſtriam exhibet creator, ne innocens perimatur. *Quid ſibi vult, exeamus in campum? niſi quod locus nudus gignentium eligitur parricidio, tanquam præſagiens natura tanti ſceleris; quia non conueniebat, vt idem ſolum, & contagia parricidalis ſanguinis exciperet contra naturam, & fructus ſecundum naturam germinaret.* Hoc terrâ ipſa mali præſaga videtur obſeruaſſe, *Procurò la tierra que el cadahalſo fueſſe campo yermo y eſteril, porque no ſe eſperaſſe fruto de vida de tierra que ſuſtentaua en ſi tan cruel homicidio.* Secundam & peringenioſam rationem adhibet Ambroſius ex parte homicidæ, *Latro diem fugit quaſi criminis teſtem; lucem adulter erubeſcit quaſi adulterij conſciam. Parricida terrarum fœcunditatem fugit: quomodo enim poterat communis partus videre conſortia, qui conſortem ſui ſanguinis trucidabat? Huyo el parricida de la tierra fecunda, que como madre en ſu gremio cria las yerbas: porque con que ojos podia ver tantas plantas hijas de vna madre y entre ſi hermanas tan en paz viuas y loçanas, el que trataua de matar a ſu miſmo hermano?* Ideo fecit illum agricolam, vt 24.
ibi quaſi in ſchola concordiam iſtam perdiſceret; at ille extra ſcholam interfecit *in campo.* Secunda induſtria diuina ſubtilior fuit, vt ab homicidio illum amoueret peracto ſacrificio, *Iratus eſt Cain vehementer*; ex inuidia nempe, inquit Chryſoſtomus; quem cùm ita videret Deus, permiſit vt mœrore maximo afficeretur: & ideo Septuaginta legunt, *& mœrore affecit Cain* (ſupple Dominus.) *Dio le Dios grande peſar con la reprouacion de ſu ſacrificio*; & ſtatim eum ſolari incipit, *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Quid hoc Domine, tu immittis mœrorem, & cauſam triſtitiæ, & modò rogas cauſam eius?

ᵃ In cap. 21. Matth. in Imperf.

Quanta molitus eſt Deus ne committeret Cain homicidium.

ᵇ Lib. de Cain & Abel.

Horret natura homicidium.

Horret terra homicidium.

Rogat

Rogat Deus, vt è corde eius euelleret omnem iraſcendi cauſam in fratrem; quaſi dicat, ne ſis ſicut canis, qui oblitus manus quæ iecit lapidem, ad ipſum mordendum lapidem accurrit. Ne iraſcaris in fratrem, ego ſum qui exhilarare faciem tuam poſſum, & cuius gratiâ mœrore afficeris. Secundò etiam eius eleuare vultum ſtudet Dominus, *quia nolebat* (inquit Ambroſius) *cælum aſpicere, à quo ſe læſum arbitrabatur.* Alij, *ne videret fratrem.* Quare de Chriſto dixerunt illi maleuoli, *Grauis eſt nobis ad videndum:* vnde tenebras amant inuidi, inquit Baſilius [a], vnde occiſio hominis nunquam niſi ab amente, aut cæco, aut habitante in tenebris contingere debat. Vnde de eiſdem addit Sapientia, *Hæc cogitauerunt, & errauerunt; excæcauit enim illos malitia illorum:* nam qui oculos habet, quibus hominis excellentiam contempletur, nunquam tam pretioſum vitæ filum præcidere audet. Hoc ipſum fortè voluerunt nos docere tres illæ, quas antiquitas Parcas vocitauit: nam, vt ait D. Fulgentius [b], duæ primæ (Clotho & Lacheſis) quæ nentes vittas hominum fingebantur, oculus habebant: tertia verò Atropos nũcupata, quæ fila præcidebat, omnino cæca fingebatur; quis enim niſi cæcus tam leuiter támque facilè, tam execrandum aggredi poteſt facinus? Ideo ſubdit Sapientia, *Et neſcierunt ſacramenta Dei, neque mercedem operata ſunt iuſtitiæ, nec iudicauerunt honorem animarum ſan-*
25. *ctarum.* Nam etiamſi filum ex ſe fragile ſit, & filis araneæ comparat annos ſuos Dauid, *Dies mei ſicut aranea meditabuntur*; at fragilitatem non ex ſe habet; *Deus enim* (inquit ipſa Sapientia) *fecit hominem inexterminabilem, ad imaginem & ſimilitudinem ſuam fecit illum. Hizole immortal*, (illo genere immortalitatis quâ donatus fuit in initio:) at inuidia diaboli attenuauit filum, & introiuit mors in orbem terrarum. Ex hoc autem tenui filo capit dæmon homines ſicut aranea fatuas muſcas: vnde videas parricidas ſtatim deſpondere animum, & frangi viribus. Quid hoc, captus eſt iam, & irretitus araneatum telis. Ideo P. Bleſenſis, [c] homicida fortaſſe dixerit ſe araneatum telam abrupiſſe; dies enim hominis ſicut aranea meditabuntur: fateor araneam rapit; ſed inibi tanquam muſcas diabolus vinctum tenet, è vinculis rapturus in carcerem. Quare ne Cain talem haberet magiſtrum, neque improbam ediſceret diſciplinam, prohibet illum oculos aperire, iubet & vultum eleuare ad cælum. Vrget hoc ipſum ſumma diligentia, qua Deus peruerſam eius auertere voluntatem conatus eſt, ita vt in hoc quaſi occupatus Abelis omnino oblitus illum præterierit, nec admonuerit vt caueret fratrẽ. Quod certè mirabile eſt. Quis enim non videat, quanti ſemper fecerit Deus vitam iuſtorum, imò ſicut ſuam vitam ſic cuſtodit eos, & omnia oſſa eorum; & ideo fortè *agnus dicitur occiſus ab origine mundi*, quia propriâ reputauit ex tunc Abelis mortem, *como ſi mataran al miſmo ſeñor, ſintio la muerte de ſu innocente Abel.* Igitur vt fugiat fratrem, vt caueat inuidum, vt ſubducat ſe, ne in campum egrediatur.

a Homil. contra inuidos.

Sap. 2. 21. *Cæcus aut amens homo committit homicidium.*

b In ſua Mytholog.

c Tract. de amicitia, cap. 3.

26. Sic Deus erat intentus in corrigenda peruerſa voluntate, in ſedanda ira Caini, in impediendo peccatum, vt vix habuerit ſpatium admonendi Abelem: talis eſt támque permiſcenda homicidij voluntas, vt totus Deus occupatus, conſilio, verbo, & opere videatur, vt nihil ſupereſſe videatur conueniendi amicum vt caueret inſidias. Aſſumgam igitur breui rationem Chryſoſtomi, ſi tam ſtudioſè & induſtriè primi innocentis mortem vitare conatus eſt, ſi iniquitas per gradus aſcendit, & iam tenet primum & ſecundum gradum, quare filium mittis, quare prodigis vitam innocentiſſimi Abelis? Reſpondet Chryſoſtomus, *porque yuan a porfia la malicia de los judios y la miſericordia de Dios, y no quiſo quedar vencida la miſericordia, ſino dar ſu hijo; fortè enim verebuntur filium meum.* Quòd ſi non reuereantur, maior erit mea miſericordia, & abundabit ſuper omnem iniquitatem eorum. *Dei miſericordia quanto magis à Iudæis offendebatur, tanto magis addebatur in eo*, occiſis primis, *addit bonitatem*, percuſſis ſecundis accumulat bonitatem; conſumptis his mittit & filium. Et quare hoc, Chryſoſtome, cùm videatur malum intolerabile? *Filium enim mittit non pœna ſententiam baiulantem, ſed pœna veniam. Porque en embiarles ſu hijo les embiaua el Papa que les traia indulgencia plenaria de tan grandes maldades.* O dulce verbum! ô nuncium optatiſſimum peccatoribus! ô finis huius tragœdiæ Deo dignus Deique ſapientiâ! Fingite regem iſtum ea, quam vidiſtis, ira percitum ad diſtrictum vineam & vinitores vocare iudicium.

Quare Pater rogauit hominum malitia filium in ſalutem noſtrã deſtinauit.

Superabundet miſericordia malitiam noſtram.

Nunc ergo, habitatores Hieruſalem, & viri Iuda, *iudicate inter me & vineam meam, quid eſt quod vltrà facere debui vineæ meæ, & non feci ei? Hazeſele cargo de ſu ſoberuia, hazeſele cargo de ſu auaricia, hazeſele cargo de la muerte del hijo de Dios.* Numeraſti iniquitates eius? etiam Domine; hoc ego Dei filius quia poteſtate fungor, remitto, condono, & tu Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciant: ipſi enim errauerunt & deliquerunt vt peccatores, ego indulgeo vt Dei filius, *Filium enim mittit, non pœna ſententiam baiulantem, ſed pœna veniam. ſoi el Papa, y todos eſſos cargos puedo y quiero perdonar.* 27.

Sed quia non minùs ſum ſapiens quàm miſericors, ſcio cui dari oporteat regnum, *Dabitur genti facienti fructus eius*, mutat miniſtros vt iuſtitiæ miſericordiam & prudentiam admiſceat, dum quod ab vno Saule aufert, confert Dauidi, quod ab Heli ad Samuelis caput traducit, has verò miniſtrorum & munerum mutationes neſcitis vos facere: nam vt perſonas augeatis, & quaſi denuò erectis, munera ipſa deteriora fiunt; aufertis enim vinitores rapaces, & alios rapaciores inducitis; & licèt odiſſe videamini priorum latrocinia, futurorum tamen maiora furta approbare & applaudere coacti eſtis. *Ioſue* 4. poſtquam ſicco pede tranſiit Iordanem Ioſue, duodecim lapides qui in medio erant, auferre iuſſit: opus quidem vtile alueum fluminis expurgare & expedire; verùm ecce alij duodecim ingentes lapides eorum loco ſubſtituuntur: hæ ſunt mundi reformationes in detrimentum munerum, ſicut Achab qui compilatas ex templo baſes quæ mare æneum & boues ſuſtentabant, ad fulciendum profanum ædificium, quod ipſe moliebatur, traduxit, *Deus non ſic dat munera, ſed facienti fructus eius*, non ſuos, non conſanguineorum, non perſonarum, ſed *eius* muneris quod aſſumpſit. Ideo regnum quod aufert à Saule, dedit illud *proximo tuo*, (vt dixit Daniel) *meliori te*, non vt meliorem faceret Dauidem, ſed rempublicam. 28.

Neſcitis ſicut Deus munera conferre electores humani.

Sed ne iacturam feciſſe videatur tantus agricola, nec mœrore confici, iuſtorum ſe, quos poſſidet, memoria conſolatur. *Iudicabit Dominus populum ſuum, hara cuentas, & in ſeruis ſuis deprecabitur.* Hilarius [a], *In ſeruis ſuis conſolabitur.* Iudicauit Iudæos, & conſolatus eſt in Gentibus; quia quantum eſt ex ſe, crucifixerunt in homine, *traron el golpe a la diuinidad*; ſed elegit Gentes, *vt pietatis ſuæ damnum conſolaretur*, & vt ſumptus ſuæ bonitatis compenſaret: quapropter eos vocat *genus electum, gens ſancta, populus acquiſitionis*, id eſt, qui in lucrum acceſſit, *para deſquito de Dios y gaſto de ſus atributos*; & quos fructus & prouentus bonorum operum reddere videt, ſempiternis gloriæ dotibus immortaliter cumulat.

[a] In Pſalm. 134. ex Græco.

VERBVM SPIRITVS ſancti. Apoc. 19. v. 11.

Et vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum, vocabatur fidelis, & verax, &c.

Victoriam de Ieroſolyma atque Roma agit: auaritiam & malitiam punit, & Eccleſiæ vineam aliis locat agricolis colendam.

DISCVRSVS CXXXII.

1\. IMPLACABILIS iræ verba quis neget? *Auferetur à vobis regnum Dei.* Verùm, quis ſimulatæ clementiæ & largitatis è veſtigio vocem non audit: *Et dabitur genti facienti fructus eius.* Vtitur enim * clementia mote ſuo, deſtruit vt ædificet, exterminat vt cuſtodiat, tollit vt vberiùs reddat; mittit Verbum ſuum quaſi acerrimum cæleſtis militiæ ſuæ ducem, qui in hoſtili acie peccatorum ingentes edat ſtrages, qui dæmonis arces & caſtella munitiſſima ſolo adæquet, qui crebris concionum ictibus & oppugnationibus fortiſſima vrbium mœnia expugnet ac diruat, & ardentiſſimo charitatis igne populos accendat & inflammet. Quid intendit? ruinam? interitum? incendium? Quid? oſtendit odium? furorem, iracundiam? minimè; quin potiùs hominum animos ex miſera dæmonis ſeruitute ereptos ad ſingulare Dei obſequium traducere, ciuitates & prouincias ad pietatem Chriſti conuertere, & ex infidelibus ac peccatoribus in veros fideles & amicos commutare. Quam diuinam conſuetudinem qui benè callebat, his verbis explicat D. Paulus, *Sufficientia noſtra ex Deo eſt, qui nos fecit idoneos miniſtros noui teſtamenti, non litera, ſed ſpiritu: litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat.* Fingit Deus vindictam quandam, armat diuinâ virtute miniſtros & concionatores, quorum vnus ego ſum; tenete tamen huius vindictæ rationem, nam non intelligenda eſt *literâ, ſed ſpiritu*; litera enim interitum, occiſionem, & mortem ſonat: ſpiritus autem literâ contentus, non mortem, ſed vitam, non interitum, ſed viuificationem prætendit: *ſpiritus autem viuificat.* Quare ſi aufert regnum, dat regnum; ſi tollit coronam Saüli, concedit Dauidi: ſi priuat ſacerdotio Eli, donat Samuëli. Huius autem liberalitatis repræſentationem à D. Ioanne Euangeliſta datam *Apoc.* 19. 11. breuiter exponam. Vix Romana ciuitas Babylon illa magna idolorum cultrix quaſi ingens lapis in abyſſum miſſa & ſubmerſa eſt, vt inde Chriſtiana emergeret, & proiectis in profundum maris omnibus peccatis ſuis noua Dei cultrix & ſedes religionis effulgeret, cùm vox audita eſt, *Exultate ſuper eam cælum, Alleluia, ſalus, & gloria, & virtus Deo noſtro eſt, quia vera & iuſta iudicia eius qui iudicauit de meretrice magna. Bendito ſea tal Rey que ſabe nueuo modo de vengar injurias de Martires y Predicadores* (videlicet conuertendo eos à quibus vexati ſunt) *y que aunque ſe hunda Roma la gentil, no llora el cielo, antes alça el compas, y todos cantan Alleluia*; ſtatim autem vt tantæ victoriæ triumphus celebraretur, ſicut Troiæ muri aperti ſunt, *apertum eſt cælum*, ſponſa nempe, Eccleſia quaſi ad contemplandum triumphum in feneſtra depingitur. Tunc diuinus ſponſus è cælo prodiit candenti equo inſidens, vel quia equi albi ſpecie, qui imbecillior eſt ac debilior, virtus Chriſti manifeſtatur magis, quandoquidem his inſtrumentis & miniſtris, qui primo aſpectu infirmitatem oſtendunt, victoriam ſibi certam pollicetur. Vel vt oſtendat non mutaſſe cum dignitate conditionem & pietatem, equo albo viſus eſt inſidere antea, & nunc æquè inſidens, æquè patiens, equo ſimiliter inſidet albo tempore infirmitatis & gloriæ, *que Reyes y juezes que van en alto no ſe aprouechen del oficio para ſus afectos, ni exercuen con ocaſion del ninguna paſſion perſonal del enojo o otra tal. Et qui ſedebat ſuper eum vocabatur fidelis & verax.* Quatuor nomina huic duci attributa video, dicam prima, *Fidelis, & verax, & Verbum Dei*; quia ſi quid ſit Deus conſideras, quid aliud inuenies niſi *veritatem & Verbum Dei.* Et ſi regem terrenum velis definire, nihil aliud inuenies quàm compoſitum honoris & verbi fideliſſimi. *que coſa es Rey? Honra y palabra*, in qua ſimillimus eſt Dei filio, qui gloria eſt & verbum Patris. In diademate autem gerebat ſcriptum nomen ineffabile Iehoua, Redemptoris nomen, quod ſibi peperit in victoria illa & exitu ex Ægypto, *para que el Rey no ſe conſiente con el nombre de oficio, ſino que gane apellido nueuo, el manſo, el prudente, el Chriſtiano. Oculi eius ſicut flamma ignis.* Chriſti zelus de æterni Patris gloria propagando indicatur, & iuſtiſſima aduerſùs peccatum & idololatriam indignatio. *no tenga ojo a otra coſa el que eſtá en alto, ſino zelo de Dios, y odio del pecado. Los miſmos ojos moſtro eſte Rey Chriſto en el principio del Apocalypſi. el enojo lleua en los ojos, no lo mueſtra en otra coſa, por que las perſonas de los Reyes y Iuezes y Prelados ſe pueden enojar por que ſon hombres, el oficio no, que es vn ardea, vna coſa ſimple, es como vn elemento, que en ſu eſtado perfecto no ſe altera.* Oculi indignationis in bonum aliquod debent intendere, alioquin indigni ſunt eius qui eſt in eminentiori ſede. *Et in capite eius diademata multa*, id eſt, victoriæ multæ, ea præcipuè, quam ex Roma regnorum triumphatrice

ſuſtu

* Verba ſunt Tertulliani de reſurrectione.

Clementia diuina ſub ſpecie iræ & indignationis tegitur.

2\. Cor. 3. 6.

2\. SCOPVS DISCVRSVS.

3\.

Rex quid eſt niſi veritas.

ſuſtulerat, *vna corona que vale à por mil.* Huc vſque inſignia Regis triumphantis. Quæ ſequuntur, vindicatoris pijſſimi ſigna ſunt. *Et veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine, & de ore eius procedit gladius ex vtraque parte acutus, & habet in veſtimento & in femore ſuo ſcriptum, Rex regum, &*

4\. *Dominus dominantium.* Quæ tria niſi ex dictis facilè non intelligerentur. Veſtis aſperſa ſanguine, vel quia in animarum conuerſione gloria & merita, quæ ex paſſione Chriſti deriuatur, maximè innoteſcit, quo ſanguine licèt tinxerit veſtem corporis ſui, tamen & diuinæ iuſtitiæ cumulatiſſimè ſatisfecit, & ex peccatoribus & humana carne glorioſiſſimè eam vindicauit. Quare noſtrorum peccatorum quaſi cruore reſperſus apparet ſputis, flagellis, cruce, plagis, &c. Attamen D. Ambroſius cùm ſentiat veſtem iſtam eſſe ſanctos Martyres, alterum ſenſum iſtum inſinuat, nempe hanc veſtem, hoc eſt, ſanctos induiſſe Chriſtum, vt ſignificaret, licèt Roma per vias & plateas Martyrum cadauera inhumata proijceret quaſi deſtituta; Agnum tamen mitiſſimum ducis inſtar ſuo & ſuorum honori conſulturum. Sicut ſi famulus ducis, aut comitis coram illo trucidaretur, & ad eius vltionem ſtatim procederet, vt honoraret famulum, eius pallium ſanguine tinctum ferret, & enſem derelictum, vt impiæ cædis memoria acriùs & vehementiùs refricaretur. Sic Deus noſter tanti æſtimat iuſtos & Martyres, vt reliquias eorum & corpora quaſi induat, & ſanguine eorum conſperſa veſte appareat in die triumphi & gloriæ. *No llena otros proceſſos contra los malos ſino la injuſticia hecha, que eſſa milita contra el pecador, y clama como la ſangre de Abel.* Gladius au-

5\. tem in ore id ſignificat, iraſcendi & deſtruendi arma non tam ex ſe, quàm ex Roma ſumpſiſſe: nam garrulam & loquacem rempublicam ſuâ erat eloquentiâ ſuperaturus; ſimplex enim diuinum verbum ex ore Chriſti prodiens ſtragem illam edidit, *que no ay arma mejor que vna razon bien dicha.* Nudum fert gladium, nuda enim veritas eſt quæ ſortitur effectum. Nudum etiam, quia nudum ex ore inimicorum accepit; hoc enim fuit diuinum inuentum, quod videtur attigiſſe D. Gregorius in illud Iob, *Qui fecit eum, applicauit gladium eius. Que el demonio no tenia eſpada, hurtolo a Dios ſu palabra:* ſuffuratus eſt Dei verbum diabolus, *deſtemplola & muticola*, ſicque infirmatum & adulteratum verbum Romæ applicuit, & eloquentiſſimam effecit. Quis poterit ſuperare & obtrudere os? quis? prodit Verbum Patris, & armatam videns verbo Dei Romam, inquit, accede eloquens, *armas traeis para entrambos*, tuo te gladio feriam: nam balbutientes & elingues diſcipuli quid contra Romam peragent? Ego obmuteſcere faciam eam hac ſuâ eloquentia. Strategema quidem ingenioſiſſimum, quod in ſupremum diem ad conuincendum peccatores reſeruat. Nam in certamen prodibit nullo enſe accinctus niſi cuiuſuis conſcientia, qua confodiet impios, *In extremo enim iudicio* (inquit Gregorius) *ſua quemque condemnabit*

6\. *conſcientia.* Et ſuperbus Goliath ſuo gladio truncabitur; quare de illo dictum eſt, *Nullus gladius ſimilis ei.* Sicut cùm ciuis qui ludo aſſiduus eſt, ſerò venientem de ludo filium corripit, quare de ludo tam multa nocte venis? quid ludis? quare tempus perdis & numos? Videas Domine qualiter teipſum proprio gladio confodis. Vos vtique peccatores mihi arma miniſtratis, & iram accenditis. Tertium denique ſymbolum, & noſtræ concioni percommodum eſt titulus ille in femore, hoc eſt, in femorali veſte ſcriptum, *Rex regum, & Dominus dominantium:* nam per femur ſignificantur filij & nepotes, Gen. 49. 10. *Dux de femore eius.* Vnde in femore ſuo ſcriptum hoc indicat ipſius filios verè eſſe reges, ipſúmque Regem eorum, & poteſtatem habere faciendi credentes filios Dei, & ipſum eſſe patrem futuri ſæculi. Quod opportuniſſimè ſubdidit poſt victoriam, diceret enim forſan aliquis, ſic Ieroſolymam diruis? ſic Romam Gentilem florentiſſimam mergis in mare? Sic perit eloquentia? virtus? triumphi? coronæ? His omnibus reſpondet titulus illi parti adhibitus, nempe potentiori, & viriliori, & potenti generare; quaſi dicant, ſileant omnes, & expectent finem: nam ſi vnum regnum aufero, alterum reſtituo; ſi filios Abrahæ derelinquo, potens ſum generare filios Abrahæ; ſi Romam reginam deleo, regnum & vrbem poſſum excitare; pater enim ſum futuri ſæculi, & pro Imperatore Papam, pro Senatoribus Patres purpuratos, pro infideli Roma Romam Chriſtianam reſtituam. Quod vt credatis, Euangelium conſiderate. Nam *homo erat Paterfami-* 7.
lias. Ecce Chriſtum equo albo humanitatis inſidentem: vineam Hieruſalem dedit agricolis gubernantibus, qui nec ſoluunt fructus, & morte mulctarunt ſeruos & filium Dei. Accedit hodie ruinam comminaturus tantæ vrbis. Oculis flammantibus quibus corda conſpiciebat, & propoſitâ parabolâ ori eorum adhibet gladium, *Quid faciet Dominus vineæ?* at illi; *Auferet vineam, & locabit alijs agricolis.* Sumit gladium de ore eorum, & pungit eos, dicens, *Auferetur à vobis regnum Dei.* Quid ais Domine? quis audiat hæc? ſic præcipitas hæreditatem Domini? Regnum ampliſſimum? coronam gloriæ? Abite, ſinite me, *Dabitur genti facienti fructus eius.* Potens ſum ego regna, vrbes, filios generare ac inſtaurare, & pro Synagoga Eccleſiam, & pro torculari ſanguinem meum, pro mari æneo baptiſma, pro gente perfida fideles filios procreare.

Homo erat Paterfamilias. Caue tibi (quaſi dicat) Eccleſia, te alloquor (Chriſtiane) ne de tanta prouidentia confiſus eius benignitate abutaris, cautior fias, dum Ieroſolymæ crimina ſimul & eius ſupplicium audis, quia ſicut de perfectiſſimo vino acetum fieri ſolet acerrimum, ſic ſi ſponſæ amor aceſcit, in ſponſi corde zelotypiæ amaritudo acerbiſſima generatur. Dum audis *homo*, dum *Pater* prædicatur, time, inde enim ortum habet acris animaduerſio, quæ hodierna die multis de cauſis facta prædicatur.

8\. *Locauit eam agricolis.* Peccatum primum à capite cœpit, à prælatis & operarijs, qui locatam vineam, etiam à Domino vocati, ad vltimam perniciem adduxerunt. Quid facerent intruſi & ambitioſi, qui ſeipſos introducunt, & pecuniâ munera mercantur? Primò iſti (inquit Ariſtot.) auaritiæ vitio tanguntur. O monſtrum immane! Reipublicæ pernicies, Verbi Dei haſta, hodierna die transfigam te, ne Chriſti vinea per te funditus deleatur. Horum causâ

Paſſio Chriſti & eius humanitas victrix & vindex iniuriarū deſcribitur.

P. Ribera in Apoc. 19. 13.

Nuda veritas quantam vim habet.

Titulus regis in femore Chriſti quid denotet.

D. Gregor. Auſbert. & Beda.

Cautior redditur Eccleſia in punitione Synagogæ.

Cauſa deſolata Ieroſolyma & Synagoga reprobata.

Peccata prælatorum & operariorum ex auaritiâ.

ruit Ieroſolyma: dicat Paulus ad Titum 1. 6. *Maximè qui de circumciſione ſunt, quos oportet redargui, docentes quæ non oportet turpis lucri gratiâ. Gente que por dinero deſtruiran y minaran todas las coſas del mundo.* Et Eccleſiaſticus 17. *Qui quærit locupletari peruertit oculum ſuum*, id eſt, *intentionem. Tuercen el roſtro como el Tuico que lleuan a juſticiar, que quita los ojos del Chriſto, y no tienen ojo ſino a ſu ganancia.* Inde enim ortum habuit repellere Saluatorem à Meſſiæ dignitate, veriti ne parciſſimus & pauperrimus Magiſter tot templi oblationes tolleret, & ſacramenta & ſacrificia inſtitueret, quæ tanto apparatu & ſumptu non indigerent, quæ eorum crimina ab Oſea ſemel & iterum increpata ſunt. *Facti ſunt principes eius velut aſſumentes terminum.* Videtur Propheta audiuiſſe dicentes, *Venite occidamus eum.* Cupiditatis vox eſt quæ ad aliquid lucri adiecit oculum, *Ojo tienen eſtos a ſu ganancia.* Vnde colligis? Respondet Propheta. Contigit, decem tribus, quæ erant in Samaria, duci priùs in captiuitatem, nondum expulſis aliis duabus quæ erant Ieroſolymis; quæ ecce ſtatim coniecerunt oculos ad eorum hæreditates capiendas. Fera immanis ſiſte gradum, ſic plangis exilium fratrum? ſic in alieno capite periculum facis? *Peruertit oculum, ſolo tiene ojo a la codicia.* Et ſicut agricola percupidus limites ſenſim transfert, vt alienam vſurpet hæreditatem, ſic & iſti ſtatim oculos coniecerunt ad dilatandum terminos ſuos, & vnam alteri hæreditati iungendum. Hinc ortum habuit idolorum cultus, vt ipſe teſtatur Oſeas, *Separatum eſt conuiuium eorum, no ſe contentan con qualquiera comida, ſino de lo eſmerado, exquiſito y artificioſo.* Ex quo proximè ſequitur, *Fornicatione fornicati ſunt, qual es la meſa tal es la cama*; & cùm hæc duo ſumptuoſa ſint, & magnis expenſis indigeant, oritur munerum cupiditas, ſacrificiorum inexhauſta ſitis. Hoc indicant verba hæc difficilia, *Dilexerunt afferre ignominiam protectores eius.* In Hebræo eſt, *afferte, trahed, daca daca, ignominiam, o gran verguença,* protectores eius. *Grande afrenta, que a eſto ſe abaxen los protetores de la juſticia?* Inde deſolatio & diſſipatio eius ortum habet, *ligauit eam ſpiritus in alis ſuis. Que mucho que la aya arrojado por el mundo? Particeps idolorum Ephraim; dimitte eum, ya en Samaria ay idolatria y codicia, y ſe recibeu preſentes. Dimitte eum; vaya vaya, ſea deſtruida.* Actum eſt de republica, in quam cupiditas pedem intulit. Seuera (dices) doctrina eſt, non laborant iſti? opus ergo vt manducent. Non vult, inquam, Deus fame perire miniſtros Regni, templi, & negotiorum actores; ſed minori vult cupiditate flagrent. Audias hiſtoriam iſtam, dixerat Balaam *Num.* 24. 7. benedicens Iſraëlem hæc verba, *Tolletur propter Agag rex eius, & auferetur regnum illius. O Iſrael en todo venturoſo, aun haſta en quitarte Dios vn Rey codicioſo*; eſt enim huiuſmodi hiſtoria 1. *Reg.* 15. præcepit Dominus Sauli, *Vade, & percute Amalec, demolire vniuerſa eius, non parcas ei, & non concupiſcas de rebus ipſius aliquid.* Abit, cepit, interfecit: *peruertit tamen oculum, à medio ojo, que aſſi ſe hazen los cohechos.* Placuerunt enim illi optima gregum & armentorum, veſtium, &c. *Seruate hæc.* Apprehendit regem Amalec viuum qui dicebatur Agag, qui erat pinguiſſimus, parcite etiam regi: tunc impleta eſt prophetia Balaam, *Tolletur propter Agag rex eius, deſtruido es Saul, acaboſe ſu corona.* Mox etiam vocat Dominus Samuelem, & ait, *Pœnitet me quod conſtituerim Saul regem.* Quid hoc eſt Domine tantum crimen? Expectate, & videbitis. Erigit Saul triumphalem currum, & (vt inquit Nicolaus) palmam & oliuam in ſignum victoriæ & miſericordiæ prætulit, quaſi diceret, in quibus debui vici, & perdidi inimicos, in quibus opus erat, miſericordiam exhibui. Quid mali eſt in hoc facto? Duo quidem & grauiſſima. Primum, Deum iniuſtum & ſæuiſſimum tacitè appellauit; quaſi enim diceret, melius quàm imperauit, diuina iuſſa exequutus ſum; nam ille omnimodam deſtructionem præcepit, ego quod iuſtum erat reſeruaui, armenta, veſtimenta, regem. Blaſphemum quidem non dictum, ſed factum. Secundum crimen notauit Philo, quòd cùm regem in bello interficiendum tenebat, iſque ad auriculam eius accedens rea veniam vitæ poſceret, ac promitteret ſe ille ingentem theſaurum diuitiarum oſtenſurum; ille ſtatim cupiditatis morſu, & veneno blando allectus pepercit, & regnum & coronâ ab eo ablata quod hodierna die contigit prophetarunt. *Auferetur à vobis regnum Dei. Tolletur propter Agag rex eius.* Origenes declarat, *Tolletur ſuper tectum regnum eius: yo hare vn Reyno, que ponga ſu eſperança de las tejas arriba.* Qui enim ad terrena aſpiciunt, & reſpiciunt perſonas pingues & diuites, & nobilitate pollentes, Eccleſiam Dei præcipitant, & ab illis etiam *tolletur ſuper tectum regnum Dei: bolara ſobre los tejados ſu Reyno, y lo dara a los eſtraños.*

Velut infideles ſunt auari.

Oſeæ 5.

Tribus Iuda ſoli cupiditati intenta.

9.

Cap. 4.

Iudicere munera diligere ignominia eſt.

10.

Cupidi in blaſphemiam & in auaritiam prolabuntur.

11\. Ne iam quidem (Pater) non ruet propter noſtra crimina Regnum, ſuo tempore reſtituemus. Sciebam iam tuam reſpondendi rationem, verùm audi Euangelium & Doctores. Venit tempus reſtituendi, *Cùm autem tempus fructuum appropinquaret*, peremerunt ſeruos, & filium Dei occiderunt. Quid hoc Deicidæ (ſi fas eſt dicere) quid hoc infernales furiæ? Dicam ego cauſam. Quia poſtquam impleuere ſaccos, thecas, & ditati cœperunt diuitiis per fraudem compilatis, ridiculum eſt non reſtitutionem, ſed nec miſericordiam ab illis expectare. *Que en eſtando el dinero embolſado es tal la codicia, que primero dexarà morir a ſu hermano de hambre, y le pelarà a Dios las barbas, y confeſſarà en pecado, y le darà muerte a ſu hijo, y negarà la fe, y renegarà como vn Turco, que tenga animo para hazer el deſembolſo.* Videte beſtiam (vt inquit Philo [a]) *omnium iniquitatum arcem*, ibi ad omnem vim & tyrannidem armantur vitia. Paulus, *Radix omnium malorum cupiditas.* D. Thom. [b] id eſt, *nutriuntur cupiditate.* Chryſoſt. *Vides vt aurum homines eſſe homines non ſinat?* ſed in belluas & dæmones mutet. Ambroſius [c], *Cui populi dulcis eſt gemitus, & viduarum ſuauis eſt fletus.* Et vt vno verbo dicam, qui tam vili pretio animam vendit, nónne craſtina die fidem vendet? Vis videre, quàm graue ſit alienis luctis & vſuris diuitem fieri, audi Ezech. *Munera accipiebant in te, vt effunderent ſanguinem: vſuram & ſuperabundantiam accepiſti, & auare proximos tuos calumniabaris, Ay en ti (ciudad) hombres que por quatro ducados matan a vn hombre en eſſa calle.* Mox verò vt extremum mali ſubdat: *y tambien ay quien de a vſuras, y oprima a los proximos* con

Reſtituenda ablata difficulter.

a Lib. 1. de Iudic.

Theſſ. 6.

b Ibid.

c Serm. 17.

Cap. 22.

Vſurariorum extrema iniquitas.

12. *con ſu codicia.* Inde veræ fidei abnegario ſequitur. *Meique oblitus es, ait Dominus Deus, ecce comploſi manus meas ſuper auaritiam tuam.* Hebræum verbum, *ſachac mueſtra depiecio, y no hazer caſo. Qui te alla ſu ley. qui te alla ſus aranceles; de maſiado ſeguarda ſu ley, para que apriet a tanto a los hombres? hemos de ſer todos eſcrupuloſos? qui te alla, que del juizio y infierno Dios dixo lo que ſera. Ecce comploſi*, &c. O lucrum iniquum! o mea patientia, quæ apertiſſimas has cupiditates cæcas ac temerarias in Eccleſia tolerat. Feruntur iſti, niſi reſipiſcant, in impœnitentiæ præcipitiũ, locus enim eſt medicinæ. Audi, redeamus ad hiſtoriã illã *lib. 1. Reg.* cùm vidit Samuel impudentiam & inſaniam cupiditatem Saulis, & Agag reſeruaſſe, intrauit, & grandi voce, *Ferte mihi* (ait) *regem Agag.* Intrauit Agag pulcer, craſſus, ac tremens, & cum in irato vultu paratam ſibi mortem præſenſit, dixit, *Ay eſto es morir? ſiccine ſeparat amara mors?* ita, inquit Samuel, & diſtricto enſe irruit in eum, & confodit gladio, dicens, *Sicut fecit abſque liberis mulieres gladius tuus, ſic abſque liberis erit inter mulieres mater tua.* Audiſti parabolam, diues iniuſte? ſi ſalutem æternam vis, hoc mortis genus te expectat. *Vais engordando con hazienda agena, manejando dinero, hazeis eſtanco por vender caro, toman fiados y a montonais creditos falſos, cogeis haziendas, hazeis oſtentacion de grandes caudales ſin verdad ni fundamento, grandes caſas, ricas tapizerias, coſtoſos veſtidos, ella y ſus mugeres largas meſas, muchos criados, para eſto detienen las pagas, hazen grandes cargazones de haziendas agenas, ſubenſe mas que ſus vezinos, alçan eſtado y autoridad.* Alienis enim diuitiis facti eſtis opulenti, *engordais con hazienda agena*, & iniuſtis rationibus & artibus fortunas exaggeratis, vt cariùs vendantur res, monopoliis detinetis, malè parta malè conſumitis, & ex pauperrimo repentè diues quiſque veſtrũ fit. Sic craſſus eſt, ſic pulcer, vt nemo audeat illum aggredi, & conſcientiam cauterizatam pungere. Age (diues) in quo putas ſalus tua conſiſtit? ſi obuius tibi fiat vnus Samuel, ſeuerus, & integer Iudex, qui diſtricto enſe mortem cupiditati tuæ inferat, *ea morir teneis vos y vueſtra alma, o aueis de reſtituir.* Quomodo poſſum modò reſtituere? quid dicent ſi repentè ruinam ago omnium fortunarum? *Si ceſſo, quiebro, ſino quiebro no reſtituyo, tan poco; enſlaquezerme vn poco no es poſſible. No? eſperad vn poco.* Si confeſſor ſeuerus eſt, diſtringit gladiũ verbi Dei, & vos perimit, veſtramque cupiditatem, dicẽs, *Sicut tu feciſti multas crumenas & ſaccos ſine numis, multos homines ſine diuitiis, ſic gladius meus faciet thecas tuas, & domum ſine pecuniis*, ſi ſic fiat, ſalua res eſt; vbi tamen inuenies talem æquitatis miniſtrum? *a donde os vais a confeſſar?*

Impœnitentes moriuntur vſurarij, qualiter ſe erga eos gerere debeant confeſſarij.

13. Certè in nouos laqueos pedem iniicis, *in tentationem*, & in laqueum diaboli, & eò vſque procedis, *vt in peccato tuo moriaris*, ſine dolore, ſine fide, ſine Deo; quia, vt ait Chryſoſt.[a] *Deficit à Deo auarus ſicut ſimulacrorum cultor.* Dicis te fidelem eſſe, non colere idola, quin potiùs quotidie ſacrum audire, concioni adeſſe, confiteri, & ſacro pane reſici. O nefas! in extremam dementiã prorupiſti; quod enim maius eſt crimen meditari aliquem mortem, vel ruinam Philippo regi Hiſpaniæ à longè in Anglia, & externo regno, an in curia intrando & egrediendo in regalem aulam? ſatius tibi eſſet ſub dæmonis poteſtate eſſe, verùm animas interficere, dæmonis mancipium eſſe, manus ſanguine Abel tinctas habere, & in fidelium numerum adſcribi, ſacris intereſſe, regem alloqui, quam mortem meretur niſi Cain? Ecce iſti mali male perditi ſunt propter cupiditatem. *Venite occidamus*, &c.

a Coloſ. 5. 3. in illa verba D. Pauli.

Communicãtium in peccatis iniquitas maxima. Simile.

Hic eſt heres. Creſcit eorum crimen qui ſcientes & cognoſcentes hæredem morte afficiunt. Auguſt.[a] *Peccata ſcientium peccatis ignorantium præponuntur.* Si enim aliquis ſciens & prudens minori peccato peccat, æquabitur fortè grauiori peccato; ideo in eodem loco D. Auguſt. auarum hæretico comparat, non quia æqualia ſint crimina, ſed quia adueniente hac circunſtantia eius accreſcit malitia. Multorum filiorum pater Iacob iuſtiſſima de cauſa primogenitura priuauit Ruben natu maximum, eo quòd lectũ patris ſui violauit, maculaque inceſtuoſa conſperſit. Cùm autẽ conſuetum ſit diuinæ pietati, vt dixi, quod ab vno aufert alteri dare, *Auferetur à vobis*, &c. *& dabitur genti*; ideo regnũ aufert a Ruben vt alteri fratrum reddat. Quem tamen eligit de pluribus? Vtique illum qui procul ſit, & remotior ab illa culpa, ob quam priuat primogenitum Ruben. Conſideratis omnibus Iudã eligit, *Non auferetur ſceptrum de Iuda.* Quid agis, ſenex ſanctiſſime? neminem minus eligere debueras quam illum: ſi enim ille inceſti crimine deliquit, hic pariter inceſtuoſo concubitu cũ Thamar filij vxore Phares & Zaram procreauit. Non præmio afficit Deus peccata, ſed oſtendit plus vnum quàm alterum diſſimulare: nam cùm peccatum ſit ex pleno conſenſu & prudentia, ſcilicet, & apertis oculis, grauius eſt illo quod ignoranter perpetratum eſt. Ruben igitur cognouerat patris vxorem cùm illam aggreſſus eſt, Iudas verò minimè nurum cognouerat, illa enim pallio obuoluta erat, atque adeò opus fuit ſeipſam detegere, dum ad mortem ferebatur. Ideo detur regnum Iudæ, auferatur Rubeno, vt nouerint omnes ſapientes ex malitia, & cum ſapientia peccantes, grauiori culpa & pœna obſtrictos manere. Ita iſti agricolæ hæreditatis cupidiſſimi apertis oculis fatentur hunc eſſe hæredem, & crimen ingens perpetrarunt. Videntur tamen contraria his D. Pauli verba, *Si enim cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*; qua ratione ergo dicunt, *Hic eſt hæres, Elo, el es, matemosle, y nueſtra es la viña*: 14.

Malitia peccatum.

a Cap 5. lib. 4. de bapt. contra Donatiſtas.

Minuit voluntarium & peccatũ ignorantia, auget verò malitia.

Quo pacto iſti hæredem cognouerunt.

Vt reſpondeam interrogationi notandum eſt, ſi ſapientia cũ aliquo vitio aut cupiditate admiſceatur, ad omne malũ perſpicaciſſimi ſunt oculi, ad bona autem cognoſcenda, etiamſi clariora ſint, videntur cæcutire. *Vn ſabio apaſſionado ve mas que vn lince para mal, y en el bien eſtà hecho vn topo.* Pateat exemplo ſacræ Scripturæ. Fugit Agar cum filio, & cùm præ oculis puteum aquæ haberet, non videt, (quis enim dicat Angelũ fontem illic excauaſſe, cùm ſolùm dicitur, *aperuit oculos eius, qua videns puteum?*) In oculis erat cæcitas, qua ablatã puteus apparuit. Sic vobis (ô ſapientes) cõtingit; clariora enim ſunt aqua quæ legitis, nec intelligitis, ideo nempe, quia cæcutire videtur mens & animus aliis cupiditatibus intentus. *Coſas como el agua, no las acertais.* Agitur tamẽ de capienda hæreditate, de expoliando aliquem dignitate, de arduis & difficillimis negotiis, & lucris, ibi patent oculi, ibi lyncei ſunt, & iuris peritiſſimi. Nunc facilis eſt conciliatio contrariorum verborum, cùm dicit D. Paulus Iudæos non cognouiſſe Chriſtum, aſſerit de tempore quo vt Regem glorioſiſſimum, & Dominum, Meſſiam, librorum, & Prophetarum teſtimonio

Sapientia cũ cupiditate falſa eſt.

conte

conteſtatum deberent agnoſcere; ad hoc talpæ fuerunt, & cæci: at cùm hodie de hæreditate vſurpanda agitur, acutiſſimo intuitu è veſtigio venientem ſuo nomine nuncupantur, *Hic eſt hæres*, id eſt, qui exturbandus eſt e vita & regno; ad hoc inſtructiſſimi & periſſimi fuere.

15. *Cùm ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?* Quare tam ſerò venis Domine, & non exemplo ſeruorum homicidas exturbaſti de hæreditate? modò etiam cùm nefarij ſint, quare de ſupplicio inferendo conſultationem facis? non enim ſemel, ſed ſæpe admonet Deus, ante ſupplicium patientiſſimè expectat, vt ſic æquiſſimæ iuſtitiæ ſuæ poſt repetita, & diu expectata crimina appareant. Quandiu expectauit Pharaonem? quoties minas retractauit? quoties etiam ille promiſſis non ſtetit? quorſum hęc cunctatio? Theodoretus [a] reſpondet, vt omnibus liqueat, cùm punit non illico, ſed poſt interpoſitam moram iuſtiori pœna punire, vt omnibus oſtendat quàm iuſtè puniat. Longè æquius eſt Pharaonis nequitiam patefieri, quàm Deum crudelem appellari. Ideo enim, inquit Saluianus [b], Angeli potentiſſimi à malis Sodomitis priùs vexari & claudi domi pertulerunt, vt liquidum fieret mundo iram Dei excitaſſe, & extorſiſſe Sodomitas, antequam Deus intuliſſet. *Vt enim legeremus quæ à Sodomitis Angeli pertuliſſent, probaret vtique nobis Deus, quòd ipſe eos noluerit perdere, ſed ipſi extorſerint vt perirent.* Expectat igitur, vt vnũ peccatum alteri viam præbeat, vt erumpat ira Dei. Sicut cùm valens agricola quercum prægrandem vult incidere, ſecurim ad medium truncum admouet, & cum repetiti ictus non reſecant, cuneos ferreos vnum poſt alium intromittit; quòd ſi nihil præſtant, exſecat partem aliquam ligni, & libram pulueris tormentarij ibi abſcondit, & admoto igne partes in diuerſa diſtrahuntur, quæ ferro non obedierant. Priores Dei miſericordiæ, & repetita beneficia, longanima expectatio diuina, quid ſunt niſi cunei, qui in his qui damnandi ſunt, ſi non reſipiſcunt, viam aperiunt, vt iræ Dei ſecuris vltimum ſupplicium inferat. Sic Moyſes de Pharaone cecinit, *viam fecit ſemitæ iræ ſuæ, non pepercit à morte animabus eorum, & iumenta eorum in morte concluſit. Fue abriendo camino para el vltimo caſtigo*, vt ſtatim morte primogenitorum extrema iræ regnum deleret. Expectat etiam, non quia non ſint damnandi, nec quia ignoret inferno dignos eſſe, ſed quia indiget, illis ad aliquod miniſterium. Vultis eradicare arborem, quia lignũ vtilius erit ad ignem, quàm fructus pænè nullus; verùm aliquandiu expectatis, vt aliquot pyra aut poma veniant in maturitatem.

16. *Eſperemos a que maduren algunas perillas deſte año.* Expectat Dominus prælatum, regem, & regnum, & mundum propter vos; mundus perit, & ille prælatus damnandus eſt, at expectat vt ſententiam ferat in negotio viduæ, vt patrocinetur pauperi, & nutriat filiũ, & alat famulos, poſtea ſicut Ieroſolymam igni tradet. *Cùm ergo venerit, viene al fin, por que para condenar quiere primero ver proceſſos*; ad miſerendum verò non ſic lento gradu procedit, ſed vincit expectationem, quod obſeruauit D. Cyprianus [c] in ſupplicio illo Sodomæ inflicto: nam cùm iam Angeli de domo Abrahæ exirent, ad duos dixit vnus eorum: *Num celare potero Abraham quæ geſturus ſum? Podre ir me ſin hazer lo eſte ſauer?* Quare? quis te cogit? addit, *Scio enim quòd præcepturus ſit filiis ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiant viam Domini, vt faciant iudicium & iuſtitiam. Eſtoy viendo como ſi ya fuera, que hade enſeñar a ſus hyos*, &c. Expecta ergo Domine, vt maturescant opera bona, ſic flores ſpei remuneras? Id minimè faciam (inquit per Chryſoſtomum) pungit bonitas, accelerat natiua clementia. *Vide Domine bonitatem, pro futura virtute remuneras, anticipa el premio, y dilata el caſtigo.* Venit ergo, *y ya viene tarde.* Quid faciet?

Diuina patientia expectat longanimiter, vt æquitas eius in puniendo manifeſtiùs appareat.

a Quæſt. 8. in Exod.

b Lib. 1. de prouidẽtia.

Simile.

Impiorum interitum differt Deus vt illis in temporalibus muneribus ſeruiant.

Celeriùs properat ad miſerendũ Deus.

c Epiſt. 2.

Gen. 18. 17.

17. *Malos malè perdet.* Perdit Deus bonos, & benè perdit, cùm videlicet temporali pœna punit, honoris, valetudinis, diuitiarum, vt animus conualeſcat. Perdit etiam Deus hominem, cùm in peccatum labi permittit, vt potentiam & miſericordiam mirabiliorem oſtendat, vt Dauidem, Petrum, Paulum, *como el eſgrimidor que deſcubre el pie para darle al contrario en la cabeça.* Perdit etiam malè peccatores, cùm permittit vt in peccata illa ruant, & in interitum, vbi non porriget manum vt educat illos, *vt vadant & cadant retrorſum, & conterantur.* Hoc genus pœnæ nulli niſi ſempiternæ comparandum eſt, ibi enim perdit malos malè, quia inter tot mala neque eſt patientia, nec illorum miſeretur Deus, quin imò dicit, *In interitu veſtro ridebo. Domine mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi. Señor, quien os ha mudado la condicion?* Grande malum latet, grande peccatum, quod nunc ridere, nunc plorare cogit gloriæ Principem. *Dize el ſeñor que ſe reira quando ſe deſtruya Ieruſalem; como viene bien eſto con la condicion ſuya, y con las lagrimas que derramò viendola?* Deut. 28. ſic aſſeueranter locutus eſt, *Sicut antè lætatus eſt Dominus ſuper vos benefaciens vobis, vóſque multiplicans; ſic lætabitur diſperdens vos.* Reſpondebo, ſi verba Iſai. ponderentur, *Ne offeratis vltra ſacrificium fruſtrà, quita alla eſſas meſas, quita eſſos ſacrificios. Neomeniam, & ſabbatum, & ſolemnitates alias non feram, no celebreis mas Paſcuas.* Quid noui accidit? quid fellis eſt in his quæ tam dulcia tibi fuere?

Perdit Deus bene & male.

Cur dicitur Deus lætari in interitu peccatorum & feſtiuitates Iudæorum odiſſe.

Reſpondetur.

18. Adagium erat antiquum, *cœna dubia*, quia etiamſi variis inſtructa eſſet ferculis, periculoſa tamen erat, & quæ non carebat ſuſpicione veneni; quæ ſuſpicio ſi animum ſubit, cogit ad id quod Horatius in ſermonibus inquit, *Vides vt pallidus omnis cœna deſurgat dubia.* Sic filius Dei inuitatus à Patre, voluit inter homines venire, *Deus meus volui*, præſenſit tamen venenum inter epulas eſſe, *& tactus dolore cordis*, dixit, *delebo, quita las meſas, muera el hombre.* Verùm aderat ibi miſericordia, inquit Tertullianus [a], & placauit animum, & ſuſpicionem veneni exemit. *Cùm rurſus ad ſuam miſericordiam maturauiſſet, unde in ſemetipſo pœnitentiam dedicauit*, &c. *& ignoſcere pactus eſt operi & imagini ſuæ, no lo deſtruyamos malamente.* At verò cum intrat Ieroſolymam, & ab omnibus magno plauſu ſuſcipitur, plorat, & transfert legem, mutat ſacerdotium, irritat pacta, violat ſacrificia, prædicat deſtruendam eſſe vrbem, & templum malè & irreparabiliter. Quid hoc Domine? quare odiſti feſtiuitatem, & ſabbatum? *cœna dubia*, ſuſpicio veneni eſt. Lege Septuaginta, & videbis, nam vbi vulgatus legit, *Sabbatum & feſtiuitates alias non feram*, illi vt Euangelio concordent, (nam notat D. Irenæus [b] ferè in omnibus, in quibus Septuaginta videntur diſcedere à textu Hebræo, concordare Euangelio,) legunt, *ſabbatum & diem*

Eraſm. adag. chil. 1. cent. 4. correctus.

a Lib. 2. de pœnit.

b Cap. 25. lib. 3.

diem magnum. Quid habet dies iſte magnus? dicat Ioan. *cap. 9.15.* Chriſti aduerſarios ſedulò curaſſe, vt corpus de cruce deponeretur in eadem die, *Erat enim magnus dies ille ſabbati.* Hoc ergo erat venenum, quod præſciens Dominus
19. ait, *Diem magnum non feram.* Qua ratione non oderim ego ſabbata, ſi in die magna ſabbati mortem filio meo meditamini? Qua ratione non ſurgam à cœna, in qua vnus poſt buccellam me tradit? Quomodo bibā de vino & genimine vitis, ſi inter epulas fel aſpidum mihi propinandum eſt? Qua ratione velum templi non diſcindetur, vbi in ſummi ſacerdotis conſpectu alapa percutiendus ſum? Qua item ratione non ruet Ieroſolyma, in qua teſtes aduersùs veritatem inſurgunt? Principes contra Regem? Ecce ad terram dabo Ieroſolymam, extruabo altaria, demoliar templum, ſordida ciuitas & nobilis fit grandis interitu; *& malam male perdam.* Eadémque pœna puniendas ſe puteni cæteræ reſpublicæ, vbi enim fuerint in feſtiuitatibus, eius peccata, & inter eos qui ſacratiſſimo cibo reficiuntur, aliquis qui in peccato communicet, dum inter ſacerdotes ſit ambitio, inter principes odia, inter plebem falſi teſtes, mulierculæ impudentes; ſurgam de menſa, & ſula veneni ſuſpicione ſolo æquabo rempublicam. *Et malos male perdam.*

Puniuntur vrbes in quarum feſtiuitatibus peccatum eſt.

Et vineam ſuam locabit aliis agricolis. Modò videre licebit, quare *lætatur Dominus diſperdens vos*; quia ſi aliquos male perdit, in pluribus, quos vocat ad gratiam, conſolatur. *Iudicabit Dominus populum ſuum*; id eſt, etiamſi domeſtici omnes iuſto iudicio pereant, *conſolabitur in ſeruis ſuis.* Sic legit D. Hilarius [a], hoc eſt, in Gentili populo. Vbi nota, dubitare poſſe nos quare tam paruulum populū elegit primitus, cùm poſſet numeroſum & grandem: forte vt ſecerni a reliquis peculiare beneficium æſtimaretur. Verùm ideo paruolus eſt Iſrael, quia præuidit Deus reprobandum & excæcandum; quare quod ſelegit minus eſt, vt cùm pereat, in multis Gentilibus ſolatiu habere poſſet. Quod idem declaratum eſt, nam cùm illi dixiſſent, vineam ſuam locabit aliis agricolis, ille dum hæc verba repetit, declarat mentem ſuam, *dabitur genti*, hoc eſt, non Iudæis, hoc eſt, multis, hoc eſt, immenſo orbi. *Penſais vos otros que me faltara a mi quien me ſirua?*

a In Pſal. 134.

Iacturā animarum in aliarum ſaluatione ſolatur Deus atque compenſat.

20. *Ideo dico vobis, auferetur à vobis Regnum Dei*, &c. Omnes ſententiam contra Iudæos ferimus, non aduertentes nos ipſos eodem gladio iugulare, qui eadem crimina, eaſdē diuinæ indignationis cauſas gerimus. Quia ſi occiderūt Chriſtum, quia ambitioſi, vt ipſi clauum reipublicæ vſurparent, nónne modò etiam, inquit Bernardus [b], *plena eſt ambitioſis Eccleſia*; illi venales habebant dignitates, honores, pontificatum, & per Chriſtum lucra & præbendas amittere timebant; nos quid habemus? Nónne vnó ore obmurmuratis his hominibus etiam ſcatere Eccleſiam, qui quaſi ſub haſta & voce præconis in tali domo & tali pretio quaſi merces dignitates circumferunt venales. Illi iracundi erant, & excandeſcebant in eos qui ſuam ambitionem non fouebant; deſunt modò tyrannides? ciuilia bella? inteſtina odia? & ſimultates inter Chriſtianos? Illi auaritia flagrabant, & oblationibus intenti erant, non verò extinguendis & amputandis vitiis, *Peccata populi mei comedent: viuiran con las condenaciones de los pobres y ofrendas.* Inter nos verò (rogo) quémnam e parochis aut Epiſcopis animas ad meliorem frugem renocatus conſilio, concione, induſtria narraſſe audiſtis? ſæpe autem annuos reditus eſt fruges beneficij expendere, & computare? Chryſoſt.[a] *Non ſoliciti quomodo populus viuat ſine peccato, ſed aſpiciunt quid in Eccleſia conferatur.* Illi
21. publici expilatores, & fures & oppreſſores pauperū; nunc verò nónne aliud pernicioſius genus expilantium eſt; quos fures non audeas appellare, ſed debitores qui nunquam ſoluunt, procuratores qui ruinam machinantur, qui Iudæi non ſont (quis audeat tale verbum Hiſpano dicere?) quin potiùs ſacramenta frequentant, ſacro pane reficiuntur, quod horrendum eſt. Dicetis denique immutile, ſi viuum relinquerent Chriſtum iudicem iam male viuentes, atque adeò iudicem extinguere voluiſſe. O vanā excuſationem! modò non ſunt Chriſtiani qui Chriſtum iudicem immortalem venturum credunt, & nullo modo pertimeſcunt, ſed impudentiores illum offendunt quem iudicem fatentur; *mataronle aquellos, por que no pudieron juntar ſu mala vida con la preſencia del juez y Rey Chriſto: mas ſi ellos no aujuſtaron eſſo, acá ay quien ſabe mejor Gramatica, y concuerda bonete con eſpada, vara con juſticia, roſario con naipe, renta Eccleſiaſtica con vida profana.* Noluerunt Dominum vineæ, quia tenebantur vitia ſua deſerere: nunc manente eodē vero Dei filio & Domino, & Spiritu ſancto vitia Pharisaica veſtris adiungitis. Illi hoc facto Chriſtum Deum confitebantur, & qui vitia non diſſimulet, nec vno & eodem corde poſſe in Deum credere & offendere; nunc peiores ſumus, ſiquidem fidem cum peccato, Chriſtum cū Belial ſimul collocamus; ſicut Gentes illæ quæ habitauerunt Samariam 4. Reg. 17. *Gentes iſta timentes Dominum, & nihilominus idolis ſuis ſeruientes*, Deo timorem, diis amorem conferebant. Fidei pallium ſumimus, vt illo peccata tegamus, ſicut qui virgam iudicis vel miniſtri ſumunt, vt poſt datū ſignum illi liberiùs concurſent noctu, & pallium ſponſæ auferant; ſic ſerui facti ſumus Dei, vt nefariùs turpiuſque viuamus, & ſumus quales vno verbo deſcripſit Bernardus, *Omnes domeſtici, & omnes inimici.* Hæc dicta ſunt (Dei Eccleſia) vt cautior
22. fias in alieno periculo, & videas, *quid Dominus Deus tuus petit à te, niſi vt timeas Dominum Deum tuum*, &c. *& diligas eum*, qui te tot & tantis affecit beneficiis cum aliorum iactura & periculo. Refert Herodotus [b] Cambyſen Perſarum regem damnaſſe Siſamnē ſupplicio capitis quòd in iudiciis auro doniſque corrumpi ſe paſſus fuiſſet, itaque pellem viuo detrahi iuſſit, eaque ſellam iudicariam veſtiri, vt ſequentes iudices in eiuſmodi tribunali ſedentes à ſimili flagitio deterrerentur. *Videte* (inquiens) *vbi ſedeatis*, & ne ſubornari patiamini. Pelle & Synagoga iniuſta detractā, ſedem veſtiuit Chriſtus, quam Eccleſiæ gentium attribuit, nempe Eccleſiam, vt timeant omnes ſic poſſe verā fide expoliari, ſicut nudas videmus multas prouincias; ſic fecit Amorrhæos ſedem Iſraelitarum, ſic Iſraelitas ſedem Eccleſię. Caue Dei Eccleſia, ne ab eodem iudice pari pœna puniaris; eſt enim *Pater futuri ſæculi, & Rex regum, & Dominus dominantium*, qui regnat cum Patre in ſempiternum. Amen.

Iudæorū peccata ad nos deuenerunt.

b Lib. 1. de conſiderat.

Omnes lucris inhiant, non animorum ſaluti.

a Hom. 20. in cap. 21. Matth.

Impudentiores Chriſtiani Iudæis qui Chriſtum iudicem verò venturum offendunt.

Politicorum hæreſi ſentim ſe ad orthodoxos transfundit.

Miniſtri iuſtitiæ infideles

b Lib. 5.

Cautior redditur Eccleſia in punitione aliorum regnorum

COMEM

COMEM SE, FACILEMQVE OMNIbus præſtat, nullum alienum malum putat, bonum autem ſuum omne quod alicui vtile futurum eſt, amat. Humanitate & affabilitate viduas & pupillos ſuſcipiendos docet.

INSTITVTIO XLV.

Chriſtus facilitate & humanitate ad ſe rapuit orbẽ.

23. TVA, ô ſumme Rex Chriſte, facilitas, ſic hominum ad ſe rapuit animos,
vt non ſolùm te mundo affabilem dederit, ſed tibi mundus ſe totum
conſecrauerit, non renuens ſub diuinitate, humanitatis & beneuo-
lentiæ plena, militare, quinimo iucundum fiebat crucem tollere, pau-
pertatem amare, Chriſto duce, cui latronis, imò & leproſi, & cæci in-
columitas, proprio faſtigio & vita, charior videbatur. Difficile dictu, putauerat Tul-
lius [a], quantumconciliet animos hominum comitas, affabilitáſque ſermonis, *Plurimúmque etiã iuuat* (ait Ambroſius) *beneuolentia quæ omnes ſtudet beneficiis amplecti, deuincire officiis, oppignerare gratia. Affabilitatem quoque ſermonis ad conciliandam gratiam valere plurimum: ſed hanc volumus eſſe ſinceram ac ſobriam ſine vlla adulatione.* Præmittámque
Alexandri humanitatem, qua non ſolùm animos, ſed orbem complexus eſt, qui cùm
quadam die Lyſimachum ex bello telo percuſſum videt, prior ille in remedium oc-
currit, & cùm vita ad continendum ſanguinem non ſuppeteret, vittam capitis, hoc
eſt, diadema de capite poſuit, & ad vulnus applicuit, qua humanitate, quæ perfe-
cerit, ait Chryſoſtomus [b], nullo ſermone comprehendi poterunt: nam ex modica
quidem ciuitate impetu facto prorumpens, orbem tamen vniuerſum cœpit. Porrò
etiam Octauij Imperatoris * facilitas, vrbanitas in ſenatu, erga quemlibet ſenatorum,
eum ſupra omnes populo gratioſum fecit, qui cùm cognouiſſet ſenatorem quen-
dam nomine Gallum ex repentina cæcitate in talem mœrorem incidiſſe, vt ſibi mor-
tem per inediam conſciſceret, hominem aliàs ſibi ignotum, inuiſit [c], conſulatus eſt
24. ſua affabilitate & comitate, ita vt in poſterum gratior ipſi fuerit quàm viſus, cæci-
tas ipſa quam patiebatur. Sed quàm meritò inter hos laudat Ambroſius Ioſeph
Patriarchæ benignitatem, & erga fratres ſuos affabilitatem; vnde Gregorius [d] ait,
Vir Dei ſpiritu diſcretionis plenus cognouit fratres non cognitus, ſed memor culpæ, & remiſſor iniuriæ, mala fratrum nec reddere ſtuduit, nec ſine purgatione relaxare. Non
enim inimicus erat, addit Chryſoſtomus [e], *ſed inimici perſonam aſſumpſerat, vt quid in paterna familia ageretur, ad plenum cognoſceret.* Atque pauentibus illis, oc-
currit, dicens: *Nolite pauere, neque vobis durum eſſe videatur quòd vendidiſtis me in his regionibus, pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos in Ægyptum*; & cùm
mortuo parente adhuc fratres eius timidi, & de fratris beneuolentia dubij eſſent,
adiecit, *Nolite timere, num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? vos cogitaſtis de me malum, ſed Deus vertit illud in bonum*, ſicque ſemper in ſublimi throno poſitus, fratres
familiaritate fraterna proſecutus eſt.

Exemplo Alexandri probatur.

Exemplo Ioſeph.

25. Cæterùm ſileant omnes in conſpectu tuo, ô ſumme Rex, cuius illud per Sa-
lomonem extat encomium, *In hilaritate* (vel in luce) *vultus regis, vita & clementia eius quaſi imber ſerotinus, nam ſi Solis partes ſunt illuſtrare radiis orbem,* vt aiebat Agapetus [f],
principis verò virtus eſt egenorum miſereri. Porrò ſole ipſo clarior eſt Imperator qui pius eſt, ille namque cedit ſuccedenti nocti, hic autem rapacitati prauorum non concedit indulgere quidquam; ſed lumine veritatis, iniquitatis occulta coarguit. Nam ſi ſol fulgens omnia
illuſtrat, tu verò Chriſte perficis vniuerſa, ille ſanat, fouet, tu verò cun-
ctos ad te ægros delatos in ſanitatem reuocabas, *& ſanitas in pœnis eius.* Sole de-
nique abſente rapacitas, ebrietas & impudentia locum habent, tu verò cùm cæca
nox orbem teneret, humanitate temperatam diuinitatem oſtendens & com-
miſſa peccata remiſiſti, & tenebras delictorum propulſaſti. Clariùs tamen de
te Septuaginta legerunt, *In luce filij regis vita, & qui accepti ſunt ei quaſi imber ſerotinus. Filius regis* idem eſt quod *rex*: ſicut filius vnicornium pro vnicornio ſumi-
tur, & filius hominis pro homine. Nam ſicut bona felixque regni fortuna & bo-
na indole & moribus, quibus filius hæres regni fulget, omnino pendet, quapropter,
vt

Chriſtus ſuper omnes hilaris & benignus.

a Lib. 1. de officiis.

Rhodigin. lib. 24. c. 6. Paeius in Iciem lib. 41. cap. de diademate.

b Hom. 1. in 1. Theſſalon. 1.

* Alexander ab Alex. lib. 4. cap. 11.

c Suetonius in vita Octauij c. 53.

d Hom. 21. in Ezech.

e Tom. 2. conc. 4. de Lazaro. Gen. 50.

f De officiis principis.

a Lib. 1. de Clem.

vt ait Seneca [a], vnà omnes principis futuri ingenium & motes ſuſpenſi obſeruabant;
ita te, ô Princeps fili ſummi Patris, ſuſpenſi omnes expectabant, an ſicut parens
Deus exercituum aut vindicator dicendus eſſes: at cùm *apparuit benignitas & huma-
nitas Saluatoris noſtri*, tunc nouæ ſpes, reſpirante orbe oriri cœperunt, & inde ſequi-
tut, *Et qui accepti ſunt ei quaſi imber ſerotinus*, id eſt, fortuna eorum qui talem Deum
& Meſſiam expectabant, & nacti ſunt eius gratiam, ſimilis eſt imbri ſerotino, qui
licèt tardiùs decidat, tamen vberiùs terram fœcundat. Nam, licèt poſt longas mo-
ras temporis, & diuturnam orbis expectationem venit, at cùm filius Dei regno po-
titus eſt, amicos & familiares ſuos quàm ingentibus fortunis & honoribus ampli-
ficauit.

Reſpirat orbis ſub Chriſti affabilitate & humanitate.

Velim tamen ne in Chriſto ſolùm affabilitatem, hoc eſt, comitatem, ſuauitatem 26.
motum atque ſermonum in externa hominum conſuetudine cum hominibus vſur-
patam, imiremur, ſed inſuper pietatem, miſerationem & deſcenſum demiſſionémque mirabilem, qua ſe pauperibus, leproſis & peccatoribus accommodabat, ſicut
de Moyſe exemplum teſtatur, vt ait Ambroſius [b], *Quantas à populo Dei illatas abſorbe-
bat contumelias, & cùm Dominus in inſolentes vindicare vellet, ſe tamen pro populo offerebat
frequenter, vt indignationi diuinæ plebem ſubduceret. Quàm miti ſermone poſt iniurias ap-
pellabat populum, ſolabatur in laboribus, deliniebat oraculis, fouebat operibus, & cum Deo
conſtanter loqueretur, homines tamen humili & grata appellatione affari ſolebat?*

b De officiis lib. 1. c. 7.

Pauperibus ſe accommodabat.

Eſt igitur hæc humanitas & affabilitas ore, verbis, opere & pia cordis miſeratione, 27.
quæ omnia inter ſe connexa ſunt, ſi, vt ait Ambroſius [c], ſincera & ſimplex eſt; *for-
ma enim eſſe debemus cæteris, non ſolùm in opere, ſed etiam in ſermone, in caſtitate ac
fide: & quales haberi volumus, tales ſimus, & qualem affectum habemus, talem aperia-
mus.* Hanc noſtræ religionis ſine affectatione & hypocriſi pietatem & humanitatem,
ſuadet D. Iacobus. *Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem eſt, viſita-
re pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo.* Sit
igitur pietas & religio ſincera & pura apud Deum, & humanitas non ſit Gentilium,
vt dicebamus, Alexandri, Octauij, & aliorum, ſed Chriſtiana ſit, & immaculata, hoc
eſt, non ſe demittat qui humanus eſt, & pius, ſicut miluus, nec ſicut aquila ad terrena,
nec oculos coniiciat, vt vbi ſubuenire venit, ibi cupiditates expleat, *ſalga ſin mancha
de la caſa de la pobrecita y biuda.* Viſitet ergo *pupillos & viduas*, non in eorum felici-
tate, ſed *in tribulatione eorum*, itaque miſerias ſubleuaturus adeat, quibus plenæ ſunt
viduarum domus, nam, vt ait Nyſſenus [d], *Quæ ſunt viduitatis incommoda quis enu-
meret? de improuiſo viduitas, ærumna, ſolitudo, caligo & tenebræ, luctus, lamentabiles
ploratus*, &c. addit Iacob, *& immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo*, id eſt, qui his
operibus vacat, & humanitatem exercet, meminerit hominem eſſe, & in mundo im-
mundo poſitum, nec quidquam illi adhæſurum iri iniquitatis concupiſcentia carnis,
oculorum, aut ſuperbiæ vitæ, quæ totum mundum occupant, vt ait D. Thom. *Mundus
non mundus, quia mundus polluit; ergo qui manet in mundo, quomodo mundus erit?*

c Lib. 2. de officiis ſupra.

In quibus eſt affabilitas.

Cap. 1. 27.

Sincera affabilitas.

d De virginitate c. 3.

Incommoda viduarum.

Cautus ſit affabilis.

Vide Auguſt. in Pſal. 141. de hoc immundo mũdi amore.

Nunc ergo curam viduarum ac pupillorum gerere ex ipſo Deo diſcere libeat; ait 28.
enim Cant. 1. *Pulcræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis*, vbi nomine turturum viduas intel-
ligit, ex eo quòd auis hæc amiſſo coniuge ad ſecundas nuptias minimè redit, ſicut
notauit Baſilius [e]. Pulcræ igitur videntur genæ viduarum diuino ſponſo vel vt eo-
rum lacrymas, quibus ipſe delectatur, abſtergat, vel vt earum verecundiam quam
per genas intelligit Honorius, honeſtet, cuſtodiat atque defendat. Qua etiam de
cauſa non myſterio vacat, cùm dicitur Deus *Pater orphanorum, & iudex viduarum*:
maritum diceres Dauid, hoc enim eſt quod maximè indigent atque dolent, falletis,
inquit, ſed quòd minus crederent mortales, hoc eſt, nempe viduarum eſſe iudicem
Deum; hoc enim maximè indigent; quia *viduæ cauſa non ingreditur ad eos*; ipſa vi-
dua quidem ingreditur, imò & nupta viro; nam fœminæ patet aditus ad iudices, au-
ditur libentiſſimè, quia videtur, videtur autem, imò & ſpecie decipit videntes, *cauſa
autem viduæ non ingreditur, de la biuda ſi, mas de ſu plaſto no ay mencion*; ideoque, exiſtimo,
D. Iacobus ſubiunxit poſt viſitationem viduarum & pupillorum, illa verba, *immacula-
tum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo*, nam qui negotia pupillorum agit in periculo eſt emun-
gendi, & lucra ſua quærendi; & viduarum viſitatio vix ſine læſione famæ contingit.
Porrò Tertullianus [f] ponderat ea verba Iſai. 1. *De viduitatum honoribus apud Domi-
num vno dicto eius per Prophetam expeditum. Iuſtè facite viduæ, & pupillo, & venite,
diſputemus, dicit Dominus. Duo iſta nomina in quantum deſpectui humano, in tantum diuinæ
miſericordiæ expoſita, ſuſcepit tueri Pater omnium. Vide quàm ex æquo habetur, qui viduæ*

e Exæm. hom. 8. & Ambroſ. 5. exaemer. c. 19.

Viduarum curam Deus ſuo nos demõdat exemplo.

f Lib. 1. ad vxor. c. 8.

benefacit, quanti eſt vidua ipſa, cuius adſertor Dominus diſputabit? Non tantum virginibus datum opinor, licet in illis integritas ſolida, & tota ſanctitas de proximo viſura ſit faciem Dei, tamen vidua habet aliquid operoſius, quia facile eſt non appetere quod neſcias, & auerſari quod deſideraueris: nunquam poterat virgo felicior haberi, at vidua laborioſior. quem affectum plus ſignificant verba illa, *venite & diſputemus*, & in iudicio planum fiat quiſnam horum verior ſit, Pater an Deus: an is qui pupillis iudicat, & defendit viduam, eſt enim munus penè diuinum, & quod Deus ſibi arrogat, & nulli concederet, niſi cauſa viduæ etiam humanâ indigeret opera & induſtria.

29. Vnde cùm in ciuitate Naim viduam emortui filij matrem *vidiſſet Dominus, miſericordia motus ſuper illam, dixit: Noli flere.* In primis, quia vidit illam miſericordia motus eſt, nam, vt diximus, humanitas & facilitas non verbis ſolùm, ſed affectu & miſeratione cognoſcitur. Ad hoc autem multum iuuat ipſa miſerabilium & pauperum viſitatio & inſpectio: nam opus eſt miſerum quodammodo fieri qui miſeros inuiſit, & veſtem illam atram & lugubrem induere qui aliorum miſeriis venit condolere; indolentia enim & Stoicorum dura mens propria eſt eorum, qui vel in felicitate ſunt, vel nuſquam pauperes aut egenos viderunt. Durè quondam tractauerũt Perſæ quoſdam Græcorum milites bello captos; amputatis enim naribus & auriculis fœdè dehoneſtarunt. Cupiebant miſeri patriam repetere, in qua charorum & conſanguineorum ſolatio & ſocietate miſeram conditionem æquiùs tolerarent: vnus autem eorum è ſublimi loquens ab hoc conſilio auocare cupiens dixit: Erratis ô viri, & vana vos fallit ſpes auxilij inueniendi apud noſtrates, qui in felicitate poſiti alieni à noſtra miſeria ſunt. Pauper enim grauis eſſe ſolet ipſa ſua indigentia, diues autem ſuperbia & felicitate inſolens & impatiens, prius conſulit ſuo honori & lucro, quàm aliorum indigentiæ ſubueniat: fiet quidem vt miſerabiliores ſimus, & infeliciores inter felices poſiti, quibus nares & aures non deſiderantur, *Nam & calamitas querula eſt, & ſuperba felicitas, ita ſuam quiſque fortunam in conſilio habet, cùm de aliena deliberat, & niſi mutuo eſſemus miſeri, olim alius alij potuiſſemus eſſe faſtidio*; itaque qui pauperem inuiſit, egenus fiat, & ægrotet quodammodo. Liquet hoc in diuite illo qui poſt ſuperbiam, indolentiam & animi duritiam erga Lazarum vlceribus plenum, nunc cùm iam in tormentis dolet condolere didicit, & ait: *Rogo te Pater vt mittas in domum patris mei*, &c. iam miſeretur eorum qui nondum in damnationem venerunt, *ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum.* Ante hoc tempus nuſquam doluit miſeram ſortem fratrum ſi in infernum deſcenderent, nunc autem ô quàm eruditus & doctus concionator euaſit, imò periculi & damni proprij immemor de alieno curat. Quod ſecus contingere ſolet etiam inter familiares & amicos, præſentia enim proprij periculi alienum obſcurat, & de memoria delet, vt de D. Petro obſeruat Auguſt. qui licèt iam morti proximum videt amicum, proprij tamen damni formidine in talem amentiam incidit & peccatum. Vide quale eſt magiſterium mali & calamitatis cognitæ & probatæ, compaſſionem excitat fratrum, cùm diues eſt in ipſo tormento. In hoc mirificè noſtri Aſſertoris pietas eluxit, qui cùm miſereri ſolùm quoad effectum poſſet, quia Deus erat, vt etiam quoad affectum miſeratione frangi poſſet carnem induit, matrem habuit, lacrymas fudit, vt inde poſſet facilè ad miſerationem viduæ plorantis tranſire, aliàs Stoicorum more ſine dolore prætériſſet funus & matrem lacrymantem.

Viſitatio pauperum & ægrotantium ad miſerationem mouet.

Q. Curtius lib. 5.

[illegible]

30. Miſera etiam conditio viduitatis viſcera permouit Saluatoris, nam in hac matre duplex dolendi cauſa confluxerat, & viduitas, & orbitas filij, quem loco mariti habebat, quam vt quodammodo conſolemur, calamitatis huius vim expendamus. Lamentabatur Hieruſalem vidua, *quoniam vindemiauit me hoſtis*, Hebraicè racemos poſt vindemiam adlegere ſignificat. Nam vindemiam, hoc eſt, copioſam captiuitatem Nabuchodonoſor peregerat, vt ex libris Regum patet; tulerat enim omnia pretioſa, iuuenes, iudices, artifices, pauperibus tantummodo relictis. Racemos autem poſt vindemiam collegit Nabuzardam vndecim poſt annos, cùm Sedeciam rebellatum contra Nabuchodonoſor, qui eum in regno loco Ioacimi ſubſtituerat, duxit in captiuitatem, & ſi quid auri, æris, & ſupellectilis ſupererat abſtulit cum plebe, vt refertur 4. *Reg.* 25. Nunc ergo ait, *quia vindemiauit me hoſtis.* Vindemiam autem nuncupo; quia nunc renouato dolore memoria præteritorum duplici tormento affligit animum. Sicut cùm viduæ iuuenem filium Deus adimit, mariti mortem actiùs dolet, & nunc in filio iterum extinctum fuiſſe putat. Sicut Nohemi quæ amiſſo ſemel marito cum extinctis filiis etiam luget, mortem recentem mariti reputat Scriptura, dicens, *Remanſitque mulier orbata duobus liberis, & marito.* Et quia renouata eſt viduitas mariti poſt filiorum

Viduarum orbitas filiorum dolenda.

Thren. 1. 12.

4 Reg. 24.

Ruth 1.

rum orbitatem narratur, iam enim reſederat dolor, nunc autem recenti filiorum orbitate rediit vt cruciabat illam, non enim putabat maritum amiſiſſe quandiu filij ſuperſtites viuebant.

Pauperies viduarum miſeranda.

Quid ſi orbitati filij pauperies ſucceſſit? & licèt hæc prædiues erat (vt pompa funeris indicat) quid ſi cuncta bona cum filio ad alienos transferunt? filius enim dum viueret matrem aleret, vt par erat, & in ſimili caſu Deus lege præſcripſerat, dum præcipit *Leuit.* 22. vt ſummus ſacerdos menſæ alimenta filiæ viduæ concederet, ſi abſque liberis maneret; ſecus verò ſi filios habet, nam ſi habet, ait Tertullianus [a], penes filium erat matrem alere, ſicut hic ſine dubio egerat. Modò verò cùm bona parentis ex lege mortuo filio ad cognatos parentes tranſibant, vidua ſimul & inops relinquebatur, quæ duplex calamitas ne parentes affligeret cauetat Traianus cùm partem fiſci, & hæreditatem, quæ Imperatoris erat, parentibus dari iuſſit ad ſolatium orbitatis filiorum, quod maximè in Traiano laudat Plinius [b]. *Dignum ergo Imperator manſuetudine tua, minuere orbitatis iniurias. Sic quoque abundè miſera res eſt, pater filio ſolus heres. arto mal ſe tiene el padre que hereda a ſu hijo que ſera ſi es madre biuda y no le hereda?* Tunc grauitas infelicitatis nomen mutat matris, ſicut contigit Nohemi, cùm patria, marito & filiis orbata rediens, oppidanis fœminis *pulcram* acclamantibus ait, *Ne vocetis me Nohemi (id eſt, pulcram) ſed vocate me Maram (id eſt, amaram) quia amaritudine valde repleuit me Omnipotens.* quæ nunc maximè hoc nomine gaudet cùm videt hæreditatem patriam ad alienos veniſſe, ita vt opus ſit nurum ſuam Ruth de ſpicilegio viuere; itaque vrget maximè viduam pauperies cum orbitate filiorum: ſed hæc omnia Chriſti viſcera non minus commouerunt.

a Cap. 7.

b In panegyri. Traia.

Adde inſuper aliam miſerendi cauſam, quia hæc *vidua erat*, hoc eſt, verè vi- 31.
dua. Sicut enim inter margaritas quædam adulterinæ ſunt, ſic inter viduas fictæ & ementitæ dicuntur aliquæ, aliæ verò, vt ait Paulus, *quæ verè viduæ ſunt.* Quædam enim non viduæ, ſed nuptæ viro, non mortuæ, ſed vitiis viuentes, dici poſſent, ea ratione qua Salomon iuſtos vocat etiam eos, qui ſepties cadunt in die, *ſepties enim in die cadet iuſtus, & reſurget, quia*, vt ait Hieronymus, *cùm reſurgit, iuſti vocabulum non amiſit.* Vnde quæ in viduitatem incidit vt inde ſubitò móxque ad nuptias reſurgat, non dicitur vidua, ſed adhuc nupta, nec nomen amiſit, ſed à viro in virum tranſiit: & ſicut de domo in domum tranſiens non dicitur in via eſſe, etiamſi per viam tranſeat; ſic non dicitur vidua quæ per viduitatem tranſit ad ſecundas nuptias, *Hæc autem vidua erat.* Quæ autem verè vidua eſt, maximæ curæ eſt Deo; quamobrem ſicut D. Paulus fructus ſpiritus referens, *fructus autem ſpiritus charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, manſuetudo* (vt notauit Hieronymus) continentiam vel tanquam fundamentum, vel tanquam apicem poſuit, *Omnes virtutes ſpiritus, quaſi ſolidiſſimum fundamentum, & ſublime culmen continentia ſuſtentat, & protegit.* Sic Deus per Iſaiam longam bonorum operum narrationem texens vltimo conſtituit loco hæc verba, *Defendite viduam*, habet enim & fundamenti ſoliditatem, & apicis & culminis dignitatem.

Verè vidua digna miſeratione.

Vide P. Fr. Lopez Auguſtinianū quem vnum ex Hiſpanis authoribus, quod memini citauimus parte 2. Quadrageſimæ tractatu 10. ante finem.

Cæterùm quia non ſolùm affabilitas verbis, ſed miſeratione quæ in corde eſt 32.
comprobatur, & operibus; ideo miſericordia permotus Dominus ait adoleſcenti qui efferebatur, *Adoleſcens tibi dico, ſurge*; tibi, inquam, dico; hi enim nunquam putant ad eos fieri ſermonem, quamuis de aliorum morte, interitu, plagis & ſupplicio agatur, nunquam putant illos puniri, aut tandem mori poſſe, opus eſt vt ad eos ſermo ſigillatim fiat, & mittat Deus languorem & ægritudinem. *Reſedit tandem qui erat mortuus*, vt notum ſit apud nos eſſe regem noſtrum, de quo aiebat Sapiens, *In hilaritate regis vita & clementia eius quaſi imber ſerotinus.* Et quid porrò de tanta pietate Redemptoris ortum habuiſſe putas, niſi famam eius per omnem Iudæam diuulgatam, habet enim hoc manſuetudo & benignitas, vt aiebat Polybius [c]. *Tantum manſuetudo & benignitas principum poteſt, vt non ſolùm cùm ſunt præſentes, verùm etiam maximo interuallo disiuncti quoſdam quaſi ſomites amoris & beneuolentiæ in pectoribus hominum relinquant.* Vnde coniecturam ſolùm addam opinioni grauiſſimi auctoris, qui putat Magdalenam peccatricem non Ieroſolymæ, ſed de ciuitate Naim fuiſſe, vt mox narratur ab Euangeliſta Luca, mulier enim hæc peccatrix, ſed quæ vim amoris, vrbanitatis & affabilitatis nouerat; dum adoleſcentis reſurrectionem vel audit, vel videt, dum ad miſericordiam propenſum lacrymis viduæ Chriſtum conſpexit. Quid agat, inquit, iſte, ſi me non filium, ſed animam emortuam plorantem viderit? quid non obtinebo à tanta facilitate & benignitate? quid ſi ad con-

Iuuenes nunquam verba Dei ſibi dicta putant.

c Hiſto. lib. 4.

P. Tolet in Luc.

uiuium adeat Simonis? certè nihil negabit peccatrici veniam poſtulanti, qui hos fomites amoris ſui & beneuolentiæ in pectoribus totius vrbis reliquit. Ecce mi homo hamo benignitatis captam peccatricem, diſcat princeps quod quidam aiebat, *Poteſt princeps odio eſſe nonnullis, etiamſi ipſe non oderit; amari, niſi ipſe amet, non poteſt:* tria enim capiunt homines, aiebat Chryſoſtomus [a], *forma corporis, magnitudo beneficij, vel quod ab eo ametur.* quæ tria cùm in meo Chriſto in primis fuerint, quàm meritò ab omnibus colendus ſit, vide quantum per affabilitatem obtinuerit, probat puellarum vox dicentium, *Omnes curremus in odorem vnguentorum tuorum*; gratia & gloria.

Plinius iunior. panegyr. ad Traia.
a In Pſal. 41.

VERBVM PATRIS.
Baruch 3. verſ. 36.

Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduersùs eum. Hic adinuenit, &c. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.

Summus Princeps Chriſtus ſe mitem, facilem & humanum infirmis & infimis præbet.

DISCVRSVS CXXXIII.

1. Benignitas Dei. Baruch 3. 36.

NOTA Loquitur Propheta de vera apparitione & Epiphania filij Dei, qui in terra carne factus viſus eſt, &c. auctores vide Caſtro in Baruch 3.

Simile.

Vide diſcurſu ſequenti, Deſcendens Ieſus de monte.

HIc eſt *Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduersùs eum, eſte ſi que es Dios nueſtro, nadie quiera correr parejas con el.* Vox iſta gratulationis & laudis ex imo totius naturæ rerum pectore, ore Prophetæ erupiſſe videtur, ea enim eſt vis facilitatis & humanitatis, vt ad capiendos animos operæpretium iudicauerit Deus ſuam inter mortales demittere maieſtatem. Quare ſicut qui ardeam aut aquilam cœpit, non neci, ſicut auiculas alias, tradit, ſed ad gloriam, ad oſtenſionem & ad venationem ſeruat; ſic Propheta poſt ſacroſanctum in terras Dei filij aduentum, poſt ſapientiæ ſuæ oſtenſionem nobis in terris tractabilem prædicat, & gloriabundus canit, *Hic adinuenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Iacob filio ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt, agora ſi que ay camino para ſaber, agora ſi que ay paſtores ſabios y que veen a Dios ya ay huellas de Dios en la tierra por el raſtro le ſeguiremos.* Ante eius Epiphaniam & apparitionem rogabat Iob homo naturalis legis, *Quis eſt homo qui poſſit ſequi Deum factorem ſuum?* at verò ſemel carne tectus facilè venit imitandus, ſanctitas enim diuinitatis veſtigium imprimebat in vita illius ſacratiſſimæ humanitatis, quod veſtigium videre cupiebant qui aiebant, *Domine oſtende nobis Patrem,* ipſe verò reſpondit, *Qui videt me, videt & Patrem meum. Ignoras quia ego in Patre, & Pater in me eſt?* Quare Plato adhuc in tenebris quaſi myſteria à Prophetis delibaſſet, aiebat [a]: *Sicut beſtiæ nequeunt a beſtiis feliciter duci ſine homine, ita neque homines ab homine ſine Deo.* & alibi, *Deus omnium nobis eſt menſura, multóque magis ſiquis* (vt ferunt) *homo eſt*; quæ verba cùm quidam ex Platonicis exponit, ait, *Is ſi homo eſt,* id eſt, *ſi quando homo fiat, vt ferunt oracula*; exiſtimauit enim Plato nihil iam ad ſalutem optandum, nihil ad noſtram innouationem, quàm Dei in terras aduentum deſiderari, quando nobis ſeipſum exemplar viſibile proponeret. Sed meliorem attigit Auguſtinus [b], *Deus ſequendus erat, qui videri non poterat; homo ſequendus non erat, qui videri poterat: vt ergo exhiberetur homini quod ſequeretur, & quod videret, Deus factus eſt homo,* & quidē homo qui omnē viam diſciplinæ adinuenit, qui nos quaſi via, & quaſi viator duceret ad patriam. Sicut ſi iter agenti, & in profundiſſimam foueam iamiam incidenti, vox à tergo perſonaret, ſiſte, ſiſte viator, ruis enim præceps niſi greſſum contines. Sic Iſaias Seruatorem noſtrum labentem in mortem, hominem reuocaſſe deſcribit. *Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient vocem poſt tergum monentis, hæc eſt via, ambulate per eam.* Ad hoc autem vt meliùs duceret nos, ſanguinis ſui & miraculorum veſtigia reliquit, quo nihil amplius deſiderandum reliquit, vt ponderat Baſilius. *O homo, quid tecum agendum, Deum in ſupernis agentem non quæris, Deum ad te venientem non recipis, quando eum conſequêris:* Quid ais Baſili ſancte, *Ecce multitudo copioſa ab omni maritima Tyry, & Iordanis, qui venerant vt audirent eum.* Hó (inquit) gaudeot Dei in terras aduentu, & ſequuntur quidem, ſed vt ſalutem corporis obtineant, *vt ſanarentur à languoribus ſuis.* Certè pauciſſimi ſunt qui ſalutem animæ poſtularunt à Chriſto, Magdalena viuens, & latro moriens, ſanitatem verò ecce multitudo copioſa quærit; erratis mortales, ſicut ſi ab officina ſculptoris, ſartoris, aut mercatoris veſtes & opera peteres. Audi mi homo, Chriſtus non rerum temporalium iacturam reparare venit, ſed animos excolere virtutibus, & expolire: vide opus, artem conſidera, quidquid enim in hoc diſcurſu intendit, ad tuam confert expolitionem. *Docebat eos, dicens.*

Ioan. 4.

a Lib de regno & lib. 4. de legibus.

b Ser. de natiuitate.

2.

Dux itineris & via ad cælum Chriſtus.

Simile

Iſai. 30. 20.

Quàm ſedulò mortales ſuæ valetudini conſulũt, animæ ratio nulla.

INTENTVM DISCVRSVS ET SVMMA EIVS.

Si ex pretioſa, nobili ac diuerſa materia vellet aurifex ſtatuam conflare, quæ ſpirans, vt aiunt, imago eſſet Chriſtiani hominis, aut Catholicæ reipublicæ, formam ex ſecundo capite Danielis, & ex præſenti Euangelio, Chriſtique concione conaretur educere, vel inter Chriſtianos Heroes, inter fidei Hectores, inter aulicos equites, inter ſacros fidei defenſores

3.

Statua reipublica Chriſtiana & optimi eius ſimulacrum.

Chri

Digitized by Google

Chriſtianæ ſanctitatis exemplar Sebaſtianom, Vinceurtum, Clementem, ſibi propoueret imitandum. In hoc exemplati cognoſceret caput aureum eſſe debere, nobilitas enim anrea ſemper & magni valoris fuit, ſed in eo maximè elucet, cùm diuinam imitatur benignitatem, cùm

Caput aureũ ſit. flecti patitur ſicut aurum, cùm facilis eſt ad miſeram plebem, nullaque iactura ſui ſplendotis, ſicut ſol omnibus ſe præbet viſendum, colendum & amandum; ſic enim Chriſtus etiam barbarorum & Gentilium Tyti & Sidonis rapnit ani-

Luc. 6.17. mos. *Multitudo Tyri & Sidonis.*

Brachia cum pectore argentea, fides enim probata & vera quaſi pellucidum & candidum

Brachia argentea quid denotent. argeutum in Chriſtiano pectore ſplendet, ne tamen manca ſit, & ſine operibus, manus habeat liberales, largas & munificas. Sicut de Chriſto Domino legimus, qui poſtquam ex ſacro & argenteo pectore myſteria ſacrámque concionem deprompſit, manus ad curandos ægrotos pieta-

Luc. 6.18. tis plenas extendit, *& omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.*

4\. Cætera vſque ad pedes ærea & ferrea duriſſi-

Femora ærea quid ſignificent. ma quidem, quæ nulli niſi igni cedunt. Hæc denotanr Chriſtianam fortitudiuem, ſine qua neque fuerunt equites, nec ſtrenui milites, nec ſancti vlli, uec cælum, nec beatitudo abſque ea comparatur. Qua de cauſa verus artifex ſanctitatis beatitudinem in pauperrate, in manſuetudine, in pace collocat; ſed hæc omnia iu fortitudine nituntur atque conſiſtunt, nam neque humilitas, neque paupertas, neque pax poteſt ſine patientia & fortitudine cunſeruari. *Beati eritis cùm vos perſequti*, &c.

5\. Lutei pedes erant minimè cum reliqua mate-

Lutei pedes quid. tia conſeutientes, & ita fragiles & caduci, vt ictu lapidis ſine manibus de monte abſciſſi, ſtatuáque in pulnerem redacta ſit. Hæc eſt infirmitas & humana mortalitas, quæ peſti, morbo, & morti obnoxia eſt, mors enim lapis dicitur abſciſſus ſine manibus, omnes enim abſcondunt manus, & mortem intuliſſe inficiantur, *quoniam Deus mortem non fecit*, ſed peccata ca-

Memoria fragilitatis noſtræ. pitis & primorum parentum intulerunt. In hac parte non ſolùm infirmos reperies peccatores, ſed acres, robuſtos ac ſanctos, vrbéſque vniuerſas, quæ nullis ſumptibus pretioſiores & for-

Pſal. 48. 3. tiores pedes ſibi potuerunt effingere. *Simul in*

Sap. 7. 56. *vnum diues & pauper.* &, *Nemo enim ex regibus*

Vide Pliniũ lib. 7. c. 7. de facili aditu quẽ ad nos habẽt ægritudines & mors. *aliud habuit natiuitatis initium: vnus eſt ergo omnibus introitus, & ſimilis exitus.* Indéque mortis formido ortum habet, quem ſi ſemel ſubiicimus, & conſiderationis æternorum quaſi pedi-

Simile. bus conculcamus, ſuauis eſt mortis memoria: ſicut qui antequam vrticas attingat, ita ſpinas hebetat, ſi pede pruterit, vt impunè poſtmodum manibus poſſint attrectari. At omnino ſubterfugere mortem, aut aureos æreóſve pedes conflare, fruſtrà conabitur, cùm Chriſtus in terras nou aliis pedibus venerit, nec egreſſus fuerit, quod rectè demirabatur Dauid, & clariſſimè af-

a In Pſal. 67. firmat Auguſtinus [a]. *Deus noſter Deus ſaluos faciendi, & Domini Domini exitus mortis*; quaſi dicat, itáne poſſibile eſt vt qui toties Dominus & Deus nuncupatur, & qui alios ſaluos facit, habétque claues vitæ & mortis, ex hac peregrinatione nullum alium exitum quàm per limina mortis habuerit, vbi terrei pedes offendunt, & labuntur omnes? Certè operæpretium erit hæc

conſiderare, & quaſi a Chriſto debellatam murtem intueri, ne triſtem vitam agamus, vt magnus Athanaſius ad Iſidurum [a] ſcribebat. *Mortem itaque per Ieſum Chriſtum debellatam omnes in ſuo pe-* a Orat. de humanitate Verbi, vide Iſidorũ lib. 3. ſentent. c. 48.
dibus proteramus. Sed ne putes ſcutum deſiderari quo ſe protegat Eccleſia, noſter adeſt Sebaſtianus, in quo tam fidei, quàm ſanitatis columen habemus, & clypeum ſalutis. Sed iam ad ſingula pergamus.

I. Caput principis & reipublicæ aureum ſit, optimum & ſincerum, nullum enim caput, nullum vnquam gubernationis munus diu & feliciter conſtitit, quod charitate Dei antéoque proximorum amore non conſtet. *nunca merecio nombre de gonierno el de hombres apartados de Dios*, nec gubernatoris nomen mereatur, qui amore & zelo non ardet. Quare primi & ſummi vicarij Chriſti examinis hoc fuit caput, *Diligis me plus his?* nec alteri commiſit examinandum, imò cùm fidei præclarum ſubiiſſet examen, digniſque fuerit laude diuina, & nomine illu beati, *Beatus es, tu es Petrus, & ſuper hanc Petram*, &c. *tibi dabo claues*; tamen non ſtatim dat, quare de futuro ais, *dabo*, vt notum ſit cunctis paſtoribus & principibus, etiamſi præclariſſimi in fide ſint, & Petri confeſſionem teneant, opus regendi animas nequaquam à Deo conceſſum putent, niſi Dei & proximorum charitate flagrent. Nec multum immoratur Chriſtus in quæſtione prima fidei, quæ ad ſecundã ſecundæ pertinet, ſed circa quæſtionem vigeſimam quartam rogat, *Vtrum charitas ſit in voluntate*, dicens, *Diligis me plus his? paſce oues meas.* Perſiſtit in hoc & impenſiùs examinat Chriſtus, quia prælati & gubernatores Dei ſunt inſtrumenta, quæ nihil agunt, niſi moueantur: moueri autem nequeunt, niſi vnita ſint cauſæ mouenti; quamobrem nullos euentus felices, nullos effectus ſalutares vidimus ab impiis prælatis, à iudicibus iniquis, à prophanis paſtoribus produſſe. Quid boni agat iudex, qui conſcientia peccati torquetur? quid rector vrbis agat in peccato? cederet hoc in gratiæ Dei dedecus, ſi Dei & ſalutis opera inſtrumenta damnationis perficerent. Secundò, quia omnium intuẽtium oculi & linguæ ſubditorum in vnum prælatum tanquam in ſcopum collineant, iaciúntque ſagittas; quare opus eſt vt amor anteueniat alias ſagittas, & charitatis & amoris telo cor paſtoris verberet, & vulneret, ne opprobria & detractiones ſentiat, vel cum dolore accipiat. Piam hanc crudelitatem in ipſam Eccleſiam exhibuiſſe videtur dum ait, *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum, quia fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio.* Leges connubij videtur ſanxiſſe ſponſus in hoc capite octauo, omnémque cauſam zelotypiæ auferri cupit, atque à Deo iuſtè exigit cor & brachium ſuo annulo ſponſam obſignare, aut ſeipſo tanquam cuſtode ac Domino cordis atque operum omnium, & ita primam ſedem occupare, vt nulli alteri detur locus, *quia fortis eſt vt mors dilectio*, id eſt, quia qui alterius, poteſtati ſe per amorem dedit, hic ciuilem quãdam mortem ſubiiſſe exiſtimetur. Vt enim cadauer alieno arbitratu, alieno atque externo pulſu mouetur, aut trahitur, neque à ſua voluntate quidquam habet; ſic etiam qui amat, alieno regitur ductu. Cùm igitur *dura ſit ſicut infernus æmulatio*, & cum zelotypia flammas excitat, nemo poteſt extinguere lampades eius; optimum

Deum & proximos amet gubernator. 6.

Adhæreant Deo prælati vt inſtrumenta Dei.

Amoris Dei telo cõfixi ſint prælati ne ſagittas detractionum ſentiant.

Cant. 8.

7.

erit conſilium omnium riualium amorem antevertere, & præoccupare cor ſigno meo, vt cùm audaces amatores in te ſagittas velint collimare, iam præoccupatam, imò emortuã à me videant, & deſiſtant ab incepto. Alludit ſponſus ad quandam piam & iuſtam crudelitatem, cùm enim vi- nus homo ob crimen aliquod nudus & alligatus ſagittis plectendus ponitur, antequam alij ſagittarij mittant ſagittas, magiſter omnium primam ſagittam quam magiſtrã vocant in cor mittit, vt ſemel extincto nullus ſuperſit ſenſus ad reliquas. Ita ait Chriſtus, iuſtum eſt me ab ſponſa diligi, quam Eccleſiam conſtituo, & fidelitati minimè deſit: optimum igitur erit conſilium illam prima ſagitta vulnerare, vt nomen meum ſuper cor & brachium eius maneat, vt cùm illam ſagittis ſui amoris petere audeant exteri, irritos conatus experiantur, vbi iam meus amor emortuam tenet ſponſam. Hoc ipſum monet prælatos & paſtores, arma, arma, arripite clypeum, tegite capita, nam contra vos collimant inuidia, detractio, ambitio & perſecutio, illud remediis ſupereſt, vt legem eius vt par eſt colatis, & vulnera amoris diuini excipiatis, vt cum lucrũ, aut amor immoderatus carnis & ſanguinis in vos intẽdat, deſperent omnes, dicentes, fruſtrà prælatum in noſtram ſententiã trahemus, plus ſtimulis bonæ conſcientiæ pungitur, quàm donis, muneribus,

Amor præueniat ſagittas alias.

8. adulationibus, promiſſis, aut minis; ſic aiebat ille bonus paſtor. *Sagittaueras tu Domine cor meum charitate tua.* O quoties Domine me tanquam ſcopũ vidi, in quem auaritia, luxuria & ambitio ſagittas mittere tentabant, fruſtrà tamen, iam enim tu ſagittaueras cor; ſic etiã à petulantis iuuenis telis ſe Agnes immaculata defendit, nam cùm eam filius præſidis telis impuri amoris verbiſque & lenociniis teterrimis peteret, & cupidinis arcum in eam curuaret, riſit illa, & ait, *Diſcede à me, pabulum mortis, quia iam ab alio amatore præuenta ſum, ya venis tarde tizon del infierno otro a madrugado mas a tirar me la maeſtra a mi coraçon: poſuit ſignum in faciem meam, vt nullum præter eum amatorem admittam.* Poſt pulcram puellam Chriſti prodeas tu miles glorioſiſſime Sebaſtiane. Nónne contra te ſtetit tyrannorũ poteſtas? nónne te quaſi ſignũ ad ſagittas collocarunt? at ſerò iam cùm fidei magiſter fidei ſagittam charitatis herba illitam in cor miſit, qua inſenſibilis & quaſi mortuus reliquas omnes excepiſti, *viuo ego iam non ego*; quamobrem ſi tu etiam Chriſtiane hanc diuinam mortem obiiſſes, non ita frequenter impeteretur animus tuos, ſed quaſi mortuum relinqueret, & irritos conatus putaret. Moriantur igitur hac morte præſules, ne exturbati ſine honore decidant, & paſſionum & affectionum ſagittis confecti miſeram obeant mortem.

Auguſt. lib. confeſſio.

Amor defendit virgines à cupidine.

Agnetis exemplum.

Sebaſtiani in Chriſtum amor.

9. Sed quia hoc etiam ad præſules facit exemplum, quid ex Chriſti deſcenſu ſubſecutũ ſit audiant. *Cum deſcendiſſet Ieſus de monte, ſtetit in loco campeſtri, & turba diſcipulorum,* &c. Quid tam diuerſarum gentium circumfuſam multitudinẽ rapuit? certè deſcenſus de monte, humanitas & facilitas Chriſti, qua nobiliores animos omnium ad ſe rapiunt. Sit enim quantumcumque nobilis, quantumcumque ſapiens, niſi deſcendat, & ſe parem, mitem & affabilẽ præbeat, à nullo coletur, quinimo Deus deſtruet eum, & in nihilum rediget. Sordidorum enim eſt extollentia iſta Pſal. 36. *Inimici verò Domini ſimul vt honorificati fuerint, & exaltati,* &c. *ſicut fumus deficient.* Auguſtinus, vide fumi præſumptionem, ſcimus iam quid ſit *cadauer ignis*, quieſcã paulisper, nam ipſe eius aſcenſus diſſipabit eum, nec poterit in alto requiem habere; ſicut neque hi omnes qui ſupra ſtatum & gradũ nimium efferuntur, iuuat enim decétque maximè principes animi generoſa demiſſio, & ingenua humilitas, ſicut Ioſue qui cùm ex propria authoritate nulla mentione Moyſis facta imperare poſſet, duabus tribubus abſtinuit, & eos ad ſtatuta a Moyſe remittit, *Mementote ſermonis quem præcepit vobis Moyſes famulus Domini.* Potius monendo amice, quàm imperando decretoriè imperium adire voluit, initia enim imperij & dignitatis humilitate ſunt conſecranda. Sicut Dauid impunitam reliquit mortem Abner in Ioab, quem turpiter peremerat, non alia de cauſa, quam quia recens in ſedem aſcenderat. *Ego autem delicatus & vnctus rex.*

Facilitas & benignitas Chriſti rapuit populos.

Præſumptuoſi & glorioſuli corripiuntur.

2. Reg 3. 19.

10. Contrarium faciens Roboam plagam & ruinam expertus eſt. Sunt enim iſti elati & ſuperbi, ſicut bombyces, qui ſerica fila diducunt, qui cùm in imo ſolo iacent, & in lectulis quieſcũt, edunt, deuorant, dormiunt, per ſeptem dies incraſſantur, & ab omnibus coluntur, obſeruantur, parantur lectuli, clauduntur feneſtræ, pelluntur infirmi; vix aſcendendi eos inceſſit cupido, vix ſcopæ adhibentur, & ramũculi, cùm nec comedunt, nec dormiunt, neque requieſcunt, neque à quoquam obſeruantur, nec vlla de eis cura eſt. Et licèt hoc ſuo aſcenſu ſericam domum ſabricauerĩnt, nihil ſibi aliud quàm mortem, & ad ſepulcrum condiderunt, in quo mox claudantur, & in ſericis moriuntur. Pari ratione videas in vrbe, aut in oppido ſuo, inter domeſticos illuſtrem virum filiis ſtipatum, delitiis, pretioſo vino, copioſis epulis terræ nutritum & ſaginatum, honeſto cultu maiorum, ſine famulis, requie, pace, Deo, patria, liberè potiri, dum ecce ambitionis ardore flagrans hęc omnia relinquit, & in curiam veniẽs de aſcenſu agit, iam nec dormit, nec praudet, nec quieſcit, ſi ſerica domus ornamenta ſunt, & aurea ſupellex, atque ampla inter hæc ipſa moritur ornamenta. *Superbus eſt Moab, ſuperbia & arrogantia eius plus quàm fortitudo eius. que no ay a las hombre de tierra para bolar tan alto.* Sunt iſti qui ſe per extollentiam eleuant, cùm ſordidi ſint, & obſcuro loco nati. Sicut monſtrum, aut ſerpens papyraceus, quem cùm linea materies & papyrus leui quocumque ventus flatu in ſublimia tollit, mirantur omnes, & in eum oculi omnium intenti ſunt, & quaſi rem nouam ſuſpiciunt. Et quidem tunc temporis quidam homo versùs aliquem parietem fila oblonga ducit, & tenuiſſima, ſinitque ſublimia petere, & poſtquam in nubes aſcendit, paulatim fila trahit, colligit & repentino caſu in terram ruit ſerpens, omnéſque, hó, inquiunt, papyrus erat, & linea tela, & colores ficti, & ementiti ſerpentis. Hac animaduerſione puniuntur qui diuitiarum alis efferuntur, vel in altum tolluntur, tunc enim qui generationum ſeriem apprimè norunt, ex ſecreto fila deducunt, generationes explicant, & citiſſimè vel venditandis telis lineis, vel ſordidiſſimis officiis parentes eius inſeruiſſe reperit. Hó, inquit, videte quem admirantur gentes, heri ſeruus, aut ſutor, ſartoriſve munere fungebatur, econtra verò cùm ſe abiicit ac demittit princeps, omnes etiam maritimi Tyri & Sidonis ad illum confluunt. *Turba copioſa.*

Elati & ſuperbi van iſſimi. Simile,

Obſcuri homines nimis ſe efferentes cui ſunt ſimiles.

11. Ar

11. II. Argenteum pectus fidei, & brachia coöperationis iam in equite Chriſtiano reſplendent, ex ea enim arma fiunt, quibus inſtructus & munitus procedit ad bellum, quod iam inſtat, & denuntiat Paulus, *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates tenebrarum harum*; & quibus muniemur armis? *Accipite gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei, ſumentes ſcutum fidei*; pectus munite ſcuto, *vt poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere*. Seruate cor, principium vitæ defendite, fidem principium iuſtificationis, ideo enim fortè dicitur, *Corde creditur ad iuſtitiam*, benéque nomē clypei fidei aptatur: nam & pectus protegit, & vnum oculorum obſcurat & operit; ideo Naas hoſtibus ſuis dextrum oculum eruere volebat, vt altero, clypeo obſcurato, omnino in tenebris manerent. Clypeus eſt fides quæ partem claritatis adimit, fides enim eſt ex nō viſis quid agat hoſtis noſter, tollit oculos à prælatis, & concedit ambo lumina hæreticis, vt illi in tenebris, iſti in multo lumine pereant; itaque clypeus eſt ad tutandum caput & pectus, & ad obſiſtendum ſagittis igneis, en nobis nouum ingruit prælium. *Tela nequiſſimi ignea*; cùm enim hoſtes vrbes campóſque igne deuaſtare volebant, igneas ſagittas, igneamque materiam appoſitam eis mittebant, quibus & petebant ictu, & comburebant incendio. *Sagitta potentis acuta cum carbonibus deſolatoriis, ſaetas dannoſiſſima ſaetas de peccado de qui en viene aſido el hay dela hereſia.* Caue Chriſtiana reſpublica, acutis enim peccatorum ſagittis aſſociantur & ligantur ignei faſces hæreſis & errorum, in hoc vno prælio timet fidelis, in reliquis *iuſtus vt leo confidet*, nam de illo dictum eſt, *ad nullius pauebit occurſum*: leo namque non eſt vt lupus, qui ſi priùs ab homine aſpiciatur fugit. Ferox eſt ſicut leo, nec aſpectu & occurſu trepidat, nec venatores timet, nec acutas lanceas haſtamve Africanam reformidat, in hoc vno puſillus eſt ſi flammam ante oculos puer opponit; ſic Chriſtianus veruſque orthodoxæ fidei ſeruandæ ſtudioſus, ad nullius pauet occurſum, niſi cùm flamma hæreſis, aut ignìs inferni memoriæ occurrit, quam naturam cùm bene calleat dæmon, tela peccatorum mittit, quæ cùm ignea ſint, incendium hæreſis excitant, quo regna deuaſtat. Quid ergo conſilij capiemus, quibus armis nos munire oportet? Paulus indicat, prædicto loco eſt, inquit, nobis colluctatio quæ in meridie fit, & eſt bellum contra principes tenebrarum;

Cooperatio cum vera fide Chriſtianum conſtituit.

Clypeus eſt fides.

Sagitta nequiſſima quanam dicebatur.

Simile.

Quibus armis muniendus eſt fidelis niſi fidei.

12. quis ergo nos proteget, & muniet? Hoc ipſum rogabat Dauid, qui diuinum implorans auxilium, *fauor al Rey, que ſe an buelto las battallas nocturnas y tiran flechas de noche. Ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt ſagittas ſuas in pharetra*, vbi legit Auguſtinus, *vt ſagittent in obſcura luna rectos corde*. Quæratur ergo ſcutum & arma, quæ opportuna ſint nocturnis & diuturnis incurſibus; ideo Paulus monet aliquando. *Induite loricam fidei.* En iam fides lorica eſt, quæ ſub optimo pallio latet, & munitus incedit vir bellator, in meridie; at ingruente nocte addit clypeum. O fides, quàm bene te ſola munitur Chriſtianorum pectus interdiu dum fidei hoſtes clarè Eccleſiam perſequuntur. Sebaſtianus fidem quaſi loricam induebat, tegebátque aulicorum culto, ſicut noſtri ſacerdotes ſanctè & prudenter apud Angelos verſantur, vt ſic melius labentes Marcum & Marcellianum in fide firmos teneat verbis & exhortationibus, at cum comprehenditur quia Chriſtianus eſt vincitur, tunc fides à corde ad manus & os prodiit, & clypeus facta eſt, claréque ſe Chriſtianum eſſe profeſſus eſt, & pectus ſagittis propoſuit, ſola fide munitus; verùm non ſola fide, ſed bonis operibus, argenteum enim erant pectus & brachia ſimul, ſicut in Chriſto caput & manus aureæ erant, quia ſi multa promitteret, multa dabat, & cùm verbis inſtruebat, manibus curabat, *vt audirent & ſanarentur*; ita ſimiliter ſaluandorum hæc forma eſt vt fides manca non ſit, ſed manus habeat pietatis & munificentiæ.

Prudentiſſima fides Sebaſtiani.

III. Iam æreum corpus & ferrea genua & femora patientiam & Chriſtianam fortitudinem deſignant, quam hodie beatam & beatitudine donandam Chriſtus prædicat. *Beati eritis cùm vos oderint homines, & ſeparauerint vos*, &c. Patientiam ſuppoſuit quaſi fundamentum auri & argenti, quia licèt ſapientior ſis Salomone, fortior Samſone, ſanctior Dauide, fidelior Abrahamo, ſi deſit patientia, ruit Chriſtiana moles corpuſque virtutum. *Patientia opus perfectum habet.* Sanctus eris, ſed non abſque patientia, humilis eris & obediens, ſed non ſine patientia. Nobilitate clarus eſſe poteris, at non ſine patientia; nec enim nobilitas ibi eſt, vbi deficit tolerantia. Inter conſtitutiones equitum, quos Hiſpani vocabant *dela banda*, vna erat equeſtri religione digna, nemo videlicet, in quocumque conflictu belli in anguſtia aut dolore poſitus, gemens audeat *heu* dicere, *ninguno diga ax*; *hem* enim & *heu* fœminea verba ſunt, & puſilli cordis, *el ay y el ax, ſon voces mugeri las nacidas de flaqueza*, in quibus damnatas video querelas veſtras, ô nobiles, qui ſuper vaniſſimis, & ferè nullis rebus magnas tragœdias excitatis. *Si me llaman merced o Señoria o arroſo vna cubhillada de vn vos decis ax y deſdecis de caualleros.* Maximè tamen cùm plagæ linguæ ſunt, ſicut ſagittæ paruulorum, quas retundere non eſt opus, ideo enim dixit Seruator, *Beati eritis cùm vos maledixerint homines, & perſequuti vos fuerint.* Ne obſecro timeatis ictum linguæ, nec verborum aculeos; antiqui enim, vt refert Vegetius [a], vt pacem victricem deſignarent, æream galeam pingebant, & per foramina galeæ examen apum ſolicitè intus fauum de more ſuo fabricabat, criſtata erat galea, non pennis, vt ſolet, tremolis, & albis, ſed ramis palmarum, cui hic titulus ſubiacebat, *Ex bello pax & palma.* Galea enim inſigne fortitudinis eſt, & qua ſtemmata ducum honeſtantur, vt denotent, principium pacis eſſe bellum, & intus celatur opus mellis, quia qui dulcem pacem auidè quærit, in bello debet exquirere & armis, nec putet leue facinus apum aculeos linguáſque detractorum tolerare, inde enim palma naſcitur, & beatitudo Chriſtiano viro paratur ex tribulatione. *Beati eritis*, &c. 13.

Patientia beatam conſummat vitam.

Nobilis ſit patiens.

Confirmatur.

Nobilis ſit patiens & manſuetus

[a] De re militari.

Verùm quo Domine clypeo munis Eccleſiam tuam ad patienter tolerandas tot quas mundus acies armat, qua ratione ſe ad hos incurſus muniebant & protegebant ſancti? Fuit hoc mirabile ſancti Spiritus inuentum, nam ad tutandam Eccleſiam, ſemper in concionibus pa- 14.

Ad patienter tolerandum quibus armis munit Eccleſiam.

tientiam vltimo loco commendabat, *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras, & fructum afferunt in patientia.* Sit ita, verùm quo pacto patientes erimus? facile reſpondet, ſi pauperes eſtis ſpiritu, ſi eſurieritis, ſi lacrymas funditis, propter peccata; quid ais Domine, qua ratione opportuna erunt remedia ad toleranda

Paupertas munit patientiam.

ea, in quibus tolerandis non minor patientia neceſſaria eſt? Falleris, inquit, imò ideo Martyres mei tanta támque horribilia tormenta ſubierunt, quia pauperes erant, nudi, ieiunio confecti, & à quibus anima quaſi ex filo tenuiſſimo pendebat; quare oppreſſi perſecutione, quia omnia iam dimiſerant, facilè etiam animam

Simile.

vitámque profundebant. Nónne vidiſti iuſtitiæ miniſtrum, qui ſceleratum iuuenem comprehendere venit, ſi pallium tenet eius, nihil actum putat, ambulant enim iſti non pallio lato & explicato obuoluti, ſed ad latus, & quaſi ex vno humero appenſum afferunt; quare ſi de pallio tenere vis, ponit illud, & velociſſimè fugit. Sciebãt ſancti detrudendos eſſe in carcerem ſepulcri, vel à tyrannis, vel communi moriendi lege; quare cùm à tyrannis comprehendebantur, ſubitò & libentiſſimè pallium vitæ corporalis in eorum manibus ponebant, *lleuaban el amor del cuerpo a medio hombro y la vida pendiente de vn hilo.* Attriti ſame, nuditate, ſqualore & tædio vitæ, nullo rerum amore capti, *quedabanſe gentiles hombres en cuerpo como Sebaſtian; rapinam omnium bonorum cum gaudio ſuſcepiſtis*, quia de curia nihil niſi vrbanitatem, de aula nihil præter ingenuos mores, de diuitiis nihil vſurpauerat, totus erat in conſolandis Chriſtianis, in confirmandis qui inter tormenta titubabant. Vix vitam eius exquirunt, & tenent cùm ſe nudum ſagittis obiicit. Parum ô fratres nocerent nobis tribulationes & euentus aduerſi, ſi hæc temporalia non nimio affectu

A ſimili.

diligeremus, ſed tenui & quaſi ad latus. Quemadmodum Ioſeph quum oblata peccati occaſione facili negotio aufugit, quia pallium libenter

A ſimili.

dereliquit. Facilè etiam qui tauros agitat pallium in oculos tauri mittit, pluris enim æſtimat vitam quàm pallium; vos verò cùm amorem rerum veſtrarum quaſi togam manicatam corpori applicitam geſtatis, prius mortem ſubibitis quàm deponatis; ideo ſapientiſſimè noſter bellicæ diſciplinæ magiſter & dux, quos ad mortem videt properare, nudos, ieiunos & pauperes mittit, vt impendente perſecutione vix pallium vitæ teneat mors, cùm ſoluti & expediti fugiant ad gloriam.

15.
Caduci omnes ſumus, Deo adhærere bonum eſt

IV. Pedes lutei & caduci infirmi manent, & nullo tegmine nec clypeo muniti, nam neque eques quem ego deſcripſi ex auro, argento & ære conflatus, nec regum potentiſſimus, nec felicior reſpublica ex alia diuturniori & duriori materia poteſt contra mortem pedes, hoc eſt, extrema vitæ fabricare, & ablato fundamento ruit vniuerſa ædificij moles, etiamſi ex auro ſit & argento. Quis ſoluit à monte lapidem? mortem quis fecit? peſtem quis mittit? aut quis graſſari permittit? Deus? minimè, ipſe manus abſcondit, *Deus mortem non fecit, impij manibus accerſierunt illam*; peccata demoliuntur ſtatuam reipublicæ, & monarchas deiiciunt, peſte, ſame, ſterilitate, certum enim eſt ob vnius vel alterius priuati hominis peccatum non totam rempublicam plectere Deum, bene tamen cùm peccatum publicum eſt vel regum, vel principum, hoc itam Dei prouocat, hac via rectà tendit lapis ad pedes terreos conterendus. *Stetit Phinees, & ceſſauit quaſſatio*; quænam quaſſatio? peccauerunt Hebræi cum Madianitis, maximè autem principes & duces, mandauit Deus Moyſi vt primores duces contra ſolem ſuſpenderet, & de populo 24. millia iugularet. Porrò Phinees videns vnum ex nobilio-

Peccato ruit reſpublica.

ribus cum Madianita in tentorium intraſſe, irruit, & gladio confudit. *Stetit, eſta ſi que es oracion*, orauit, vel opus dignum religione fecit, hoc eſt, *ſtare, qui ſtatis in domo Domini, & ceſſauit quaſſatio, y quitad el peccado publico embayno Dios y no hubo mas.* Agat hoc iudex, in hoc maximè incumbant

Publica peccata extirpanda & explodenda.

principes, nec diuturnitate orationis & fœmineo planctu, ſicut Ioſue infauſtos euentus belli, téporúmq; clades & infortunia vitare poſſe, aut auertere putent, ſurgant, ſicut Ioſue, & enſe districto Acham inter reliquos qui idolorum ſpolia ſeruat interimãt, hoc enim ruinam & peſtem infert, & accelerat mortem. Supereſtne tanti mali remedium, audi quantum auxilij, quantum ſolatij etiam temporalis à ſanctis iam olim Eccleſia Chriſti experta ſit, etſi nolint hæretici. Cùm quidam ingenioſus auctor, ſecuræ defenſionis ſymbolum quæreret, clypeum de arbore pen-

Secura defenſio quanam ſit.

dentem deſcripſit transfixum ſagitta, ſubſcriptio ſtemmatis erat, *Infringit ſolidò.* Si antiquas Eccle-
ſiæ hiſtorias euoluimus, primũ inuenimus Se- 16.
baſtianũ, cui fidei defenſoris nomẽ inditum ſit à Caio Põtifice ſanctiſſimo. Quantũ autem in hoc

Sanctorũ ſubſidium & oratio apud Deum deſcendis temporibus eam.

munere contulerit, dicant calamitoſiſſima tempora, clades, peſtilentiæ, à quibus tutatus eſt Eccleſiam; nónne ipſe eſt clypeus ad hoc arbori affixus transfixúſque ſagittis? *Infringit ſolidò*, conſtantia enim ſua nos protegit, & quod illi fuit ad martyrium, nobis eſt ad ſalutem, nouo quodam & peculiari priuilegio; habent enim leges & iudicia diuerſas pro diuerſitate delictorum

Priuilegium Sebaſtiani ſingulare.

pœnas, & tormenta, primũ oſtentui dare, ſecundum verbera, tertium ad triremis mittere, vltimum ſuſpendio aut gladio necare. Vt ab oſtenſione publica liberetur aliquis, non multum negotij erit, amicus iudicis obtinebit, ad excuſanda verbera conſanguineus aut diues aliquis, ad vitandam pœnam triremium vnus erit de principibus potẽs: at vt à morte & ſuſpẽdio liberetur nocens, vel rex, vel familiariſſimus & regis gratioſus opus eſt poſtulet, aut iubeat. Ita in foro di-

Pœna diuerſa peccatorum.

uino diuerſimodè plectuntur peccatores. Prodit ille in forum depilatis ſuperciliis, ſemiulcis labiis, barba maculis plena, naſo inflammatu, pedetẽtim flaccidus, pallidus, enſe quaſi baculo innixus, iſte oſtentui datur. *Sacale a la verguenza Dios por des honeſto.* Dolent alteri membra in lectulo, premitur ſiti oſſium & neruorum tormentis, gemit, clamat ad cælum hic, quia luxurioſus diuerberatur. Azotes eſt, & alius lecto affixus, quaſi in triteme catena morbi deuinctus per ſex aut decem annos, galeras ingruit peſtis ob noſtra crimina, hæc eſt pœna mortis. Ad vitanda illa mala minora, eſt Antonius, Franciſcus, Blaſius, & alij ex beatis ciuibus: at verò ad vitandam & profligandam peſtem, tu es Regis cæleſtis familiaris Sebaſtianus, qui tot mala quaſi clypeus noſter auertis, tu fidem defendis, propellis hæreticos, illuſtras Eccleſiam, & ſicut dux ille memorandus, vulgo *Cid*, etiam mortuus in equo ad bella deferebatur ad terrendos Mauros, ſic Eccleſia te in tuo ſimulacro, in publicis pompis & vbique

terrarum

terrarum educit, ad fugandos hoſtes vitæ, ad impetrandam gratiam, & obtinendam gloriam.

VERBVM FILII.
Matth. 8. v. 1. & 2.

Cùm deſcendiſſet Ieſus de monte, ſequutæ ſunt eum turbæ multæ, & ecce leproſus, &c.

Nouam ſalutem, noua poſt Chriſti in terram deſcenſum mirabilia hominis cauſa patranda promittit.

DISCVRSVS CXXXIV.

1. QVt rerum omnium naturam attingit, & perſpectum habet hominis ingenium, Deus, voluit (vt notant duo illi præclari Græci Doctores, Chryſoſtomus & Niſſenus) doctrinæ ſuæ adhibere miracula, vt via ad fidem & doctrinam per miracula ſterneretur, quòd ſi ex præteritis ſæculis inducendi ſunt teſtes, vnus loquatur Iſaias. *Hæc dicit Dominus*, perſuadere vobis volo felicem euentum veſtræ ſalutis per antiqua mirabilia, quæ ego olim perfeci, *qui dedit in mari viam, & in aquis torrentibus ſemitam, y o ſupe dar ſenda conocida en medio delos randales del ſangriento mar, qui eduxi quadrigam & equum, agmen, & robuſtum, que ſupe ſacar de ſu paſò al carro y al cauallo, al exercito robuſto como ſi fuera a fieſtas y triumphos. Simul obdormierunt, nec reſurgent, y a todos los adormecì con vn ſueño eterno; quaſi linum extincti ſunt, como la toreida o la bacha ſe apaga en el agua o el haz liuiano de lino con vna gran piedra ſe hunde*; ſic exultatores Ægypti in mare demerſi. *Submerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus.* Verùm *ne* obſecro *memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua, & nunc orientur, vtique cognoſcetis ea.* Grandia planè illa miracula fuerunt, ſed quæ nunc promitto, maiora. Sicut ſi noua & mirabilia vrbis alicuius videndi cupidus ad domum eximij pictoris duceretur ab amico, videt nauale prælium in latiſſima tabula graphicè deſcriptum; pergit luſtrando, vidétque in tabula cælum candidis obductum nubibus, à quibus niuem, lucem, & grandinem expectare poſſis, flammas ignis leui flatu ventus vacillantes, aues circumuolantes, alias in terram & arbores deſcendentes. Verùm obſecro ne memineritis hæc, nec grandia putetis, hæc quæſo æſtimate quæ tertio loco oſtendo, noua feci, & extremum artis & conſummata opera vocari velim. Ita Deus illud nauale bellum in mari rubro peregit, mox in deſerto ſudo cælo nubes appendit in aëre, non niuem, ſed manna dulciſſimum pluentes, columnam flammantem, auiculas ex aëre pro votis populi decidentes; verùm obſecro ne memineritis priora quæ ego quondam feci, cùm, vt ita dicam, mea erat potentia minus erudita, minus docta maius, & quaſi tyronis, *ecce noua.* Et quæ ſunt iſta? *Ponam in deſerto viam, & in inuio flumina, y o haro camino en el deſierto gentil y deſatarè los rios de mi doctrina en lo deſcaminado*, eaque erit mea in homines beneficentia, vt non oues ſolùm campi, non Iudæi domeſtici ad me venturi ſint, ſed *glorificabit me beſtia agri, dracones & ſtruthiones.* Vocat Hebræos ſtruthiones, Gentiles verò dracones, nihil enim ſic denotat Iudæum ſicut ſtruthio, qui cùm pennis ſcateat, & alas habeat, nunquam in ſublime effertur, ita ille ſula religionis & cultus ſpecie contentus terrenis inhærebat. Dracones verò gentes vocat, quia dracones ex ſerpentibus fiunt, qui Gentilem ſapientiam ſæculi deſignant, vel, vt vertunt Septuaginta, *ſirenes*, quæ canoræ & dulces eſſe traduntur: igitur eos ſapientes & veluti *ſirenes*, ait Cyrillus, qui idolis impendebant impias laudes, & ſtulta ſapientia inflati erant, vbi ex fonte meæ doctrinæ in deſertu fluentis biberint dulce aliquid atque concinnum, in diuinam laudem perſonabunt, & in his duabus animantibus diuerſam populorum ſortem explicat. Nam licèt draco cùm naſcitur non habeat alas, ſed per humum repat, pòſt verò alis ſicut auis volat; ſic Gentilis qui implumis putabatur, & ad diuina inops & ſtultus, plumeſcet calore Spiritus ſancti; tunc verò ſtruthio pennigeras aues imitatus terreo corpore & ad diuina propenſo vix ad Chriſtum ſibi proximum & in plateis concionantem volitabit, niſi ipſe deſcendat, inuitet & ſanet. O quàm clarè Paulus ſub huius ſtruthionis grauis ſarcina vocem & gemitum imitatur. *Quis me liberabit de corpore mortis huius*, &c. *gratia Dei*, &c. Verùm cùm ad omnes miſericordia patet, ſicut Propheta, *dracones & ſtruthiones* coniunxit, ita Euangeliſta Matthæus pariter deſcendente Chriſto de monte Iudæum lepra infectum, & draconem Gentilem centurionem ad Chriſti fidem mirabiliter accedentes deſcribit.

Miracula viam ſternunt ad fidem.

Cap. 43. 16.

Simile.

Simile.

2. *Noua mirabilia facit Deus.*

Gentium vocatio mirabilis.

3. *Cum autem deſcendiſſet Ieſus de monte.* Aduertiſtine quàm frequenter ad Chriſti pedes prouoluti fuerint qui temporalem valetudinem corporis quærebant? lege *Matth.* 14. & *Marc.* 6. *Ioan.* 6. *Luc.* 16. quos quatuor Euangeliſtas ſi ſedulò euoluis, vix duos animi ſalutem quæſituros adueniſſe reperies Magdalenam & latronem. Hoc ipſum noſtro hoc tempore euenit, ſicut enim aqua homogenea eſt, & quælibet pars aquæ eſt aqua, ſic quælibet pars mundi mundus eſt, & eiuſdem conditionis eſt mundus iſte cum præterito, Eccleſ. 18. *Quid eſt quod fuit, ipſum quod futurum eſt, quid eſt quod factum eſt, ipſum quod faciẽdum eſt, nihil ſub ſole nouum.* Quod vel ideo eſt, quia ægritudines corporis ſenſibiles ſunt, animæ verò non cadunt ſub ſenſum, quia ſpirituales & intelligibiles, quas cùm ruminando opus ſit percipere, quia amaræ ſunt, non cogitamus, ſicut Dauid, *Recogitabo tibi annos meos in amaritudine animæ meæ, por que los repasò, los ſintio amargos: Domine ſi ſic viuitur, ſi eſta es vida que ſera el morir ſi eſta pena da la culpa, que pena ſera la del infierno?* Tu verò cùm peccata recolis, perinde ea deglutis, ſicut pilulas ſumit ad purgationes ſacchato vel auro contectas, à quibus in gula & faucibus nulla amaritudo ſentitur, niſi cum caſu dentibus

Nunc etiam ſicut olim pauci ſalutẽ ſpiritualem quærunt, ſed temporalem.

Iſai. 38. 15.

Præmeditatio & cogitatio futurorum. Simile.

dentibus premit vuam, tunc acerbitatem mortis in medicamento experitur. *Si ſic viuitur, eſto ſe toma para viuir que ſera el trago de la muerte*; ne quæſo deglutias peccata, rumina, (Cap. 2.) preme dentibus, ait Ierem. *Scito, & vide quum malum eſt & amarum dereliquiſſe Dominum Deum tuum, & non eſſe timorem eius apud te*; accipimus enim plagas peccati alto vulnere in corde inflicto, & non ſtatim ſicut (Num. 12. 4.) Mariæ ſororis Aaron lepra ſignaque peccati in exteriora erumpunt; quare malum non ſentimus, donec ſicut Oziæ pœna peccati frontem faciémque occupat, verùm quod ſenſui deeſt ſuppleat & compenſet ratio (2. Paralip. 26.), atque fides, in qua legimus Sap. 16. *Homo per malitiam occidit animam ſuam*, ſed non latebit malum in ſempiternum, *erunt vſque ad ſaturitatem viſionis omni carni.* Altera eſt etiam cauſa corporalem ægritudinem ſentiendi potius quàm ſpiritualem, corporalis enim vrget & premit è veſtigio mandato executorio, mortémque minatur, animæ verò ægritudo non ſtatim procedit ad executionem pœnæ, *no trahe luego execucion de la pena ſino apercibe de remate*; procedet tamen cùm pœna æternæ mortis puniatur, modò verò cùm exactio non fit à Deo, ſed expectat, iniquus debitor iniquior fit longanima Dei expectatione. Soletis dicere ſocordem exactorem iniquiorem & ſegniorem facere ſolutorem; ita quidem eſt, cùm debitor ſordidus eſt & inurbanus, qui creditoris abutitur benignitate, qua deberet, ſi nobilis eſſet, obligari & cogi. (*Serò aut nunquam ſatisfacit Deo peccator.*) Scis Domine quare ſerò aut nunquam tibi gens iſta debita ſoluit, quia tu remittis, & expectas, nec ad diem ſoluere cogis, vel in inferna detrudis, ideo ipſi iniquè ſoluunt, & ægrè quod iniquè committunt. Eccleſ. 8. 10. *Vidi impios ſepultos, qui etiam cùm adhuc viuerent, in loco ſancto erant, & laudabuntur in ciuitate, quaſi iuſtorum operum, ſed & hoc vanitas, &c. etenim quia non profertur citò contra malos ſententia, abſque timore vllo filij hominum perpetrant mala.*

5. (*A ſumma felicitate ad noſtram deſcendit infirmitatem Verbum Dei.*) *Cùm autem deſcendiſſet Ieſus de monte.* Nolo facilitatem & benignitatem humaniſſimi Redemptoris præterire modò, cùm Baruch verba expendimus. Multum ſanè fuit ad nos venire, & lepram noſtram curare, verùm deſcenſus iſte mirabilem benignitatem oſtendit, quam duo ex Prophetis prædicarunt. (Cap. 2. 8.) Zacharias, *Quia hæc dicit Dominus exercituum, poſt gloriam miſit me ad gentes, quæ ſpoliauerunt vos, qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Vbi nota nomen eſſe Iehoua. Deus Iehoua per eſſentiam, Deus Deum etiam Iehoua per eſſentiam, Verbum Dei filium miſit ad vos. Et quia hoc mirabile erat à tanta gloria deſcendere, ait, *Poſt gloriam miſit me ad gentes.* Hieron., De gloria diuina, qua eminebat in cælo, intelligit. *Poſt gloriam* (inquit) *diuinæ maieſtatis.* Audi rem admiratione dignam, Verbum diuinum poſt gloriam, quam ex æternitate habuit, in diuina natura miſſum eſt per aſſumptionem humanitatis ad gentes, & voluit adire labores humanæ vitæ, & ipſam mortem, ſolent enim labores poſt experientiam felicitatis acerbiores eſſe, vt Rupertus [a] hic ponderauit, & multo antè Baruch, (Cap. 3. 32.) *Qui præparauit terram in æterno tempore, & repleuit eam pecudibus, & quadrupedibus; qui emittit lumen, & vadit, & vocauit illud, & obedit illi in tremore. Stellæ autem dederunt lumen in cuſtodiis ſuis, & lætatæ ſunt: vocatæ ſunt, & dixerunt, adſumus, & luxerunt ei cum iucunditate qui fecit illas. Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduersùs eum.* (*Diuina pietas erga homines.*) *Hic adinuenit omnem viam diſciplinæ, &c. poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. poſt hæc*; quaſi diceret, poſt tantam maieſtatis & ſapientiæ oſtentationem carnem abiectam induit, & deſcendit, tetigitque noſtram naturam lepra infectam. Non quidem ex ignorantia, ideo præmiſit, *Qui præparauit terram in æterno tempore, & qui adinuenit diſciplinam*, cùm potens & ſapiens eſſet, id ex amore fecit.

6. (*Spes vni Deo figenda.*) *Et ecce leproſus veniens adorabat eum, dicens: Domine, ſi vis, potes me mundare.* O quàm citò ſpei humanæ anchoram & aſylum attigiſti, his manibus curas noſtras, & quidquid molimur commendare oportet noſtræ ſalutis ſtudioſiſſimo. 1. *Reg.* 20. dixit ſuo amico Ionathæ Dauid, *Fœdus Domini me famulum tuum inire feciſti, por eſa amiſtad yo fio mi vida de tu querer y voluntad.* Nónne amicus charior eſt Deus; hæc duo ergo, non errandi, ſed diuinæ voluntati obtemperandi media accipe. Primum, *velle firmiter te voluntatem Dei cognoſcere.* Secundum, *notitiam eius à Deo expoſcere.* Primum illud cogita tecum, & ſtatue apud te firmiter: ſecundum verò vt conſequaris ora, & frequenter poſtula. Hanc regulam vtpote rectiſſimam ſequi voluit Chriſtus, *non mea, ſed tua voluntas fiat*; imò ipſe æternus Pater nihil molitur, niſi ex conſilio diuinæ ſuæ voluntatis, vt expreſsè Paulus affirmat, (Epheſ. 1. 11.) *Qui operatur omnia ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ.* Sed ô quàm fruſtrà dicis, *Domine ſi vis*, (*Ex parte Dei nulla dubitatio eſt noſtra ſalutis.*) ex parte enim Dei nunquam dubitare debemus: nam licèt in corporali ægritudine homo ſalutem optat, & Deus, quia nocituram præuidit, denegat, & ſubtrahit, at in negotio ſalutis animæ eius velle infallibile eſt, & quia hoc eſt humanæ fiduciæ firmamentum, angelici Doctoris doctrina (S. Th. 1. 2.) confirmabo. Tres actus in voluntate ponit Thomas circa finem in quem tendit tanquam in ſcopum. Primus eſt finem prætendere neceſſariis mediis, ſicut ſanitas intenditur media ſanguinis miſſione. Secundus intentio dicitur. Tertius eſt affectio & delectatio in poſſeſſione finis obtenti: ſicut gaudet ille nuptiis, ille verò epiſcopatu, ante hos duos actus ponit actum illum, quo finis propter ſeipſum amatur, & ratione ſuæ bonitatis, & hic dicitur voluntas, quia naturaliſſimus eſt voluntari, & ideo nomen ſortitur à voluntate, & in hoc ſenſu dicere ſoletis, cùm vultis rem aliquam, hæc eſt mea voluntas, & hæc ſolet præuenire, & multo ante media excitari: nunc ergo finis proximus, quem Theologi conſtituunt incarnationis, fuit ſalutem homini lapſo præbere, qui propter nos homines, *& propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis.* Si ergo hic eſt eius aduentus finis, quid aliud poteſt velle niſi ſalutem noſtram. Vis ſcire quàm ardentet

[a] In Zach. 2. 8.

Finis aduentus Chriſti ne ſtraſus ſalus, eámque identidem amat.

denter hanc expectat vt voluntas Dei nuncupetur, Theſſal. 4. *Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra.* Quod vt oſtendat huic leproſo, qui dixerat, *Domine ſi vis, potes me mundare*, quaſi occurrens ſubitò ait, *mundare*, meæ voluntati remittis, ex meo velle pendet tua ſalus, *volo:* nam vbi tu velis, mea nuſquam deficiet voluntas; quare inter velle ægroti, & velle medici neque vlla interiectio fuit poſita, nec mediare aliquid paſſus eſt, ſed *volo, mundare.*

7. *Celeritas diuina in largiendo ſalutem.*

Si vis, volo: potes me mundare, mundare. Vide celeritatem, vide promptitudinem in obtinendo à Deo quidquid ab eo poſtulamus: vide mundi tarditatem, ſi te ſanandum mundo relinquis, & ſaturitatem deſiderij & ambitionis à principibus expectas, ô quàm longa tibi reſtat via, triginta & octo annis eris in infirmitate tua, &, quod ſtultitiam veſtram valde oſtendit, contenti eſtis ſi poſt longam annorum expectationem rem denique obtinetis. O quot elapſi ſunt anni, ex

Mundus diu differt ſua dona largiri.

quo ad mundi pedes prouoluti rogatis, *Domine ſi vis potes me mundare.* Inuenies epiſcopatus non ambitioſum, hoc enim ſacrilegum eſt, ſed candidatum, ætatis ſuæ agentem iam annos ſeptuaginta, & vix quartam partem vitæ in dignitate perdurabit, puta decem annis. Alter etiam ad munus aut magiſtratum iam ſenex accedit, cùm ſibi attendere & curam animæ ſuæ agere debuiſſet, & coadiutoris munus ſuſcipit, & futuram dignitatem per viginti annos expectat, fitque ſicut qui in piſcina illa ægrota-

Ioan. 5.

bat, qui cùm in ægritudinem incidit, iam erat vir, & in expectando triginta & octo annos expendit. Nónne conſultius foret non diutius poſtulare mundum qui ſic promiſſa tardat, & quod ſupereſt ſalutis & lucis in ornanda & expolienda animi domo, & conſcientia Dei ſede purganda inſumere. Fuit in Iſraël ſenex diues & nobilis, Berzelai nomine, quo familiariter Dauid vſus eſt, & eius tribulationum fuit ſocius; cùm ergo Dauid triumphans & pacificus domum repeteret, occurrit illi Berzelai iuxta villam, in qua ſenex ſibi viuebat, & diuertebat à ſæculi negotiis, & cùm in itinere rex quid vellet rogaret, & ſalutem promitteret, omniaque ſuo nutu gubernanda in regia do-

2. Reg. 19. 34.

mo, ait Berzelai ad regem, *Quot ſunt dies annorum vitæ meæ, vt aſcendam cum rege in Hieruſalem? octogenarius ſum hodie: nunquid vigent ſenſus mei ad diſcernendum ſuaue, aut amarum, aut delectare poteſt ſeruum tuum cibus & potus, quare ſeruus tuus ſit oneri domino meo regi. Non indigeo hac viciſſitudine, ſed obſecro vt reuertar ſeruus tuus, & moriar in ciuitate mea, & ſepeliar iuxta ſepulcrum patris mei, tarde viene ya el oficio, ya me das de comer quando no tengo dientes y vida de palacio no es para quien ya va cueſta abaxo.* Oſculatus eſt eum rex, & reuerſus eſt in locum ſuum. Mirum ſanè, & quod vix in ſæculo noſtro reperias huic ſimile exemplum, ſunt enim ſenes ſic negotiis & dignitatibus addicti, vt nunquam ab eis auelli, & ad animæ curam ac tranquillitatis ſtudium adduci poſſint, neque enim

Ratio anima habenda ab aulicis.

fruſtrà laus eſt in Euangelio ſenis illius Simeonis, qui ſoli Dei vacabat, & ſalutem ſpiritualem populi expectabat, *expectans conſolationem Iſrael, viuia como hombre que eſtaba en viſperas de muerte*, & Deus recens natus qui ſaluare venerat non abiit in manus alicuius aulici, aut gubernatoris, ſed ad ſenem, qui iam pæne ad inferos tendebat, à mundo abſtractus, & Deo ſibique vitam conſecrauerat, non negotiis & externis

Luc. 2.

curis. Hoc reprehendit Bernardus in illo 8.
Epiſcopo qui ſenex & decrepitus cùm legati Apoſtolici munus ambiret, ſchiſmaticus factus eſt. *Vides (inquit) quid facit amor gloriæ, legatio ſarcina grauis, humeris præſertim ſenilibus, & tamen homini ſeniſſimo grauior videtur pœna reliquum id breue dierum ſuorum viuere ſine hac pœna. Para legado y largas jornadas ſe ſiente animoſo y con fuerzas iuueniles.* Et addit, *Nec adeo periit pudor à mortalibus, vt nuda impudénſque ab ipſis veneretur ambitio, præſertim in ſene & ſacerdote, quem eo magis profectò puerilis iſta dedecet vanitas, quem maior quoque decet ſanctitudo**, *etſi in facie benedicitur ab adulante, ſed à tergo ſubſannatur ab omnibus*; quamobrem tempus præſcribendum erat, vel gubernationi, vel ambitioni ſeuum, vt ſibi conſulerent, nec amplius ad fores mundi pulſarent, *Domine, ſi vis potes me mundare.* Sed ô quàm inſenſibiles facti ſunt ambitioſi cùm iam exploratum habeant mundum diutius protelare, & differre promiſſa, imò cùm ipſe clarè ad eos loquatur. quod deſcriptum video in illa pulcra vidua Nohemi, quæ duplicem nurum Orpha & Ruth ſic alloquebatur, *Reuertimini filiæ meæ, & abite, iam ſenectute confecta ſum, nec apta vinculo coniugali*; iam in maritos dedi vobis duos quos habebam filios, his extinctis alios a me iam non expectetis, nam & ſenectute confecta ſum; & etiamſi conciperem priuſquam ipſi nubilem ætatem attingerent, *& vos eſſetis vetulæ priuſquam nuberetis.* Hoc ad veſtras aures mundus iterat. O ambitioſi prius nempe, quàm negotium veſtrum in animos principum in conſultationem veniat, iam ſenio eritis confecti, & cùm iam mundus deſcendat de monte, & ei ſupplicem libellum detis, *Domine, ſi vis potes me mundare*, iubebit a decimoquinto anno ire Salmanticam, nauare litteris ſex ad minus annis, famulari aliis ſex, ambire aliis ſex, & nondum concepit Nohemi, & poſtea parier, & nati filij nutriendi priuſquam mundus habeat quo te famelicum ſatiet.

Turpior ambitio in ſenibus & aulis Eccleſiaſticis.

* *No pienſo que el mundo eſta tan ſin empacho que le aya de parecer bien ambicion tan deſcarada principalmente en hombres viejos eccleſiaſticos en los quales es eſto tanto mayor quanto de ellos ſe eſpera mayor exemplo*

Ruth 1.

9. Vultis ſcire quare mundus tandiu expectare vos cogat, quia ſcit brutã veſtram patientiam, & nunquam etiam ſæpius fruſtratos ab eius famulatu diſceſſuros, ſed expectaturos donec ipſe velit. Scit aliquando excandeſcere, & in malam iram negotia ambitionis dare, ſed è veſtigio placatur ita, & reditis ad vos, & ad mores veſtros. Si Deus tam ſerò reſpondiſſet mundo, leproſo & vobis gratiam aut veniam poſtulantibus, vbinam eſſetis? Si ad indulgentiam criminum tot ceremoniæ, conſultationes & libelli ſupplices neceſſarij eſſent, & rogari ab Angelis & ab Archãgelis, & cælũ tanquam curiam adire opus eſſet, quæ nam animarum ſalus fieret? Vide mundi tarditatem, vide Dei facilitatem, &

Bruta patientia ambientiũ honores ſæculi.

Facilitas diuina in expediendo negotia & poſtulata.

prom

promptitudinem, *volo mundare*, ſine balneis, ſine vnctionibus, ſine medicorum conſilio. *O miram beneficentiæ celeritatem! ô facilem contrahendi rationem! Hoc bonum ſolo voluntatis propoſito tibi emendum proponitur*, ſolam voluntatem loco pretij exigit. *Appetitionem illam Deus ingentis pretij loco habet, cùm ab eo beneficium petitur, beneficio id ducit, tiene por beneficio que le pidan mercedes*; imò quodammodo lædit exigua ſpes noſtra diuinam maieſtatem, vt notat Gilbertus [a]. *Fac me ſicut vnum de mercenariis tuis*, ibo & dicam hæc & hæc patri meo. Certè illiberales & viles cogitationes iſtæ ſunt. *Nimis exilem & macilentam ſpem repoſuerat in ſinu ſuo, mercenariam conditionem patrem rogaturus. Modeſtè quidem pro meritis, ſed de paterna miſerationis copia humiliter nimis & iniuriosè ſentiens. Sentite ergo de Domino in bonitate, no le hagais agrauio que es Dios y padre.* Hæc celeritas in dando ex Deo ipſo naſcitur. *Munifica atque prolixa natura eſt, iucundius dat quàm alij accipiunt*; quare vel rogat, *vis ſanus fieri*, vel volenti occurrit ſtatim, *volo*, & ne in imprimendo ſigillo aliquid moræ contingat, ſigillum fecit noſtram voluntatem, *ſi vis, volo, fiat, mundare.*

Nazian. orat. in ſáctū Baptiſma.

a In Cant. Serm. 3.

Nazian. vbi ſuprà.

10. Verùm ſi tam promptè annuit petentibus, quare non inuitat leproſum, ſicut cum qui iacebat in lecto? *Vis ſanus fieri.* Ratio eſt, quia Deus nos eſt ex illis amicis, qui cum animæ diſpendio corporibus medentur, & augent temporalia, imò potiùs ſilet, & diſſimulat, permittitque mala corporis, tunc maximè cùm ægritudine impelluntur, vt quærant Deum, vt leproſus & centurio in hoc Euangelio ſatis oſtendunt. Porrò plures ſunt qui in infirmitatibus meliores facti ſunt, quàm qui in integra valetudine; & maius miraculum eſt Deum liberare hominem à peccato, auferendo ab illo ægritudines, quàm ſi in infirmitate iacere permitteret. Maximè autem tarditatem & morbi diuturnitatem breuitate curationis compenſat, vnóque verbo rem totam peragit, *volo, mundare*; mundus verò poſt longas moras vix vnum ſanat, reliqui deteriores redeunt, longa expectatione detriti & fatigati, tarditas enim mundi iam de induſtria fit, vt æſtimentur eius dona, ex quo contingit Deo vt beneficia quæ facilè & promptè impertitur, minimi habeantur, & vileſcant apud rudes mortales, vt obſeruat Tertullianus [b], *Nihil eſt quod adeò obdurет mentes hominum quàm ſimplicitas diuinorum operum, quæ in actu videntur, & magnificentia quæ in effectu repromittitur, admira al gentil que coſas tan deſcalças y deſnudas de authoridad tengan en el alma effectos tan diuinos.* Nam cùm ipſi mundi faſtum & ſuperbiam norunt, cùm Baptiſmum ſine pompa, Sacramenta ſine apparatu humano vident, nequeunt ſibi perſuadere in ſolis illis verbis ſemina gloriæ contineri, perdùntque dignitatem ſuam diuina, quia vno verbo fiunt, *volo, mundare. Proh dolor! miſera credulitas quæ denegas Deo proprietates ſuas, ſimplicitatem & poteſtatem, incredulitas miratur ſimplicia, quaſi vana, magnifica quaſi impoſſibilia, por la facilidad y por no vender caras ſus mercedes como el mundo es Dios tenido en menos*; volunt enim Dei liberalitatem menſura auaritiæ mundi metiri, & potentiam cæli terrenæ exæquare, vt in illo altero leproſo Naaman Syro reprehendit ſeruus eius, *& ſi rem grandem*, id eſt, arduam, *dixiſſet tibi Propheta, certè facere debueras; quanto magis qui vnum dixit tibi, lauare, volo, mundare.*

Ioan. 5.

Diſſimulat Deus vt tribulatio expurget peccatorem.

Mundus differt dona ſua.

b De baptiſmo.

Hace Dios liberalidades tantas y tan preſto que le cauſan menoſcabo de ſu honor acerca de los ignorãtes.

4. Reg 5.

11. *Vade, oſtende te ſacerdoti.* Quorſum hæc vbi integra valetudo verbo fit? iubet hoc Chriſtus Dominus vt dignitati ſacerdotis conſulat; & vtilitati leproſi. Quo enim pacto ſapientia ſacerdotis & doctrina patebit, niſi ad eum confluant ignorantes & peccatores; quia (vt ait Deus ad Aaron) *vinum, & omne quod inebriare poteſt, nõ bibetis, &c, vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & prophanum, inter pollutum & mundum, doceatiſque filios Iſrael omnia legitima mea quæ locutus eſt Dominus ad eos per manum Moyſis.* In hac reuerentia ſacerdotis eruditus ab initio Abraham dicit, quòd *perrexit vt conſuleret Dominum*, vbi Chryſoſt [a]. *Cucurrit ad veram ſcientiam, & feſtinauit ad ſacerdotem Dei miniſtrum, per quem latentium ſcientiam volebat diſcere: didicit omnia diligenter, miſericorde Deo per ſacerdotis linguam dirigente, &c.* Vide quãta erat tunc ſacerdotum dignitas, nuſquam enim dicit quòd ſacerdos ei reſponderit, ſed poſtquam dixit, abiit, vt conſuleret Dominum, & reſpondit Dominus ei, (nempe per ſacerdotem;) & alio loco Angelum vocat, ſacerdotem diuina Scriptura, monſtrans quòd illa loquatur quæ inſpirat & ſuggerit ſpiritus gratiæ.

Chriſtus dignitati ſacerdotis conſulit.

Leuit 10.

Gen 25.

a Hom 50. in Gen.

Vide alia in Paez in cap. 5 Iacob §. 1.

12. Secundo, iubet adire ſacerdotẽ ob vtilitatẽ audiẽdi & obediẽdi prõpte verbo Dei. Hier [b]. *Præpoſitum* (inquit) *timeas vt dominum, diligas vt parentem, credas tibi ſalutare quidquid ille præceperit.* Tertullianus [c], *Audaciam exiſtimo de bono diuini præcepti diſputare*, & Hier [d]. loquens de Patribus qui in eremo degebant, ait, *Subditi antea conabantur iuſſa implere quàm forent emiſſa, & quibuſdam quodammodo indiciis nitebantur prophetare de voluntate mandantis, ideoque verè obediens Simon (ſic enim hoc nomen exponitur) ſtatim ac audiuit Magiſtrum adeſſe ſe miſit in mare, quo velociùs ad ipſum properaret, cæteri nauigio veniunt, ipſe ſolus ante omnes vel mediis fluctibus vult accedere.*

b Epiſt. ad Ruſticum de forma bene viuendi

c De pœnit.

d Tom 4. in regul. monachorum c. 10

Prompta obedientia.

13. *Et offer munus quod præcepit Moyſes in teſtimonium illis.* Hoc eſt, vt explicat Theophylactus [e], offer illis munus, ne ſi non obtuleris curationem tuam calumnientur, vt & muneris acceptio perpetuum contra illos veræ curationis tuæ teſtimoniũ ſit. Nec enim dicere poterũt non verè fuiſſe curatum pro cuius cognita approbatáque curatione munus acceperint. Verùm videtur reddere rationem non ſolùm cur munus illum offerre iubeat, ſed etiam cur ad ſacerdotes mittat, & cur ſecretò rem tenere iubeat: ſenſus ergo eſt, *nemini quidquam dixeris, ſed oſtende te ſacerdoti, & offer munus tuum quod præcepit Moyſes*, vt illi ipſi, qui maximè mihi aduerſantur, primi meorum miraculorum teſtes ſint, & proprio ipſorum teſtimonio eorum incredulitas arguatur, *en recibiendo el don quedan obligados a ateſtiguar el milagro.* Vide quantam vim habeant ad obligandum munera, vt etiam perfidos Iudæos deuinciant, vt teſtes ſint diuinitatis, quam ipſi acriter inficiabantur.

e Et author Imperfecti. Hom. 21.

Quantam habeant vim munera ad ſubornandos & corrumpendos iudices & teſtes.

VER

VERBVM SPIRITVS ſancti. Apoc. 5. v. 12.

Dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem & diuinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, &c.

Abdicato Iuda ab Apoſtolatu in Epiſcopum ſufficitur Matthias. Cæleſtis Eccleſia electionem probat, electo plaudit.

DISCVRSVS CXXXV.

1\. *Noua gaudia in cœlo & in terra rē nouā denotant.* Apoc. 5. 12.

TRIVMPHANTIS Eccleſiæ concentum cum diuina Chriſti voce conſenſiſſe, & eandem cecinisse cantilenam nouæ alicuius rei, ſignum eſt manifeſtum quæ in vocem laudis Chriſtum & Angelos excitauit. Audiui, loquit Ioannes, Angelorum melodiam diuina carmina modulantium. *Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt accipere virtutem, & diuinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem & honorem, & gloriam, & benedictionem.* Cui gratulationi nónne videtur reſpondere vox verbi Dei, *& reſpondens Ieſus: Confiteor tibi Pater Domine cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.* Et quidem primam illam vocem D. Hilarius [a] ait diuinas laudes contiocre ob gentium vocationem, in qua, vt ipſe ait, ſeptem Dei attributa maximè reſplendent, & hæc eadem ſua gratiarum actione extollit Chriſtus, vt notat Chryſoſtomus, vt electio Matthiæ à ſumma virtute, ſumma ſapientia, ſumma fortitudine proceſſiſſe oſtendatur. *Matthias ſanctiſſimus expleuit chorum, ne Apoſtolorum chorus non haberet ſuum numerum.*

a In Pſ. 67. *Confiteor*, id eſt, confeſſio laudationis Dei, intelligēda eſt populorum: deinde omnium gentium, & ob id quia terra fructum ſuum dedit.

2\. *In hac electione Dei attributa maximè reſplendent.*

Hodierna quidem electione Matthiæ, & damnatione Iudæ, qua ille in Apoſtolum, iſte in Apoſtatam aſſumitur, qua humilis ille in Apoſtolicæ dignitatis verticem ſubiit, iſte in profundum obſtinationis barathrum detruditur, illa omnia attributa maximè conſenſiſſe in electione iuſtorum apertè demonſtratur, ſicut olim prædixerat magnus Eccleſiaſticus. *Miſericordia & ira citò approximant, & in peccatores reſpicit ira illius, ne dicas*, temere & oſcitanter, *miſeratio Domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur:* nam etiamſi citò approximant cùm ſaluare voluit, at ſæpius ſeorſim ius ſuum exercent; miſericordia enim conſulit bono iuſtorum, iuſtitia verò per ſe ſola quaſi taurus concitatos toruo & truci vultu reſpicit peccatores, vt puniat. Nónne vides qua ratione illa in ſuſpendium agit apoſtatam, hæc verò ſanctum coronat diſcipulum? Illa exauguratum & dehoneſtatum Epiſcopum puniendum tradit poteſtati tenebrarum, hæc verò inauguratum Matthiam in epiſcopalem ſedem euehit, illa calculo nigro damnationis pellit à regno Iudam, hæc calculo candido diuinæ electionis vocat Matthiam: vt diuerſas ſortes conſiderantes nullatenus culpam diuinæ ſapientiæ aſſignandam putetis, ſed veſtræ ſtoliditati, iniquitati & libertati. Sicut enim in lapide qui in alueo fluminis eſt, hic qui non temere traiicit ibi figit pedem in bonum, ille verò qui inconſideranter ſe gerit ibidem offendit. Sic in Chriſto lapſus occaſio eſt non niſi culpa offendentium in eo, *poſitus eſt hic in ruinam multorum in Iſrael.*

Eccli. 5.

Diuerſi effectus iræ Dei & miſericordiæ.

Simile

3\. Vnde Iſai. hæc duo coniungit, miſericordiam & iuſtitiam, *& erit vobis in ſanctificationem*, ne ope iuſtis, *in lapidem autem offenſionis* Gentibus, *in petram ſcandali* Iudæis, *& in laqueum* Iudæ proditori. Et clariùs quidem Auguſtinus effectum iſtum varium Chriſti ſanguinis declarauit. Pergitis domum hora prandij, vbi famuli abaci vaſcula apparatiſſima habentes recenti ablutione purificant, quem ille pateram aut calicem vitreum pellucidum mundat, aſpergit aqua. O quàm pulcer & cryſtallinus gemmis ornatus, & punctis adamantis circumquaque videtur contectus; ſed ecce in eandem aquam quæ in pauimento cecidit, pueri incurrunt, labuntur & miſere ruunt. Sic ait Chriſtus Dominus, *Sicut aqua effuſus ſum*, vt hominem mundaret, & quidem breui ſpatio latronem pellucidum & diuina menſa dignum effecit. Sed ibidem tunc Synagoga lapſum fecit, & Iudas laqueo ſe ſuſpendit. *Abluti ſunt ſordentes, irrigata ſunt mentes*; ſed addit, *Lapſi ſunt perſequentes me*, & Beda, *Aqua effuſa lapſum parat, & ſordes abluit, & terram irrigat, ſic mors Chriſti*, &c.

Sāguis Chriſti lapſum parauit Iudæi malitia ipſorū cauſa. Auguſt. Pſalm. 21.

4\. Porrò vt hos damnationis effectus non ex defecto eligentis Dei, ſed ex vitio noſtro prouenire intelligamus, ideo eius diuina prouidentia omni ex parte perfecta laudatur, *virtus, ſapientia, fortitudo, diuinitas, miſericordia, & iuſtitia.* Sed notandum eſt nomine *diuinitatis*, Græcè eſſe πλοῦτος, id eſt, *diuitia*, opportunè enim diues dicitur & laudatur, nam tunc Deus maximè diuinitatem oſtentat, cùm diuitias ac dona diuina communicat, nam Dei quidem opulentia adeò magna eſt, vt ſi auferat ab vno, non eſt vt ſibi reſeruet, ſed vt alteri ſtatim tribuat, vt bene notauit Ambroſius. Aufert ab Heli ſacerdotium vt puniat, & vocat Samuelem, aufert coronam Sauli, & excitat & vngit Dauidem, pellit Synagogam vt ſalus gentibus, exturbatóque Iuda Matthiam in eius locum ſubſtituit; generoſa quidem puniendi ratio, & Deo digna, vt canunt Angeli, *Dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere virtutem & diuinitatem.*

Deus etiam dum aufert dona liberaliter alijs donat.

5\. Sed miſericordiæ laudem promereri etiam & optimi electoris oſtendit Zachariæ prophetia, *& aſſumpſi mihi duas virgas, vnam vocaui decorem, & alteram vocaui funiculum, & paui gregem*, vt paſtorem agerem, inquit Zacharias, qualem me Deus eſſe voluit, ſumpſi mihi duas paſtorales virgas, alteram mitiorem & pulcriorem, quæ molliter regit, quam vocaui decorem; alteram verò quæ capit, trahit ac percutit pecus, quam appellaui funiculum, *vna blanda liſa igual hermoſa propria para baculo paſtoral de Mathias, otra fea retorcida propria para lazo de Iudas.* Sed cùm res mihi infeliciter accidiſſet, & grex ingratus ad iram & vindictam concitaret, tuli virgam meam, quæ dicebatur *decor, & abſcidi eam vt irritum facerem fœdus meum quod percuſſi.* Sed cùm iam mea paſtorali cura indignum viderem populum, & in altera tantùm manu virga indignationis ſupereſſet, *præcidi etiam virgam meam ſecundam*, nam vna ſine altera mihi non placet,

Zach. 11. 7.

nec iudice æquiſſimo digna eſt, imò cùm vellem oſtendere paſtorem ſtultum, dixi Zachariæ, *Sume tibi vaſa paſtoris ſtulti*, illius nempe qui ſine pietate puniat & percutiat gregem; ego verò cui ſapientiæ miſericordia, & miſericordiæ iuſtitia germana eſt, inutilem reputaui virgam punitionis, qua tyranni vtuntur, dum non poteram paſtorali benignitate vti; quare vel vtramque habere decet, aut alteram abiicere. Sicut cum eques amiſit chirothecam vnam, abiicit alteram, etiamſi dextra ſit; hac ratione Chriſtus, omnibus attributis, virtutis, potentiæ, ſapientiæ, diuitiarum ad Matthiæ electionem procedit.

Paſtor ſtultus qui tam ira quàm miſericordia ſigna & inſtrumenta non exhibet.

6. In qua electione eadem obſeruaſſe videtur Spiritus ſanctus, quæ in canonica Eccleſiaſticæ dignitatis collatione obſeruanda decreuerat. Et primò, dignitatem vacantem eſſe, à quo & quando, publico edicto enuntiatur. Secundò coactis in vnum Eccleſiaſticis ſuffragia ferunt, in vrnam miſſis calculis. Tertiò luſtratis ſuffragiis & ſubductis, in ſedem & dignitatem vocatur. Quartò in gratiarum actionem dona & pecunia copioſè in omnem Eccleſiam diſpergitur, & omnes noua dignitate hilares & exultantes electo gratulantur. Hæc omnia ab Spiritu ſancto ritè obſeruata latiùs explicemus.

PARTES DISCVRSVS.

7. Et in primis vacantem eſſe ſedem vnam in Apoſtolatu D. Petrus omni Eccleſiæ & cœtui fidelium denuntiauit. *Viri fratres oportet impleri Scripturam*, &c. *fiat commoratio eius deſerta, & epiſcopatum eius accipiat alter*, & cùm id quod in prophetiis eſt adimpletum vidimus, oportet vt numerus etiam apoſtolicus adimpleatur.

8. Verùm quis, quæſo, vacuam reliquit ſedem. Iudas vnus ex duodecim Apoſtolis. O rem ſumma ponderatione dignam! Nónne turres & mœnia Ieroſolymæ immortalitatem præferebant, ſomniarúntne inimici fore aliquando vt quis poſſet mœnia illa nedum turres demoliri. *Non crediderunt reges terræ, & vniuerſi habitatores orbis, quoniam ingrederetur inimicus per portas Hieruſalem*. Sola Dei ira hæc potuit peragere, *effudit iram indignationis ſuæ, & deuorauit fundamenta eius*: fuitne opus mirabiliori arte pretioſiori materia factum throno illo Salomonico ex vtroque latere duodecim aureis leonibus ſtipato, *non eſt factum tale opus in vniuerſis regnis*. Quid dicemus de duodecim illis æneis bobus, in quibus æneum mare aquæ ſuſtentabatur. Sed o prodigium! ô rem horrendam! ô peccatum! *verè hominis deuoratorium*, vt ait Tertullianus, in anno 33. noſtræ ſalutis factus eſt ab Aquilone ventus ita vehemens vt vna ex his turribus in monte Sion fundata muris cincta aliis duodecim ſtipata vi peccati ab alto monte auulſa præceps fuerit, & in æternam damnationem deuoluta ſit. Et cùm adhuc pacificus Salomon in Eccleſiæ throno ſederet, fulmen peccati vnum ex illis leonibus quaſi ceram eliquauit, & ex illo omnino extraxit, vacuámque ſedem eius reliquit. *Cùm diabolus iam miſiſſet in cor vt traderet eum Iudas*, & publicum fecit eſſe magiſtri ſui præconem & venditorem. Porrò vnum ex illis robuſtiſſimis bobus ignea vis inferni penetrauit, & in vas iræ traduxit, & ſcoriam inferni ſceleris prodigium, & totius orbis catharma & abominationem, quid putas aget peccatum in carneo tuo corde, in lutea domo, cùm nec in fortitudine leo; nec in conſtantia bos, ſed infirmus ſis, flaccidus, & Dei ope & gratia deſtitutus? *quanto magis hi qui habitant domos luteas, & terrenum habent fundamentum*. O vrgentiſſimum argumentum! ô vehemens ratio, & quæ timore iuſtiſſimum quemque perfundit, & de ſalute ſolicitum agit. *Renuit conſolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus ſum, & exercitatus ſum, & defecit ſpiritus meus, afuera deleytes de la vida no mas, que ſe me va el alma: meditatus ſum nocte cum corde meo, ſientome de mañana en mi lecho turbado y mudo: nunquid in æternum proyciet Deus, aut non apponet vt complacitior ſit adhuc?* Sed premitur anguſtiùs ratio. Ingruit triſtiſſima illa nox, in qua magiſtrum vendidit hic nequam, receſſit, & illo abeunte reſpirauit Chriſtus, & coactis in vnum vndecim longa erudiuit concione, quia nondum perfecta contentiori voce ait, *Simon, Simon*, Pedro, Pedro, *Ecce ſatanas, guarda el lobo, ecce ſatanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum, mirad Pedro que os quiere zarandar el demonio*, tu qui paſtorem agis, *conuerſus confirma fratres tuos: ego autem rogaui pro te Petre, ne deficiat fides tua*, & hoc eſt poſtquam iam dæmon ſibi Iudam arripuerat. Age ergo, & attende ſi farinam illam vndecim Apoſtolorum puriſſimam cribiare adhuc vult dæmon, & furfures excernere, ſi ex maſſa illa, quam ad orbem fermentandum Chriſtus ſua manu miſcuerat & ſubegerat buccellam aliam præter Iudam canis inferni mordere & elicere ſperabat, ſi ex recenter efformato Eccleſiæ corpuſculo à Chriſto & Spirito ſancto, putre membrum dæmon præcidere tentat præter illud quod iam dentibus ſuis premebat. Tu qui tam longè à Deo viuis, & vnus es ex cõfuſa hominũ multitudine, & quaſi ſaburra nauis Eccleſiæ, tu qui oblongo fune peccatorum poſt te tuam ipſius damnationem trahis, tu cuius cauſa ſalutis in deteriorem partem vergit, & à Dei amicitia præciſus plus Ethnico & pagano, quàm Chriſtiano viuis more, dic quomodo non times ne in eaſdem impias incidens manus cum Iuda illo monſtruo iniquitatis gratiæ abortiuo puniaris? Percepiſti vim argumentationis, premam adhuc anguſtiùs, impletum eſt quod prædixerat Dominus, & tali ſæuitia cribrauit dæmon, vt vna tantùm nocte, in qua amor eos beneficiis obſtrinxerat, terruerit, diſſipauerit, & Petrum caput Eccleſiæ tali vertigine circumegerit, vt ter magiſtrum abnegauerit. Et licèt tunc ſubterfugere potuerunt, quia nimis intentus erat Chriſti internecioni, pòſt verò arreptos vnguibus priuſquam dimiſit alter pelle excoriatus, alter cruci ſuffixus, alter ſerra diſſectus, alter iugulatus, alter telo confoſſus, alter fuſtibus & præcipitio, alter ipſo in altari peremptus tandem euaſit. Si igitur oues iſtæ ſanctiſſimæ ab ipſo ſummo paſtore electæ, & ſanguinis Chriſti rubrica deſignatæ gratia prædeſtinationis in æternum notatæ, ſi vaſa iſta electionis gratia & donis referta priùs in fornace probata peracre examen ſubierunt. Tu qui per integrum annum ſine Deo viuis, qui quaſi putidum membrum in Eccleſia pædore & fœtore grauis iam es, in quo ſperas, vbi ſalutis obtinendæ fiduciam figis, quare non times ſaltem ſicut Dauid Saulem, *Viuit Dominus quod vno*

Iuda ab Apoſtolatu caſus & damnatio tremenda.

Timorem damnationis quẽ meritò habere debemus.

9.

Confirmatur.

10.

Confirmatur.

Peccatoris temeritas.

iam

tantum gradu ego mórſque diuidimur. viue el ſeñor (digo yo) que de ti a la muerte y muerte eterna no ay mas que el buelco de vn dado; ſiquidem timent iuſti, & tremunt Eccleſiæ columnæ hac ſuper-nali dubitatione (num condemnabor) tu inſta-bilis arundo, tu impuriſſimus hominum vitam ſolutam omni cura agis irridens, ludens, ob-ambulans, quaſi iam ſummi Regis chirographo de cæleſti ſede certus, & ad cæleſtem chorum quaſi Matthias adſcitus ſis?

11. *Ingens crimen Iudæ.*

Et quare à ſede pulſus dicitur tantus præſul, & Epiſcopus; quia Chriſtum vendidit, tale támque immane facinus, vt eo audito Pila-tus homo Ethnicus de ſoluendo Chriſto ege-rit, cùm enim in illo nullam culpam inueniret, diceretque, *Mihi non loqueris, neſcis quia poteſtatem habeo dimittere* te; & reſpondet Chriſtus, *Non haberes in me poteſtatem niſi deſuper data eſſet; veruntamen qui me tradidit tibi, maius peccatum habet*: tunc cùm peccatum traditionis filij Dei audit, *exinde quærebat Pilatus dimittere eum.* Exinde voces Iudæorum, & telam iniquita-tis pertexere, Cæſaris amicitiam reſcindere, poteſtatem deponere volebat. Quid ſi ſciret traditorem eſſe Apoſtolum, diſcipulum vendi-tum eſſe Deum, & nunc inſuper ita iniuſtos

Amos 2.6.

eſſe eiuſdem filios, vt ſicut Amos aiebat, *Ven-dunt iuſtum pro calceamentis*, & ideo maius qui-dem peccatum habent.

12. *In quo ante hoc ſcelus deliquit Iudas.* Quintilia. declamatione 1. pro cæco contra nouercam.

Quo pacto, quæſo, in tale peccatorum ba-rathrum ruit ex alto vertice Iudas? Grande ſce-lus non niſi ex minimis ſenſim conflatur, &, vt aiebat Quintilianus, *Interrogabo quid antè perditè, quid flagitioſè, quid impiè filius fecerit, per quæ ſe parricidam, ſcelera promiſerit; innocen-tia per gradus certos ab homine diſcedit, & ne in maximis trepidet audacia, diu vires in minoribus colligit. Nemo inde cœpit, quò incredibile eſt per-ueniſſe*; quare cùm Chriſtus Dominus Iudæo-rum principes generationem adulteram voca-re vellet, prius malam dixit, malum enim per certos gradus aſcendit, malus clericus, peior presbyter, nequior religioſus in homicidium, in hæreſim tandem labitur. Sicut ad hoc quòd ſit adultera mulier multa præuia ſunt quæ le-uiora videntur, quæ cùm contemnit & deuo-

Pſalm. 17.4.

rat, grauiſſima incurrit. Dauid, *Filij alieni men-titi ſunt mihi*: iam eos, inquit Dominus, filios alienos appello, quia quos ego genui, per ver-bum veritatis genui, hi verò mendacium con-tra me dicere auſi ſunt. Quo pacto degenera-runt? *Senſim*, inquit, *inueterati ſunt*, hoc eſt, ſenſim & paulatim quaſi ſenes à veritate defe-cerunt, ita vt Deus diuerſitatem miratus ſit.

Iſai. 1.

Quomodo facta eſt meretrix ciuitas plena iudicij, iu-ſtitia habitauit in ea: nunc autem homicidæ; certè eò iniquitatis non niſi per gradus peruene-runt, & ideo vbi nos legimus, *iuſtitia habi-tauit in ea*, legit Cyrillus [a], *dormierunt in ea*,

a Lib. 9 ſuper Gen.

& ſic eſt in Hebræo. Quare roganti, *Quomo-do facta eſt meretrix ciuitas fidelis.* Reſponſio eſt

Socordia & incuria cuſtodum Eccleſiæ.

in promptu, quia ſocordia & otio elanguit cura iuſtitiæ, dormierunt, ac tandem ven-ditores facti ſunt iuſtitiæ; & hoc ſatis eſt, vt notat Nazianzenus [b]: nam de ingenti illo

b Oratione corã Iuliano amico ſuo.

malo zizaniorum, in quo omnia mala com-prehenduntur, nulla alia cauſa redditur, niſi ea; *cùm autem dormirent homines, venit inimi-cus*, incuria enim in bono, tanti mali cau-ſam inuexit, *vt mali principium ex boni incu-*

ria naſceretur; *iuſtitia ergo dormiuit in ea*, & 13.

ex eo ſomno veternus incidit odij, & facti ſunt homicidæ, *nunc autem homicidæ*; factus eſt ergo Iudas proditor ex tepido & ſocorde; inde in auaritiam, inde in infidelitatem, vt

Ioan. 10. *Hic autem non credebat in eum Recidiua in peccatum quàm periculoſa ſit.*

ait Ioannes, ac tandem in proditionem ce-cidit, vt dicemus ex Gregorio: vt ſciant pec-catores non ſolùm labi cùm primò gratiam amittunt, ſed etiam cùm noua peccata commit-tunt; quare qui in gratia eſt iubetur ſtare ne illam amittat, & qui in peccato eſt admone-tur ne iteret peccatum, ne obfirmetur in eo, & alio veluti clauo refigatur in malo, nam faci-lior eſt tranſitus ab vno peccato in aliud, quàm à gratia ad peccatum, & quidem periculoſior eſt tranſitus, nam cùm peccatum violenter perpetratum eſt, quaſi primum vulnus animæ ſecum fert dolorem, & indicium non diu du-raturum: at quod blandè & inſenſibiliter ani-mam penetrat, & libenter ſuſcipitur, & ægrè pellitur, væ illi qui primam amittit gratiam, verùm væ illi qui reſtitutionem ad gratiam diſ-ficiliorem efficit, dum peccat, poſt peccatum fa-cilius erit in proditoris munus labi, quàm ad Apoſtoli gradum regredi, ſicut Iudas ſenſim ab illa ſede peccando ad infernum deſcendit in-geminando & iterando peccata.

Pellitur ergo de ſede & Apoſtolatu, grauiſ- 14.

ſimis quidem verbis quæ prædixiſſe videtur Iſai. Cap. 22.

Si dimittetur iniquitas hæc vobis, eſta vez no ay perdon, nam ſi dimiſero hoc peccatum impuni-tum, *infidelis habear, aut impotens.* Nota, inquit

Nimis ſunt Deo odibiles duri & obſtinati.

Hieronymus, ex ſeuero genere orationis quàm grauiter fert Deus genus hoc hominum qui peccatores cùm ſint, & ſæpius admoniti ſce-leris, obſtinati tamen perſtant in peccatis, & in dignitate erecta ſunt ceruice, & in choro iu-ſtorum ſpecie ſancta peccata contegunt atque diſſimulant, ideo addit, *donec moriamini*, quæ vox inflammati furoris eſt: ait igitur,

Iudæ depoſitio ab Apoſtolatu.

Vade ad eum, qui habitat in tabernaculo ſuo, id eſt, ad Somnam, vel ſummum ſacerdo-tem, vt putat Hieronymus, vel theſaurarium, vt Foreirus 7. *diſpenſatorem*, vt per dignitatem, per theſauros, & per diſpenſatoris munus Iu-dam hîc adumbrari intelligamus.

Quid tu hîc, aut quaſi quis hîc? Quid hîc otio- 15.

ſam & pernitioſam operam perdis, ô homo

Impius inter pios quaſi quis eſt.

tanto indignus munere? quàm propriè vocat eum *quaſi quis*, qui ſtatua potiùs & ſimula-crum hominis eſt, qui non eſt aliquis, ſed ali-quis videri vult, *paſtor & idolum*, dixit Za-charias, inane paſtoris ſimulacrum. Vidiſti in ædificiis quaſdam feneſtras & portas pictas, vel clauſas, ſola forma portarum relicta, vt aliæ correſpondeant, has vocant architecti falla-ces & damnatas; in vrbibus etiam quædam ciuitatis fores occluſæ omnino viſuntur, quia

Damnandi præſulis ſymbolum.

per illas vel regi deuicto egreſſus, vel vi-ctori regi patuit ingreſſus; *puerta condenada por auer entrado por ella algun deſaſtre.* Ex his

Ezech. 48. 31. Apoc. 21.12. & 13.

intelligi poteſt Ezechiel & locus Apocalyſis, *Ab Oriente portæ tres, ab Aquilone portæ tres, & ab Auſtro portæ tres, & ab Occaſu portæ tres* En por-tarum vrbis diſtributio, ſignificat ideo ad om-nes quatuor mundi plagas verſas eſſe, quia in hanc vrbem omnes nationes mundi confluxuræ ſunt, & ipſis etiam Ægyptiis & Babyloniis Dei populo infenſis reſerantur portę, vt canit Dauid,

Memor ero Raab & Babylonis ſcientium me. & nulli Pſal. 86. 4.

aditum intercludendum. *Ecce alienigena, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic*, & clariſſimè Matth. 8. 11. dixit Chriſtus Dominus, *Venient ab Oriente, & ab Occidente.* qua phraſi nationes omnes eleganter ſignificat. Portarum verò nomine vel duodecim Apoſtoli intelliguntur, vt volunt Auguſt. Hieronymus, & Rupertus, vel omnes qui auctores ſiue adiutores fuerunt ad gentium & nationum conuerſionem. Sed quid quæſo denotat Ioannes cùm portam *Dam* ſubticuit, quam expreſſit Ezechiel *loco citato*? Reſpondeo Ezechielem terrenam Eccleſiam & militantem deſcripſiſſe, in qua locus eſt perditiſſimis & impuriſſimis miniſtris, qui in tribu Dam figurantur, Dam enim ſignificat damnationem, itaque Iudæ & aliis prælatis, concionatoribus, & paſtoribus locus & honor habetur, dum ſunt in Eccleſia quaſi portæ, & in aliorum ſalutem incumbunt. At in Eccleſia triumphante, quam Ioannes deſcribit, etiàſi portarum munere ſint perfuncti, & in aliorum ſalutem incubuerint, nullam tamen ſui laboris gloriam aut præ-

16.

mium in cæleſti ciuitate aſſequuntur, quia non coronabitur niſi qui legitimè certauerit. Quid ergo ſunt iſti in Eccleſia? Sunt, inquit Magnus Gregorius [a], portæ fallaces & damnatæ, quæ modò videntur loco & dignitate præeminere, ſed coram Deo iam damnati ſunt, & à numero portarum delendi. *An non*, inquit Gregorius, *membra ſunt Antichriſti* (hoc eſt, damnationis) *qui per affectata ſanctitatis ſpeciem appetunt videri quod non ſunt, ille namque principaliter hypocriſim ſumit, qui cùm ſit damnatus homo, & nequaquam ſpiritus, Deum ſe eſſe mentitur: ſed proculdubio ex eius nunc corpore prodeunt, qui iniquitates ſuas ſub tegmine ſacri honoris abſcondunt, vt profeſſione videri appetant, quod eſſe operibus recuſant.* O verbum tremendum! quot ſunt nunc in Eccleſia qui portarum nomine & loco funguntur, poſtea abiiciendi, qui modò ſola ſpecie ficta & externa portarum tolerantur, pòſt verò in æterna Hieruſalem expunguntur, exploduntur & eliminantur, *quaſi quis*; en tibi Iudas erat vna ex his portis, per quas tribus filiorum Dei ſuſcipiendæ erant, ſed reuera ipſe erat reiiciendus, quod expreſsè videtur deſcripſiſſe Ioannes, nam cùm ſaluandorum immenſum numerum explicat, tribum *Dam*, hoc eſt, *damnationis* præterit, & eius loco ſubſtituit *Leui*, quia nomen *Dam*, quod iudicium, ſeu damnationem ſonat, Iudæ apprimè congruebat, cuius reprobatio occultiſſimi Dei iudicij mirum extitit documentum, Leui verò ſubſtituitur (alioqui inter Patriarchas duodecim non numerari ſolicitus) vt nomine Leui D. Matthias ſignificaretur, qui in Apoſtolatu locum Iudæ occupauit. Nec parum iuuat hanc ſuſpicionem nomen ipſum Leui, quod ſignificat *copulatum*: & Matthias copulatus, *ſiue annumeratus eſt cum vndecim Apoſtolis*; vt iamiam ex eodem Iſaia dicemus, nam exturbato Iuda, ait,

17.

Et erit in die illa vocabo ſeruum meum Eliacim. Putaſſes tu ô impie Iuda, & tu ſuperbe Somna Deum te indigere, vt diſpenſatoris munere fungereris, putat peccator cùm in infernum cadet planctu & lacrymis cæleſtes beatos caſum eius proſequuturos, *penſaua que te miſaran los del cielo y que haria pauſa aquella celeſtial muſica a vnque vos vaxeis deſpeñado al infierno, in illa die* alius ſubſtituetur in cælo qui melius quam tu locum & ſedem occupet. *Induam eum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum.* Ex hoc loco colligit Hieronymus ſummum ſacerdotem fuiſſe Somnam ex ornamentis, nempe ſecundùm Exodi legem. *Iſta pater, bien hecho eſta eſo gracias a voz, aſi aſi ſe Fade azer.* Veruntamen habeo Domine quid obiiciam huic tuæ prouidentiæ, nónne parcitas eſt, & quaſi indigentia, ornare Eliacim tunica eadem quam exuit Somna, & mitram Matthiæ eandem dare Iudæ? Cæterùm ſi propriùs hæc conſiderentur potius diuina largitas, quàm tenuitas commendatur, quæ continere neſcit ſuas miſericordias, & cùm quis immeritus eſt donorum cæleſtium, alios quibus ea conferat ſedulò quærit. Ponderat hoc eleganter Magnus Gregorius [a] in illa verba Iob, *Conteret multos & innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis.* Et hoc, inquit, quotidie contingit, etiamſi non videtur, nec apparet quis priuetur dignitate, vel gratia. *Hoc quotidie agitur, ſed quia adhuc finis partium vtrarumque non cernitur, non timetur, no ſe tiene porcado de la gracia de Dios, ni pienſa que le an vacado la prebenda:* nam licèt ſciat ſe peccaſſe, non conſtat ipſi quod Deus arcano iudicio & prouidentia meditetur, nempe alij tribuere gratiam eandem, qua ipſe indignus effectus eſt, & illud maximè timendum eſt, non ſolùm peccatorem exturbari à gratia, & à ſede, ſed in eadem alium ſubſtitui, ita vt nulla relinquatur ſpes occupandi illum locum, *a vnque ſon muchos los lugares ſon contados tenga ſe cada vno en el ſuyo ſino quiere que entre otro en el. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.* Nam nulla ſupereſt corona, ſi ſemel tuam occupat alter, & cùm amiſeris, tunc ſerò ſapies, ſicut contigit his qui damnantur; in inferno enim oculos aperiunt, *nunquam enim* (inquit Gregorius) *culpam ſuam reprobi niſi in pœna cognoſcunt, & quia pœna differtur, culpa deſpicitur.* Verùm vix à ſtatu iuſtitiæ lapſi ſunt, cùm iam alij reſtituuntur. *Labuntur vero a ſtatu iuſtitia, & locum vitæ, illis cadentibus, alij ſortiuntur.*

Sed vt credas hanc gratiarum ablationem non ex prima Dei voluntate manaſſe, & peccatores ſeipſos indignos feciſſe donorum cæleſtium, ideo Chriſtus Dominus ſubdit, *Confitebor tibi Pater, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.* Quanta autem æquitate hoc fiat a Deo, ponderat Eliud. *In manibus ſuis abſcondit lucem, & præcipit ei, vt rurſus adueniat, quiere y ſabe iuſtiſſima mente eſcondor la luz.* Quod in naturalibus liquet, maximè brumali tempore; longiſſimas noctes habemus, breuiores autem dies. Succedet ver & æſtas, & iniuria iſta cõpenſabitur. Hoc ipſum in alio hemiſphærio comperies obſeruari, & vbi quatuor menſes nox occupat, alios perpetua lux affulget. Et per hoc oſtendit amicis ſuis, lucem eſſe rem ſuam, & pro libito impertiendam, ſed cum æquitate, *annuntiat de eâ amico ſuo quòd poſſeſſio eius ſit*, & hoc ipſo probat Eliud Dei iudicia occulta eſſe, nam abſcondit quidem lucem ab indignis ſuperbiis vt demittat, & humilibus concedit vt exaltet. Et ita Gregorius, & Gloſſa. *In manibus lux abſconditur, quoniam ſuperbis veritatis cognitio denegatur.* Et quidem 19.

Margin notes:

Puerta condenada el mal predicador y prelado.

Apoc. 7. 4.

Fallaces portæ & dãnatæ qui ſint in Eccleſia.

a Lib. 25. moral. c. 24.

Iudas ficta & damnata porta.

Apoc. 7. 4 &c. Pater Alcazar ſubmiſsè, &, vt ſolet, quaſi ſuſpicionem hanc egregiam expoſitionem inuenit. Sed habet etiam auctorem Hieron. lib. c. cõtra Iouinia. vbi ait pro tribu Dã fuiſſe repoſitam tribum Leui, & confirmat Matianus noſ. 54.

Exod. 28. & Hieron epiſt. ad Fabiolam

Gratia conſeruanda ne alius ſui ſtituatur in ea.

a Moral. c. 9 lib. 25. in cap. Iob 34.

Apoc. 3. 11.

18.

Nollet Chriſtus damnationem quam ſibi molitur peccator. Simile.

dem quod euenit principibus & nobilibus erga ſolem iſtum, idem prorſus animis contingit in ſpirituali lumine. Nam qui minus ſole fruuntur, diuites ſunt, melioris ſunt cõditionis in hoc qui indigentiores ſunt, dormit ſub Ioue pauper, & nudo ſolo iacet, vel ſub tugurio paſtor, & licèt verum eſt, noctis rigore, ac frigore confici, artus omnes contremiſcere, & crepitu dentium concuti, manus rigere & pedes, & ipſa obſcuritate & Solis abſceſſu atram bilem cor occupare, etiamſi rigent capilli, labia decolorauit, neruos conſtrinxit. Verùm ecce lucidiſſimus ſol igneos radios collinear in ipſum, & operit, fouet, & totum perfundit, ac pro culcitra, pro pallio eſt illi: ſurgit & aſſidet quaſi ad prunarium aureum impune cæleſti vtens lumine, & calore, iam ruſticus veſtes induit agreſtes, ientacula ſumit, & poſt tardos boues pergit ad arandum, dum ecce eius & negotiator ſolers & expeditus illotis manibus, & codicibus appoſitis, brachio properat; iam alij ad fores & feneſtras conſiliarij & iudicis expectant, cùm adhuc in lecto dormire comperiunt, & cùm ſurgit, feneſtras, aulam, bibliothecam Solis ſplendor luſtrauit, & ſocordiam arguit. Iam gentes vigilant, & ebullit orbis, nemo in otio, nemo ſole non fruitur, niſi ille alter princeps, qui in molli lecto ſepultus, neque ſi ſol ſit in orbe nouit qui exultauit vt gigas, & tam longas vias fecit, vt millia millium leucarum excurrerit. Quarta pars feneſtræ aperitur, & adhuc vitrea feneſtella obſtat Solis radio; quid hoc? niſi quod aiebat Eliud, *In manibus ſuis abſcondit lucem. Abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.* & Gregorius, *Superbis veritatis cognitio denegatur.* Quàm verum ſit hoc in lumine verbi Dei experientia comperimus, dum ſalutis ſuæ anxios & cupidos pauperes videmus, & audiendi verbi ſtudioſiſſimos, principes verò quàm ſocordes, quàm ſerò aut nunquam audiendo incumbunt, *abſcondiſti à ſapientibus.*

Deſcriptio noctis.

Humilibus reuelat myſteria Chriſtus.

20. *Et figam paxillum in loco fideli.* Agit de loco prægalto & firmo, quod totum ſuſtinet papilionis ſeu tabernaculi pondus, quod columen ſeu ſtatumen vocari poſſet. Sed Hebræa vox clauum ſignificat, & in Zacharia cum angulo coniungitur. *Paxillum* autem vocat, loquens ſecundùm ſenſum mundi, qui putaret nihil ex paxillo poſſe fieri: at diuina electio quemlibet etſi tenuiſſimum & infirmum exaltat, & idoneum reddit, & hac de cauſa nec Matthias per elationem intumuit, nec Ioſeph alter candidatus excanduit: nam, vt ait Abdias, Matthias idem ſonat quod *paruulus*, ſiue *donatus*, qui cùm ſe à paxillo in munus columnæ aſſumptum videt, *in proſperis non eſt elatus*, ait Abdias. Nec ille iuſtus Ioſeph ægrè tulit, ſicut Cain prælationẽ fratris, vt notauit Chryſoſtomus [a], quia eligebantur ad munus paxilli, hoc eſt, ad ſuſtentandum Eccleſiam, & pondus tribulationum; *Ea res nec patiebatur, nec eos qui eligebantur efferri, quod ad pericula vocabantur, nec eos qui non fuiſſent electi veluti contemptos mœrore affici, & licet eruditiſſimus erat* (ait Abdias) *nullatenus tamen extollebatur, ſed iuxta ſui nominis etymologiam verè ſe paruulum & humilem exhibere nitebatur.*

P. Prado.

Matthias vere paruulus.

a Hom. 3. in Acta.

21. Quamobrẽ rectè illi gratulari poſſumus quaſi electo ab ipſo Chriſto, ſed excellentiori modo quàm alij Apoſtoli, vt notat Chryſoſtomus [b]. *Quemadmodum enim cum eſſet præſens elegit, ita & abſens elegit.* Sed in prima illa electione nemo electorum fuit ſolus, in hac verò ex libros facta ſolus Matthias, & a Chriſto quidem meliori loco, & in gloria corporis exiſtenti, ita vt ipſi aptetur canticum illud, *Vna eſt columba mea perfecta mea, vna eſt matri ſuæ electa genitrici ſuæ;* quis enim negare poteſt cùm aſſumitur Matthias, aptiorem eſſe quàm erant Apoſtoli, quum electi ſunt, erat enim iam ſanctus, eruditiſſimus, & in gratia cum reliquis confirmatus per aduentum ſpiritus, itaque his inſtructus dotibus in Apoſtolatum initiauit, & præterea cùm reliquos *Apoſtolos* nominauit, adhuc aliquibus noxiis & maculis obnoxios præuidebat, & a retibus & nauibus, & à menſis ad negotia animarum traduxit. Te verò ô Matthia ſanctum elegit vt ſanctiorem redderet, doctum vt amplius erudiret, perfectum vt donis exaggeret.

b Vbi ſuprà.

Præclara electio Matthiæ.

Luc. 6.

Et auferetur paxillus qui fixus erat in loco fideli, & frangetur & cadet. De hac Iudæ reprobatione vide in theſauro abſcondito claſſe 1. ſacræ Scripturæ, in die S. Matthiæ.

22\. Iam denique in vniuerſam Eccleſiam & circumfuſam multitudinem dona & pecuniæ copia diſtribuenda & diſpergenda eſt. Et quóſnam aureos nummos diſpergat è cælo, niſi ſigna & indicia ſalutis & prædeſtinationis. Licèt enim nemo ſciat an amore, vel odio dignus ſit, ſed omnia in futurum reſeruentur incerta, ſicut etiam docet Eccleſia. Verùm Deus tanti beneficij auctor aliquos ſui ſplendores ſolet emittere, amor enim & amicitia quas non diuinas fores reſerabit, & ſecreta pandet. Ioan. 15. *Vos autem dixi amicos*, &c. vnde concludit Auguſt. *Qui vult intelligere amet.* Eſt ergo amicus Deus; licèt ergo amicus amet, non tamen aperti dicet, amo te ob modeſtiam & honorem, ſed nihil amplius deſiderat quàm certiorem facere amicum amoris, ſin minus verbis, operibus tamen manifeſtat affectum; ſic Rex gratiorem ſibi blandis oculis, mitiori & faciliori loquela, frequentiori vſu eius operæ & copioſiori remuneratione, aut officio oſtendit. Silet Deus & continet ob maieſtatem animarum amorem, & quia præuidet ſatius eſſe & vtilius animam ignorare ſecretum ſuæ prædeſtinationis, ſed aliqua indicia non omnia ſubtraxit, prorumpit æternus amor in oſcula, in amplexus, in conſolationem, in dona tanto rege digna, vt non leuia indicia, nec irrita videantur; *introduxit me Rex in cellam vinariam, & ordinauit*, &c.

Indicia prædeſtinationis ad ſolatiũ & gaudium nobis ſæpè indicantur.

Eccli. 9.

Trid. ſeſſ. 6. can. 12. nemo quoque quandiu, &c.

Simile.

Et primò quidem ſpes ſalutis datur his qui in Deo guſtando & amando pacem, ſed ſaturitatem nunquam inueniunt, ſed omnia parua arbitrantur, nam ſunt in domo amoris diuerſæ manſiones, prima eſt eorum qui nullis laboribus, aut periculis adduci poterunt vt peccatum graue committant. *Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem.* Secunda eorum qui vltra hoc animum in Deo, & cogitationes fixas in bono habent. *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum.* Tertia eorum, qui non mentem ſolùm in Deo occupant, ſed & manus, vt nihil quod non ſit in Dei obſequium perpetrent, cætera nihili habent. *Si dederit homo omnem ſubſtantiam pro dilectione, quaſi nihilum deſpiciet eam.* Quarta eſt eorum qui nondum contenti ſunt niſi in Dei viſione requieſcant, & quo ardentiùs amant, eo maiori flagrant amore & ſiti, *fortis eſt vt mors*

Pax ſine ſaturitate indicium prædeſtinationis.

dilectio, inſaciable como la muerte; qui ergo hanc ſi-tim & pacẽ cũ ſame cęleſtis ſummique boni adepti ſunt, non leue indiciũ amoris ſponſi habent.

23. *In præclaro religioſæ vitæ gradu eſſe indicium prædeſtinationis.*

Secundò ad religioſas animas numi iſti aurei diſperguntur; eſt enim indicium prædeſtinationis in præclaro religionis gradu ſe conſtitutum a Deo videre, nam in prædeſtinatione præuiſa & præordinata ſunt illa media per quæ tandem ſaluum facere Deus decreuit adoptatum, quare cælibatus, religio, & inter religiones illa quæ negotio ſalutis propriæ & alienæ propinquior & opportunior eſt, teneatur vt indicium, vt vult Bernardus. *Simile.* Ludit imperitus ludi, ſed fortè in bona ſede collocat equum, aut regem, ſapiens autem qui ludum contemplatur. O, inquit, bonam elegiſti ſedem, obtinebis primam regis, aut damæ. Noſtræ quidem prouidentiæ incertæ, ſed illud in primis procurandum vt optimam ſedem in domo Dei obtineamus; prudens enim ſpectator Deus vel eius amici, in ſpem nos excitant, *a cella enim in cælum immediatus eſt tranſitus*, aiebat Bernardus [a], *cella & cælum cognata ſunt.*

[a] Ad fratres de monte Dei.

24. *Frugi & lene ingenium, indiciũ prædeſtinationis.*

Tertiò iam vos omnes in ſpem vocat naturale ingenium quod nacti eſtis frugi, blandum, aptum virtuti, docile faciléque expoliendum, hoc enim quaſi in molli lectulo gratia cæleſtis requieſcit, quare animæ ſanctæ prius dictum eſt, *pulcra es vt luna*, inde *electa vt ſol*, inde firmamento comparatur, *terribilis vt caſtrorum acies ordinata*, quaſi electio à ſede in ſedem promouerit animam, & recepta ſit gratia ad modum recipientis. Sap. 8. *Puer ſui ingenioſus, & ſortitus ſum bonam animam*, id eſt, *bonam indolem*; ſed quid tu qui peruerſo ingenio natus, in vitia procliuis, & difficilis ad frugem virtutis es? Certè nihil eſt quòd deſperes de gratia, quod natura ſubtraxit, gratia enim non ſtat legibus naturæ, *de mala y repeloza madera puede hazer imagen de Dios*, & vt leo & bos ſimul comedant paleas, *In cubilibus vbi habitabant dracones, orietur viror calami, & iunci.* & Paulus, *Ergo & tu oleaſter cùm ſis, potes inſeri in bonam oliuam*, etiamſi ad hoc opus inſitionis maior cura neceſſaria ſit.

Ne deſperet qui praua indole & ingenio natus eſt.

Iſai. 11.

1. Cor. 11.

Quid de timore illo quaſi animis innato, quo ſemper cor pungitur, & excitatur in bonum, & arcetur a malo; ſæpe enim circundat vineam quam diligit, nec maceriam dirui, plantauit vineam, & ſepem circumdedit ei, hoc eſt, timorem. Quid dicam de miſeratione, qua animus frangitur in aliena proximi calamitate, & manus adhibet adiutrices, ſicut Iob, Abraham, Tobias, *Filioli non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere & veritate.* &, *Omnis qui eſt ex veritate, diligit*, &c. Nam cùm principes nolunt dona conferre, renuunt etiam munera accipere, aut ſeruitia; quare qui a Deo largas accepit manus, ideo vtique, quia largas à Deo accipiet mercedes. *Iudicum* 13. timuit mori in Manue, itaque Deus nos occidere parat. Reſponditque vxor, *Si Dominus nos vellet occidere, non ſuſcepiſſet holocauſtum, & libamina de manibus noſtris.* & clarius Chriſtus, *Date & dabitur vobis*, veſtræ enim pietati diuina largitas vinculata, & addicta eſt, *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Quid dicam audientibus verbum Dei, cùm ipſum per ſe diuinum oraculum felicem ſortem denuntiet. *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit.* Facilitas enim iſta, qua anima & frænum ſuſcipit, & in quamcumque partem verſatur, quis neget diuinæ voluntatis ſtudioſum filij Dei ſigna præferre, *& populus meus pendebit ad reditum meum, caballos de buena boca rebueltos obedientes.* Oſeæ 11. *Quoniam noluerunt reuerti cepit eos gladius.* Certior denique nota ea eſt, ſi Chriſti imitatores ſumus, & ipſum adoptiui filium dilectum audimus. Si ſuſtinemus, & conregnabimus, & Rom. 8. *Quos praeſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij Dei.* Hieron. *Quos præuidit conformes futuros in vita, voluit vt conformes fuerint in gloria, & tuo obſequio deditã eſſe animam.* O Virgo ſanctiſſima, nònne in ſpem vocat, certè in electis Dei mitris radices, hoc eſt, veram deuotionem. O Matthia ſanctiſſime, iam credimus in regia ſede ſedere qui talia cæleſtia dona diſtribuis gratiæ, & pignora gloriæ.

25. *Timor Dei.*

Ioan. 3. 18. & 19. *Miſericordia. Simile.*

ELEEMOSYNÆ DIGNITAS ATQVE præſtantia oſtenditur: bonum item miſericordiæ in homine præclarum & excellens eſſe, & quandam propriam quaſi notam deitatis, donorum ſuorum munerúmque copiam prolixè impertientis.

INSTITVTIO XLVI.

26. PETITIO INSTITIONIS. *Per eleemoſynam homo calamitoſi & egeni Deus fit.*

TE decet laus, & gloria, regina virtutum ἘΛΕΗΜΟΣΎΝΗ; tuum eſt ſacerdotium, altare & ſacrificium; tuum eſt meritum; tua ſunt diademata, tua ſunt ea ipſa quæ largiris bona; tua vita, tua etiam mors; tuæ poteſtatis eſt purgatorias minuere flammas, imò peccata extinguere, fontem in æternum ſcaturientem aperire, ac tandem cæli viam pandere, thronúmque cæleſtem tibi ipſo in cælorum culmine ſupra omnes Angelos Angelorúmque choros & poteſtates ſublimiorem conſtituere. Quòd ſi hæc ineffabilia ſunt, neceſſitatem eleemoſynæ, multiplices miſericordiæ fructus, cæteraque quæ te Chriſtianum faciunt, & ab Stoicorũ * errore vindicant explanare conabor. Intende igitur animo, ô mi homo, tua enim in hoc negotio non virtus, non humanitas, ſed diuinitas, agitur: nam, teſte Nazianzeno [a], *Nihil tam diuinum homo habet, quàm de alijs bene mereri, tametſi ille maiora, hic minora beneficia conferat, vtrumque nimirum pro ſuis viribus. Fac calamitoſo ſis Deus, Dei miſericordiam imitando.*

* Senecæ Stoici verba ſunt lib. 2. de clementia. *Miſericordia eſt vitiũ puſilli animi ad ſpeciem aliorũ malorũ ſuccidentis. Hinc eſt*, inquit Lactãtius lib. 6. c. 11. *illa Plauti deteſtãda ſententia: Male meretur qui mẽdico dat quod edat, nam & illud quod dat perit, & illi producit vitã ad miſeriam* vide Auguſt. & Clem. Alexãd. 4. ſtromat.

[a] Orat. de pauperum amore.

I. In

a Hom. 9. de pœnit. I. In primis eleemoſyna (inquit Chryſoſt.[a]) regina virtutum eſt, & qui eam ſibi de- 27.
ſpondet, rex inclytus eſt, ipſis ſuis diuitiis tanquã diademate redimitus. Nam, vt ait Sa-
Prou. 14. 24. piens, *corona ſapientum diuitia eorum*, hoc eſt, vt Hugo interpretatur, opes & facultates,
ſapientibus coronas immarceſcibiles pariunt; quia dum pauperibus largè diſtribuunt,
inde coronas ſibipſis pangunt, *amaranthinas quidem, & immarceſcibiles*, vt ait Chry-
b Homil. ad popul. 53. ſoſtomus[b]; cùm enim diuitiæ coronæ ſunt, diues non ſeruit diuitiis, ſed magis impe-
c Hom. 16. in Matth. rat, quod regium eſt, & pænè diuinum. Ideo addit Chryſoſtomus[c], *Si habes diuitias, &*
diuitiæ illæ non te faciunt ſuperbum, aut violentum, ſed ſecundùm quod potes das pauperibus,
dominus es ac rex diuitiarum tuarum, non ſeruus; quia non te diuitiæ tenent tuæ, ſed tu
d Hom. 7. de pœnit. *diuitias.* Quamobrem diuitiarum deſpectores, &, vt ipſe ait[d], deriſores, diuitiis ſuis
corona inſigniti procedunt, *Ipſa eſt regina virtutum, huic multa cum facultate aperiuntur*
cælorum porta, ac velut eorum regina ingrediente, nullus cuſtodum in ipſis portis poſitorum au-
det interrogare, quæ ſit, aut vnde iter agat; magis verò ſuſpiciunt omnes, eleemoſyna enim re- Regina virtutum.
gina omnino eſt, & ſicut nulla maior diſtantia eſt inter perſonas, quàm inter regem &
hominem ex fæce plebis, & ſicut nulla maior diuerſitas eſt, quàm ſapientis & ſtulti; ſic
qui diuitiis inflatus neſcit erogare eleemoſynam, inter obſcuros & ſtultos computatur
Prou. 14. 24. à Sapiente, *fatuitas ſtultorum impudentia. Reuera* (affirmat Chryſoſt.[e]) *amentes & furentes*
e Orat. 7. in epiſt. ad Coloſſenſes. *faciunt diuitiæ.* Et, vt ait Beda, *ſtultorum fatuitas maxima hæc eſt, quia improuidi æternorum de*
præſentibus tantùm commodis gaudent, impudentia enim quaſi improuidentia dicitur. Vnde
Chaldæus, *& decus ſtultorum ſtultitia eorum*, nam diuitiæ quæ fatuitatẽ ſonant, ſicut *Ra-*
cha, Rico Hiſpanè fatuum ſonat, *necio es el rico por tanto deſe priſſa a ſer cuerdo y de limoſyna.*

II. Sacerdotio item omni ſacerdotio veteri excellentiore fungitur vir miſericors, 28.
f Hom. 2. ſecundæ ad Corinth. ex ſententia Chryſoſtomi[f]. *Pecunias enim aſpernari magnitudinem animi gignit, & ſacer-*
dotes conſtituit, & quidem eiuſmodi ſacerdotio fungentes quod ingentem mercedem afferat, nam Sacerdotium veteri excellentius.
qui eleemoſynæ ſtudioſus eſt, non ille quidem talari veſte indutus eſt, verùm humanitatis & cle-
mentiæ ſtola, quæ ſacram illam veſtem ſanctitate ſuperat, conueſtitus eſt (dicente Apoſtolo, In-
duite viſcera miſericordiæ) oleóque delibutus eſt non materiali, ſed ab Spiritu ſancto effecto. Ad
hæc coronam à miſeratione contextã habet, ſicut ait Scriptura, *Qui coronat te in miſeri-*
cordia & miſerationibus: & pro lamina Dei nomen geſtat, imò Dei ſimilitudinem aſſequitur.
Altare autem non ſolùm illo antiquo ſublimius, ſed noſtro etiam excellentius eſt. *Hoc* Altare ſublime.
altare (inquit) *præſenti quoque altari auguſtius eſt, magiſque tremendum (quæſo ne tumul-*
tum excitetis;) hoc enim quo nos vtimur eximium quidem eſt, & admirandum, ob eam vi-
ctimam quæ in ipſo imponitur: illud autem, hoc eſt, hominis miſericordis, non hoc duntaxat
nomine, ſed etiam quia ex ipſa quoque victima, quæ hoc efficit, conſtructum eſt, admiratio-
nem habet; illa enim ara ex ipſis Chriſti membris conflatur. Rurſus hoc altare natura quidem la-
pis eſt; ſanctum verò efficitur poſtquam Chriſti corpus excepit, illud verò, quia Chriſti corpus eſt.
Prou. 11. 25. *Itaque hoc altare, cui tu laicus aſtas, horribilius eſt quàm illud*, &c. Vnde bene per Sapien-
tem dicitur, *Anima quæ benedicit, ipſa impinguabitur, es ſacerdote el limoſnero y viue del*
g Ibid. *pie de altar y tira renta y beneficio pingue. Benedicit quidem ſacerdos populo* (ait Chryſoſt.[g])
hic verò vir miſericors benedictiones diſſeminat, teſtis eſt Paulus, *Qui ſeminat*, inquit, *in be-*
nedictionibus, benedictiones illas, quæ ad benedicentem redeunt, de benedictionibus & metet:
ſacrificium autem, imò Euchariſtia dici poſſet, quia gratiarum actio eſt eleemoſyna, vt Sacrificium eſt eleemoſyna.
ibidem aſſerit, quia & ad benedicendum (*& ideo calix benedictionis dicitur*) & ad agendas
ex animo gratias Deum permouet. Itaque miſericors in pauperis altari ſuam quoque
Cap. 6. 7. immolat Euchariſtiam. Vnde quid mirum ſi per Oſeam ait Dominus, *Miſericordiam*
Prou. 16. 5. *volo, & non ſacrificium.* nam, vt ait Sapiens, *initium vitæ bonæ facere iuſtitiam: es co-*
mo mandar decir vna miſſa pro iter agentibus, y dar buen principio al viaje del cielo, initium
viæ bonæ facere eleemoſynam. Accepta eſt autem apud Deum magis quàm immolare victimas.
h Hom. 5. in Matth. Quid ſi ſtupendum quid addam, ait Chryſoſtomus[h], *vis corpus Chriſti honorare, non*
deſpicias ipſum nudum, neque hîc etiam in Eccleſia ſericis pannis induas, foris autem frigore ac
nuditate confici negligas. Qui enim dixit: Hoc eſt corpus meum, & rem ſimul cum verbo con-
fecit, idem dixit: Eſurientem me vidiſtis, & non cibaſtis, & in quantum non feciſtis vni
eorum minimorum, nec mihi feciſtis: hoc certè corpus Chriſti non amictu, ſed anima munda
indiget, illud autem multa cura & magna diligentia eget. Reſponde mihi quænam vtilitas eſt
ſi cum menſa illius ſacrificij multis calicibus aureis ornatur, ipſemet inedia pereat? priùs igitur
ipſum eſurientem ſatura, deinde ex quadam ſuperabundantia menſam eius ornabis. Calicem
aureum facis, & aqua frigida calicem ei non præbes, & quod inde emolumentum conſequetur?
Coopertoria menſæ auro nitent, & ipſi neceſſaria velamina negas. Quid igitur ipſi præ-
bes? dic oro ſi quem fame pereuntem videres, nec cibo ſoluere ipſius famem curares, ſed

multo auro argentóque menſam illius exornares, quas putas illum gratias tibi habiturum? An potiùs indignaturum? Quid porrò ſi veſtibus detritis ac pertuſis veſtitum, & frigore congelatum hominem aſpiceres, nec veſtem illi præparares, nihilominus aureas ſtatuas in decorem illius erigeres: nonne contemnere atque irridere ipſum videreris? Ita te oportet in Chriſto etiam cogitare, cùm errabundus ac peregrinus circumuagetur tecto indigens, tunc tu ipſum quidem excipis; & tamen vermiculato emblemate pauimenta exornas, magnificos muros conſtruis, columnarum capita erigis, lychnos ab argenteis catenis dependere facis. Nec verò prohibeo magnifica templa condere, ſed hæc ante illa facere moneo.

29. III. Meriti autem ingentem cumulum miſericordia obtinet, nam non ſolùm magnam diuitiarum acceſſionem facit, vt ait Sapiens, *Benedictio Domini ſuper caput iuſti*, id eſt, affluentia bonorum omnium iuſto eueniet; *quia qui miſeretur pauperi, fœneratur Domino.* In quæ verba ait Baſilius [a], *Quando pauperi das in Domini gratiam, idipſum & donum & fœnus eſt; donum quidem quòd à paupere fœnus & mutuum ob Domini munificam liberalitatem, qui parua per paupere͞ cùm acceperit, maxima pro ipſis retribuet; qui enim pauperis miſeretur, Deo fœnerat. Non vis vniuerſorum Dominum tibi ad ſolutionem auctoratum habere?* Itaque non loquor de hoc merito, ſed de illo quod pro omnibus iuſtis quos alit miſericors mereri dicitur, ait enim Dominus, *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet, & qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet.* Vides quanta ſit eleemoſynæ poteſtas, ait Chryſoſtomus [b], ſi quemuis alueris tuis impenſis, perinde tibi eius actiones aſcribuntur, ac ſi illa omnia tuis operibus perfeciſſes? ſi enim ſuadens & imperans ea quodammodo gerere dicitur, quæ præſtare ſuadet, aut imperat, longè melius idipſum de eo qui alitur enuntiare licet. Qui ergo alit Prophetam, vtique prophetat. Concionatorem cibans concionatur, religioſum alimentis donans, quodammodo etiam religioſus eſt. Quòd ſi alis fabrum? Quid ſi iuſtum? *mercedem iuſti accipiet.* Quod diſertis verbis aſſerit Epiphanius in verba illa Lucæ 14.13. *Si facis conuiuium, voca pauperes, debiles ac cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum.* Subdit ille, *Tu quidem vitam & beatitudinem pro tali merito accipies, interim verò arrhabonis loco tantundem pretij capies, quantum illi, quos ſublenas, quia laborare non poſſunt, reciperent ſi laborarent.* Vnde iam facilè quartum illud quod propoſuimus ſequitur.

Prou. 10.6.

a In Pſ. 14. Hom. in dites ſcentes auaros.

b Hom. 16. in Mat. 10. 14.

30. IV. Omnium enim beatorum coronas ſibi vendicat vna miſericordia, vt ex verbis Sapientis elici poſſe ait Chryſoſtomus [c], *Corona ſapientum diuitiæ eorum*; immarceſcibiles enim coronæ miſericordibus aſſeruantur. Contrà verò omnis coronæ expertem futurum qui miſericordiam non colit, quia triplicem illam laureolam ſanctorum minimè meretur. Virginitatis altera eſt, hanc autem quis vnquā ſine miſericordia peperit, cùm virgines illæ quinque fatuæ etſi virgines erant, à regno tamen, quia oleum miſericordiæ non ſeruarunt excluſæ ſunt. Secunda eſt martyrij, à qua immiſericors longiſſimè abeſt. *Quomodo enim* (ait Chryſoſtomus) *ſanguinem ſuum profundet, qui pecunias ſuas pro Chriſto effundere timet*, ab illa enim rerum abdicatione ad martyrium via parabatur ſanctis. Vnde ſicut adamas, qui facilè auro tegi & inſeri patitur, ferrum abiicit; ſic homo cui diuitiæ cordi ſunt, ferrū, enſes, gladios & reliqua martyrij ferramenta reſpuit, qua de cauſa fortè à ciuitate Hieruſalē adamas & à pectorali ſacerdotis pellitur, maximè cùm in Apocalypſi de renuntiandis terrenis & libenter mortem obeundi doctrina traditur. Tertia Doctorum laureola ſapientiæ eſt, & pro ſapientia eſt miſericordia, illáque decoratur homo, *corona ſapientum diuitiæ eorum.* Quamobrem cùm de diſtribuendis coronis agendum eſt, hæc minima in memoriam reuocantur, & in indicium inferuntur. *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum*, id eſt, coronas, *eſuriui enim & dediſtis mihi manducare*, vt notum ſit mundo, quia licèt aliæ ſint coronæ adipiſcendæ cauſæ, tamen omnibus miſericordia annexa eſt, & copulata eſſe debet, ideo perinde eſt rationem exigere per opera miſericordiæ, ac per alia opera, cùm ipſis quaſi oleum diffuſa ſit. Vnde inſignia Chriſtiani hominis etiam cùm inter beatos annumeratur, *miſericordia & eleemoſyna ſunt.* Vnde Sapiens, *Miſericordia & veritas non te deſerant: circunda eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui.* quibus verbis Chryſoſt. [d] aliam de eleemoſyna ſententiā inſerit. *Eleemoſyna & fides ſint tibi vera.* Sicut ergo decet corona miſericordes, ſic *etiam torques & bullæ*, quæ à viris geri ſolebant, vt ait D. Iſidorus [e]; à fœminis verò monilia, & catellæ, quia torques erat principatus nota, & liberalitatem principis denotans, *largitas enim*, vt ait Ariſtot. & Lactantius, *liberalitas & magnificentia regiæ laudes ſunt.* Eleemoſyna tantæ maieſtatis plena procedit, vt vel in cælo ipſo imperet, vt eleganter ſicut reliqua ex Chryſoſtomo [f] excipiemus. *Huic portæ cæli aperiuntur, & veluti*

Omnium beatorum coronas ſibi vendicat eleemoſyna.

c Hom. 55. ad popul.

d Hom. 1. in epiſt. ad Philippenſ.

e Lib. 19. originum.

Regiæ maieſtas eleemoſyna.

f Hom. 32. in epiſt. ad Hebr.

regina

regina intrante nullus ianitorum, nullus cuſtodum qui portis aſsiſtunt audet dicere, quæ es tu, &c. ſed ſicut Chriſtus irrumpit penetrat, *aperite portas principes veſtras.* Nec rogant ſicut Chriſto, *Quis eſt iſte rex gloriæ?* non audent dicere, *quis es tu?* Reginæ enim ootam gerit.

V. Portò etiam ea ipſa quæ miſericors elargitur ſibiipſi cumulatiùs acquirit. 31.
Et licèt certa eſt huius promiſſionis ſeotentia, à Sapiente tamen eam audire, & enucleatiùs explicare oportet. *Anima quæ benedicit impinguabitur, & qui inebriat, ipſe inebriabitur.* Caietanus clariùs, *& qui ſatiat pauperes, ipſe ſatiabitur*; eſt enim altiſſimæ prouidentiæ Dei argumentum fontium perennitas, maximè eorum qui è ſublimi loco manant, quòd non poſſet fieri niſi fontes ipſi irrigarentur à Deo. Quamobtem viros miſericordes denotant, vt ait Chryſoſtomus [a], *fontes ex quibus irrigua ducitur aqua in ſummis locis debent oriri. Igitur ſimus & nos animo ſublimes, & ſtatim miſericordia diffluet. Non poteſt enim fieri ſummam animam & diuitias contemnentem, non etiam miſericordem eſſe.* Vnde intelligemus quare Deus largiſſimè iubeat erogare eleemoſynas, & quaſi ad indigentiam redigit miſericordes; quemadmodum legimus feciſſe in conuiuio illo quod iuxta mare Galilææ habuit, vbi poterat curtam illam annonam quinque panum non penitus diſtribuere, ſed noluit, vt vel vnum panem ſibi reſeruarent, ſciebat enim quàm copioſè erat multiplicandus. Hoc ipſum feriò iubet Eccleſiaſtes 11. *Da partem ſeptem, nec non & octo, quia ignoras quid futurum ſit mali ſuper terram.* Nam panis vnus in nouem partes frangi poterat, & antequam excoqueretur nouem lineis diuidebatur, vnde non gladio, ſed fractione indigebat, vt de more ſuo loquitur Scriptura, *frangere*, & *fractionem panis*, dicens; iubet ergo Deus, da ſeptem partes pauperi, imò ſi tibi neceſſariæ videntur duæ reliquæ, da vnam earum, *necnon & octo*, ſatis erit tibi nona pars, non minus arduum & difficile impoſuit præceptum viduæ illi Sarephtanæ, ait enim ad Eliam, *Præcepi enim ibi mulieri viduæ, vt paſcat te*; pergit & reperit viduam quidem, ſed quæ panem non habebat, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria, & paulułum olei in lecytho. Quid hoc Domine? largiori cibo ſoles tu excipere ſeruos tuos, imò ex eorum abundantia inopiam aliorum ſupplere; quorſum enim putamus incredibilem illam Ægypti vbertatem fuiſſe, num ad alendam Ægyptum? certè primò & per ſe ad filios & familiam Iacob alendam prouiſa fuit, *vt eſcas ad viuendum habere poſſitis*, vt prudentiſſimus Ioſeph cognouit, ſeptem illos annos vbertatis Dei populum reſpexiſſe. 32.
Nunc ergo quorſum Prophetam mittit ad indigentiſſimam viduam, & ſub præcepto iniungit quod ipſa nequit explere? Cæterùm ideo tenuiſſimæ & exhauſtæ viduæ præceptum dandi imponitur, vt quo maior eſt inopia, eo charitas dantis magis effulgeat; quare illud, *præcepi*, non vim præcepti putemus habere, ſed quaſi diſpoſuiſſe cor viduæ per amorem & charitatem, vt ipſa non iuſſa, nec coacta, ſed libens id quod Deus volebat impleret, *ella lo hara como ſi yo ſelo hubiera mandado.* Huius autem rei non leue argumentum eſt viduam, vt notat Abulenſis, non cognouiſſe Eliam, quem quidem agnoſceret ſi expreſſum ipſi dediſſet præceptum Deus vt nos ex hoc euentu duo erga eleemoſynæ largitionem documenta ſuſcipiamus. Primum eſt, quàm largos & generoſos animos poſcit miſericordia quæ magis in animo, quàm in ipſa largitione conſiſtit. Secundum, nihil perire quod per manus miſericordiæ diſpenſatur, ſed potiùs vberiùs & abundantiùs accreſcit. *Hydria farinæ* (inquit) *non deficiet, & lecythus olei non imminuetur vſque ad diem in qua Dominus daturus eſt pluuiam ſuper terram.* Verùm vt mirabilis illa abundantia ex largitione pauxilli farinæ manaſſe crederetur, ait Propheta, *Mihi primum fac de ipſa farinula ſubcinericium panem, tibi autem & filio tuo facies poſtea.* Quid iubes Propheta, vnam tantùm buccellam habet ſibi & filio, & hanc tu priùs deuorare vis. Minimè, inquit, ſed cumulare, imò & fontem olei, & theſaurum farinæ aperire. *Hæc autem dicit Dominus Deus Iſrael, hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur.* Puteum iſtum indeficientem indicare videtur Sapiens, dum ait, *vena vitæ os iuſti, os autem impiorum operit iniquitatem*; vbi Septuaginta extulerunt, *Vena vitæ in manu iuſti, os autem impiorum operit perditio*; fons enim vitæ, id eſt, perennis & ſaliens in vitam æternam, hoc eſt, æternum, & ſine fine, in manu iuſti, hoc eſt, miſericordis ſcaturit, vnde pauperes hauriant copioſiſſimas miſericordias. Vnde explicantur duo loca Apoſtoli, primus locus ad Rom. monentis, *Qui tribuit in ſimplicitate*, certè aptiùs diceres in largitate, aut in charitate. Cæterùm ſapientiſſimè dixiſſe notat vnus ex Græcis Patribus, eſt formica auaritiæ & ſagacitatis

Prou. 11. 25.

Non amittuntur bona quæ per eleemoſynā dantur.

[a] Hom. 23. in Acta Apoſt.

Iſai 5. 8. Thren. 4. 4. Mat. 14. 14.

3. Reg. 17. 9.

Gen. 45.

Miſericordia magnificos requirit animos.

Prou. 10. 11.

Baſilius homil. in diteſcentes auaros.

Digitized by Google

tis malitiæque ſymbolum, nec ineptè quidem, nam eius ingenij eſt vt granum
Quid ſit tribuere in ſimplicitate. tritici edat ex ea parte, in qua vim renaſcendi habet; ita pariter panis numi
oleum & farina vim habent, nempe intentionem rectam, & largitionem, per
quam in vitam æternam renaſci & durare valeant, formica diuitis extenuat, &
tollit hanc vim augendi ſe, & in vitam perpetuam perdurandi: tu ergo qui
tribuis tribue, ſicut vidua illa in ſimplicitate, formica enim eſt quæ aquas &
humiditatem timet, ne granum enaſcatur; tu verò *mitte panem tuum ſuper* (hoc
eſt, iuxta) *tranſeuntes aquas, donde ay agua de pie, quia poſt multa tempora inuenies* Eccl. 11.
33. *illum.* Alter locus eſt ex 2. *ad Corinth.* 8. 2. Qui agens de pietate fidelium Macedo-
niæ ait, *Altiſſima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum.* Quæ ver-
ba explicat Theodoretus & Chryſoſtomus, de inexhauſta virtute & abundantia
Puteus inexhauſtus eleemoſyna & pietas. miſericordiæ, quæ inſtar putei, quo magis hauritur, nouas accipit & continet
aquas, & quo altior eſt, eo copioſior, & quaſi materna vbera, quæ quo magis
lactant filium, eo vberiori lacte redundant; ideo ſancti Doctores hoc genus largi-
taris perſuadent. Baſilius proximè citatus. Vt putei continuò exhauſti & copio-
ſiore & dulciore admodum aqua fluunt, dimiſſi verò & quieti facilè putent.; ſic
& opes conditæ quieſcentes inutiles: motæ verò & tranſlatæ copioſiùs af-
fluunt, publicúmque commodum & fructum pariunt. Ita etiam ait Clem. Alexan-
drinus [a], largitio quæ eſt bonus fons benignitatis, potum ſitientibus communicans [a] 1 Pædagog. c. 7.
rurſus augetur & repletur. Sic etiam Chryſoſtomus: Fontes quo magis purgantur cla-
riores ſunt: ſic ſanè & nos quo magis inſumemus, tanto magis bona ſcaturient;
qui fontem habet non timet. Si igitur & nos habuerimus eleemoſynam fontem, non
timebimus? ex hoc fonte lapides promanant pretioſi, &c. maximè autem Chryſo-
ſtomus, qui & fontem inexhauſtum vocat pietatem, & ad tria ad inſtar fontis
vtiliſſimam, *etenim & ad potum, ad irrigationem, ad ædificium, ad omnia vtilis eſt iſte
fons:* ideo ex ſententia Platonis fons in meditullio vrbis collocari iuuat. Ita elee-
moſyna ad ſitim extingendam, ad irrigationem, *& quia qui præſtant eleemoſynam, in
cælo ædificant domos, & tabernacula. Eleemoſyna artifex eſt, ipſa aqua eſt.* Vide alia in
Chryſoſtomo [b] elegantiſſima. Vides quo pacto quæ Deo & pauperi damus apud [b] Hom 55. ad populū.
nos manent, & melioris quidem conditionis. Et tunc maximè cùm ipſi Chriſto ſub-
uenimus, nam & ipſe indigens factus eſt, *Rex tuus venit tibi pauper*, vt illius ino-
pia nos diuites faceret. Quemadmodum cùm fratres Ioſeph venerunt ad emendum
triticum, & vnicuique in ore ſacculi pretium tritici ſuppoſuit œconomus, ô quali
ſtupore perfuſi ſunt cùm ſuper frumento numos inuenerunt. *Quidnam eſt hoc quod
fecit nobis Deus?* Deus Deus vtique fecit hoc, non homo, vel talis eſt homo ille
vt diuinos mores imitando Saluatorem mundi & nomine & opere præſignet. Pau-
per itaque venit Rex noſter, vt ſiquid à te poſtulauerit, nulla alia re quàm ſeipſo
retribuendum putes, *el ſe dara a ſi miſmo por lo que a el le dieres ſi es vn pan ſolo por
vn pan le puedes hacer tuyo.* Si enim debitor dicta die non ſoluit, manet ſeruus cre-
ditoris, ideoquo Phariſæi & publicani exigui dono ſeruos ſibi faciunt in ſempi-
ternum, vt vidua illa clamans ad Eliſæum aiebat, *Ecce creditor venit vt tollat duos
Eadem quæ dat eleemoſyna reddit, & inſuper ſeipſo dat Deus.* *filios meos ad ſeruiendum ſibi.* Nunc igitur Rex noſter pullum & aſinam poſtulat, &
his opus habere ait. Quorſum pauper Rex poſtulat, niſi vt eos reddat; & Deum in-
ſuper quod ita factum eſt, *nam & eum deſuper ſedere fecerunt.* Sicut cùm poſtular filium
dilectum Iſaac in holocauſtum, id eſt, penitus mihi da, concedit Abraham, & con-
feſtim Deus & filium reddit, & inſuper filium ſuum venturum promittit; non amit-
tuntur, quæ ex miſericordia donantur.

34. VII. & VIII. Vita & mors in manu miſericordis ſita ſunt, vt expreſsè Pau-
lus, *Promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt, & futuræ.* In hac firmaſſe videntur Pa-
triarchæ, imò & mater Dei venturi Meſſiæ ſpem, vitam & longæuos annos, de hac
enim Virgine aiebat Ambroſius [c], *in prece pauperis ſpem reponens erat*, commune [c] Lib. 1. de Virg
eſt enim pauperibus, bona precari à Deo; largientibus itaque illa in qua omnes
Vita & mors in manu miſericordis ſita eſt. ſperamus, & ſperabant omnes Prophetæ, vt fatetur vnus Dauid, *Reſpice in me, & mi-
ſerere mei: da imperium tuum puero tuo, & ſaluum fac filium ancillæ tuæ.* Auguſti-
nus rogat, *Cuius ancillæ, niſi illius quæ dixit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm
verbum tuum.* Omnes itaque ſpes in modum catenæ in vno annulo, in Ma-
ria nempe continebantur. Maria autem, cui innitebatur, *in prece pauperis ſpem repone-
Eleemoſynam quantì fecerit Virgo.* *bat*, in verbo illo quo pauper gratiam & longæuos annos precatur diuiti. Et quia de
longa vita miſericordis viri alibi diximus, de morte aliquid ſubiiciamus. *Sola mi-
ſericordia*

Digitized by Google

ſericordia, ait Auguſtinus, *comes eſt defunctorum; Domini enim ſunt exitus mortis, es ſeñor de los puertos ſecos donde examinan las guardas al que paſa y ala mercaduria*; bona verò per eleemoſynam elargita impunè in Regnum cælorum inuehuntur. Cæterùm à propria & aliena morte liberat, de aliena loquatur Chryſoſtomus [a]: Hæc eſt maior gratia quàm mortuos ſuſcitare, eſurientem *paſcere Chriſtum: hic enim ipſe Deo debes, in eleemoſyna verò Deum habes debitorem*; de propria Tobias apertiſſimè loquitur. *Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna magis, quàm theſauros auri recondere; quoniam eleemoſyna à morte liberat*, diuites enim ſuis facultatibus ruentur vitas illorum, *quos ſi non paviſti, occidiſti*, vt aiebat Auguſtinus, & Salomon indicauit. *Non proderunt theſauri impietatis*, vel, vt alij legunt, *non proderunt theſauri reis mortis* (æternæ,) *iuſtitia autem liberabit à morte*, hoc eſt, eleemoſyna, *Prou.* 10. 2.

a Hom. 36. ad Pop.

IX. Verùm iam expectas, minuátne eleemoſyna, aut purgatorias ſubterfugiat flammas? certè non pœnas ſolùm, ſed pœnitentiam quodammodo compenſat, vel ſaltim maximè iuuat; ait enim in primis Chryſoſtomus, *medicamentum validum eſſe quod maximè ad pœnitentiam operetur, hoc eſt, & ſicut in præceptis medicinæ multas quidem herbas accipiens, vnam autem dominantiſſimam, ſic & in pœnitentia iſta herba dominatur, & potentior eſt, & vniuerſum ipſa efficit, date eleemoſynam*, ait Scriptura, *& vniuerſa munda ſunt vobis.* Nam licèt hæ promiſſiones, vtpote ingentes & effuſiſſimæ, in Scriptura à Deo factæ, vt monet Auguſtinus, temperandæ aliquantum ſint, ita vt condonare peccata, emundare animos & redimere, de impetratione gratiæ intelligi debeant; tamen non leuis ſuſpicio eſt grauiſſimi Doctoris ſuſpicantis Deum apud ſe firmiſſimo ac rato decreto conſtituiſſe, vt nullus largus in eleemoſynis, in peccato impœnitens decedat.

35. *Impetrat à Deo dolorem & veram pœnitentiam.*

b Ser. 164.

Purgaturij porrò flammas minuere eleganter, vt ſolet, Chryſologus [b] affirmat. *Illius gemitus Deus non requirit, qui pro ſe gemitus pauperum redemerit, al que compra para ſi los gemidos del pobre no le pedira Dios gemidos ſuyos.* Vocat gemitus pauperis omnes pœnas, & calamitates, quas ſecum affert paupertas: gemitus autem peccatoris nuncupat ſatisfactoria opera pœnitentiæ, *compara el ay del pobre con ay del dolor y penitencia*, & in primis ſtatuit vt certum quidquid pauper patitur, idipſum debere pati peccatorem, videlicet gemere debebat peccator; hoc præſtat pauper, deberet humi cubare, ſic ſomnum capit pauper, deberet ieiunio macerare corpus, hoc ipſum ex inopia patitur pauper. In quo igitur eſt diuina hæc ars & induſtria, has pœnas debebat peccator, vel in hoc ſeculo, vel in futuro, conuenit pauperes, & paciſcitur cum illo: En ô frater, do lectum mollem, da mihi gemitus tuos. En tibi panem offero, da mihi dolores, & famem tuam, ede, ſile, dormi, oblectare, & ceſſa à gemitibus. Venit dies rationis, & ait Iudex diuinus, redde rationem ô peccator, tanti debiti, vbi ſunt ieiunia, vbi corporis maceratio, lacrymæ. O Domine, hæc ego exhibere debebam, ſed meliori pecunia & in aureos numos commutaui, nam tu ſolutionem à me faciendam, in paupere aſſignaſti, & quod tibi reddere debebam, pauperi dedi, noli bis idem debitum exigere. *Ergo illius gemitus Deus non requirit, qui pro ſe gemitus pauperum redemerit.* Quis non ſua liberaliter impendit, hæc debita ſoluendo, futuras pœnas redimendo, flammas & dolores mortiferos tenuiſſimis munuſculis commutando? *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, el ſe entiende lo que haze; in die mala liberabit eum Dominus, haze ſu negocio, reſcata ſu captiuerio y hazeſe las exequias en vida*, & chirographa & codices præparat contra codices quos in die iudicij contra ipſum depromer dæmon, dicétque iudex, *Dediſtis mihi, dediſtis mihi, dediſtis mihi manducare, viſitaſtis me. Ergo Rex* (ait Daniel) *conſilium meum placeat, peccata tua eleemoſynis redime.* Ne tamen per hoc licentiùs peccata committere audeas, nec remiſſiùs pro pœnis ſatisfacias, non enim abutendum nobis eſt pietate diuina, vt de ſorore ſua Gorgonia obſeruat Nazianzenus [c]. *Non virtute vitium ſanant, ſed vitium virtute commutant*; & Lactantius [d], *Nec tamen* (inquit) *quia peccata largitione tolluntur, dari tibi licentiam peccandi putes: abolentur autem ſi Deo largiaris; quia peccaueras.* Et Auguſtinus [e], *In melius quippe eſt vita mutanda, & per eleemoſynas de præteritis eſt propitiandus Deus, non ad hoc emendus quodammodo, vt ea ſemper liceat impunè committere.*

36. *Pœnas purgatorij compenſat.*

Cap. 4.

c Orat. in morte Gorgoniæ.
d Lib. 9. cap. 13.
e Enchiri. cap 69.

X. Cæli autem ingreſſum non ego, ſed os ſapientis & Ambroſianum pandat. *Subſtantia diuitis vrbs fortitudinis eius.* Ambroſius, *Subſtantia* (inquit) *diuitis vrbs fortitudinis eius: id eſt, vrbs cæleſtis Hieruſalem, quam diues ingreditur, bona ſua & fortunas pauperibus liberaliter*

Prou. 10. 15.

liberaliter, effuſè diſtribuens. Reliqui enim qui cælum intrant, vi & mortificatione expugnant vrbem. *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* nam tormentis indigent, ieiuniis, cruciatibus; at quis vidit panibus exturbari turres, mœnia dirui, & demoliri poſſe epulis, potu, cibo & veſtitu, aut proiectis numis? diuites quidem ſic obtinent cæleſtem vrbem, *quia ſubſtantia diuitis vrbs fortitudinis eius*, iter ad cælum præparat, & ablato onere diuitiarum per miſericordiam ad cæleſtem patriam expeditus properatur.

VERBVM PATRIS.
Ezech. 1. verſ. 3.

Factum eſt verbum Domini ad Ezechielem filium Buzi ſacerdotem in terra Chaldæorum, &c.

Diuina ſua prouidentia, conſilio, manu, oculis, nunquam homini defuiſſe, contra diffidentiam euincit.

DISCVRSVS CXXXVI.

Diuina prouidentia fide & doctrina imbuda eſt pueritia & ſenectus.

1. DE diuina prouidentia licèt non me purem obligatum ad ſermonem inſtituendum; tum quia, ſi benè memini, doctrina iſta Chriſtiano digna, ſatis à nobis in pueritia imbutus es: tum etiam, quia ſenem virum maximè decet diuinæ tutelæ præclara iam eruditiooe expolitum, alios informare, & diuiniſſimo huius doctrinæ lacte nutrire: ſed dum iam in hunc ſumus diuini verbi campum ingreſſi, non abs re erit in diuinæ gubernationis, velut amœniſſimis pratis, diutiùs te (ô ſenex) detinere. Principiò autem verba Ruperti [a] præfabor, quibus rem omnem attigiſſe videtur. Principatum videlicet nullum hominum humiliter ferre poſſe: *ſoli ergo Dei Verbo conuenit principatus.* Sententiæ huius cauſam cequirens, obſeruaui, humanas dignitates nequaquam aliquibus congruere, videas enim ad quatuor ſufficientiæ gradus quatuordecim dignitatis gradus imponi. Vnde neceſſe eſt inelegaotes & incompoſitos eſſe in eminentiori loco, cùm veſtis non concinnè, & pro meritis aptata, ſed quaſi mutuata ſit; quare hos Ægyptij *malè præcinctos* nuncupabant; *deſaſeados; porque la dignidad, o por corta, o por ancha, no les aſſienta.* Videtur mihi hominibos contingere, quod lunæ refertur contigiſſe. Euocata enim ad nuptias cæleſtes deorum, de veſte oona ſolicita vocat ſartorem ad veſtem conficiendam. Iubet lunam ſtare recto & excelſo corpore, & metitur parte cinguli longitudinem, & craſſitudinem. Et licèt tela pretioſa multa erat, latéque explicata; tamen quia luna erat deficiens, tunc veſtem incidit, & diſſecuit debitâ ac legitimâ corporis proportione. Poſt quindecim autem dies ecce lunâ accretione lucis plenâ factâ, anguſtiſſima breuiſſimaque veſtis inuenta eſt, & ad tantam molem corporis incongrua. Nouam adhibet curam, nouam è veſtigio artem metiendo, infert forfices in mediam telam, & magnum paludamentum conficit. Prorogauit opus per quindecim dies; & cùm venit, vt exploraret aptáne eſſet veſtis, & benè inſideret corpori; iam luna

a De glorificat. Trinit. lib. 9. c. 12.

Impares ſunt humanæ vires ad ſuſtinendũ principatum.

Indigni ad dignitates cum aſſumuntur inelegantes ſunt.

2. decreſcens, veſte omnino obſcurata, laxiori, quàm opus erat, paludamento obducta, lucem mortalibus denegabat. Certè indigno nunquam benè dignitates aptabis; vel quia laxior meritis, vel quia anguſtior. *Soli ergo Dei verbo conuenit principatus.* Feſtiuiſſimo conuiuio exultat cælum, & Eccleſia mater lætitia geſtit; vincit omnes profanos huius conuiuij apparatus, inuitat Chriſtus: *abiit Ieſus*; inuitati mille quinqoe viri, demptis mulieribus, *numero quaſi quinque millia.* Locus aptiſſimus, campus; *trans mare Galilææ*: miniſtrant Apoſtoli; cibi optimi, qui mari terráque inueniri potuere, *panes & piſces*; durat prandium vſqoe ad ſatietatem: *vt autem adimpleti ſunt*, & vt gratias, vt par erat, referrent, Regem conſtituere conantur. Agamus de paludamento, vocetur melior ſartor Galilææ, purpura adaptetur; certè anguſta eſt nimis, amplioris principatus dignos eſt, veſte, & coronâ; melius eſt antiquam teneat, quam vidit Iſai. *Quando vidit gloriam eius, & loquutus eſt de Deo*; nam *ex tunc parata eſt ſedes eius*; & ſedes io cælo poſita eſt: *& ea quæ ſub ipſo erant, replebant templum.* hoc eſt, fimbriæ, & dioina prouidentia. Et in editiſſimo loco omnia proſpicit, & totius orbis pauimentum & interuallum occupat. Ad hoc exultans te vocat Eccleſia, & tanti Regis & vatis ſpectanda viſio, in qua Oceanum Scripturarum, (quo nomine vocat Ezechielem Hieron.) myſteriorúmque Dei labyrinthum, & robur Domini, ſpectare licebit.

Indigno nunquam bene dignitates aptantur.

EVANGELII APPLICATIO.

Ioan. 12. 41.

Pſal. 92.

Ampliſſima diuina prouidentia.

Ad erudiendum hominem, & proiectas mortalium cogitationes ſoluendas, quas contra diuinã prouidentiam in humanis euentibus mente concipiunt, & verbis iactare ſolent, in ſolem proceſſit, imò in aciem dimicationémque prodiit Deus, facta ad hoc mirabili oſtenſione gloriæ coram Ezechiele, in qua, quaſi in hieroglyphico (vt explicant Hebræi, & Græci Patres) conſummatæ perfectionis gubernationem, prouidentiam, & ſolicitam, miniméque dormientem erga hominem curam manifeſtaret. Viſionis argumentum triumphus eſt prouidi Gubernatoris & Redemptoris; ideo more Imperatorum currui inequitans, & ſolio ſublimi inſidens oſtenditur, inſigniaque victoriæ proferuntur, 3.

Armatur in viſione Deus contra negantes diuinam prouidentiam.

Hebræi, deinde Græci, Origen. Apollinaris, Seuerus, Polychronius.

vt

vt non ad humanam ſeſſionem putes arte factum, ſed ad diuinæ gloriæ oſtentionem, (vt ait Apollinaris) nam materia erat ſapphirina, cælum, ſiue tectum ex ipſo cælo cryſtallino colore Tharſis, qui cæleſtis eſt, arcus vterque iride variegata confecti erant; curtinæ ex ſplendeſcentibus nubibus quaſi ex telis Damaſcenis dilectæ: ornatus non ſimplex, ſed polymitus, non auro intextus, ſed Solis radiis, Phrygio opere, ſtellis ſplendidis gemmatus: plauſtri ſolium firmamentum erat, oculi ſparſi per vniuerſam machinam ſtellas mundi gubernatrices ſignificant. Equi anteriores & poſteriores diuini erant miniſtri, Cherubini vniuerſalis & conſummatæ ſapientiæ ac prouidentiæ inſigniferi, *Reyes de armas del ſoberano Emperador*; inſignia enim eius vnuſquiſque præferebat. Nam cùm bellicus erat currus, miniſtri, equi, & equites armati præcedebant, vt ex ſententia Patrum Græcorum facilè colliges; & ideo dicitur, *facies eorum extenſas eſſe deſuper: lleuanan en el teſtero como las pias Reales las diuiſas y roſtros del Rey diuino.* Procedebant igitur figurâ militum armatorum; in galeæ ſummitate & faſtigio aquila ineſt more Romanorum, & ex vno latere ad aures aperiendas ad terrorem facies leonis, & ex altero facies vituli eſt. Humana facies pulcra eminet inter aquilæ, leonis, & bouis exuuias; quatuor equidem ſymbola, quæ mirificè diuinam in lege gratiæ prouidentiam Redemptoris exprimunt, oculi aquilæ eminentes, alæ extentæ, & ad volandum paratæ, brachia ſub alis extenta in quatuor partes; ac denique vitulina calceamenta quaſi vngula bouis, in quibus perfectiſſima prouidentia conſiſtit, ſapientiæ fortitudine, & æquitate; vbi myſterium. Nota Ezechielem, qui Cherubinos in templo vt vidit, narrauit, nunquam faciem vituli, aut aquilæ parere dixit, ſed omnino deliteſcere: nam ſumma Dei ſapientia, ſummaque beneficentia in admirandis ipſius prouidentiæ facinoribus erant tunc penitus occultæ, donec Deus tandem in ſanctuarium ſuum nos introducere voluit, & multa retegere, & quaternam faciem Cherubinorum manifeſtare. *Labor eſt ante me* (aiebat Dauid) *donec intrem in ſanctuarium Dei.*

Structura curru Ezechielis.

Vide P. Alcaçar c. 4. ver. 7. Apoc. notat. 12. §. 4.

Plin. lib. 10. c. 4.

Quatuor facies animalium.

4\. Rogo tamen interim, quare hæc potiùs quatuor inſignia & exuuias animantium elegit ſibi Dominus, & ſuos ſtipatores in ſigniferos veſtiuit? vt nempe notum ſit, optimum eſſe Regem, & dignitatem illi natam, non datam eſſe: nam currus ſignificabat principatum, vt ex verbis Eliſæi patet, & ipſius populi, qui Eliam hoc nomine compellabant, *Currus Iſrael, & auriga eius.* Oculi diuinam prouidentiam denotant circumquaque aſpicientes. Rota in rota, vel poſt rotam erat, quia lex illa in noſtra erat concludenda, vel poſt legem Euangelium ſubſequendum. Reſtabat vt Regem optimum crederemus, ad hoc huiuſmodi inſignibus veſtitos præmittit ſtipatores. Quod vt meliùs intelligas, memoriam repete loci illius, vbi per ironiam (vt puto) regis iniqui, ſibique placentis imago deſcribitur, *Tria ſunt quæ benè gradiuntur, (a ſu paſſo) & quartum quod incedit feliciter; leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum: gallus ſuccinctus lumbos ſuos, & aries; nec eſt rex qui reſiſtat ei.* (hoc eſt, rex, cui non eſt qui reſiſtat.) *Iſte ſtultus apparuit poſtquam eleuatus eſt.* Et ſi loquitur, & concionatur, errat, *Si enim intellexiſſet, ori ſuo impoſuiſſet manum.* Quaſi diceret Spiritus ſanctus, Rex qui præficitur regno, omnes dotes debet habere bonas, & nullas malas. Sicut cùm pharmacopola in luteo & vitreo vaſe deſtillat ſubſtantiam gallinæ, vbi videas ignem admotum ſenſim ſubſtantiam omnem attenuare, eleuare, & ſtillare; oſſa autem, & auis anatomia, quæ attenuari nequeunt, (*no ſon alambicables los hueſſos*) ibi remanent. Ita diuinus Spiritus vt nobis conſummatiſſimum Imperatorem deſcribat, omnium horum animantium exuuias & facies proponit, vt vnum ſumas, & alterum demas. Quid boni habet aquila? viſus perſpicaciam, & quid mali? rapacitatem: ſume illud, & deme alterum. Quid boni regis habet leo? animoſitatem, nobilitatem; & quid mali? ſæuitiam, & crudelitatem: tolle iſtam, & pone illam. Quid boni habet aries? manſuetudinem, & quid mali? eſſe ceruicoſum, & ſuo cerebro nimium fidere, *teſtarudo*: tolle hoc, & ſume illud. Quid mali habet gallus? gallinæ eſſe filium; & quid boni? ſpiritus excellentiam, vim acrem ad pugnam: ſumas hoc, & pone illud. Quid inſuper in homine eſt laudabilius? humanitas, pietas, & miſeratio; & quid mali? ſalſitas, proditio, fallacia. Et quid denique in boue? ſalacitas; & quid boni? virtus indefeſſa ad iugum, ad onus, ad laborem. Miſce omnia, relictis quæ nocent, & ecce conſtitues regem, perſpicacis ſapientiæ & prouidentiæ, animoſi pectoris, manſueti animi, & ad miſerationem propenſi, qui nec laboribus ſe ſubtrahit, ſicut bus; neque bella refugit, ſicut gallus. Hæc omnia in vno Iacob à Deo collocata obſeruat D. Hieronymus [a], *Peculiaris piorum Iacob laus tota collecta in Iacob tanquam in ſupremo capite prahabetur; omnium enim forma extitit, quia dux, quia pater, quia Dominus, quia perſecutus, laudes omnium tollit, & animum ſubleuat.*

Quorſum hæc quatuor inſignia elegit Deus.

Oculi diuinã denotant prouidentiam.

Prou. 30. 29.

Ironia & ſimulata in iſ vniquiq; regi.

Omnibus expurgatum defectibus eſſe debet Rex.

Regis dotes ſummatim comprehenduntur.

a Epiſt. ad Fabiolam.

5\. Hæc igitur omnia in noſtro ſummo Imperatore, tanquam in ſupremo capite eſſe pura, & ſine fæce, quaſi igne ſpiritus deſtillata, narrat Iſai. *Et vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius*, ecce aquilæ ſapientiam. *Deus fortis*, ecce leonis virtutem ad reſurrectionem. *Pater futuri ſæculi*, ecce pietatem. *Princeps pacis*, ecce vituli finem, & mortem mitiſſimam. Hoc ipſum Paulus, *Qui cùm in forma Dei eſſet*, ecce leoninam virtutem, *habitu inuentus vt homo*, en hominis facilitatem, *vſque ad mortem, mortem autem crucis.* Vides vitulum morientem. *Propter quod & Deus exaltauit illum.* En aquilam in aſcenſione volantem.

DIVISIO DISCVRSVS.

Similitudines quatuor animaliũ Chriſtum exprimunt.

Iſai. 9. 6.

Conſonat D. Paulus.

Philip. 2. 6.

6\. Vnum ſupereſt inquirendum, quare hoſtili curru inequitat, & armati procedunt Cherubini? quæ cauſa belli? qui debellandi? de

Hoſtilibus armis & ſtuporibus procedit Deus contra negantes diuinam prouidentiam.

quo hodierna die triumphum agit? Huic perdifficili quæſtioni reſpondet alter difficilis locus Amos: qui obſeruare iubet, humanum eſſe & frequens in ſacris litteris, homines naturâ imbecilles, in ſolitudine & tribulatione conſtitutos, facilè ad blaſphemandum Dei nomen induci, & ad diuinam tutelam vel negandam, vel contemnendam. Hoc ipſum malum affert proſperitas. Prioris exemplu ſint illi, qui in deſerto Deum exaſperauerunt: poſterioris verò filij Iob, qui, ne in Deum, indulgentiâ cibi & potus blaſphemiam aliquam iactatent, quotidie bonus pater preces ad Deum fundebat. Igitur ruſtico & agreſti cultu mediam ingreditur curiam Samariæ Amos, & aulicorum ſuperbiam & indulgentiam exprobrat, quâ in tantam amantiam prolapſi ſunt, vt verum Deum obliuioni dederint, & nominis ſaltem immemores omnino ſint. Age, deſtruam Samariam, fame, gladio, & peſte pereant, & ita quidem acti & amarâ peſte, vt vix foſſores corpora humare queant. Tunc igitur cùm cadauer pro foribus ſit, vel Propheta, vel pollinctor (vulgò *el ſepulturero o enterrador*) rogabit, *Nunquid adhuc eſt penes te? Ay toda via algun vino o muerto en tu caſa que llevar?* éſtne adhuc aliquis ſepulcro mandandus? Nunc videbo ego, ſintne iſti fideles, ſintne nominis mei memores; credántne ineſſe Deo prouidentiam: *& dicet ei*, reſpondebit tribulatus & afflictus, *tace, & ne recorderis nominis Domini.* Tace (explicant Hieronymus, & Remigius) ait amicus ad amicum, noli reſricare memoriam huius Dei; ſumus idololatræ, & ipſe ineffabile nomen habet, nec eſt qui eius conſilia capiat, nihil niſi iudicium & malum cogitat. Ecce contra iſtam inſipientiam aquilæ facies armata venit, & nomen Iſaiæ *admirabilis, conſiliarius.* Secundus ſenſus eſt Lyræ: Tace, ne exprimas nomen Dei, qui ſic nos vexat, qui vel nequit, vel renuit noſtro ſubuenire malo, aut non videt. En contra iſtam blaſphemiam faciam dextram leonis armatam Dei potentis ſe & ſuos de ſepulcro ſuſcitare; & Iſai. *Deus fortis.* Tertius ſenſus eſt Chaldæi, qui de defunctis intelligit, ſile, comprime lacrymas, ne iſtos deplores, qui fame conſumpti ſunt, quia neſcierunt patrem ſuum, qui eſt in cælis, in bonitate & fiduciâ inuocare,

Blaſphemantes Deum & eius prouidétiam ſtultitiæ arguuntur.

7. *Qui in nomine Domini non preces fundebant*; quos expugnant manus Cherubinorum, & paternum nomen Iſaiæ, *Pater futuri ſaeculi.* Vltimò denique Montanus Prophetam inducit dicentem: Vide iſtos aulicos & optimates ſolo genio indulgentes, ita craſſi & obeſi fiunt, Deique memoria penitus abſtracti, vt ſicut agonizantibus Ieſu Ieſu nomen iteratò & identidem repetimus, & inſtillamus, & vix capiunt, vix excipiunt aure, vix dentibus & frigido ore exprimunt; ita iſti Samariæ principes byſſo & purpurâ induti, lectulis eburneis dormientes, pretioſo vino poti, & meliori cibo pranſi, & ſaginati, cùm oculos ad Deum conuertere velint, iam ſerò ſapient, fugiet enim Deus ab eis, nec in ſui tutelam accipiet, quia nomen eius principale ignorarunt, quod ab Iſaia edocti erant, *Princeps pacis, reconciliador, y que muere por amiſtar a los hombres con Dios.* Ecce vitulina facies, quò reſpicit: ac denique hæc omnia arma in ſacro Euangelio, cuius ipſe Ioannes & Doctor eſt, & interpres, ſignificata veniunt. Nam abſentia Chriſti ab Ieroſolymis, *Abiit Ieſus*, & oculi, quos in eorum indigentiam intendit, *cum ſubleuaſſet oculos Ieſus*, deſperationem ſalutis e cordibus hominum pellit. Alæ illæ, quas citò præparauit in remedium miſericordia tactus, *miſereor ſuper turbam*, diuinam abnegantes prouidentiam debellant. Manus illæ quaternæ, quibus panem diuina virtute multiplicat, diuidit, exſaturat, auaritiam humanam diuitum impiorum trucidat. Illa denique hominis & vituli facies, pedéſque, ſummam eius, paternámque beneficentiam denotant, quâ tandem ambitionem hominum, qui dignitates ampliores & honores auidiſſimè expetunt, cornibus ventilat, & vngula vitulinâ proculcat, & feſtinat ad crucem. Ecce Prophetæ viſionem; ecce veri principis imaginem; ecce tui viri Redemptoris ſimulacrum. Nunc iam procedat bellum, & ad vim & arma veniamus.

Principes & aulici genio indulgentes ſerò ad Deum conuertuntur.

CAPITA DISCVRSVS, ET FRVCTVS INDE EXCERPENDI.

Abiit Ieſus trans mare Galilææ. Cum ſubleuaſſet oculos Ieſus. Iam contra diffidentiam 8.
noſtram conſiliarius admirabilis armat oculos aquilæ deſuper ſpeculantis. Et primò ſapientiam oſtendit in abſentia illa, quam egiſſe videtur à ſuis prædeſtinatis, cùm ſupremum illud donum ab eis abſcondit: *Abiit Ieſus*; & in cogitatione præſcientiæ anxios nos reliquit, *Dios mio, ſi ſoy de vueſtros eſcogidos?* Vide, obſecro, ſumma cum ratione id actum fuiſſe, & altâ conſideratione perpenſum, id enim denotant *facies hominis, & pedes vituli. Eſte Dios que ſe va, haze ſu jornada con mucha razon y conſideracion.* Nam ſi modò dubius de æterno bono (nemo enim ſine peculiari Dei reuelatione poteſt anceps non eſſe, & ex *Eccleſiaſtici* 9. & Tridentina Synodo *ſeſſ. 6. cap.* 12.) peccator ſic dormit, ſic obambulat, ſic terit tempus; quid ſi de ſalute certus eſſet? Sed vt tuus conquieſcat animus, conſidera verba Pauli, quæ vt intelligas, memor ſis, vitam totius Ægypti ex abundantibus Nili inundationibus pendere: ſunt autem anxij habitatores iſti, quia non habent in ſua poteſtate, imò (vt Plinius ait) neque norunt Nili origines & oculos, vnde iſta fœcundiſſima fluenta dimanant? minimè; ſciunt enim, fontanas illas, quæ ab altiſſimis lunæ montibus in interiori Æthiopia effluunt, nunquam defuiſſe Ægypto. *Firmum ergo fundamentum Dei ſtat, nouit Dominus qui ſunt eius.* Et quod eſt fundamentum? actus ille diuinæ voluntatis, quo electos ad gloriam deſtinauit. Vellem ego (inquis) claues habere illius ſecreti abſconditi; erras certè, nam melius quàm Ægyptij experiris redundantem & affluentem donorum & gratiarum copiam; quid ergo anceps es de origine? *Quos prædeſtinauit*, ecce originem, *hos vocauit: & quos vocauit, hos & iuſtificauit.* Ecce inundantes mi

Diuina prouidentia militat contra diffidentiam noſtram.

Prædeſtinationis negotium non eſt cur anxios reddat animoſioſorum.

Explicatur exemplo.

Prædeſtinationis indicia.

ſericordiæ, quid inde inferas? *Hos & glorificabit.* Sed neque veſtigia deſunt verbi Dei prædeſtinantis; animi tranquillitas: *Accepiſtis* (Rom. 8.) *ſpiritum, in quo clamamus, Abba pater.* Vocatio ad religionem; nam, vt ait Bernardus [a], *cella & cælum cognata ſunt*; ingenium facile, ſedem gratiæ, Sapientiæ 8. *Puer fui ingenioſus, & ſortitus ſum animam bonam*: cor, quod alienis miſeriis facilè frangitur, diuini verbi guſtus, inſpirationibus obtemperatio, occaſionum fuga, amor iuſtitiæ, Chriſti imitatio, obſequium & deuotio Virginis, veſtigia ſunt æterni illius beneficij. Sed fortè conſilia eius nobis ignota ſunt, vt eapropter incomprehenſibilitatem admiratione proſequamur. Rationem reddit Nazianzenus [b], *Quid quid enim facilè percipitur, facilè quoque in contemptum venit: quod autem ſupra nos eſt, quo maiore cum difficultate percipi poteſt, eo etiam maiorem ſui admirationem mouet: atque id omne, quod deſiderium noſtrum fugit, cupiditatem exeret.* In ſecunda autem abſentia liquidiùs tibi conſtabit.

a Ad fratr. de monte, col. 6.

b Orat. 16.

9\.

Secundo modo abſens fit Deus in vtilitatem animarum.

Abiit Ieſus, migrat Ieſus à Ieroſolymis ad Galilæam, à Iudæis ad Gentes; & vt hoc ſignificaret, currum iſtum apud Ezechielem militarem aſcendit, & armauit Cherubinos. Putabis ſeueritatem & rigorem eſſe; ſed tetè in ſummam benignitatem & beneficentiam factum eſt, vt Ieroſolyma deſtrueretur. Etenim ab illa vaſtitatis die ferè populus ille ad idololatriæ ſuperſtitionem, in quam propendebat, non redijt, & in legis obſeruantia multo illis fuit diligentior cura; quot Martyres ex illis claruerunt? quanti Doctores? quot denique Apoſtolici viri? Itaque qui rapaces vngues aquilæ conſiderat, & aduncum roſtrum in omnibus conſiliis diuinis ſeueritatem formidat, & eminent oculi diuinæ ſapientiæ, quos homines nequibant opinari. Sed iam clariùs elucet hoc in tertia abſentia, quâ à iuſtis recedit, *Abiit Ieſus*; Domine, quare fugis creaturam tuam? quæ abſentia eſt illa? Vexat (inquit S. Ambroſius) ſuos, vt purget eorum delicta, ſicut Ioſeph, qui ſuos fratres diu ſuſpenſos tenuit: ſic purgandis delictis ſuorum abſens fuit; purgatoriæ enim pœnæ quid aliud ſunt quàm pœnæ cum Dei abſentia? Auguſtinus, vt cùm Ioſeph ſe coram fratribus detegeret, dulcior eſſet, & cumulatior lætitia, quanto enim auidiùs fontem exquirit viator, eo iucundiùs ſitim explet, & exſatiat. *Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.*

Purgat delicta ſeruorum ſuorum Deus per abſentiam ſui.

Abſens fit à peccatoribus vt ſedulò & impenſiùs Deum quærant.

Aliàs etiam ſicut aquila longè volat à peccatoribus admirabili quidem conſilio, vt in tribulatione Deum requirant, ad hoc armat creaturas: *ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius, ſon quadrilleros de Dios*; ſicut cùm *mare ibat, & intumeſcebat*, vt conſilium, mentémque mutaret Ionas. Sed ſtatim *ſtetit in feruore ſuo, ſe aplaco en teniendole preſo.* In hac autem abſentia etſi mare tranſeat, oculos eius ſemper in te coniectos crede; hoc enim canebat quæ benè nouerat ſponſum; *Dilecte mi, aſſimilare capræ, hinnuloque ceruorum ſuper montes Bethel* (hoc eſt, difficiles;) *que aunque va huyendo, buelue el roſtro; y aunque vaya por breñas, el ſagaz caçador le ſaleaa los paſſos*; & qui venatur per ardua & aſpera, ſæpe ſui relinquit veſtigia, vtpute ligulam calcei, lanam inter ſpinas, veſtis particulam, hîc exſpuit, ibi pes lapſum fecit, illic autem ſanguinem fudit; nunquam ſic abſens meus ſponſus, quin per paſſionis ſuæ greſſus & veſtigia ipſum poſſit inueſtigare, ibi veſtem, illic capillos, illic lacrymas, illic ſanguinem ſui quaſi veſtigia reliquit. Hoc ipſum orabat Dauid, *Domine, ne me derelinquas vſquequaque, Dios mio no os me vais, ſin dezar ſeñal ni huella de vos*; vel obſequium Deiparæ, vel ieiunia, vel oratoriæ preces veſtigia ſunt Dei, per hæc aliquando rectam tenebit viam.

10\.

Cant. 2. 17.

Deus dum abſens fit à iuſtis ſemper ſui relinquit veſtigia.

Pſal. 118. 8.

Sed non ſine cauſa fugit peccatorem, pro quo vt certum ſtatuo, à primo inſtanti ſuæ conceptionis Chriſtum Dominum omnes mortalium cogitationes percalluiſſe; & perſpicacitatem iſtam aquilæ Iſai. prædixerat: *Non ſecundum viſionem oculorum iudicabit; no iuzgara por el buen pelo de la capa; neque ſecundum auditum aurium arguet; ni valdran con el albaracas. Tenara grande ſaber, que hara iuſticia contra lo que los ojos ven, y los oidos oyen*: nam ſapientia ſua penetrat abſcondita, & inde fiet, quòd *iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet pro manſuetis terræ*, & pacem in terram inferet; *habitabit lupus cum agno, el matador ſe enfreñara, y el enemigo ſe amiſtaria, y los niños andaran cargados de joyas, ſin que aya ladron que los deſpoje.* Vnde hæc rerum tranquillitas & rectitudo? quia *repleta eſt terra ſcientia Domini: va el aquila encima; egredietur virga; y la vara que no duerme.* Sed omnia potiùs antequam ſint, imò quia futura ſunt, præcognouit; vbi lauda tui Redemptoris clementiam, quia cum turpiſſima mundi peccata præſcierit, quæ peccator ipſe ferre vix poteſt, (*factus ſum mihimetipſi grauis*,) nihilominus & ſe, & gratiam, & ſanguinem obtulit: & qui Iudæ proditionem ſatis perſpectam habet, blanditur, allicit, oſculatur. Vnde amantiſſimus iſte iudex, non quaſi ex inſidiis omnia iſta ſpeculatur. Sic Dauid cecinit: *Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit? ſi vos eſtuuieſſedes acechando los peccados como enemigo, quien podria viuir?* qui enim inſidias parat, præuenit rem antequam eueniat, & ſpectat. Si ergo Deus, qui præſciuit peccata, ſimul inimicè inſidiaretur, & ventura reſpiceret, & ſecundùm futura merita puniret, quis viueret? quibus beneficia præſtaret, qui ex decem leproſis vnum tantùm præſcierat gratias relaturum; quis honore afficeret militem hodie, quem præſcit craſtina die ad hoſtes migraturum? Igitur *non obſeruat*, non inueſtigat, *haze del que no lo vee*, & abſens fit alto & diuino conſilio.

Alto etiã conſilio fugit peccatore, Chriſtus.

Chriſti ſapiẽtia & ad iudicandũ perſpicacitas.

11\.

Præſcientia Dei qualis.

Pſal. 129.

Ex quibus validiſſimum diuinæ prouidentiæ argumentum elicio, quo diffidentiam hominum vincam. Si diuini oculi, etiam cùm à mortalibus recedere videntur, ſedulò in eorum commoda & ſalutem inuigilant; quanto faciliùs, quæ caduca ſunt, ſuppeditabit? qui prædeſtinauit, qui in ipſius peccatis, imò in ipſa vaſtatione & pœna ſalutem & merita auget, & perſpicit, quanto magis tetè in egeſtate conſtitutum & conſiderat, & ſubuenit? Vide quid ad Dauidem ipſe promittit, *Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac, qua gradieris: firmabo te ſuper oculos meos.* Finge cæcum, qui mutuâ ope tranſit fluuium, ſed indiget vidente qui ducat; & ſuper humeros tollit claudum; cæcus ambulat, & claudus videt, & ducit; ſic ſe mutuò iuuant gratia & cooperatio noſtra.

Diuina prouidentia omnia cumulatè prouidet, maximè ad ſalutem neceſſaria.

Simile.

a In Pſal.

ſtia. Ideo Theodoretus [a] explicat, Perge tu Dauid in via æquitatis, & ego oculus præferam, & ſcientiam dabo ingrediendæ viæ rectæ, & in illa perſiſtendi. *Siganme a mi ellos hombres coxos; y mancos, y ciegos, que yo pondere ſobre ellos mis ojos.*

b In Pſal.

Hieronymus [b], *Cogitabo de te oculo meo*, id eſt, promitto tibi attentam, ſeriam ſedulamque curam, & diligenter excogitato, meditatóque conſilio tuis commodis conſulam, *penſare en ti, como ſino tuuieſſe otra coſa en que entender.* Illud *ſuper te*, quem deſignat? Neminem deſignat; atque adeò omnes reſpicit quaſi vnum: nam ſicut eius amor non minuitur, eo quòd omnes amet, ſic neque reſpectus illius in homines minor eſt in ſingulos eorum;

Omnibus ſingulatim proſpicit diuina prouidentia.

Ephes. 5. 2.

& ſicut de amore dixit Paulus, *Dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me*; quid ais Paule? quare tibi arrogas tam grande beneficium? benè eſt, ſed ita propter me ſemetipſum obtulit, quaſi ſolus ego eſſem in mundo. Sic ſuper te (ò vidua pauper) oculos firmat, vt in hoc ſolùm

Simile.

intendere videatur Deus. Conuenerunt pingendi ars & perſpectiua, & tali arte imagini & ſimulacro regis oculos effingunt, vt circumferre in omnes videatur, & ſigillatim in quemlibet oculos defigere. Quod igitur habet imago per artem, præhabet Deus per naturam, ita vt oculis aquilæ omnes etiam receſſus, non domorum, ſed cordium ſpeculetur.

13\. Ac tandem, cui (obſecro) confidas, & cui ſecurius tuum remedium quàm illi? & quid ſi tuis tibi oculis

Cap. 9. 1.

poſſes ſubuenire? Audi ergo Zachariam, *Dei eſt oculus hominis*; ergo tu ipſe habes in te totius ſolatij & remedij principium; quare cùm Deus rogat animam, non oculos poſtulat, ſed

Mutuo Deum reſpicere debemus.

cogitatum, & ſpem, *Iacta cogitatum tuum in Dominum*, oculos enim iam tibi ego mutuaui, *alla me tienes mis ojos, dame en cambio el coraçon.*

c In hunc Pſal.

Iubet autem hic obſeruari Baſilius [c], mutuum eſſe reſpectum inter oculos noſtros, & diuinos; *eſte negocio de confiar pide careo y encuentro con los ojos de Dios*: nam & hodie reſpexit eos, qui eum ſequebantur. *Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum. Quando nos ad eum reſpexerimus, inque ipſum oculi noſtri rectà collineauerint, tunc ad noſtri curam & conſiderationem oculum Dei trahimus*; & ita ait Dauid, *Et in eos qui ſperant in miſericordia eius. Nueſtros ojos ſon el reclamo de ſu prouidencia, nueſtra confiança el ſeñuello de ſu miſericordia.* Vnde ſacra Scriptura fiduciam noſtram menſuram diuinæ pietatis vocat. *Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te; & quoniam in me ſperauit, liberabo eum.* Cùm igitur ſubleuaſſet oculos Ieſus, certam remedij ſpem contulit; ſat enim eſt reſpexiſſe, vt remedia ſperes; *Reſpice in me, & miſerere mei; y todo ſera vno, ver y remediar.*

14\. Sed tamen licèt hac doctrina nihil ſit luculentius, viget adhuc diffidentia, quæ nos cogit tantiſper digladiari. Experior ego (inquit) me iam defatigatum eſſe, & diu oculos in Deum intendiſſe; ſemper autem mea mendicitas viget, in extremam redactus ſum inopiam, & ſpes noſtra extenuari, & euaneſcere incipit.

Diffidentium corda in extrema indigentia excitantur & fulciuntur.

Grauis quidem quæſtio, & quæ difficiles habet explicatus; ſed attende animo, & illud primò vt certum ſtatuam, Deum nequaquam obligatum eſſe tuæ inopiæ cum ſuperfluitate & abundantia ſubuenire, ſed moderatè, ne dicam parcè; non enim Deus ſolùm, ſed omnes Doctores, & quiſque prudens, ſciunt infinita damna, quæ ex nimia rerum affluentia ſolent mortalibus euenire.

Nuſquam Deus ſuperflua dat ad ſalutem, ſed moderata & modeſta.

Quod fuit peccatum ſororis tuæ Sodomæ? Iam dixiſti, Domine, ne amplius quæras, Sodomiticum crimen ſeipſum prodit; *otium & abundantia panis*; inde monſtra illa, inde nobiliſſima illa flagitia naturæ dedecora dimanarunt.

Rerū affluentia genus ſupplicij eſt.

Cùm igitur ſic nociua ſit proſperitas, te illa afficiet Deus? Genus damnationis eſt, ſine modo diuitias permittere eis, quibus præſcit abuſuros. Ad illud autem fateor obligatum Deum, ad tuæ indigentiæ cum modo & menſura ſubueniendum. Audi Iſaiam, *Et erit in die illa, nutriet homo vaccam, bouémque, & duas oues. Tendran los hombres en aquel dichoſo tiempo vna baca paridera, y dos ouejas.*

Cap. 7.

Certè curta ſupellex, & tenue peculium Domine; verùm, ſi rectè conſideres, vberrima; addit enim, *Et præ vbertate lactis comedet butyrum*, hoc eſt, poſtquam abundè fœtus lactauerit, ea erit lactis vbertas, vt butyro coagulando ſit locus, & non iam neceſſitati ſubueniet, ſed indulgentiæ, & delitijs: non eſt ergo exigua abundantia, quæ delitias parit. Si Deus confert vt viuas, & delitioſè viuas, quid amplius expetis? Nam ſi negotiari cœpiſti ſuper quingentos nummos, & ex cenſu & prouentu domum alis, filios, vxorem nutris, ornas, & ſemper manet eadem pecunia, quam aliam maiorem prouidentiam vis experiri? quæ noua miracula poſcis? nonne vides vt ſecundet Deus quæ iuſtè comparantur, & perdat quæ iniuſtè parta ſunt? *Melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas, el poco del iuſto ſatisfaze mas que la abundancia al rico*; proſperat enim Deus, at reliqui *diuites eguerunt, & eſurierunt; inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.*

Quæ iuſtè parantur hæc ſatiant animum & cupiditatem.

Ideo etiam hæc minora bona, & exigua videntur, quia quos viginti (vt ita dicam) Deus ſuſtentare cogitat, ipſi ad faſtum mille adaugent: vnde factum eſt, vt diuinam poteſtatem & voluntatem vſurpent. Oſeas, *Facti ſunt principes eius velut aſſumentes terminos. Van ſe le entrando a Dios en ſu hazienda, no les quiere dar tanto, y ellos porfian.*

Cap. 5. 10.

Cupiditas mortaliū inhiat contra Dei voluntatem.

Statue (ò mortalis homo) tuis cupiditatibus legem, præcide tibi libertatem viuendi, & ſummam licentiam; cùm enim libidines modo & ratione contineas, non Deo aſcribes inopiam, ſed effrænato tuo viuendi modo. Ecce quinque millia vno die ex quinque panibus ſuſtentat Dominus, qui pariter tuam copioſam familiam (ſi modus & modeſtia eſt) ſuſtentabit.

15\.

Velox diuina prouidentia in auxilium & ſubſidium ſuorum.

Miſereor ſuper turbam. Ecce veloces alas, quibus properat ad remedium; nec enim ſine cauſa rotæ currus oculatæ erant, & plenæ oculis per circuitum; quia quò reſpiciebant oculi, ſtatim alæ aduolabant: quod etiam in Pſalmis videas decantatum, *Oculi eius in pauperem reſpiciunt*, vbi alij legunt, *Volatilia eius in pauperes reſpiciunt, en las miſmas alas tenian los ojos* (ex Apocalypſi) *porque en viendo mengua, buelan al remedio*, ideo de illis dicitur [a], *Ibant, & reuertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis* *: quod prius effectum ſortitur, quàm ſit præuiſum. Hanc ipſam celeritatem denotat currus, qui vehitur à velociſſimis Cherubinis, & ſuper alas ventorum; quid enim velocius vento? Adde ergo vento alas, *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus; qui ambulat ſuper pennas ven-*

a Ezec. 1. 14.

*Quæ phraſis eſt Hebr. ad nimiã celeritatē indicandā, & perinde eſt ac ſi diceret velociter progredi, aut regredi rectà via, neque vllis circuitionibus vti ad ea peragenda, ad quæ diuina prouidentia eos deſtinat. P. Alcaçar.

torum

16. *torum; tiene por pages a los vientos, y por carroça las alas de los vientos.* Sed quid miror alas ventorum, quæ tardæ ſunt, & intercalante tempore viam peragunt, velociores ſunt Solis radius, Malach. 2. *Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius*, veniet vobis ſalus cum Sole iuſtitiæ, & vbi ſalutem afferet? in pennis eius: & hæ quàm celeriter iter emetiuntur, dicat Philoſophia, inſtantaneam eſſe totius orbis illuminationem; in puncto enim quoad noſtrum hemiſphærium redit, in fines terræ (meliùs dicam cæli) ſplendor eius perfunditur; pari paſſu maturat ad remedium prouidentia.

Reſpondetur obiectioni. Viget tamen ſecundò impatientia noſtra, aſſerens eam experientia pugnare noſtram orationem, imò cum Euangelio: nam ab altero Euangeliſta verba retuli, *Miſereor ſuper turbam; quia ecce iam triduo ſuſtinent me.* Triduo, Domine, per tres dies ſuſtinent famem; certè vna dies famis turbam poterat in blaſphemiam incitare, quorſum tu nimias nobis celeritates prædicas? *Donde eſta eſſa preſteza de alas y compaſſion, ſi tan tarde acudis a mi remedio?* Aduertas, obſecro, remedium tardare, non ideo quia Deus moram faciat, ſed quia opportunitas, & occaſio præclara nondum venit, dicitur enim Deus *adiutor in opportunitatibus*, quod re & opere oſtendit in nuptiis Canæ Galilææ, cùm à puriſſima matre ſolicitatus, vt properè miraculo facto vini indigentiam suppleret, reſpondit, *Nondum venit hora mea, deuad, madre mia, que llegue a ſu punto la neceſſidad y mi prouidencia*; nondũ enim ſatis perſpectam habent neceſſitatem & defectum vini. *Adiutor in opportunitatibus Deus ad eſt, cùm opus eſt.*

Simile. Mittit in fornacem argentarius aurum, & recedit, & alloquitur tranſeuntes: culpat morã eius tyro, qui folles mouet, Domine, ecce ſplendet iam aurum, ſilet ille, & contextus reprehendit ignorantiam diſcipuli, cùm aurum excipit, & in præparatam formam fundit, & ſubitò imago perfecta emdit; ideo *tanquam aurum in fornace probabit electos Dominus, & in tempore erit reſpectus illorum: in tempore, a la mejor façon del mundo.* Et remedium vocat reſpectũ, eâdem enim velocitate, quâ indigentiam videt (quæ ſumma eſt) eãdem ſubleuat; ſed expectat occaſionem. Vellem ego ſcire, occaſio quæ ſit, & quod tempus? Hæc iam curioſitas eſt, & indigna Chriſtiano, cui dictum eſt: *Non eſt veſtrùm noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate: el ſabe el quando, y el porque.* *Velociſſimè accurrit Deus ad remediũ.*

17. *Vnde ememus panes, vt manducent hi?* Iam *Patrem futuri ſæculi* cura familiæ ſolicitat, iam paterna viſcera manifeſtat. Et quis non tanto parenti confidat? qui etiam ligna campi ſaturat, & cedros Libani, quas plantauit? *Valga (dize David) vn exemplo por mil. Mirad en eſſe campo de Dios las encinas robuſtas, y los altos freſnos: y los verdes y ſanos olmos*, putabis deſertas eſſe? quinimò diuino nomine ſunt inſignitæ; *ſon arboles acotados para el regalo de ſu Mageſtad*; ideo Hieronymus, *Saturabuntur ligna Dei; eſſe campo de Dios, hoc eſt, deſamparado, ſabed que tiene padre y dueño*, támque ſolicitè agricolationi horum incumbit, vt pænè ad æmulationem diuina ſponſa tractationem perſimilem expetat. *Ego flos campi, & lilium conuallium; cuidad de mi como de la flor, que cierta eſtoy que no eſtoy deſamparada. Illic paſſeres nidificabunt. Paſſad a ver las jaulas del gran Rey, que todas eſſas auezillas tienen racion, y viuen a mencion de ſu prouidentia:* vnde bono *Fiducia rationes à minori homines ſperare obligant.*

animo iubet eſſe iuſtos, *Oculi Domini ſuper iuſtos, como ſi no huuiera otra coſa que ver.* Tacitam iſtam prouidentiam docet Cyrillus, & redarguit blaſphemum illud dicendi genus, *Quomodo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo, como vee, y ſuſtenta tantas criaturas*; de hoc dubitatis: etiam Ægyptij (inquit) ouum in ore Dei depingebant, vt mundum verbo conditum exprimant, verbo etiam conſeruandum à Deo. *Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.* Quomodo ergo loquatur, ſi obtrudis in os ouum? imò hoc eſt, quod magis ad rem facit, nam non indiget Deus grandiori voce, aut clamore, vt ſeruet & ſubueniat mũdo, tacitus omnia luſtrat, & implet. *Aca dezis, hazla la caſa a hombre, que es dezir, deſemboluedos, mandad con imperio, enojaos, y ſereis temido.* Certe in hoc ſenſu nunquam orbis odorem dedit Dei, nunquam vociferator fuit, tenuis oculis & tacitis circumſpexit omnia; & hoc ſat eſt, vt ad remedia feratur perniciſſimè, *Oculi Domini ſuper iuſtos*, &c. & poſt viſum ſtatim paterna viſcera ad miſericordiam permouentur, & hoc eſt *miſereri ſuper turbam*; contingit enim, viſo paupere, frangi animũ commiſeratione, ſed nihil das, alter verò obiter, non dolore perculſus, ſtipem dat. Sic Pater cæleſtis non habet miſericordiam, hoc eſt, compaſſionẽ, habet autem quantum ad effectum. Hinc ergo intelliges Prophetam: *Dixit Sion, dereliquit me Dominus. Hablo, que no deuiera, y dixo vna heregia deſcomulgada, dereliquit me Dominus, ya no ſe acuerda de los amigos; nunquid ſera poſſible que la madre olnide al hijo?* nihilominus impoſſibile erit, tuam in me memoriam obliuione deleri: *in manibus enim meis deſcripſi te. El otro vano dize que ama a la otra, y retratala en el guante*; & fortè pictor magnos oculos minuit, & breuem naſum oblongũ facit, & cùm os & labia laxiora habeat, mentitur, & tantillum os effingit. Huius æquum eſſet mendaces penicillos effringere; *Ego verò in manibus meis deſcripſi te*, clauis, & ſanguine, & non ſicut tyro in pingendi arte, ſed ſicut ſe res habet, omnia ad viuum effingo: pauperem depinxi, quia pauper es, ægrotum aſpicio, quia æger; omnia, hæc ſumma pietas in manu continet, & firmat oculos ſuper picturam, & cognoſcit ſeſſionem tuam, & reſurrectionem tuam: cui melius quàm regi Caſſiodori [a] verba conueniunt. *Bene principalis clementia ſuſcipit, quos pietas paterna deſtituit; quia ſub parente publico genitoris minimè ſentiri debet amiſſio.* Addit, *Talis fuit, vt ſub illo filios tollere libuerit, expedierit. Era tal eſte Rey, que ſe tenia por dicha, que al niño le faltaſſe padre, porque luego le adoptaua:* quod de diuino parente canit Vates, *Tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor. Todos le dizen al huerfano, Dios os ayude, mantengaos Dios, fauorezcaos Dios; aſſi viene ello a ſer, tibi derelictus eſt*, ſeipſum, vt pater, obligauit ad remediũ. Vnum poſſes obiicere: vnde ergo nouerim, optimũ eſſe *Patrem futuri ſæculi*, eo quòd munificus ſit, & res pauperum curet? Cui breuiter reſpondeo, Patris nomen Abrahamo inditum, & filius fuit promiſſus, qui pater futuri ſæculi erat præſignatus. Quibus meritis hoc datum eſt Abrahamo? certè ob pietatem & eleemoſynam, quod probè nouerat ipſe, cùm famulum ſuum Eliezer miſit vt puellam in vxorem filio ſuo Iſaac nubendam afferret; hæc enim ſigna illi eligendæ puellæ videtur præbuiſſe puella, quæ iuxta puteum poſcenti tibi

Tacita & occulta Dei prouidentia. Vide an ſit, Clem. Alex. 18.

Celeritas diuina in ſubueniendo.

Miſeretur Deus non affectu compaſſionis, ſed effectu largiendo quæ opus ſunt.

Regia & diuina clementia & pietas. [a] l. Var. c. 42 ad Theodoricum regem. 19.

Optimè Pater dicitur qui munificus eſt.

Ex verbis famuli ſuſpicari poſſumus ad hæc inſtructũ fuiſſe ab Abrahamo, vt nemine puellã liberalem adduceret.

Filios accipis à Deo larga & liberalis manus.

aquam dixerit, *Et tu bibe, & camelis tuis tribuam*, hæc erit, quam Deus præparauit in vxorem filio meo; quod ita peractum eſt: nam Rebeccam elegit ſtatim cùm libenter aquam ipſi & camelis obtulit. Expecta obſecro (ſerue fidelis) ad nuptias nónne idoneæ dotes ſunt pulcritudo, ſuauitas, prudentia, atque diuitiæ? quorſum tu percurioſè largitatem explotas? Hô! latet in his nuptiis myſterium futuri ſæculi: nam domino meô Iſaaco poſteritas filiorum promiſſa eſt, quas ſpes vt adimpleat, afferatur in vxorem (inqoit dominus meus) quæ largas manus habeat, & libenter hoſpitem recipiat: vnde ſcis tu Abraham promiſſam poſteritatem futuram tibi certam, ſi ſponſa filij liberalis ſit? Dicam libenter, ſpem omnem filiorum abiecerat vxor mea Sara, cùm ecce tres ſimul hoſpites meridiano tempore aduentant; excepit illos Sara libentiſſimè, & vnus eorum (Deus quippe) hunc filium mihi promiſit; ita factum eſt, vt eleemoſyna arentem vuluam fœcundam effecerit, & Iſaacum in locem ediderit. Benè ergo iubeo ego afferri mihi vxorem filio munificam; hæc enim erit fœcunda mater plurimorum filiorum, qui ex Iſaac mihi promiſſi ſunt; *es liberal, ella ſerà paridera, y gran madre.* Erit igitur optimus ad parentis ſæculi munus, qui munificus eſt.

20. *Accepit Ieſus panem.* Videas modò, quorſum manus ſub quatuor alis oſtendant Cherubini, vt *fortem Deum* denotent: & vt ſuâ largitate auaritiam hodie proſternat, *arma ſus braços para deſtruir la auaricia*: nam ſemel expugnata ex animis noſtris auaritia, omnia munda ſunt nobis, & minimè dubia ſalus. Dixerat Dominus, *Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis*; in quibus verbis (inquit D. Maximos [a]) auaros Phariſæos alloquitur inſtar medici, qui explorata ægritudinis radice, etiamſi alios complicatos morbos videat, ſoli illi eradicando incumbit, aitque, liberem ego eum hoc morbo, cætera quæ illum vexant, facilè pellam: *vença yo en mis Chriſtianos la auaricia, y dad los por ſanos y ſaluos; omnia munda ſunt vobis.* Et quæ arma ſumis ad hoc perſuadendum? *Accepit Ieſus panem.* Oſtendam auaris, quanta lucra ſecum afferat largitas, & per hoc auaritiam lucri cupidam facile pellam, & euincam. *Accepit panem, & fregit.* Quare Domine, nónne melius foret, magiſque prodigij ſpeciem haberet, integros multiplicare panes? immò potiùs (inquit Dominus) quotidiana prodigia fiunt, vbi panis frangitur, & diſtribuitur. Ideo pietatem admonet Paulus; *Pietas enim ad omnia vtilis eſt*: nam & diuitias multiplicat, vt in farina Sarephtanæ facilè videas. Dat filios, vt in Abrahami diſcurſu videre licuit, *Promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ*;

Auaritiam deſtruit diuina largitas.
Luc. 11.
a In hunc locum Luc. 11.

Vitam producit & annos miſericordia.

21. ſæpè enim vidimus pios homines in longos annos vitam produxiſſe, multos verò diuites auaros miſerando, & præmaturo interitu extinctos fuiſſe. Nec mirum eſt dominum familiæ, œconomum, qui domum alit, & in honores ſuſtentat, nolle dimittere. *Vna el limoſnero liberal (dize Dios) que es honra de la caſa de Dios tener tal mayordomo.* Felicem etiam exitum vitæ affert: nam ſicut inquietis paruulis fronti adhibetur corona, quæ ſeruet caput, cùm ſepties in die cadunt (vt ſæpe paruulis contingit) ita eleemoſyna munit animam, ne cùm ad lapidem ſepulcri peruenerit, illidatur caput, *Eccleſiaſtici* 3. Deus protector eſt eius, qui reddit gratiam, *Dios le cerca, y le trae del correon al limoſnero como a niño*; & gratiam vocat eleemoſynam, quæ gratiam parit: *& meminit in poſterum*; *y trae ſu memorial ſiempre en las manos. Et in tempore caſus ſui inueniet firmamentum; ponerle roncte en la frente, para que no de golpe en el ſepulcro.* Addit Paulus, *& futuræ*: conuenientiſſimum enim eſt, vt pateat cælum ei, qui non reiecit à foribus ſuis pauperem, nam cælum pauperum eſt; *Beati pauperes ſpiritu, quia ipſorum eſt Regnum cælorum*, qui ad fores gloriæ obſeruant, & cùm intrat miſericors, à quo ſtipem accepit, plaudit, & gratulatur; concedite, intret in gaudium Domini, ſui fidelis ſeruus. Cùm verò diues ſuperbus accedat, quis ad fores adeſt? quis es tu homo? ſat, at iam te nouimus; cognoſcis tu me? apage ſis à ſacris his liminibus, qui noſtræ naturæ ſimiles, vitam nobis & ſalutem abſtuliſti.

A ſimili.

Felicem exitum præparat.

Deus ſui per memor à hominibus acipientem diuitem.

Futura etiam gloria ſtipendia obſeruat miſericordia.

A limine cæli pellitur diues impius.

Famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem. 22.
Pius verò gloriâ cumulatur, *Gloria & diuitiæ in domo eius*; & iucundus ingreditur, quia miſertus eſt pauperis, & diſponit ſermones ſuos in iudicio; *lleua ya el limoſnero el deſcargo hecho, y aparejadas las palabras y reſpueſtas al Iuizio de Dios.* Contingit autem diuitibus quod euenire ſolet his, qui ob amentiam in carcere detinentur, quos allicere, & lenocinanter euocare ſolet magiſter; *accede fili*, & blandam porrigit manum, imò & panem, vt ſemel arreptum teneat, vinculis dedat, grauibuſque ſupplicijs in eum animaduertat. Sic inquit Ambroſius, *O diuites, cur palpant vos diuitiæ? os traen la mano por el cerro, y os liſonjean; mas mi dize aram, caſados con vueſtras riquezas, con ojo al delente, ya que os rindan intereſſes*: quanto ditior eſt, qui neſcit quid habeat, & quanti faciendæ ſint opes? Ideo obſeruauit idem D. Ambroſius dixiſſe D. Petrum ei, qui iacebat ad templi ianuam, *Aurum & argentum non eſt mihi*; certè argentum & aurum deberes dicere; *ſed neſcit ordinem, qui neſcit poſſidere.*

Simile.

Diuitiæ crudeliter palpant diuites.

23. Vltimò tandem vituli facies, & vngulæ ambitionem conculcant, & expugnant; quam enim ſuperbiam non proſternit, honorem ita effugere Chriſtum quaſi mortem, imò plus quàm mortem? quod literaliſſimè, & literariſſimè Doctor maximus obſeruauit Hieronymus [a]: nam cùm ab Ieroſolymis, vbi Præcurſorem in capite mulctauerant, & vbi mortem immaturam ſibi poſſet formidare, in Galilæam migrat; ſolummodo abeſſe dicitur, *abiit Ieſus*; cùm verò de principatu agitur, & de euehendo illum in thronum regium, *fugiſſe dicitur*, fugit ipſe ſolus; per hoc quippe docens maius impendere capiti periculum ex corona, quàm ex morte, & potius quaſi vitulum ſatius iudicare in macellum ire, & mortem appetere, quàm voluntariè honorẽ accipere. Ideo D. Gregorius [b], quaſi qui magnum ſubit periculum, muniri vult ſacramentis, qui dignitatem aſcendit; reddit enim rationem, quare reges vngebantur. *Hoc profectò hac vnctione exprimitur, quod in ſancta Eccleſia nunc etiam viater aliter exhibetur; quoniam qui in culmine ponitur, ſacramenta ſuſcipit vnctionis. Quia ve ò ipſa vnctio ſacramentum eſt, is qui promouetur, benè foris vngitur, ſi intus virtute Sacramenti roboretur.* Vides quomodo eôdem noſtra redit oratio, vnde exordium habuit, videlicet, quòd *ſoli Dei Verbo conuenit principatus*; tibi verò demiſſio, abiectio, ſpes, gratia, & gloria.

Honorem potius quàm mortem fugit Chriſtus.
a In Mat. c. 14. 13. *Vnde elegit inter Euangeliſta dixit, ſeceſſit*, &c.

b In 1. Reg 10.

Digitized by Google

VERBVM FILII.
Ioan. 6. v. 1.

Abiit Ieſus trans mare Galilææ, quod eſt Tiberiadis*, & ſequebantur eum multitudo magna.

Solum Deum verè munificum; iuſtos & egenos liberalitate complecti; principibus, & eorum miniſtris largitatis documenta præſtantiſſima oſtendit.

DISCVRSVS CXXXVII.

1\. VNCTI principes, qui in alto dignitatis gradu ſunt conſtituti, quos ſanguis, pecunia, vel hæreditaria maieſtas coronæ, & principatus, ad ampliſſimam ſedem extulit, cùm in excelſo illo loco, *illis* (vt aiebat Seneca [a]) *non magis latere quàm Soli contingat, & multa circa eos ſit lux*; præcipuam quandam virtutem exercere debent ſui muneris, in cuius admiratione omnium ad ſe conuerſos oculos teneant, & ſatient inferiorum affectus. Nulla tamen, luſtrato virtutum choro, rege dignior virtus apparet vnâ liberalitate & munificentia; hæc ſtatim ac manus illas tornatiles, aureas & plenas hyacinthis oſtentat, *beneuolentiam ſibi conciliat* *; *neque vllum eſt imperium tutum, niſi beneuolentiâ munitum* †; tanta eſt vis munificentiæ, vt ſine ea clauus imperij haud ſtare poſſit. Quare huic vni virtuti exercendæ totum hominem deſeruire natura voluit, non ſolas manus: ſicque fit, vt aures liberales ſint, libenter petitiones excipientes, cernendi potentia pio miſerorum aſpectu: lingua ſi vel *fiat*, vel *non fiat*, citò & liberaliter proferat, *dando vn, ſi, verdadero, o vn, no, preſto.* Soli remanent ruſticiores ſenſus olfactus, & tactus, qui hoc priuilegio non gaudent, quia in ſuum dominum ſolummodò liberales ſunt. In multis igitur liberales ſunt reges ore, manibus, lingua, oculis, & auribus; & præter hoc in duobus maximè: primùm, acceſſum & aditum facilem præbentes omnibus, vt admonebant Philoſophi *, (quos in his rebus philoſophari ſino:) quapropter etiam peregrinationes aliquas obeant, quia (vt quidam aſſerebat †) multa audiunt, multa ediſcunt, multaque oculis cernunt: nō ſolùm enim ſapientiam poſſunt acquirere, (vt Caſſiodorus [b] exemplo Vlyſſis ex Homero probat) ſed vt in terram alienigenarum gentium pertranſiens, *Eccli.* 39. bona & mala in omnibus tentet, & ſe omnibus liberaliter communicet. Secundum eſt, ſi annonæ curam habeat, & panis inferendi ſuo tempore; quare ille, qui ad regnum inuitabatur, *Iſai.* 3. manus conſiderans, & pane vacuas reperiens, ait: Apage ſit à me talis corona, cui panis deeſt, *non eſt in domo mea panis.*

2\. Cura quidem rege digna, vt videre licet in iniquo illo, ſed prouido Pharaone, quem etiam ante aduentum inopiæ iam caritas annonæ vexabat, cùmque aliquod inſomnium ingruebat, imminentis famis ſimulacra triſtiſſima obiiciebantur. Et in quem ſimilia inſomnia & auræ ſubeunt, coronam, & principatum portendunt, & quædam ſunt quaſi præſagia futuræ dignitatis, & regalis animi. Videas in Patriarcha Ioſeph puero, cuius dignitatem, ad quam præ cæteris fratribus erat euehendus, nullo meliori ſymbolo prænunciat cælum, quàm vnius faſcis tritici in altum ſublati; quaſi diceret, *Penſamientos aun por ſueños tan altos como vn haz de trigo, ſon tan generoſos, que merecen la adoracion.* Sicque effectum eſt, *conſtituit illum Pharao ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore tritici menſuram, hagale Rey al eſclauo, llamenle ſeñor al que fue vendido, pues ſupo dar de comer al pueblo.* Quod egregiè grata perfecit antiquitas, dum ſtatuam eius creat Serapis, hoc eſt, nepotis Saræ nudi, quia ſeruus fuerat; modius in manu, radio, ſeu ligno raſario, *vna media hanega con el raſero en la mano*, quia triticum præſtabat, ſed ad menſuram, & faciens ſeruos domini ſui emptores. In alia manu tria capita, leonis, lupi, & canis; quaſi dicerent, dignus eſt hac gloria tèr maxima, quia trinâ prouidentiâ præluxit. In tempus futurum, quod denotat canis, quia futurum ſemper quaſi adulatur, *ſiempre lo futuro ſe eſpera mejor.* In præteritum, quod notat lupus, quia ſicut lupus, ita nos præterita facilè obliuioni damus. Et in præſens, quod denotat leo vrgens & fortis, *porque apremia la neceſſidad preſente, y brama.* Vocetur ergo magnæ regiæ præfectus & œconomus, *Dominum domus ſuæ.* Sin verò negligens in hoc ſit rex, maximā parcitatis & ſocordiæ nota inuritur.

3\. Et difficilis locus 1. *Paralip.* 4. 22. vbi enumerans fortiſſimos duces & filios Dauid, addit: *Qui ſtare fecit ſolem, virique mendacij, & ſecurus, & incendens*, vocat vnum, *el que hizo eſtar el ſol*; quis eſt iſte? Ioſue? qua ratione qui vno ſaltem ſæculo Dauidem præceſſit? quis ergo tanti meriti vir extitit, qui ſolem ſiſtere faceret? Quòd ſi extitit, quare hoc non eſt vt inſigne ſacris voluminibus teſtatum? In Hebræo ſolummodo inuenies hoc verbum *ſtare, el que hizo eſtar*; quod verbum antonomaſiam & famā à Ioſue ducebat; quare fruſtrà excandent in ſactum interpretem Caiet. & Toſtatus; æuo enim labente, noua veniunt ingenia, quæ nouas euincunt difficultates. Vulgarus igitur vocauit iſtum hominem, qui ſtare fecit ſolem, ſumpto ex euentu nomine, ſicut vocamus *matamoros al otro, que ò mató moros, o no mató ninguno, antes huyo, y por mal nombre ſe lo repiten*: quod nomen cùm impoſititium ſit, diutiùs perdurat in ore vulgi, *el mal nombre no le oluida el vulgo.* Et igitur hiſtoria, quam affert Lyra in hunc locum, videlicet, in tempore huius Elimelech, mariti Nohemi, populus præuaricatus eſt à Deo, à quo fame grauiſſimâ ob id vexatus fuit Iſraël, cuius cùm ipſe princeps eſſet, atque adeò annonæ cura incumberet, terga vertit, & ablata vxore & filiabus aufugit. Neſaria quidem & execranda crudelitas, vt cælum grauiter ferret, & ipſo quaſi in curſu ſol perſiſtens monſtrum horribile inſpecturus, principis nempe ſæuitiam deſerentis in caritate & inopia populum; quare ſicut ad laudem circumferebatur Ioſue facinus, ſic ad exectationem hoc nomine inſignitus erat iſte, *qui ſtare fecit, (el Ioſue ſanto) ſi porfierto, el impio, el enemigo de Dios.* O quàm doctè & meritiſſimè D. Thomas [a] ſolum Deum verè liberalem eſſe affirmat; totus enim ille, quantus eſt, libera-

Margin notes:

a Lib. 4. c. 20. de ſtultiloquio & intempe.

Regia liberalitas in choro virtutum conſpiendet.

* Lib. 3. de finibus

† Æmilius in vna Dion 86. diſt. cap. fratrem.

Liberalitatem etiam ſenſus exhibent.

* Senec. 1. de clemen. Cicero epiſt. ad Quint. Frat. ille: *Eſto ſermone affabilis, aceſſuque facilis.* iſte an. *Facillimos eſſe aditus ad te, patere aures tuas querelis omnium.*

† Franc. Patritius lib. 3. de Regno.

b Lib. 3. variar.

Panis & annona cura rege digna.

Indicia regni, regalis ſomnium aut cura annonæ.

Negligens rex in annona cura quàm eſt populo odioſus.

Explicatur locus difficilis.

Ironia illiberalis hominis.

a 2. 2. q. 44. a. 4.

Solus Deus verè liberalis.

licatem exercet, ore, auribus, manibus, oculis, in medio regni ſui, & ad extraneos commigrans; & quia dat multum, *implens omne animal benedictione*; & quia inter dona dat lucem, *deſcendens a Patre luminum*; & quia dat non ſperans retributionem; *apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio, anubla la luz de la franqueza eſperar retorno*; & quia cum donis ſeipſum dat, & quia nolentibus, nec cogitantibus dona impertit, & dormientem & iacentem ſponſam vocat, allicit, & ſeruata arbitrij noſtri liberalitate digitis myrrha plenis peſſulum adaperire tentat; ac denique quia in calamitoſos maximè fertur.
4. Quare, etiamſi aliarum virtutum & proprietatum ſplendore venerandus ſit & timendus, liberalitas tamen regem, & in ſublimi adorandum conſtituit. Quod optimè obſeruauit D. Gregor [a]: Vidit thronum & currum gloriæ Dei, qui eximiè, & graphicè potentiam Dei oſtentabat: *at quaſi aſpectus hominis deſuper; en eſſa potencia y alteza ſe aſſentaua la humanidad y benignidad de Dios.* Videris, quaſi diceret, regem, qui quaſi adimplendum vacuum è throno altiſſimo deſcendit, hic eſt corona dignus, & ideo addit vidiſſe coronatum iride & ſplendore pacis, nullo enim ſic diuites populi beneuolentiam conciliant, ac miſericordiâ & liberalitate, affirmat Chryſoſtomus [b]. Et Ambroſius [c], *Bona miſericordia, quæ ipſos perfectos facit, quoniam imitatur perfectum Patrem; nihil tam commendat Chriſtianam animam, quàm miſericordia. Encomienda mayor digna de Reyes, o hijos de Reyes, de Dios, &c. haſer bien.* Qua igitur corona dignus eſt Chriſtus, iam in omnium proſpectu eſt; qui liberalis eſt, in peregrinando, *abiit Ieſus*; liberalis eſt in acceſſu & communicatione omnium, *& ſequebatur eum multitudo magna*: liberalis in oculis, *cùm ſubleuaſſet oculos*: liberalis in lumine & doctrina, *docebat multa*; munificus in ſanandis ægrotis: liberalis in diſtribuendo pane; liberalis, quia in iſto pane alterum, in quo ſeipſum daret, præfigurabat: liberalis, quia vſque ad ſaturitatem dedit. Liberalis denique, quia retributionem & viciſſitudinem omnino reſpuit, *quin potius fugit ipſe ſolus.*

Deum maximè ex liberalitate colendum.

a Ezech 1.

b Hom. 16. ad Pop.

c Lib. 3. offic. c. 11.

5. *Abiit Ieſus trans mare Galilææ, & ſequebatur eum, &c.* Multi (dices) ſequuntur regem noſtrum, & cibus non ſuppetit; cur eius regnum ad inſtar aliorum, in quibus plures inuenies vacuos & queribundos, quàm præmio affectos? *Porque por muchas que ſean las mercedes y gracias, no igualan a los pretenſores dellas*; quare menſa regis terreni cùm humanæ potentiæ ſit, etiamſi benè miniſtrentur fercula, plus queruli recedunt quàm pleni; vni datur munus, & reliqui tanquam canes inter ſe dentibus ſe dilacerant inuidiæ, & æmulationis, *andan al diente como a la voz ſobre qual ſe lleuara el hueſſo: famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem.* Quòd ſi ſemel quempiam ſaturauerit, mortem ſibi imminere credat; ſicut Midæ illi contigit, qui auri fame diuexatus obtinuit à diis, vt quidquid tangeret, aurum fieret: verùm ecce interitus, inquit Ambroſius [d]. *Quidquid tangebat, aurum fiebat*, cibus, veſtis; buccella ipſa in medio gutturis, *cibus in ore crepitabat, ferens non alimenta, ſed vulnera; nec penetrare facilis, nec redire. Talia ſunt idolorum beneficia, cùm videntur prodeſſe, plus nocent.* Noſter verò rex omne animal implet benedictione, omnes pleni redeunt, ita vt omnibus fercula hodierna die poſſim ſigillatim apponere. Illud tamen obſecro, fugiant inurbanum morem dandi vicino quod ipſi apponitur, ferculum teneat quiſque, quod illis pro ſtatu, ſuo loco, & conditione iamiam ego miniſtro.

Regni Chriſti opulentia.

Pſ. 58.

d Lib 6. in Luc. c. 9.

Initivm discvrsvs

6. *Sequebatur eum multitudo magna.* Primi qui menſæ accumbunt, & qui à Chriſto conuiuio excipiuntur, ſunt illi, qui illum imitantur & ſequuntur; hos iubet bono eſſe animo: nam etiam in deſerto panes non deerunt illis, quos in ſui tutelam ſuſcipit Deus. *Diuites eguerunt & eſurierunt; inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.* Ditiſſimus erit Beliſarius, poſtea verò cæcus fiet, ſtipémque mendicabit; quinimò *leones*, vt legit Hieron. hoc eſt, principes, & tyranni, & leones ipſi, & aliæ feræ ad prædam natæ, ſæpè fameſcunt, ſuos tamen Deus paſcet: accedet hora prandij, & diues, qui concioni non adfuit, accumbet menſæ, ſic tamen, vt à menſa omnino ieiunus, (neſcio qua de cauſa) diſcedit, niſi quia diues eſt. *Diuites eguerunt*; & paupercula vidua, quæ legumina pauca duobus titionibus commendata reliquit, & in templum venit, cùm à concione domum repetat, ſuauiorem cibum ſibi apparatum inueniet quàm diues. Alebat Deus in deſerto Eliam per coruum; quid agis Domine? hæc tua liberalitas in ſeruum eſt? non eſt alius famulus in vniuerſa domo tua temperatior & modeſtior coruo rapaci? deerat Angelus? Sunt quidem; ſed datur illi intelligi ſic in Dei memoria eſſe, vt ab ore & vnguibus ditis indulgentiſſimi & voraciſſimi cibum auferat, priuſquam illi deſit. Deſcribe, & finge cogitatione, qua ratione coqui principis diligentiſſimi de multo mane cibos principi apparant, & condiunt, aſſam carnem, elixam, frixam, & varia fercula, præparantur vitulina, ſuilla, veruecina, bubulina, hædina, aprina, & ibidem Deus ex vnguibus & dentibus voraciſſimorum puerorum, & menſæ adſtantium, neſcio qua via, ferculum vnum arripit, vt alat ſolam & deuotam famulam ab omnibus deſpectam, quæ in ſecretiori domo eſt; *non minuentur omni bono.* Ideo audenter ſatis ſtatuit Propheta Pſal. 36. *Iunior fui, etenim ſenui, & non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem.* Celebris aſſertio iſta, & quam rex ſenex experientiâ comprobatam vult, & longo annorum decurſu. Quid ais rex? *Non vidi*; quid mirum te non vidiſſe, cùm ſis rex? *los Reyes no ſaben de neceſſidades ni trabajos, porque no les diſſen eſſo ſus criados*; nec triſtia illis nunciant, etiamſi omnia pænè ad interitum ruant. *No era Rey eſtoico David: todo lo vera; non vidi iuſtum derelictum.* Doctores communiter (ne ad hyperbolem cum Lyra confugiant) de verbo Dei, & ſpirituali pane explicant, *no aya viuda tan triſte, ni pobre o enfermo pueſto en lo eſcuro, que por vn reſquicio no le entre el conſuelo y pan del alma* *. Verumtamen nos cum D. Cypriano examinemus quis ſit iuſtus, inde planum fiet nunquam à Deo fuiſſe derelictum. *Iuſtus ex fide viuit*, ait D. Paul. *Rom.* 17. & de *Abacuc* 2. deſumpſit, *Iuſtus in fide ſua viuit, viue el iuſto de credito.* Ignoro (dices) qua ratione Petrus viuat ex tali contractu, ex tali mercatura; ille item qua ratione viuat ex credita fide. His facilè reſpondeo, viuit, & negotiatur, quia etiamſi quinque millia tantùm poſſidet

Sermo enim Dei primò curam habet diuina prouidentia & Linguam.

Confirmatur ex ſacra Scriptura.

A ſimili.

Nuſquam iuſtum derelictum probatur.

7.

D. Baſil. orat. 2 de ieiunio Amb. Orig. hoc loco, & c. 8. Amos. Ambr. & c. 5. lib. 6. in Luc.

* *Florro que ſe eſtuuo jugando, examina al pego del ſermon, y a cierta a de zar le loque ha m n ſter ſu alma.*

poſſidet; habet tamen ex credita fide alterius ditiſſimi amici centum millia. Sic ergo *iuſtus ex fide viuit, viue mas del credito que tiene en Dios, que de lo que tiene de preſente*: viuit de credenda, & de ſpe ſibi locata in Dei miſericordia, & quia credit, Dei prouidentiam ſibi nunquam defuturam, vulgata, *in fide ſua, de la creencia que tiene en Dios.* Chaldæus, *fide eius, mi credito me tiene Dios alla, en el fio*; itaque ſocietatem habemus ad inuicem, ille credit mihi, ego confido illum. Nemo igitur iſtorum, qui non fregit ſocietatem, nec à Dei confidentia ſe ſubducit, periit vnquam.

Nuſquam Dei amicus perit inopia rerum.

8\. Ideo Cyprianus [a], *Cùm Dei ſint omnia, habenti Deum nihil deerit, ſi Deo ipſe non deſit, no quebreis vos con Dios, que Dios no deſatara la compañia*; nec derelinquet vos.

a De orat. Dominica.

Virile & Chriſtianum reſponſum apta tur fœminæ inopia oppreſſi.

Accipe reſponſum fœminæ; cùm pulſat fores petulans diues, & à te puellam, vel te impudenter expetit, & multa tibi promittit; hæc ad me efferenda erant fœminam magnæ fidei? *Eſto ſe ha de dezira vna muger de mi credito?* & cuius (obſecro) fidei commiſſa es? diuinæ: *nam habenti Deum nihil deerit, ſi Deo ipſe non deſit.* Quò ergo fugit fames? vbi eſt indigentia; ibi nempe, vbi peccatum eſt; ſicut in regione illa, in quam peruenit prodigus ille, ſtatim fames valida præualuit; ibi fames, vbi peccatum, iniuſtitia, luxuria, prodigalitas, immodicus luſus; nec aliud quæro teſtimonium, veſtras domos ſcatere peccatis, niſi quia inopia premuntur: nam in domo iuſti edunt, veſtiuntur, & ſupereſt quòd pauperi erogetur, non alia de cauſa, niſi quia iuſtus Chriſtum ſequitur.

9\. *Vnde ememus panes, vt manducent hi?* Iam hoc ferculum ad pauperes mittitur, ſpei nempe Dei, & confidentiæ plenum: nam non eſt cur abnegem hæc ad tentationem dicta, *tentans eum*, nam etiam neceſſitas & inopia tentatio eſt.

Prouidentia Dei in pauperes.

Obiectio.

Vrgeo rationem. Eſt vidua egentiſſima cibi & adiutorij, quæ puellas caſtiſſimas alit, & ſub alis tegit; vndènam cibum quærat? quare non liceat etiam cum peccato ſibi ſubuenire? intentant Philiſtæi arcam Dei reducere; ad tentandum autem, & probandum, num Dei ſupplicium ſit, quo affecti ſunt; deferantur, inquiunt, duæ vaccæ à vitulis ſeparatæ, & his domi relictis iungantur curru, & deferant arcam.

Premitur obiectio.

Graue quidem iugum, tyrannicum imperium. Ferebant onus arcæ & legis Dei, & audiebant mugientes vitulos, & tamen rectà pergebant in Bethſames domum Solis? ſit ſimiliter honeſta fœmina honeſtis pariter & benè moratis filiabus indigentiſſimis, & nullo earum inopiæ ſuccurrente; neque ad dextram deflectens, ferre debeat arcam, & legẽ Dei, audiens quotidie puellarum querelas, mater, inquiunt, vnde fit, vt illa fœmina, & eius mater, cultiores ſint veſtitu, cibo, cultu, & apparatu, domus ſplendidiores & abundãtiores? & nos non item poterimus à Deo paululum recedentes ſaltem cibum quærere?

Reſpondetur.

Sile, lectiſſima mulier, ne ſuccumbas oneri legis Dei. Quid? moritura ſum? Minimè, ſed ſpem tuam in Deo tuo collocare debes: vrgentiori enim te ratione premam. Quare (obſecro) peccato te committis? vt inopiam ſubleuem, inquis. Poſtea verò Deus, qui pius eſt, mihi peccati indulgentiã faciet, ſic enim de tãta miſericordia confido. Dic igitur, ſi, quia credis hoc, & quia hoc ſperas de Dei miſericordia, ruis in peccatum, nónne facilius eſt ſperare priùs de Dei miſericordia, ſubuenturam tibi in neceſſitate, ob quam peccas? Vrget argumentum. Tu indiges remedio, quod à nemine ſperas, niſi à Deo omnipotente (nulla enim ratione ſic te infidelem credo, vt ab alio quam à Deo putes bona deſcendere.) quis ergo (nam ab vnico rege mercedem extorqueat offenſa illata, quam poteſt obtinere deuoto ſeruitio? nemo niſi amens.

Confirmatur.

Vis ergo vnicam ab vnico Rege obtinere gratiam, offer illi deuotam, & fidentiſſimam voluntatem, ne in amentiam incidas. 10.

Vim tamen rationis nondum percepiſti. Quid regi facilius, mercedem & gratiam vnius panis concedere, an remittere illatam ſibi à plebeio viro iniuriam? Certè primum: nam iniuria creſcit ex maieſtate offenſi, & offendentis vilitate. Panem autem porrigere, quid arguit maieſtatis? Tu ergo cùm peccas, vt ſubleues famem, à Deo expectas remiſſionem ingentis criminis, quare non priùs ſperas ſubleuationem inopiæ? ſperas infinitam indulgentiam, quare non fidis Deo etiam extremam indigentiam? Sciſto, qua miſericordia opus ſit ad peccatum? Audi regem Pſal. 50. *Miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam. Miſericordia tua magna eſt ſuper me.* Quid ita Dauid? nã *liberauit animã meã ex inferno inferiori, del calaboço del inferno ſacò mi anima.* Et ego non credã hunc eundem poſſe me de neceſſitate, nedum de lacu leonum fameſcentem extrahere? O infidelitas!

Explicatur ratio.

Expectanda ſũt à Deo minora qui maiora conceſſit. Simile.

audi fidei parentem Paulum. Si poſt ingentis palatij molitionem magno ſumptu, & regalibus expenſis, regem adiret famulus, Rex, drachmæ quinquaginta deſiderantur ad ſubueniendum concamerationi, quæ in ſublimi eſt, vel ad trabem aptandam, quæ ruinam minatur. Rèxne qui centum millia aureorum expendit, in mole ingenti ædificij exiguam pecuniam neget ad reparationem? Conſidera (inquit Paulus) non Dei manus creatrices ſolùm, ſed pro te clauis ſuffixas, *mira aquellas llagas, aquel coſtado abierto, de donde ſalio el coſto de tu alma, mira aquellos teſoros pueſtos en manos boradadas.* Primus lapis huius tanti ædificij eſt, & quæ vltimò collocata eſt, anima, vita, & ſanguis Chriſti. in tantum opus prædeſtinati, quorſum Domine? vt deſuper imponi poſſit alius & alius lapis, hæc vel illa anima, ac denique lignum crucis ſuprà ſit, vt hæc mulier, quæ hic ſedet in illo arcu collocata, Deum per æternitatem intueatur grande opus: ſed vide Domine quia fameſcit illa, & vacillant præ eſurie filij, *de vueſtra Mageſtad para ſuſtentar, eſta muger, y eſtos hijos: negara Dios eſto? ſera poſſible no acudir Chriſto? Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non omnia nobis cum illo donauit? Seciùs enim ad Deum diceretur, hic Deus cœpit ædificare, & non valuit conſummare*: 11.

quod blaſphemum eſt. O Pater, ſi mihi per feneſtram, vel rimulam aliquam ſpei radius fulgeret, Deum nempe ſubuenturum, ſperarem.

Obiectio.

Reſpondetur.

Quid ais? Imò tunc non ſperares, nam ſpes non eſt, cùm certiſſimum & facillimum eſt quod ſperas, ſicut non credis, cùm præ oculis habes rem, quam, ſi abſens eſſet, vel prætorita, crederes. Si certò ſcires hora prandij diuitem quotidie miſſurum tibi ferculum, non ſperares. Sicut ergo vt credas difficilia tibi fidei habitus datur, ſic etiam vt ardua ſperes, & Deus tenetur ex fidelitate tibi non deeſſe. Verùm audi hiſto-

tiam

Digitized by Google

niam. Poſitus erat in lacu Daniel, & inter medios leones, nónne ſatis deſtitutus erat, clauſus, & annulo regis ſignatus? deſuit Deus? mandat Deus Angelo, vt Abacuc ducentis ampliùs leucis diſtantem arreptum de capillo in Babylonem deferat. Quid tenuius, quid delicatius capillo? & tamen ex illo vita vtriuſque Prophetæ & olla pendebat. Vt ſcias, ſit licet pecuniarum tenuitas tanta, vt domus tota de capillo pendere videatur; *quando el caudal ſe adelgaſſe como vn cabello*, adhuc Deo fidendum; & tunc maximè, quia iam non humanis, ſed diuinis viribus niteris; *quando ya le vala honra a Dios.* Ideo exiſtimo panes facierum ex Dei iuſſo in templo proponi; vt cùm tardaret aliquando, nec ſtatim panem populo porrigeret, notum eſſet non ideo gratiam temorari, quia non poſſet, aut non haberet; ſed quia ſic indigentia oppreſſos in faciem ſuam in templum reducere volebat. Nec deſipiant filij, ſicut illa, *Vadam poſt amatores meos, qui dant mihi panem*; ſed potiùs reſipiſcens dicat, *Vadam, & reuertar, quoniam benè erat mihi magis quam nunc.*

Nuſquam etiam in extrema inopia à Deo deſperandum.
Simile ex ſacra Scriptura.

12. *Quot panes habetis?* Petant conſilium aduocati, & conſiliarij ad benè ſalubriterque conſulendum; atque idem documentum à Chriſto Domino ſumant principes: quia (vt Ariſt. [a] ait) *Rerum humanarum anguſtiſſimum eſt conſultatione vti.* Dixi petere conſilium, vt libertatem non adimat, ſed potiùs augeat ſuam liberè dicendi ſententiam; *Señal mortal de vn ſeñor, que no pide conſejo.* Iſocrates [b] aſſerebat, *Poteſtatem fac viris ſapientibus, liberè dicendi ſententiam*: etiamſi iuniores ſint, ab illis incipe; *ne* (vt ait Greg. [c]) *antiquorum antiquitati cedant, néve pudore vitioſo illis contradicere nolint, & minus libera ſint eorum ſuffragia.* Rogaturus ſic te compara, vt alacritatem, animúmque tuis addas; vt confidenter animi ſententiam promant, quia * timor nunquam fidele conſilium daturus eſt. Et alter †, *Pauidis* (inquit) *conſilia in incerto ſunt.* Conſilium igitur init, non ad noua arbitria inuenienda diſcendi, & vectigalia imponendi, ſed de communi bono ſolicitus, *vt manducent hi.* Domine, quærant illi, & propriis ſumptibus alantur, *ſalgan del cuero las correas.* Procul ſit à Chriſti honore abuſus iſte, meis expenſis alam eos. Venite, conſulitemus. *Quot panes habetis, miremos bien, no os echemos mas carga de la que podeis lleuar.* Domine, fruſtrà conſultas, & examinas panes, cùm ſine quinque panibus poſſis tu cibos in omnes prouidere. Ita eſt; ſed admonitos volo

Doctiores ipſi à iuniore & conſiliariis.
a Epiſt. ad Alexand.
Petant conſilium principes & aduocati.
b Orat. ad Nicole.
c Lib. 9. in Iob. c. 1.
* Senec. lib. 6. benef. c. 17.
† Tacit. lib. 3 hiſt.
Non ſubditorum expenſis faſtum & pompam ſuſtentent domini & reges, ſed econtra.

13. principes ac dominos, vt ſuos ſubditos conſulant, antequam vectigalium onera imponant; nã licèt his indigeat rex, & aliter * *impoſſibile ſit ſine his rempublicam conſeruari*; tamen ne grauia & intolerabilia ſint, ne nouis oneribus turbentur prouinciæ, & † *vetera vectigalia ſine auaritia magiſtratuum ſeu miniſtrorum tolerentur*; ac * *denique pecuniæ non ex oppreſſione, neque ex lacrymis ſubditorum corradantur*: quin † *aurum adulterinum exiſtimet, quod cum ſubditorum lacrymis collectum eſt.* Nam ſi conſulat ſubditos, fortè erit aliquis qui renuat, & alta voce, ſicut Lutetiæ Pariſiorum Carolo VI. dicat [d]. *Pompa* (inquit) *aulicorum, & faſtus, in humeros populi recidunt, & quæ ab illis in luxum profunduntur, damna noſtra, & calamitates ſunt.* Quot panes habetis? Reſpondent ingenuè, ad ſcurras, ad peregrinos alendos, ad mimos, lenones, ſcorta,

* Iuſtinian. Nouel. conſtit. 149.
† Caſſiodor. 4 variar.
* Tiber. 11. apud Baron. tom. 9.
† Plin. panegyric.
d Gagum. lib. 9. rerũ Gallicarum.

canes, pygmæos, ſimias, pſittacos, tauros, luſum chartarum, & conuiuationes, & alia huiuſmodi principum Chriſtianorum dehoneſtamenta, tributa & diuitiæ nobis non ſuppetunt; *para eſto no ay dinero; ſeñor, para cauallos, lanças, y defenſa venderemos las capas.* Ecce prodit vnus nouum afferens numorum arbitrium *ducentorum denariorum.* O nefaria pecunia, quæ tyrannice poſſides humanum cor, *tiene Dios zelos deſte tirano, a quien el hombre ha entregado ſu coraçon. Eſt puer hic habens quinque panes; ſed quid ſunt hæc inter tantos? No es malo ſer de grandes penſamientos el conſejero de vn Rey; pero tam poco ha de ſer mas prodigo que el Rey.* Pauci tibi videntur quinque panes, quinque millia numorum, cenſus annui pauci ſunt ad ſuſtentandam domum eius? & 60. millia numorum non ſat erunt ad alendam domum principis. Abige à domu tua otioſos, latrones, innumeros pueros indoctos & perditos, & conſule œconomum, *quot panes habetis?* & ſatis ſupérque habere reperies.

Pecunia dæmonis inſtrumentum ad laqueandas conſcientias ac perdendas animas.

14. *Facite homines diſcumbere.* Iam iudices & prætores alloquor, vt ordo ſit in republica: eos vocauit Homerus *ordinatores, paſsá vos aqui, para que os entronizais? para que alcais chapiteles en vueſtras torres? y vos para que andais en coche, que ha poco no teniades para capatos?* Euenit vtique nobis quod gigantibus, qui cùm molem illam immanem excitare tentant, ſumma rerum & linguarum confuſio, & gentium diuiſio exorta eſt. Quòd ſi inſtauranda res eſt, ordine & iuſtitiâ fiet, (vt ait Laurentius Iuſtinianus [a]) ſi ciues reſpondeant ſicut Iacob, qui cùm ingentem familiam & apparatum Eſau vidit, *Gen. 33.* humiliauit caput, & vrbanè ab illo ſe ſubduxit, te ſubſequi nequaquam poſſum, *Præcedat dominus meus. Fulano os dara ſu hijo; pero tiene don, y cauallo, y coche, y preſuncion de conde, y juega como vn Rey, y paſſea como vn Principe; præcedat dominus meus.* Hos exceſſus tam reges, quàm rectores corrigere deberent. Reſpondet, numos vtique expendi in his feſtis & conuiuiis, & comœdiis, ſed pecuniam in eadem republica manere, *todo ſe cae en caſa, ahi ſe queda el dinero.* O reſponſum Chriſtiano indignum! etiam pila ænea à tormento exploſa integra manet, & ad pedes accurrit iam tepida, & quam poſſis pedibus ſubiicere; verùm quas fregit naues? quæ mœnia dirupit? quot capita, equos, & equites dilacerauit? Quid quòd maneat pecunia in vrbe, ſi antequam ad officinam mercatoris veniat, impiè & nefariè tot animas peremit iniuſtitiâ, furto, violentia, periuriis? Nónne melius erit parcere ſumptibus, & rebus pro menſura perſonarum vti? ſic iuſſerat Deus, vt manna quotidie colligeretur ad diei ſuſtentationem, & non ampliùs. Cur tam parcè, Domine, vti permittis cæleſti pane, quo redundant totus ager, & campi latiſſimi? Non ideo menſuram iubeo, quia nimis parcus ſim, ibi enim derelictus manet in agris; ſed vt vnuſquiſque nõ vltra menſuram & neceſſitatem ſumat: quod ſi non ſat eſt admonere, Deus ipſe ex munere ſuo ſupplantabit, & ſedere faciet in fœno. *Facite homines diſcumbere. Suele Dios quitarles los humos, y acordarles que ſon hombres, y que ſu aſſiento es heno, & hoc proprium prælatorum eſt.*

Prætores & gubernatores in ordines ſuos redigant ciues & gradum tenere doceã.
a Serm. quodam.
Inane reſpondendi genus & Chriſtiano indignum. Simile.
Confirmatur ex ſacra Scriptura.

15. *Accepit panem, & gratias agens diſtribuit.* Adeſte vos diuites; ecce vt ſit peragenda veſtra ſalus

Salus diuitum in elargiendo eleemoſynas.

lus, oſtendit Chriſtus: qua ratione? non alia quam eleemoſyuam propria elargiedo manu. *Mira que ventura, en tu mano te puſo Dios la vida y la muerte.* Audi Chtyſoſtomum [a] de vtroque eleganter diſſerentem, *Eleemoſyna artifex magna, lindas manos las delalimoſna;* & [b] *ars omnium artiam aptima & quaſtuoſiſſima, æternam præſtat vitam, è mortis manibus arripit, & in vtraque vita claros exhibet, & manſiones ædificat in cælis* [c], *Chriſtum requirit, quem ipſa lucrifecit propriis in manibus baiulans* [d]. *Quod ſi ita eſt, ſicut certè eſt, quis eleemoſyna contempta veniam impetrabit? Nullus profectò; ſed perire neceſſe eſt eum, qui eleemoſyna caret.* Grandiora verba, quorum tamen duo explicabo. *Ex mortis manibus arripit.* Vis effugere mortis acerbitatem, ecce in tua manu eſt, da eleemoſynam, Fugetat ſponſus, tarditatem & inertiam ſponſæ videns; attamen hanc gratiam fecit ante diſceſſum, vt myrrhâ pretioſiſſimâ fores & ſeram delibutam reliquerit. Surgit ſponſa, tangit peſſulum, & manus eius myrrhâ maduerunt, *&*

a In Epiſt. ad Philip. c. 22 ſerm. 4.
b Hom. ad Populum 33.
c De pœniten. hom. 9.
d Ex homil. 78. in Mat. cap. 24 ſub fin.

Acerbitatem mortis propriis manibus minuit & ſolus miſericors.

16. *ſtillauerunt myrrham primam*, & quæ gratia eſt iſta? *que fauor es eſto, Señor?* Poſui nempe in manu eius vitam & mortem: nam & myrrha incorruptionem, & mortem bonam deſignat. Qua ergo ratione in manu ſua hæc duo ſita ſunt? Dicam, eſt artifex eleemoſyna; & ſi moritur diues plenus diuitiarum, amara eſt illi mors, amara teſtatio opũ, amara derelictio ſuarũ rerũ; ergo ne ſit amara, bona ars eſt ſtillare myrrham guttatim, eleemoſynas largiendo; vt ſic ſenſim acerbitas mortis euaneſcat. *Linda arte de tomar la amargura de la muerte, y irla diſtilando gota a gota con los manos,* Inde ſtatim ſequitur, vt exeunte ſpõſa Chriſtum quærat vt ſuum, vt filium, vt ſponſum, vt fructum operum ſuorum; quod explicat Chryſoſt. *Chriſtum requirit, quem ipſa lucrifecit propriis manibus baialans, pide a Chriſto como por Iuſticia, y alega como la que perdio el anillo, mio es, yo le hize a mi coſta, y le trahia en las manos.* Si verò manus tanti boni artificis in recondendis diuitiis, & aſſeruandis occupatæ ſint, propriæ damnationis authores ſunt. *Quis eleemoſyna contempta veniam impetrabit?* Duos de hac te tibi ponderandos Pſalmos relinquam. Alter Plaſm. 67. 9. *Sicut cera quæ fluit, auferentur*, vbi legit Hieron. *Quaſi vermis tabefactus pertranſiit*, quandiu enim perdurat cera igue liquefacta? Vide domum diuitis epulonis, inquit Chryſoſtomus, qua ratione liquefacta ſunt omnia mortuo diuite. Chaldaicè, *Sicut limax tabefactus qui conſumitur in itinere ſuo. ateſoran como el caracol babas, y en vn camino o jornada lo gaſtan todo, y la carga de ſus bienes los mata frios, crudos, y ſin ver el ſol como*

Quaſi ex iuſtitia Chriſtum petit, & premia glorie, anima viri miſericordis.

Bona ſi per eleemoſynam non ſanctificantur peromniscitiſſimè.

17. *el caracol.* Aquila, *Conſumptum vadit abortiuum mulieris, trahen la hazienda en las entrañas, como la madre al niño que le da ſu ſangre, muereſe, y mata a la madre; ni goſa de ſu dinero, ni lo dexa gozar.* Paraphtaſtes *Sicut talpa, quæ non viderunt ſolem, como el topo, que la tierra le es comida y ſepultura.* Quid ſignificantius ad explicandam immaturam *diuitis mortem?* Addit Chryſoſt. *Perire neceſſe eſt eum qui eleemoſynâ caret:* quod ne ad terrorem dictum putes, lege *Pſalm.* 108. & poſtquam inauditam illam turbinem maledictionum legas, *cùm iudicatur, exeat condemnatus*, &c. cauſam voo verbo expreſſam audi, *eo quòd non eſt recordatus facere miſericordiam:* at verò in hoc conuiuio Chriſto ſuperfuit omnibus, quia manibus ſuis omnium artifex eleemoſyna quinque ſumpſit, & fregit panes, *Cada vno en ſu arte, la limoſna en repartir, milagro cotidiano, dar, y no gaſtarſe.* Auguſt. [a] *Saturata ſunt tanta millia, & nihil imminoratum eſt, & creuit eis cibus, dum impenditur virtus; ſic eleemoſyna ſi indigentibus erogetur.* Prouerb. 3. *De primitiis frugum tuarum.* &c. *& qui dederit pro me quatuor, centuplum accipiet, etiam in tempore hoc, & in futuro vitam æternam.* Credis hoc? quare credis, quia Deus eſt trinus & vnus? quia Deus dicit, & quare hoc non ſimiliter credis? *porque para creer la Trinidad no es meneſter abrir la bolſa, y para experimentar eſſa promeſſa ſi.*

Confirmatur.

a Lib. 50. Hom. hom. 16.

Diſtribuit diſcipulis, vt poneret ante turbas. Hoc ad principes, & eorum miniſtros dictum & monitum venit, nempe, vt in diſtributione præmiorum ipſe prius manibus propriis rem attingat, & poſtea bonis miniſtris vtatur; ſicut de Dauide canitur, *Elegit Dauid ſeruum ſuum*, &c. *& pauit eos in innocentia cordis ſui, & in intellectibus manuum ſuarum deduxit eos.* Hiero. *Qui pauit eos in ſimplicitate cordis ſui, & in prudentia manuum ſuarum dux eorum fuit.* Sic etiam ferè Baſilius, *In innocentia columbæ, & prudentia ſerpentina.* Auguſtinus commutaſſe notat res: nam innocentia in manibus debebat eſſe, & intellectus in corde; ſed bene diſpoſitum eſt: nam manus regum miniſtri ſunt, per quos res exequuntur, in quibus debet eſſe intellectus, ita vt ſit princeps quaſi Argus vndecumque oculatus, miniſtris videlicet in gyrum circundatus oculatiſſimis, rectè intelligentibus, tum ad dignitates, tum ad ſupplicia conferenda. Et cùm tales ſunt miniſtri, innocentia prædiius eſt rex, Iſai. 11. *Erit iuſtitia cingulum lumborum eius.* Chaldæus, *Et erunt iuſti circa eum, & fideles.* Vis autem illorum verborum, *in intellectibus*, aliis verbis explicatis, percipienda eſt. *Gen.* 48. cùm Ioſeph duxit ad parentem Iacob duos filios, Manaſſem natu maiorem, & Ephraim, vt benediceret; ille conformauit in crucis formam manus, vt Latinè legimus, *commutans manus ſuas*, nempe dexteram poſuit ſuper caput Ephraim minoris, &c. & legit Hebræa, *docuit manus ſuas*, aut, *intelligere fecit*; & cùm eum corrigere vellet Ioſeph, reſpondet, ſcio quod faciam, fili mi, indicans, minorem vtique præferendum eſſe maiori. Ergo vt oſtendat, in regno Dauidis omnia conſilio ſuo adminiſtrati in innocentia & ſapientia, ideo intellectum omnibus præbet. In hoc enim elucet regem gubernare, ſi aliquando manus commutet, & alterum, quem in codice prælatum videt, aliis poſtponat, & virum in obſcuro poſitum, & obliuioni traditum, anteferat aliis, *mueſtre que tiene informacion, y trueque en la liſta al primero, y hagale poſtrero:* ſicut Chriſtus in cruce, qui conformatis in crucis formam manibus, alterum damnationi, alterum paradiſo adiudicauit: & Aſſuerus, qui commutatis manibus hunc ligno, hunc regno afficit. Quòd ſi fieri debet diſtributio per manus miniſtrorum, imitentur æquitatem diſcipulorum, qui æqualiter omnibus amicis, & cognatis, qui tunc fortè aderant, panem

18.
Principes admouentur, & eorum miniſtri.
Pſal. 77. 72.

Electio miniſtrorum à rege fiat, & diſcat manus commutare.

19. diſtribuerunt. *Ius enim & æquitas vincula ſunt ciuitatis.* Et hoc maximè laudabile eſt in diſcipulis, paupertatem cum fidelitate tenuiſſe: quod vt omnibus notum fieret, & fidelitatis documentum obiter præberetur, notat Ambroſius [b], ſuperfuiſſe tot fragmenta: nam ſi

Cicer. in Parad.
b Lib. 6. in Luc. c. 19.

modò

modò fidelis miniſter quætendus eſſet, cui poſſet pecunia tumultuarie, & ſine ſupputatione tradi, ſicut Helcias imperauit, cum pecunias ſacerdotibus diſtribuendas conceſſit, *Non ſupputetur eis argentum, quod accipiunt, & non exigatur ab eis ratio pecuniæ, ni ſelo den por cuenta, ni les tomen cuentas.* Quis putas eſt fidelis famulus, cui bona regis ſic poſſint commendari: quin potius ex regia pecunia, vel ex officio & munere regio, videas quaſi ex miraculo hominem, qui quinque panes non habebat, iam viridaria palatia, cenſus, & ſupellectilem domus ampliſſimam poſſidere. Et ſicut *incomprehenſibili quodam rigatu* (inquit Ambroſius a) *inter diuidentium manus, quas non fregerant, fructificare particulas, & intacta frangentium digitis ſponte ſua fragmenta ſubrepere*; ſic in iſtorum manibus omnia multiplicari videas, *los mil marauedis en ſu mano valen diez mil.* Vel ob induſtriam nimiam, vel ob iniuſtitiam, vel quia omnia quæ ad victum attinent, in manu illorum ſunt, & ille illis abutitur minori pretio, & præter hoc habent ſtipendia muneris ſui, *ellos llaman prouechos del oficio a eſtos intereſſes y cohechos, y ſon iniuſticias manifieſtas.* Nemo igitur in adminiſtrationem aſſumatur, qui vel indigens, vel auarus eſt. Ille enim facilè inops aliena ſumit, iſte vtpote auarus nunquam ſaciatur. Quod vno verbo expreſſerunt Romani à legatione excludentes Sergium, & Aurelium. *Alter nihil habet, alteri nihil ſat eſt.*

Fideles & poſſibiles miniſtri qui ſunt.

a Lib. 6. in Luc. c. 9.

Auſt. 3. Polit. c. 6.

Valer. Maxim. lib. 6. c. 4.

20. *Manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt.* Vt denique nihil liberalitati regis defuiſſe credas, ſatietas iſta prædicatur: liberalitas enim, vbicunque eſt, neſcit pauca erogare, ſicut dixerat Andreas: *Quid hæc inter tantos? No ſabe dar poquedades, y mas quando la neceſſidad pide grandezas.* De Hierone Syracuſanorũ rege fertur, audita fortuna exercitus Romani, quam paſſus eſt ad Traſimenum lacum, miſiſſe 300000. faneas tritici, 200000. hordei, argenti & auri onera ingẽtia. Et Alexander petenti dotẽ ad clocandã filiã, 50. talẽta dari iuſſit. Domine decem ſufficiunt; Tibi, inquit, non mihi, qui ſum Alexãder. Et Alexander V. ſummus Pontifex aiebat poſt Pontificatum inopem eſſe, nempe quiã dabat vt Pontifex. Dandum eſt pro neceſſitate. Rogatur diues, vt monaſterium inopiã preſſum adiuuet eleemoſynis, & tandem porrigit nummum, *Si Dios te huuiera dado a ti el dinero tan blanca a blanca, no tuuieras diez o doze mil ducados de renta.* Dicat tunc famulus, *Quid ſunt hæc inter tantos?* opus eſt, vt manducent omnes, & ſaturentur.

Liberalis neſcit pauca ſordide dare.

21. *Colligite.* Non tollit liberalitatem, quin potiùs adauget verbum iſtud; ſed altiori ſenſu dictum puto. *Colligite, coged eſſas ſobras, no ſe pierdan; y colegid ſi queria que ſe pierda vna alma, el que non quiere que ſe pierda el pedaço de pan?* Nos verò quàm parum dolemus eius iacturam? Dixit quidam de domo cuiuſdam auariſſimi, & tenuiſſimi viri, in hac domo nec perit lignum, nec extremum candelæ, nec panis fragmentum, nihil perit niſi anima domini familiæ. Dolent omnes iacturam aliarum rerum, animæ nullus dolor. *Tuerce las manos el tabur, y muerdeſe el labio deſpues de auer perdido los cien ducados*; animæ verò ratio nulla; *del alma noſele da vn clauo. Siente la vana muger, que ſele fue el que la daua las tocas, y le hazia el plato*; animæ verò Deo orbatæ ratio nulla. Confodit vnus alterum, & alacer iſte redit quòd illum proſtrauerit, & vulnerum, quæ anima ſua excepit, ratio nulla. Anima mea, ne pereas, nullum mihi præter te pretioſum monile, nonne ex nihilo condita? & mirabili illapſu in corpus viuificandum data, Chriſti ſanguine tincta? Nonne te ſacris notis, & meliùs dicam, monilibus ſupernaturalibus gratiæ inſigniuit & adornauit fide, ſpe, & charitate in Baptiſmo? Nonne confirmauit vnguento, oleo ſacro, & charactere ſacerdotali inuſſit? *Tres ſeñales que* 22.
no ſe quitan, teneis alla, porque os aueis de perder vos? Vno tantùm rubricata ſigno non perit ouis, duobus tantùm characteribus & notis: ſeruus non perit à domino, & tu à Deo tuo omnium notarum ouis, & ſponſa, & ſerua amantiſſima in ſempiternum peritura? Abſit; cùm maximè hodiernã die amorem animarum oſtenteret, qui nec panis fragmenta perire voluit. Ergo miniſtri Apoſtoli, concionatores, prælati, *colligite.* Quid ſi ſanguinis Chriſti portiunculam in terram lapſam videres? Nec minus nobilis eſt anima (inquit Bernardus) cuius cauſa ſanguis tantus effuſus eſt. Ergo venite à theatris ad Chriſti templa; venite à luſibus ad ſeria negotia, venite à turpi lecto, vbi iacetis, ad veri ſponſi amplexus. Ergo venite mecum miniſtri, colligamus animas Chriſto, *Miſereamur ſuper turbas; ecce enim ſunt tanquam oues non habentes paſtorem.* Quantum gaudium erit parenti, cui filius apud Turcas captiuus ſanus & incolumis reducitur, & quod præmium referenti dabitur? Quo igitur præmio afficietur, qui animam Dei filiam de dæmonis æternã captiuitate vindicauerit Chriſto? Magna hæc ſunt, & magnorum hominum munera, de quibus dictum eſt. *Si ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris.* Quid ſi in hac mercatura iacturam facio? quid ſi colligere volens alienas, animam amittam meam? age ſalua res eſt. *Ipſi conuertentur ad te, & tu non conuerteris ad eos? echaos al agua ſin temor, aſidles, no ſe me pierda vn alma*: ſa teſt me præcepiſſe; *colligite, ne pereant: nam ſi conuerterit, conuertam te*; & ſi alienam lucreris, ſaluam facies animam tuam, maiori gratia, & vberiori gloria.

Anima potius ratio habenda quàm aliarum rerum.

Animæ æſtimatio.

Si lucrandis animabus incumbamus, ſalua res noſtra eſt.

VERBVM SPIRITVS ſancti, Apoc. 4. v. 6.

Et in medio ſedis, & in circuitu ſedis, quatuor animalia plena oculis antè, & retro, &c.

Recondita doctrina de celſiſſima Dei prouidentia, ne homo vlla de cauſa, vel indigentia peccato ſe committat, reſeratur, perſuadetur.

DISCVRSVS CXXXVIII.

1. DVM teſtamentum obſignatum eſt, liberum eſt hæredibus timere, ſuſpicari, deſperare, ne fortè à parente exhæredes

Doctrina diuinæ prouidentiæ à ſorte ſæ reſtituatur.

hæredes fiant, aliúſve inſtituatur hæres; vel denique ſignis adulterinis obſignatum ſit teſtamentum. Alij ſoli ſecum mœſti murmurant; alij inter ſe leniter & quietè colloquuntur; alij denique multa perquam abſurdè & imperitè verba iactant. Condiderat teſtamentum Deus (inquit Irenæus [a]) iam olim vnum ante cataclyſmum ſub Adam, ſecundum poſt diluuium ſub Noe, tertium legiſlationis ſub Moyſe; quartum verò, quod renouat hominem, & recapitulat in ſe omnia, quod eſt per Euangelium, eleuans & pennigerans homines ad cæleſte regnum. Quatuor ſunt filij Dei diſpoſitiones, prima regia coram Patriarchis leonis facie obſignata. Secunda Pontificia coram Iſraelitis, quam ſignat vitulus. Tertia humana coram Iudæis, quam obſignat humana facies. Quarta diuina coram Apoſtolis in die Pentecoſtes, quam aquila deſignat. *El primero fue teſtamento de Rey de lante de Patriarcas, y ſellole con roſtro de leon. El ſegunde fue teſtamento de Pontifice delante de los de Iſraël; ſello le con roſtro de bezerro el tercero fue teſtamento de hombre delante de los judios, y ſellole con roſtro humano. El quarto fue teſtamento de diuinidad delante de los Apoſtoles; ſellole con roſtro de aquila.* Homines verò vel moræ impatientes, vel de parentis optimi prouidentia increduli, multa imperitè loquuti ſunt: quidam enim dixerunt, Deum immitem, & immiſericordem eſſe, nec humana ſentire, nec prouidere: quos vt redarguat, apparet Moyſi coram ſenioribus Iſrael in throno Cherubinis conſtipatus humanam formam præferentibus: *ſedme teſtigos, que tengo miſericordia y piedad.* Alij ſcientiam, & rerum cognitionem denegarunt, nec noſtra conſiderare: quapropter in propitiatorio audiendus exhibetur, & duobus Cherubinis arcam & populum conſpicientibus comitatur. *Sed me teſtigos que no ſoi ciego*, quin potiùs annuo petitioni Salomonis: *Vt ſint oculi tui aperti ſuper domum hanc die ac nocte.* Nonnulli fuere, qui eius æquitatem denegarunt, dicentes, *Vanus eſt qui ſeruit Deo: ædificati ſunt facientes impietatem. Mirad que diſtribucion, a los pecadores proſpera, y a los juſtos empobrece?* Ideo ſe coram Iſaia in ſolio excelſo templum implentem maieſtate conſpiciendum dedit, iuſtitiam eius decantantibus Cherubinis ſenis alis veſtitis, *Sanctus, Sanctus*, &c. *Sed me teſtigos que ſoi iuſto y ſanto.* Negabant denique beneficentiam eius, & aut nunquam venturum, aut nunquam effecturum, vt populum ſuum redimeret de captiuitate vera peccatorum: ideo oſtenſus eſt Ezechieli in curru regali à quatuor velociſſimis Cherubinis vectus vitulinas facies geſtantibus, & nomen Redemptoris venerantibus, *ſed me teſtigos que ſoi Redentor, y ſabre dar la vida por las almas.* Ecce tibi venit explicanda Ioannis viſio in Apoc. 4. 6. & 5. 6. *Et in medio ſedis, & in circuitu ſedis quatuor animalia plena oculis antè & retrò; & animal primum ſimile leoni; & ſecundum animal ſimile vitulo; & tertium animal habens faciem quaſi hominis; & quartum animal ſimile aquilæ volanti? Et quatuor animalia ſingula eorum habebant alas ſenas, & in circuitu & intus plena ſunt oculis.* Et præter hoc ſedens in throno habebat in

[a] Lib. 3. contra hæreſes cap. 11.

Quadruplex teſtamentum diuinum.

P. Prado in Ezech.

Exod. 24.

2.
Errores circa prouidentiam Dei exploduntur.

Explicatur ex dictis viſio Ioannis Apoc. 4. & 5.

manu ſua librum ſignatum ſigillis ſeptem. Quorſum ergo vocantur hæc animalia? quorſum tot faciebus, oculis, alis ſenis veſtiuntur? Nónne ſat erat aliam formam præferre, qualem habebant Cherubini in templo, vel in curru Ezechielis? Cùm teſtamentum reſignandum eſt, iidem teſtes vocantur, qui obſignationi adfuere, eadem ſigna obſeruantur, & cæteræ ſolennitates procedunt. Nunc ergo cùm iam agnus Dei, Chriſtus Dominus vidiſſet Iudæos teſtem ſuæ diuinitatis Baptiſtam ab Herode capite truncatum, pergit ad montem trans mare Galilææ, & euocato ibi priùs Ioanne altero, quatuor animalia, hoc eſt, Apoſtolos circum ſe vocat, vt apertioni adſint teſtamenti, & de prouidentia ſua certam faciant Eccleſiam. Ideo vocat aquilam Ioannem; attende, quia reſeratur Dei prouidentia, & oculi, quibus humanis rebus proſpicit, *Cùm ſubleuaſſet oculos Ieſus, & vidiſſet quia multitudo venit ad eum. Quien dize que es ciego mi ſeñor, y que no vè la tierra, es falſo.* Ecce miniſtri eius pleni ſunt oculis, vt Domini ſui ſapientiam & prouidentiam teſtentur. Negant habere me pietatem, & viſcera miſericordiæ, errant omnino. Ecce Marcus Euangeliſta teſtis eſt, *quod miſertus ſum ſuper eos, qui erant ſicut oues non habentes paſtorem.* Æquitatem mihi denegant. Nunquid ego iniuſtus diſtributor? Adeſte mihi teſtes Apoſtoli, *& facite homines diſcumbere*, vt æqua ſit ciborum deſtributio, & cuncta ordine procedant. Potentiam item à me tollunt. O tardi ad credendum, eſtote mihi teſtes, vt oſtendo leoninam poteſtatem. *Et cùm accepiſſet panem, &c. diſtribuit diſcipulis, vt ponerent ante turbas.* Dubitant denique, vel me nunquam redemptionem & mortem obiturum, vos facies vituli certos illos facite me mortem oppetere, & in alium montem conſurgere, vbi verus Rex, verus Redemptor ero; ideo *fugit in montem ipſe ſolus*; nemo enim niſi ipſe noſtræ redemptionis opus perficeret. Oſtendam igitur & ego hodierna die coram te (Chriſtiane) hanc diuinæ prouidentiæ rationem, qua tibi conſulit, *ſapientia, fortitudine, æquitate, ac beneuolentia*; licèt enim Gentibus, Iſraelitis, & Iudæis, quibus teſtamentum obſeratum erat, locus fuit, & occaſio timendi, deſperandi, & alius deos colendi; tibi tamen omnes vias præcludam à Deo recedendi, & excuſationes texendi, *no tiene eſcuſa tu peccado como el del Gentil, oy veras que no ay dezir, no ſabe Dios, no podra vencer mi neceſſidad, no reparte bien, no me ſaluarà quien no meda pan.* Nefaria quidem verba verbis Euangelij omnino deſtruenda & exploda.

Abijt Ieſus trans mare Galilææ, & ſequebatur eum multitudo, &c. Spe gaudentes voluit Paulus eſſe fideles; ſpei enim effectus eſt lætitiam generare: quare gaudere nos omnes iubet Eccleſia ſancta, concinens, *Lætare Hieruſalem*, &c. Sed quia mater lætitiæ eſt ſpes, hanc vni Chriſto infigendam, illi ſoli innitendum eadem Dei ſponſa ſapientiſſimè probat, & ſummi Regis Chriſti virtutes mirificè extollit, *nomen, ſapientiam, fortitudinem, æquitatem, & ſummam beneficentiam. Oleum effuſum nomen tuum.* Prima amoris & ſpei ori-

Cur oculis plena & ſenis alis veſtita ſingantur animalia apocalypſis.

Explicatio Euangelij.

3.

PARTITIO DISCVRSVS.

Chriſtiano nullus eſt relictus locus dubitandi, aut deſperandi de diuina prouidentia.

4.
Spei plenos gaudere iubet fideles.

Fama diuina largitatis diffuſa.

go, eſt gloria nominis, & fama principis, *la fama de ſu poder y mageſtad es graviſſima y ſuaviſſima*; eſt enim ſalus & potentia, ſed ſuauiſſima & odoratiſſima, & quæ non vni loco addicta eſt, ſed per omnes prouincias transfunditur, & ad ſui odorem populos trahit; *ideo adoleſcentula dilexerunt te, las villas y lugares, donde vive la inocencia, como en las donzellas, te aman, y te ſiguen.* Hoc ipſum aliis verbis explicat, *Recti diligunt te, los que van acertados, tras vos ſe van; recti diligunt te, vanſe tras vos, y no con mal fin*; ſed quia te Ieſum vident Saluatorem ſalutem impertientem, ideo antequam Ioannes depingeret nobis animalia illa ſancta circum thronum clamantia, & omnem Eccleſiam ſeniorum & fidelium plaudentem, *Dignus es Domine Deus*

5. Apoc. 4. 11.

noſter accipere gloriam, & honorem, & virtutem: & priùs vidiſſe ait duos Cherubinos *in medio throni, quos doctrinam & ſanctitatem* re-

Verus honor ac fama à ſanctitate procedat.

ſidentis in throno ſignificare, conſonum eſt textui; vt intelligant omnes, qui vel in ſede Epiſcopali, vel in ſuggeſtu, vel in cathedra ſedent, vel denique dominatu & honore gaudent, tunc veri honoris & plauſus non inane nomen eſſe, quando ab opinione doctrinæ & ſanctitatis proficiſcitur, ita & laudes, quæ in circuitu ſedis exaudiuntur, ſanctitati, & ſapientiæ ſedentis conſonent: & tunc quidem dignitas vera dignitas eſt, & plauſus non adulatorij & ficti; ideo ait, *Oleum effuſum nomen tuum.* Quis non quærat medicum corporis & animæ, quis poſt dulciſſimum nomen, quod ſecum ſalutem &

Chriſtus Princeps & medicus.

medicinam importat, non currat? Reliqui principes non ſunt medici, neque ſanant, quinimò ægrotant, & ipſorum gratia infirma eſt. *Nolite confidere in principibus, in quibus non eſt ſalus. es ſalud achacoſa la de los Principes.* Nam quorum ægra valetudo eſt, etiamſi morbo ſoluantur, facilè in morbum delabuntur, & de minutiſſimis rebus. Referunt Hebræi duos illos miniſtros Pharaonis,

Traditio Hebræorum.

qui cum Ioſepho erant in carcere, in illum detruſos, hunc quia ſcrupulus in pane, illum quia pilus in poculo quod effuderat inuentus eſſet. O quanta neceſſaria ſunt, & quàm exacta ratio adhibenda eſt ad ſeruandam principum gratiam! quamobrem ſi in principe nec ſplendet ſapientia, nec odor ſanctitatis diffunditur, nec ſalus & medicina;

Sit vtilis populo princeps.

etiamſi populorum plauſu excipiatur, & iuxta ſe circumfuſam multitudinem habeat, mendacem gloriam iudicet, fictam, & adulatoriam ſequelam; omnes enim non amore, ſed vtilitatis cupiditate ducuntur. Sicut ad diuitem adoleſcentulum ſcripſiſſe fertur Philo-

6. ſophus: *O quàm ſolus es? iſti enim magis ſecum quàm tecum ambulant.* Videbatur Adonias ingentem vim & militem comparaſſe, dum infantes omnes, Salomone excepto, fortes viros, & duces qui fuerant Dauid, & eccleſiaſticam virtutem, & potentiam Abiatharis, ad cuius nutum omnis populus conuertebatur, ad ſe conuerterat; ſed nihilominus Veri-

Abul. in hūc locum.

tas dicit, *Omne robur exercitus Dauid non erat cum Adonia, lo mejor del exercito de David le*

3. Reg. 1.

faltava. Solus erat; quare? quia nemo illum amore & æſtimatione virtutum proſequebatur, ſed vtilitatis amore allecti fratres benigniorem fratrem expectabant, principes regem gratiorem ſomniabant; Abiathar ſacer-

Pauci ſinceré & puré principes ſequuntur & Deo inſeruiunt

dos timebat Salomonem ab illo ſacerdotium ablaturum, ſecundùm prophetiam, quæ à ſua generatione auferendum pronuntiabat. Ioab vel morte, vel muneris defunctione puniendum à Salomone formidabat. Quare cùm vnuſquiſque cum ſua vtilitate accedit, nemo erat cum Adonia, ſolus erat; quare auditâ hac voce Salomonem regnare, à conuiuio omnes diſcedunt. *Et iuit vnuſquiſque in viam ſuam.* Solùm habuit amicum altare, ad quod tanquam ad aſylum confugit. Ideo Seneca[a], *Mul-*

a Ad Galeū. de medic. fortu.

ti illum comitantur: mel muſca ſequuntur, cadauera lupi, frumentum formicæ. Muchos me ſiguen, amigos tengo. No vale la conſequencia; tambien a la miel ſiguen las moſcas, no por ſer amigas, ſino amigas de dulce. Placent ſibi in turbis nationum, & gaudet concionator, cùm circunfuſa multitudo concionem expectat; ſed deprimat & demittat faſtum; *nam habet tibicen*

Senec. ep. 77.

quoque Gracus, & præco concurſum. tambien al que toca la caxa, y da pregones, le rodean muchachos. Sic Chriſtum Dominum alij ex neceſſitate, alij ex curioſitate, alij guſtu, aut malitiâ ducti ſubſequuntur; pauci verò ſunt, qui ſalutem animæ quærant, & *rectum diligant*, & recta ad eum tendant; nempe quia Ieſus eſt ſalus animarum. *Abijt Ieſus.*

Cùm ſubleuaſſet oculos Ieſus. Aquila nobis ſa- 7.

Chriſti ſapientia & prouidentia.

pientiam noſtri Regis oſtendit, quod probè nouerat, quæ ſic ſponſum à ſapientia laudat, *Oculi tui ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ. Alçad eſſos ojos, eſpoſo de las almas, que han de llenar oy de confiança no ſolo varones, ſino mugeres; que (como dize Ariſtot.) ſon de ſu condicion deſconfiadas.* Habes enim oculos fœcundos, & omnium rerum ſcientiſſimos, ſicut columbæ, qui cùm creaturarum indigentiam norunt, ſtatim perniciſſimè aduolant ad ſubueniendum pauperi. Hæc veritas firmiter animis noſtris infigenda eſt: nam impij apud Ezechielem 9. dixerunt, *Dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt.* Et hæc fuit to-

Stulti quid de diuina prouidentia iactarunt.

tius impietatis origo, (ait Scholiaſtes) nam Dei prouidentiæ fides vna eſt, quæ homines continet in officio. Hæc eſt lex vitæ & diſciplinæ, qua frænantur potentatus, qui legibus humanis non poſſunt coërceri; ideo ad eos Sap. 1. *Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram: ſentite de Domino in bonitate. Penſad ſi quiera de Dios lo que del Rey de la tierra, que no es ſordo, ni ciego, ni ſin coraçon.* Ne putetis excordem eſſe qui pupillos & viduam derelinquat, pater eſt amantiſſimus, & mater oppreſſorum. Hoc ſi vobis perſuaſeritis, adminiſtrabitis incorruptam iuſtitiæ legem, & iterum ne putetis deſiderari rectorem mundi huius: nam *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum*, hoc eſt, quaſi ſpiritus 8.

omnia peruadit, vbi vult ſpirat; non ſolùm gubernat orbem, ſed replet: intimus eſt, quantumuis ſecretis iudiciis & cogitationibus, nihil cum latere poteſt; & *hoc* Græcè, poſitum pro *hic*, *quod continet omnia*, ſcilicet qui moderatur, portat, agit, ſuſtinet omnia, non eſt ſurdus, aut mutus, aut cæcus; nam *ſcientiam habet vocis; auris enim zeli audit omnia.* Et quis eſt iſte zelus? Deus. Quapropter cùm auditis Deum, zelum ipſum putate, *a fecha como zeloſo marido*; eſt enim zelantiſſimus iu-

ſtitiæ

ſtitiæ, & vindex tyrannidum. Verùm quid immoror in probando quod experientia compertum iam eſt. *Vidit Dominus* (inquit Dauid) *& miſertus eſt; en mirando Dios cierta es ſu miſericordia*; quare addit, *Reſpice in me, & miſerere mei.* Proba tamen mihi, quòd cuncta proſpiciat. Fugit Agar *Geneſ.* 16. de domo Abraham, inuenit eam Angelus iuxta puteum, & blando colloquio leniuit, & in domum Saræ reduxit, & de concepto filio ingentem poſteritatem pollicitus eſt, & nomine, *Iſmael*, appellandum, *eo quod audierit Dominus afflictionem tuam.* At illa, inquit Hilarius, & Caietanus [a], conſiderans quia eam miſeram conſolatus eſt, relicto iam nomine Angeli, Dei nomen illi affixit, dicens, *Tu es videns mei*; ipſa quidem nominatio eſt beneficij agnitio, & gratiarum actio, *Tu Deus qui vidiſti me. Tu eres Dios, que con la viſta ſanas y remedias los neceſſitados.* Ex facto autem ipſo nomen puteo indidit, *propterea appellauit puteum illum viuentis, & videntis me.* Sit ita quòd viderit te; quare tamen viuentem vocas? quod eſt iſtud peculiare beneficium, cuius gratia nouo Deus nomine *viuentis* inſignitur? Refert Toſtatus ex Hebræis authoribus Agar grauidam tunc fuiſſe, acerbitate tamen doloris, eo quòd à domo expulſa eſſet, fœtum in vtero interiiſſe, ad quam tamen in tanta afflictione exiſtentem miſit Dominus cuſtodem Angelum Abrahæ, quem D. Baſilius [b] vocat *Dei oculos, quòd curam ſuſceperit nos inuiſendi*, qui viſu oculorum fœtum ad vitam reſtituit, quod afflicta mulier ſecum cogitans non niſi à Deo viuente & vidente profectum fuiſſe vocauit, *puteum viuentis & videntis*, cui etiam concordant verba,

Senior ac Deus aſpicit miſeretur.

Cũcta proſpicere Deum probatur.

[a] Apud Lipoman.

Cur vidẽs & viuens vocatur Deus.

[b] In Pſal. 33.

9\. *Profectò hîc vidi poſteriora videntis me.* Rabanus [c], *Nemo poteſt faciem, id eſt, ipſam manifeſtationem ſapientiæ Dei videre, & viuere. No digo yo que he viſto la ſabiduria de Dios: lo que veo es, que es coſa clara, y que ſe toca con las manos, que Dios a mi me ha viſto, y veo los neceſſitados.* Oculi aptiſſimi, quis vim veſtram ignoret? O quoties (peccator) putaſti, longè à Deo eſſe, & exulem à domo & amicitia factum, animam in corpore mortuo geſtantem, & quaſi putridum membrum à complexu Saræ, hoc eſt, Eccleſia, & à numero fidelium ſeiunctum; at ſubitò veniunt ad te oculi iſti columbæ, qui animam ad gratiam, oculos ad veram cognitionem reuocarunt! O quoties tranſeunter animum pupugit, excitauit, & abſcondit ſe; atque tu miraris, & confiteris verè Deum omnium rerum ſcientiſſimum eſſe, *& puteum viuentis & videntis eſſe eius prouidentiam*; verùm pari paſſu currere Dei videntiam (vt ita dicam) & eius prouidentiam, licèt non à priori, à poſteriori tamen, ſicut Agar, argumentabor. Vis autem argumenti in Pauli ratiocinatione conſiſtit, *Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro omnibus tradidit illum, quomodo non omnia ſimul nobis cum ipſo donabit?* Non dixit, qui omnia videt, nec omnia intuetur, ſed ſupponit omnia videre, quia omnia ſic prouiderit opportunè. Inquiro ergo, quare Rebecca *Gen.* 25. ſentiens in vtero filiorum luctam, cuius cauſa in maxima erat afflictione, in montem Moriæ perrexerit vt Deum conſuleret, quem ſorte euentum habitura eſſet illa tribulatio.

[c] Apud Lipoman. caten. ſuper Gen.

Fortiſſimum diuinæ prouidentiæ argumentum ex Paulo & ex Geneſi.

Perrexit Rebecca, vt conſuleret Dominum; nec textus, nec Doctores ſatis declarant, quò perrexerit. S. Chryſoſtomus [a] ad Melchiſedecum ad montem Moriæ; Auguſtinus idem fatetur, vtpote vxor ſancti Iſaac probe nouerat, quòd nomen pater eius affixiſſet illi loco, *Dominus videbit*, aut, *Dominus videt.* Verùm quid tua quòd Dominus hîc videat? Vnde ex hoc ſtatim tibi affuturum exiſtimas? Certè valde notanda eſt vis verbi Hebræi *raab*, quod non ſolùm ſignificat *videre*, ſed *prouidere*, præparare, & à periculo & anguſtia liberare. Pergunt ſimul ad montem pater & victima; at puer rogat prouidè parentem, *vbi eſt victima?* Reſpondet pater, *Dominus prouidebit ſibi victimam holocauſti, fili mi*, ex Hebræo in Hiſpanum ſic vertas, *Dios proueera, y mirara para ſi el cordero*; & vulgatus elate dixit, *prouidebit.* Et quàm in tempore prouidit, audiamus Zenonem Epiſcopum Veronenſem. Prodiit parentis affectus pietati ſubiectus, pietas religioni, vtramque erigit Dei reuerentia; gladius ſuſpenſus manet in aere; inſigne deuotionis factum, nec ſanguine, nec crimine tinctum: crudelitas tranſit in fidem, iniquitas in myſterium & ſacramentum; & parricida ſine ſanguine venit, & victima viua ſuperſtes; quo cum Deus optimè compleuit, inquit D. Chryſoſtomus, quod Abraham ignorans ſortè protulerat, *Dominus prouidebit, Dios lo compondra*, nempe ita prouidit, vt omnia ab infinita Dei ſapientia *compoſita manerent, vt pater ſacrificaret, & filius ſeipſum offerret, & Deus vtrumque acceptaret: nec tamen propterea aut pater filio orbaretur, aut Deus victima filij, nec filius vita. Deo igitur rerum inter ſe diſcrepantium prouido compoſitori ſit hic mons in titulum, Dominus videbit, ſeu Dominus prouidebit.* Erat ſimiliter iam ſub Dei gladio iugulandum humanum genus, inſtabat iuſtitia, vno ictu mundo ceruicem amputare minitans; peribat omnino hominum genus; cùm ecce repentè offert agnum Dei filium amantiſſimus Pater, & inter peccatorum vepres hærentem trahit ad aram, & ad montem iſtum Moriæ, & vox illa ſonat, *oportet, vt vnus (que el quees Dios) moriatur homo, en quanto hombre muera, pro populo*, hoc eſt, pro humano genere, ſicque homo redimitur, Deus placatur, moritur homo, reſurgit vt Deus, & omnia recte prouiſa ſunt in monte iſto. *Todo lo compuſo, que la juſticia que daſſe ſatis fecha, el hombre no muri eſſe, murieſſe elque podia reſucitar; el Padre no que daſſe ſin hijo: la Virgen no perdieſſe ſu primogenito, ni el hombre perdieſſe a Dios.* Cùm igitur Rebecca in anguſta materni vteri palæſtra acre certamen inire fratres videt, quò ſe conferat ad petendum conſilium, quis componet omnia, quis iram ſedabit luctantium; quis niſi ille qui in monte Moria ſic diſcordes res compoſuit, ſic in tempore occurrit, & ſuccurrit, *vt viderit, & prouiderit.* Ex hia

10\.

[a] Hom. 50 in Gen.

Noſter Villalpan. tom de vrbe, agẽs de monte Moria.

Opportuniſſimè proſpicit Deus ſeruis ſuis.

11\.

Reſpondetur ad quæſtionẽ ſupra poſitã. Formatur ratio & argumentum iſtud Pauli.

M 2 igitur

igitur robur accepit Pauli argumentatio, qui, cùm opus fuit, ſanguinem & vitam filij vnigeniti, in tempore dedit, & ſeipſum in monte Moria, hoc eſt, in Eccleſia, pro nobis obtulit; quomodo item Pater nobis exiſtentibus in Eccleſia omnia non dabit? quis propter indigentiam à tali parente, & tali filio per peccatum recedet?

Sapientia & oculi Chriſti fœcundi & potentes. Sed nota verbum, *Cùm ſubleuaſſet oculos, miró que tenian neceſſidad, para eſſo miro*: vt oſtendat ſapientiam Chriſti non eſſe ſterilem, ſed citò ad ſubueniendum properare.

Cant. 4. *Oculi tui ſicut columba*, mei oculi columbarum; tui verò ipſæ columbæ fœcundiſſimi: ſunt enim quamplurimi, qui vident, ſed quaſi non vidiſſent; *ven, pero no echando ver, ſaben, y hazen de los que no ſaben nada.*

Eccli. 11. 12. Eccleſiaſticus, *Eſt homo marcidus, egens recuperatione, & oculus Dei reſpexit illum in bonum, & erexit eum ab humilitate ipſius, &*

12. *exaltauit caput eius. Ay hombres como vna malua lacios, y ni a eſſos oluidan los ojos de Dios, deſde lo alto los ve.* Non ſic ſe habent homines, maximè potentes, qui cùm in honoris vertice ſint, vel in alto dignitatis gradu, infirmiores contemporaneos, & ſocios ſuorum ſtudiorum reſpectare nolunt,

Superbi in ſublimi poſiti deſpiciunt alios. neque proſpiciunt; *en eſtando en alto, pierden la viſta, y ſo hazen de los necios, y aſſi es; y han meneſter antojos de larga viſta.* Sedet ille in epiſcopatu, & ſic oculos ad ſuperna tollit, vt pauperem amicum, ſodalem Salmanticenſem, quaſi extraneum reputet. Sic ſe geſſit diues ille epulo erga Lazarum, qui in deliciarum & copiarum abundantia elatus egentiſſimum pro foribus iacentem aſpectare non poterat, nec clamores audire. Mutat vices Deus, & diuitem in tenebricoſum inferni carcerem detrudit. Lazarum verò in gloriæ ſplendore collocauit; & tunc iam optimè ſuſpiciebat illum, *mirole en lo claro deſde lo eſcuro, y tan mirado, que ſo le ſaltauan los ojos del caſco, Ha ruin, agora tienes ojos?* Chriſtus verò ſicut & Abraham de eminentiori monte, & de ſublimi gloria oculos ad terram demittit, & ſtatim commiſeratione tangitur, *Miſereor ſuper turbam.* Domine vſque adhuc quos gemitus pauperum mendicantium panem, quos puerorum planctus, quas fœminarum

13\. querelas audiſti? (*que las mugeres luego dizen ſeles cubre el coraçon; y no ay a quien menos ſe les cubra el coraçon que a las mugeres, por que no ſaben tener ſecreto*;) quare tam ſubitò animum pungit pietas, & emendi panem curæ ſolicitat? Sed tali dulcedine diuini verbi tenebantur ſuſpenſi, vt concionatori diuino opus fuerit illos ad corporum curam, & memoriam cibi deducere;

Suauitas diuini verbi obliuionem affert aliarũ delectationũ. ſicut de duobus illis eremitis legitur, qui, cùm vnus alterum inuiſeret, ollam herbarum & leguminum igni adhibuerunt; tanta autem verbi diuini dulcedine pellecti ſunt, vt inuicem diſceſſerint, ollæ omnino immemores. Pertinebat autem ad Regem pariter ſapientiſſimum inuitare, & paſcere. Hiſpanum pronunciatum eſt, *a quien no habla, Dios no lo oye*; nolim hoc verbum inter vos iactari, haber enim in ſacra Scriptura contradictoriam propoſitionem, *Antequam clament, ego exaudiam eos. Sabelde a Dios eſta condicion, y aſſemeja oſa ella*; & pauperis poſtulationem anteuertite verecundiam & importunitatem; ſicut Iob 31. 16. *Si negaui* quod volebant, *pauperibus*; non

inqoit quod exigebant, ſed quod velle indicabant, *& oculos viduæ expectare feci*, non *Antequã petat pauper audiendus & ſubleuandus* dixit perorationes, quas illæ peragere ſolent, ſed oculos vel tenuiter ſuam miſeriam ſubindicantes; & D. Paulus ſuum concionatorem diuites admonere iubet Timoth. 6. *Non ſublime ſapere, que no ſepan, ni tengam reſabios deſeñores ſoberuios*, in Deo fiduciam, non numis habere, bona opera theſaurizare, & præter hæc *facilè tribuere*, Deum imitantes, qui deſiderium pauperum exaudit, & ſua ſapientia prouidet, ſua pietate ſubuenit: *& ſicut columba oculi ſunt iuxta fluenta pleniſſima*, vt aquis multis, hoc eſt, populo multo ſuccurrat, *miſereor ſuper turbam.*

Accepit ergo Ieſus panes. Iam potentia leo- 14.

nis affulget, & poteſtatem & liberalitatem collaudat ſponſa, *Manus eius tornatiles aureæ, plena hyacinthis*; lapis enim hyacinthus *Potentia diuina comes eius prouidẽtia.* diuinitatem humanitate coniunctam ſignificat, quam vt oſtendat, leonis, id eſt, diuinis manibus panes aſſumit. Sic Auguſtinus [a], *Miſericorditer pauit eos, non ſolùm pro bonitate, verùm etiam pro poteſtate. Oy ſe verá que quiero, pero tambien que puedo*; quaſi diceret, attendite nos veniſſe hodierna die in officinam miraculorum, in auctorem mirabilium; ideo voluit adeſſe ſibi quatuor animalia, ſed leonem præcipuè, & omnes adeſſe Euangeliſtas, vel ſaltem omnes referre inſigne miraculum, Sibyllas à longè proſpicere, vt refert Lactantius [b], & ita notauit Iuſtinus Martyr [c], *Quoniam ſciebat infidelibus familiare eſſe dicere: Quomodo? ideo prius ſua potentia infinita irrefragabile poſuit argumentum*, hoc nempe conuiuium promittens, quaſi argumentum, ex quo potentia ad Euchariſtiam inſtituendam deduci poſſet. Modò intelligemus quare dixerit ad Philippum: *Vnde ememus panes, vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum*, videlicet quia Saluator opere docebat quod ego ſermone, & vt ego hodierna die vni Deo fidendum perſuadere veni, ſic diſcipulos hanc doctrinam rebus, quæ præ manibus erant, edocebat. Veni huc Philippe, vbi ego ſum, *vnde ememus panes*? oſtendens illi ſoli Regi *Soli Deo fidendum.* Deo immortali fidendum, & innitendum. Surgit Apoſtolus, & claudicare cœpit in ſpe, & baculo filiorum Adam è veſtigio inniti cœpit, pecunia videlicet, quid non ære emi poſſit? cui neceſſitati non ſubueniunt numi? Verùm iſti noſtræ indigentiæ ducentorum denariorum copia, vnam panis buccellam vnicuique difficilè emeret. En noſtram confidentiam, pecunia deeſt, *eldinero falta, no ſe puede hazer nada, no ay animo para obra buena.* Sileant nunc opera Dei, & proximorum opera miſericordiæ ceſſent. O noſtra imbecillitas, vbi Deus eſt, arcam conſulitis, & vim pecuniæ. Hinc fit, vt o- 15.

mnino Deo deſperantes, peccando ſuis neceſſi

a Tract. 24. in cap. 6. Ioann.

b De vera ſapien. c. 15.

c In lib. de Trinit.

Digitized by Google

Ex diffidentia Dei peccata innumera iniuſtitia oriuntur.

ceſſitatibus, & exceſſibus, & deliciis ſatisfacere curent, quæ eſt iniquitas maxima, & læſæ maieſtatis crimen. Amos 2. *Accubuerunt ſuper veſtibus pignoratis iuxta omne altare meum, & vinum damnatorum bibebant, vt blaſphemarent nomen ſanctum meum. Unos por deſconfiança, otros por ſatisfazer a ſus exceſſos, dauan en ſer ladrones.* Explicant hæc verba Doctores * de quibuſdam hominibus, qui de iniunctis pœnis iniuſtè numos extorquebant, & vinum iuxta idola compotebant: vel, vt alij volunt, hæc auferebatur de bonis quæ fiſco mandata erant. *Al fin ello era hurtar, o comer y beber de lo hurtado.* Sed addit, ſuper veſtibus pignoratis accubuerunt, pignoratis videlicet à viris Iuda, vt explicant iidem Doctores, legem diuinam infringentes, qua cautum erat, vt pignus ablatum ante noctem debitori redderetur. Alij verò verba meliùs perpendentes aiunt, *pignoratas veſtes templi* illas eſſe, quæ in cultum imaginum ſolent adhiberi, & ibi in cultum Dei nunquam auferenda adhibebantur. His autem mos erat prophetare, vel Deum conſulere ante belli principium, vel aliud graue opus; ſicut Da-

Soli Deo deſigenda ſpes.

16. uid dixit ſacerdoti Abiathar: *Applica Ephod, ponte eſſa ſobrepelliz: por que nos declare Dios ſi conuendra eſta guerra.* Sic Gentiles homines (vt ex libris Machabæorum colligitur) in eodem Dei templo alia erexerunt idolorum altaria, & cùm ab illis ſcire volebant alicuius rei euentum, ſemel conſultis diis, deorum veſtibus induti & inuoluti dormiebant in altaris crepidine. Sic explicat Clarius Iſidorus. Itaque Deo in illo maximo altari exiſtente, conſulebant idolum vini, panis, pecuniarum, & belli. *O peccatum ariolandi!* ô ingens crimen! *ſuper quartum non conuertam eum. No mereces perdon, pues pudiendo acudir a tu Dios, andas en agorerias y hechizerias.* Nunquid non eſt Deus in Iſraël, vt conſuleretis Beelzebub Deum Acharon? 4. Reg. 1. *Usaid aca Chriſtiano, no ay Dios en la Igleſia? no tiene poder Chriſto: como vos conſultais primero al Dios del pan? y ſi el oficio o el amigo no os remedia, no ay confiar en Dios. Venis aca mercader, no ſabra Dios manteneros ſin injuſticias, y a vos oficial ſin engañas, y a vos eſcriuano ſin mas de vueſtros derechos? Renozanſe con uno ſicio, arrimanſe a una vara, conſulta la bolſa, muchos ſomos, pocos dineros ay, habilidad es meneſter y aun vñas. Demonio no has de dezir aſſi, ſino Dios eſta en ſu ſanto templo, Ieſus eſta preſente, eſtando el aqui, no he meneſter eſtriuar en lo humano, como idolatra.* Quod maximam ſui offenſam reputat Deus, *vt blaſphemarent nomen ſanctum meum:* nam ſicut antea ad arcam accurrebant, ſicut Saul 1. *Reg.* 14. dixit ad Achiam: *Applica arcam Dei, corre, vè, y conſulta el arca*; ſic modò ad Ieſum veram Dei arcam accurrendum eſt nobis, vt notat D. Iuſtinus Martyr [a], arcam ipſam 1. *Reg.* 14. vaccis aſportatam poſt victoriam contra Azozios Philiſtæos, non in locum, quo antea erat, perueniſſe, *ſed in agrum cuiuſdam viri, Ioſue nomine, eodem nomine quo ille, qui mutato nomine, Ieſus nominatus eſt, la arca miſ-*

*Dion Carthuſ. Remig. Lyra, Vatabl. Montanus.

a Dialogo contra Tryphonem.

ma de las confianças y vitorias ſe va no ſin miſterio a caſa de Ioſue, o Ieſus; quaſi docens populum, vbi Ieſus eſt, fruſtrà iam fidere in arca, in manna, & virga: ipſe enim eſt ſolus potens, & ſaluans, & vincens. Nunc ergo (vt ad propoſitum redeam) vt recte incedamus, non duobus, ſed vno tantùm pede innitendum eſt, vni videlicet Deo, non auro, non potentiæ confidendum. Hæc eſt ſalus illa Iacob, quam aſſerit Propheta Deum mandare, *Qui mandas ſalutes Iacob. Guſta Dios de que ſus ſiervos tengan eſta coxera, y eſtriben ſolamente en Dios*; ſicut Iacob, cui Angelus neruum contorſit, vt nempe eum ab humana fiducia ſepararet, *para deſanimarle de la humana confiança.* Explicat hoc D. Gregorius [a]: Fac tibi domum tuam omnium rerum indi-

Deo & bona conſcientia innitendum.

gentia premi, vacuam arcam, exilem 17.
ſubſtantiam, pecuniam nullam; ſit tamen conſcientiæ puritas, & Dei amor, ibi figenda ſpes, hoc vno pede nitendum. Vouerat Deo Iacob *Gen.* 28. & duobus quaſi pedibus incedere volebat, *Si fuerit Dominus mecum*, ecce pes vnus, *& dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum*, &c. *erit mihi Dominus in Deum*; ecce ſiniſter pes. O homo, certè dormitaſſe videris. Qui vidit Dominum, ſic vouet Deo? ſic duobus pedibus incedere vult? *Dios y pan? Dios y veſtido? y ſino, no le tendre por Dios.* Qui ſemel dicit, *Si Dominus fuerit mecum*, quid opus eſt addat, ſi dederit mihi panem? Quare ne vacillet ſpes tanti viri, nerui dolore corripitur, & vno pede claudicare iubetur. *Hinc Iacob, qui Angelum tenuit, vno mox pede claudicauit, quia, qui vero amore ſublimia reſpicit, iam in hoc mundo duplicibus incedere deſiderijs neſcit: vni enim pedi innititur, qui ſolo Dei amore roboratur, & neceſſe eſt, vt alius marceſcat; quia mentis virtute creſcente, oportet proculdubio vt carnis fortitudo torpeſcat.* Proh pudor Chriſtiani, qui Dominum ſecum habet (ſi Dominus fuerit Emanuel) & tamen non illi ſoli, ſed terrenis innititur. *Aſſegnremos primero lo temporal, y luego acudiremos a Dios, voz loca y Gentil.* Dicis tamen, etiam currens, & anhelans, du-
plici pede incedens obtinere non valeo ne- 18.
ceſſaria, quid ſi vni pedi inniterer? Reſpondet acutiſſimè Auguſtinus, imò ideo non conſequeris, quia non vno, ſed duobus pedibus inſiſtis. Nónne vides circinum, qua ratione in centro vno pede nititur, vbi ſi non eſt fixus, diſparatas lineas effingit; ſi verò in centro fixus permanet, circulum & coronam perfectiſſimam, & ſymbolum gloriæ perficit, *haze circulo, ſymbolo de todos los bienes.* Sic errant peccatores, quia extra Deum humanis rebus confidunt, vt inquit Dauid, *Multa flagella peccatoris, el juſto cae en la cuenta*, & in centro fixus vni Deo confidit, ſicque omnium bonorum coronâ circundatur, *Sperantem autem in Domino miſericordia circundabit: cercale, guardale, honrale la miſericordia de Dios, que es meneſter? honra? riquezas, ſalud?* Ideo Varabl. *Nitentem autem Domino miſericordia circundabit.* Sela. *Hagaſe aqui pauſa*, & perpendant homines, qua ratione

a Cap. 40. in 3. c. Iob.

Vbi claudicat ſpes noſtra.

Prius diuinis quàm humanis curandũ.

Simile.

Quo pacto ſubueniat Deus in eo ſperantibus.

 Deus

Deus ſubueniat in ſe confidentibus. Quare D. Auguſtiuus [a], *Tene illum, illi ſoli innitere, qui ait: Omnia mihi tradita ſunt a Patre meo, yo ſoy centro. Anare, ecce habes omnia, omnia contemne, & ipſum tene, vt omnia poſſis poſſidere*; dum enim adeſt Ieſus, nec principes adeundi, nec arca conſulenda; nec induſtriis nitendum, nec pecuniæ fidendum; ſed in omnibus his terreuis claudicantes vni Chriſto inniti debemus. *Todo lo demaſis ocaſion de mil baxeſas.* Ierem. *Quàm vilis facta es nimis iterans vias tuas: ab Ægypto confunderis, ſicut confuſa es ab Aſſur; nam & ab eſta egredieris, manuſque tuæ erunt ſuper caput tuum: nihil ergo habebis proſperum. Es andar por las ramas, rodear el mundo, y boluer con las manos ſobre la cabeça.*

a Serm. 34. de verb. Domini.

Cap. 2. 36.

19. *Facite homines diſcumbere.* Ecce æquitas reſplendet cum liberalitate coniuncta; quod ſymbolicè de noſtro Rege cecinit ſponſa, *Manus eius tornatiles aureæ*, vel, vt alij, *orbes aurei*; Indorum diuitias habet, & largiſſimè diſtribuit; ſed liberalitas cum iuſtitia, & æqualitate, & ordine coniuncta eſt: *manos ricas, pero hechas al torno, iguales, y que ya den aqui, ya alli.* Sed licèt in eo ſplendeat liberalitas, illam tamen iuſtitia commendat. Seneca [b] verus ſapientiæ alumnus, *Beneficia* (inquit) *ſine vllo delectu magis proijcimus, quàm damus*; & ante cum Cicero [b], liberalitatis duos eſſe fontes, *verum iudicium, & honeſtam beneuolentiam*: nec immodica donanda ſunt, nam plures inconſultâ largitione læduntur, quàm beneficio deuinciuntur. Scitè Tullius, *Benignitate benignitas tollitur.* Quid ſi omnia vni dentur? *Pluribus prodeſſe non poteris* (inquit D. Gregorius) *ſi omnibus, nullus finis.* Antequam ſinguli ſatientur, reſpublica deficiet; atque vt omnia dicàm, *perſonarum ratio habeatur, nimirum vt maior ſit, & propenſior liberalitas in calamitoſos.* Sit igitur primò ordo: *Facite homines diſcumbere: no veis que eſſos ſon las cabeças; eſto de dar a ellos ha de ſer primero, no a ellas.* Illud maximè in admirationem rapuit reginam Saba de Salomonis palatio, *ordines miniſtrantium*, & illud maximè deplorandum in inferno, *vbi nullus ordo*, ſed principes & ganeones æquales ſunt. Sioe ſcriptura per ſeipſum patet hoc. Ad regem Xerxem puerum lis adducta eſt dirimenda; puer nempe grandiuſculus togam ab alio longiorem abſtulit, & dedit illi ſuam breuiorem; quæ benè ei aptabatur. Quid indicat veſtra altitudo faciendum? quos cùm ille intuitus fuiſſet, & vtrumque pro quantitate corporis veſtitos, eum, qui altior erat, longiori, & qui minor, breuiori, bene, inquit, factum. *Facite homines diſcumbere.* Sit ordo in Chriſtiana republica, ſedeant viri, nam fœminæ ſemper ſedent. Iſti adoleſcentuli vaniculi, ſemper ad feneſtrarum, & templorum proſpectum ſtant, facite illos ſedere, *A caça, à toros, à cañas, a deſollinar ventanas, ſientenſe, que tienen mas neceſſidad.* Filium viduæ cùm ad nouam vitam reuocauit, priùs ſedere fecit, *hizolo aſſentarſe al que deuia tener poco aſſiento. Nec immodica ſit liberalitas.*

b 1. De benef. cap. 1.

c 2. Officior. lib. 3.

Æquitas diuina in diſtribuendis donis.

Ordo ſeruetur in largiendis donis.

Probatur ex hiſtoria.

Sedere & quieſcere cogantur inquieti.

20. Quis Nerone & Caligula prodigalior? quis vtroque nequior? quis vtroque crudelior? Alter 50. milliones Philippicorum, ſiue ducatorum Itali, immanibus ſuis largitionibus effudit; alter primo ſui principatus anno 75. milliones abſumpſit, & ad eam egeſtatem peruenit Caligula, vt coactus ſit ad rapinas conuertere animum. Idcirco prudenter egregius quidam Doctor, & Decanus Pariſienſis Thomas Bricotus, cùm Franciſcum I. Galliæ regem ſolenni eius inauguratione dilaudaret, à multiplici, variáque naturæ dote, de liberalitate agens dicebat, eum inſtar D. Francisci (cuius nomen ſortitus erat) ſtigmata in manibus gerere, cum manibus velut terebratis continere nihil poſſet, multa namque ſubditis indulgebat, ideoque pro re nata admonebat, ne patulas ſemper manus, ſed interdum cauas adhiberet, & ſumptibus modum poneret; cæteroquin fore aliquando, vt in ſuo regno multo plures in paupertatem adduceret, quàm fecerat olim D. Franciſcus in orbe Chriſtiano, non quidem ſpontaneam, vt ille, ſed inuoluntariam; maximè tamen in calamitoſos benefici ſint. D. Ludouicus, qui octo & viginti rerum diuinarum collegia ſuis ſumptibus fundauit; tametſi centum & viginti pauperes haberet, qui ſe humaniſſimè conſequebantur, & eodem modo quo ſeipſum victu quotidie ſuſtentaret, ac etiam diebus Quadrageſimæ numerum duplicabat: itaque mirum videri non debet, ſi annos quatuor & quadraginta ſumma cum ſui nominis gloria imperauit, & ita imperauit, vt hoſtibus quidem formidoloſus, charus amicis, Deus ſubditis, ſanctus omnibus haberetur. Ad eandem iuſtitiæ honeſtatem pertinet quod ſubdit, *Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta*; vt de ſuperfluis ſit, quod in pauperes erogari poſſit.

Immodica non ſit liberalitas.

Ioan. Mich. in Anat. corp. polit.

Iuſtitia in conſeruandis partis bonis.

Bodin. 6 de Republ. c. 2.

21. *No es mezquindad, ſino auiſaros*, quòd ſi Gentiles immodicos ſumptus fecerunt, erant principes, modò tales non ſunt, illi infideles erant, noſtri fideles, tunc mundus felicior, vberior, *mas holgado eſtaua el mundo*; nunc verò indigentiſſimus, & penè fame conſumptus; & in tam miſera rerum conditione, ille alius alit tot monſtra, *lacayos, coches, pages, halcones, galgos, calças bordadas, cenas, truhanes, muſicas, aparadores, y todo perdido y mal gaſtado*; quàm bene prouiſum eſt, *colligite, coged eſſos oros, eſſas telas, eſſos ducados, y aprouechen a las gentes, al amigo, al neceſſitado, al pobre que lo pide por Dios, al oficial que lo deueis, al criado que os ha ſeruido.* Ecce quomodo Rex regum munificentiſſimus panis buccellas perire non patitur, ſed *colligite*, ſicut Dauid, qui bella ſuſtinens, pauca tributa exigens, exiguis prouentibus *centum millia talenta auri, & argenti mille millia talentorum*, &c. in templi fabricam reſeruauit. Simili tamen, & incomparabili largitati duo ſuperaddenda ſunt mirabiliora, regnũ omni ære alieno exoneratum reliquiſſe, & in regio theſauro repoſita tria millia talenta auri, & ſeptem millia argenti: & inſuper hanc vocat paupertatem ſuam, *in paupertate mea.* Vide modeſtiam, vide pietatem. Contrà verò Salomon ditiſſimus ære maximo obſtrictus obiit, & tributa grauiſſima impoſuit. Vnde ortum habuit hoc? quia ſine ordine, & quia vni reginæ Saba omne quod voluit illa, dedit: & quid ſat erit ſic expendenti? *Colligite, ſuma todo el oro que Dauid dexo para el templo ciento y ocho mil talentos de oro, y la plata mil vezes mil y dezisiete mil talentos de plata; que reducidos a moneda Eſpañola mõta el oro mil y ſeſcientos y tres millones, ochocientos y doze mil y trecientos y ſeſenta y cinco ducados Eſpañoles, la plata vale mil*

1. Par. 22. 14.

y docien

y docientos y ocho millones, ciento y nouenta y ſeys mil ducados, y ambas partidas ſumandos mil y ocho cientos y dozo millones, y ocho mil y trecientos, y ſetenta y cinco ducados de moneda Romana.

P. Villalpād. P. Pineda.

Ipſe autem fugit, & abſcondit ſe ab eis. Optima quidem cogitatio, & tanto rege digna, qui tale *ſapientia, fortitudinis, atque æquitatis* ſpecimen dederit. Verùm facies vituli, hoc eſt, manſuetudo & moriendi deſiderium, deerat, & mendaces facere homines, qui vel nolle mori, vel non poſſe redimere putauerant. Ideo eum à velocitate pedum collaudat ſponſa, *Fuge dilecte mi, aſſimilare capreæ, hinnuloque ceruorum. Tan bella ſerà vueſtra retirada como vueſtra venida; truxo os el amor, y el amor os ſolicita a que huyais deſte monte a otro monte.*

22\. *Simile.* Sicut rex caſu de venatione ad pagum peruenit, quem cùm vident ruſticani benignum, pulcrum, liberali facie, & munificentiâ amabilem, conueniunt omnes, & dato ſigno agunt de retinendo viro illo, de danda illi pagi præfectura, & in vxorem filiam nobilioris, & ditioris populi, *haganosle alcalde, y caſeſe con la hidalga.* Fugit ille tunc in curiam inter aulicos, vbi regina regno, coronâ dignâ decoratur. Vident Galilæi noſtrum Principem imperio dignum, & ſecum cogitant in Regem tollere. At ille *fugit, abſcondit ſe ab eis.* O Princeps, quare fugis? quantum ornamenti tibi regalis purpura adiiciet? Tolle (inquit) ruſtica veſtis eſt; digniorem aliam induam in Pilati domo poſt flagella, poſt ſanguinis & lacrymarum fluxum; veſtis enim mea, ſubditi mei ſunt. *His omnibus velut ornamento veſtieris*, quæ licèt detrita ſunt, & quaſi veſtis dilacerata, cui peccatum nitorem ademit, ego illa meo ſanguine & aquâ tincta in nouum ſplendorem reducam: *yo harè que valgan por el tinte*; etiamſi ab Adami culpa obſoleta ſint, & pænè conſumpta. Quàm bellè diademate redimeretur ſacrum caput, & aurei capilli ſerena & liberalis frons? Quin potiùs (inquit) ego ſpineam aliam coronam appeto; mea enim corona talis eſſe debet, vt figi poſſit, vt ſecuritas mei Regni nullo euentu exturbandi in corona portendatur altè in meo capite infixa; *y por que valen tanto los trabajos en mi Reyno, que quiero hazer dellos vinculo, y aſſirmarlos a la corona Real.*

Fugit Chriſtus honorem vt pro nobis opportunius mori poſſet.

Quàm bene manus pulcræ & liberales ſceptrum geſtarent aureum, & regiam virgam, imò potiùs (inquit) hanc temporariam poteſtatem fugio, aliam ego virgam habeo, qua populos & prouincias velut vaſa teſtea confringam, & ſuperem, nec vi, ſed diuinæ potentiæ tribui hoc velim; quare date mihi arundinem ſerpenti lethalem: diſcipuli mei ſunt ſceptrum meum, quibus ſuperbiam dæmonis demiſſione, mundi opulentiam paupertate, potentiam infirmitate confringam. *Con eſtos pobres darè yo de palos al mundo.* Veruntamen, ô mi Salomon, quàm decenter in eboris throno aſſideres. Quàm præſtat (inquit) crux thronum? Quàm excedit Caluariæ mons Galilææ promontorium? Ibi ego in cruce quaſi in throno adero, pacificus pacis fœdera mundo dans, ibi à duplici populo agnitus, larga manu munera regia dabo; matri diſcipulum, diſcipulo matrem; Patri animam, terræ corpus, limbo lucem, inimicis orationem, mortuis vitam, latroni regnum, peccatoribus gratiam, legi promiſſa, Prophetis impletionem; ibi reſerabitur teſtamentum ſeptem ſigillis obſignatum, in quo tanti Regis prouidentia latebat, vbi ſumma ſapientia reſplendeat, ineffabilis potentia, inaudita iuſtitia, & inexhauſta bonitas; vt iam deinceps filij mei tanti Parentis teſtamento ditati, teſtibus & ſignis obſignato firmari, illi ſoli ſperantes nunquam ſe ob indigentiam peccato, mundo, aut principibus, in quibus non eſt ſalus, committant, ſed Regi ſæculorum immortali, qui talibus ſuæ prouidentiæ miniſtris conſtipatur, qui vna voce concinant, *Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam* diuinitatis, *honorem* nominis, *virtutem* fortitudinis, *& ſapientiam & benedictionem. Alabenle al Dios, al Ieſus, al ſabio, al fuerte, al juſto*, quia reſerato teſtamento ſuæ prouidentiæ diuites nos fecit in teſtamento ſuo, in omni gratia, & benedictione ſpirituali, & ſempiterna gloria, Amen.

23\.

Arundo ſceptrum Chriſti, hoc eſt, infirmi diſcipuli.

Epilogus.

Apoc. 4. 11. & 5. 12.

CHRISTI AMANTISSIMI NOSTRI congreſſu, & amoris commiſſo certamine, HOMO DEI ſui deditionem facit, amor ardens repetito bello regnum humani cordis occupat, & in ſempiternum obtinet.

INSTITVTIO XLVII.

VICISTI, amor, charitas Chriſti mei, viciſti me, ne dicam teipſum ſuperaſti, nemo eſt qui tibi non cedat, faſceſque ſubmittat. 24.
Sed quid mirum ſi contra me tempus, æternitatem, vitam, mortem, gloriam diuinitatémque concitaſti, & quidquid in diebus carnis tuæ patraſti ad inſtruendas acies in me, amoris philtra & machinas bellicas charitatis comparandas, ordinaſti. *Ordinauit in me* (contra me) *charitatem*, Aciem namque tuam ad dimicandum contra me triplicem inſtruxiſti. Primam aciem amori ſempiterno tanquam ſtrenuo duci attribuiſti, mediam aciem tempore

Vicit ardens Chriſti amor.

Cant. 2. 4.

Triparti ta inſtitutio.

fortiſſimam & firmiſſimam tibi reſeruaſti, in qua quanto verborum, actionum & miraculorum apparatu decurias beneficiorum, centurias paſſionum, legiones dolorum ſuo ordine per triginta annos explicaſti, quod vexillum eduxiſti, quod triumphum reportaſti? Tertiam aciem beatiſſimæ immortalitatis bonis inſtructam eduxiſti, & hiſce me ſuauiſſimè oppugnaſti. Neque victoria tibi eum illuſtri triumpho defuit, quo animus meus benigniſſimis charitatis vinculis conſtrictis in ſpem æternæ libertatis deductus fuit. Verùm ad amorem accendendum placet pugnæ ordinem ſeriémquè victoriæ fuſiùs enarrare.

25. Nam cùm amor amorem gignat, præceſſit Verbum ab æterno amando, & arma, aciem, vímque omnem ex æternitate ad confligendum inſtruxit, acies enim illa quam in conſpectu poſitam vidit ſponſa, cùm ait, *Introduxit me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem*, hoc eſt, contra me tot munera, fercula, pocula amoris per ordinem in abacis explicauit, vt exercitum charitatis contra me dicerem conſtituiſſe; acies, inquam, illa ab æterno ordinata eſt. Idque ſignificat ipſa charitas, dum ait, *Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret*, hoc eſt, in militari ſtatione ab æterno locata ſum; nam ſtatio mea in hoc mundo mihi deſtinata & decreta ab æterno eſt, vt corda hominum expugnarem, ab æterno crucem ſtationem meam elegi, ab æterno amor in ea *defixit me*, vt legunt Septuaginta, vel, vt in originali, *vexillata ſum*, id eſt, vexillo donata, crucis nempe; vexillum enim amoris non nouum, ſed ipſi coæuum æternitati, ideo enim Chriſtus dicitur *Agnus occiſus ab origine mundi*, quia & ipſe voluit occidi, & ecce amor vexillifer in corde Patris iam reſidet, vel quia mors Chriſti ab æterno & præuiſa & acceptata fuit à Deo, quam ſuam ſtationem etiam togatus non dimiſit, *Si filius Dei eſt, deſcendat nunc de cruce*, &c. & ideo ſubdit, *& delectabar per ſingulòs dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, & delitiæ meæ eſſe cum filiis hominum*; loquitur enim diuinitas in prioribus verbis. Et iam de initio temporis loquitur, dies enim memorat, quia verbum Patris, ex quo mundus conditus fuit, *delectari & ludere cœpit*. Ea quidem ratione, qua artifex ea quæ deinde ſeriò & impensè acturus eſt, priùs in rudiori aliqua materia adumbrat, & quaſi præludia efficit, hac enim ratione luſiſſe dicitur opifex, cùm domum in charta delineat, & exercitia etiam militaria, quibus ante prælium ſe comparant, efformando acies, torneamenta, & aliquam vmbratalem pugnam inſtituendo, haſtiludia nominantur: igitur eadem ſapientia quæ *ab æterno ordinata* dicitur in nos, nunc eandem pugnandi & amatoriè expugnandi voluntatem ab æterno habuiſſe declarát, ante orbis exordium, & ab initio orbis conditi incarnationem ſuam, vitam, crucem, mortem, quam tam ſeriò apud nos actura erat, ludere cœpit, per imagines præmittens vmbras & figuras quaſi prælusiones quaſdam ſuæ mortis, & iteratio verbi affectum declarat, *ludens in orbe terrarum*, quaſi indicaret impatientiam moræ, & tarditatem temporis: nam ludi ad eludenda tempora & fallenda inuenti ſunt, & interualla temporum ludentibus ſine ſenſu abeunt, & ita voluit longas ſæculorum moras (ſi licet dicere) ab exordio mundi ludendo fallere.

Cant. c. 4.

Ab æterno ordinauit aciem charitatis.

Prou. 8. 23.

Ludus bellicus amoris in nos ab initio.

26. Cæterùm, quia, vt dixi, amor amorem parit, & nihil fortius amorem excitat quàm amor accenſus, amatorium enim ſine medicamento, ſine herba, ſine vllius veneficæ carmine eſt, *Si vis amari, amà*, vt ait Seneca [a]. Ideo ipſa charitas Chriſti noſtri, vt exponunt Hieron. [b] & Ignatius [c], & alij, loquitur, dicens [d], *Ego diligentes me diligo, & qui manè vigilant ad me, inuenient me.* Cæterùm ne putes nos anteuertiſſe & præceſſiſſe amorem Chriſti, hoc enim eſt plus quàm certum, *in hoc enim eſt charitas Dei* (ait Ioan. [e]) *non quaſi nos dilexerimus eum, ſed quoniam prior dilexit nos*, nam & ab æterno amat nos, & eius gratia ſemper noſtros præuenit conatus, prius nobis bonum velle incipit, quàm nos illi: ait igitur, eos qui gratiæ obtemperantes ſunt, & vim amoris ſentiunt, ardentiùs ego redamo, atque maiora bona illis volo. Argumentum autem huius amoris ex præmiſſis colligit Paulus, *Commendat Deus charitatem ſuam in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus, ſecundùm tempus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt: multo igitur magis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum.* In hoc eſt maxima charitas, vt iam diximus, ſi quis inimici cauſa morti ſe dedat; ſi ergo cùm adhuc peccatores eſſemus, inimici, hoſtes, inuiſi, tantopere nos amauit, vt filium ſuum pro nobis emori fecerit, quanto magis iuſtificatos, id eſt, redamantes iam adamabit, vt ſalutem filij morte iam partam illis liberaliter impendat.

Amat vt amemus eum.

a Epiſt. 9 ad Lucillum.
b Cap. 14. Oſeæ.
c Epiſt. ad Mariā Caſſabolitam.
d Prou. 8. 17.
e Epiſt Canonica c. 4. 10.

Rom 5.

Sed

27. Sed later quid dulcius, & amoris præclarum ſignum in his verbis, vt notat Bernardus [a]. *Et qui mane vigilant ad me, inuenient me. Vides quomodo non ſolùm de amore tuo certum te reddat, ſed etiam de ſolicitudine ſua, quam pro te gerit, ſi te ſenſerit ſolicitum ſui. Vigilas tu, vigilat & ille, conſurge in nocte in principio vigiliarum, accelera quantumvis, etiam ipſas anticipa vigilias, inuenies eum, non præuenies. Temere in tali negotio vel priùs aliquid tibi tribuis, vel plus: nam ille te magis amat, & antè.* Quare hunc præmaturum amorem, & hanc ex æternitate vigilem dilectionem puto nobis rationem & cauſas Deum redamandi vrgentiſſimas excitaſſe, quòd ſcilicet nos Deus ipſe amando præuenerit. *Qui prior dilexit nos.* Nec qualicumque certè amore, ſed æterno, aſſiduo & perpetuo. Ierem. 31. *In charitate perpetua dilexi te.* Primus ſiquidem ille fuit qui amore adeò prompto amicitiæ circulum ducere cœpit, atque adeò ad eum claudendum, mutuo reddito amore nos obſtrinxit, & vires ad amandum conceſſit, ne harum defectu ab implendo officij noſtri munere retardemur, ſed gyrum hunc ab eo inceptum, in orbem ducamus, atque in eum motione perpetua circumferamus. Hanc enim ob cauſam Magnus Dionyſius [b] amorem diuinum circulo perpetuo comparauit, *quaſi circulus* (inquit) *quidam perpetuus*; nimirum qui amorem prior occupat, hic principium circulo dat; & qui amanti mutuum reddit, amori amoris pretium ſoluens, eundem claudit in eodem puncto vnde incepit, nam idem amor eſt principium & terminus, & terminando dat principium, ideo circulum dixit Dionyſius, & perpetuum.

Amor Chriſti ſolicitus anteuertit amorē & ſolicit... nem noſtram ab æter...

a Ser. 69. in Cant.

b Cap. 4. de diuinis nominibus.

28. Quæ amoris obligatio perpetua vt clariùs intelligatur, ponenda in primis eſt doctrina quædam amantibus comperta admodum, & conceſſa, quam, vti cætera omnia, egregiè declarauit Auguſtinus [c], qui duo aſſerit. Primùm, quòd amando præuenire maximum amoris inuitamentum eſt. *Nulla* (inquit) *maior eſt ad amorem inuitatio, quàm præuenire amando, & nimis durus eſt animus, qui dilectionem ſi nolebat impendere, nolit rependere*, vt nos etiam iam ex Seneca diximus, & ille aiebat,

Amoris perpetua obligatio vnde proueniat.

c Cap. 4. de catechizandis rudibus.

Martialis. *Hoc non ſit verbis, Marce, vt ameris, ama.*

Secundum. Ait Auguſtinus, quòd quemadmodum amoris inuitamentum maximum eſt amoris præuentio, ita incrementum eius in altero potiſſimum excitat, eiuſdem in altero multiplicat acceſſio. Manifeſtum eſt, inquit, nullam eſſe maiorem cauſam, qua vel inchoetur, vel augeatur amor, quàm cùm amari ſe cognoſcit, qui nondum amat, aut redamari ſe poſſe ſperat, vel iam probat qui prior amat. Atque adeò non ſolùm amorē amor excitat, ſed idem quoque auctus eundem adauget. Nam cùm amor feratur in id quod eſt amabile, cæteris quæ ab hoc requiruntur non deſideratis, amor profectò non amantem ſolummodo reddit eum qui amat, verùm etiam amabilem, & valde amabilem comparatione eius qui amatur, quem ſui hac amoris, vt ita dicam, amabilitate, in mutuum amorem inuitat, atque inducit. Nam ſi id amabile eſt quod amari dignum eſt, quis amari, obſecro, à me dignior eſt, quàm is qui me iam amat? ſolum enim iuſtum dilectionis pretium, eſt dilectio mutua, vt ait ſponſus. *Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eàm.* Cùm ergo Dei filius innumeris nominibus ſummè amabilis, cùm per ſe ipſe ſit, ſpeciatim verò, ob ſingularem quo nos præuenit amorem, eiuſque vim atque efficientiam, qua vires nobis atque ſubſidia ſupernaturalia contribuit, vt amorem eius amore redimamus, ecquis tandem inficias ire poterit quin ipſe non modò principium huic circulo amoris, nos in amore præueniendo, contulerit, verùm vt poſſemus etiam nos amore inuicem reciproco illum claudere, gratuitò ſemetipſum peculiari in nos amoris liberi nomine, amabilem nobis reddiderit, & maxime certè ac ſummè amabilem, amabilitate non ſolùm, vt vocant, paſſiua, quæ eſt quæ amatur, & ſcopus ac terminus: ſed actiua etiam, quæ vim eam inſuper & efficacitatem obtinet, vt ad redamandum exciter; ac fortius multo efficaciùſque quàm magnes aliquis ferrum attrahat, alienos ad ſe amores compellat. Itaque & præuenit amando, & vires præbet vt redamemus, ac redamando amabiliores efficimur, & digni qui iterum amemur. En in circulo ſumus, à quo vtinam nunquam educamur. Nam ex parte Dei nunquam deficiet vel circuli iſtius perpetuitas, vel Oceani eius dilectionis infinita profunditas. Non igitur ſtet per deſidiam & ſocordiam noſtram, qui in æternum ſemel cœptum, amoris circulum cum æternitate coniungamus.

Cant. 8. 7.

Quanta dedit Chriſtus vt redamemus eū in æternum.

Sed

Seipſum ſuperauit amor.

29. Sed quid mirum viciſſe nos cum ſecunda acie, in quā iam corporatus & carne tectus veniſti, multipliciter teipſum ſuperaſti. Viciſti enim in primis naturam tuam non delicti ſolùm immunem, ſed & pœnæ atque laboris, & eò te charitas adduxit, vt noſtras ærumnas & calamitates vt proprias reputares atque ſentires. Quorſum enim diuinitas Patris nomine nuncupatur, dum dicimus, *Pater noſter*, niſi vt ſciamus ex parte Dei viſcera pietatis ac paternam charitatem nuſquam defuturam, & hac poſita fide liberè poſſe quæcumque à Deo poſtulare, quaſi ipſe ſenſum & dolorem noſtrarum habeat calamitatum, *podemos ir apedir como a banco ſeguro concedulas breues que nueſtro Pontifice ſiente nueſtros males como proprios.* Ideo Princeps ille Synagogæ breuiſſimis verbis certus de voluntate inuitat Dominum vt mortuam ſuſcitet filiam, *Veni, pone manum tuam*, modum ei curationis indicans, vt notauit Chryſologus [a], *ægrotus non quemadmodum curetur imperat*: at in his verbis & diuinitatem & voluntatem beneplaciti, & ſenſum noſtrarum calamitatum in Chriſto noſtro fatetur, *vt qui ſponte poſuit ad creandum, ad reparandum iterum exoratus imponat*; qui enim vel dolore tangitur, vel amore, non multis verbis indiget, vt liberet ſe à dolore proprio, vel amici; atque adeò vno tantummodo verbo vitam fratris Lazari ſorores expoſcunt. *Ecce quem amas infirmatur.* Auguſtinus [b], *Sufficit vt noueris, non enim amas & deſeris.* Nam ſi Chriſti amor, quo ab eo diligimur, ita vrget animos noſtros vt vitam propter eum profundere non dubitemus, *Charitas enim Chriſti vrget nos, vt qui viuit iam non ſibi viuat, ſed ei qui pro illo mortuus eſt.* Si ergo nos æſtimantes hoc, & conſiderantes, non pati ſolùm, nec compati, ſed mori cupimus & tenemur, ipſe Chriſtus, in cuius ſinu amor eſt, & in quem maiorem vim habet amor, quàm in amatum, quid aget? quo non dolore & ſenſu ſauciabit ſinum illum, & cor ſic ardenter amantis, nam robuſtior eſt amor vbi naſcitur, quàm vbi terminatur. Si ergo ex amore Chriſti *quo dilexit me*, ortum habuit quòd *tradidit ſemetipſum pro me*; igitur qui ſic amat vt in finem & in extremum amoris peruenerit, nihil non concedet, nihil non ſentiet, nihil ſui proprium non reputabit?

Nomen Patris fiducia in poſtulando auget. — Marci 5. 23. — a Ser. 33. — b Tract. 49. in Ioan. — *Firmitas amoris Chriſti.*

30. idque planius fiet amoris proprietate perſpecta, nuſquam à perſona dilecta abſens eſt; quamobrem omnes euentus & calamitates amati experitur, ſentit ac dolet. Iubet per Ieremiam, vt plangat ſuper Hieruſalem. *Fac tibi planctum amarum, quia repentè veniet vaſtator ſuper nos.* Septuaginta non legunt, *ſuper nos*, ſed, *ſuper vos*: ſed pace tantorum virorum Hieronymus [c] queritur, cur miſericordiæ Dei his verbis loquenti verba detraxerunt. Quid enim dulcius poterat dici ad diuinum affectum explicandum, quàm eidem calamitati obnoxium ſe dicere Deum, quam populus ſubibat? *Vaſtator veniet ſuper nos.* Eiuſdem pietatis argumentum eſt verbum illud, *mihi*: cùm rationes cum impiis exagitabit, *eſuriui, & non dediſtis mihi manducare*, & iuſtis etiam dicet, *& dediſtis mihi manducare, & bibere*, Matth. 25. vbi notat Chryſologus potuiſſe dicere, dediſtis manducare, & bibere, *mihi* autem ſubdit, vt pauperis inopiam quaſi propriam ſentire denotet. *Paruus amor fuiſſet, niſi etiam paſſiones pauperis ſuſcepiſſet.* Vnde quoties malum culpæ, vel pœnæ vexat quos amat, ô quàm celer & expeditus ad redemptionem accurrit, ideo properat & cum feſtinatione ad Ioannem inuiſendum & purgandum abiit, ideo etiam in meridiano æſtu mulierem Samariæ requirit, vt Seraphicus Bonauentura [d] naturam amoris contemplatus aiebat: *Tardius ei videtur eſſe, peccatori veniam dare, quàm ipſi peccatori veniam accipere; ſic enim feſtinat Deus abſoluere tormenta compaſſionis ſuæ, quaſi plus cruciet eum compaſſio miſeri, quàm ipſum miſerum paſſio ſui. eſta en el tormento de la compaſſion y aſſi no es meneſter de cirle que ſe apreſure.* Vnde intelliges cauſam ſubitæ illius iræ erga amicũ ſuum Moyſem, *Exodi* 4. Vigilat enim Dominus ſuper amicos, & quàm ocyus accurrit ad ſaluandos eos etiam per nuntios, vt ait per Ierem. *De nocte conſurgens & mittens*, & notat Damianus [e]: *Quod autem dicit, de nocte conſurgens, mittendi ſolicitudinem indicat, & velocitatem.* Cùm igitur Moyſes ſemel & iterum ſe excuſaſſet à legatione Ægyptiaca, & munere educendi populum, obſecrans, *Domine, mitte quem miſſurus es.* hoc eſt, mitte filium tuum, vt interpretatur Lipomanus [f]. Et quia mittere tibi cordi eſt, addã inſuper vt citiſſimè illum mittas, verba enim originalia hanc ſententiam exprimunt, *Mitte quæſo in manu cuius mittes, in manu* enim hoc ſignificat, id eſt, quàm breuiſſimè. Tunc iratus eſt Dominus, quaſi diceret, peris in remedium filium Redemptorem quàm celerrimè, & tu tam lentè excuſationes adhibes ſaluandi. Ne putes me non ſentire mala populi mei, en in ſpinis & flammis poſitus ſum, amor enim ſocium me fecit ærumnarum eius quem amo; quòd ſi differre videor remedium, non eſt, quia ſenſum non habeo calamitatis. Ecce flammis aduror, & ſpinis compungor,

Cap. 6. 26. — c Ibid. *Septuaginta, ſuper vos poſuerunt, eò multa Deus miſericordiæ dixerit, vt quidquid ſuper ſuum venturum eſt populum, ſuper ſe quoque venire teſtetur.* — d Tom. 1. opuſculorũ lib. 1. Pharetræ cap. 1. — Cap. 29. 19 — e Lib. 5 epiſt. 1. §. ecce. — f In Caten.

pungor, quod alienum erat à diuinitate, donec liberem dilectum populum.

Vincit etiam ipſos cruciatus, mortem odiúmque inimicorum, in quo non ſolùm vim 31.
Superauit ipſos cruciatuū inuentiones.
a Hom. 33. ſuper 1. ep. ad Cor.
b In Iſai. c. 5.
& arma, ſed ſapientiam oſtendit, vt ait Chryſoſt. [a] *Amor eſt magnus doctor*, ideoque inuentiones cruciatuum & dolorū ipſi attribuendas putat Hieron. [b] *Dicite iusto* (hoc eſt, Chriſto) *quoniam bene* (*que bien, que ya ſe a entendido ſu amor*) *fructum adinuentionum ſuarum comedet.* Et quænam ſunt hæ inuentiones? nam cùm poſſet vna gutta ſanguinis mundum redimere, tot, ex amore, cruciatus deuotauit? *quod ſatis erat redemptioni, non ſatis erat dilectioni*, ait Auguſtinus, *el amor dixo que no baſtaba lo que era de infinito valor.* Vide inuentionem vltra infinitum quid daret, quid effunderet, imò quid pateretur inuenit. Sed vlteriùs progreſſus eſt, dum gloriam & gloriationem in ipſis cruciatibus adinuenit. Quorſum enim crucis mortem exaltationem dicebat, nouo quidem loquendi modo, vt notauit quidam auctor; licèt enim multis modis crucifixio olim fieret, ſemper tamen in dedecus & ignominiam cedebat, Chriſtus verò crucem ſuam duxit magnificentiam, & triumphum. Symbolicè etiam, ait Gregorius, palmam & gloriam eam nuncupauit, *aſcendam in palmam, & colligam fructus eius.*
Lipſius lib. 1. de cruce c. 3. & 4.
Cant. 8.

Superauit inſuper omnes difficultates, & quidem illa prima ſe obiiciebat, volebat enim magnitudinem ſuam & efficaciam oſtendere, quam non ſatis liquidóque monſtraret, niſi mortem oppeteret pro dilecto, hæc enim eſt vltima amoris comprobatio. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Quæ cùm euentura erat plena dedecoris & doloris, amor in primis foras miſit timorem, ne quod facinus eius impediret, amor enim (vt ait Chryſologus [c], & nos alibi expendimus) *non accipit de impoſſibilitate ſolatium, non recipit de difficultate remedium, & niſi ad deſiderata perruaſerit, necat amantem*: in finem igitur peruenit amor, *in finem diligens ſuos*, vt explicat Auguſt. Sed qui poteris ô amor ſecundam indéque ortam difficultatem euincere, nam quos diligis, linquis in mundo (*ſuos qui erant in mundo*) mors tranſitus eſt ad Patrem, *vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem*; igitur vnum è duobus elige, aut cede mortis difficultatibus, & mane apud tuos dilectos, aut ſi mortem ſubire vis, ſatis ſit vſque ad mortem dilexiſſe eos? Cæterùm reſpondet quòd *amor non accipit de impoſſibilitate ſolatium*; amor enim qui ſemel mortem ſuperat, poterit & abſentiam deuincere, ita vt moriatur Chriſtus, & perpetuò maneat præſens nobiſcum, & amor ille qui necat amantem, & non amplius, Chriſto verò, & mortem inflixit, & præſentiam inſuper in ſacramento adinuenit, ita vt mors eius apud nos maneret, & vltra mortem in finem diligeret.
Superauit omnes difficultates
Ioan. 15.
c Serm. 147.
Euchariſtia inſtitutio amoris inuentum.

Et quid memoro mortem, amorem natiuitatis ſuæ, & ſeipſum longè ſuperauit. Nam 32.
Amorem & ſeipſum ſuperauit inſtructa acie.
in mundum ingrediens copioſam aciem inſtruxit, in qua argumenta amoris, verba, miracula, opera, poſuit, ſicque in conſpectu hominum explicauit, vt omnes ſuo ſubiugaret amori, hoc enim ſignificant verba illa, *Tecum principium in die virtutis tuæ; tecum principatus, tecum principes, ſalid vos hijo mio a la guerra que para eſo nacistes y vueſtro es el reyno y en viendo os a vos armado arrebatareis todos los grandes del reyno.* Hæc prima acies amoris primæui eſt, *cùm dilexiſſet ſuos*; poſtrema acies erat eorum operum quæ facienda ſupererant in morte. Huius aciei dux erat amor extremus, *in finem dilexit eos.* Inter hos amores mediam tenet aciem amor iſte diuiniſſimus, quo ſacramentum inſtituit, & qui ſuperat alios duos duces ſtrenuos, vt facilè exemplo liquet. Miſit in prælium princeps quidam filium primogenitum, occubuit filius in bello, mittit ſecundum, & tertium, qui eiſdem armis & in eadem ſtatione pugnent & occumbant. Certè non pœniter principem, miſiſſe primogenitum, imò amorem illum amore poſtrema ſuperauit: miſit etiam æternus Pater filium in mundum; putares pœnituiſſe eum maximè cùm poſtquam pertranſiiſſet benefaciendo & ſanando mors certa impendebat ei, moritur, ſepelitur, ingratis & obſtinatis nihil prodeſt. O amor, in finem dilexiſti, poſtremam tenes aciem, nihil vltrà? Cæterùm ridet amor, qui in media acie erat, *ſciens quia venit hora eius*, & ſuperat amorem aduentus, & amorem occaſus, & probat in hoc ſacramento nuſquam pœnituiſſe Patrem miſiſſe filium, nec cruci dediſſe, dum in ſacramento quotidie eadem mors, idem repræſentatur aduentus, & in eadem ſtatione eiſdem armis mors vera repræſentatur. Multum quidem obtinuit amor ille primus, qui à Deo exiens ad nos venit, & quidem ornamentis diuinitatis exauthoratus, hoc enim eſt quòd ait Paulus, *Qui cùm in forma Dei eſſet, ſemetipſum exinaniuit*, vel, vt legit Tertullia. [d] *exhauſit*, idem enim vas manſit, veréque Deus erat, ſed dotibus diuinitatis vacuus, & multis noſtris miſeriis repletus. Potentia obtemperat, ait Bern. [e] ſapientia ediſcit, virtus in ſinu & amplexu continetur Deus. Deniquè pendet ab vberibus, lactatur, plorat. Videas ſi attendas potentiam regi, ſapientiam inſtrui, virtutem
A ſimili
Nuſquā pœnituit paſſionis Chriſtum qui ſacramētum inſtituit.
Philip. 2.
d Lib. 2. contra Marcion. cap. 20.
e Ser. 2. ſuper Miſſus eſt.

tem ſuſtentari, Deum denique lactentem. Diceres tamen pœnituiſſe Deum, vitæque pertæſum dixiſſe, *Delitia mea eſſe cum filiis hominum, donoſos regalos eſcoji yo, gracioſos placeres por cierto buſco mi amor?* Sicut Nero quondam dixit, cùm morti proximus turbidam & putidam aquam bibere præ anguſtia vicinæ mortis cogeretur, cùm decoctæ

33. aquæ quam de more ſuo in delitiis habebat meminiſſet, ait, *& hac eſt Neronis cocta?* Hó, inquit amor, abſit à me pœnitentiæ ſuſpicio, *in finem dilexi*, amor me in mundum intulit, amor manere iubet, amor in mortem ducit. *Videbatur in morte triſtari lætitiam*, ait Bernardus [a], *pauere fiduciam, ſalutem pati, vitam mori*, pœnitet eum proculdubio mortis futuræ. O, inquit amor, abſit à Chriſto meo indigna ſuſpicio. Amor mediam aciem tenet, hic aduentum & mortem ſuperauit, atque in ſignum victoriæ hoc diuiniſſimum ſacramentum inſtituit. Nam amor aduentus mortales induit artus; hic verò amor immortalem, robuſtum, victorem facit mortis & abſentiæ, quæ mors amoris eſt, vt ait Ariſtoteles. Amor aduentus intulit quidem in orbem, ſed parciſſimè in angulo Iudææ ſe hominibus communicantem, & quaſi vnius vxoris virum alteri nec verba nec hilarem vultum dabat; roganti enim Cananææ, ne zelum excitaret Synagogæ, quàm aſpera verba dedit. *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus.* Quid memoras panem Domine, certè vt mihi argumentum eximiæ dilectionis præberes, cùm videlicet non iam exiguis contentus limitibus Iudææ toti orbi præſens futurus eras in ſpecie panis non filiis ſolùm, ſed & canibus, hoc eſt, Gentilibus immundis propoſitus: at mulier docta à Deo in memoriam adduxit ſacram communionem fame, humilitate atque facilitate præditam, *amanſareis mi ſeñor y vendra tiempo quando Chriſto ſe pierda en migajas y le puedan comer los mas pobres y abatidos del mundo: & catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum*; qua recordatione dulciter recreatus Chriſtus ait, *O mulier, magna eſt fides tua.*

a Vbi ſupra.

In ſignum victoria hoc ſacramentum inſtituit.

Superauit amor morti. Mortem inſuper ſuperauit, nam illius mortis miniſtri fuere carnifices & prophani milites, huius verò ſacramenti amor eſt auctor, à quo (ſi mortis eſt è mundo pellere,) mirabili ratione in mundo detinetur. Venit vt per mortem ſuam ſaluos faceret, & hoc erat ſolatio contentus, ſi animam ad ſe raperet; hic verò tacet, ſilet, quieſcit, nec quærit, ſed à nobis inquiritur ipſe nunc, & ſanguis eius ibat quærens peccatores, quos ſaluos faceret; *ibunt aquæ*, at in ſacramento amoris vices, vrbanitatem, obſequia noſtra præſtolatur, ideo Rupertus [b] in ſacramento loquentem inducit Chriſtum dicentem, *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater qui miſit me traxerit eum. Quis enim hominum attrahere poteſt ad manducandum, ſicut manducare oportet, hunc panem viuum & verum*: dum in terris viuebat Chriſtus, in odorem vnguentorum currebant populi, & alij alios homines ducebant, trahebantúrque miraculorum ſplendore, ſanitatis & valetudinis vtilitate allecti, *vt amore quodam humano* (ait Bernardus [c]) *operanti mira, mira loquenti homini, adhærerent*; modò verò ſatis eſt venientes non repellere. *Omne quod venit ad me, non eiiciam foras.* Quod ita verum eſt, vt nec Iudæ panem denegauerit.

b In Ioan. Ioan. 6.

c Serm. 6. de Aſcenſione.

34. *Confirmatur.* Cæterùm vt mortem ſuperaſſe credas, audi Nyſſenum qui mortem futuram, Chriſtum in hoc ſacramento præueniſſe notat, vt amorem pluſquam mortem indicaret. Vnde Græci ſignificanter vocant conuiuium iſtud *conuiuium inſpectionis*, alij *reſpectionis*, quia in eo mortem ſibi ſciens & volens aſciſcit Chriſtus ſine ſanguinis effuſione, ſine peccato, & quaſi ſpeculum, in quo tam ipſe, quàm nos mortem ipſiſſimam repræſentatam intueamur, in ſpeculo enim non tui imaginem, ſed teipſum vides, & Chriſtus in hoc ſacramento inſpectionis ſeipſum verè fide viſendum præbet. Quamobrem, hoc expleto myſterio nouum & Chriſto noſtro inſuetum vidimus, ipſe enim ſibi victoriam cecinit, & ad cantum Eccleſiam omnem inuitauit; *exierunt* enim è cœnaculo, ait Marcus, *hymno dicto.* Hymnus enim cantum denotat, & non ſolus ipſe cecinit, vt notat Origenes [d], ſed omnis Eccleſia cum eo, tibi enim ô amor, victoria & io, triumphe, ab vniuerſa Eccleſia erat decantandum.

Cap. 14

d In Matth. 26.

35. *Amor creſcit amando.* Tertiam aciem, infirmiorem fortè exiſtimabis, imò verò virtutis pleniſſimam, amor enim non ſolùm amando non reſtinguitur, ſed vires ſumit amando, & inde anſam ſumit amandi, quia amauit, vt clarè Ioannes aſſeruit, *Cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Quapropter reſurgens immortalis plagas & cicatrices quas ex amore acceperat reſeruauit, atque ad diſcipulos ſuos, *Videte, quoniam ego ipſe ſum*, ſicut cùm amans, dilectæ ſuæ ſtemma aut inſigne aliquod

aliquod præferens, dum non mutat illud, firmum ſe eſſe in amote teſtatur. *Quæ ſunt plagæ iſtæ (Domine) in medio manuum tuarum? fatetur ingenuè, his plagatus ſum in domo eorum qui diligebant me*, & vt certos faciam mei amoris etiam immortalis, gloriabor in eis. *Ego ipſe ſum*, in quo amore ſuperauit amores reliquos vitæ, mortis & ſacramenti, nam quod putas maius miraculum mortale corpus in incarnatione induere animam beatam, vt in illo pati & mori poſſet, *corpus adaptaſti mihi*, an corpus iam glorioſis dotibus præditum plagarum cicatricibus inſignitum prodire? Certè pari paſſu currit amor & nouitas vtriuſque operis. Cæterùm præſtat & excellit amor plagarum, has enim ſemel pro vniuerſo orbe redimendo accepit, modò verò pro ſaluando & reconciliando Thoma reſeruat: tunc oſtendit charitatem ſuam, qua dilexerat nos ex æternitate; modò verò amorem ſequentis æternitatis ſignis perpetuis conteſtatum & conſignatum voluit. Venit itaque amando, vixit amando, ſed reſurrexit in æternum amando. Tunc mortem accepit in vitam & ſalutem noſtram, nunc verò reſurgens mortem ipſam inuexit, & tranſ-
a Ser. 76. fudit in gloriam, vt bene notauit Chryſologus [a], *Ieſum quæritis crucifixum* (ait Angelus) *non eſt hic, ſurrexit.* Angelus, inquit, prædicat nomen, crucem dicit, loquitur paſſionem, fatetur mortem, mox Dominum confitetur, poſt ſepulcrum agnoſcit Dominum, poſt tanta ſupplicia ſuam loquitur ſeruitutem, *& iniuriam paſſionis totam tranſiiſſe ſentit reſurrectionis in gloriam. æternizo ſu muerte y ſu amor, llego a ſu esfera*; ſolus enim amor Dei morte non intercipitur, nec finitur. Poſuit vitam, ſed non amorem, vt notauit Iſai. *Tu enim Pater noſter, & Abraham neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos.* Tu Domine Pater noſter, Redemptor noſter, non ſolùm quia tuus amor immortalis eſt, ſicut tu, ſed quia Redemptor noſter cùm ſis, & iam è mortuis reſurgens, mors non minuit, ſed ſignauit amorem, atque ita reſurgens, *formoſus in ſtola ſua*, vt notat Hieronymus, *& gradiens in multitudine virtutis ſuæ*, adhuc amat homines, & quærit diſcipulos, & panem corporis ſui frangit, & renouat ſacramenta, donec victor in cælum eleuatus nos vinculis charitatis ita obligatos reliquit vt ſola charitas nos poſſit in æternam libertatem aſſerere.

VERBVM PATRIS.

Ezech. 10. verſ. 1.

Et vidi, & ecce in firmamento, quod erat ſuper caput Cherubim, quaſi lapis ſapphirus.

Diuinus amoris artifex, ſacro, humili, liberali, & conſtanti dilectionis igne ſublimes ſacróſque miniſtros, exemplum conſummatæ demiſſionis, ſacramentum ſummæ charitatis, mortem perfectiſſimi amoris conflat, atque politiſſimè fabricat.

DISCVRSVS CXXXIX.

1. CONSENSIO animorum ſe inuicem amantium ſimilis eſt (inquit Gregorius [a]) citharis aut chordis ſic ad harmoniam temperatis, vt plerumque cùm vna tangitur, longè alia ac multis interiacentibus poſita chorda quatiatur: cúmque iſta ſonitum reddit, illa quæ in eodem cantu temperata eſt, aliis impercuſſis tremat; triſtis enim, euentus vnius, amicum alium pungit atque contriſtat. Húcque reſpexiſſe videtur natura, cùm ſic cordis motum diſpoſuit, vt licèt ſedem in medio pectore habeat, pulſus tamen in ſiniſtro latere ſentiatur, vt ex fonte amoris, corde videlicet in ſiniſtrum latus inclinante diſcant amici ſiniſtros potius dolere ac ſentire caſus, quàm ſecundos. Ex his autem mirabiles duorum Prophetarum viſiones, & diuinæ prouidentiæ rationes atque conſilia facilè cognoſcemus. Obſeſſam tenet Hieruſalem Chaldæus, & in captiuitatem annis trecentis & nonaginta ducenda erat, hic autem triſtiſſimus euentus multis interiacentibus ſpatiis poſitum Ezechielem pungit, & ſiniſtrum latus vulnerat, ita vt aliis qui non ſic Deum vrbémque diligebant impercuſſis, tremit, & ſuper ſiniſtrum latus diebus trecentis & nonaginta quaſi dolore & amore ſaucius decũbit, quem vt ſoletur Deus mirabilem illi viſionem, currum, fornacem, rotas prouidentiæ, & alia quamplurima myſteria reuelauit. Huic omnino perſimilis eſt Ioannis Euangeliſtæ, quo hæc diuina verba ſcripſit, affectus; qui cùm diſcipulus ſit quem diligebat Ieſus, & Mariæ pluſquam Ieroſolyma vno filio opulentiſſimæ & ditiſſimæ, coniunctiſſimus, cúmque mortem filio impendentem, matrem ſimiliter materni-

a Lib. 2. mora. c. 4.

Viſionis & hiſtoria Ezechielis myſtica & moralis expoſitio.

tatis titulum iam proximè amiſſuram videt, caſu iſto iniuſtiſſimo gemebundus è ſiniſtro latere decumbit, & quaſi mortuus cadens mirabili viſione Apocalypſis excitatur, in qua Chriſtum morte ſua ac diuina prouidentia artificem mirabilem in ſanctis ſuis agentem videt, & in labore fornacis concertantem. Tu interim (ô mi Homo) nec obſtinatus inter tot ictus malleorum, nec frigidus iuxta fornacem ſis amoris, tete quærit conſummatus amor, te iſte diuinus reparator innouare meditatur. Audi Ezechielem, vt Ioanneum valeas in amoris pelago comprehendere.

SCOPVS DISCVRSVS.

2\. *Et vidi, & ecce in firmamento, quod erat ſuper caput Cherubim, quaſi lapis ſapphirus, quaſi ſpecies ſimilitudinis ſolij, apparuit ſuper ea.* Vidi viſionem quam iam videram, ſed quod in ea nouum & inſolitum viſum eſt, omnia igne flagrare, nam & qui ſedebat in throno, in medio ignis ſplendebat, ab illo in omnem partem ſcintillæ diſcurrebant, in medio curru altare incenſi odoratiſſimum, & prunarium erat, vnde aſſumptos carbones in terram diſſipauit. Quid hoc Domine? quò tendis? quorſum fornacem in medio ſolij gloriæ tuæ collocas, & inter velociſſimos Cherubinos cur tandiu moraris, & quieſcis? attende, meiſque manus & opera contemplare, nam huius populi obſtinatione perſpecta nouos filios, nouam Eccleſiam, noua ſacramenta, nouum munus fabri ferrarij moliri cogit amor, & id vnum præſtabit; per me amor nempe, *& dabo eis cor vnum, & auferam cor lapideũ, & dabo eis cor carneũ.* Vide ergo quid fabro ferrario contingat, hoc enim in expoliendis & conflandis iuſtis meo contigit amori. *Sic omnis faber & architectus, qui noctem tanquam diem tranſigit: ſic faber ferrarius ſedens iuxta incudem, & conſiderans opus ferri, vapor ignis vrit carnes eius, & calore fornacis concertatur: vox mallei innouat aures eius, & contra ſimilitudinem vaſis oculus eius.* Vidi hanc ſolicitam curam, ait Sapiens, & admiratus dixi: Quis te, ô homo, in talem angorem & laborem induxit: tantum intereſt opus hoc perficere? ſed ego mihimetipſi reſpondi, *ſine his non ædificatur ciuitas,* hoc præſtat valde vt ciuitas ſplendida & opulenta ſit, abſque labore Patris, filij fabri, *non inhabitabunt, no tendran caſa, nec inambulabunt, ni ſe podran paſear. Et in Eccleſiam non tranſilient, ni entraran ni comeran pan de Igleſia, & ſuper cathedram iudicis non ſedebunt, no tendran ſilla ni varn lamas:* meritò ergo fabri fornacem & fabri munus vocat Eccli. *conſpectum gloria quam oſtendit illi Deus in curru Cherubim*; in illa enim fornace Eccleſiam conflare moliebatur, quam gloriam ſuam vocat, & ſplendoribus ſanctorum plenam.

Ezech. 10. 1.

Fornax amoris quod intẽdat conflare & expolire.

Fabro ferrario ſimilis amor.

Eccli 38. 28.

PARTES DISCVRSVS.

3\. Hæc eadem quæ à longè apparuerunt Ezechieli, iam veluti præſentia refert Ioannes, *Ante diem feſtum paſchæ*, veſpere cùm quietem capturum putares Chriſtum, & cùm magnis itineribus ad Patrem properaret, ſiſtere fecit currum gloriæ ſuæ filius Dei, *ſciens quia venit hora eius, ſciens quia à Deo exiuit, ſciens quia omnia dedit ei Pater in manus*; tunc fornacem ignis accendit, & amoris caminum. Quorſum modò Domine? quod eſt opus tuum? quid moliris? Quibus dilectus diſcipulus reſpondet; ſublimia de amore cogitare, quia nihil vile ſi amatorium, &, vt ait Dionyſius [a], *amor ipſe eſt per ſe nobilis*; quidquid hîc ardet & ſplendet amor eſt, *cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo.* Fecerat homines *ſuos*; ſuos quidem per creationem; *tuus ego ſum,* & hac de cauſa ſibi amore coniunctiſſimos ſicut arbuſcula ſua manu plantata, & amore nutrita. *Suos*, quia tanquam ſeruos venditos redemerat, & bellò iuſto in libertatem aſſeruerat, nouo amoris titulo, *empti enim eſtis pretio magno*; *ſuos,* quia ſeruorum titulo non contentus amicos conſtituit; quod ponderat D. Thom. [a] creaturas enim, ait, mentis expertes non amat Deus propriè amore amicitiæ, ſed amore concupiſcentiæ, in quantum ordinat eas ad rationales creaturas, & noſtram vtilitatem. Sicut mancipium diligit herus eius. Homo verò, vtpote rationis particeps, & amatur & diligitur amore amicitiæ. *Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos,* &c. *ſuos,* quia fratres nuncupauit, & fecit, *Dicite fratribus meis. Suos,* quia membra ſua effecit, ſtrictiori quidem vinculo amoris, *an ignoratis quòd membra Chriſti eſtis vos, & membra de membro.* Quid hæc Ioannes? ligna, inquit, & carbones fornacis amoris, in qua qui *ſui* erant, amore flagrant. *Suos,* amoris prærogatiua ſingulari. *ſuyos como enamorados*; inuenit enim Ioannes ſtemma amoris, in quo maximè Chriſtus gloriatur, *hallo le el, ſuyo, de ſus entrañas la medalla de ſu coraçon.* O fratres Chriſti mei filij, ne quæſo vos in vobiſipſis inſpiciatis, ſed in corde eius qui vos diligit, ibi dilecti, ibi opus manuum ſuarum, ibi ſerui, ibi vincti, ibi amici, fratres, membra, & inſigne amoris eſtis.

Fabri munus agit amor Chriſti.

a De diuinis nominibus.

Suos *quàm apte nos vocat Ioannes.*

a 1. p. q. 20. art. 2. ad 3.

4\. Si ergo tot titulis *ſui* ſunt, & nuncupantur, quid deeſt illis; quid addit amor, quod nouum opus molitur, quorſum fornax & ad noua mirabilia ſeſe accingit? Reſpondet Ioannes, *in finem dilexit eos,* vult vſque in finem diligere. Tres habet interpretationes verbum iſtud. Prima eſt Cyrilli [b]. Cùm Dominus Ieſus multa per totam vitam amoris dediſſet argumenta, in fine tamen vitæ ſuæ maioris dilectionis ſigna pignoraque declarauit: tam ardentes excitauit flammas, vt etiam in cruce ſcintillas in omnem partem mitteret, & pectora accenderet, & quaſi percutientes excuteret, *percutientes pectora ſua.* Secunda eſt Chryſoſtomi [c]. *In finem dilexit,* perfectè, integrè & conſummatè, & vt perfectus artis amandi magiſter, qui nihil omnino eorum facere omiſit, quæ decebant ſummum & conſummatum amatorem numeris omnibus abſolutum. Ex qua interpretatione illud ego elicerem, non debere mori ſummum iſtum amoris architectum; lege enim ſtatutum eſt præclaros artifices, qui vtile aliquid in rempublicam intulerunt, nequaquam etiam magna de cauſa morti tradendos. Chriſtus ergo, *qui conſummatus factus eſt,* & vſque ad ſummum, id eſt, perfectiſſimè amandi modos artémque inuenit, cur ad mortem properat? Sed cùm perfectio ſuæ artis in amore ſita ſit, & moriendo artem conſumat, quia *maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis,* mori opus eſt vt conſummet artem, & omnem excedat modum dilectionis; ius tamen reſurgendi apud ſe retineat, ne in morte intereat amor, & ceſſet ars, ſed viuat, & in æternum proſequatur amando. Tertia eſt magni Auguſtini. *In finem* intelligit, finem gloriæ, qui finis noſter eſt, quemadmodum Apoſtolus ait, quòd ira Dei in finem venit ſuper Iudæos, id eſt, perfecta damnatio: ita per contrarium dilectio

Amor Chriſti cur in finem perueniſſe dicitur.

b In Ioannẽ.

Percutiebant pectora quaſi ſcintillas expellentes amoris à Chriſto miſſas.

c Hom 69. in Ioã tom. 3.

Cur ſummus amoris artifex in mortem ducitur.

Dei in finem, id eſt, perfecta ad finem vſque beatum perducens dilectio, dicitur. Ex tribus his expoſitionibus vnam conflemus. Accendit Chriſtus Ieſus, ait Ioannes, amoris flammas, in quibus corda fidelium ardent, ſcintillæ erumpunt in omnes, & conſummatiſſimus artifex oſtendit in abſoluendo omni genere amoris opus inauditum, primò amore altiſſimo, & deifico, ſuos amicos conſortes naturæ diuinæ facit; ſecundò amore humillimo conſummatæ demiſſionis & humilitatis opus & documentum exhibet; tertiò, amore munificentiſſimo ſummæ largitatis donum, corpus & ſanguinem ſuum concedit, quartò, amore ſubtiliſſimo & conſtante mortem conſummatiſſimi amoris obit, & cælum aperit, ſuaque ibi pretioſa vaſa collocat. O vetus amor! ô ſummus artifex, ferreum & adamantinum erit cor, ſi ex hac tua fornace nouo ardore noua opera conflari non patiatur.

PARTES DISCVRSVS NVMERANTVR.

5. *Cùm dilexiſſet ſuos.* Primum opus noui huius artificis & fabri eſt, homines abſolutiſſimos, ſublimes, perfectiſſimos, & Deo quàm ſimillimos efficere in altitudine & maieſtate, ita vt

Pſal.11.10.

Dauid non ſine admiratione dixerit, *Secundùm altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum.* Et circa hæc verba notandum puto, quare dixit, *ſecundùm altitudinem tuam*, & non, ſecundùm miſericordiam tuam, aut bonitatem tuam? Sed ratio eſt, quia hæc attributa etſi in Deo æqualia, imò idem ſunt, at communiora ſunt, & quaſi tranſcendentia alias creaturas, nam bonitas in creatione hominis apprimè reſplenduit; miſericordia ſatis ſe indulgendo, redimendo & tolerando manifeſtat, ſapientia in conſeruando & gubernando; ſed hæc omnia erga formicam exhibet, ibi tamen non ſic maieſtas & altitudo reſplendet, hæc aſſeruata eſt ad exaltandos principes, ita vt ad deificam quandam dignitatem ſubeant. Hæc ſeruorum Dei ſublimitas in hac ipſa Ezechielis viſione deſignata videtur. Vectores enim quatuor currus gloriæ Dei quatuor Cherubim ſub ſolio illo erant, humana facie, leonina, vitulina & aquilina ſpecie. Sed cùm hanc Dei gloriæ ſedem in Apocalypſi videt Ioannes, nouum quid vidiſſe indicat, dicens, *& in medio ſedis, & in circuitu ſedis quatuor animalia.* Quid hoc, animalia illa quæ ſub throno erant, modò in medio ſedis videt Ioannes? Litteralis ſenſus eſt, binos eſſe ante currum, binos ab vno & altero latere in extrema parte currus. Sed hinc oritur ponderatio; quaſi dictum ſit Ioanni, vidiſti quondam in lege veteri illa animantia, nempe Dei miniſtros ſub throno eſſe, nunc vide in quam ſublimitatem euehat gratiæ lex, iam ſunt in medio, id eſt, ab vno & altero latere filij Dei, *yaeſtan hombro con hombro con el hijo de Dios.* Nam quando iuſti ſola humilitate, caſtitate, obedientia & promptitudine commendabantur, adhuc in inferiori ſede erant: at poſtquam nouus artifex focum & fornacem amoris accendit, & inflammauit igne charitatis, iam ſi non in medio ſedis, at ſaltem in circuitu ſunt, nam licèt dij non ſint in ſubſtantia, ſunt tamen participatione & altitudine mutuata, amor namque diuinos affectu fecit, & cùm ignis ſit, mutat, æquat, eleuat, vnit ac deificat affectu, ita vt aſſerat Dauid, *Secundùm altitudinem tuam multiplicaſti.* Græcè, *plurimum magnificaſti*, *eſtra-*

Amicos mirifica amoris arte expolit, perficit & extollit.

Quàm ſublimes miniſtros lex gratiæ faciat habentque.

nan mente los en grandeciſtes. Fornacem iſtam 6.
ignémque ſacrum, vidiſſe fatetur Zacharias, & mirabilia vaſa huius fabri conflanda memorat. *Videbit Aſcalon, & timebit, & Gaza, & dolebit nimis, & Accaron*, &c. Prætermittam alia verba antequam has fornaces explicem. Addit, *& ſedebit ſeparator in Azoto*; ſeparatorem & probatorem vocat Chriſtum amore accenſum, qui in cœnaculo Eccleſiam eiúſque miniſtros conflare meditatur. *In Azoto* autem focum & flammas accendit, qui dicitur, *ignis dilecti*, *fuego de amor del amante*, vel *patruus*, vel *mamilla*, omnia tenerrimi & dulciſſimi amoris nomina, *amor del pecho de Padre y madre y de dulce enamorado.* O mirabiles flammæ! ô fornax ardentiſſima; & quid agit conflator? ſedebit ſeparator, id eſt, ad ſeparandum, nam id quod optimum eſt in lege veteri, hoc inſtar ignis filiis gratiæ ſeorſum ponet, & ſeruabit. Id in lege veteri ſingulare erat, eſſe nempe funes & præclaram hæreditatem Dei, *Eritis mihi in peculium de cunctis populis.* &, *Sicut adhæret lumbare ad lumbos viri, ſic agglutinaui mihi domum Iſrael, vt eſſet mihi in laudem, & in gloriam*, id eſt, in vxorem, *quæ eſt gloria viri.* Igitur ex hoc quod dulcius & carius eſt, nempe vnio, & bonorum communicatio id meis filiis aſſumam, *vt diuinæ efficiamur conſortes naturæ.* In quo inſuper gloriantur, in nomine filiorum Dei? hîc ego non appellationem ſolùm, ſed opera & dignitatem præſtabo, *qualem charitatem dedit nobis vt filij Dei nominemur, & ſimus.* Quid in illis ſpecioſum erat, *ſpiritus filiorum Dei ſeruorum in timore, coniuga de temor:* ſepara ergo amorem à timore, & filios fac ſine ſeruorum timore. *Sed ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater.* quam prærogatiuam alæ aquilæ denotant, nam aquila ſublime volat, & in cælum contendere videtur, cùm ſe à noſtris oculis abducit. Quid habuit nobilitatis Iſrael, libertatem, ingenuitatem, & leges dignas principum. *Quæ eſt alia gens inclyta, quæ habeat ceremonias, iuſtaque iudicia.* Cæterùm hæc corporum 7.
erat libertas, non animorum, ideo in Agar ſignificabatur quæ ancilla erat, vt Paulus ait. Separate libertatem à ſeruitute, & fiat Eccleſia mater ingenuorum & liberorum. *Hieruſalem libera quæ eſt mater noſtra:* ſine lege timoris, *lex enim iuſto non eſt poſita*, quia legem non implet propter metum pœnæ; ſed quia id gratum nouit Deo, & inſigne libertatis ſit *facies hominis.* Quid porrò ſplendet in lege veteri ſacerdotium, *fungi ſacerdotio?* Sed temporali cruento, & quod iterare oportet. Separate quod pulcrius eſt, & Deo dignos & ſummos eligite ſacerdotes. *Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis:* non dixit, *regnum ſacerdotale*, ne aliquid temporale cogitaremus, ſed ſacerdotium per ſe purum, & ſpirituale, ſine vlla terrena commixtione. *Regale*, ne putaremus Leuitico munere gaudere Chriſtianos. Sacrificium autem nos ipſi ſumus, *hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem*, ſicut Chriſtus, quod ſacrificium vngues vitulinæ denotant. Quid denique illuſtre habet vetus lex, regnum, principatum Moyſis, Iudicum, & ducum, & ideo tam potens, vt Balaam leoni truculentiſſimo atque rhinoceroti beſtiæ inuictæ comparauerit? Tolle hoc temporale & caducum atque violentum dominatum, & re-

Zach.9.5.

Chriſtus ſeparator dicitur igne dilecti, & proſt[a]tores antiquis ſuos conſtituit miniſtros.

Exod.19.

Exod.24.8.

Legis gratiæ prærogatiua.

Deut 4.3.

Gal.4.24.& 26.

Eccli.24.

1.Petri 2.

Sacerdotium regale.

Num.24.8.

gnum ſpirituale meis date filiis, quod in animo liberali, ſpontaneo, magnifico & ſpiritu principali inuicto & verè regio conſiſtit; qui non ſinit à malo vinci, ſed *vincit in bono malum*; eſurientem inimicum cibat, qui dat nihil ſpetans, tribuit in hilaritate. Spiritu denique principali. *Diuites in fide. Hæredes regni.* Hic autem ſpiritus pauperes facit, qui nihil deſiderant, omnibus tamen abundent, quod leonis ſimilitudo denotat. O quàm ſublimes manent filij tui, liberi, nobiles, reges, Pontifices, *ſecundùm altitudinem tuam*; opus quidem tali dignum amore, in finem dilexit, *ignis mamilla, fuego del pecho nacido de alli.* Super hoc, inquit,

Iacob. 2. 5.

8. expaueſcent fabri infernales, *Aſcalon* nempe, *ignis ignominia*, hic quem *Cupidinem* dicitis, & *Gaza* Vulcani fornax, & officina bellorum, fortis aut ſuperbi & imperioſi, potentiæ ſæcularis confidentis. Et *Accaron*, hoc eſt, ſterilis & ſordidus, auarus qui nihil boni aut commodi aliis præbet; hi quidem pauebunt cùm homines ſine affectu carnis, iniurias remittere, ſeipſos affligere, proximis ſubuenire vident. *Videbit Aſcalon, & timebit, no fuera yo como aquel? no me dexare labrar de eſto amor diuino.* Quid enim lucri habeo ex quo ſicut papilio lucem huius creaturæ circumeo; quam nobilitatem obtinui, niſi me ſordidiſſimis rebus ſubmittere? *Ignis nobilis, fragua de aſſentas y baxezas.* Summa quidem infelicitas in manus tam rudis fabri incidere, qui poſſet à diuino amore diuinitus conflari, & Deus effingi, ideo dolendum eſt, & miſerendum, eos qui mundanis flammis & tetro igne amoris turpiter flaccidi, denigrati intereunt; ſponſa verò quæ amorem ſponſi dignoſcit, de eius ardore gloriatur, & ab eo gaudet decoloratam, *quia decolorauit me ſol*, ne miremini, ait, è tali fornace Laurentios prodire toſtos igne, excoriatos Apoſtolos, ſerratos, & cruci ſuffixos diſcipulos, amoris ſunt vaſa pretioſa, opus ſummi artificis, qui non tam fidei martyres ſunt, quàm amoris & voluntatis; voluntas enim ſicut habet ſuas hæreſes practicas, nempe diligere creaturam pluſquam Deum, ſic habet etiam martyres amoris, quos Chriſti charitas vrget, & conflat. Vnde Nyſſenus, *Martyrem ſolus amor excudit*; vt amore moriantur *ignis dilecti.* A quo quidem ita pretioſa euadunt vaſa, vt placeant ſummo artifici, *lindos ſon pues le lleuam el ojo a Dios, & contra ſimilitudinem vaſis moratur oculus eius, que bien pareceran vn Laurentio vna Ines martyres de amor.* Quàm pretioſa ſint hæc vaſa, caſus & lapſus eorum oſtendit; *cadetis* enim, ait Ieremias, *tanquam vaſa pretioſa*, nam cùm excommunicationis ſententiæ comminatione monile aureum exquiritur, pretioſum eſt, lapſus in culpam, ſublimem dignitatem miniſtrorum Dei manifeſtat. *Cadetis tanquam vaſa pretioſa. Diſce homo* (ait Ambroſius [a]) *vbi grandis, vbi pretioſus ſis, vilem te terra demonſtrat, ſed glorioſum virtus facit, fides rarum, imago pretioſum.* Conſummata altitudo miniſtrorum Dei.

Glorioſum eſt animæ hoc igne vri, conflari & expurgari, non verò in ſano amore.

Turpi conſumi amore infame eſt.

Pogens ruina & miſerandus caſus ſeruorum Dei.

[a] In Pſal. 118 in illud, *Manus tuæ fecerunt me.*

9. *Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, ſurgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua.* Procul veſtes, tantus ardor fornacis veſtimenta ferre non poteſt; ſic vidit etiam Ezechiel ſtantem & lineam tunicam indutum, *dimouet à ſtatu diuinus amor*, ait Dionyſius, & de abluendis diſcipulorum pedibus agit. Quid agis ſumme artifex, nunc opus præclarum in terram abiicis, & altiſſimos illos, quos modò effinxiſti, tecum in terram vſque demittis? tolle, inquit, nam & amor humilis eſt, & conſummatæ demiſſionis documentum exhibere vult. Cyprianus, *Conſummatæ humilitatis obtulit documentum.* Et Auguſtinus tale opus aggredi Deum demiratus eſt. *Tam magnum eſt ò Domine eſſe paruum, vt niſi à te qui magiſter es doceri non poſſit?* Eſt vtique ſummæ artis opus, quod nemo niſi Deus faceret, & hoc denotat virum illum ſurrexiſſe in medio curtus, & propria manu ignitus carbones apprehendiſſe, & miſiſſe in vrbem, & Ioannes quidem longo & magnifico verborum exordio ſignificauit operis huius ſingularis artificis magnitudinem, nam poſt hæc verba exordij, *Ante diem feſtum paſcha*, &c. Quid non magnum animus expectaret, & ex his præmiſſis quam concluſionem eliceret ſpiritualis homo, & eximius Theologus; certè ex illa ſapientiæ & potentiæ commendatione parum eſſet expectare mortuorum reſurrectionem, cæcorum illuminationem, transfigurationis ſplendorem, cælorum apertionem: at tam ſublimis eſt, tamque celſa actio humiliationis, tamque amoris proprium eſt Deum etiam dimittere, vt ex præclaris illis principiis tandem hanc concluſionem cogat, *cœnâ factâ, cæpit lauare pedes.* Ille etenim, à quo cælorum poteſtates tremunt, *ſurgit*, & ad opus hoc poſuit veſtimenta ſua, qui decore & pulcritudine veſtit beatos, *præcinxit ſe*, qui mare faſciis & pannis inuoluit, *miſit aquam* qui nubes eleuat, pandit atque fœcundat; & flexit genua ante peccatores qui colitur à Seraphin; & pedes poſtulauit abluendos, cui omnia dedit Pater in manus, *& cæpit lauare* manibus torno fabrefactis, aureis, plenis hyacinthis, *& extergere linteo*, ille in quem labes vlla cadere nequit, *innocens, impollutus.* O ſponſe pulcerrime, quid dicam? quid vos dicebatis diſcipuli. Opus hoc vnus Deus poterat perficere, Deus amoris ignis diuinus. *Ipſe miſit aquam in peluim*, ſolus nudat veſtes, ſolus ſurgit, ſolus præcingitur, ſolus mittit aquam, ſolus abluit, ſolus extergit, opus enim tantum quis poſſet niſi Deus perficere. *Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine, nónne tu qui ſolus es?* non ſolùm quia potentia apud Deum erat, ſed quia amabat etiam, vt notauit Auguſtinus. *Amanti non factum quod ipſe non fecerit.* Cenſus amoris eſt humiliari, & penſionem ſuam ſoluit demittendo perſonam amantis.

Verè humilis ſolus Chriſti amor & eſſe efficit.

Opus humiliationis Deo non indignū.

Peccatum ſolus Deus extergere poteſt.

Quod ita verum eſt, vt quoties amor ali- 10.
quem in ſublime extulit, & ipſum etiam Chriſtum exaltauit, dignitatem illam non ſine penſione ſe abiiciendi conceſſerit. Primum ponderauit in Salomone Hieronymus [a], qui duos libros primos quos ſcripſit, Regis titulo inſcripſit, Prouerbia Salomonis, *filij Dauid Regis Hieruſalem*, &c. In Canticis autem conſultò nomen regis ſubricuit, ſolùm dicens, *Cantica Salomonis*: vt penſionem ſolueret ſe abiiciendi, nam in prioribus libris aiebat cum ſubditis vt Rex, apud quos, vt notauit Baſilius, plurimum præſtabat auctoritas ſcribentis: at in tertio libro agebat cum ſponſa, amatoriè quidem; vbi ergo amore duce penna ſcribit, neſcit

Amor & humilitas conſociantur.

[a] In prologo in Eccleſiaſt.

Regis

Regis titulum : *at vbi ad amplexus ſponſa acceditur, neſcit ſe eſſe Regem*, & S. Bernardus, *cedit faſtus vbi inualeſcit affectus*. Quare vbi nox eſt amoris & affectu plena, opus eſt vt amans penſionem ſoluat. *Cœpit lauare*; hic quaſi effectus eſt verbi illius, *in finem dilexit eos*. Secundum etiam Chriſto noſtro datam fuiſſe exaltationem, & rerum omnium dominium per vnionem; non ſine penſione hæc indicat D. Am-

a In Pſ. 118. broſius [a], &, vt ait Gregorius, poſuit cum in throno ex duplici ære compoſitum, qualem vidit Ezechiel cum obligatione virtutem humilitatis honorandi, & ideo *ſciens*, quia venit hora eius, & quia opus eſt debita ſoluere, modò cùm *omnia ei dedit Pater in manus*, hac ſumma demiſſione quod Patri debebat ſatisfecit. Nunc Paulum intelligemus. *Non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit.*

Humilitas Chriſti oſtendit non rapuiſſe diuinitatem. Affirmat non rapina tenuiſſe diuinitatem, nam ſi centum numos cuidam darem, ſub ea conditione vt actionem aliquam certo tempore exhiberet, ſi conditionem non expleret, rapuiſſe, aut ſaltem iniuſtè retinuiſſe diceretur pecuniam. Non ergo rapuit diuinitatem Chriſtus, qui ita ſe abiecit, & penſionem ſoluit, ſub qua humanitas diuinitatis conſortium & vnionem videbatur accepiſſe. *Sed ſemetipſum exinaniuit*; quare litteras ſolutionis exhibitæ accepit à Deo, *propter quod & Deus exaltauit illum*, &c. Ioannes etiam cùm in ſublime extuliſſet, dicens, *In principio erat Verbum*, ſtatim demittit, *& homo factus eſt*; ita in hac nocte mox atque exaltatur accedit amor vt demittat illum, & pariter nos omnes genu flectere cogit, nam audita illa voce, *homo factus eſt*, vniuerſa Eccleſia ad genua prouoluitur, talis enim demiſſio talem humiliationem hominum poſtulat, vt aiebat Ambroſius, *Quanta fecit Dominus meus audeo dicere, & non flexi ei genu*, ſed *flexi ei poſtquam ſe humiliauit.*

11. Cunctos ardor tantus quaſi cera liquefactos in humilitatem & amorem reſoluit. Vnus

Iudæ obſtinatio. Iudas durus & pertinax incudis inſtar fuit: at nihilominus vndique luſtrat, & in manus accipit, *conſiderans opus ferri, hierro duro por donde te entrare.* De quo dubitas? videlicet, ait Chryſoſtomus, quia *inabſtergibiles erant*

b Ser. 3. de paſſione. *Iudæ ſordes*, & D. Leo Magnus [b] vocat eum *hominem inconuertibilem*; quare? cùm adſit amor, qui omnium artifex eſt. Cæterùm reſpondet Ioannes, *Cùm diabolus iam miſiſſet in cor*. In cuius cor? rogat Cyrillus, nam hoc non ſatis declaratum eſt, an ſit in cor diaboli, an in cor Iudæ.

Bipartitū eſt cor auari inter ipſum & dæmonem. Sed non definit, ſed *in cor* dicit, nam dæmon & auarus partitum inter ſe habent cor, ſicut domus aliqua integra à duobus habitatoribus occupatur: euenit autem, vt cùm vnum alloqueris, reſpondeat alter, & ita Dominus ait, *quod facis, fac citiùs*; quem alloqueris Domine? Iudam, ita ſonant verba, ſed adeſt domi dæmon, quem

Quare filium perditionis elegit. magis hæc verba decent. Cæterùm, quare ſi in ſcoriam vertendus erat elegiſti, & tuliſti in fornacem & officinam? Huic quæſtioni duo præclari reſpondent Doctores. Primus eſt Ambroſius, quem alibi citatum nunc hac ſi-

Simile. militudine declaro. Circuit ambitque fœminam nobiliſſimus eques, rident de longè ſpectantes, quia ſciunt pignora non leuia ab alio libenter accepiſſe, quod ipſe videtur ignorare: at ille non ignorans ab obſequio fœminæ nondum deſiſtit; ſatius enim eſt, & viro nobili dignius, vt de eius ſcientia dubitetur, quàm eius amor & voluntas vertatur in dubium: ſciebat quidem Chriſtus Dominus per tres annos allicere & ad ſe trahere ſtuduiſſe, dulcéſque buccellas & oſcula dediſſe proditori qui dæmoni addictus erat, & conceperat ab eo proditionem, mirantur omnes quare elegit, miratur Ioannes qui affirmat non crediſſe Chriſto? ipſe verò tacet, & perſeuerat amando, melius eſſe iudicans *de ſua ſapientia, quàm ſibi de ſua detrahi bonitate, mas quiere que duden los hombres ſi lo ſabia e no le ſabia que no ſi lo queria on le queria ſaluar.* Altera ratio eſt Cyrilli, quam intelligemus ſi verba Geneſis refricemus, *Non permanebit ſpiritus meus in homine, quoniam caro eſt*, vbi Gen. 6.

ſpiritum vocat ſeipſum: vel, vt alij legunt, *non litigauit, non diſceptabit, non contendet.* *A ſimili.*

Finge ad atripiendam pulcerrimam virginem Turcam pariter & Chriſtianum equitem concurriſſe, ſtat ipſa in medio, & ſupra eius ca- 12.

put haſta & gladiis confligunt aduerſarij; durat neutrale bellum, & quidem ſi ipſa (cùm poteſt, quia libera eſt) ſe in Chriſtianum equitem inclinaret, acta res erat, vinceret Chriſtianus: at cùm videt liberè ſui deditionem Turcæ feciſſe, ſtatim ceſſat, haſtam ſoluit, enſem recondit, atque recedit, non quidem inglorius, ſed manifeſtata praua puellæ voluntate à fide ad Turcas liberè transfugiendi. Sic inter Chriſtum & dæmonem liber erat Iudas, & quidem Chriſtus nuſquam, vt ait Chryſoſtomus, à prælio & conflictu ceſſauit; at cùm videt Iudam in diaboli caſtra abductum, ceſſat à cura, & Spiritus ſanctus non ampliùs litigat, nec contendit, (etſi gratiæ ſufficientis auxilia ſemper præſtò ſint) quare oblata buccella cùm *introiuit in eum ſatanas, & continuò exiuit*, poſuit arma Chriſtus; timebat enim dæmon ne ſi diutius duraret prælium, ad ſe raperet Iudam Chriſtus. *Confligit Chriſtus cum dæmone vt ſaluet Iudã.*

Timet diabolus, ait Cyrillus [a], (*vt credo*) *ne morando locus pœnitentiæ detur, & quaſi à temulentia mentem ſuam rectius regnans homo eripiat, hac de cauſa feſtinat & impellit.* Non ergo redit inglorius Chriſtus ex prælio, vbi amor partes ſuas agit, & liberè Iudas ſui deditionem fecit; dilexit enim *in finem, ninguno dexo de amar aunque ſea vn Iudas*, conſummata charitas. a In Ioã 13.

13. Altare illud quod in medio curru vidit Ezechiel, quid ſignificat niſi alterum illud opus, in quo amor iſte liberaliſſimus & ſummus artifex conſummatiſſimæ beneficentiæ opus & ſacramentum inſtituit, hócque in curru collocat, vt per vniuerſum orbem excurreret, vt *Malachiæ* 1. prædictum fuerat. *Ab ortu Solis & vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda.* Septuaginta, *in omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium mundum*, & altare erat thymiamatis, vt puritatem huius ſacrificij denotet. Quæ igitur inuentio eſt hæc, amor diuine? *Magnum inuentum*, ait Nazianzenus, in curru collocat altare, vt denotet tunc ſacramentum inſtituiſſe cùm migrare hinc intendebat, vt & rediret *Opus conſummatiſſimæ charitatis ſacramenti inſtitutio.*

ad Patrem, & nobiſcum maneret, *abſens præſentia, & præſens abſentia.* D. autem Dionyſius [a] vocat *conſummationem & perfectionem ſacramentorum omnium*, & Tridentinum Concil. [b] *dignum ac admirabile ſacramentum atque ſanctiſſimum.* Ratio colligitur ex Alexandro Pap. [c] *In ſacramentis ſeu ſacrificiis nihil eſt maius corpore & ſanguine Chriſti, conſumacion y ſin de todos los ſacramentos*; reliqua enim ſacramenta inſtituta ſunt ad reconciliandum, & vniendum nos Chriſto capiti noſtro: in hoc autem ipſe Chriſtus eſt, opus quidem conſummatiſſimæ artis, quod prædicat Paulus. *Data eſt gratia hæc, in gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti, & illuminare omnes, quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi à ſæculis in Deo qui omnia creauit.* Verbi incarnatio ingens opus, grande myſterium, *in rebus per tempus ortis nulla maior gratia quàm Deum fieri hominem,* aiebat Auguſtinus; *adde mortuum fuiſſe, maiorem charitatem nemo habet*, filium vnigenitum ruſticæ naturæ in matrimonium dare, & in bellum deſtinare, vt ibi moriatur, nullum profundius ſecretum, & arcanum conſilium. Cæterùm habuit quid adderet amor, nempe conſummationem huius ſacramenti. Nam ſi ibi cælum non deſerit cùm fit homo, hîc à
14. cælo non abeſt cùm in hoſtia adeſt: ibi humanitatem aſſumit, & habitu hominis inuenitur, ſed non ita vilis es, ô homo, vt de te per aſſeuerationem Dauid non dixerit, *Quid eſt homo quod memor es eius, mas deue ſer el hombre de lo que parece pues aunque pobre le viſita el rey?* & ita addit, *Minuiſti eum paulo minus ab Angelis*; hic verò ô quam tenues ſpecies induit, in quam vilem ſedem deſcendit. Illic forma ſerui einſdem Dei Patris, *Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum: adducam ſeruum meum Orientem*, & talis ſeruitus regnare eſt; hic verò formam panis aſſumit, & ſic tectus prodit in lucem, & ſumma facilitate ſe Æthiopibus & barbaris exhibet, ac nobilioribus, *vltima menſura exinanitionis adimpleta eſt* (ait Cyprianus) in hoc ſacramento, ibi ſpeciem præ filiis hominum, faciémque præſignem oſtendebat, quæ iure quodam cultum & adorationem atque imperium exigebat, indignum ſe iudicante Centurione, vt in ſuam deſcenderet domum; hic verò vultum ſpeciémque panis præferens, quæ labia, quæ ora, etiam viliſſima & abiectiſſima ad ſe non inuitat, ita vt obſequium putent ſe præſtare Deo, ſi ante eſum dixerint, *Domine non ſum dignus*, & niſi fide duce, quis verbum illud *Domine* indubitanter proferret? ibi ſaltem veſtimenta ſubſtantia erant, hîc autem ſic pauper procedit, vt nulla propria ſubſtantia accidentibus ſubiaceat niſi Chriſti; ibi Ieſus erat perſona quidem ſingularis homo per ſe & in ſe incommunicabilis, hic verò Ieſus in eſum tranſit, & totus omnibus fit communicabilis, omnibus ſe inſerit, & ex parte ſua in omnes ſe transfert ſacramentaliter, verè & amatoriè; quod præ humilitate ſua beatiſſima Virgo indicauit, *& miſericordia eius a progenie in progenies timentibus eum.* Ne mireris Elizabeth in me vnam & primam omnium Dei filium deſcendiſſe, inuentio hæc & incarnatio in omnes generationes pertranſiet, vſque in finem ſæculi durabit: ibi potuit vnam cruentam ſubire mortem coram Iudæis, hic coram Indis & barbaris quotidie incruento ſacrificio offertur, *in omni loco offertur nomini meo oblatio munda,* &c. *

Illud autem ſummam hanc liberalitatem &
charitatem commendat, videlicet hoc donum & ſacramentum inſtituiſſe, *in qua nocte tradebatur*, vt impendenti morti occurreret, & quodammodo acceleraret. Reges & principes terræ diutius viuendi & imperandi cupiditate natalem diem celebrant, vel in memoriam alicuius periculi vitæ à quo euaſerunt feſtum aliquod inſtituunt, vel ſacrum celebrari iubent, *oy me naci que me libro Dios de el fuego y de la caſa caida, o tempeſtad del mar*; itaque viuendi deſiderium ſatis manifeſtant: at Chriſtus Dominus mundi Saluator, & cæli Rex, moriendi cupiditate anteuertit ſacrificium crucis (vt notaui ex Nyſſeno) & feſtum, ſacrumque celebrat, *in qua nocte tradebatur*, & hanc natalis ſui noctem vult appellari, erigitque altare, ponit menſam, miſcet vinum, inuitat ſuos, & ſolemni conuiuio reficit. *Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum antequam patiar.* Et quò tendit, Domine, hæc noua inuentio, *magnum inuentum?* hoc nempe intendo, vt ſicut ego libenter mortem oppeto, ita & vos mecum commori libentes appetatis. Quî poterit fie-
ri Domine, mors enim acerba eſt, & deuo- 16.
randa, antequam tuo fruamur conſpectu. Ego ego (inquit) potabilem faciam. *Comedite & bibite calicem hunc*, in cóque mea mors vobis propinatur, vt iam deinceps, qui mortem Chriſti viuam ſuſcipit, mortem corporis mortuam non formidet, & iam non tam morte, quam amore decedat: amor ſit carnifex, & amando tranſeat qui moritur communicando carnem & ſanguinem; hoc autem intendiſſe ſuſpicor, ex quo duobus filiis Zebedæi dignitates poſtulantibus obiecit, *Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum?* qui Regi inuitanti reſponderunt, *poſſumus*; quare tam libenter ô viri mortem ſubituros repentè affirmatis, & ſitim gloriæ & dignitatis ad calicem repentè traducitis? O, inquiunt, quis Regi inuitanti & prouocanti ad potandum non reſpondeat? itaque ingenuè & nobiliorum more mortis calicem bibituros aſſerunt. Nam calix ille quem in ſacco ſuo inſcius ferebat Benjamin, hoc modo deſcribitur, *Ipſe eſt in quo Dominus meus augurari ſolet*, vbi dum audis, *augurari*, noli intelligere ſuperſtitionis aliquod genus, ſolùm eſt prouocare ad vinum & potum imprecatione bonorum, *aſi es de Dios vn hijo mayorazgo que bebais tras de mi.* Et Athenæus expreſsè morem fuiſſe refert, *augurandi in calicibus mero plenis*, & ita ait, itaque ea eſt veſtra ingratitudo & audacia vt eundem calicem in quo Dominus meus primoribus Ægypti ſolet bona imprecari, ſuf-
furari auſi ſitis. Hic ergo eſt calix Chriſti, 17.
calix certandi & prouocandi & imprecandi bona, & cùm ſummus iſte Rex fuit primus qui illum bibit in qua nocte tradebatur, bibit quidem inuitatus à Patre, & reſpondit, *fiat voluntas tua.* Nunc ergo meritò ſuos inuitat principes, & ad libentiſſimam

a De cæleſti Hierarch.

b Seſſione 21.

c Epiſt. 1. c. nihil, de cõſecratione, diſt. 2.

Epheſ. 3.

Extrema & ineffabilis charitas.

Summe depreſſionis documenta in ſacramento dedit.

Iſai. 42.

Luc. 1. 50.

* Sic interpretantur
15.
Ioenan iſtũ Clemens 7. Inſt. c. 31. Cyprian lib. 1. contra Iudæos c. 16. Aug lib 18. de ciuit. c. 23. Chryſoſto Pſal. 95. Iuſtin. dialogo cont. Trypho. Damaſ 4 de fide c. 14.

Moriendi deſiderium in hoc indicauit ſacramento.

Qui hoc reſcitur primo verſatur moti.

Cur non timent mortem iuſti.

man mortem hoc pane & calice non cogit, ſed ingenuè obligat. *Ea que al brindis de vn Rey no ay decir de no.* Nam Eſther 1. ad amplificandam gloriam illius conuiuij dicitur, *Non erat qui nolentes cogeret ad bibendum, ſed ſicut Rex conſtituerat*; fortaſſis enim fuit Aſſueri mens & decretum, vt nemo cogeret alios, quale fuit edictum Cæſaris qui in conuiuio prohibuit inuitare ad vinum, quia, vt ait Dion. Caſſian.[a] *Decretum eſt vt omnes pro ſalute eius in conuiuiis biberent.* Hoc ipſum forte voluit Aſſuerus, vt in tam ſplendido conuiuio largè biberent, & nemo alium cogeret, ſed in gratiam Regis, eique bona imprecantes. Hoc ipſum in hoc calice prætendit Rex noſter ſummo amore inſtituens & propinans calicem, vt amore eius & mortis ſuæ exemplo nemo non libenter mortem ſubiret, & in morte oblectaretur, eiuſque memoria refricaretur. *Hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis, no os brinde nadie ni la oſtentacion ni la hypocreſia ſino el pagar mi muerte con muerte y mi caliz con caliz.* Nec opus ſit medicum periculum morbi exaggerare vt viaticum obtrudatur vobis, ſed libentiſſimè Regi inuitanti reſpondete, *fiat voluntas tua, morir quiero, como mi Rey*, nullo cogente niſi amore, *exiſtimantes, creyendo que eſta fue ſu traça; quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt.* Explicat Thomas: *ergo omnes debent mori*; en amor ex hac hora fabri ferrarij munus exercet, efficitque pectines ferreos, radios, nouaculas, malleos, laminas æneas, vt animos ſanctorum exſaturet qui inuitati à Chriſto & hoc pane & calice paſti libentiſſimè mortem oppetebant.

a In vita eius.

Libentiſſimè ſubire mortem gratiſſimum eſt Chriſto.

18. Illud autem myſterio non vacat ab ipſo eatem gloriæ Dei illum qui indutus erat lineis ardentes carbones in ciuitatem diſperſiſſe, ſemel enim collato hoc altaris beneficio, nihil ſupereſt Chriſtianis (niſi ferrei ſint) quàm tali conflagrare igne charitatis, cùm enim ignis tantillus eſt, paleis vel tenuiſſimis ramuſculis alitur, mox verò integram ſiluam accendit. Cùm ignis iſte amoris in carne paruus erat, paleis præſepis erat contentus, vbi corda pia viua ex paleis meditatione accendunt ignem, & fœno in humilitatem, lacrymis in pœnitentiam, panniculis in paupertatis amorem accenduntur; modò verò cùm plena manu carbones diſpergit, *& in finem dilexit eos*, viuis his flammis diuinitatis & humanitatis & ignitæ carnis, quis non ardet, quis mortem non oppetit? *Apponentes oculos, & labia & frontem, diuinum carbonem concipiamus, vt ignis in nobis deſiderij aſſumens ex eo carbone ignitionem comburat peccata noſtra, & illuminet corda noſtra, & participatione diuini ignis igniamur, & deificemur.* Ab eo autem non inflammari, lethale ſignum eſt, ait Bonauentura. *Si poſt communionem non ſentis aliquam dulcedinem, ſignum eſt aut ſpiritualis mortis, aut infirmitatis: mel in ore, & non ſentis dulcedinem? ignis in ſinu, & non ſentis calorem?* conſummatum conuiuium.

Charitas proximi à Dei charitate diffuſa.

Damaſcen. 4. lib. de fide c. 14.

19. Supereſt tamen aliud amoris opus conſummatum, vſque in finem; reliqui enim affectus foris manent, amor autem non quieſcit niſi in terra penetret, & viſcera repleat charitate. Vnde Auguſtinus ait Pſalmi 9. titulum ſic ſe habere, *Pro occultis filij.* Hieron. interpretatur, *ſuper morte filij.* Supereſt, quaſi dicat, decantanda amoris illa mors, in qua amor in finem & perſeuerans maximè enituit, quam mortem ſolus amor, ſummus artifex potuit inuenire. Finge etenim ciuem prædiuitem morti proximum, & doloribus cruciatum vndique, cui nihilominus amara potio præſcribitur, qui tam præſtantis eſt animi, tanque ſalutis cupidus, vt vos amarum exſorbeat, & vſque ad faces exhauriat, audeátque interrogare, ſitne plus quid exantlandum. Accedunt filij, & natu minor frater, qui in bonis primogeniti ſuccedit triſtis, ipſe verò lætus omnia libenter teſtamento diſtribuit, & exultare iubet. Accedunt creditores, exactores, vt tanquam fideiuſſor ſoluat quod promiſit, quibus egregio animo ait, hæc eſt hora veſtra, compilate omnia, colligite cuncta bona, & ſoluantur debita. Hò, inquit, quò pergitis? certè præcipua bona reſtant, ſumite clauem iſtam, & e meis ſecretioribus ſcriniis aureos nummos ſumite vobis de induſtria ſeruatis. O quàm eſtis incurioſi: videte quia multa nomina in ſcriptis facta ſoluenda ſuperſunt, eas ſigillatim implete. Supereſtne aliquid? nihil. *Conſummatum eſt.* Potuit quidem mens eſſingere mortem ſimilem, perficere autem tui eſt amor diuine, faber conſummatiſſime. Ægrotat amoris febre accidente Pater optimus, meliùs dicam ſubſtantia, talis enim amor febríſque amoris nata potius quàm accidens dici poteſt, *charitate perpetua dilexi te, perpetua calentura de amor del hombre.* Ceterùm habet augmentum accidentalis demonſtrationis, *nam in finem dilexit eos*, cruciant dolores angoréſque teterrimi vſque ad mortem. Venit Angelus & calicis quem hauriendum offert excellenti animo fæces etiam ebibit. *In finem, vaya todo por la ſalud del hombre*: manet adhuc neſcio quid fellis & aceti in vaſe, agite, hæc etiam deuoranda ſunt: *vt conſummaretur Scriptura, dixit, ſitio, cumplaſe la receta de mi padre.* Intrat hæres qui ſolet ſimulari triſtitiam, & Saluator lætatur, quid? Agnus paſchalis mortem mihi prænuntians, celebretur, conſummatur, ſit paſcha noſtrum ipſa memoria mortis, ſolemniſſimum, hæc enim charitas ſuperat mentes mortalium, & cogitationes, *ſcire autem ſupereminentem ſcientiæ charitatem, mayor para que mayor no pude ſer ſu amor que ſu ſabiduria porque por amar y morir amando ſe haze, del que no ſabe, tanquam agnus innocens, & ego cognoui*, ait per Ieremiam. En adſunt creditores, age fideiuſſor hominum, ſolue vſque ad vltimum quadrantem; placet, adhæret ligno, & dum execrari deberet Adam, qui deliquerat, & hominum genus pro quo ſpoponderat, *ha traydor que me enganaſte para que ſali yo fiador por ti como ſuelen decir los mas cuerdos*; tunc verò omnia diripienda & compilanda offert. Tu Pater animam, tu terra corpus, tu Ioannes matrem, tu mater filium, tu peccator ſanguinem, vos inimici orationem, vos milites veſtem, tu ſol

Vis amoris Chriſti mortem attrociſſimam & plenam deuorauit & ſatiauit. Sanola.

Similis mors Chriſti nulla inueniri poteſt.

20.

mœrorem, tu centurio fidem, tu latro regnum accipe, & cùm iam relinquere videt arcanum cordis intactum, monet eos præcipuas diuitias adhuc in pectore latere, affectatur lancea; vndénam modò lancea & clauis afferenda eſt? vnde, ex officina fabri, quorſum enim fabri munus aſſumpſit, amor, *para que ſe hizo herrero el amor ſino para que hubieſſe llaues de ſu ſecreto eſcriterio de ſus venas, llane del cielo.* Superſunt adhuc Scripturæ, impleantur omnes. *Pater opus quod dediſti mihi conſummaui.* Iam conſummata ſunt omnia, iam curæ, iam labores ceſſarunt, iam poterunt filij mei excelſi deambulare in cælis, iam panem Eccleſiæ dedi eis, iam diuites, iam ſedis æternæ hæredes, manent iam altiſſimi, nobiliſſimi, ditiſſimi, ſanctiſſimique facti ſunt ſacerdotes, Epiſcopi, Pontifices, regéſque; operæpretium erit parentem optimum dignis proſequantur obſequiis, parens enim qui tales poſt ſe reliquit filios, etiamſi ſepulcro amandetur, non eſt mortuus, viuit diuinitate, viuit amore, viuit donec reſurrectione eos gratia, corpus ſuum immortali & immarceſcibili gloria perfundat.

Epilogus.

VERBVM FILII.

Ioan. 13. v. 1.

Ante diem feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus quia venit hora eius vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem.

Ardentiſſimi amoris argumenta exhibet; omnem diligendi modum excedit; & pari beneuolentia radamari poſtulat.

DISCVRSVS CXL.

1. QVAM excelſum, & quàm ab humana cogitatione remotum ſit, Chriſti erga nos ardentiſſimum amorem cognoſcere, latis & ingenioſè declarat Paulus in ea inſigni epiſtola ad Epheſ. 3. *Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti,* (vide affectum ſolicitum ſuæ orationis) *vt det vobis ſecundùm diuitias gloriæ ſuæ, virtute corroborari per ſpiritum eius in interiorem hominem,* (ecce poſtulat virtutem Spiritus ſancti, ne deficiant animo) *Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris:* (iam poſtulat fidem viuam) *in charitate radicati & fundati:* (iam tertiò vſum charitatis expoſcit.) Et quorſum hæc tria tam ſtudioſè prærequirit? *Vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum; ſcire ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti.* Quæ ſic explicat Auguſtinus [a], charitatem Chriſti intellige nobis exhibitam; hæc autem ſupereminens eſt ſcientia, id eſt, maior quàm vt ſciri, intelligi, & comprehendi poſſit. Quid ais Paule? ſi ea eſt Chriſti charitas, vt ſuperet omnem humanam cognitionem, quorſum rogas, vt poſſitis comprehendere? Fateor itaque ſupra humanam eſſe ſcientiam, & lucem ſupernaturalem expoſcere, & tres inſuper conditiones. Primò, amoris vſum, quia vbi amoris experientia non eſt, ſermo eſt abſconditus & remotus; *eſtote ergo in charitate radicati.* Secundò, viua fide, vt illâ innixos tanti ignis fulgor nec deiiciat, neque perſtringat mentis intuitum, *Chriſtum habitare per fidem.* Tertiò denique adſit virtus diuini ſpiritus, ne concidamus animo in tam vaſto amoris pelago. His tribus verò munita infirmitas noſtra, ſaltem ad proſpectum huius immenſi Oceani venire poteſt; *venire,* inquam, non comprehendere, vt notauit Theophylactus, & Chryſoſtomus: nam, vt ait Eccleſiaſticus, *Exaltantes eum replemini virtute, ne laboretis, non enim comprehedetis.* Sed comprehenſionem vocat claram cognitionem, non omnimodam; ſicut qui intrat mare Oceanum, quia eius immenſitas vndequaque circumſpici nequit, tunc magis videt, quando in alto mare cælum tantum videt, & aquam; quia licet ille viſu mare non comprehendat, mare tamen comprehendit viſum eius; ſic in iſto amoris Chriſti Oceano tunc ampliùs eum cognoſcimus, cùm ab illo comprehendimur, & ſuperamur, & illuc peruenimus, vbi amorem tantummodo ſpeculemur; ducit nos, & perducit per vaſtum iſtud pelagus Ioannes ſanctiſſimus, qui breui charta amoris Chriſti antiquitatem, conſtantiam, fortitudinem, feruorem, benignitatem, maieſtatem cum demiſſione coniunctam deſcribit, nóſque ſigillatim hæc amoris Chriſti attributa pro tenuitate expendemus.

Incomprehenſibilis Chriſti charitas.

a De grat. & lib. arbit. c. 19. Theophyla. OEcumen. Ambroſ. vide Cornelium noſtrum à Lapide.

Tribus munita documentis infirmitas noſtra Chriſti amorem contemplatur.

Cap. 43. 44.
2.

Simile.

SVMMA DISCVRSVS.

3. *Ante diem feſtum Paſchæ.* Duo, inquit Ariſtoteles [a], ſic occupant animum, vt qui ea proximè impendere ſperat, aut timet, ab omni alia re excuſatus & liber eſſe debeat, videlicet aut ingenti aliqua calamitate, aut ſumma aliqua felicitate ſperata. Ideo imprudentiæ notam non fugiet, qui ad ritè peragenda negotia nec tempus, nec opportunitatem hominum obſeruat. Vulgaria ſunt exempla, quæ ab Scriptura petuntur illuſtriora, quæ non immeritò ſpiritum, & infractum animum nurus Heli ſacerdotis exaggerat, quòd cùm inter duo extrema, gaudij, de felici nixu primogeniti, & infelicitatis, de repentino interitu, ſocerus, aut parentis, & mariti conſtituta eſſet, ſimúlque nuncius adderet, arcam Dei captam à Philiſtæis, *tunc,* non obſtantibus his diuerſis recentibus affectibus, dolor de captiuata arca ſic redundauit, vt eo perculſa ſubitò fuerit extincta. *Tunc pro ſocero & pro marito dixit, tranſlata eſt gloria ab Iſrael, eo quòd capta eſſet arca Dei. Entonces quando pareco que tan gran pena; como morir ella y ſu marido, y tan grande alegria como parir vn hyo, auian de detener la corrente del dolor, vencio el ſentimiento del arca captiua.* Paternè quidem & benignè fleuit obitum filij ſuo Abſalon rex Dauid, etiamſi inimicitias, inſidias, exercitum inſtruxerat conſceleratiſſimus iuuenis. Verùm quis non aliquas fundit lacrymas, cùm de furca deturbatum furem videt, quanto magis nobilem, iuuenem, quid dicam principem, & in peccato interceptũ morte

a 2. Rhetor c. 2.

Excuſatus qui eſt detentus de alienis miſeriis & calamitatibus.

A ſimili ex ſacra Scriptura.

1 Reg. 4. 20.

3.

Ab exemplo ſacra Scriptura.

ad

ad æternas flammas rapi vider? Verùm cùm inſolens, & petulans iuuenis rebellat in parentes, inſtruit aciem, tunc Dauid de feneſtra omnes exercitus ſui duces ſigillatim admonet, *Seruate mihi puerum Abſalon, no me mates al pretenſor de mi corona, que es moço, y hijo.* Ingens amor, charitas ſumma, in tali tempore miſeratione inimici tangi.

Vrbanitas iſtius latronis.

Hac eadem de cauſa vrbana illa, & opportuna verba dedit in cruce latro, cui cum videret Chriſtum Dominum in exteriori forma tali calamitate & miſeria plenum, importuna res, & inurbana viſa eſt, ſi tunc negutij, quod poſtulabat, reſponſum e veſtigio poſceret; ideo ait, *Domine memento mei dum veneris in Regnum tuum. Mercedes os pida Rey tan liberal, no aqui, ſino alla; que aqui no es razon poner las mientes en otra coſa, que en vueſtra eſtrema miſeria.* Rex autem diuinus ſic intra ſe poſitus erat, vt ibi e veſtigio

4. poſtulata concefferit. Nimia item felicitas, ſcimus iam vt tranſuertit mentem, & obliuionem affert, quemadmodum impius ille diues probat, obduratus erga Lazarum. Hæc autem duo extrema in Chriſto conſenſere, vt ardentiſſimum eius amorem patefacerent, qui dum ex vna parte omnium terribiliſſimam mortem ingruentem vider, *ſciens Ieſus quia venit hora eius, ante diem ſeſtum Paſche*, & ex alia ſummam eundi ad Patrem felicitatem, & fauſtiſſimum reditum impendere, *vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem*, id quod mortalium mentes extra ſe poneret, vrget eius amorem, vt proxime iam mortem expectans, & Regnum, ſic omni affectu expeditus ſit, & amore inebriatus, vt pedes lauare, blanda loqui, buccellas amoris porrigere, carnem & ſanguinem dare ſuis, dulce, opportunum, & quaſi præcipuum reputauerit. Paulo quidem digna ponderatio; *Quoniam Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur*, &c. & Ioan. *Ante diem feſtum Paſcha ſciens Ieſus, quia venit hora eius.* Hanc, ſuauiſſime Ieſu, ſpem mihi oblatam arripere, & quaſi anchoram tenere volo, quam etiam mecum ponderant Doctores.

Quàm firma debet eſſe ſpes noſtra in Chriſti prouidentia.

Si dum in procinctu eras, dum ad mortem properabas, ſic dulcis mihi fuiſti, qualis eris in dextera Patris? Si in litore ſalſiſſimi amariſſimi maris ſic ſuauis, ſic omni melle plenus mihi fuiſti, quid eris, cùm ſis, non in ſolo, ſed in cælo; cùm non in terra, ſed in portu, quò non appropiant hi fluxus & refluxus humanæ infelicitatis? Si tam ſplendidum apparas conuiuium, in quo Iudas vnus recumbit, nec à menſa repellis, quid ſperare iubeor in terra pacis, vbi proditor nemo, negans nemo, infidelis nemo? Si inde, vbi ſumma felicitas erat, *per viſcera miſericordiæ ſuæ*, nos, noſtraque viſitare quaſi per luſus voluiſti, & repetens in cælum pignora talia dediſti, in qua poſitus ero calamitate, caſu, fortunáve, in qua tuam manum non ſperem, opémque mihi pollicear? *Que amigo eſperare mas fiel, que el que la hora de ſu mal tiene por hora de mi bien?*

Cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Quaſi dicat, ſi huius amoris exor-

5. *Amor Chriſti antiquiſſimus.*

dia, finémque perquiris, ſiſte, nec enim reperies; *dilexit*, ſicut ciùo dixit, *In principio erat Verbum, erat (era, y ſerà: y en eſſo ſe reſume, que el amor no ſufre cercas, ni puntos, ni margenes.)* Non ſunt feruores iſti noui atque recentes amicitiæ, quaſi in muſto efferueſcentes, ſed quaſi ex vino antiquo, *Amicus nouus, vinum nouum*, Eccli. 9. 15.

Antiquitas & ſtabilitas amoris Chriſti.

Non incepit amare, cùm ipſum amaſti, *ſed ipſe prior dilexit vos*; nec tecum incepit, ante enim quàm tu fieres, amauerat, & mortem tui cauſa appetierat. 1. Rom. 4. Quando ergo incepit? Reſpondeo, in quantum homo a primo illo inſtanti, in quo conceptus eſt; noluit enim nec per inſtans ſine amore eſſe. In quantum Deus eſt, nullum aſſignatur principium æterno & immutabili; amauit ergo ab æterno; nullo igitur puncto circumſcribi patitur, in quo non ſit verum dicere, *Cum dilexiſſet ſuos.* Antiquitatem iſtius amoris nemo niſi coæternus comprehendat; libeat inueſtigare & rimari aliquid cogitatione. *Charitate* (inquit) *perpetuâ dilexi te.* Et Ioannes, *Agnus qui occiſus eſt* (voluit occidi) *ab origine mundi.*

Declaratur amplius.

Noluit autem Ioannes, vt prætereamus ſine æſtimatione tantum amorem. Sunt opera aliqua non tam ex materia, quam ex forma æſtimandæ: *materiam enim ſuperabit opus. Valia mas la hechura y arte que la materia.* Hoc in operibus amoris & officiis penſandum eſt, in quibus pluris habetur affectus, modus, & forma, quàm eadem ipſa, quæ donantur.

6. *In amoris operibus affectus penſandus eſt.*

Quare etſi quæ pro nobis pertulit Chriſtus, referri & numerari poſſint, ſpinæ, verbera, claui, crux denique, & mors: opus autem, forma, amor, & affectus, à nemine poſſunt niſi ab ipſo opifice ſupputari. *Cùm dilexiſſet* æterno amore; quid ad hæc addat humana mens? diuina ſolùm comprehendit.

A ſimili.

Vocantur æſtimatores, vt pretium conſtituant palatio, ſeu regiæ domui, recens extructæ, vel vendendæ, & vt par eſt æſtiment, per partes æſtimationem faciunt. Atrium iſtud, & porticus, quanti ſtabit? mille numis aureis. Contignationes iſtæ, & aulæ, quanti? bis mille numis aureis. Veniunt ad fontem, qui in compluuio eſt; ſcribite mille numos aureos; quid ais? ſunt in cratere iſto centum hydriæ aquæ, quæ vix centum monetas exæquant. Ho, inquiunt, altiori æſtimatione rem iſtam perpendimus; qui non aquam iſtam æſtimamus, ſed perennitatem, laborem, ſumptum, quibus per aquæductus nitidiſſimos ducta eſt longè ad vrbem, à rupe altiſſima, vbi ortum ſuum habere creditur.

Chriſti actiones ex amore maximè æſtimanda ſunt.

Fac finitas eſſe Chriſti Dei operationes valore & numero, & humana æſtimatione penſandas; quanti ſtaret porticus illa, in qua inter bruta naſci & collocari voluit? quanti emeretur Pilati compluuium? quis columnam illam ſingularem appretiaret? quis hortum, in quo ſanguine maduit? quis aulam iſtam, & cœnaculum grande, in quo pedes ſuorum lauit? Millium millia corda debentur. Quare? quia non hæc, quæ materialia ſunt, & caduca, ſed perennitas amoris peranriqui penſandæ, & appretianda eſt. Ier. 31. 7.
Longè Dominus apparuit mihi: de lexos imagino yo que viene para mi la bondad y ſuauidad de Dios; quod ne contingat ignorare, profitetur ipſe, *charitate perpetuâ dilexi te, agora te amo, y te ame, cùm dilexiſſet, in finem dilexit.* Et Abacuc 2. 3. *Adhuc viſus procul, & apparebit in finem.* Charitate עולם ſæculi antiquâ dilexi te. *El meſmo es el amor de agora y el terno:* quod ſi minus credis, reſpice ad originem, vnde continuò miſericordiæ promanant. *Ideo attraxi te miſerans.* Sed æſtima, obſecro, plus amorem, quàm materiam. Æſtimaſti? expecta, nondum

rem

rem attigiſti. Vide quid addat, *in finem dilexit eos. Agora aun mayores mueſtras de eſſe antiguo amor.* Cùm adoleſcens vires ſuas, & iuuenile robur in iactanda ferrea virga vult oſtendere, contrarij ſui iactus moderatè tranſilit, & cùm victum ipſe fatetur, tunc ille, arrepto ferro, quanta vt poteſt, brachiorum intentis viribus ad nimiam diſtantiam iactu progreditur.

Simile.

Expectationem & deſideria Chriſtus ſuperauit, & præter hoc amando progreſſus eſt.

Per omne Chriſti noſtri vitæ tempus amor, operibus etiam, noſtra deſideria, & cogitationes prætergreſſus eſt doctrina, miraculis, beneficiis exhibitis; & cùm deſideria noſtra vix noui quid expectarent, ecce vt elegantiam ſuam amor, voluntatem dandi, & tolerandi propoſitum oſtentet, ſupra omnem expectationem, diuitias, opera, & amorem effudit, *In finem.* Quæ opera fuere iſta, quibus in finem dilexit? certè venire in finem; ſic enim in profunda pelagi amoris ſeſe commiſit, vt à terra omnino diſceſſerit. *Perdio ſu tierra, porque el amor le echo della, Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. Engolfeme tanto en amar a los hombres, que me halle en altamar, y en la borraſca de la muerte me anegue. In finem dilexit.*

8\. *Cùm dilexiſſet ſuos, in finem dilexit.* Conſtantiam huius amoris vt æſtimemus, quibus fundamentis nitatur, præmittendum eſt. Amor enim fundari ſolet vel in bonitate, & honeſtate rei amatæ, aut in acceptis beneficiis: quæ duo cùm longe abſint ab hominibus erga Chriſtum; quare, ô ſacer amor, tam impensè amas mortales? Reſpondeo, inuerti hîc omnem amoris ordinem; amor enim iſte nititur in amore & bonitate ipſius diligentis, & in eiſdem beneficiis ab ipſomet collatis rei amatæ. Vide quid ait Ioannes, *Cùm dilexiſſet ſuos, amolos, porque ſon ſuyos; y ſon ſuyos, porque los amo para que lo fueſſen.* Simile quid in amore parentum inuenies, qui amor primas inter naturales amores facilè fert; amant enim filios, quia ſui, quia enutrierunt, coluerunt, ornarunt: amant ergo eos, vt beneficia à ſe facta, non vt accepta. Sic igitur Chriſtus dilexit Eccleſiam, *quam* (vel quia)

Amoris Chriſti origo & cauſa.

Amoris Chriſti dua cauſa.

9\. *acquiſiuit ſanguine ſuo*, coluit, ornauit, mundauit, & ſine ruga reformauit, & hos vocat *ſuos.* Secundò verò reſpondetur, ſi Chriſtum, vt homo eſt, conſideremus, amor eius in nos fundatur in magnitudine beneficiorum, quæ non ab hominibus, ſed ab optimo & maximo parente Deo accepit, cuius cauſa amabat homines. Huc faciunt verba D. Ioannis, *Sciens quia à Deo exiuit, & quòd omnia dedit ei Pater in manus*, &c. Quibus quaſi ait, ne in admirationem rapiant vos præſtita, factaque à Chriſto in hac hora, penſate obligationem, qua obſtrinxerat Pater, *quia omnia dedit ei in manus*, & à Deo exierat, veneratque in mundum ad negotium ſalutis hominum ritè peragendum, *à Deo exiuit, & ad Deum vadit: y eſtaua ya para bolnerſe al Padre.* Sumpta vtique eſt ſimilitudo à regis fauoulo muneribus, fide, amore regis alias obſtricto, quem mittit rex legati poteſtate, ſumptu, comitatu; qui cùm præſtituti temporis, finem adeſſe videt, negotiúmque grande imperfectum, quanta ſolicitudine, quàm impenſo ſtudio mutat omnia, *ſciens Ieſus, ſabiendo y entendiendo*, Patrem æternum, quem infinito amore proſequebatur, negotium redemptionis demandaſſe; videns ſimiliter naturalem ſe eſſe Dei filium, qui *à Deo exierat, portans omnia verbo virtutis ſuæ, & quòd ad Deum vadit.* Omnibus his de cauſis præclarum opus, Deóque optimo dignum exhibere tenebatur, in quo amorem, reuerentiam, gratitudinem, potentiam filio Dei dignam erga Patrem oſtenderet; quare cùm infinitum ſit pondus cauſæ huius amoris, ſic amor, quem erga ſuos exhibuit, infinitus eſt; *dilexiſſet ſuos.*

A ſimili.

10\. Conſtantiam modò, & fortitudinem amoris contemplemur, *in finem dilexit:* ideo quidquid labefactare poterat amorem, propoſuit Euangeliſta, nempe mortem, proditorem, luctum, & alia, quæ ſigillatim expendit Auguſtinus [a]. Et primò, *Sciens Ieſus, quia venit hora eius*, opus fuit infinitâ virtute ad ſuperanda difficilia; vnde etiam infinitum eius amorem vocari poſſumus. Prima enim difficultas mortem intulit illi: *intrauerunt aquæ vſque ad animam meam*; & licèt probè noſſem, non refugi mortem; ſciebam enim, quia *aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem; acabaron me la vida, mas no el amor, que lo tenia yo mas en el coraçon que la miſma vida.* Vnde Auguſtinus, *Verè dictum eſt, quoniam valida eſt ſicut mors dilectio. Quouſque ſe ſponſus ſic inclinauit, qui amando fœdam, vt faceret pulcram, vſque ad mortis exitum venit, & Domini Domini exitus mortis.* Chriſtus igitur non habuit mortis timorem? Reſpondet D. Thomas [b], timor poteſt eſſe duplex; vno modo quantum ad hoc quòd appetitus ſenſitiuus naturaliter refugit corporis læſionem, & per triſtitiam, ſi ſit præſens, & per timorem, ſi ſit futura: & hoc modo timor fuit in Chriſto, ſicut triſtitia. Alio modo poteſt conſiderari ſecundùm incertitudinem futuri euentus; ſicut cùm noctu timemus ex aliquo ſonitu à nobis ignorato; & quantum ad hoc non fuit timor in Chriſto. Verùm quare timor iſte in Chriſto non dicetur fortitudo? *Quare non eſt fortitudo timor, quando qui timet, timere vult.*

Fortitudo constantia amoris Chriſti.

a Hom. 9. de agricultura agri Domini, c. 5.

b 3. p. q. 15. artic. 7. in corp.

Quoniam timore habuit Chriſtus.

11\. Timuit quidem in horto, & triſtatus eſt; ſed in vrgenti occaſione, non ſicut hi, qui extra periculum iactant vires ſuas, audaciam, fortitudinem; mox verò in occaſione exalbeſcunt metu, & quidquid increpuit amorum, perhorreſcunt. Quod in D. Petro liquit maximè, gallinæ enim inſtat in occaſione timuit, vnde & à gallo meruit excitari. Chriſtus verò ſciens mortem adeſſe, myſteriis peragendis non deſtitit. Scientia autem iſta ſi non timorem auxit, tamen valde dolores; reliquis enim hominibus inſtante morte necis inſtrumenta propelluntur, ne gladium, aut ſcalpellum ad venæ ſciſſionem præuideant; nil enim plus quàm vitam faciunt. Chriſtum verò non à tergo aggreſſa eſt mors, non imparatum, non inſcium, ſed aperto Marte occurrit, prauámque & maleuolam inimicorum voluntatem præſciuit. *Tu autem Domine demonſtraſti mihi, & cognoui; tunc oſtendiſti mihi ſtudia eorum; & ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad victimam.* Itaque incertitudo terret alios, me verò certitudo

Scientia mortis Chriſtum non perturbatus, ſed dolore affectus eſt.

Ier. 11. 18.

certitudo & præuiſio mortis, quod acerbiſſimum eſt. Vide autem amoris huius fortitudinem; ideo amori obiicit mortem. *Sciens Ieſus, quia venit hora eius; earo el amor con la muerte, para ver que ſemblante haſia cada vno; y deſta primera viſta quedò la muerte vencida:* mutauit vultum, mores, acerbitatem, & in dulcem, & amabilem tranſiit, & ideo ait, *quia venit hora eius.* Hora eius dicitur & expetita, & amata; quia etiamſi hora mortis erat, victa tamen per amorem. Quare, obſecro, amata videtur mors? ideo nempe, quia vincit amorem, ſeparatque corda ab his, quæ per amorem intimè erant coniuncta. Loquatur Eccleſiaſticus; *O mors, quàm amara eſt memoria tua homini pacem habenti in ſubſtantiis ſuis!* Subegerat mors amorem, quia amor in territorio & ditione mortis degebat, quia in caducis & morituris rebus ſe totum collocabat, & conſumebat, ideo benè à morte ſuperabatur, & acerbè à charis pignoribus diuidebatur mortis imperio. Sed quid ſi hæc inuerſo ordine fierent, vt mors ſub ditione amoris poſita inſtrumentum eſſet conſequendi res amatas? ex tunc vtique mors non amara, ſed dulcis, ſed amabilis eſſe inciperet. Cum igitur Chriſtus, qui totus erat in conſequendo Patri gloriam, & hominibus ſalutem, morte vſus eſt ad hæc ſua explenda deſideria, extunc victa mors mancipium amoris effecta amabilis, vtilis, deſiderabilis, & pretioſa dicitur, *Quia venit hora eius.* Huc facit dialogus ille, quem D. Bernardus [a] fingit inter iuſtitiam & miſericordiam. Iuſtitia ait, *Perij, ſi Adam non moriatur.* Miſericordia aiebat, *Perij, niſi miſericordiam conſequatur.* Fert Deus ſententiam, *Fiat mors bona, & habeat vtraque quod petit. An non pretioſa erit, ſi fuerit ianua vitæ, porta gloriæ.*

In Chriſto amor mortem ſuperauit.

Eccli. 41.

a Serm. 1. de annuntiatione.

13. Conſtantior autem contra Iudæ obſtinationem extitit, & contra teporem, & ingratos animos noſtros; mortem enim multi deuicerant amore Chriſti præmuniti, & præuentis ingratitudinem verò & teporem vnus Chriſtus ſuperauit in nobis. Eccleſiaſticus has videtur leges amicitiæ ſtatuiſſe: *Ad amicum etſi produxeris gladium, non deſperes; eſt enim regreſſus. Ad amicum ſi aperueris os triſte, non timeas; eſt enim concordatio; excepto conuitio, & improperio, & ſuperbia, & myſterij reuelatione, & plaga doloſa. In his omnibus effugiet amicus. Entre hombres no cortan la amiſtad vnas cuchilladas, ni vn deſden y roſtro triſte. Pero las injurias, el enonamiento, el deſcubrir ſecreto, y la traicion, ſon muerte de la amiſtad.* Vide exceptionem; hanc autem amor Chriſti non patitur; nam Iudæ *ſuperbiam* tulit, qui cùm cor eius detegeret, ſuperbè reſpondit, *Nunquid ego?* Myſterium etiam reuelauit, vbi nempe orare conſueuerat Magiſter. Iniuria item quænam maior, quàm veluti mancipium tradere pretio ab inimicis conſignato? *Proditio* quæ maior, quàm oſculo pacis illum prodere? Poſt hæc autem non defuit amor, qui blandè *amicum* nuncupauit. *Amice ad quid veniſti?* Cor autem eius vt emolliret, quæ non molitus eſt? quos ab oculis radios mittebat? qui duriſſimum Petri cor liquefacerent, & in lacrymas ſoluerent. Quos influxus in lauando pedes ſecretò ingerebat? quod ſpectaculum accenſi vultus Chriſti demiſſis oculis & manibus in extergendo occupatis pedem ſupra pectus collocantis? quam ſecreta voce clamauit? *Cor meum ad Moab clamabit; que a' damada y voz eſta para no reſponder?* Manet Iudas in ſua obſtinatione: recedit tamen amor Chriſti? Abſit. Conſidera ad hoc punctum iſtud amoris, nempe cùm non de facto expugnaret Iudam, excuſar Euangeliſta, non tam pertinaciam, quàm dæmonis perſuaſionem fuiſſe; *ſum diabolus iam miſiſſet in cor*; quaſi nolit adhuc ab iſto corde deliniendo deſiſtere, oſtendendo non tam culpam Iudæ, quam dæmonis eſſe, vt ſciat adhuc patere oſtium miſericordiæ, crimen eius, vt poteſt, excuſat; dæmoni verò culpam aſcribit, vt anſam arripiat expoliandi eum capitis, quos ſibi arrogauerat. Hoc ipſum in delicto Adami videre licet; excuſat ſe, ſuam imbecillitatem obiiciens: mulier item dæmonis fallaciam cauſam dediſſe aſſerit; Deus verò acceptat excuſationes, vt indicet æquum eſſe ſubuenire his qui aliena perſuaſione deliquerunt; ſerpenti autem mortem comminatus eſt, *Ipſa conteret caput tuum*; ſicut cùm delinquit famulus pauper, & comprehendunt herum eius diuitem, qui ſoluendo eſt, & conſilium dedit ſceleris; ita ſimiliter hic culpat dæmonem, vt excuſet Iudam. *Iudicabit pauperes populi; ſaluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem,* id eſt, ſatanam: ſicque ab hoc ſecundo aduerſario victoriam & triumphum reportauit. Monſtrum alterum ſeſe oppoſuit, commodum, ſeu vtilitas, quam in eximiis operibus quærere poterat; mortales enim omnia vtilitate metiuntur. Sed ô quàm gratis omnia dedit ingratis. Omnia quæ dedit ei Pater in manus, vna nocte velut effudit. Vide Domine, quia lauas pedes, qui fugam arripient hac nocte? *Co pu lunare.* Vide quia prodigis omnia ſine quæſtu, ſine fructu: *Charitas non quærit quæ ſua ſunt.* Vide quia abſentia mors eſt amicitiæ; hora diſcedendi eſt, te abſente quis memor amicitiæ, quis beneficia rependet? Ego vincam abſentiam præſentiâ corporis mei, *Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum.* Vide quia tu ipſe tibi contrarius es, Deitatem abiicis, maieſtatem demittis, munditiem ſordibus tingis, factus es tibimetipſi grauis & contrarius; *nihil vile ſi amatorium, nullatenus infame iudicandum.* Ego meipſum deuincam; dedecus in gloriam, abiectionem in exaltationem commutabo, & ſeruorum officium diuinum & ſanctum ex hac nocte manebit.

Pugnabant amoris nolle vnquam victum aut minus fortem videri.

Gen. 3.

Sim. le.

14.

Pſal. 71.

Monſtrum vtilitatis deuincit.

Seipſum deuiciſſe videtur amor Chriſti.

Quanta pertulit à Iuda, quanto moleſtus eſt vt ad ſe pertraheret.

Eccli 22. 26.

15. Supereſt, ô amor, inimicorum odium ſuperandum, quod in te ſputa, clauos, ſpinas, & conuitia præparant. O quàm pleno alueo fluit amnis iſte! ignei tantummodo pedes amoris tranare poterunt. Superaſti tamen, ô amor; viciſti dum poſt tot beneficia, cùm iam trans flumen eſſes, oraſti; *Pater, ignoſce illis:* quia *in finem dilexiſti eos, in finem* enim eſt verbum triumphare: & in Pſal. vbi titulus eſt, *Victori,* aut, *in finem,* Auguſtinus intelligit, *in finem temporis & amoris.* Huius belli finem cupiebat videre Petrus, *ſequebatur eum à longè, vt videret finem:* finem vtique operis, non amoris; nam licèt *ea quæ ſcripta ſunt de filio hominis, finem habent,* ſed non amor, hic enim ſine modo currit, ait

Odium inimicorum ſuperauit amor Chriſti.

a Lib. de diligendo Deo.

ait Beroatdus [a]. Quòd ſi obiecta cruce & morte in agoniam adductus eſt, inquit Anſelmus, in hoc ipſo conſtantiam oſtendit; *Obiecit enim hominem, vt vinceret Deus, arroje la capa de la humanidad, y biriola el demonio; mas venciole como Dios.* Et ſatis liquet viciſſe; ecce enim vxor Pilati nuncium ad maritum mittit, vel vt oſtendat dæmon, etiam in regimine & gubernatione magnarum rerum ſemper valuiſſe plurimum fœminarum obſecrationes; vel (quod ſanctis Patribus placet) formidauit dæmon, & de Hectore migrauit in fœminas meticuloſas; timuit itaque ruinam regni ſui.

Timuit dæmon amoris vim & opera.

16. *Venit ergo ad Simonem Petrum.* Quis cogitaret nouum amori ſupereſſe aduerſarium? Reſiſtit Petrus. *Domine, tu mihi lauas pedes?* tu qui confeſſionem illam à me factam à Patre reuelatam aſſeruiſti? tu, qui diuino fulgore in Thabore oculos & mentem perſtrinxiſti? *tu mihi lauas pedes?* officia viliſſima & abiectiſſima exhibes? *Si non lauero te*, ſiſte Domine, ſic domo pellis famulum antiquum & fidelem? quòd ſi amicus eſt, tam leui de cauſa reſcindis amicitiam; *Occaſiones quærit qui vult diſcedere ab amico*; & quo animo poſt lapſum, & negationes ſpem ad te redeundi concipiet, qui propter vrbanitatem & reuerentiam à ſocietate pellitur? à domo, & à gratia? Verùm oportet naturam & ingenium amoris agnoſcere: amans enim omnia libenter tolerat, niſi id, in quo de amore agitur. Præcipe quæ volueris amanti; dummodo non prohibeas *amare*; ad hoc enim eſt amor ſurdus, cæcus, & impatiens: ſicut enim qui podagræ doloribus vrgetur acutis, ſi attingere contingat, imò antequam manus attingat, vociferatur impatiens; ſic qui amore ſaucius eſt. Omnia itaque ſuffert Chriſtus Dominus, omnia tolerat; cùm verò amoris opera quis impedire tentabat, amoris plena impatientiâ agebatur ſanctiſſima, & quæ pietatem eius valde commendabat: quam cùm tu, Petre, ſatis expertus eſſes, quare ſic feruentiſſimo amori obſiſtis? vincet vtique amor.

Vicit etiam Petrum reſiſtentem.

Cedit amans amanti niſi in amore.

17. Poſt hæc autem feruorem eius quis explicet? licèt enim multa paſſus eſt, plurima impedimenta ſuperauit, in feruore autem ſeipſum ſuperaſſe videtur. Recole ad hoc exordia charitatis, vide Chriſti in terras deſcenſum, vix in portum ſanctæ Mariæ appulit, cùm ſoluere deſiderabat. *Et ingrediens in mundum dicit: Corpus adaptaſti mihi, ea el nauio eſtà apreſtado; belo haſta el Cabo de buena eſperança*, vbi ait, *Deſiderio deſideraui manducare vobiſcum hoc paſcha. Eſtas ſon ſus Paſcuas, padecer por noſotros.* Migrat ad portum ſalutis, per mediam Ieroſolymam, temonem crucis humeris geſtans, gemens, & dolens. Occurrunt fractæ miſeratione pulcri adoleſcentis Ieroſolymitanæ fœminæ deplorantes, qui ad illas blandos conuertens oculos ait, *Filiæ Ieruſalem nolite flere ſuper me. Reprimid las lagrimas, no quiero que lloreis por mi.* Quid prohibes, amor ſancte, quid vetas lacrymas? Auſim te crudelem appellare; fuitne poſt hominum memoriam crudelius ſpectaculum, magiſque luctuoſum? Raptúſne fuit vnquam nocens aliquis dignior lacrymis iſto innocentiſſimo adoleſcente? Nolo, reſpondet, extraneum quid alterius amoris meo admiſceatur amori, pura ſit dilectio, mera charitas: & quia aqua lacrymarum diluere poterat amorem, nolo lacrymas, nolo miſerationem. Sit ita, amor, nulla re leuari velle; verùm quare tu, qui ſolatium iſtud renuis, voluiſti vt Pilatus miſeraretur Chriſti, & interrogaret, *Quid feciſti? Mancebo noble, en que has delinquido?* Reſpondet Auguſtinus, feruentiſſimi amoris inuentum fuiſſe hanc Pilati pietatem, nam niſi Pilatus miſeratione frangeretur, optarétque Chriſto vitam, nullatenus flagellari mandaret. Sed quid agat amor? excitat in pectore iudicis affectum liberandi Chriſtum, perſiſtere iubet in quærendis modis liberandi, inter quos ille occurrit morte ipsâ acerbior, nempe nudum columnæ alligatum flagellis cædere. Videte ſi feruet amor? venit ad crucem, & clamat bis, *ſitio*, &c. *Pater vt quid dereliquiſti me?* ſciat orbis, inquit Beda, me ſiti amplius patiendi emori, & huius mei deſiderij teſtis ſit Pater, de quo queror, qui citiùs filum vitæ præcidit, ne vlterius patiendo progrediar. *ya quereis ſeñor que muera tan apriſſa?* ſic me in occaſione patiendi, oſtentandi amorem dereliquis? Antea amor ſolicitabat, *opus*, *dicens, quod facis, fac citiùs*; modò verò dolet adeſſe finem; & cùm putares, iam amoris & vitæ pariter finem attigiſſe, poſt inclinatum caput feneſtram aperit amor, indeque diuitias adhuc reſeruatas depromit, *exiuit ſanguis & aqua*; & in myſterio Baptiſmum, cæteraque myſteria produxit. Hæc omnia amoris facinora vſque ad tempus ſuum (vt ſolent hiſtori, *S. Iuan hizò lo que los hiſtoriadores que eſcriuen haſta ſu tiempo lo demas dexanlo no por acabado ſino por no comprehendido, murio amando, eſto vi yo, lo de mas digalo la eſcritura y el eſpiritu de amor que de alla nos embio,*) ſcribit Ioannes, dicens, *in finem dilexit.* Verumtamen nec hîc quieuit amor, ſed vltrà progreſſus eſt: nam & amoris noſtri cauſa mortuus amore reſurrexit, amando aſcendit, ardens charitate miſit in nos Spiritum ſanctum, amando perſiſtit in dextera Patris, vbi ſedet, ſed nunquam ſuperſedet amando.

Feruentiſſimus Chriſti amor.

Chriſti amori nihil extraneus amoris aut compaſſionis admiſceri voluit.

18.

Patiendi grauiora cauſam fecit ex Pilati miſeratione.

Dolet finem paſſionis ſuæ accelerari.

Poſtquam ergo lauit pedes eorum, amore plenos intendens in eos oculos, blanda verba dedit, & amoris radios emiſit, *ſcitis quid fecerim vobis? vengamos a cuentas ſobre meſa, hijos mios, ſcitis quid fecerim vobis?* Nolo à vobis aliam expectare ſolutionem, niſi vt ſciatis quæ dedi, & cogitetis quæ pertuli. In his ratiociniis peragendis Ioannes quaſi quæſtor Regis peringenioſus eſt. Nam cùm videret Verbum nihil ex his quæ agebat ſine ratione, omnia cum ratione facere; ſciebat poſtea futurum eſſe, vt amor beneficiorum ſuorum rationem expoſceret; ideo accepta in duas partes diuidit. *Cùm dilexiſſet ſuos*, prima; ſecunda verò, *in finem dilexit eos.* Primum illum amorem vtpote ab æternitate procedentem, nequaquam ſolui poſſe, præuidit Ioannes; ideo ſummo ingenio cùm vix fontem amoris inuenit, *In principio erat Verbum*, ſtatim ibi Verbi amorem & redamationem adiunxit, *& Verbum erat apud Deum. Al punto que hallo la fuente y origen fontal de la diuinidad y amor eterno, alli luego puſo quien pagaſſe la deuda del amor eterno.* Peruenit ergo fons charitatis ad cœnaculum; & aqua ad pedes vſque diſcipulorum: ergo quanti habenda eſt iſta aqua? quanti facienda iſta humilitas? Ioannes amoris ratiocinator ait, appingite infinitum amorem, *aſſenta infinito amor*; quare Ioannes? Numquid hîc ſplendet diuinum, illuſtre, pretioſum, aqua, ablutio pedum 19.

Hoc contentus eſt amor Chriſti ſi ſciamus quæ ab eo donata ſunt nobis.

Ambr. omnia cum ratione, nihil ſine ratione ab initio egit, *omnia per Verbum facta ſunt.*

Penſanda & ſupputanda accepta à Chriſto.

Penſatis quæ à Chriſto accepimus non eſt qui ſoluere poſſit debitum amoris.

20. dum , cœna communis. O quantum à vera æſtimatione aberratis ; pendite , inquit , æternum amorem, *cùm dilexiſſet ſuos* ; modum , antiquitatem amoris ponderate. O Ioannes , ſi omnia ſic enumeras , quis erit ſoluendo ? nemo certè mortalium. Quod prouidens filius Dei , neminem videlicet mortalium ſoluere poſſe , de diuino ſacramento ſuper-inſtituendo agit ; nulla enim alia ratione infinitus amor poterat compenſari : ſicut

Nullas gratiarum actiones rederemus niſi Euchariſtia inſtituta ad hoc fuiſſet.

cùm à beatiſſima Virgine , eiúſque filio , matrona aliqua , vel nobilis eques cæleſte beneficium non ſine miraculo accepit , puta filium in ſenectute , ſalutem deſperatam , nullæ gratiarum actiones , neque vota , beneficium diuinum , & ſupra naturam exæquare poſſunt ; vocatur ſacerdos , qui ſacra in altari celebret in gratiarum actionem ; hæ gratiarum actiones exæquant donum acceptum ; in hoc enim myſterio infinitum , cæleſti dono , diuinum diuino , ſupernaturale operi , opus ſupra naturam comparatur ; igitur cùm Dei filius nos in tanto ære alieno & obligatione conſtituiſſet , inſtituit ad ſoluendum , ſacramentum hoc gratiarum actionis , & coram Patre ſacerdos factus , panem cum gratiarum actione conſecrat , hoc enim beneficium tantummodo infinitum amorem poterat rependere. Ideo ait Vrbanus Papa , *Tranſcendens omnem plenitudinem largitatis , & omnem modum dilectionis excedens , præbuit ſeipſum in cibum.* Dauid , &c. *Quid*

Pſalm. 115. 12. *retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi ? Calicem ſalutarem accipiam.* Aggrauati etenim erant , inquit Auguſtinus [a] , homines

a In Pſalm. 21. 26. tanto beneficiorum pondere , & amoris magnitudine , induſtria verò amoris modum ſoluendi inuenit ; & quem modum ? *Edent pauperes , & ſaturabuntur , diran vna miſſa , o comulgaran , y con eſto ſaldran de deuda. Dignatus eſt laudare ſe Deus in hoc Sacramento , vt homo poſſet perfectè laudare ſe : quòd enim homo ſe laudat , arrogantia eſt ; quòd Deus ſe laudet , iuſtitia ; quòd Deus ſe laudet*

Pſal. 150. *pro nobis , miſericordia eſt.* Hìc laudatur ſecundùm magnitudinem eius ; hìc clarificatur quantum à filio Pater poterat clarificari pro nobis ; *para pagar eſta primera partida. Cùm dilexiſſet.*

21. Secunda pars obligationis , rationem etiam poſtulat , & ſolutionem , *in finem dilexit eos.* Soluite mihi amorem ſine fine. Amor ſancte , qua ratione ſoluent mortales amorem infinitum ? amorem quo inimicos proſequutus eſt ; dicito tu rationem , expende debitum : *& vos debetis alter alterius lauare pedes.* Nihil mihi repoſco , vobis omnia comparo , vobis præparo ; ſatis mihi factum puto , ſi vos inuicem diligatis , iniurias condonetis , ſoluite tantum mihi amorem , amore non infinito , ſed finito , non æquali , ſed ſimili. *En la moneda que corre me pagad. Mandatum nouum do vobis , vt diligatis inuicem , ſicut dilexi vos.* Ego dilexi inimicos , etiam & vos diligite. O , dices , durum & arduum petis ! quid ais , durum ? Proferas , ô Ioannes , ſcripta & obligationes. *In hoc cognouimus charitatem Dei , quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit , & nos*

Amor proximi ſoluit debitum amoris Dei.

Ioan. 13. 14.

1. Ioan. 3. 16.

debemus pro fratribus animas ponere. Quid ſi frater inimicus ſit ? *Etiam eſt diligendus , quia cum adhuc inimici eſſemus , ipſe prior dilexit nos.* Si Deus , inquis , propter me mortuus eſt , ſatisfaciam ſi illum colo , & ipſi offero ſacrificia , & meipſum immolo , & in victimam offero. Falleris , inquit Chryſoſtomus. Pluris facit Deus charitatem proximi , quàm religionem ſui , & venerationem ſacrificij. Audi verba legiſlatoris : *Si offers munus tuum ante altare , & ibi recordatus fueris , quia frater tuus habet aliquid aduerſus te* * , *relinque ibi munus tuum ante altare* ; *ibi* , inquam , *ibi* , ſtans coram Deo. Quid ais Domine ? manebit vtique ſacrificium imperfectum ? quod ſacrilegium eſt , & piaculum magnum etiam inter gentes habebatur. Adoleſcentem neſcio quem Valerius [a] laudat , quòd cùm ſacrificanti Alexandro acerram teneret , brachium ſibi exuri paſſus ſit , ne interrupti ſacrificij reus eſſet. Et inter Hebræos liquet , etiam *Leuit.* 9. & 10. ex incuria illa filiorum Aaron , cùm alienum ignem introduxerunt , ne ſacrificium ceſſaret incenſi , ſubitò enim cæleſti igne conflagrarunt. In lege gratiæ etiam quid vrgentius eſt , quàm ſemel inceptum Miſſæ ſacrificium peragere , etiamſi quæratur per diſtantia loca ſacerdos. Cùm igitur in omni foro tam neceſſaria ſit ſacrificij conſummatio ; at nihilominus , inquit Chryſoſtomus [b] , ea eſt bonitas , ea pietas ſummi Dei eſt , vt ibi relinquendum vſque ad reconciliationem iubeat ; in quo planè anteferre videtur religioni proximi charitatem. *Vide miſericordiam Dei , quomodo hominum vtilitates amplius aſpiciat , quam ſuos honores : ſi enim ſuos honores magis aſpiceret , ſic dixiſſet , interim offer munus tuum , & poſtea vade , & reconciliare. Nunc autem dicit , vade primùm , & reconciliare. Vade , ego libenter contemnor , libenter honoris mei patior damnum , libenter expecto. Dominus ſeruos tantummodo , vt vos in amicitiam veniatis. Vade ergo , vt ſcias quia plus diligo concordiam fidelium meorum quàm munera.* Satis mihi factum puto , ſi fratres inuicem dilexeritis. Quæ amicitiæ reſarciendæ non ſunt tali mediatore , qui hinc inde vltro citróque , quæ ipſi debentur , proponit , vt in concordiam reducat , primò debita illi obiicit , ſecundò lucra proponit , tertiò damna comminatur. Hæc tria ſedulò Chriſtus Dominus exhibet. Primum , obligationes , in quas induxit , memorat , *Scitis quid fecerim vobis ?* & ad iniuriatorem , *Si offers munus tuum* , &c. *interreſſa el ſer oido de Dios.* Tertiò comminatur , *Eſto conſentiens aduerſario tuo , ne fortè tradat te.* Nunc etiam alia tria proponit iniuriato , *Scitis quid fecerim vobis ?* Secundò , *Dimittite , & dimittemini.* Tertiò comminatur , *Serue nequam , omne debitum dimiſi tibi , & tu* , &c. Quæ ſi adhuc durum non emolliunt pectus , voca illum in caminum ignis iſtius ardentiſſimæ charitatis , infer cor eius in prunas iſtas : *ſcitis quid fecerim vobis* ? O amor inæſtimabilis , tam vilia ſunt quæ patraſti ; tam obſcura , vt vel latere poſſint , vel ignorari , vel paruipendi ? O

Pluris facit Deus charitatem proximi quàm religionem ſui.

22.

Matth. 5.

* *Aduerſùm te* , Hier hoc eſt ; ſi habet contra te , aut de te , iuſtam querelam.

a Lib. 3. c. 3.

Charitatem proximi ſacrificio præponendam docet.

b In cap. 5. Matth.

23.

Iniuriatori tria proponit.

Iniuriato tribus etiam innuat ad veniam.

Seraphim, qui præ amore ardere nunquam ceſſatis, ſtate coram amore veſtro, immenſam iſtam colire charitatem. O homines, propter quos hæc fiunt, ſcitis quid fecerim vobis? O horribilis obſtinatio eorum, qui Chriſtum non amant, *Qui non adamat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, anathema ſit, deſcomulgado, maldito, el que no ſiente eſte amor.* Quid enim præſtant ferrea inſtrumenta fabro, ſi deſit ignis in camino; qoid agat ſermo noſter, correprio, obiurgatio, ictus, ſupplicia ad emolliendum cor? nihil, ſi deſit amor Chriſti; nemo corrigit, quem Deus deſpexerit; cor eius caminus eſt ignis ardentis, in quo qui non inflammatur amore, quo alio modo conflandus & emolliendus eſt? In hoc liquefacta eſt anima ſponſæ, & cor eius vt cera liquere cœpit. *Introduxit me Rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem. Fulcite me floribus, endereço a mi ſu amor.* hoc eſt, cùm proſpexi mei cauſa amare, lauare pedes, menſam inſtruere, & tot amoris inuenta peragere, defecit ad reſiſtendum ſpiritus, deliquia paſſa ſum amoris. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo: trateſe de mi ſepultura, vengan las flores, entierrenme; que mal tengo baſtante.* Maledictus omnino ſit, & anathema, qui non amat Dominum Ieſum; qui verò diligit, veſtiatur veſtibus, quas Chriſtus exuit; tingatur aqua illa, extergatur linteo corporis ſui ſacratiſſimi; ac tandem gratiæ benedictionem obtineat, & gloriæ.

Amori Chriſti nemo eſt qui reſiſtat.

Cant. 2. 4.

VERBVM SPIRITVS ſancti. Apoc. 1. verſ. 15.

Et pedes eius ſimiles aurichalco, ſicut in camino ardenti.

Chriſtus ad Patrem rediens conſummata demiſſionis & amoris documenta præbet: tantis officijs infinito amore ſoluendis teneri hominem perſuadet.

DISCVRSVS CXLI.

1\. OPORTVIT quidem, amantiſſimum omnium Chriſtum Ieſum vectores elegiſſe ſui currus Cherubinos ſapientia præſtantes, & igne ardentes, vt ſui in terras aduentus non ignari eſſent, & ſuæ profectionis ad Patrem cauſas prædicarent. Cuius enim ſcientia & lingua non titubaret, cùm Dei filium à ſinu Patris ad piſcatorum pedes demitti intueretur? & quiſnam mortalium propiùs accederet ad ardentem illam amoris flammam, qua cœnaculum illud conflagrabat, vbi tot amoris myſteria patrata ſunt? Adſint illi Seraphim (ait D. Dionyſius [a]) *qui incandentium feruentiumque à Scriptura appellati ſunt nomine.* Hi etenim deſcenſum & aſcenſum, humilitatem & exaltationem Domini apprimè nouerunt. *Non igitur diuinus cæleſtium ſpirituum ordo diuinum Ieſum, vt ſanctus efficeretur, deſcendiſſe ignorauit, ſed ſeſe eum ad noſtra ſumenda ſeipſum abiecisſe, illum quoque pro diuina, & quæ exprimi non poteſt, benignitate, & a Patre, & à ſeipſo, & à Spiritu ſanctificatum.* Etenim quis migrationem ad Patrem deſcriberet, niſi Ioannes, quis, à quo, & ad quem, qua de cauſa, qua ſapientia, quo item amore iter inſtitueret, exponeret? quiſnam amoris antiquitatem, durationem, perſeuerantiam, ſigna, opera, effectus perfectiſſimi amoris Chriſti æſtimaret, & vno verbo quod planè infinitum eſt, breui comprehenderet? *Sciens Ieſus, quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem, cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Idem igitur poterit viſionem nouam nobis hodierna luce patefacere. Sponſæ ſuæ, adhuc amore flagrans Chriſtus viſus eſt comparare ſe, & accingere ad iter, & difficilem viam peragendam animarum cauſa. Huius autem itineris ornamenta mirabilia ſunt, *& pedes eius ſimiles aurichalco, ſicut in camino ardenti.* Mitto, quaſi diceret, canos eius qui ſapientiam denotant; mitto flammeos oculos, & prouidentiæ, & iræ eius indices. Quod mihi magis Chriſti mei amorem & mores exprimit id eſt, tanto ſalutis hominum amore flagraſſe ait, vt minoris pretij noluerit eſſe pedes quàm aurichalci; nec minori celeritate & velocitate affectos, quàm ignis, qui velociſſimus eſt. Omnia quæ hîc vides, præclara ſunt amoris argumenta, pedes enim eiuſdem materiæ ſunt atque totum corpus, ex aurichalco nempe, vel chalcolibano, auro quidem pretioſiſſimum ære commiſtum, vt diuinitatem & humanitatem in camino amoris, maximè in pedibus ſplendeſcere, & ardere monſtraret, & quaſi diceret; ecce totus quantus ſum, in procurandam tuam ſalutem incumbo: nam & ignis iſte ſacer eſt, & diuinas proprietates adumbrans; & pedes iſti ex diuinitate & humanitate conflati ſunt. Pedem autem dextrum inſtar columnæ ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram poſuit; vt indicaret ſponſæ, tu crura mea columnis marmoreis comparaſti, nempe quia firma, quia decora, quia pulcra; ego tamen id efficiam, vt tui gratiâ conſtituam eas in extremis temporis & æternitatis, in terra & in cælo, in ſumma humilitate, & in altiſſima dignitate, in ſacramento, & in ſinu Patris, ac denique in extremo amoris, quo non ſit *plus vltrà.* Et licèt hoc opus perdifficile videatur, & mare mortis ſeſe mihi opponat, & terra, nempe Iudæa, mortem mihi moliatur, quid tamen erit ita difficile, quod pedum ardentium efficacitas non ſuperet? Quæ omnia vno verbo eidem ſponſæ declarauit, *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Tota pulcra es amica mea, & macula non eſt in te.* Iam te, ô ſponſa, omnibus gratiis & monilibus excolui, ditaui ſacro pane, rugas, & maculas abſtuli; modò verò *vadam mihi ipſi* (ſic Theodoretus cum Septuaginta) *ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Tiempo es yo de poner los pies y colunas en los dos eſtremos del amor, monte de mirra y incienſo, en la Cruz y en la gloria; en la muerte y en la reſurrecion. Vadam mihi ipſi, de mio me*

ſale

Cherubinos ſapientiſſimos decuit eſſe vectores currus Chriſti ad Patrem redeuntis.

[a] De cæleſti Hierarch. cap. 6.

Apoc. 1. 57. & 10. 1.

Ornamenta itineris amoris indicia ſunt Chriſti erga homines.

Pedes ex auro accenſo.

2\.

P. Alcaçar c. 1. verſ. 15. not. 13.

Quantas difficultates ſuperauit amor Chriſti.

Cant. 5. 15.

Cant. 4.

3\.

Quàm libenter & feruens ad Caluarii & Ieroſolymam pergit.

ſale, amor me impele, no acallare mi coraçon, ſi no hago eſta jornada. Peto ramen Domiue, quare ſic properas ad iſtum montem potius quam ad alium? Videatur locus iſte, & inuenietur ſponſum agere de monte Moria, in quem Abraham immolandum tulit ſuum Iſaac, & iſta addit, *Mecum de Libano, huc mecum de Libano, conmigo aueis de ir, alli vereis lo que os amo.* Quid ibi tam ſpecioſum eſt, vt ad illud inuites ſponſam? lege *Iſai.25.* & videbis quid expetat ſponſus, finem nempe itineris, caliceio, mortem, conuiuium, & illud, *Non plus vltra amoris, & dicet in illa die: Ecce Deus noſter iſte, eſte ſi que os nueſtro Dios, & latabimur in ſalutari eius, quia requieſcet manus Domini in monte iſto.* Irenæus,

Ignis amoris Chriſti requieuit in Hieruſalem.

Origenes, & Tertullianus: Hic eſt mons, in quo pignora gloriæ, & pacis æternæ fœdera firmabit. Sed vulgatus meliùs, *& requieſcet manus*, ibi, ibi manus Patris Verbum Dei requieſcet, Hiſpanè, *alli le quedara el braço ſano, & requieſcet*; & ignis qui in pedibus eſt, requieſcit ibi, *deſcanſara y llegara a ſu fin, y pondra el non plus vltra de amor.* Et quidem ad ſuſcipiendam, & peragendam tam longam viam, opus fuit igneos habere pedes, & igneos eſſe miniſtros, & vectores ſui currus, quorum vnus vt nobis declaret vim amoris, quo pertexit ad Patrem, priùs declarat vim amoris illius, quo deſcendit, & exiuit à Patre. D. Laurentius Iuſtinianus [a], *Inquieta res eſt amor, & proprijs ſtimulis agitata, quem ſuis alligauit vinculis, ſuaque ſubdidit ditioni; nequaquam otiari patitur, animam corripit, creſcit beneficijs, conſuetudine roboratur, totiuſque in finem effunditur.* Vide qua ratione triumphet amor, non de homine reous, ſed de ipſo Deo. Inquieta res eſt amor. Conſidera adoleſcentem qui deperditè amat, quis corrigat; quis comprimat eum? Poteſt pater eius domi continere, ligare manus, pedes ferro obſtringere; cor autem in rem amatam fertur, os, lingua, mens, amorem pendunt; nemo eſt qui contineat. Erat in Patris ſempiterno ſinu coæternum Dei Verbum, & ibi iam mortem ſuã amoris cauſa meditabatur, *Agnus qui occiſus eſt ab origine mundi*; & quia pactum & decretum cum Patre continebat illum vſque ad præfinitum tempus; cor autem iam inter homines motabatur, iam manus, iam ſapiẽtia, rerum omnium fabricam moliebatur, extunc aſſerebat, *Cum eo eram cuncta componens; & delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum.*

4\.

a In faſciculo amoris cap. 6.

PARTITIO INTRODVCTIONIS.

Inquietus amor dimouit verbum Dei & ad homines inclinauit.

5\. Quid enim erat tot ad oblectationem, tot ad delicias efformare creaturas, quàm luſus quidam amantis & inuitantis, & quaſi amoris philtra, & inuentiones pelliciendi efficere? *Alli eſtaua haziendo juguetes para holgar con el hombre: aqui juſga con los prados llenos de mil diferencias de flores; ya le enſeña lo blanco de la azucena, ya del jazmin, ya lo morado de la violeta, el carmeſi del clauel eſcuro, ya le da ader el junquillo: ya le haze apaſible ruido con la corriente manſa de las fuentes mas eſpejadas que criſtal: a qui le cria el cabritillo tierno, aculla el faiſan y francolin: alli la fiera que perſiga, alli la aue que eſcuche; alli el enſtimo que lo admire, ludens.* Quare D. Cyrillus explicat verbum Ioannis, *Cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo*, iam dudum corde intimo repoſitum habebat amorem hominis, illuc ferebatur amoris pondere; *alla ſe van ojos donde quieren bien. Dilexit enim ſuos* (ait Cyrillus) *non enim Angelos, nec naturam Angelorum apprehendit, ſed ſuos, el fuye del coraçon deſte amante, el blanco de ſu amor eran los hombres. Inquieta res eſt amor. Proprijs ſtimulis agitatur.* Ipſe ſibi calcar adhibet, vix enim reliqua fabricauerat verbo, cùm ſeipſum, & tres perſonas excitat & vrget ad amoris opera. *Faciamus hominem ad imaginem*, &c. & plaſmato puluere in formam ſtatuæ *inſufflauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.* Dum tabulam pingit pictor, omni cura in illo verſatur, cogitatione attenta fingens & depingens; cùm autem vltimam adhibet manum, reſpirat, & ait, nunc requieſco animo & manu. Inquit ergo amor, nemo me impediat, fertur enim manus ad ſubtiliſſimum opus, hominem nempe faciam; tamen illud halitu & inſufflatione oris mei, *Inſufflauit in faciem eius*, vt oſtendam, quanto cum gaudio depingam illum: *hagole a mi contento; y como deſcanſando parece que reſpiro y deſcanço haziendolo.* Quod optimè callnit D. Ambroſius, cùm notauit poſt hominis formationem tantùm dictum eſſe, *requieuit ab omni opere*; quaſi diceret, hoc erat quod maximè intendebam, conſummatum eſt. *Por lo: amores deſte hombre lo hazia, ya yo lo tengo acabado, deſcanſemos: proprijs ſtimulis agitatur.*

Chriſti erga hominẽ amor.

Nequaquam otiari patitur. Tertiam iſtam manſionem in tuo virginali ventu (ô ſanctiſſima Maria) peregit amor; in quo otioſus noluit eſſe amor: nam cùm à primo inſtanti Patrem offenſum & iratum videt, inuitat illum, *legem pone mihi Domine.* Pater iniunge aliquid, quod tui honoris ſit & amoris. Dormi amor dulcis, dormi; nullum enim præter iſtum lectum inuenies tam mollem, tam mundum, & Deo dignum. Virgo puriſſima alloquere amorem, filium roga vt quieſcat in aluo ſanctiſſima; ſupereſt adhuc tempus, negat ille tempus ſupereſſe amori, nam amor momentis & inſtantibus opera ſua dimetitur, & in primo inſtanti amorem hominis & Patris oſtenſuros ſum: quare cognita priùs voluntate mortem acceptat, *Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Quo facto nec ipſa mater continere illum poterat exclamantem ſeipſum diſcutientem, & excitantem: *Et nunquid mihi eſt hic, dicit Dominus, y yo que hago aqui? en que entiendo?* in quo? in ſanctificando matrem, in conſecrando ventrem, in cumulando gratiis gratiâ plenam, in præparando ingreſſum in mundum. O meam inertiam! ô tarditatem (inquit,) *nunquid mihi eſt hic? que es eſſo para lo que yo tengo que hazer! otiari non patitur. Animam corripit*, debilitat enim, corpus flaccidum & marcidum reddit, minuit vires, & pallore ſuffundit; magis enim eſt vbi amat, quàm vbi animat. Cogitaueram oſtendere manſionem iſtam amoris apud D. Paulum, qui viam ſuam ſic deſcribit, *Flere cum flentibus, gaudere cum gaudentibus.* Hoc ſecundum dulce & perfacile, primum acerbum & operoſum, cùm tot ſint lacrymarum cauſæ. Has igitur elegit Chriſtus, non gaudia, non riſus; dicam tamen rem grandem amoris, qui antequam fieret homo, iam macie, iam pallore confectus erat. Audiſtis iam hebdomadas illas, quas vt terminum ſui aduentus Danieli præſcripſit Deus, qua ratione oſtendit ſe, & promiſſis ſtare, & in eo eſſe, vt veniat, vt conſoletur nos? vtique mittens in captiuitatem adole-

6\.

Virgineo ventre iam honori Patris & ſaluti noſtræ conſulit Chriſtus.

Agit celerrime amor.

Amor in affectionibus amuis manifeſtatur.

ſcentem, qui *Nehemias*, hoc eſt, *conſolatio Domini nuncupatur*; cuius cùm in captiuitate videt Attaxerxes pulcram & liberalem faciẽ pallidam, rogat, *Quare triſtis eſt vultus tuus, cùm te ægrotum non videam? Mancebo de tan buena diſpoſicion, tan entero y ſin calentura, que color es eſſe?* Amas aliquid? obſeruate hic ex iſto die incipere Danielis hebdomadas, & extunc numerandas eſſe *, ex quo facultas data eſt Nehemiæ ciuitatem Ieroſolymam inſtaurandi; quaſi iam extunc amor palleret, & macie conficeretur, donec impleri cœperunt anni aduentandi in homines. Quòd ſi tot retrò annis iam mœrore conficiebatur, quid ageret inter homines degens? Iſai. prædixit, *Quaſi abſconditus vultus eius, no lo conocierades de puro de mudado; quia zelus domus tuæ comedit me, & hic animam corripit. Que teneis hijo mio? al hyo de Dios llegan cuidados? ſi Padre mio, no os marauilleis, que mientras no voy a reparar la humana naturaleza; eſtoy flaco y macilento: y aunque immortal, comienco a moſtrar el zelo que come mi coraçon: o como tardan eſtas ſomanas, ea vamos: deſde aquel punto començaron las ſemanas de Daniel a contarſe. Creſcit beneficijs:* nam D. Thom. aſſerit plus augeri amorem in conferente beneficia, quàm in accipiente. Quantus igitur erat amor Chriſti, qui tanta & talia nobis contulit beneficia? *Totúſque in finem diffunditur*, quia ſicut fluuium amne pleno ſupereffluentem nemo audet tranſmeare, ſic amoris iſtius effuſionem, & ſupereffluentiam niſi per partes non poſſumus comprehendere. Viam igitur & reditum ad Patrem conſideremus.

Chriſtus luctu & pallore amore corripi declarat.
2. Eſdræ 2. 2.
* Sic P. Gordonius in tomo 1. Chronologiæ.

8. *Sciens Ieſus quia venit hora eius.* Incipit iam regreſſum ad Patrem deſcribere, ad quem peragendum oportuit pedes flamma & igne accenſos habere. Prima enim difficultas migrationis eſt, *ſcientem eſſe; no ay mayor trabajo que ſer ſabio.* Mitto illos, qui prudentes ſunt inter ſtultos, quorum infinitus eſt numerus. Mitto etiam ſenes, qui cùm perſpectam habeant rerum naturam & mores, omnia contra ſententiam & contra rationem fieri intuentur. Prætermitto etiam eos, qui in aula, vel in ciuitate monſtra & inſolentia quotidie prodire vident, vnde ſalus, incolumitas, & præmium benemeritorum expectabatur: nam ſcientem eſſe futurorũ, grauiſſimus omniũ cruciatus fuit, quos pertulit meus Chriſtus. Viam etenim nequaquam detrectare poterat, quia amans erat Patris; omnia verò quæ iter obſtruebant, vel impediebant, explorata habebat, quia ſapiens & præſcius erat futurorum. Ecce tormentorum maximum, & certamen amoris cum ſapientia in theatro cordis Saluatoris noſtri. Pergit ad aulam quis ad agitandum negotium vel ſui honoris, vel publicæ incolumitatis. Ecce iam iſte torquetur, quia compertum habet talem eſſe aulicorum & miniſtrorum malitiam, vt nihil boni expectare poſſit, ſed caſura ſit res in contrariam partem: amor autem eum ſapientia militat, & in negotio nihilominus valetudinem, nummos, ſtudia, viſitationes, itinera conſumit. Nolo in

Prima difficultas ex ſummet ſapientia oritur.

Simile.

9. Chriſtum Dominum hæc referre, cui cùm explorata ſint omnia quæ ventura erant, cùm cauſa caſurum & damnandum certò præſciret, libenti animo Ieroſolymam pergit, vbi vitam, ſanguinem penitus exhauſit. Migrat alter ad Indos, & ecce aſtrorum peritus eſt, & inſtrumento & arte prænoſcit infenſa ſibi eſſe aſtra; incepta deſiſtit via; ſicut Alexander, qui ab Aſtrologo admonitus ab ingreſſu cuiuſdam vrbis deflexit, territus aſtrorum aſpectu contrario. Quid ſi Chriſtus omnium aſtrorum artifex properaret in Hieruſalem, ſciens ſtatutum eſſe, non aſtris, *ſed definito conſilio*, (vt ait D. Petrus) *& præſcientia Dei tradendum*, & non ephemeridis, ſed verbi Dei præſagio certiſſimum, *non cadit, Prophetam perire extra Hieruſalem.* Amor autem ſcientiam ſuperat, & intento & concitato greſſu illum Ieroſolymam ducit. Intrat etiam bellum ſtrenuus dux (vtputa Vrias) qui contra ſe mortis ſententiam portat: quid ſi in itinere vel reſararet epiſtolam, vel literas perſpicaci viſu penetraret & legeret? O proditionem! ô inſidias immeritò paratas! ô Dauid, in quo deliqui? quid contra te molitus ſum? Verùm quid ſi poſt nudatas inſidias, & compertam proditionem, vt regis mandata exequeretur, bellum obiret Vrias? non vtique obiret: tu ſolus, ô mi Redemptor, cui exploratiſſima erat Iudæ proditio, in certamen vocaſti amorem, vt ſcientia iſta ſuperata liberè tranſires ad mortem. Ingruit morbus protomedico principis, circumſtant omnes alij medici pulſum pertentantes; omnes bona nuntiant pulſum teſtem valetudinis nihil graue indicare; leuaret hoc alios ægrotos videntes conſpiraſſe omnium vota, & de ſua valetudine conſenſiſſe; ſapiens autem ſubſannat eorum conſilia & decreta, ſapientior enim

Simile.

A ſimili.

Quàm acerbum futurum erat Chriſto obire mortem cognita proditione, &c.
Simile.

eſt cunctis. Scinditur illi vena, & ſimulantes 10.
filij ſui ſanguinem eſſe alterius, offerunt illi calices, vide Domine ſanguinem iſtum, qui ab ægrotante principe recens miſſus eſt, quem ille aſpiciens iudicat, ille, cuius eſt ſanguis iſte, mouetur quàm proximè. O mei Redemptoris clementia! ô ſapientia cum amore coniuncta! ſciebas quia venit hora tui exitus, & licèt circumſtantes omnes increduli ſeu ignari tui ſint morbi, tuam quaſi ſapientiam fallens amor, diem feſti, & ſolemnitatem infert, *ante diem feſtum Paſcha*, in quo ſic lætus, ſic ſuauis aderas, quaſi neſcires morbi grauitatẽ; &, quod maius eſt, offert amor calicem tui ſanguinis, & teipſum tuæ mortis denunciatorem facit, ille, cuius eſt hic ſanguis, morietur; *effundetur enim in remiſſionem peccatorum.* Vltima ponderatio eſt D. Ambroſij [a], ludit in carcere, & expeditus eſt qui ſententiam expectabat; at dicta contra illum capitis ſententia, cadit animo, palleſcit, aggrauantur vincula, imò ſi certus eſt de morte, grauior illi eſt dilatio, quàm obitus ipſe; mors enim iugulat timorem, ſuſpicionem, expectationem, imaginationem, ſeueriores carnifices animi morte ipſa corporis. Putáſne Chriſtum modò incipere certum fieri de hora exitus ſui? In inſtanti ſuæ conceptionis hæc hora denunciata eſt, traditio, calumniæ, teſtimonia, in-
iuriæ, flagella, ſpinæ, crux denique, & interitus, 11.
omnia perſpecta habuit. Audi Ieremiam, *Tu autem Domine, demonſtraſti mihi, & cognoui; tu oſtendiſti mihi ſtudia eorum, & ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam, & non cognoui, quia cogitauerunt ſuper me conſilia.* Genus (quaſi diceret) pietatis ſolet eſſe nocentibus, & qui ad necem parati ſunt, mortis ſententiam non niſi immediatè ante ipſam patefacere; tu autem Domine multiplici ſcientia mortem præſcire voluiſti ſcientia diuina,

a Lib. de bono mortis.
A ſimili.

Cap. 11. 19.

Quaſi neſcire ſe mortem diſſimulabat Chriſtus præ amore.

ſcien

Digitized by Google

ſcientia beata, ſcientia infuſa, & ſcientia experimentali; his quaſi in ſpeculis quotidie mortis anguſtias obiiciebas. *Et ego neſciebam. Recabò el amor deıns, que me hizieſſe del que no ſabia nada.* Quare Ieremias ſine vlla contradictione cùm dixiſſet, cognoui, addit, *& non cognoui*; ibi enim addenda eſt nota ſimilitudinis ex idiomate Hebræo. Ductus ſum ad mortem ſic mutus, ſic lubens, ſic inermis & manſuetus, ac ſi ignorarem trahi me ad aram, ſeu ſecurim, quemadmodum agnus qui ignorat duci ſe ad macellum, neque obluctatur, neque vllam edit renitentis animi ſignificationem. *Ex hypotheſi.* Quod vt omnino explicem, fac matrem grauidam, (quæ tranſacto vnius diei dolore lætabunda ſolet eſſe) non ſolùm præcognouiſſe horam ſui cruciatus, ſed per nouem integros menſes cruciari corpore, & multo magis animo; pro comperto habentem, vt filius, quem in vtero gerit, viuat, illam ſtatim obituram diem. O homo, ſi nunquam tuæ matris amorem perpendiſti, nunc expende (obſecro) *cùm venit hora eius*, eius qui triginta & tres annis acerrimè cruciatus eſt. Hæc eſt arca illa, quæ myſticè deferebatur lignis ſetim: nã *Exod. 25.* præcepit Moyſes, vt ligna quibus ab vno loco in alium transferretur arca, de ſetim eſſent, quod neſcit putrefactionem, & auro tecta eſſent. *Facies quoque vectes de lignis ſetim, & operies eos auro, inducéſque per circulos, qui ſunt in arca lateribus, vt portetur in eis, qui ſemper erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis*: vt indicaret arcam iſtam teſtamenti ſcientia plenam eſſe, & ad crucem tollendam eſſe; ideo voluit, vt ligna auro amoris regerentur, & amor ſuperaret ſapientiam, & crucem, & his lignis, hac cruce, iſta memoria ſemper & vbique circumferebatur Chriſtus, vt dolor eius continuus eſſet, *Factus eſt dolor meus perpetuus.* Vnde dolor? Ex ſcientia, *ſciens Ieſus quia venit hora eius.*

12\. *Exod. 25. 13.*

Amor Chriſti quaſi ſuperabat ſapientiã vt migraret ad mortem.

Quia venit hora eius. Hora mortis & profectionis ad Patrem vocat horam ſuam, & Hiſpanè dicimus, *llego ſu hora*, ſua autem dicitur, quia ſapiens erat; qua enim ratione ſapiens diceretur, qui de vltima hora non proſpexiſſet. Sapiens ergo illud prius cogitat, quã népe ratione, quo tempore peragat ſalutis negotium maximum & operoſum; horam autem huius à nemine occupari, à nemine interpellari patitur, *hora tan propia ſuya, que no ay tocar le a ella*; nam & vitæ partẽ libenter amicis, oblectationi, otióque impertit homo; verumtamen accedite ad flagitioſum quemque, & aliquid de hora illa detrahite, & ſubiratus dicet: Ite in malam rem, non eſt hora, *anda con Dios que no es hora, no veis que es eſta mi hora?* Contingit autem quamplurimis quod ſolicito negotiatori, qui cùm impensè & ſedulò multis incumbat negotiis, ait, *Non ſum Dominus vnius hora, no ſoy ſeñor del tiempo*; ſic improuidi & imparati tantã negotia in illam horam differunt, reſtitutionem, teſtamentum, criminum confeſſionem, vt illius horæ nequaquam domini ſint. Modò igitur ſic abſoluite negotia, vt horæ vltimæ domini eſſe poſſitis. Exemplo Domini nos docet Euangeliſta illis verbis, *Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit*; quaſi dicat, cùm in vita dilexit impenſiùs ſuos, aduentante morte nihil aliud faciendum reſtabat, quàm diligere; ſerui enim Dei, qui dum viuunt, ſupremæ legi, & voluntati Dei obtemperant, ingruente morte non mutant negotium, ſed amorem & obſequationem vlterius continuantes, in manibus Dei amando emoriuntur. Stulti autem peccatores, qui humanis rebus adhæſerunt, prius indigent ab eis abhorrere, & eas omnino prius repudiare, quàm creatorem valeant diligere. In quibus præoccupati ſæpè à morte, moriuntur in tempore non ſuo, ſicut Sauli, Balthaſaro, & Antiocho contigiſſe, ſacra enarrat hiſtoria; ac tandem qui plus nituntur, ſunt qui ſicut Pharao, comperto damno reſipuit ſerò, dicens, *Fugiamus, quoniam Dominus pugnat pro eis. Corrio mas el agua que el, y ahogolo.* Eadem ratione in illa hora in fugiendo peccato per Dei timorem inſudant impij, ſetius tamen quàm par eſt; nam antequam ad finem, hoc eſt, ad amorem perueniant, quia in vita non amarunt, mortis vndis, & ſuorum deſideriorum fluctibus intercepti obruuntur. Eſto igitur modò ſapiens, modò amans, vt in hora tua in finem diligas. Obſeruaui enim ſæpe Dominum inopiæ panis ſuccurriſſe, etiam ſupra naturam modo; ſimiliter & defectum vini in nuptiis aquam in vinum conuertentem; nuſquam tamen legas defectui olei ſubueniſſe, *no ſe halla auer ſuplido Dios la falta del azeite.* Poterat quidem ſaltim dormientibus quinque virginibus oleum inconſultis illis prouidere, & infundere, noluit tamen, non alia de cauſa, niſi quia oleum, vigilantiam, & bona opera, eleemoſynam, & prouidentiam ad vltimam horam ſignificat; hanc autem præparationem non ſemper ſupplet, cùm homo illius inertiſſimè oblitus eſt; neque enim ille vult quaſi per miraculũ id efficere, tum maximè, quod & ſæpe denunciauit, præmonuit, tũ etiam opus iſtud tam ab homine ſciente & prudente debet fieri, quàm à Deo prouidente & adiuuante: quapropter deſiſtente homine, deſiſtit etiam Deus; *no cuydais vos, Dios tampoco, quedaſe por entrambos*; ideo cùm ait Ioannes, *ſciens Ieſus quia venit hora eius*, ſuæ horæ dominum facit, *quia venit hora eius*, hora, quæ ſub eius poteſtate eſt ad grauiſſima negotia peragenda.

Sera pœnitẽtia peccatorũ.

1. Reg. vlt. Dan. 5. 2. Mach. 6.

Confirmatur ex ſacra Scriptura.

Vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem. His verbis 14.
elegantẽ definitionem ſubtexuit Ioannes mortis Chriſtianæ ſic piç, ſic à peccatis & pœnis liberæ, vt non horrore, ſed cæleſti lætitia credentium animos perfundat: quam qui rectè deſcribit, illa duo extrema ſigillatim expendet, *ex hoc mundo, & ad Patrem.* Gaudium affert à pelago in portum appellere, verumtamen qui portus teneri poteſt penitus à fluctibus & tempeſtatibus vitæ immunis? Gaudium eſt incredibile de bello cruento ad tranquillã pacem venire; verùm quæ pax tam firma, quam humani non conturbent euentus, irrumpant metus, & interturbent inimici? Gaudium item affert non exile de vinculis & carcere ad domum migrare ſuam; verumtamen quas tam amplas ædes inuenies, vbi miſeriæ abſint, & infortunia non exundent? Gaudet etiam qui ab ægritudine longa ad firmam valetudinem tranſit. Cæterùm quæ valetudo tam ſecunda, quæ aliquo morbi genere non tentetur, & continuis fulcris opus ſit (ne decidat) ſuſtentare? Gaudet deoique, qui ab obſcuritate, & obliuione, & deſpectu, ſubitò ad gratiam & familiaritatem regis aſſumitur; verumtamen quæ gratia tam ſtabilis & certa, quam odium non

Mors ſuſtorũ vno verbo deſcripta.

A ſimili.

13\. (beside "negotia, vt horæ vltimæ domini eſſe poſſitis.")

oppugnet, & inuidia non labefactet? Solus igitur hic ad Patrem tranſitus de nefario mundo ad ſanctiſſimum Patrem vndequaque fauſtiſſimus & feliciſſimus eſt. O portus, quò non appropinquant ſalſæ & amaræ aquæ! ô patria, vbi requies eſt, & ſatietas ſine

Verum gaudiũ in æterna felicitate tantùm. miſeria! ô corona, cuius ſplendorem non obſcurat metus amittendi illam! ô gratia, in quam fruſtrà odium inuehitur, fruſtrà nititur inuidia, nec vires habet mendacium! ô Pater, vbi omnia bona tua & mea ſunt! *Tu enim es Pater noſter, & Abraham neſciuit nos.* Terminus à quo ille eſt *ex hoc mundo* ſubducere ſe, & omnino eripi à fictionibus, hypocriſibus, fallaciis, proditionibus, laqueis, periculis, præcipitiis, tenebris, confuſionibus, blaſphemiis; exire de mundo, de flammis, de continuis litibus, ſcopulis, Scyllis, &

15\. Charybdibus. Dic tu nobis Ioannes, quid eſt

1.Ioan.5. mundus? *Totus in maligno poſitus eſt.* O pretioſa

Felix iuſtorũ mors. mors! ô felix tranſitus! ô ſecundus aduentus de mundo ad Patrem, de Ægypto ad terram promiſſionis: quid eſt igitur mori iuſtum, quàm poſito pallio corporis intrare in aulam odoratiſſimam bonis odoribus ſuffitam? quid aliud eſt, quàm ferrea vincula perfringere, & euolare

Cauſa lætitiæ iuſtorũ mortem eſſe tranſitum ad vitam. ad libertatem? præcipitauit *Dominus mortem in ſempiternum.* Continent verba iſta incredibilem gaudendi materiam: nam mors tranſitus erat, quem omnino intercluſerat, & obcæcauerat peccatum, incubabãt omnes, ſed nemo tranſibat ad Patrem; alij ad inferna, alij ad purgatorios ignes, alij ad limbum detrudebantur, & de profundis clamabat Dauid, *Vias tuas Domine, monſtraſti mihi.* Hunc igitur formidandum tranſitum pandit Rex noſter Chriſtus, vt ſolent reges terræ, quibus ineuntibus vitæ complanantur, vt obſer-

1.Petr.2.21. uauit D.Petrus, *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius; ya ſe paſſa el paſſo de la muerte, porque de la otra parte eſtà ya Chriſto reſucitado.* Quid autem attulit nobis quòd ille reſurrexerit? Multũ in omnem modum, quia non ſolùm tranſiit ille, ſed *præ-*

Simile. *cipitauit mortem in ſempiternum*; non ſecus atque contingit ruſtico, qui ſecurim adhibet quercui prægrandi, quam cùm deorſum trahere non valet, agit præcipitem: erat autem in valle rapidum, & anguſtum flumen, quod ſine ponte præteriri non poterat; ecce quercus fuit præceps, & caſu fluminis vtramque ripam interiacet, & inſtar pontis ſubiicitur. Gaudet ruſticus, & apud ſe ſtatuit ibi ſtatuendam quercum, vt communi vtilitati ſubſeruiat. Sic Pater piiſſimus Ieſus mortem præcipitauit, quæ cùm ſuper tribulationum rapidiſſimum riuum cadit, præcipit vt in poſterum pontis munere fungatur, *la muerte, eſta es en la terra, ſirue vez de puente. al juſto, vt per mortem tranſeat ex hoc mundo ad Patrem.* Quod cùm ex cæleſti portu conſiderant feliciter, ſed inopinanter factum, admirabundi canunt, *Torrentem pertranſiuit anima noſtra; que es poſſible que eſtamos aca?* Nos infelicitatem mortem putabamus; & ecce nobis viam parauit ad cælum.

16\. *Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo.* Vide vbi

Amor cũ humilitate non minuit, ſed auget dignitatem. figat pedem, & columnam vnam, in terra, in mundo, in abiectione, in demiſſione extrema; & licèt deſcenſus iſte igni amoris contrarius ſit, nequaquam amori opponitur; demiſſio enim ex amore nata non minuit, ſed auget di-

a In prologo Eccleſ. gnitatem: quare obſeruauit D. Hieronymus [a], tres libros compoſuiſſe Salomonem, Prouerbia, Eccleſiaſten, & Cantica; & cùm in duobus primis Regis titulum præfixerit, à tertio, quia amorum erat, Regis nomen ſubtraxit. Nam in prioribus cum ſubditis agentem, ait

Baſilius [a], opus erat doctrinæ authoritatem addere ex dignitate authoris; at in tertio libro cum ſponſa agentis, quam ardenter amare per totum librum oſtendit, & vbi amore agebatur, amor ſtylum regebat, omnino regij nominis immemor demiſſionis munera obit. *At vbi ad ſponſæ amplexus accedit, neſcit ſe eſſe regẽ;* nam, vt Bernardus ait, *cedit faſtus, vbi inualeſcit affectus*, atque adeò ſeruorum munus aſſumit lauandi pedes, quod tamen non tam humilitati, quam amori adſcribas. Certus enim erat amor, nullam iacturam facere diuinitatem, cùm ſe amoris gratia demitteret. Quod egregiè ponderauit D. Ambroſius. Voluit Deus imperij ſui fines propagare, quod cùm verſùs altitudinem in ſummam amplitudinem dilatatum eſſet (Deo quidem attributum digniſſimum) voluit demittendo ſe terminos proferre, ideo & humilibus gaudet, & humilitate tanquam cum anima reliquarum virtutum oblectatur: quapropter cùm aliquam animam ſubmiſſam, & abiectam videt, ſumma cum delectatione allectus aduolat, & deſcendit ad ipſam (vt aiunt) manum humilis animæ, *baxa, como dizen, a la mano del humilde, violencia ſuaue de amor*, ad manus ſacerdotis, ad rubum, vbi Moyſes adeſt, ad cor animæ deuotæ, ad ventrum ſanctiſſimæ Virginis, *quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*; in hoc putas ſuam minuit dignitatem? quin potiùs amplificat. Dicat ipſe, *Ego ſi exaltatus fuero à terra*, &c. *Accipe ergo arguſtis auribus* (ait Ambroſius [b]) *moraliter ſibi profuit humilitas ſua; cui ergo non proderit? ſi illum exaltauit, quem non augebit? factus eſt miniſter omnium Dominus, lauit pedes; ſed in his omnibus detrimentum nullum video, diuinitatis eius profectum operationis agnoſco: antes veo que ha medrado y adelantado ſu Reyno y poder. Qui nihil habebat, quod ad poteſtatem ſuam adderet, habuit quod ad cultum ſuæ maieſtatis adiungeret, crecio baxando*, audeo dicere, *operationis ſuæ manus amiſerat, priuado eſtaua de oficio, y como atadas las manos, niſi ad humilitas recepiſſet, ſino ſe acogiera a la humildad. Itaque nos quidem redemit, ſed etiam ſibi acquiſiuit: nihil igitur humilitas affert diſpendij.* Quapropter cùm audias modò lauiſſe pedes Iudæ, ne deſpicias tui amantiſſimum, hæreticorum more, quos redarguit Tertullianus [c]. *Parce vnica ſpes totius orbis, qui deſtruis neceſſarium decus fidei, quodcumque Deo indignum eſt, mihi expedit, ſaluus ſum, ſi non confundar de Domino meo. Si ſe fuera la mageſtad por alto, que ganana yo, y pues gano, y me ſaluo, humillando ſe Dios, por que lo hede condenar ſus baxezas!* Igitur ſciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, *conſaber que era Dios*, ſurgit à cœna.

Præcinxit ſe, & cœpit lauare pedes. Et vt obiter 18.

prodigos principes admoneat non minuere dignitatem, cùm ſe in ſuis exceſſibus præcingunt, & ſuperflua modeſtiæ vinculo conſtringunt. Iam ſibi prædicit vincula, quibus conſtringendus erit, & in captiuitatem ducetur, & in mortem, *alius cinget te.* Iam funebre linteum adumbrat, quo ſepulcro amandandus eſt, in ſindone munda. Iam, ô ſacerdotes,

linteo

Right margin notes: a In hom. in initiũ Prouerb. — Clarus Gellius noctibus Atticis. — *Nullum diſpendium eſt dignitatis humiliare ſe.* — 17. — b In Pſalm. 118. ſerm. 20. — c Lib. de carne Chriſti. — *Superflua præcingenda & auferẽda.*

linteo ſe præcingit,quo quotidiano in ſacrificio mundiſſime à vobis cingitur,& continetur. *Miſit aquam in peluim*; ipſe ſolus, ſolus enim poterat mundum facere de immundo conceptum ſemine. Omnia denique munera ſolus explet,mittendi aquam, lauandi, extergendi; non ſolùm quia nemo præter illũ poteſt hæc facere, ſed etiam quia præter illum nemo ſic amat; &, vt ait Auguſt. *Amantis non factum, quod ipſe non fecerit. Venit ergo ad Simonem Petrum.* Obſtat ille amoris plenâ & vrbanitatis contentione. *Domine tu mihi lauas pedes?* Auguſt. *Tu totam Dei maieſtatem, illud mihi totam hominis continet vilitatem: quid eſt tu? quid eſt mihi? penſanda ſunt iſta potius quàm dicenda.* Petrus autem pudore & ardore ſuffuſus, flexis genibus, oculis vi lacrymarum oppreſſis, intorquens digitos, & pedes colligens, ſingultibus & lacrymis vocem comitatur, obteſtaturque, *Domine, tu mihi lauas pedes? non lauabis mihi pedes in æternum.* Domine, cuius gratiâ nauim, & retia, & cuncta reliqui, vitámque & canos cum ſanguine funderem. Domine, cuius voci paruerunt venti, maria, & fluctus, cuius imperium ne mortui quidem ipſi effugerunt. *Domine*, nullâ modificatione additâ, abſolutè cæli & terræ, tu mihi? ſi non comprehendi quid ſis, noui te ſaltem filium Dei viui; *non lauabis mihi pedes.*

19. *Si non lauero te, non habebis partem mecum.* Serenâ voce, amore & grauitate plenâ, hæc dicta exiſtima: &, vt notauit Origenes, comminatur pœnam eius rei, quæ plus tangebat animam eius. Nam ſi cum Iuda contenderet, comminationem in loculis & nummis feciſſet; Petro verò cælum ablaturum comminatur. *Pedro, no ay cielo para vos, ſino obedeceis.* Quid ais Domine? cælum nominaſti? gloriam immortalem? Iam dico vt lauer à te, non manibus ſolùm, ſed & capite. Nam vbi de ſempiterna gloriâ agitur vel amittenda, vel obtinenda, bene collocata eſt Deitas in lauandis peccatorum pedibus. O Petre, ſummum pretium gloriæ aſſignaſti; ô æterna gloria, quis te non quærat? quam vt intret, & adire ſuos faciat, ſic ſe demittit Chriſtus, vt pedes diſcipulorum lauet. In tanta igitur demiſſione conſtitutus tacere & ignorari tantam humilitatem noluit, quin potiùs & eos admonet, *Scitis quid fecerim vobis?* & Patrem gloriabundus alloquitur, *Pater ego te clarificaui ſuper terram*; quaſi diceret: Non veni rapinâ facere diuinitatis; neque enim hac ratione oportuit tuum imperium dilatare, ſed memetipſum exinaniui; hac enim via exiſtimaui capturum ad me corda hominum; quare figam columnam iſtam in terra, in puluere, in nihilo, & quo nihilo profundius eſt ſub pedibus Iudæ proditoris; ibi erecta colũna facinus iſtud teſtetur poſteritati meæ, *Humiliatus ſum nimis.* Ego qui nullam humiliandi cauſam habebam, humiliatus ſum; vſquequo Domine? nimis, *vſque in finem* (ſic explicant interpretes) *haſta el non plus vltra de la humanidad, vſque in finem*, hoc eſt, vt finem imponam omni ſuperbiæ, finis adeſt ſuperbiæ, fuge in inferna, & derelinque Chriſtianos homines, cuius author vt te proſterneret, ſic ſe deiecit, ſic inflexibilem columnam diuinitatis inflexit, incuruauit, extenuauit; vt non plus vltra ſit iam humilitatis.

Comminatio fit Petro ſecundùm eius affectum.

Sic D. Maximus.

Pſal. 39. 9. Vide P. Lorinum.

20. *In finem dilexit eos.* Iam pedem alterum ſuper mare collocat, opus equidem amore, & igne ſacro dignum: nam ſi literalem ſenſum perpendimus, id nobis ignis iſte firmo gradiens veſtigio ſupra mare ſignificat, nempe tanto flagrare amore animarum, vt etiamſi bellum maris, quod acerrimum eſt, & crudeliſſimum, etiamſi ingratitudo gentium & hominum obſtare videatur, etiamſi terra Iudaici populi mortem illi moliatur; pedem tamen eius ita efficaci igne flagrare, & candenti pede igne Babylonico, *con fuego de al quitran*, vt aquas ipſas ingratitudinis ardentes & ignitas reddat, vt non modò aquæ Chriſtianorum (quis enim non ardet tanto inflammatus igne) verùm omnes Gentilitatis aquas fuerit accenſurus, vt ab Iſaia prædictum eſt, *vt aquæ arderent igne*; & hoc eſt, *in finem.* Indi conuulſi & dilacerati, non procul eſtis ab iſto amore, videte quantâ ratione in finem diligat amor Chriſti; vt ab eius igne nemo mortalium immunis ſit, hic eſt *amor in finem*; ſicut cùm Dauid a Saule, domo, & patriâ pulſus, grauiter inſectatus, ita vt ad Achis auxilium confugerit, ſic exul, ſic minaciter territus, nouis officiis Saulem colebat & proſequebatur, nouas illi ciuitates expugnans, & in ſuam ditionem redigens; *Et aſcendit Dauid, & viri eius, & agebant prædas de Geſſuri, & Gerzi, & de Amalecitis: in finem*, hoc eſt, cùm pertinaciſſimo æſtu maris Iudaici populi, & Iudæ odio circundaretur, pedis ardore ad eximia amoris ſigna & opera perueniſſe; tunc enim cùm tradebatur, ſeipſum tradidit, *& magnum illud monumentum*, vt vocat Nazianzen. Euchariſtiam inſtituit. Odium ſpumoſos fluctus in illum iactat, & ſaliuas vſque ad diuinam faciem iaculatur; ignis verò ad pedes vſque Iudæ prouoluit. 21. Odiũ ſpoliat eum veſtibus, ignis a ſede dimouet, & veſtimenta ponere facit, vt ancillari munere fungatur. Gelidum & amarum odium fel illi propinat, ignis amoris in os infert dulciſſima verba, *Pater ignoſce illis*, quia amor *in finem dilexit.* Vide quanta fuerit aqua ingratitudinis Iudæ, quæ ad tanti ignis flammam non amiſit teporem, *que reſiſtio a vn infinito fuego*, ideo nempe, *quia diabolus iam miſiſſet in cor peccatum*; opus enim arrepti hominis à dæmone eſt malum inferre benefactori, ſicut Saul, qui nunquam ad beneficia infenſus potuit eſſe Dauidi, donec ſpiritus Domini malus inuaſit illum; & Chriſtus ipſe eos proprio parentis nomine vocat, Ioan. 8. *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere; ille homicida erat ab initio.* Conſtituamus igitur hîc (mi Domine) alteram columnam, vbi *aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem*; in litore maris, in culmine charitatis, teſtis erit amoris, quia, vt ait Ambroſius [a], *Sunt ergo faſtigia pietatis, ſicut culmina charitatis*; cæleſtis enim amor tam celſa culmina habet, vt ad illa ingratitudinis vndæ haudquaquam peruenire potuerint. Sed vlteriùs procedit, *in finem dilexit.* Acrius bellum inferebat illi infirmitas noſtra, & retardabat illum (quis credat?) caro, quam aſſumpſerat, cui ſi obſecundaret, & annueret, nunquam noſtra perageretur redemptio. Ponderauit hoc ſanctiſſimus Leo. Nam quid eſt, inquit, quaſi ſuccumbere oneri in horto, & ſuppliciter dicere, *Si poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Ipſa vox non exauditi magni eſt expoſitio ſacramenti; ni el Padre le oye, ni ceſſa la obra de nueſtro bien; amor ay aqui, y ſecreto admirable.* Sicut cùm filia Iephthe ex patris voto tranſactis illis diebus properaret ad mortem, & ſiſteret ad ſe immolandam, tunc

Quæcumque difficultates ſe offerunt amore animarũ ſuperat Chriſtus.

Iſai 64. 2.

Etiam ad Indos vſque amor Chriſti pertingit.

1. Reg. 27. 8.

Inter contraria amor Chriſti vegetior & fortior perſiſtit.

Diabolicum eſt ingratitudinis vitium.

Cant. 8.

a Lib. de Iacob & vita beata c. 7.

Acrius bellum infirmitatis noſtræ ſuperauit.

Matth. 26.

Simile ex hypotheſi.

22. quaſi ex inſidiis occurreret mater (de qua nulla ibi mentio) & lacrymis, & ſupplicationibus à morte obeunda abducere inſtantiſſimè conaretur, amor eſſet maternus; ſed quanto ardentior eſſet ille, quo lectiſſima Virgo Patris voto & religioni obtemperaret? Ita (inquit D.
a Ser. 16. de paſſione Domini. Leo [a]) occurrit noſtra humanitas in Chriſto, & ita perorauit, vt niſi amor Chriſti, quiuis alius ab incepto opere abſterreretur. *Quod nihil humano generi conferret Redemptoris poteſtas, ſi quod noſtra petebat, obtineret infirmitas.* Pergit igitur ad mortem; verumtamen ne ibi finem feciſſe amorem putaremus, adeſt Ioannes amoris teſtis, affirmans amauiſſe ante mortem, in morte, & poſt ipſam denique mortem, *in finem dilexit*
Simile. *eos.* Mater illa regis Sanctij Abarca interiit in bello, peracri lanceæ ictu confoſſa. Verùm, ô ſors! grauida cùm eſſet, ecce fœtus ipſe tenellus, qui viuus ſupererat, manum per ipſum volnus deprompſit. Accurrit citiſſimè tunc nobilis eqoes dominus à Goeuara, qui puerum extrahens exclamauit, *Rex, rex, viuat, viuum habemus regem.* In illo internecino Caluariæ bello, quod Scribæ & Phariſæi aduersùs Dominum & Chriſtum eius intulerunt, cecidit Regina creaturarum humanitas Chriſti; ſed ne putaretis interiiſſe amorem ipſum, per os vulneris viuus & ambitioſus amor quaſi manũ exerit, nam *effluxit ſanguis & aqua*, quaſi dicens; *Viuus & ſuperſtes ſum*; & nobiliſſimus Ioannes, quaſi Gueuara, extulit amorem, dicens: Viuit, me teſte, amor; viuit: *& qui vidit, teſtimonium perhibuit*; vt hîc tandem finem amoris ſine fine conſignaret, & columnam ſtatueret; id enim plures Pſalmi denotant, quibus titulus iſte infixus eſt, *in finem*, aut victori: ma-
23. re enim eſt amor profundiſſimum, *mar el amor*
b Pſal. 118. *ſin ſuelo, ſin barras, ni puertos.* Auguſtinus [b], *In finem temporis, & amoris*: *Omnis* (inquit) *conſummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis.* Quaſi diceret, cùm conſidero, Domine, amorem hominum interiiſſe, facilè finem teneo; *omnis enim conſummationis vidi finem.* Vidi enim Regem conſummatiſſimo amore gratioſum aulicum adamaſſe; ſed ô quàm altè præcipitatus ruit in interitum, in exitiale odium? Vidi adoleſcentem deperditè dilexiſſe (ô nefas!) ſororem ſuam; ſed ô quàm citò exoſam habuit & inimicam! *Vidi finem.* Comperi etiam filij erga patrem ſuum, & filiæ erga matrem amorem tenuiſſimum eſſe & infirmum. Vidi item hominum erga Deum ſuum frigida pectora, & quæ plus diligunt, vſque ad mortem diligere. Cùm
Nullus eſt amoris Chriſti terminus. verò tuum amorem contemplor, *latum mandatum tuum nimis* eſſe comperio, *exceſſiſti, Domine, in amando me metas iuſtitiæ*, teſtatur Auguſtinus. Nullus eſt finis maris, nullus amoris, nullus ignis, nullus gradientis ſuper aquas, *in finem*, non finaliter, quaſi exhauſiſſet, aut exhauſtus eſſet; ſed quaſi adhuc & adhuc gra-
deretur *in finem.* Hîc figit columnam Hercules noſter, vt nobis metas amoris præfiguraret, ſine fine etiam: nam *modus dilectionis* (ait Bernardus [a]) *eſt ſine fine diligere.* a Lib. de diligẽdo De.

Finis adeſt concionis; & vtcumque explicata amoris vis, vide (ô Chriſtiane) quem te 24.
oporteat diligere. Quando cœpit Chriſtus te amore proſequi? ab æternitate, ab inſtanti ſuæ conceptionis, *cùm dilexiſſet.* Quando fecit finem amandi? nunquam. Et quantus fuit eius amor? in finem. Et vbi fixit columnas? in terra, in cælo, in ſepulcro, & gloria. Et quæ ſigna dedit? Manifeſtiſſima, humilitatis, patientiæ, corporis & ſanguinis ſui; & herus tuus, vel pellex ipſa, quam tantopere colis, quanto tempore dominium tui tenet? à multis annis, à prima ætate. Et quantum putas duraturum amorem eius? Ignoro an inceperit. Et huius incerti amoris quæ ſigna, quæ pignora poſſides? Vt in plurimum blanda verba, riſum fictum, promiſſa vana, & plena mendacio. O quàm serò amat ſeculum? quàm leuiter? quàm citò deſinit amare? Chriſtus verò (vt vidiſti) *in finem*; ſicut Ionathas, qui arcum, gladium, & veſtes, & vſque ad balteum donauit Dauidi. Arcum crucis dedit, *Vt arcum æreum brachia mea.* Gladium verbi; veſtes corporis & ſanguinis ſui, *& vſque ad balteum, el almanos dio*, quæ eſt veluti vinculum & cinctorium partes corporis conſtringens.

Quãto dignior eſt amore amor Chriſti quàm hi qui amicorũ nomen fortiuntur.

Igitur opus eſt, vt de ſolutione amoris aga- 25.
mus. Quem modum adhibebimus, docet D. Baſilius [b], *Qui modus* (ait) *eius quæ eſt in Deum* b In reg. 211.
charitatis? aſſidua vſque vltra vires animi ad exequendam Dei voluntatem contentio, cum propoſito ac deſiderio gloriæ ipſius. Modus ſine modo ſeruãdus eſt, & eò veſtigia noſtra, pedéſque tendant, quò proceſſit, qui ſic in finem amauit nos, & ſicut ille ad infinitum annihilationis & amoris perrexit; ſic nos non deſiſtamus, donec infra omnia demittamur per propriæ miſeriæ agnitionem; nec deficiamus, ſed aſſidua contentione tendamus; quò? *vſque vltra vires, al plus vltrà, de las fuerças del amor, de la anſia de ſeruir a tal amador.* Orare oportet, ſed vltra horas diei; ieiunare, ſed vltra Quadrageſimam; vitam immolare, ſed vltra illam amare. *Vltra, mas alla de lo que las fuerças alcançaren*; ac denique amare Deum in æternum, & vltrà. Poſt æternum éſtne vltrà? Ita eſt vtique ſi ames *in finem.* Quod debitum ſi quis non exoluit, publica denunciatione quaſi excommunicatus ab Eccleſiæ gremio pellatur. *Qui non amat Dominum Ieſum Chriſtum, anathema ſit.* Ceſſent ſacra myſteria, interrumpantur, quia adeſt hîc excommunicatus. Et quis eſt iſte? qui cùm ex nomine fidelis ſit, & ſacris epulis ſaginatus, tantum amorem, neglectum habet; odit inimicum diſcipulos eius, qui pauit Iudam. Siſte amor, finem hîc accipiat peccatum, vbi finem amori ſine fine poſuit amor.

HOMI

HOMINEM LAPSVM IN FLETVM *adducit: anima iuſtæ interitum luctu & mœrore proſequendum, nuſquam de ſalute deſperandum, ſed concepta ſpe veniæ alacriùs & velociùs ad virtutem exurgendum perſuadet.*

INSTITVTIO XLVIII.

SI fletus poſſet & gemitus lapſum excitare, iuſtum aſſumerem planctum ſuper regem Tyri, vt, Ezechielis ad inſtar, ſaltem ipſa lacrymatum redundantia, ſin minus peccatum delere, angelica ſaltem de ſede lapſum dolere poſſit; ego enim qui quondam te quaſi drachmam amiſſam inueniens gaudio præſultans vicinas conuocaui quæ mihi gratularentur, iam in rem diuerſam amicos, cælique beatos, ſi fas eſt, conuocabo, & non dicam, *gratulamini mihi*, ſed lugete mecum, ploratus illos aſſumite, ac triſte & flebile quiddam nobiſcum exclamare. Qui enim ad cælum peruenit, qui ſæculi huius vanitatem irriſit, qui formam corporum non aliter atque lapideum ſimulacrum inſpexit; qui aurum vt lutum delitias omnes vel cœnum contempſit; ille nobis ex inſperato febre correptus abſurdæ concupiſcentiæ, ſanitatem, virile robur, gratiam, ſpeciémque omnem perdidit, ſeruúſque factus eſt voluptatum. Hunc igitur deploremus, grauitatem recidiuæ & lapſus aperiamus, finem quem Deus in hac permiſſione habere ſolet inſpiciamus, miſerandi caſus occaſiones & cauſas præuideamus, difficultatem reparationis, facilitatem item quaſi frenum & calcar adhibeamus, quanta Deus molitur vt ad ſe reuocet lapſum iuſtum contemplemur, ac tandem quantam Deo delectationem hæc animæ reſtitutio afferat non tam verbis, quàm ſuſpitiis & gemitibus Spiritus ſancti perſuadeamus. 26.

Inuitat ad planctum ſuper iuſti lapſum in peccatum.

PARTITIO INSTITVTIONIS.

I. In primis enim quis grauitatem morbi tui & mortiferi lapſus, vt par eſt, exaggerabit? *Quis miſerabitur tui Hieruſalem, aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? tu enim me dereliquiſti, dicit Dominus, retrorſum abiiſti.* Quis ſcit an hoc tuo peccato ſicut Iudas ianuas pietatis obſeraſti tibi? nam qui furto deliquerat cùm in furtum & auaritiam recidit, damnationem recidendo fabricauit, & *filius perditionis* dictus eſt: nam ſicut ipſe ex auaritia dixit, *Vt quid perditio iſta vnguenti*, &c. ſic Chriſtus ex præſcientia futuræ venditionis & traditionis *filium perditionis* appellat, quaſi diceret, perditionem iſtam dum tu compenſare vis, mihi mortem, & tibi damnationem moliris, & furto infelicitatem tuã conſummabis. Similis eſt amentia illa Eſau, qui cùm inter venandum fame penè enectus propter viliſſimam eſcam primogenitum amiſit, iterum benedictionem venatione putat obtinere; quod è contra euenit, & omnino ſibi ianuas pietatis & paternæ miſericordiæ occluſit. *Reprobatus eſt* (ait Paulus) *non enim inuenit pœnitentia locum, quamquam cum lacrymis inquiſiſſet eam.* Vnde Cyprianus [a] tremenda illa verba Scripturæ refert. *In Βασιλειῶν dicitur: Si delinquendo peccet vir aduersùs virum, orabunt pro eo Dominum; ſi autem in Deum peccet homo, quis orabit pro eo? & in Paralipomenon: Deus vobiſcum eſt dum eſtis vos cum ipſo, ſi dereliqueritis eum, derelinquet vos.* Et Chriſtus quidem plus doluit Petri lapſum, & Iudæ proditionem, quàm flagella, alapas, & ſputa, etiamſi acerbiſſima fuere: ſignum autem doloris fuit, vt ponderat Leo [b], tunc inter ærumnas reſpexiſſe Petrum, *inter falſitates teſtium intercedentium & conſpuentium iniurias conſtitutus*, reſpexit Petrum quaſi maioris doloris cauſam & auctorem, quamobrem cùm neſciebat præſes maiori cruciatu oppreſſum eſſe de Iudæ & Petri lapſu, mirabatur non ſentire, nec percipere accuſationes falſas & impudentes, *Nihil reſpondes ad ea quæ aduersùm te dicunt teſtimonia?* non attendit maiori dolori intentus, quo multis retro ſæculis dolore perculſus exclamauit, *Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique; tu verò, homo vnanimis, dux meus, & notus meus?* Certè Domine ſi de venditione agit, inimici ſunt qui acceptant, pretium promittunt; ita eſt, verùm 27.

Ier. 15.5.

Ioan. 17.12.

Gen. 27.2.

Gen. 25.29.

a Ad Quirin.

b Ser. 3. de paſſione.

Pſal. 54.13.

Timeat iuſtus qui deliquit ne recuperaturus ſit gratiam.

verùm ego non eos, ſed Iudam doleo; *tu verò, homo vnanimis.* Porrò cùm grauiſſimus ſit iſte caſus, nemo ſecurus, nemo de ſua ſtabilitate præſumat (ait Chryſoſtomus [a]) [a Tom. 5. hom 77 ad popul.] nobiſque ipſis dicamus, *Qui ſtat, videat ne cadat.* Sed neque iacentes deſperemus, ſed cum Ieremia dicamus, *Nunquid qui cadit non reſurget?* Nam & multi poſtquam ipſum aſcenderunt cæli verticem, & omnem exhibuere tolerantiam, & in deſertis morati ſunt, nec in ſomnis quidem viderunt mulierem, ad ipſum maliriæ barathrum deuenerunt, &c.

28. [*Ex lapſu iuſtorum maiora lucra ex ſolet Deus excipere.*] II. Verùm licèt nemo noſtrûm ſenſum Domini cognouit, non ſine alto conſilio lapſus iſtos in iuſtis & ſanctis permittit, vt inde maiora lucra illis proueniant, & remedia ex ipſis oriantur culpis; quamobrem non multum curauit Deus, vt notat Theodoretus, prohibere venditionem Ioſeph, nec parentis ſui Iacob lacrymas, qui filium per viginti annos mortuum luxit, ſciens in vitam pacatiſſimam & lætitia plenam per hanc viam adducendos fore, hac de cauſa non magnopere curauit, quòd lugeret, quòd diſpenſationem adimpleret, & eos in gratiore vitæ ratione poſtea conſtitueret. Sicut ipſe Ioſeph diuinam prouidentiam agnoſcens dixit, *Pro ſalute veſtra miſit me Deus ante vos*; itaque veſtra ſalus agebatur dum mei proditionem feciſtis, *non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum, vueſtras traças eran deſaciertos y eſos eran acuerdos diuinos de vueſtro bien.* Et eodem opere ipſi malo incumbunt, & Deus eorum bono & vtilitati conſulit. Quòd ſi ex inimicorum culpis anſam miſerendi arripit, quid putas in amicorum lapſu procurabit? Ideo cùm Petrus delinquit, Chriſtus humilitatem in remedium & in cuſtodiam ſanctitatis & gratiæ præparat, ne de tam ſublimi dignitate iterum laberetur. Sicut cùm vices ſuas Moyſi dare meditatur (vt idem Theodoretus [b] notat) manum in ſinum mittere iubet. [Exod. 4. 6. b Quæſt. 10. in Exod.] *Et protulit leproſam inſtar niuis, qua res Moyſem etiam admonuit, non ſuperbire debere, ſed agnoſcere naturam, cùm recordaretur dextera lepra priùs infectæ,* [*Spes veniæ in lapſu iuſti.*] ne manu clementis imperante, & ipſis ad nutum obtemperantibus, alterius naturæ putaret eſſe,

29. quàm humanæ: lepra igitur ſit quaſi annulus memoriæ, ſuam vilitatem in memoriam reuocans. Præterea ſanctorum lapſus in aliorum doctrinam redundat, vt [*Iuſtorum lapſus in aliorū eruditionem cedunt.*] D. Ambroſius [c] notat. *Etiam lapſus ſanctorum vtilis eſt, nihil mihi nocuit, quod negauit Petrus, profuit quod emendauit.* [c Lib. 10. in Luc.] Nam ſi peccatum negationis (teſte Chryſologo [d]) maximum fuit, *negationis crimine quid peius*; [d Serm. 94.] & tamen Petrus ad gratiam rediit maiori cum prouentu donorum; quis redux per pœnitentiam ad Deum deſperabit? Eſt locus reſipiſcentiæ, & conuerſioni non ſolùm in his quæ à libero arbitrio, ſed in his quæ natura fert, in quibus mirabiles mutationes fieri videmus. Quorſum enim auctor naturæ, qui meliùs omnibus callet agriculturam, ait, *Nolite eradicare zizania, ne fortè colligentes zizania eradicetis ſimul cum eis triticum. Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem*; [Mat. 13. 29.] nam ſi ibi mutatio nulla fiat, fit autem in animis qui nomine zizaniæ ſignificantur, vt ait Chryſologus [e], & facilè falli poſſunt, exiſtimantes [e Serm. 97.] eſſe peccatores, qui cùm fuerint, iam non ſunt. *Quando aliud videbatur in ſpecie, aliud habebatur in flore; quod hodie erat Zizania, cras in triticum vertebatur, lo que oy es neguilla puede ſer trigo mañana.* Dominus enim idem eſt qui Petrum ad lacrymas, Magdalenam ad pudorem, atque dolorem conuertit; ſinit tamen creſcere, vt alios ad ſpem reuocet, & ſapientiam oſtentet.

30. [*Cùm alios cadere & labi videmus in lapſum prouocamur.*] III. Lapſus autem occaſiones, & quia plurimæ, quis memoret? & quia calamitoſæ, quis defleat. In primis itaque lapſus iuſtorum occaſiones frequentiores ſunt, maximè cùm alios cecidiſſe videmus, vt bene obſeruat & prædicat Cyprianus [f]. [f Serm. 5. de lapſis.] *In proſtratis fratribus & me proſtrauit affectus, cum plangentibus plango, cum deflentibus defleo, cum iacentibus iacere me credo; habenda tamen eſt, fratres dilectiſſimi, ratio veritatis (decirſe tiene la verdad) cladis cauſa cognoſcitur, & medela vulneris inuenitur, Deus probare familiam ſuam voluit. Et quia traditam nobis diſciplinam pax longa corruperat, iacentem fidem, & penè dixerim dormientem cenſura cæleſtis erexit. Studebant augendo patrimonia ſinguli, & obliti quid credentes aut ſub Apoſtolis antè feciſſent, aut ſemper facere deberent, inſatiabili cupiditatis ardore ampliandis facultatibus incubabant non in ſacerdotibus religio deuota, non in miniſtris fides integra, non in operibus miſericordia, non in moribus diſciplina. Corrupta barba in viris, in fœminis forma fucata. Adulterati poſt Dei manus oculi, capilli mendacio colorati, non iurare tantùm temerè, ſed ad hoc etiam peierare, odiis pertinacibus inuicem diſsidere*; ſi ſic claudicant omnes, quid mirum ſi iuſti claudicare diſcant, & cadere. Secunda libido eſt, quæ etiam inuadit ſanctos: nam, vt ait Sapiens, *multos vulneratos*, libido & meretrix, *deiecit, & fortiſſimi quoque*

inter

interfecti ſunt. Septuaginta, *& innumerabiles ſunt quos trucidauit*, loquitur Salomon: non vnum, aut alterum, ſed plurimos, eóſque fortiſſimos vnius mulieris illecebris victos occubuiſſe, *& fortiſſimi quique*, hoc eſt, qui ſibi fortiſſimi videbantur, parum firmas habentes radices, *interfecti ſunt*, robuſtiſſimi quidem, & in prælis caſtitatis probatiſſimi, in fœminarum lacertis interierunt; ideo monet Hieronymus [a], *Vide ne ſub eodem tecto manſites, ne præteritæ caſtitati confidas, nec Samſone fortior, nec Dauide ſanctior, nec Salomone poteris eſſe ſapientior. Memento ſemper quòd paradiſi colonum de poſſeſſione ſua mulier eiecit.* Nimia etiam, aut nulla occupatio procliuem facit animum ad lapſum, otium enim ſpirituales vires eneruat, & nimietas negotij eaſdem vires paulatim abſumit, & alieni robur eius comedunt, qui ſeipſum neſciens, quæ ſunt ſupra ſuam facultatem, aggreditur. Sicut enim potentiſſimus Machabæus, qui ne crimen inferret gloriæ ſuæ, cum pauciſſimis viris immenſam hoſtium multitudinem adoriri non timuit, à qua fuit miſerabiliter interfectus; ſic prorſus qui neſcio quo gloriolæ inanis obtentu, & vt diligens operarius prædicetur, plura, aut maiora audet, quàm ſibi diuinitus conceſſæ vires ſuſtineant, mole tantæ diſtractionis oppreſſus ſolet in foueam quam non putauerat imprudenter cadere. Quamobrem ipſe laborum ſcopus per Eccleſiaſticum hortatur, *Fili ne in multis ſint actus tui, & ſi diues fueris, non eris immunis à delicto.* Porrò etiam, vt ait Iuſtinianus [b], *nihil in ſancto propoſito, otio deterius, quod non ſolùm non acquirit noua, ſed etiam acquiſita conſumit, aſi ſe hacen los hombres pobres gaſtando y no ganando.* Vitabis igitur occupationes, quas Bernardus maledictas nuncupat; nos verò vitabimus eas noſtro propoſito haud conuenientes, videlicet libros inutiles, ne dicam prophanos, euoluere: carmina inepta, & nullam ædificationem habentia componere: iam horologia fabrefacere, & ſine vllo fructu Mathematicorum lineas ducere; iam negotia ſæcularia tractanda ſuſcipere; iam principes & magnates, ne dicam fœminas, ſine vlla neceſſitate viſitare, cùm in illis certè tempus noſtræ mortalitatis oporteat impendere, quæ ſtatui & vocationi conueniunt. Nunc attentè & deuotè meditationi inſiſte: nunc Dauidicos Pſalmos, non ſola voce, ſed & mente decanta: nunc alias pias preces probatas ab Eccleſia funde: nunc ſacra volumina, aut libellos ſpirituales, quæ te moueant, & ad bonum afficiant, euolue: nunc exempla ſanctorúmque Patrum ſententias congerito: nunc confeſſiones peccatorum excipe: nunc ſcribe quæ aut tibi, aut aliis quoque proficiant. *Facito*, inquit Hieron. [c] *aliquid operis, vt te ſemper diabolus inueniat occupatum.* Cecidit denique Dauid, & ſæpius cadit iuſtus, cùm orationis & familiaritatis Dei obliuiſcitur, inſtauratur autem cùm orationi vacat. *Domine Deus clamaui ad te, & ſanaſti me*, & ſtatim planctus ille quem continuò agebam ob illam ſeueram comminationem, *non recedet gladius de domo tua*; iam orando in lætitiam conuerſus eſt. *Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi; conſcidiſti ſaccum meum, & circundediſti me lætitia, alegrame ſeñor verme deuoto que difficilmente cae quien trata de oracion*, vt deuotè & piè meditabatur Bernardus [d]. Cor meum dum futurum non curat gaudium, nec diuinum quærit auxilium, ab amore cæleſtium elongatur, & in amore terreſtrium occupatur. Elabitur ab illis, & inuoluitur in iſtis, vanitas illud recipit, curioſitas ducit, cupiditas allicit, voluptas ſeducit, luxuria polluit; vide per quos greſſus lapſus iuſtis etiam paratur.

IV. Licèt autem reparari poſt lapſum difficile ſit, minimè tamen abiicienda ſpes eſt recuperationis, nam etſi communi lætitia cælum præſultare dicitur in peccatoris conuerſione, at quid triſtius magíſque formidandum, quàm quod ibidem aſſeritur, iuſtos nempe qui non indigent pœnitentia nonaginta nouem eſſe, vnicum autem tantummodo qui per veram pœnitentiam renouatur, non quia non ſunt plures qui pœnitentiam agunt, ſed quia eorum pœnitentia talis non eſt, vt exultent ciues cælici, & candidas veſtes induant; ſicut de die reſurrectionis obſeruat Gregorius [e]. *Angelorum feſtiuitas extitit, quia nos reuocando ad cæleſtia eorum numerum auxit: no todos los que hacen penitentia la hacen tal que ſaquen poliza para el cielo y alla les diputen ſilla immortal.* Serò & difficulter quis bene peccata expiat, & renouatur. Quod in primis illis lapſis patentibus pellibus indutis Tertull. conſiderat, cùm *reſtitutionis candidatos* appellat, hoc eſt, renouationis ſuæ per pœnitentiam ſtudioſos; per pœnitentiam, inquam, nam candidati non erant immortalitatis, nec exemptionis à corporalibus miſeriis, quæ duo aſſequi non poterant: erant igitur candidati amiſſæ gratiæ; at quid grauius, quid formidabilius dici poteſt, quàm amiſſæ gratiæ, per nongentos & triginta annos dici candidatos, vt vel hoc nomen erudiat, terreátque peccatores, qui inceptum ſuæ renouationis negotium habent. Cæterùm ne putes impoſſibilem recuperationem,

[a] Ad Nepotianum.
Eccli. 32.
[b] In ligno vitæ, tract. de timore, cap. 2.
Vide alia apud P. Aluarez Paz tom. 1. verbo *Occupatio.*
[c] Epiſt. 4. ad Ruſtic. Monachum.
2. Reg. 12.
[d] Lib. medit. c. 8.
Luc. 15. 7.
[e] Hom. 21. in Euang. Mar. 16.

Muſtere & tum pueros cernuit plurimi.
31.
Nimia etiam occupatio procliuem facit ad lapſu animum.
Aliena à propoſito & inſtituto occupationes vitentur.
32.
Pauci verè pœnitent poſt lapſum.

Sed non eſt putanda diffi-cilis aut impoſsibilis recuperatio poſt lapſum.

tiõnem, imò iuſtis qui lapſi ſunt valde facilem, audi Dominum, qui rogarus à diſcipu-
lis poſt hæc verba, *Quis ergo poterit ſaluus eſſe?* Reſpondit, *Apud homines hoc impoſsibile* Matth. 19.25.
eſt, apud Deum autem omnia poſsibilia ſunt; ea enim eſt diuina pietas, vt noſtrę impoſſibilitati
ſua omnipotentia occurrat, atque ſubueniat: vt impoſſibilitas ſit pro fræno ne recidam
in peccatum, omnipotens autẽ miſericordia calcaria ſubdat infirmitati meæ ne deſpe-
rem. Quod adhuc in iuſtis collabentibus facilius eſt, facilius enim fax adhuc fumigans
& ſcintillans accenditur, quàm quæ multo antè extincta erat. Et quidem modus ipſe
cadendi iuſtorum rurſus ad ſpem erigendos oſtendit, vt notauit quidam ex noſtris do-
ctoribus. Viſo enim curtu gloriæ Dei, ait Ezechiel c. 2. 1. *& vidi, & cecidi in faciem meam;*
vbi notat Hieron. [a] ſe nunquam legiſſe in Scriptura iuſtum cecidiſſe retro, ſed in fa- a In Ezech.
ciem ſuam. Apoſtoli in transfiguratione ceciderunt in faciem ſuam. Daniel etiam [b] ſu- b Cap 10.
per faciẽ ſuam cadit, & vultus eius hæret terræ: at verò de peccatoribus vbique dicitur,
quòd *cadant retrorſum, & conterantur & illaqueentur.* Ne putes ſic, vel aliter cadere Iſai. 28.13.

Aliter iuſti, aliter impij cadunt.

caſum merum eſſe, in ſubitis enim motibus habet ſe animus, ait Chryſoſtomus [c]. Sic- c Hom. 1. de incomprehẽſibili Dei natura.
ut auriga qui pertetritus habenas amittit, & equi præcipites feruntur, ita magno
ſtupore occupatus animus habenas ſuarum actionum amittit, atque adeò quod tunc
fit, caſu factum dices: at ſi rectè conſideras in primis motibus & conſuetudo & in-
33. genium cuiuſque deſignatur, & ſicut iuſtus qui in vigilia acriter tentationibus reſiſtit,
etiam inter dormiendũ hoc ipſum ex conſuetudine facit; ſic iuſti qui corã Deo ambu-
lant, & humiliari conſueuerunt, & ſepties in die cadunt, & reſurgunt ad gratiam con-
ſueti miſericordiam Dei implorare & ſpectare, ſic cadunt vt iterum reſurgere ſpe-
rent à Deo ſuo excitati; contrà verò iniqui retrorſum cadunt ſui obliti, & gratiæ

Cautè damnandorũ numerus ad populum prædicandus.

Dei, quia viuentes contempſerunt illam. Quæ duo documenta vt fræno & calcari
duceret peccatores, adhibet D. Chryſoſtomus [d], quo minus quàm par eſt oportunè d Hom. quadrageſima ad populum.
vtuntur concionatores; volens enim fræno cohibere peccantes, ait: *Multitudo (fide-
lium) nunquam erit probabilis, no ſagis caſo de chuſma y canalla de muchos ſi ſon malos Chri-
ſtianos. Quot eſſe putatis in ciuitate noſtra, qui ſalui fiant? infeſtum quidem eſt quod dictu-
rus ſum, dicam tamen; non poſſunt in tot millibus centum inueniri qui ſaluentur: quin & de his
dubito.* Modò verò ad ſpem excitat lapſos; *igitur in malitia conſtitutum negligat nemo,
nemo virtute præditus dormitet, neque confidat huiuſmodi; frequenter enim eum meretrix
præcedet, nec ille deſperet: poteſt enim & primos anteire.* Ideoque ſequitur:

34. V. Quanta Deus molitur vt ad ſe iuſtum collapſum conuertat, & reparet, quis

Quanta molitur Deus vt ad ſe reducat iuſtum. Lapſum magis quàm peccatorem impium.

dicat? in primis enim ne cadant, citiſſima reprehenſione & punitione caſtigat, quan-
to cruciatu etiam pro leuiſſimis imperfectionibus eorum corda angore, oculos la-
crymis replere ſolet; nam Deus, qui in cœtu fidelium eos homines, qui ſanguinem ho-
minum profuderunt, & innocentes occiderunt, (quos non ſtatim pœnitentia
& dolore pungit, vt qui nocent noceant adhuc, & qui in ſordibus ſunt, ſordeſcant ad-
huc) ſed in volutabro luti iacere permittit; viros autem perfectos etiam de minimis re-
prehendit, è veſtigio punit & caſtigat; ideo videlicet, quia illos contemnit, iſtos verò
quos temporaliter punit, æterna mercede eſt præmiaturus. *Cùm ceciderit iuſtus* (inquit Pſal. 36.
Dauid) *non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam.* Impius colliditur dum
cadit, quia Dominus iuſtiſſimè iratus manum benignæ correptionis non ponit, &
ita quaſi dilaceratus in peccato perſiſtit. *Homines* (ait Bernard. [e]) *aliquando cadere* e In Pſalm. Qui habitat. Serm. 2.
*neceſſe eſt, dum in hoc ſæculo detinentur: ſed alij colliduntur, alij non, quia Dominus ſuppo-
nit manum ſuam. Sed quomodo eos diſcernere poterimus vt ſegregemus, iuxta Domi-
ni exemplum, agnos ab hædis, iuſtos ab iniuſtis? nam & iuſtus ſepties in die cadit.* Ve-
rùm hoc intereſt inter eorum caſus quòd iuſtus ſuſcipitur à Domino; ideoque
reſurgit fortior, iniuſtus autem cùm ceciderit, non adiiciet vltrà vt reſurgat,
ſed in impudentia, aut in noxio pudore manet; iuſtos verò increpat, auocat,
punit; ſic enim explicat Bernardus [f] verba Chriſti, *Eſto conſentiens aduerſario tuo,* Matth. 5.
dum es in via cum illo; Deus enim aduerſatur carnalibus noſtris deſideriis. *Conſen-* f Ser. 85. in Cant.
35. *tiamus igitur dum nos arguit, dum nos flagello à peccatis abducit.* Quantis exem-
plis & verbis ad ſe reuocat ſemel lapſum? *Lubricum genus eſt natura mortalis.*
(ait per Chryſoſtomum [g],) *citò quidem labitur, ſed non ſerò reparatur, & vt* g Hom. 77. ad popul.
*facilè cadit, ita & velociter ſurget. Non ſumus Dauide ſolertiores, qui quum pa-
rum perneglexiſſet, in ipſum præcipitatus eſt peccati barathrum. Narratur hiſtoria non
vt lapſum conſideres, ſed vt ſurgentem admireris, adulterium & homicidium com-
miſit, nec enim iſta contego clara recenſens voce. Attamen ita quoque valde mirabilis
eſt vir ille generoſus quòd in ipſum nequitiæ profundum delapſus, non proſtratus iacuit, neque*
deſpera

deſperauit, neque ſemetipſum proiecit ſupinum, ſed celeriter, imò ſtatim & cum multâ ferocitate grauius intulit vulnus, quàm acceperat. Sicut ſi vulneratus miles multo paſsim ſparſus cruore ſtatim reſurgat, haſtam in iaculatum contorquens illico mortuum humi demonſtret; ita ille potuit reſurgere, & ſui proſternere vulneris auctorem: hoc autem quantum ſit, ſciunt præſertim quotquot in grauia crimina decidunt. Magni, generoſi & ſtrenui animi eſt extremum paſſum nocumentum eoſdem denuo curſus reſumere poſſe; affert ad hoc aliud exemplum. Et [a] lapſum proſequitur; ſiquidem complures & hac tempeſtate & progenitorum noſtrorum ſæculis, qui ordinis ſui deſertores, & frequentata via præcipites euntes, tanta alacritate reſurrexerunt, vt priora ſequentibus facilè celarent, palmámque corriperent, ac redimiti corona cum victoribus prædicarentur. Ad ſpem excitando, *caue dicas, his tantùm venia locum concedi, qui modicè deliquerunt.* Nec emergendi ſumma eſt difficultas, *nam dum quis in fornace voluptatum conſiſtit, etiamſi exemplis abundat infinitis, ipſi res eſſe ſupra vires apparet. Caterùm ſi vel leuiter cœpit illinc egredi, identidem procedens vim ignis à tergo relinquit, vidétque ante ſe, & ad pedes propemodum viam roſcidam, atque eximiæ felicitatis, tantùm ne deſperemus, ne dubitemus de reditu ad ſuperos*; vix poſſum diſcedere à Chryſoſtomo. Lege epiſtolas iſtas ad Theodorum tom. 5.

a Epiſt. ad Theodorum. 5.

VI. Et licèt multa ſuadeant pœnitentiam ei qui lapſus eſt, multa etiam ſpectare iubent de diuina clementia, quæ ſi in quorumdam lapſu triſtari videtur, aliorum renouatione & gratia delectatur, & iacturam plurimorum exiguo iuſtorum numero compenſat & gaudet. Præuiderat Deus, ait Iſai. Hieruſalem & Synagogam tanquam ſcoriam abiiciendam, *excoquam ad purum ſcoriam tuam*; vt autem conſolationem accipiat, aliam vrbem, alios ciues proſpicit, & animo ſuo meditatur. *Poſt hæc vocaberis ciuitas iuſti, vrbs fidelis*, & ita addit, *conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis, conſolareme de la perdida de eſtos con los que vendran a eſtimar mi gracia*, & ita, *heu*, doloris memoriæ ſaluandorum adiunxit *conſolabor*, id eſt, citò conſolabor, & cùm Lamech filium ſuum *Noe* nuncupauit(quod ſonat *conſolatio*) ideo fuit, quia in illo Dominus ſulatium ſuum collocauerat tempore corruptiſſimi orbis, non quia ipſe ſolùm artem agriculturæ erat inuecturus; *Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum in terra, cui maledixit Dominus*; conſolabitur quidem Deum cùm tactus dolore cordis mundum delere decernat. Vnde etiam ad ſolatium Redemptoris, cuius genus Iudæorum, nempe in peccato & perfidia hæſurum obſtinatè præuidit, gentes Pater æternus præparatas habebat, & hoc ſonat vox illa, *vox Domini, præparantis ceruos*, Principi enim Chriſto venatio iſta ceruorum præparata erat. Clariùs Iſai. *Ego dixi* (ait Meſſias) *in vacuum laboraui* (inter Iudæos) ſine cauſa & vanè fortitudinem meam *conſumpſi, Iſrael non congregabitur*; ſed ſolatium mox diuinum occurrit. *& Deus factus eſt fortitudo mea, hablome al corazon y a lo que yo deſeaba y en que eſtaba picado, & dixit: Parum eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & faces Iſrael congregandas*, maiora tibi ſeruo; *ecce dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ.* hoc in ſolatium mihi dixit, & hoc eſt, *factus eſt fortitudo mea*, vt explicat Hieron. *qui & conſolatus eſt me triſtem ſuper abiectione populi mei*; itaque oſtenſa mihi multitudine gentium ſolatium mihi de obſtinatione Iudæorũ attulit. Quòd ſi contingat aliquam animarum ad gratiam redire, gelu peccati ſoluto, en ſonar vox gaudij & lætitiæ. 36.

Cap. 1. 25.

Lætatur Deus in reſurrectione iuſtorum à ſtatu culpæ.

Iam hiems tranſiit, imber abiit, & receſsit; quæ verba interpretatur Ambroſius. *Eſt hiems non terrenis Solis, eſt hiems mentis, quando animo frigus illabitur, quando ſoluitur vigor ſenſus, quando interior caligat aſpectus*: nunc igitur quando hiems culpæ tranſiit, *ſurge, propera amica mea, & veni: flores apparuerunt in terra noſtra*, id eſt, virtutes, ait Bernardus [b]: nam nouo vere gratiæ refloruit anima, opera meritoria eſſe incipiunt, & fructus gloriæ flores parturiunt, vt ait Gregorius Nyſſenus. 37.

Cant. 2. 13. Ibid. 2. 12. b Ser. 58. in Cant.

Vox exultationis in renouatione iuſtorum & conuerſione.

Mox putationis fit mentio, *tempus putationis aduenit*, quando vites ſudabant balſamo, quando inutiles palmites abſcinduntur, quando vites lacrymarum plorant, *vox turturis audita eſt*; iam gemit peccator, iam gemitibus inenarrabilibus columba Spiritus ſancti poſtulat pro nobis; *ipſe inducitur gemens qui gementes facit*, ait Bernardus. *Ficus protulit groſſos ſuos*, id eſt, opera animalis hominis iam præceſſerunt, inutilia quidem, & inſuauia, *non enim prius quod ſpirituale, ſed quod animale, el primer brote del alma arroja lo vicioſſo y inſuaue deſpues ſe ſiguen los frutos del eſpiritu. Protulit* igitur iam, emiſit craſſum & inſuauem fructum, *vineæ florentes dederunt odorem ſuum*, nam pœnitentiæ tempus & putationis eſt, & emittendi flores virtutum & lacrymarum, hoc eſt, ver lætiſſimum & iucundiſſimum; *amputantur enim per fidem & virtutem iuſti*

Rom. 8. 26.

noui à ſpiritu renouante. Hunc renouatum omnes Angelorum chori proſpiciunt, in eum eſt intenta curia cæleſtis, ſuper illo exultat, *magis quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis qui non indigent pœnitentia.* Et Deus ipſe omnia verba fœcunditatis, lætitiæ & pulcritudinis effundit, *hiems abiit, flores, putatio, balſamum, vox turturis, ficus, vitis, groſſus, flores*, nam ſicut cùm orbem creauit, mox atque aliquid condebat, videns *quòd eſſet bonum, conuocabat Angelos*, vt ait Auguſtinus; ſic modò cùm reparat & renouat orbem, ad ſpectandum eximium opus hominis renouati ſponſam adeſſe iubet, Angelos exultare, & mirabile opus hominis per gratiam renouati oſtendit, & gloriabundus ait, ſicut abundauit delictum, ita & gratia, imò ſuperabundauit & gratia: nam non ſicut delictum, ita & donum, ipſe enim deliquit vt homo, ego verò vt Deus, & omnipotens, ſemel & iterum refingens veteri homine ſublato meritis & donis exaggeratum in ſempiternam dignitatem reuoco.

Tres Patres apud Theodoretum. Luc. 15. 7.

VERBVM PATRIS.

Daniel. 11. verſ. 26.

Et ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo, & finis eius vaſtitas.

Antichriſti extremum & exitiale bellum ſub vmbra Antiochi prænuntiat; & præſentis ſæculi morbos perituri mundi ſigna impendentia deſcribit.

DISCVRSVS CXLII.

1. CVM in maritimis vrbibus rumores ſunt aduentus Turcarum, triremium milites, qui in ſpeculis ſunt, ſolertes & attenti, vix longiſſimè & in alto pelago ſigna quædã ſubobſcura ſpeculantur, cùm e veſtigio nihil amplius expectantes ſignũ dant tympano, aut buccina, & ad arma vocãt: quòd ſi poſtea re propiùs perſpecta, nihil præter nubeculas eſſe candidas quæ vela triremium videbantur, comperiunt, non ideo ſpeculatores reprehenduntur, quinimo laudatur eorum cura & vigilantia. Adeò graue & perniciosum eſt malum quod ex bello Antichriſti Eccleſiæ impendet, vt ſummi Eccleſiæ Doctores qui excubias agunt, & ab initio ſpeculantur, ſummo ſtudio & vigilantia monſtrum iſtud expectaſſe & formidaſſe videantur. Sub Marci Aurelij imperio adeò grauis tempeſtas in Eccleſiam oborta eſt, vt vigiles illi (quemadmodum Euſebius [a] refert) Antichriſtum adeſſe affirmarint, ſed non aderat. Ingruit poſtea Septimij Seueri crudelis vexatio, & contenta voce tuba inſonat Tertulliani, *Antichriſtus iam inſtat.* Sed minimè inſtabat, ait Hieronymus, ſed vis perſecutionis voces iſtas eliciebat timoris plenas, inſtat Decij perſecutio; & S. Dionyſius Epiſcopus Alexandrinus inclamat iamiam Saluatoris prophetiam de aduentu Antichriſti adimpletam eſſe: ſed nondum venerat. En pariter Gallus & Voluſianus Eccleſiam deuaſtant, & ecce præco ille & veritatis teſtis Cyprianus contenta voce denuntiat, *Occaſus ſæculi, Antichriſti tempus appropinquauit.* Valentior fuit Imperatoris Valentis Arriani calamitas, & ambo Eccleſiæ Doctores, Ambroſius & Hieronymus [b], clamãt, *Fracta naui de mercibus diſputo, & non intelligimus Antichriſtum appropinquare; el imperio ſe acaba, la naue haçe agua, ea no acabaremos de creer que el Antichriſto eſta en caſa?* Sed ſacrotum Doctorum vigilantia culpanda non eſt, ſed laudanda potiùs, & commendanda. Ego verò qui præterita ſæcula tanti mõſtri expectatione perterrita vidi, & futura bella attentè in ſacra Scriptura prædicta notaui, ex Danielis prophetia Antichriſti aduentum & crudele bellum poſt multa ſæcula venturum ne in nobis contingat, & ſocordia noſtra acceleret prædicabo; ex *cap. 11. Danielis*, illam verò abominabilem deſolationem quam ipſe Daniel Ieroſolymæ prædixit, & Dei ſapientia Chriſtus confirmauit, in ſequentem diſcurſum prætermittam. Sed quia cùm in Daniele ter abominatio deſolationis iteratur, & ibi oſcitanter errauit Caluinus, vt ingenioſè noſter probat Maldonatus, ego iſtum egregium Doctorem ſequutus, quid Daniel de Antichriſto, quod eius nomen, qui mores, quæ bella, & tanti mali principium & origo ſit, patefaciam.

Malum ex Aduentu Antichriſti longè ante & prouiſũ & anxio timore expectatum.

a Lib. 5. hiſtoriæ c. 1.

b Epiſt. 11.

SVMMA DISCVRSVS.

2. *Et ſtabit in loco eius viliſſimus*, Daniel. 11. 21. Nónne in tabulis pictorum artem conſideraſti, cùm enim opus eſt illis, montis celſitudinẽ, cauitates rupis, & diruta & antiqua ciuitatum cadauera (vt inquit Tullius) depingere, quæ ſi luce circumfunderent, omnia potius confunderent, quàm exprimerent, vmbras ſubiiciunt, vt quæ lucida ſunt emineant, & ex vmbris lux toti imagini, & expreſſio maior accedat; ſic pariter Chriſtus Dominus cùm propheticè deſolandæ Ieroſolymæ luculentum illud efferre vellet teſtimonium, quo nihil clarius, nihil euidentius contigit, ſumma arte à deſolatione vrbis ad orbis vaſtationem & iudicium extremũ tranſiit, vt præmiſſa vmbra dirutæ Ieroſolymæ, meliùs quæ futura erant orbi toto perſpicerentur. Sic ſimiliter Prophetarũ mos fuit, cùm ad totam noui Teſtamenti Eccleſiam & Chriſtum prophetico ſpiritu proſpiciant, quaſdam quaſi vmbras præmittere, perſonas nẽpe veteris Teſtamenti, bella & euentus

Antichriſtũ vmbra præceſſerunt Ieroſolymæ vaſtatio, & Antiochi bellum.

tus ſobiicere, vt ea quæ intẽdit ſpiritus, eminentiora & clariora fiant; ſic Dauid *Pſal.* 71. cùm Chriſtum ſpectabat, quædam ſubiecit quæ non de Salomone, ſed de Chriſto intelligi poſſunt. Vide exempla apud Maldonat. [a] Eadem pariter ratione cùm bellum Antichriſti, vtpote exitiale & terribile, nec facilè poſſet mortalibus exprimi, nec in hoc eximia aliqua vtilitas eluceret, Angelus Dei, qui *cap.* 12. breuiter Antichriſtum deſcribit, & prænuntiat, in hoc 11. cap. vmbram ſubiecit, & præmiſit in bello, quod Antiochus intulit Ieroſolymæ, omni calamitate & miſeria pleno: vt ſicut orbis vaſtitatem in Ieroſolymæ deſolatione, ſic in Antiocho Antichriſtũ libeat contemplari, vt refertur 1. *Mach.* 1. *&* 2. *lib.* 4. Et ne putes aberraſſe à coniectura iſtum auctorem, nec diuerſo penicillo & digito Spiritũ ſanctum noui Teſtamenti propheſias & euentus expreſſiſſe, audi Ioannem in Apoc. bellũ & triumphum de Antichriſto prædicentem, *& cùm conſummati fuerint mille anni, ſoluetur ſatanas de carcere ſuo, & exibit, & ſeducet gentes, quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ Gog & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus eſt ſicut arena maris*, &c. Quid ais Ioannes? quis poterit diſcernere Antichriſtum, & hoc nomine Gog & Magog internoſcere? Sed ô ſapientiam Ioannis, ideo, inquit Spiritus ſanctus, multo antè per Ezechielẽ vmbram præmiſit, nam cùm hic Propheta Antiochi perſecutionem vellet, ſicut Daniel, exprimere, Gogi nomen adinuenit, nam nomen hoc nullibi ante Ezechielem & Apocalypſim cognitum erat: deſcribit autem bellum eius Ezechiel 39. *&* 38. *& Apoc* 20. ita tamen vt ex vmbra Antiochi qualis ſit futurus Antichriſtus, quod nomen eius, quæ cauſa belli, & vnde ad regnum aſcendent, cognoſcamus: vt ſicut, cùm mortui alicuius monſtri, pellem, & formam videmus, cauere viuum ſtudemus; ſic ex vmbra Antiochi, Antichriſtum illum ex peccatis conflatum horrere diſcamus: ait ergo Daniel,

a Dan. 11. 21. ex Hieronymo & Theodoret.

3.

Cap. 20. 7.

INTENTVM DISCVRSVS.

4\. *Et ſtabit in loco eius viliſſimus.* Egerat Daniel de Seleuco Philopatre, agit modò de Antiocho qui ei ſucceſſit, & maximè omnium res Iudæorum afflixit: ait ergo, *& ſtabit in loco eius viliſſimus*, Hebraicè, *ſic & non dabunt illi honorem regni*, id eſt, quem homines non iudicabunt dignum regno. Iam primũ caput & principiũ malorum deſignatur his verbis, grauiſſima nempe mala & quaſi monſtra iniquitatis à viliſſimis homuncionibus incepiſſe, qui in tempore diſcordiarũ, & in belli tumultu aliàs deſpecti & abiectiſſimi ab omnibus nunc æſtimantur, & regna & munera occupant. Sicut Antiochus, qui non creatus à populo, ſed ipſe fraudibus regnũ vſurpauit: quæ autem tanti monſtri initia fuerint, audiamus. Nota eſt hiſtoria Ezechielis, quando videlicet *cap.* 5. iubetur ſumere gladium radentẽ pilos, & adduces (inquit Dominus) per caput tuũ & barbam tuam, & aſſumes tibi ſtaterã, *& tertiam partem igni combures*, id eſt, peſte & fame comburendos, *tertiam concides gladio*, tertia enim pars concidet in circuitu tuo, *tertiam verò aliam diſperges in ventum, & gladium nudabis poſt eos*, id eſt, tertiam partem tuam in omnẽ ventum diſpergam, & gladium euaginabo poſt eos, *& aſſumes inde paruum numerum, & ligabis eos in ſummitate pallij tui.* Sed ne putes, vt ait quidam interpres, hos omnes iuſtos eſſe, & inter ſe pacẽ habere, vides vbi ſunt in ore pallij, hoc eſt, ſub protectione Dei; ibi igitur adhuc in rebus pietatis ſocordes ſunt, adhuc inter eos rixæ, lites & diſſidia, ideo aſſume aliquantulam partem, *rurſum tolles & proiicies eos in medio ignis.* Domine quid ſupereſt ibi faciendum ad extinguendum peccatum, bella & principia malorum? certè nihil: vis autem videre quàm ad malum prona ſit natura, vis noſſe ortum omnium malorum, quę impendent mundo; audi. *Ex eo egredietur ignis in omnem domum Iſrael.* Vides exiguum iſtum ignẽ ex his capillis accenſum, ex ipſo igne egredietur ruina Ieroſolymæ, egredietur qui mortem filio meo inferat, & egredietur ignis in omnem domum Iſrael, *de ay ſaltara la centella que a de abraſſar a Hieruſalem.* Et vbinam eſt hæc ſcintilla Domine? lege, ait 1. *Mach.* 1. *&* 2. *lib.* 4. ibi enim deſcribitur exiiſſe ſcintillam diſcordiæ inter principes ſacerdotum, vnde incendium flagitiorum omnium exarſit. *Et exiit ex eis radix peccatrix Antiochus illuſtris filius Antiochi regis.* Sit ita, vt iſte ſit radix peccati, verùm tu Domine extingues illum; minimè fiet, ait Deus, nam ex capillis illis paucis, quos ego paternè ſernaui, & incolumes de captiuitate in ora pallij reportaui, *exierunt ex Iſrael filij iniqui, & ſuaſerunt multis*, dicentes, *Eamus & diſponamus teſtamentum cum gentibus quæ circa nos ſunt*; & ædificauerunt gymnaſium Ieroſolymis ſecundùm leges nationum, & fecerunt ſibi præputia, & receſſerunt à teſtamento ſancto, *renegaron de Dios y de la ley, & iuncti ſunt nationibus, & venundati ſunt vt facerent malum; & paratum eſt regnum in conſpectu Antiochi, veis lo aqui con humos de Rey a Antiocho no ſolo de Egipto ſino de Iſrael como Daniel lo dixo, & ſtabit in loco eius viliſſimus*; & quomodo viliſſimus in regem aſſumitur? Facilè quidem, in tempore diſcordiarum, diſſidia enim principũ excitant de puluere homines, & cæcũ à natiuitate teſtem eſſe volunt, & magnifaciunt, dummodo contra Chriſtum ferat teſtimonium, *en tiempo de vandos y parcialidades aun ciego hacen teſtigo y le tratan bien, los ruines valen en las rebelliones y comunidades*; & quo pacto tenuit principatum: hoc refert cap. 4. lib. 2. Mach. *Cum ſuſcepiſſet regnum Antiochus, qui Nobilis appellabatur, ambiebat Iaſon frater Oniæ ſummum ſacerdotium: adito rege, promittens ei argenti talenta trecenta ſexaginta*, &c. *ſi poteſtati eius concederetur gymnaſium, & ephebiam ſibi conſtituere, & eos qui in Ieroſolymis erant, Antiochenos ſcribere.* ex quo factum eſt vt ſacerdotes cõtempto templo, & ſacrificiis neglectis feſtinarent participes fieri palæſtræ, dein Iaſon facinoroſus miſit ab Ieroſolymis viros peccatores, portantes argenti drachmas trecentas in ſacrificium Herculis. Satis eſt, iam cunabula & pannos ortúmque Antichriſti in Antiocho vidimus, ex diſcordia ortum eſt habiturus, nutriet eum concupiſcentia, & in regem eleuabit ambitio.

Homines viliſſimi diſcordiarum tempore extolluntur.

Vide Maldonat. ibid.

Ex ſcintilla diſcordiarum tantus ignis accenditur.

Apoſtinar. apud P. Pradum.

5.

Ortus Antichriſti ex peccato & diſſidiis ſtat Antiochi.

6\. Ex diſcordia igitur & diſſidio naſcitur Antichriſtus; cauete igitur eos qui ſchiſmata & diuiſiones inferunt, hi enim nuntij dæmonis ſunt: nam, ſicut *Apocalypſi* 10. nuntius qui ex parte Chriſti mittitur, pacis ſigno denotatur, *& iris in capite eius*; ſic qui partes dæmonis agit contra Chriſtum, non fœdera, non pacem, ſed iurgia & diuiſiones ac zizania ſeminat; nónne hoc ex hiſtoria Numerorum planum eſt, vbi Balaam receſſit à Balac vt conſuleret Dominum, vt ipſo permittente Deo poſſet dira populo imprecari, & maledicta conijcere. Sed antequam Dominũ

Cauenda aſſidia, & qui diſcordias ſeminant.

Num. 24

conſulat, iam oſtium dæmoni aperuerat; quale? recedere nempe a congregatione, nequit enim naſci Antichriſtus ex pace & concordia voluntatum, & ita ait Lyranus, *vt libentiùs ei dæmon occurreret, receſſit; iis enim qui congregationes effugiunt, mala tamen mente, vt fratrum conſortia deuitent, & vnionem fidelium, fratrúmque pacem auerſentur, facile diabolus ſe comitem adiungit, qui ſolas diuiſiones nouit, & zizania ſeminat, bellaque & lites excitat.* Hoc autem maximè contingit, cùm ex ſapientibus ſcintilla diſcordiarum oritur, ſicut in Iaſone vidimus. Nam egregiè Hieronymus comparat verbum Dei ſali; ſicut enim ſal ex igne exilit, ſic verbum Dei de igneo ſinu Patris exiliuit in terras, certè vt pacem ſeminaret, *& in terra pax hominibus*, & cùm Euangelium diſſeminat, ſuos etiam ſal terræ nuncupauit, *& iterum habete in vobis ſal, & pacem habete inter vos*; & quare Domine tam inſtanter pacem perſuades? Certè, quia præuiderat Antichriſtum iam caput exerere velle, nam (vt ex textu liquet) Apoſtoli inter ſe contenderant de principatu, & quis eorum maior eſſet audenter in quæſtionem

Verbum Dei ſal & pax mundi.

7\. verterunt: opus eſt igitur extinguere ſcintillam iſtam, & pacem ſeminare in terra, vt Magnus Baſilius[a] adnotauit. *Ex verbis Domini nihil aliud docemur, quàm vt nullam cauſam demus mutuæ diſiunctionis, ſed ad vnitatem Spiritus nos ſemper conſeruemus.* Sicut ergo ex iſto pacto ſalis pax in orbem totum diſſeminata eſt; ſic cùm diabolus voluit Antiochum ſuſcitare, & Antichriſtum in orbem inferre, Iaſonem ſapientem & ambitioſum tanquam granum ſalis exilire ex igne fecit, & ex ſapientioribus ſuſcitabit aliquem qui inimicitias contra Chriſtum ſuſcitet, & Antichriſtus nuncupetur; nec enim de futuris aliter philoſophandum eſt nobis, quàm ex his quæ experientia comperimus, vt ait Theodoretus, qui notat *in Pſal. 77.* excludi tribum Ephraim. *Tribum Ephraim non elegit.* & Ioannes in Apocalypſi cùm duodecim millia ſignata ex omnibus tribubus viderit, & enumerauerit, ſolã Ephraim tribum omittit; quare? quia diſcordiæ fuit ſeminatrix, *ex hac enim tribu Ieroboam* (ait Theodoretus) originem ducens ex Dauidico regno, decem tribus abduxit: vnde Antichriſtus natus eſt, & abominabilis deſolatio Samariæ, quæ a pacifica Hieruſalem receſſerat, cùm tanquam granum ſalis & ſcintilla ignem diſcordiarum accendit, *& ſtabit in loco eius viliſſimus.*

a Reg Breuioribus interrogat. 266.

Antichriſtus contrarius Chriſto diſcordias in orbe ſeminabit.

Diſcordiarum auctores odit Deus.

8\. Sed libeat iam nomen Antichriſti quale futurum ſit ex Ezechiele & Apocalypſi internoſcere. Cùm eundem Antiochũ prophetice prænuntiat Ezechiel, nomen adinuenit Gog; & ſequaces eius *Magog* nuncupauit; itaque Gog ſignificat ducem, Magog exercitum eius; ideo enim ait, *Tu & multitudo tua.* Verũ melius dices Gog, ſignificare *tectum*, hoc eſt, domum, quaſi dicat, homo erit Antiochus, & Antichriſtus, verùm vterque domicilium erunt dæmonis, & inde oritur nomen deriuatiuum Magog, nomen quidem vrbis, quæ fuit metropolis idololatriæ in toto Antiochi imperio, quaſi dicatur Antichriſtus domus diaboli Gog, & Magog, ciuitas eius Hieropolis, hoc eſt, plena templis idolorũ; vbi nota hic eleganter exprimi, qui ſint diaboli familiares, & qui maximè mores Antichriſti imitentur: nam cùm ciuis aliquis poſt multos annos è carcere ſoluitur, obſeruant, in quam domum ſe priùs conferat; quid ſi vxore dimiſſa

Domus dæmonis nuncupatur.

P. Alcazar. Apoc. 20. v. 7. not. 7. *Hunc ſenſum ſequitur P. Cornelius in Paulum, etiã diſcrepat in aliis, quæ non ſeruant acolutiam Apocalypſis.*

ad amici domum in primis adeat, mox dices, familiaris ei vehementer fuit: ecce ergo à die qua Chriſtus in cruce obiit, dæmon per mille annos alligatus fuit, & ait Ioan. *& cùm conſummati fuerint mille anni, ſoluetur ſatanas de carcere ſuo*; quò perget? in quam domũ ſe recipiet, quem primò inuiſet? Reſpondet, *Gog, & Magog, & congregabit eos in prælium, el ſe ira derecho a ſu caſa y familia que ſeran el Antechriſto y ſus ſeguidores que ſe llaman caſa y familia del demonio*, intrabit in hominem idolorum cultorem ſine Deo, Gentilem, barbarum, immanem, quales multi ſunt hodie inter hæreticos, & inter Catholicos, qui more gentium viuunt, & duces eſſe volunt erroris, & auctores vitiorum. Domus enim diaboli vocatur Antichriſtus, & bene quidem & concinnè ad Euangelium, in quo dicitur, *inuenit domum mundatam*; erit enim proculdubiò hæreticus quidam, cuius animam priùs vera fides mundauit, hi enim nequiores fiunt cùm ſemel à fide deſciſcunt, quia iam non Gog intrat ſolus, ſed ſecum adducit *Magog*, hoc eſt, exercitum eius, *adiungit enim alios ſeptem ſpiritus nequiores ſe, & habitant ibi, & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.*

Apoc. 20. 7.

Atheum futurum eſſe Antichriſtum etiamſi dæmonem Maozim familiarẽ habeat, affirmat P. Cornel. 2. Theſſalonic. c. 2. v. 4.

Et impij in teſtamentum ſtabunt fraudulenter. Populus autem ſciens Deum ſuum, obtinebit & faciet, & docti in populo docebunt plurimos, & ruent in gladio, & in flamma, & in captiuitate, & in rapina dierum; & de eruditis ruent vt conflentur, & eligantur, & dealbentur vſque ad tempus. Proponit bellum Antichriſti ſub ſpecie illius quo ſæuiſſimè vexauit Iudæam Antiochus: inſtruet fallaces homines, & ſeminantes iurgia, vt patet ex *lib. 1. Mach.* 1. & 2. Sed quibus armis Deus inſtruet & muniet ſuos tribus? pace, fortitudine in tolerando, & exemplo ac doctrina eruditorũ: patet hoc ex *lib. Mach.* 2. c. 7. 24. & 39. nam cùm ſeptem illi fratres illi obſtitiſſent, & viciſſent, nõ armis, ſed moriendo, ipſe Antiochus à ſeptẽ illis fratribus irriſum ſe eſſe ſenſit. Vide ergo arma Chriſti cõtra Antichriſtũ, quibus *obtinebit & faciet*: nam, 9.

Bellum Antichriſti quale.

Pacem opponit bello, & vnionem ſeptem fratrum, vt inde colligas quàm neceſſaria ſit pax fidelibus, qua armati procedent contra eius ſæuiſſimũ hoſtem, quod genus pugnæ inſtar prodigij erit, ait Bernardus[a], &, vt cecinit Dauid, *Venite & videte opera Domini quæ poſuit prodigia ſuper terram, auferens bella vſque ad finem terræ, arcum conteret, & confringet arma, & ſcuta comburet igne*: vbi quantum bonũ ſit pax notum ſit, dum etiam ab Antichriſto accipere & colligere non deſiſtet, vt notat Paulinus[b], nam etiam cùm Iudas Antichriſtus factus eſt, & occurrit ipſi Chriſto, oſculum proditoris libenter ſuſcepit, vt illo violatam & repudiatam à Iuda pacem & amicitiam veluti ab indigno ſubiecto colligeret, ne pretioſum pacis donum in pacis inimico periret. *Oſculũ* (inquit Paulinus) *non ideo ſuſcepit, vt pacem proditoris acciperet ſed vt ſuam ab alienato reciperet.* Verùm Chryſoſt. ideo ſignũ pacis dediſſe Iudæ aſſerit, vt nullius ſalutẽ putes deſperandã, itaque Antichriſtũ oſculo pacis Eccleſiæ ſuſcipiet, quia etiam iniquiſſimus erit, vt ait Paulus, *homo peccati, filius perditionis, & ille iniquus, cuius eſt aduentus ſecundum operationẽ ſatanæ in omni ſeductione iniquitatis*: & licet *extolletur ſuper omne quod dicitur Deus, aut quod colitur*, & licet ab ipſo cõceptu poſſidebitur à dæmone, vt ait Rabanus & Maurus[c], *Diaboli organum & domicilium*, vt ait Damaſce 10.

Pace & vnione obſiſtet Chriſtus Antichriſto.

a Ser. 7 in Pſ. Qui habitat.

b Epiſtol. 2.

Pretioſa etiã ſigna pacis & ab inimico colligenda.

2\. Theſſal. 2. 3. & vide P. Viegas Apoc 13 ſect. 4.

c Tract. de Antichriſto.

a Lib. 4. fidei orthodox. c. 27. maſcenus [a], ac denique licèt tanta futura ſit naturæ eius peruerſitas, & ad malum obſtinatio, vt nullam vnquã ſit admiſſurus ſuſpirationem, vt ſenſit venerandus ille noſter P. Franciſcus Sua-
b In 3. p. q. 59. diſp. 14. rez [b], quem interea dum hæc ſcribimus vita functum, illuſtriſſima doctrinæ aureola ornatum, vtraque Eccleſia iure merito in præſtantiſſimorum Doctorum contuberoium ſuſcepit. Imò An-
c In Danielem lib. 4. tichriſtus, vt ſentit P. Pereira [c], nullum omnino actum, non dico non meritorium, ſed ne mora-
11. liter quidem bonũ, effecturus ſit; tamẽ nec libera dabitur dæmoni poteſtas eum vltra vires tentandi, nec vnquam denegabitur ei auxilium ſufficiens ad conuerſionem, &, quod ſignum pacis eſt, nunquam legatum Angelum cuſtodẽ ab illo ſubducet toto vitæ ſuæ tempore, neque pacta pacis reſcindet Deus, ſed in oſculo quaſi Iudam excipiet. *Poderoſiſſima arma la paz, pues con ella*
Potentia pacis. *vencera el Antichriſto*, *obtinebit & faciet.* Secundò exemplo bonorum operum, *& docti in populo docebunt plurimos non verbis, ſed exemplis*: quid autem dicturi ſint ſuo exemplo, ſtatim dicit, ruent in gladio, & in captiuitate, & ſic docebũt plurimos moriendũ eſſe pro religione, vt Eleazarus contra Antiochum egiſſe fertur 2. *Mach.* 6. 24. exemplo. Iunge ſapientiam, *& de eruditis*
Viri docti tempore Antichriſti. *ruent, vt conflentur, & eligantur.* Elegans eſt in Hebræo paranomaſia, quaſi diceret, *caſtros non peccando, ſed moriendo.* quod alia metaphora dixit
Cap. 8. 10. Daniel, *& deiecit de fortitudine, & de ſtellis, & conculcauit eas*; quos enim Daniel ſtellas (quia cæteris ſua virtute prælucent) hos Angelus doctos, aut Hebraicè actiuè, *Doctores* appellat. Hi ergo ſic conculcandi erunt, *vt conflentur*, id eſt, vt eorum virtus in infirmitate perficiatur, & vt qui electi ſunt manifeſti fiant, & vt in paucis vexari *eligantur*, & in multis bene diſponantur.

12. *Et Deum patrum ſuorum non reputabit.* Quid hoc ſine idolis eſt, qui ſuperſtitionibus & idolis non ſolùm Syriam, ſed ipſam etiam Iudæam, atque adeò Ieroſolymitanum templũ impleuerit; quo igitur pacto hæc de Antiocho & de Antichriſto intelliges? Reſpondet grauis & antiquus doctor Hugo Cardinalis, qui meliori loco quàm eſt inter Theologos haberi meretur, Antiochum Deum patrum ſuorum non reputaſſe, non quòd Deos patrios non coluerit, ſed quòd colebat In-
Qua idola colit. dæorum Deum, quem maiores eius Syriæ reges ita veneratí fuerant, quamuis ſua adhuc idola retinerent, vt & Ieroſolymitanum templum multis donis ornarent, & ſumptus ad ſacrificia
* Sic ſcriptũ legimus 2. Mach. c. 3 v. 2. & 3. ſuppeditarent *.

Et erit in concupiſcentiis fœminarum. Si ita vertimus hæc verba, nihil difficultatis habent apud
13. Hieronymũ; nec enim dubium eſt quin Antio-
Omni libidini deditus erat. chus & Antichriſtus omni libidini deditus fuerit, ſed idem Hieronymus in cõmentariis probat ſecũdum Hebræi textus, *& concupiſcentiam fœminarum non reputabit*; non enim ſignificat illum
Sæuiſſimus etiam in fœminas. mulieroſum non fore, ſed adeò crudelem futurum, vt ne fœminarum quidem, quibus in bello parci ſolet, rationẽ habeat, quod quàm aptiſſimè congruat, oſtendit *lib. Mach. 2. c. 5. v. 13.* fœminis enim habendus eſt honor, vel quia virgines,
Vexatio fœminarũ multis nominibus turpis. vel quia viduæ, vel quia nuptæ, & matres noſtræ ſunt. Virgines in primis maximè colendæ ſunt, non aliter quàm Paradiſus cuſtodiendæ, vt ait
d Lib. exhort. ad virgi. Ambroſius [d], *Paradiſus es tu virgo, Euam caue,* quem locum quia ibi virgo erat, dæmon attingere non eſt auſus, vt author eſt Rupertus: ſed ipſa mulier cupiens videre quid extra Paradiſum eſſet, locum dedit diabolo: hunc ergo Paradiſum dæmon non reuerebitur; eas verò quæ matres ſunt, ita à nobis colendas ait Concilium Ephe-
a Tom. 1. ſinum [a], vt non dubitet matres Chriſti appellare. Vnde cùm vna earum accederet, nouam & inſolentem petitionem afferens, nempe vt vnus
Excuſandi fœminarum errores. filiorum ad dexteram, alius ad ſiniſtram in regno ſuo collocaretur, non ipſam, ſed filios increpanit, *Neſcitis quid petatis.* & Ambroſius [b] non tam
b Lib. 1. de fide c. 4. ſolùm excuſat, ſed laudat, *mater ætate longæua, ſtudio religioſa, ſolatio deſtituta,* quæ tunc temporis quando iuuanda, vel alenda foret, validæ prolis auxilio abeſſe ſibi filios patiebatur, & voluptati ſuæ mercedem ſequentium Chriſtum prætulerat filiorum. Viduas autem honorãdas, & quaſi Dei ſponſas colendas, ipſe Deus ſtudioſè verbo & opere monſtrauit, imò ideo genę ſponſæ illi placuerunt, quia viduali honeſtate decorabantur. *Pulcræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis*; turtur enim
c 5. Exaẽm. c. 19. honeſtatem viduæ denotat, vt ait Ambroſius [c]: pulcræ igitur videntur genæ viduarum diuino ſponſo, vel vt earum lacrymas, quibus ipſe delectatur, abſtergat, vel vt earum verecundiam, quam per genas intelligit Honorius, cuſtodiat,
Pſal. 69. & foueat. Vnde illa cognomina ortum habent, *Pater orphanorum, & Iudex viduarum.* Domine, quare ſi pater es orphanorum, non dixiſti eſſe
Viduarũ iudex cur Deus dicatur. maritum, ſeu ſponſum viduarum; ſed ideo vocatur iudex viduarum, quia illud primũ certum per ſe erat, hoc ſecundũ minus erat notũ, nempe iudicem eſſe viduarum, quæ non tam marito, quàm iudice egeant; ideo Tertull. in illud Iſai. *Iuſtè facite viduæ, & pupillo, & venite diſputemus, dicit Dominus. Vide quanti eſt vidua ipſa, cuius aſſertor Dominus diſputabitur*; quamobrem cùm lectiſſimæ fœminæ, virgines, nuptæ & viduæ ſic deturpatæ & dehoneſtatæ, ac probris & iniuſtitiæ expoſitæ ſint, certum eſt ingens malum Eccleſiæ imminere, & hoc vt horrendum crimen à Daniele prædicitur, *& concupiſcentiã fœminarum non reputabit.* Ex his veniunt intelligenda verba illa, *nec quemquam Deorum curabit*, quæ quidem fallunt multos, vt notat Maldon. putantes nullum Deum adoraturum, quod eſt contrarium ei quod dicit verſu ſequenti: igitur Antiochus, nec Antichriſtus, nullum curabit Deum, quia illum qui vnus erat Deus, non curauit, ſed hoſtiliter perſequutus eſt.

Deum autem Maozim in loco ſuo venerabitur, 14.
Hebraicè, Deum fortitudinum, aut poteſtatum loco illius venerabitur, quibus verbis Iouem deſcribit, qui Deorum princeps & potentiſſimus
Iouem adoraturum prædicitur. habebatur, *& faciet vt muniat Maozim*, id eſt, poſito Mauzim inter Iudæos faciet vt Iudæi ſuſcepta idololatria minus ſtudeant nouis rebus, 1. *Mach.* 1. 57. vel certè de Ioue Olympio in templo Ieroſolymitano collocato intelligendum eſt, quo voluit Antiochus vrbem caput regni, ſicut Romam Ioue Capitolino muniri eum Deo alieno, quem cognouit, & hæc eſt abominatio deſolationis, quæ refertur 1. *cap. Mach.* & extremum omnium malorum in loco ſancto alienum & turpiſſimum Deum collocari. Quod in An-
Apoc. 20. 8. tichriſto implebitur, *cùm aſcendat ſuper latitudinem terræ, & circumeat caſtra ſanctorum, & ciuitatem dilectam*, hoc eſt, Romam, nam terrena Ieroſolyma ſuprà iam in Apocalypſi repulſa, & reprobata manſit. *Et deſcendit ignis Spiritus ſancti de cælo, & deuorauit*, id eſt, conuertit eos qui

etant de exercitu eius ; ipſe verò *qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris.* Quòd autem ignis Spiritus ſancti vindictam ſumpturus ſit (qualem ipſe ſolet innouando, ſanctificando & conuertendo) ex Auguſtino [a] colligitur. *Bene intelligitur*, inquit, *iſte ignis de cælo, de ipſa firmitate ſanctorum; firmamentum enim eſt cælum, cuius firmitate cruciabuntur peccatores ardentiſſimo Zelo, quoniam non potuerunt attrahere ſanctos Chriſti in partes Antichriſti.* Secundò etiam, quia quoties mundum innouare intendit Deus, ignem de cælo deſcendiſſe dicitur, vt obſeruat P. Alcazar. In templo Ieroſolymitano, in tempore innouationis templi ; in die Pentecoſtes, & in conuerſione Romæ igne illo myſtico Roma Ethnica arſit, & nunc denique ad inuidiam concupiſcet etiam ſpiritus, & Antichriſti ſequaces, exercitum eius, & maximè Iudæos ad fidem & ad gratiam igne amoris & gratiæ reuocabit : beſtiam autem & pſeudoprophetam, hoc eſt, dæmonem & Antichriſtum in infernum detrudet, cruciandos *die ac nocte.* Nouum quidem verbum, dici mentionem fieri in inferorum pœnis, quæ duo verba, vt aliqui putant, idem ſunt, ac *ſemper*, die ac nocte ; verùm ego ſuſpicor hæc coniuncta eſſe ad maiorem damnatorum pœnam, nam dies beatitudinis gaudia denotat, nox tenebras inferni ; ſicut ergo diuitem epulonem Lazari felicitas premebat, non minus quàm pœnæ : ſic nocti inferorũ, dies, hoc eſt, felicitas beatorum adiungitur, vt ex vtraque re æternum & grauiſſimum tormentum ad damnatos notum ſit redundare. Et hæc de Antichriſto in Antiocho à tribus Prophetis adumbrato, Daniele, Ezechiele, & Ioanne. Nunc ſigna videamus.

Igne de cælo roborati ſancti vincent.

a Lib. 20. de ciuit. c. 12.

Nunquam ſine myſterio ignis de cælo delapſus.

Inferni dolor creſcit ex felicitate iuſtorum.

15. *Statim autem poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabitur*, &c. Eadem quippe ſigna iudicij & Antichriſti erunt, ſed quæ præcedent Antichriſtum myſticè debent intelligi, vt hominem ex peccatis conflatum peccata deſignent, & ea quidem quæ in ſole, luna & ſtellis eſſe iam videntur ; ſol enim eſt ſtatus eccleſiaſticus, luna ſæcularis & fœmineus ſexus : ſtellæ ſunt religioſi viri & doctores, atque magiſtri, qui doctrina & exemplo prælucent, hæc omnia, inquit Auguſtinus [b], nónne oſtendunt Antichriſtum iam operari, & quaſi aduentare? *Hæc quippe in Eccleſia meliùs exiſtimo intelligi, ne Dominus Ieſus appropinquante ſecundo aduentu ſuo, ea pro magno prædixiſſe videatur quæ huic mundo & ante primum eius aduentum conſueuerant euenire, & irrideamur ab eis, qui hæc quæ velut nouiſſima & omnium maxima horreſcimus, plura in hiſtoria gentium, & multa maiora legerunt, itaque myſticè intelligantur ; Eccleſia enim eſt ſol & luna & ſtella, cui dictum, eſt ſpecioſa ſicut luna, & electa ſicut ſol, Tunc ſtellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur, quoniam multi qui gratia fulgere videbantur, perſequentibus cedent, & cadent, & quidam fideles firmiſſimi turbabuntur.* Nónne videtis iam ſolem, hoc eſt, eccleſiaſticum gradum obſcuratum : nam qui amictu ſuo Eccleſiam Chriſti tegere, fouere & illuſtrare deberet, caligat iam, & lux eius obtenebratur, quo pacto iam peccatis prophaniſſimis offunditur ; qua ratione amictu ſuo pauperes tegit, fouet, iam pallium non ſicut Martinus cum Chriſto diuidunt, ſed cum mulierculis, cum alienis, cum cognatis, cum litibus ; ſi pallium lucis eſt, quomodo non clariùs ſplendet, cur in tanto lumine bona eccleſiaſtica comedentibus cæco & inſano ſumptu conſumuntur. Vide Acacium in Concilio Epheſino. *Et luna*, ſtatus ne ſæcularis nonne ſanguinea facie lunæ ruinam orbi minatur, nónne ſanguine pauperum rubent parietes, ſtrata equorum, curruum, lecticarum & veſtium, *in alis tuis inuentus eſt ſanguis animarum pauperum* ; nónne luna hæc ſub pedibus Eccleſiæ eſt, vt illam humeris ſuis ſuſtentet, & humero vno vni Deo & ſaluti animorum incumbant, quo pacto vniuntur & concordi voluntate eidem negotio & ſubleuandis & honorandis diuinis rebus inſiſtunt, cùm potiùs litibus, bellis, diſſidiis ſe ſuper vaniſſimis rebus dilacerant, & mordent. *Stellæ de cælo cadent* ; quot enim miſeri caſus religioſorum animos & aures perterruerunt his temporibus, & qui fixi videbantur eſſe in cælo, ait Chryſoſtomus, & alis ſuis cæli vertices tangentes horrendo caſu de faſtigio ad turpiſſima ſcelera delapſi ſunt.

Fatue mali iam ſigna quædam videmus.

b Epiſt. 80. ad Heſichiũ

Lapſus iuſtorum ſignum perituri ſæculi quàm proximi.

Turpis caſus religioſorum miſerandus.

Cætera ſigna perituri mundi quis iam im- 16.
pendere non videt, inquit Gregorius [a]. *Sicut enim ætas noſtra per iuueniles annos robuſtior viget, in ſenili autem tempore crebreſcentibus morbis exequitur, & quotidie deficit per momenta viuendi ; ita etiam mundi tempus dum venientibus annis augetur, crebreſcentibus malis afficitur. Tribulationes namque illi cum temporibus creſcunt, & extrema mundi dæmon atrocius aggreditur.* & [b] : Video mundum ſeneſcentem, video ægrotantem ad mortem, nónne videtis ſigna? iam non videt, frigent pedes & manus, iam cibos retinere non valet, iam doloribus vndique premitur, & paulatim ad ſepulcrum proprio pondere fertur. Oculi enim mundi qui ſunt niſi qui eminentiorem ſedem in orbe tenent, vt videant & prouideant, vt luſtrent omnia, vt peccata defleant ; quare illum cæcum vocat Ioannes, qui videns neceſſitatem proximi, illi non ſubuenit. *Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo, ojos y entrañas y bolſa aueis de abrir ſi ſois principe y prelado* ; ad hoc enim in eminentiori loco poſiti eſtis. Quare cùm tot neceſſitates ſint, tot peccata quæ ſiccis oculis contemplantur prælati iam orbis oculi obtenebrati ſunt. Nónne etiam manus & pedes frigent? quis enim iam eleemoſynas largitur, potentes, diuites matronæ, minimè verò. Pedes etiam inferiorũ & ſubditorum rectàne incedunt, nónne diſſoluti, vagi, frigidi, mendaces. *Ego dixi in exceſſu meo : Omnis homo mendax* ; *ex ſe*, inquit gloſſa, *ex Deo verax eſt, no alienta verdad ſino es quando dice el Credo.* Sicut cùm luxuriantes & herbeſcentes fruges in menſe Aprili magnam ſpem afferunt tritici, ſed ecce in menſe Maio nebula in cinerem rediguntur, *aneblanſe y mueren los hombres en ſus promeſas* ; quid non promittit Deo & confeſſario iuuenis, cùm graui morbo oppreſſus mortem formidat? Sed quantula nebula omnia euanida & fumo plena ac fuligine reddit. Quid iuſtitiæ & æquitatis non ſperes à tribunali & conſilio iudicum. Sed ô quàm breuis nebula ſuffragia omnia peruertit, & fallaces ſpes frugũ iuſtitiæ corrumpit. Quis cùm famulum ſuſcipit expeditum, 17.
alacrem, vrbanum, elegantem, non magnos prouentus allaturum dicat, ſed ô quàm breui compilatis bonis & pretioſa ſupellectili ſpes omnes fallit, & fugit. Munde, certè pedes tui fri

a In Iob lib. 31. c. 1.

b Hom. 1. in Luc.

Iam ſenex mundus ad interitũ ruit, & ſenio conficitur.

Principes, oculi intenti in pauperes.

Simile.

Non ſtant promiſſis homines.

Viliuiſſe iam ſacra & exiguũ fructum eſſe ſancta opera & ſacramenta ſe thaluer agrotaſſe orbem indicant.

frigent, nemo eſt qui recta incedat, omnis homo mendax. Verum quod mihi magis ſalutem tuam deſperatam eſſe indicat; id eſt, neque gratiam, neque frequentiſſima. ſacramenta retinere, ſed ſtatim pretioſas vomere margaritas, quis enim concionem in animo retinet? quis eſt qui acceptam in ſacramentis gratiam non diſſipat? quis ſicut Iudas non pluris lucrum quàm ſanguinem æſtimat Chriſti, vt deplorat Ambroſius [a], *O Iuda proditor vnguentum paſſionis eius trecentis denariis æſtimas, & paſſionem eius triginta denariis vendis, diues in æſtimatione, vilis in ſcelere.* Nónne mortis præſagia ſunt dolores quibus vndique totus mundus premitur, dolent capita reipublicæ, dolent principes cullapſas familias, & primogenita ſummo ære alieno oppreſſa, dolent ciues tributa, dolent mercatores nunquam emptores merces ſoluere, dolent mariti vxorum licentiam, dolent fœminæ virorum petulantiam, otium, luſum, & luxuriam; dolent matronæ filiarum liberiorem viuendi rationem, ſumptus, & corruptos mores, &, quod grauius eſt, hæ omnes ægritudines ſicut rheumata in partem imbecilliorem confluunt, ita dolores iſti in reipublicæ corpore in debiliorem partem confluunt, nempe in pauperes; hi ſunt qui in iudicio damnantur, quibus infauſta ſententia in conſiliis dicitur, illis tributa, vectigalia, ciborum detractio, annonæ caritas, onera, bella, expeditiones, ac denique tibi ô munde mors minatur ruinam, iam enim ſtatuam illam ſemel deſtruxit ictu lapidis, qui luteos pedes & infirmiores percuſſit, iam nouit quò ictum dirigat, in pauperes, in infirmam plebem, quæ tantum onus ferre non valens libenter mortem expectat, etiamſi ruitura ſint vniuerſa quæ ſuſtinet. Et tu quid agis peccator, cuius cauſa hæc omnia fiunt.

a Lib. 3. de Spiritu ſancto c. 18.

Pauperes vexantur tributis, pœnis, & bellis.

18. *Orate ne fuga veſtra fiat in hieme, vel ſabbato*; quaſi dicat, nullum effugium manet, nec ſalutis remedium niſi ad pœnitentiam fugere; ſed videte ne ſera ſit, aut hieme, aut in ſabbato, cùm onera ferre maxima, nec multos ambulare paſſus licet; vel quando peccatorum colluuies cor veſtrum occupat; ſicut de Antiocho refert ſacer textus, *Orabat autem hic ſceleſtus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus*; in memoriam enim eius redierunt omnia quæ fecerat in Hieruſalem, & cor eius putidum ſcelerum ſuorum ſãguis occupauit. Sicut de ſirenibus *, & cygno aſſerit Ariſtot. [b] nam cùm cygno purus ſit & tenuis ſanguis, morti proximo recurrit ſanguis ad cor, & alacrem reddit, imò ad cantum inuſitatum excitat, à regione verò ſirenæ triſtiſſimum morientes eiulatum mittunt, quia craſſus ille ſanguis cor occupat, & quæ canendo vitam traduxerant, plangendo decedunt, eligite mores, eligite viuendi formam, ne vobis Antiochi, aut Antichriſti mors obueniat triſtiſſima; libet enim modò genus eligere mortis, ideo enim viſa eſt equitare in equo pallido, & Græcè χλωρὸς, quod viridem colorem ſonat, eſt enim mors pallida, & viridis, viridis enim & elegantibus atque iucundis iuuenibus triſtiſſima eſt mors, & pallida; at verò pallidis & macerantibus corpora ſua mors viridis eſt, & fauſtus eius aduentus: nunc ergo colorem eligite, ne contingat errare, ſicut Antiochus cùm errorem corrigere voluit, minimè inuenit locum pœnitentiæ.

Pœnitentia ſera non ſit inutilis.

a Machab. 9. 11.

* Affirmant alij de ſimia, citatur Ariſtoteles.

b In problematis.

19. Cætera quæ ſequuntur, quia iudicium prædicant, & æternam pœnam, nullo ſigno, nullóve poſſunt ſermone explicari, omnia enim quæ à nobis afferri poſſunt, & quæ mundus paſſurus eſt, initia ſunt doloris æterni, vt ait Gregorius. Vnde bene Ierem, cùm deſolatæ vrbis perſonam agit, *Poſuit me* (inquit) *Deus quaſi ſignum ad ſagittam*; quaſi ſignum vocat vrbis inclytæ vaſtationem, pallorem virginum, cædes innocentum, famem, mortem, gladium: nam ſi cum æterno conferantur malo, initia ſunt dolorum, *& quaſi ſignũ* mali ſẽpiterni, omnes Chriſti claui, ſpinæ, flagella & cruciatus; mors denique ipſa *quaſi ſignum* mali æterni, omnia Martyrum tormenta, ignes, flammæ, pectines, equulei, candentes laminæ, gelu, plumbum liquatum, præcipitia, ſartagines, cruces; *quaſi ſignum* ſi ſagittis conferantur æternis, cùm à bene curuato arco Chriſti in nube crucis exiſtentis ſagittis ingrati, imparati & improuidi peccatores configendi ſunt, qui tot ſignis admoniti, ait Auguſtinus [a], *& inter tot mala conſtituti adhuc vſquequaque frequentantur luxurioſa conuiuia, feruet ebrioſitas, auaritia graſſatur, perſtrepunt laſciui cantus, & varia genera ſonorum atque ludorum; hoccine eſt areſcere præ timore, potius madeſcere præ libidine.* Mittamus ergo (inquit) loquelas iſtas de fine ſæculi, nec mala opera Antichriſti diuinando tempus curioſè conſumamus, ceſſemus inquirere diem illum, præſtabilius enim cuique noſtrûm erit vt ad ſuæ vitæ ſupremum diem ſit paratus, Amen.

Ieroſolyma vaſtatio ſignũ tantum & vmbra. iudicij.

Thren. 3. 12.

Omnes cruciatus & euentus triſtiſſimi vmbra ſunt inferni.

a Epiſtola 80. ad Heſichium.

VERBVM FILII.
Matth. 24. v. 15.

Cùm videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta, &c.

Triplici deſolatione denuntiata hominem terret; tranquillat fide, & diuinæ miſericordiæ ſuper omnia opera ſua præclara manifeſtatione confirmat.

DISCVRSVS CXLIII.

ETSI in diuinis operibus iuſtitia pariter & miſericordia reſplendet, miſericordia tamen neſcio quo maiori ſplendore prælucet, nec mortalium culpis, aut ſuppliciis tãquam ſordibus obſoleſcit. *Diligit miſericordiam, & iudicium, miſericordia Domini plena eſt terra, tan miſericordioſo es Dios como Iuſto pero ſus miſericordias y amoroſas empreſas llenan el mundo.* Nam hoc ſignificant verba illa Prophetæ, *vt faciat opus ſuum alienum opus eius ab eo.* Proprium Dei opus vocat miſericordiam, quia Deus à ſeipſo mouetur ad miſerendum, aliena autem dicitur iuſtitia, quia effectum non ſortiretur, niſi homo occaſionem præberet. Vnde cùm miſericordiæ opera Deo ſint maximè propria, & à potentia eius frequentiùs exhibita, dexteræ Dei opera nuncupantur, nam dextera libentiùs & frequentiùs vtimur, *ſaluabit ſibi dextera eius, & brachium ſanctum eius.* Vocat opus noſtræ

1. *Reſplendet ſuper omnia Dei miſericordia.*

Pſal. 32.

Pſal. 97.

Miſericordia diuinam irá temperat.

Pſal. 144.

noſtræ redemptionis opus dexteræ, quia eximiæ fuit miſericordiæ. Verum non ſolum miſericordia in operibus prælucet, ſed etiam diſtrictum enſem vel temperat, vel recondere facit, ne iuſtitia ad graues iras & ſupplicia progrediatur. *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* Quæ verba Hieron. in prædicto ſenſu interpretatur, *ſuper omnia opera eius*, id eſt, in omnibus operibus ſuis, *que la diuina miſericordia en todas las obras de Dios graua ſus armas eſcudos y coroneles.* Sicut fieri conſueuit à nobilioribus principibus in aureis poculis, & periſtromatis. Sed *ſuper* illud neſcio quam ſpeciem dominij præfert, ita vt ſit ſenſus, cùm iuſtitia ad vindictam properat, obuia fit illi miſericordia quę obſtat & prohibet executionem cogitationum, ad quas ardenti ira flagrans properabat, nónne in arca teſtamenti deſuper erat omnibus patens propitiatorium miſericordiæ ſymbolum: at virga iuſtitiæ & vindictæ inſtrumentum in arca continebatur incluſa. Similiter etiam dum in Apocalypſi *cap.* 4. Sardinis vulto, hoc eſt, igneo & ad iram procliui apparuit, deſuper erat (vt notat Rupertus) iris in circuitu ſedis miſericordiæ ſignum manifeſtiſſimum, ſurgit à ſede & throno, atque ad vindictam properat, ex oculis, ex ore, ex pedibus ignem emittens, ſed cùm iam greſſum facit dextrum pedem ignitum ſupra mare ſiniſtrum in terra reliquit, vt ſciamus quando Deus maiori excandet ira, & flammas ſpirat, in orbem, miſericordiæ pietate temperari, ſicut candens ferrum, ita vt ſiniſtrè iam & quaſi claudi-

2. cans opera iuſtitiæ exequatur, *que la diuina iuſticia entra de pie izquierdo en la terra y el derecho eſta ya templado preſto ſe apaciguara*, Quòd ſi contingat quaſi in nube apparere ſubnigra & triſti fulgetris & tonitruis terrorem incutere, nota cum Hieronymo ibid. etiam ex igne tunc fulgur egredi ex irris, *fulgurat enim* (inquit) *Dei miſericordia in operibus iuſtitiæ, aunque la nube es entrapada y negra pero eſta perfilada de luz, y reſplandor y relampagos de amor*; opponit enim ſplendores ſuos, & quaſi deſuper coruſcat miſericordia. Quod intelligētiùs dixit D. Iacobus [a], *Superexaltat autem miſericordia iudicium, hablale alamano y haçe que ſus tiros vayan por alto*, ne nobis noceant; quare ſignificanter & concinnè ad ſenſum iſtum vertunt alij, *ſuperinſultat miſericordia iudicium, ſalele al paſo como de emboſcada.* Hoc ipſum dixiſſe videtur Dionyſius Areopagita [b], *Amor Chriſti eſt beneficus inſidiator.* Vide quid agat graſſator & plagiarius vt noceat, vt rapiat, vt compilet omnia, ſub Ioue dormit, conſortia fugit, in latebris ferarum more moratur, degit in montibus, hæc omnia ordine inuerſo ad benefaciendum clam operatur beneficus inſidiator amor, quia cùm palam mundo exhibitas miſericordias vix cognouiſſe & ſuſcepiſſe mortales, expertus eſt, iam ex inſidiis prodire & ſubſequi, & quaſi perſequi mortales decreuit, quod ſuboderatus Dauid cecinìſſe videtur, *& gratia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ.* Et Theodoretus [c] legit, *& miſericordia tua perſequetur me omnibus diebus vitæ meæ.* Hæc ergo miſericordia, quæ ex inſidiis benefacere ſolet, ſi tranſeuntem ad nos videt iram & iuſtitiam, vel *ſuperinſultat, le eſtorba el paſſo y prohibe el progreſſo de ſus graues intentos*, vel præuenit & præmonet, atque certos eos facit impendentis iræ, vt ante ſupplicium ſe in tuto collocent, & comparent ad iudicium.

a Cap. 5.

b De diuinis nominibus.

Clam & quaſi ex inſidiis nobis conſulit amor & ſubſequitur ac perſequitur benefaciendo.

Pſal. 22.

c In hunc locum.

Nam quorſum quæſo *Apoc.* 1. gladius vtraque parte acutus ex ore filij hominis exibat, niſi vt denotaret Dei quidem eſſe punire, non enim ſine cauſa gladium portat, ſed ſupplicium prius in ore geſtat, quam ad exequendum manu teneat, præmonet antequam animaduertat.

3. Nunc igitur perdifficilis textus Euangelij venit explicandus & intelligendus, in quo ſumma Chriſti ſapientia, non iudiciaria & fallaci Aſtrologiæ arte tria iudicia, tria terribilis iudicij ſigna præcauere docet atque prænuntiat. Alterum eſt in illam (ſi fas eſt dicere) Deicidam Ieroſolymam, in quam cùm peccatum illud grauius quam vſquam cælum vidit, aut terra ſuſtinuit, mortis & paſſionis Chriſti finalem & extremam vaſtationem iuſtitia vellet inferre, ſuperexaltat miſericordia iudicium, & licèt templi deſolationem prædicit certiſſimè futuram, tamen (ô pietas!) omnium miſericordiarum conſummationem facit, & Eccleſiæ regnum manifeſtat, itaque cæcitatem Hieruſalem beneficio ſuæ manifeſtationis punit, & ſuperinſultat miſericordia iudicium, & hæc eſt ſeries Euangelij, vt poſtea explicabo. Alterum iudicium mundo, alterum peccatori impromido denuntiat; ſed in his etiam duobus miſericordia ſuperexaltat iudicium, vt videre licet.

Triplex iudicium præcauere docemur.

TRIPLEX MEMBRVM DISCVRSVS.

4. *Cùm videritis abominationem deſolationis.* Volo ſicut Marius Carthaginem, vel ſicut olim Ieremias vaſtatam Ieroſolymam, vos alloqui, emortui lapides inclytæ vrbis, fulmine diuinæ indignationis veſtris ſedibus in æternum auulſi, ecce enim & reflexa vis vocis diuinæ hos viuos lapides (Chriſtianos dico) timore tanti ſupplicij perculſos, ad pœnitentiam faciles, ad audiendum dociles, & ad peccandi pericula cautos efficiet. Nihil afferam quod non à grauioribus auctoribus acceperim, vel in vobis inſcriptum legam nunquam delendum, vel in Euangelio proditum, & æternæ veritatis teſtimonio Chriſti conſignatum.

Villalpand. tom. 3. lib. 1. vrbis c. 14. & lib. 3. cap. 35.

Proſopopœia ad Ieroſolyma antiqua ruinas.

Parcite diſperſi lapides ſi malè rogauerim, fuiſtne hìc aliquando ciuitas, ſuotne diſſipatæ & dirutæ vrbis lapides, cadauera ſaltem ſplendidæ illius Ieroſolymæ? nam vbi eſt, inquit Hegeſippus [a], ciuitas illa, veneranda regibus, Deo dilecta, ſedes gratiæ, ſanctitatis ſacrarium, poſſibile ne èſt hic quondam homines habitaſſe, regnum conſtitiſſe, ſapientes commoratos eſſe, denique hic ſedem fixiſſe? Date facultatem, minus enim credo, & ſub his fundamentis primarium lapidem euoluam, ſintne veſtigia relicta primi conditoris. *Fuit hæc ciuitas* ipſi propè hominum generi æqualis, nam poſteaquam primi illi mortales ex communi naufragio deletis rebus omnibus emerſere, Noe illorum caput qui iam tum, vt credimus, futuram loci ſanctitatem maieſtatémque proſpiceret, montem iſtum qui propterea *ſalem*, hoc eſt, pax, ſalus, felicitas, dictus eſt, Semo filio natu maximo, atque inter cæteros ſibi chariſſimo donauit. Semos vir pius ac religioſus in primis tanto munere libentiſſime ſuſcepto vrbem in eo monte pulcerrimam condidit, quam non modò optimis inſtitutis ac legibus temperauit, verùm etiam tanta æquitate ac ſapientia adminiſtrauit, vt inde Melchiſedeci, hoc eſt, regis iuſti, cognomen inuenerit. In eadem vrbe tem-

Hiſtoria Ieroſolymitana vrbis & cauſa eius deſolationis inueſtigatio.

a In anacephale.

Sem templum Deo ædificat.

Hiero epiſt. Paul & Euſtochius ad Marcell.

5. plum Semus præpotenti Deo ædificauit, & vrbem Hieruſalem pacis viſionem ac beatitudinis appellauit,

appellauit. In eo tẽplo vt erat idem rex & ſacerdos Deo altiſſimo ſacrificiũ panis & vini faciebat, quo nouæ legis & catholicæ Eccleſiæ admirabile ſacrificiu panis & vini ſpeciebus velis obtecti vnigeniti filij Dei, qui ad alendos homines in perpetuum de cælo deſcendet. Poſt multa verò ſæcula ereptis filiis Iſrael ex diuturna Ægyptiorum ſeruitute & Palæſtinæ terra à Ioſue duce duodecim tribubus diſtributa montem

Mons obuenit ſorte Iudæ & Benjamin.

iſtum duabus tribubus Iudæ & Benjamin ſortiendum ex æquo dedit. Salem quidem Benjamino, Iudæ verò montem Iebuſæi Sionem attribuit, qui etſi bellica virtute præſtantior, ſortem ſuam ne fratris quidem ope potuit adipiſci, quod ſanè videtur præcipuo Dei conſilio contigiſſe, vt hæc ſcilicet prouincia integra magno duci Dauidi reſeruaretur, vbi vim ſuam animique magnitudinem oſtentaret, eiectíſq; Iebuſæis ſuo illam nomine deſignaret. Amplificata vrbe,

1. Par. 28.

Templum excitatur.

excitato templo non à Dauide, ſed à Salomone in monte Moria inſtar magnæ cuiuſdam vrbis auguſtiſſimo, & poſt hominum notos magnificentiſſimo, trecentis annis ita ſtetit hæc ciuitas vſque ad Ezechiam, qui cùm accepiſſet re-

Muri extruuntur.

gem Sennacheribum aduentare, muro vrbem communiuit, & propemodum in quadrum redegit. Et cùm pulcerrimis eſſet ac ſatis altis mœnibus circunſepta, nonaginta ad pugnandum turres habebat, nonnullæ quinque & quinquaginta: centum aliæ cubitis altæ viſerentur, ita patuit vrbs vt mœnium ambitus decem paſſuum millia contineret,

Innumeri habitatores Ieroſolymæ.

cuius capacitas cùm tanta eſſet, tamen ſi hominum ſpectetur, quos capiebat, numerus, exigua videatur; etenim Paſchæ tempore recenſet Ioſeph in ea vicies quinquies centena & quin-

6. quaginta ſex hominum millia reperta. Denique vt paucis multa complectar; ad ſummam peruenit hæc ciuitas felicitatem, amplitudinem, dignitatem; verùm immoderatiùs elata ingrataque ciuitas, impiè videtur bellare voluiſſe cum Deo: quapropter eam priùs non ſemel Deus, ſed fruſtrà per ſuos vates admonitam tandem paſſus eſt in poteſtatem Nabuchodonoſoris venire, qui eam bonis omnibus ſpoliauit. Sed Ieroſolymæ ciues ærumnis & calamitatibus expoſiti, ſuóque periculo iam facti cautiores, Deum iure ipſis infenſum, facilè, quæ eſt eius clementia, placare potuerunt, & conciliatis regibus

Inſtauratio templi & murorum.

Aſſyriis populo Dei, permouit eos Deus vt primum Zorobabelem, deinde Nehemiam ad inſtaurandum templum & vrbem mitterent reficiendam. Erat iam Hieruſalem ædificiis priuatis & publicis apprimè nobilis, quoniam præter templum omnium ædificiorum mundi maximum omnes artificio mirabili ſuas ædes moliebantur, tantúſque fuit lapidum candor, vt monti niueo ſimilis videretur. Quòd ſi hæc externa ſunt, quantum quantóque diuinius, quòd

Maxima templi dignitas ex Chriſti in eo præſentatione.

ipſe Dei filius hominis natura ſuſcepta infans in eius vrbis templo ſiſti, puer legiſperitos audiendo, percunctando, reſpondendo, erudire, vir deinde in eodem templo auguſtiſſimo docere quotidie, mortuos ad vitam reuocare voluerit. At Solymorũ animi tantum abſuit vt miraculis, doctrina, patientia, flagellatione commouerentur, vt vehementiùs etiam in vitæ auctorem exarſerint. O dura vrbis tam ingratæ ſaxa,

Exarſit in Chriſtum.

quæ huiuſmodi homines educat! O matres non mulieres, ſed immanes belluæ, quæ virus aſpidum, ac fel draconum pro lacte talibus filiis præbuiſtis; hi ſuis vociferationibus atque conuitiis à Pilato damnationis ſententiam extorſerunt. Quare illum porta vallis in ſupremum Caluariæ montem adductum inter duos latrones medium auerſa ab vrbe facie ſuffixerunt. Valete lapides, valete duriſſima ſaxa, ne abeas viator: nam tam crudele facinus terra non tulit, petræ non ſiluerunt, diſtractus atque diruptus illico mons, vt etiamnum cernere potes, 7.

Quare ſtatim diruta non eſt Hieroſolyma homicida.

ad Chriſti ſiniſtram à meridie, peruicacem latronẽ à Chriſto ſeiunxit, cuius tamen tũ clementia non commiſit vt maiore etiam hiatu terræ dehiſcens, vrbem totam, regionem gentémque penitus abſorberet, quamquam, vt dicemus, maioribus reſeruabatur grauioribúſque ſuppliciis. Quare ſeptimo anno ſupra trigeſimum à Chriſti morte Iudæorum nationem

Vexatur à Romanis.

Rom. Imperator, innumeris ærumnis, moleſtiis, detrimentis, agrorum oppidorúmque vaſtationibus, direptione, incendio, fame, internecione vexauit, atque vrbem ipſam deinceps Titus aggreſſus aditum ad ipſum templum faci-

Templum inflammatum.

li negotio Antonia arce ſua ſponte ruente, inuenit; tandem templum inflammarunt, in quod ignis cùm triduo deſæuiiſſet, Titus vt reſtringueretur imperauit. Interea cum ſuis quid de illo eſſet agendum deliberat, omnibuſque diſturbandum cenſentibus, ipſe tamen conſeruandum eſſe decreuit. Verùm inane erat Imperatoris templi conſeruandi conſilium, quod iam Deus igni propter nefaria ſcelera fœdaque in eo admiſſa flagitia, deſtinarat, quare templum toto terrarum orbe celeberrimum, Cæſare inuito, atque adeò grauiter indignéque ferente, breui conflagrauit. Peccatum enim Hieruſalem tanta erat animaduerſione dignum. Cætera vide apud Villalpandum [a].

[a] Tom. 3. vrbis ac templi. parte prima de vrbe lib. 3. c. 35. in fine.

8. *Cùm videritis abominationem.* Quis poterit peccata commemorare, quibus inſtabilis facta eſt

Peccata Ieroſolymæ.

Hieruſalem, & templum eius abominabili deſolatione dignum? Narrabo aliqua ad eruditionem noſtram quæ à Prophetis denuntiata & exprobrata lego. Et inprimis vbi peccatum in rege & principibus locum habet, certa impendet ruina. loquatur Amos, *Qui conterunt ſuper pulverem terræ capita pauperum, & viam humilium declinant.* Lyra, ita expoliant pauperes, vt iam

Cap 2. 7.

Sæuitia in pauperes & rapina.

niſi ex rapina viuere nequeant, *derriban de ſu eſtado a los hombres de ſuerte que no alzen cabeza jamas.* Corruet igitur pari paſſu regnum, qua die enim Herodes caput abſtulit Baptiſtæ, regni ſui deſolatio prænunciata eſt, vt ipſe interiit, & petierunt pariter duæ ſaltatrices, & imperante Nerone ablata ab ſtatuis capita ſua ſponte ceciderunt, quod ſtatim diuini & augures totius imperij ruinam portendere affirmarunt, nec enim conſiſtere poterat caput regni, quod nullum neque diuinum, neque humanum caput reuerebatur: nam ſicut *rex ſapiens ſtabilimentum eſt ciuitatis*, ſic impius & ſtolidus demolitur. Et illa quidem maior ſtoliditas eſt eum ſuper caput ſuum non tollit, & æſtimat capita illuſtrium virorum, qui ſtatua digni ſunt. Credite principes vobiſmetipſis ruinam moliri, cùm ſic capita hominum abiicitis, & tributis domos euertitis, ita vt recuperari non poſſint, nec caput erigere, & aliena rapere cogitis, & hæc fuit prima Ieroſolymæ iniquitas.

Ant. Brixian lib. 1. commẽtar. ſymbolicorum.

Sap. 6.

9. Secundam deſolationis cauſam non palàm, nec

Ezech. 5. 1.

Latrocinia cùm à primoribus fiunt, Deum maximè offendũt.

Iob 5. 5. Ibid. P. Pineda.

necclarè voluit Spiritus ſanctus exprimere, ſed ſymbolicè, *ſume tibi gladium radentem pilos*; & quidem pili capitis & barbæ ciues Hieruſalem & illuſtres denotabant; ſed adde, capillos latrones ſignificare, ſicut Iob ait, *Bibens ſitientes diuitias eius*, & ibi Rabbi Mardochai legit, *abſorbeat piloſus diuitias eorum, robenle los ladrones peludos:* nam etiamſi nudi incedebant, comam promiſſam ad terrorem nutriebant, vt de Cremone Attico ait Heliodorus, qui nutriebat in deſerto comam, *præcidit comæ prolixitatem quantum ad comparandam ſpeciem prædonibus cõuenientem apud bubulcos aluerat.* Et Iſai. *Ibi ſtruthiones & piloſi ſaltabunt*, & Dauid, *Confringet capita inimicorum ſuorum, verticem capilli perambulantium in delictis ſuis, cabeza de ladrones Ieruſalem, que los miſmos principes lo eran. Principes tui infideles ſocij furum*, ait Iſai. id eſt, fures aſſociati. Scatebat igitur Hieruſalem furibus, verùm *nunc vaſtaberis filia latronis*, & quidem de cælo iuſtitia deſcendet cùm in terra deſideratur.

Cap. 43. 20. Pſal. 67. 22.

10\.

Extrema iniquitas frænum timoris abiicere & peccare in loco ſacro.

Cùm verò peccata non in populo ſolùm graſſantur, ſed ſacra templa, & Eccleſias penetrant, quæ communi vocabulo peccata dicebantur, iam nunc in ſacro loco perpetrata abominatio & deſolatio nuncupantur; ſi equus furit, & quatit vngula, plateas & vias occupat, quia ſine fræno eſt, quis compeſcat, quis conſiſtere faciat? at ſi blando ore fræna ſuſcipit, quàm facile frænatur & comprimitur. Templi maieſtas, religio & cultus fræni ad inſtar eſt; quare Cimbrico idiomate, nec quidem diſſimili à prima parentum noſtrorum lingua, ſignificatur frænum, hac voce *toper*, vnde templum deriuari ait grauis auctor, vt inde ſciamus templum inſtar fræni diuini nobis iniici manu, vt blande, & religioſè incedere in eius conſpectu diſcamus; quare qui frænum iſtud nec accipit, nec ſentit, Deo abominabilis eſt, nam ſi à brutis animantibus hæc irreuerentia procederet, diſſimularet quidem Deus, verùm ab hominibus abſit. Notauit grauis & ingenioſus Doctor cùm auſi ſunt Philiſtæi arcã Dei iuxta Dagon infandum & turpe idolum collocare, vt de potentia & maieſtate decertaret idolum cum arca, prima nocte totus Dagon ruit in terram, & fronte adhæſit pulueri, at ſecunda nocte poſtquam ſacerdotes ſtupidi in locum ſuum reſtituerant, inuenerunt caput truncatum, & manus ad oſtium templi proiectas, porrò Dagon truncus remanſit in altari coram arca. Certè myſterio non vacat hæc capitis & manuum ablatio, & proiectio, ſed ex trunco corpore quod manſit in altari cauſam venari poſſumus. Corpus igitur Dagon ſpeciem habebat piſcis, bruti quidem ingrati, & indomiti animantis, caput autem & manus hominem deſignant: hæc igitur quæ humana ſunt, pelluntur, abiiciuntur ad oſtium tabernaculi, quaſi dicat Deus, apage ſint procul à templo Dei irreuerentiæ hominum, qui rationis ſunt participes, melius enim & minus grauiter fert piſcis & brutorum irreuerentias; quare iuxta ſe patitur brutum, non verò caput & manus, quod ex ipſo textu elicit, *caput autem Dagon & duæ palmæ manuum eius abſciſſæ erant ſuper limen. Porrò Dagon ſolus truncus remanſerat in loco ſuo*, & Hebraicè eſt, *ſuper ipſum, ſobre el altar donde eſtaba primero*; tolerabilius enim eſt beſtiarum turpis ingreſſus in templum, quàm hominum inſultus, qui ne in Eccleſia contingat, ad limen templi debent manus proiici. Quòd ſi dum non ſubitò vindictam ſumit de his qui templa violant, quorum oculos eruere, manus abiicere quotidie poſſet ob petulantiam & irreuerentiam, ob quam vrbes & regna demoliri ſolet, ne tribuas hoc diuinæ patientiæ, & longanimæ expectationi, ſed ſeueritati, & maiori vindictæ, ad quam ſilenter ſe comparat, his enim peccatis quæ permittit, profanum redditur templum, ac per hoc Deus minimè ſe ſentit obligatum precibus exaudiendis, nec petita concedit vbi peccata liberè graſſantur; & ne putes ſuſpicionem hanc aut diſcurſum à me confictum, quæ putas, obſecro, fuit cauſa quare tam aſperè Deus Heliodorum ducem Seleuci regis puniuit? tunc nempe, quum templum penetrare, profanare & compilare decreuit, & ab equite illo cælitus miſſo veloci equo inſidens terribili forma, & duobus adoleſcentibus, à quibus grauiſſimis flagris diuerberatus penè ad interitum eſt, quia ſolum templum intrare & expilare decreuerat; & quare non tam ſeuerè puniuit Antiochum, cùm poſt hæc de facto templum profanauit, diripuit ſacra, diuitias abſtulit, & impunè receſſit: ſed cauſam ex ipſo textu audiamus. *Ita alienatus mente Antiochus cùm conſiderabat quòd propter peccata habitantium ciuitatem modicum Deus fuerat iratus, propter quod & accidit circa locum deſpectio alioquin, niſi contigiſſet eos multis peccatis eſſe inuolutos; ſicut Heliodorus, qui miſſus à Seleuco rege ad expoliandum ærarium etiam hic ſtatim adueniens flagellatus & repulſus vtique fuiſſet ab audacia, verùm non propter locum gentem, ſed propter gentem Deus elegit, ideoque & ipſe locus particeps factus, & populus malorum; caſtigar podia Dios a Antiocho como a Heliodoro mas quando permitte Dios que el lugar ſanto ſea profanado no es por caſtigar el lugar ſino la gente haciendoſe deſobligado Dios de oyrle ſus oraciones*; & cùm videmus tacere Deum, nec peccata templi punire, ideo eſt, quia in gente vitiorum proluuiem videt, quæ ſi tanta & tam enormia non eſſent, viſibili animaduerſione puniret has ſibi in templis illatas iniurias, ſiquidem tam vigilanti cuſtodia domum ſuam cuſtodire ſolet, ſicut Heliodorus ſatis expertus retulit ad regem ſuum, *eo quòd in loco ſit quædam virtus, nam ipſe qui habet in cælis habitationem, viſitator & auditor eſt loci illius, & venientes ad malè faciendum percutit & perdit*; quòd ſi ſupplicia ſubtrahit, iræ reconditæ & acrioris ſignum eſt.

Genus ſupplicij eſt diſſimulare peccata in templo patrata.

11\.

2\. Mach c. 3.

Suprà c. 8.

12\.

Peccata ſacerdotum grauiſſima.

Nam quo pacto quæſo non ad iram & vindictam adigunt diuinum pectus peccata non ſolùm ſtantia in loco ſancto, ſed in ſanctis eccleſiaſticiſque viris honeſto & præclaro ſacerdotij ornatu palliata; hæc quidem *abominatio eſt deſolationis*, ſed ne videar noſtros taxare, adducam in exemplum alienos, quorum delicta apertè exprobrat Ezechiel, cui poſtquam idola in templo oſtendit Deus, & ſtolidas illas fœminas Adonidis obitum lacrymis proſequentes, *Adhuc* (ait) *conuerſus videbis abominationes maiores*; & hæc maior abominatio erat, ſacerdotes (locus enim * in quo erant, ſacerdotibus ſolis conceſſus, ſacerdotes fuiſſe denotat) *verſis vultibus ad ſanctuarium adorabant ad ortum Solis, & applicabant ramum ad nares*; qui enim maturo debent iam eſſe iudicio, quique ad accidentem, hoc eſt, vitæ exitum intenti eſſe deberent, viuant quaſi modò ab Oriente in mundum,

Cap. 8.

* Ex loco in quo erant liquet ſacerdotes eſſe qui ibi delinquebant.

dum, & ad vitam denuo venerint, & cùm iam præ ætatis debilitate annis & cauis exaggerati delectationibus incumbere non valent, ſaltim ad odorem eorum viuant, & odoratu, viſu, conuerſatione & turpi cogitatione, quod natura negat, compenſent, abominatio quidem maxima eſt. Et quidem in Sacerdotibus grauius crimen eſt, quibus ex munere competit, *vt peccata populi comedant*, ait Oſeas c. 4. *De ſu officio es comerſe los pecados del pueblo y deſaparecerlos*, à conſpectu hominum remouere, ſicut ea quæ deuorantur, *ad iniquitatem ſubleuabunt animas eorum*: hi ergo tantum ſcelus committunt, vt ad iniquitatem ſubleuent & excitent eos quos ſanctis documentis promouere deberent, abominatio quidem eſt, ideoque ſubdit cap. 8. *Nunquid hoc leue eſt domui Iuda, no es gran maldad eſta?* *O quàm bene; neque alliges*, inquit Eccleſiaſticus, *duplicia peccata; neque enim in vno eris immunis*; caue ne indignus venia reddatis: nam licèt de peccato proprio debitam poſſis exhibere ſatisfactionem, at quam poteris reddere de peccato alieno, ad quod prauo tuo documento alictum impuliſti, *applicant ramum ad nares*, miſer agens quæ in his colligendis floribus occupata grandia crimina & obſcœna patrandi cauſa eſt, nec ex his floſculis quidquam niſi infamiam carpunt, Rom. 6. *Quem ergo fructum habuiſtis in his, in quibus nunc erubeſcitis.* Sed inde ortum habet leuitas iſta, quia hi *dorſa habentes contra templum Domini, & facies, erant ad Orientem, ad ortum Solis*, quia qui memoriæ mortis terga dat, etiam diuina contemnit, & abeſt à templo, & à ſacris rebus, multiſque iniuriis afficit Eccleſiam & Chriſti maieſtatem.

Turpis conuerſatio Eccleſiaſticorum culpa non vacat.

Eccli. 7.

13\. His & aliis ſceleribus ad cumulum & conſummationem peruenit Ieroſolymæ iniquitas, & minimo pretio vendidit Meſſiam, *Super tribus ſceleribus Iſrael, & ſuper quartum nō conuertam eum, pro eo* (eſta eſſa iuſticia) *quod vendiderit pro argento iuſtum, & pauperem pro calceamentis*, ne tribuas Hieruſalem, iudici Pontio Pilato, & Gentili populo, necem Saluatoris, nam ideo dixit Propheta, *pro eo quod vendiderit*, quod quidem tuum fuit crimen, & Iudæ, non ſolùm Pilati: & hæc fuit maxima illa iniquitas, quam dixit Agnus innocens, *Qui me tradidit tibi* (hoc eſt, populus Iudaicus) *maius peccatum habet*, maiorique ſupplicio dignus eſt.

Ingens crimen Ieroſolymæ Chriſtum vili vendere.

Sic Aug. Cyrill. Chryſoſt. Euthymius.

Verùm cùm deſperata omnia vides, & ad vindictam iàm acceleratam iuſtitiam, en tibi miſericordia ſuperexaltat iudicium, *hecſia por alto el iuicio*, & Ieroſolymæ inauditam & inexpectatam miſericordiam, & populo gentili regnum, Euangelium, fidem & ſalutem denuntiat, & nunc in hoc ſenſu venit intelligendus textus Euangelij Matth. 24.

Superabundat miſericordia, & lumen Euangelij gentili populo annunciat.

14\. *Acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicentes: Dic nobis quando hæc erunt, & quod ſignum aduentus tui?* Quibus reſpondet Chriſtus explicata populi Iudaici vaſtatione, & exhibet ſignum certum quod poſſent Apoſtoli habere, vt cognoſcerent appropinquare iam tempus in quo Chriſtus ſuam gloriam oſtenſurus erat in mundo, ita vt mundus ipſe eum agnoſceret & adoraret: nam prudenter arbitrabantur exciſionem Ieroſolymæ fore vnam ex his rebus, quibus Chriſtus ſeipſum erat mundo oſtenſurus. Quare directè reſpondet ante euerſionem Ieroſolymæ, famem, bellum & peſtilentiam futura. Illa autem verba, *prædicabitur Euangelium in vniuerſo orbe, & tunc veniet conſummatio*, ſic videntur interpretanda, iam tunc vniuerſalis prædicatio Euangelij ad omnes gentes (id eſt, gentium vocatio) coniuncta erit cum magna Dei ſeueritate, in Iudaici populi reprobatione, & cum prophetiarum quæ de illa agunt complemento, & hoc videtur hîc ſignificare *conſummatio*, *Videte igitur ne quis vos ſeducat, multi enim venient dicentes: Ecce, hic eſt Chriſtus, aut illic*, ne vel ſe inſinuantibus, vel cuilibet felicitati temporali Eccleſiæ leuibus indiciis credatis, Euangelium ſe ſatis ſuo tempore prodet, repentè tamen, præcedet enim abominabilis deſolatio, qualis depicta eſt a Daniele Propheta *, & eo quidem maior, quia perueniet ad conſummationem, non quia omnino deſolabitur templum, hoc enim iam dixerat Chriſtus, *Cùm videritis circundari ab exercitu Hieruſalem, ſcitote quia appropinquat deſolatio eius*; ſed conſummata deſolatio erit cùm lex abrogetur, ſacrificia deleantur, ſicut Daniel dixit, *& erit in templo abominatio deſolationis, & vſque ad finem perſeuerabit deſolatio; ſtantem* autem vocat, ideſt, duraturam deſolationem, & finem legis. Cætera ironicè intelligenda per ſe patet. *Tunc qui in Iudæa ſunt fugiant ad montes, & qui in tecto, non deſcēdat tollere aliquid de domo ſua, & qui in agro eſt, non reuertatur tollere tunicam ſuam. Huyan a los montes que poco les ſeruira y el que eſta cenando alla en el terrado, por que aſi lo vſaban.* Deſcendant, vel non deſcendant, parum præſtabit; quid de prægnantibus dicam? quid de nutrientibus, immo quid de iter agentibus, aut fugientibus, omnes comprehendet tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſque modò, neque fiet, & niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro, *no ſe le eſcapara hombre ni muger con vida, ſed propter electos breuiabuntur dies illi.* Iterum vos admoneo, ſi quis dixerit vobis, *Ecce hîc eſt Chriſtus, aut illic, nolite credere, no andara por rincones Chriſto ni ſu Euangelio ni ſe yra al deſierto*, ſed palàm notum fiet mundo. *Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vſque in Occidentem, ita erit & aduentus filij hominis*; affulget enim mundo ſubitò Eccleſia, ſicut lux quæ in inſtanti quo eſt in Oriente fulgur eſt in extrema cæli parte; ſic Regnum Chriſti tempore Conſtantini proſperrimè affulgebit tunc, nec tribulatio à Iudæis inflicta ceſſabit, nec rapinæ, imò ſicut aquilæ rapaces ad prædam, ſic confluent contra vos, & ad diripienda quæcumque inuenerint. Statim autem poſt tribulationem dierum illorum *ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur.* Nam Deus minis & terroribus inauditis accingetur ad punitionem Iudæorum, vt deſcribit penè eiſdem verbis Apocalypſis 6. 12. *Terræ motus factus eſt magnus*, id eſt, maxima rerum mutatio eueniet, vt notat P. Pereira [a], agitur enim de reprobatione Iudaici populi, & Eccleſiæ ad Gentes tranſitu, *ſol factus eſt niger tanquam ſaccus cilicinus*, nam claritas Dei & maieſtas diuina, quæ cùm iraſcitur dolet vicem noſtram, lugubri induitur veſte, ſicut pios iudices ſolitos facere legimus, & per Iſaiam ait, *Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis.* Et, *Luna tota facta eſt ſicut ſanguis*, id eſt, humanitas Chriſti, quia ex quo ſanguinem fudit, ille rubor ſanguinis horribilem tempeſtatem Iudaico populo minabatur, ſicut ipſe dixit Luc. 23. *Si*

P. Alcazar author eſt huius expoſitionis, vide cap. 6. Apoc. notatione 8.

Regni Chriſti manifeſtatio deſcribitur.

* Abominabilis deſolatio dicitur, ſicut à Paulo, *operatio erroris*, id eſt, operans & efficax error.

Sic ponderant hæc verba P. Prado & Villalpandus tom. 3. de vrbe

15\.

a Hîc diſputat. 17.

16\. De his prodigiis ante excidiū Ieroſolymitanum vide Ioſephum lib. 7. de bello c. 12.

Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? & ſtellæ ceciderunt de cælo ſuper terram, hoc eſt, diſcipuli obſcurabuntur; hoc enim eſt *cadere* *, *& cælum receſſit ſicut liber inuolutus*, hoc eſt, Eccleſiam iuſtorum & ſanctorum virorum, qui in Ieroſolyma erant, eduxit Deus ſicut Loth de Sodoma; ac deniq; ſummi Principes ac parui trepidabant, & dicebant montibus, *Cadite ſuper nos*; & addit Matthæus, *& tunc parebit ſignum filij hominis in cælo*; tunc enim maxima cum gloria ſuſcipienda erit crux, & à iuſtis & fidelibus adorabitur, in eiúſque fide permanebunt. *Et tunc plangent omnes tribus terræ*, id eſt, permulti vbique locorum & gentium ad Christi fidem tradicentur, quemadmodum prædixerat Zacharias, *Effundam ſuper domum David, & ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritum gratiæ, & precum, & aſpicient in me quem confixerunt, & plangent eum planctu quaſi ſuper vnigenitum, & dolebunt ſuper eum, vt doleri ſolet in morte primogeniti*. Et, *In die illa magnus erit planctus in Hieruſalem, ſicut planctus Adadremmon in campo Mageddon*: loquitur ergo de planctu fidelium & amicorum, ſcilicet eorum, ſuper quos Deus ſpiritum gratiæ & precum effundit, & hi *aſpicient & plangent*, afficientur enim ſpiritu commiſerationis, & pietatis, quo Christi mortem deflebunt. De planctu amoris explicat Hieron. in hoc loco; ait enim, *Crucifixo Domino ſaluatore reuertabitur planctus in Hieruſalem*, &c. *& videbunt* (inquit Matthæus) *filium hominis venientem in nubibus*, hoc eſt, in nubibus prædicationis, *& mittet Angelos ſuos tuba*, id eſt, ſuos concionatores cum tuba prædicationis euangelicæ, *& congregabunt electos à quatuor ventis*, hoc eſt, eos prædicatione ad Christi fidem conuertent. Ecce quomodo *ſuperinſultat miſericordia*, & poſt vaſtationem & poſt peccata Hieruſalem maiorem miſericordiam pandit, & regnum Eccleſiæ manifeſtat.

* Virgil. Æneid. 2. *& iam nox humida cælo præcipitat, ſua déntque cadentia ſydera ſomnos.*

Cap. 12. 10.

Ibid. 11.

Cætera vide Alcazar c. 1. v. 7. not. 6.

17. *Statim autem poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabitur.* Iam tuam (ô munde) extremam deſolationem hæc ſigna denuntiant. Signa quidem ſunt extremæ indignationis, & conſummatæ iræ, nam duo quæ ſpem erigere videbantur, hæc duo maiorem in modum venturi iudicij regionem exaggerant: altera eſt, nimia Dei miſericordia, in qua confidere ſolet peccator, nam illud maximè notandum eſt, etiamſi in diuinis litteris theſauri iuſtitiæ mentio ſit, nullibi tamen memorantur miſericordiæ theſauri, diues vtique Paulo nuncupatur, *qui diues eſt in miſericordia*: at theſauros habere nuſquam legas; iræ verò clariſſimè theſauros pandit, ſicut Deut. 32. 34. *Nónne hæc condita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis.* Sapientiæ item, niuis & grandinis theſauros habere dicitur, verùm & hi omnes ſunt apparatus diuinæ iuſtitiæ, & arma *ad diem belli*; verùm, ô mortales, videte in quos exceſſus veſtra peccandi licentia prorupetit, tot enim támque inſanos ſumptus diuinæ miſericordiæ egiſtis, vt iam theſauros quaſi exhauſtos oſtendat, & ad iuſtitiæ facultates manum mittat. Adde ſecundum, nempe *iudicium omne dediſſe Patrem filio, quia filius hominis eſt*, quæ verba etiamſi hæreticos ad nimiam ſpem per errorem vocaſſe videntur, te verò (mi homo) maximè timere iubent, conueniens enim erat vt creaturas corporeas & viſibiles iudex ſub viſibili forma iudicaret. Sed aliæ rationes & cauſæ vrgentiores ſunt, & illo verbo indicantur, *quia filius hominis eſt*, æquum enim erat, vt iniurias filio Dei ab hominibus inflictas filius Dei & hominis vindicaret, & malæ tractationis pœnas imponeret. Nam cùm ita liberaliter fideiuſſor extiterit, & omnia ſua bona illius cauſa exſoluerit, & exhauſerit, debitor factus eſt homo ipſi Christo: fiat igitur in ſcriptis obligatio ſoluendi fideiuſſori quæ ipſe perſoluit ſine propria obligatione; ſcribantur igitur à tergo & recto, ſcripta ſignentur vt fideiuſſor repetere poſſit ab homine quotieſcumque voluerit. Libenter igitur exſoluit Christus, *quæ non rapui tunc exſoluebam, & pater deleuit quod contra nos erat chirographum decreti*, affigens illud cruci, retro tamen in Christo & in cruce appinxit omnia quæ poſtea ſoluere tenetur homo. Cùm igitur dies rationis venerit, ecce Chriſtus iudex vulnera oſtendet, & patebit ſignum filij hominis, vt ex litteris his quæ deleri non poſſunt ratio homini exigatur ad numerum. Sed quo pacto ſolues ô miſer, ſi vt ſolueres primum debitum opus fuit Deum fideiuſſorem aduocare, cùm ipſe ſuper hæc omnia vitam, ſanguinem, vulnera & animam propter te exhauſerit, vnde poteris tanto ſumptui & æri alieno ſatisfacere.

Extrema indignationis & iræ diuinæ ſigna.

Soluens pœnas Chriſto fideiuſſori peccatorus.

18. Verùm ô pietas, ô miſericordia, tu exaltabis iudicium, & dum ingratus mundus Deum non cognouit, nec veniam merebatur, ſigna præmittes, vt in tuto ſe collocet, & ſeueritatem iudicij vitare poſſit. Ad hoc autem duo præſtabit, primum vt theſauros miſericordiæ ſibi quaſi proprios, iuſtitiæ verò quaſi aliunde petitos, nempe à peccatoribus oſtendat, & diues in miſericordiis nuncupabitur, quia bona ſunt primogeniti miſericordia & pietas, iuſtitiæ verò non dicitur diues, quia in his non negotiatur, ſed deforis illi aducunt, iudicandi & vindicandi materies, vt ait Bernardus, ideoque Pater miſericordiarum dicitur, non verò iuſtitiarum, quia ſicut Pater non vocat filiam illegitimè habitam, ſic Deus non ſibi nomen Patris adſciuit ex iuſtitia quam à peccatoribus ſumit; bene tamen Pater miſericordiarum dicitur quas ſumit ex ſuo, non ex noſtro. Quamobrem etiam dum iraſcitur nequit miſericordias continere, *Nunquid obliuiſcetur miſereri Deus, aut continebit in ira miſericordias ſuas*, & non tantùm porrigit, ſed diſperdit. *Diſperſit, dedit pauperibus, et un manirroto*; ita vt opus fuerit tantam largitatem cohibere. Pſal. 16. *Mirifica miſericordias tuas qui ſaluos facis ſperantes in te*; quaſi roget, inquit Auguſtinus, ne prodiga liberalitate vileſcant tuæ miſericordiæ, *ne minus amentur*; & alij legunt, *Meliora miſericordias tuas, mejorad entre vueſtros atributos el de vueſtra miſericordia*. Et quidem ita feciſſe videtur, & in tertia & quinta parte melioraſſe, in tribus enim perſonis miſericordia primas fert in miſerendo, in quinta etiam parte quis non videat quinque Chriſti vulneribus meliori ſorte prætuliſſe, ſuperexaltat enim miſericordia iudicium. Secundum etiam quod de iudice filio hominis dicebatur non nimis vrget: nam ſi verum eſt Chriſti debitores eſſe, tamen ſolutio ex bonis & meritis Chriſti fieri debet, quæ ipſi minimè negant: vnde duo loca Dauidis in concordiam reddentur, ait enim, *Iudica me Deus ſecundùm iuſtitiam tuam*. Certè alibi contrarium

Superat miſericordia iudicium

Meliorem partem accepiſſe videtur miſericordia.

poſtulat,

poſtulat. *Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine*, ſed contraria non petit, nam in hoc Pſalmo de alio tempore loquitur. Modò mi Deus non ſecundùm rationes mei codicis iudices, ſic enim ſoluendo non ero, ſed expecta donec ex parte mea ſint merita filij tui, quæ tanta ſunt, vt ſubire iuſtitiam tuam & iudicium non pertimeſcam, tunc enim ſcio iam vnde mihi proueniant miſericordiæ, *de vultu tuo iudicium meum prodeat*, ſententia & iudicium meum è facie filij tui alapis & ſputis dedecorata prodeat. O quàm piam ſententiam dicent labia felle & aceto potata! ô quàm ſecundùm meam indigentiam iudicabunt manus clauis mei cauſa confixæ! ex hoc theſauro mea exeat compenſatio, vt ſuperexaltet miſericordia iudicium.

Quantum à Chriſto iudicelicent expeſtare clar. gr. tuum.

19. Tertia deſolatio mortem minatur peccatori, qui mundus patuus eſt; quorſum enim ſigna erunt in ſole & luna, niſi vt in terrorem inducat hominem, cui licèt omnes aditus ad veniam, omnes vias ad fugam præcludere videtur, at miſericordia ſuperinſultat, & eleuat omnia, ait enim, *tunc qui in Iudæa ſunt fugiant ad montes*, confugite ad pœnitentiam, ſed orate ne fuga veſtra ſit hieme, vel ſabbato, tempore quidem ad fugam parum opportuno, vel quia ſabbati paſſus numerati erant, vel quia brumali tempore difficile iter nedum fuga arripitur; quamobrem ſabbatum iſtud & hiemem horam mortis explicant Gregorius & Auguſtinus, in qua intempeſtiuè fuga vitiorum, aut iudicij, arripitur, veritatem iſtam tibi propono, tu eam ſui nominis pondere pendito.

Tertij iudicij ſeueritatem præuenit & auertit miſericordia.

Pœnitentia opportunè facienda.

Omne quidem tempus vitæ tempus eſt pœnitentiæ, & quocunique tēpore homo ad Deum conuerti poteſt, verùm non omne tempus opportunum eſt ad pœnitentiam, aliàs non dixiſſet Dauid, *Pro hac orabit omnis ſanctus ad te in tempore opportuno*, nec Deus ipſe per Iſai. tempus decerneret placitum, *In tempore placito exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tui*, quòd ſi tempus opportunum vultis dignoſcere, huius loci commendatorem Paulum audite. *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis*, nunc, inquit, nunc, cùm bona eſtis valetudine, nunc cùm viuitis, moriens enim ſatis in moriendo occupatus, pœnitendo non eſt, nunc cùm ſeriò res agitur & decretoriè, tunc enim frigidè, ſophiſticè & mendaciter omnia fiunt. *In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui*, cùm Deus ſe Deum oſtentet in exigendo debito humani generis, mentiuntur inimici, & fictam & inuitam pœnitentiam exhibent.

Pſalm. 31.
Cap 49.
2 Cor. 6.
Pſalm. 65.

20. Verùm hæc omnia (inquis) diuinæ miſericordiæ præconia tempus & occaſionem, nec non auxilia mihi concedenda promittunt. Scito frater, Deum miſericordiarum diuitem eſſe, ſed non omnibus, nec omnes ſuas impendere miſericordias, rogabis Deum cùm fortè non reſpondebit, clamabis & non exaudiet. Sicut de Antiocho ſuprà diximus, *Orabat autem hic ſceleſtus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus, no ſera de vn quiza vna eternidad.* Nam cùm miſericordiam magnam arripere velis, fortè ſolum auxilium ſufficiens conſequeris, quod ex ſe licèt ſufficiens ſit, cùm tenere & premere velis quaſi detrita veſtis rumpetur, vel ob ægritudinem, vel ob ſtupiditatem, & tunc quidem irridebit te Deus, & in manu ſolum reliquet auxilium ſufficiens, quod quidem etiā tunc vitiorum profundo merſus contemnes, & oblatam manum non accipies. Pſalm. 48. *Et auxilium eorum veteraſcet in inferno à gloria eorum, la miſericordia y auxilio de Dios para con ellos ſe envexezera y ſe quedara en el infierno con el pedaço de ella en la mano*, & hic erit finis gloriæ eorum, ſicut funambuli plauſus, qui ob exiguum lucrum, & inanem gloriam à fune totum appendit corpus, funiculum in manu tenens, quo repentè rupto miſer in terram ruit, particula funis in mano arrepta; hac dubia ſorte & miſerando caſu angebatur Dauid, *Nunquid in æternum proijciet Deus, &c. aut in finem miſericordiam ſuam abſcindet? Certè res dubia eſt, abſcindet ne miſericordiam; ſic enim ſuperexaltat miſericordia iudicium.*

Numa de diuina miſericordia ſpes arguitur.

1 Mach. 9. 13.

Heb. Vatab. forma eorū inueteraſcet.

Simile.

Pſalm. 76. 9.

VERBVM SPIRITVS ſancti, Apoc. 3. v. 3.

Si non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & neſcies qua hora veniam ad te, &c.

Serui vigilis, & in pertrahendis ad Chriſti ſocietatem gentibus, operam, induſtriam & patientiam laudat, & in documentum proponit.

DISCVRSVS CXLIV.

1. QVID cauſæ fuit cur humanum cor patiens hominis fideliorem & vnicum veritatis teſtem atque humani commercij ædilem, cuius fide omnia ſtatuuntur, Deus opertum eſſe voluit; ſenſus verò fallaciæ & mendacij inſtrumenta foras efferre, & palàm eſſe decreuit? Creauit Deus hominem ſibi, (nam quos vides à dæmone poſſideri, crede ſuffuratos auferre à diuino grege, non ſecus ac lupus agnos eripere conſueuit) quod palàm ipſa huius pulcræ molis ſpecies oſtendit Deo maximo fuiſſe ædificatam, Anima quidem, niſi prauum quod habitat hoſpitium prohiberet, vnicum Deum ardentiſſimè coleret & inquireret, corpus verò ex ruſtica compage & viliori in deteriúſque lapſa poſt peccatum, materia conditum, amat viſibilia, & quæ iuxta ſenſum poſita ſunt diligit, & parum abeſt vt quaſi idola colat. Cùm igitur Deus præuidet, tale bonum eſſe, támque pretioſum theſaurum fidum amici cor, vt ſi perſpicuè ab amico perſpici poſſet, in idololatriæ crimen laberetur, occultauit id quod ad poſtponendum Deum poterat inducere, & ex alia parte palàm propoſuit ſenſus, vt ipſa experientia edoctus, homines ſæpe clarè ad oculum & ad manum frequenter alios homines

Cur mendaces ſenſus patent, cor verò latet in pectore.

Fallacia hominum reuocat ad Deum creaturam ſuam.

fallere, Deum verum & vnicum æſtimaret, & ipſo ſui erroris dolore perculſus ad Deum omni depoſito errore continuò diligendum aſſurgeret. Ex quo fit vt cùm Deus, cui omne cor patet, & quem nulli fallunt ſenſus, hominé amicum, ſibique gratioſum laudauerit, approbauerit, verè dignéque laudare poſſimus, à nobiſque securè commendari velle. Nunc ergo ex ore D. Petri verba Dei iterum accipe. *Inueni virum ſecundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas*, gratulamini mihi, geſtio enim & præſulto gaudio, inueni quod diu optaueram, *inueni virum*, &c. Quid eſt Domine nouum quod tuum regium ſic commouet animum? quos nouos Indorum orbes inueniſti? quæ millia millium animarum lucratus es? quæ glorioſa & felicis victoriæ nuntia obuenerunt? quis ſtrenuus dux ad tuas partes acceſſit? qui Paulus? qui Dauid? quæ mundi conuerſio? quæ noua miracula tibi denuo ſuſcitata & facta? Hæc omnia quæ dixiſti mihi vna die & in vno homine pariter venerunt, velim vt ex hac mea commendatione & laude vnum Ignatium in perditiſſimo ſæculo in meam gratiam adſcitum debita laude ornari velis, & mihi ac vniuerſo orbi fore gratiſſimum & vtiliſſimum exiſtimes, dum ego ſic ei confido, & ſic laudo, nec euanidam eſſe vocem illam, *inueni virum ſecundum cor meum*, &c.

Deus cui cor patet verus arbiter eſt amicorum.

Actor. 3.22.

B. P. Ignatij lucrandis Deo animabus induſtriæ laus.

2. Itáne facile eſt animas ad Deum reuocare, orbem infinito interuallo à creatore diſiunctum, creatori iterum adnectere, & ſtrictiſſimis nodis & anſulis amoris adiungere? Opus quidem hoc eſt tuũ (ò alme Spiritus) ſubtili ſapientia & bonitate dignũ, nihil mea opera operi tanto præſtabit, catenam tamen auream connectam ſtudio & ingenio trium Doctorum, qui acumine, eloquentia & ſanctitate longè aliis antecellunt.

Animas ad Deum reuocare diuinum opus eſt.

DISCVRSVS SCOPVS, ET DIVISIO.

3. *Omnia per ipſum facta ſunt, quod factum eſt in in ipſo, vita erat.* Primus Theologorum ſummus Euangeliſta Ioannes, & Theologorum princeps Thomas, cum Græcis & Latinis Patribus opus aggreditur, aitque, creaturas in æternitate ſecundùm eſſe quod in Deo tunc habebant, nihilo à Dei eſſentia vitáque differre, vtpote quæ nullo pacto à Deo diſtinguebantur; tempore verò creationis ſecundùm eſſe illud quod acceperunt, ſtatim diſtingui à ſuo principio cœperunt, & à Deo procedere in eam formam, quam eleganter & perigenioſè vates ille primúſque Philoſophus Homerus cecinit; catenam nempe auream pretioſis ex annulis confectam ex ore Iouis ad omnem orbis ſphæram circumfluxiſſe, & mirabili naturarum & ſpecierũ conſenſione ad os vnde exierat rediiſſe, quod idem eſt ac ſi cum Ioanne dixiſſet, vitam omniũ rerum in prima vita abſconditam fuiſſe, indéque verbo tenus omnia creata alia aliis connexa proceſſiſſe, in creatura rationali iterum ad creatorem reditura: euenit autem vt ſtatim ac diſtingui à Deo incipiunt, à veráque vita diſcedunt, in mortem tam celeri paſſu currant, & in nihilum properent, vt in momento euaneſcerent, niſi Deus manui ſuæ creatrici alterã conſeruatricem ſuperadderet, ſiſtereque feciſſet in vita hac manu conſeruante ea quæ altera dextera manu creante fabricauerat; ſicque manſit Deus, vt egregiè aiebat Tertullianus [a], *Conſidera totum Deum occupatum*, &c. Verùm erat iam tunc temporis à catena ſeparata nobilis, ſed ingenioſa ad malum creatura naturaque angelica dæmonis, qui ad priores annulos accedẽs parentes primos, inter ſe, & à Deo peccando, infinito interuallo ſeparauit, fregítque catenam; tam deflenda ſeparatio, vt nequiſſimus omniũ mortalium Caim (loquor ex ore Auguſtini) cùm ſe a Deo ſeparatum vidit, in hanc vocem erupetit, *Ecce eiicis me à facie tua, omnis qui inuenerit me, occidet me.* Domine ſine te, & abſque tua gratia moriar ego, à quocunque inuadar, ego meã oppeto mortem; quid poſtulas profligatiſſime hominum, mortem oppetis, ne ſis Deo turbatus: ſic amas Deum? minimè gentium, ait Hieronymus [a], non ex vero dolore erupit hæc vox, ſed natura ipſa, cùm ſe à Deo ſentit tanquam annulum præſcindi & ſeparari, vociferata eſt, *A facie tua abſcondar, ay que me vey de Dios y Dios de mi: omnis ergo qui inuenerit me occidet me, mate-maya qui en quiſiere.* cui Deus, *Nequaquam ita fiet, no quiero ſino que eſtes en vn infierno viuiendo y viuiendo ſin Dios*, Dei enim ſeparatio non niſi inferno poterat comparari.

Duplex manus diuina fingitur, creatrix & conſeruatrix.

a De reſurrectione carnis.

Diuiſionem & diſcordias primos inuexit dæmon in orbem.

Sciſſionem à Deo mirans primus Caim qui catenam auream charitatis fregit.

a In Gen 4. 14.

4. Hæc religatio & ad Deum reditus quibus annulis fiet? per naturam haudquaquam; fiet igitur per gratiam, cùm Deus quaſi aureus annulus naturam humanam diuinæ annectat, & colliget vnionis ſtricto vinculo, quo generationes hominum in catenæ formam redigat, vt Rupertus [b] attigit; meliùs tamen D. Greg. Nyſſenus [c]. *Aurea in initio humana natura erat, ac ſimilitudine congruente ad bonum illud labis expers lucebat*, religatis & diſſipatis annulis reparatore indigebat. *Huius deformitatem Deus qui cuncta in ſapientia perquam artificioſè molitur, emundauit per quendam quaſi reditum ad gratiã priorem reducit eam.* Sit ita, verùm vbi ſunt annuli, & quo pacto inter ſe colligantur? *Alius* (inquit) *adhuc eſt in primo electionis initio, alius ſtudioſo conatu auctius eſt, alius amplius conſecutus eſt, alius quaſi medium iter ad illa ſublimia confecit, alius etiam medium hoc curſu præterijt, nonnulli etiam hos ſuperant; rurſus alij hos ſunt prætergreſſi, denique Deus omnino omnes recipit. dichoſo el eſlabon poſtrero que llega a aſirſe de Dios.*

Gratia reducis creaturam eò vnde exciderat.

b In cap. 1. Math.

c In cap 5. Cant.

Iuſti annuli ſunt inuicem connexi ad reducendum animas ad Deum.

5. Cæterùm adhuc difficile & operoſum erit annulos longe à Deo diſiunctos trahere, colligere, & arctiori nodo conſtringere; vnio enim hominum inter ſe & animorum cum Deo conſenſio niſi à gratia, & auctore gratiæ in terras deſcendente, & ad ſe trahente naturas, minimè fiet, & homines à Deo ſeparati in ſempiternum manebunt. Ad hoc autem duo notanda veniunt. Primum, duo eſſe valde neceſſaria ad trahendas & copulandas animas, *ſapientiam & bonitatem*, illa quidem ad quærendas, iſta ad allicienda & vinciendas: in nullo autem hæc duo inerant, niſi in Deo, & poſt Deum tanquam in vmbra & typo in lapide magnete, hic enim lapis, præſtantiſſimus, ſapientiſſimus omnium eſt, quia viam in medio mari oſtendit, imò nouum orbem quaſi digito intento monſtrauit, *Ecce Carole Imperator, tibi latebat orbis, tata alli vn mundo Carlos*; bonitatis autem diuinæ quod poterat luculentius documentum præſtari, quàm ferreos annulos ad ſe rapere, rude & frigidum ferrum edocere cæleſti diſciplina, & in qua præſtat præitque mundi ſapientioribus. Hæc igitur duo attributa, bonitas & ſapientia, apud Deum eſſe videbantur, & in magnete ſimul latere. Ea autem die, in qua

Animas ad Deũ reuocare opus gratiæ & auctoris eius eſt.

Duæ magnetis dotes.

diui

diuinitas ad ſe traxit ferrum humanitatis, rapuit, copulauit ad ſe arctiſſimo vinculo, & nunquam diſſoluendo. Verùm contigit in hoc mirabile quiddam: ſicut enim virtus magnetis magis reſplendet in ferro ſibi attracto, quàm in ipſo magnete; ita eadem Dei patris ſapientia in Chriſto magis ac magis enituit, dum manifeſtatus eſt theſaurus ſapiẽtiæ & ſciẽtiæ Dei olim in eo abſconditus, & dum bonitatis & benignitatis potentia homines ad ſe allectabat, & quaſi ſuſpenſos tenebat. Adde etiam illud, quòd ſi magneti ferrum infigas, magis virtutẽ oſtentat infixa clauis, ita vt incredibile pondus ferri ad ſe trahere compertum ſit, dignum quidem Deo myſterium in naturalibus, vt ad ſupernaturalia aſcenſus pararetur; ille enim Deus ſapiens & bonus, qui ſolo contentus erat ſi populum Iudæorum à ſe ſuſpenſum traheret, *& populus meus pendebit ad reditum meum*, poſtquam magnes ferrum humanitatis ſuſtentat, iam

Diuina attributa ſapiẽtia & bonitatis in magnete repræſentantur.

6. Chriſto totus non ſatis eſt orbis, *dabo tibi gentes hæreditatem tuam*, & dum iam manus eius pedéſque clauis transfixi ſunt, ex alta crucis ſede, *omnia*, inquit, *traham ad meipſum, alli ſe vera quien yo ſoy y la virtud de mi paſſion y la que yo comuniqué a otros*; videbar diuina & noua prædicaſſe, ſed en diuinus ille Plato & antiqua & noua prænuntiaſſe videtur. In Ione enim, ſiue Iliade, Socrates ad Ionem ſic ait, *Diuina vis te mouet, quemadmodum in lapide magnete: nam & hic lapis non ſolum ipſos annulos ferreos trahit, ſed etiam vim annulis indit, vt idem hoc facere poſſint; vnde aliquando longa admodum ferri annulorum catena efficitur, dum alij ex alijs pendent*; caue verò ne erres vt malus vtique Philoſophus, *omnibus enim his, ex illo lapide vis applicatur.* Sic etiam *Muſa* (hoc eſt, ſpiritus diuinus) *numine quidem afflatos ipſa facit, dum autem per hos numine afflatos alij afflantur, catena dependens connectitur.* Semel Chriſto in orbe conſtituto videre licebit præclarum illud in diuinis magnetis opus, ipſe namque ſpiritu & virtute inuiſibili afflabit viros quoſdam, tanget, trahet ſapientes, & charitatis plenos efficiet, & hi quidem alios attrahent, & hi alios, & hi orbem totum ad Deum reducere conabuntur; tu verò cùm hanc virorum catenam auream, & ſocietatem in Ieſu conflatam videas, hominum quidem loco, litteris, profeſſione, natione, animis & ingeniis diuerſorum, ſapientia & bonitate cõſpiraſſe in opus alliciendi animas, inquirendi orbes, conuertendi gentes, ferreos homines & peccatis à Deo elongatos reuocandi, caue ne erres ſicut turpis & oſcitans Philoſophus & Theologus, talis enim catenæ & mirabilis Societatis auctor nemo niſi Ieſus eſt, eſſétque intolerabilis error aliter nuncupari, *omnibus enim his ex illo lapide vis applicatur*; ſi verò vis primum illum qui ad tantũ opus deificum reuocandi animas quaſi auctorem elegit Deus, vide qualem catenam melius quàm Alcides ad animos conciliandos inuenerit. *Omnes ſimul* (ait Nyſſenus [a]) *eodem inter ſe nexu copulantur, veluti corona quadam, aut torques & monile circum collum, diſtinctis vndique atque digeſtis margaritis, maximè paribus, tales erant ſancti qui & per fidem vniti, & per vincula inter ſe conſtricti erant.*

Plato in Ione, ſeu Iliade.

Spiritus ſancti communicatio ab ipſo principaliter fit.

Societatis Ieſu auctor ipſe Ieſus.

Eccleſia & Societatis Ieſu deſcriptio.

a Oratione 2. quadraginta martyrum.

Meritò ergo poteſt Deus ſibi gratulari & ge-
7. ſtire gaudio, *inueni, inueni virum ſecundum cor meum.* Verùm cùm meæ voluntates in eo ſint, vt omnes homines ſalui fiant, & ſanctificatio veſtra in votis eſt mihi, quam congruè mihi adlegerim ſeruum iſtum, quámque benè meas expleuerit voluntates audite. Fac grandem vocem alicuius principis pueros clamantem à tribus maximè exaudiri, & ea accepta continuò de diuerſis locis reſpondere. Sic crede Deum locutum eſſe, & vocaſſe ſeruos, ſed tres maximè præſtò illi fuerunt, & eidem voci obtemperarunt, Dauid, Chriſtus Dominus, & infine ſæculi Ignatius. Intellige modò Pſalm. 28. cuius titulus eſt, *Pro conſummatione tabernaculi.* Volo ô Dauid vt excites mihi tabernaculum, fiat Domine in Sion. Fiat Pater, ait Chriſtus, Romana & catholica Eccleſia, fiat, inquit Ignatius, in toto orbe tabernaculum Deo Iacob, *Vox Domini in virtute.* Procedite ad bellum; procedam, ait Dauid, nec non & ego, ait Chriſtus; pergam ſimiliter, ait Ignatius. Tu primam aciem, filius belli ſecundam, Ignatius tertiam & vltimam teneat. *Vox Domini in magnificentia*, militum delectum facite, ſtrenuos duces eligite, habeo iam ego (ait Dauid) decem præclaros ex Iſrael, & ego piſcatores duodecim, nec non & ego decem ſocios, inquit Ignatius, vt duobus minus quàm Chriſtus opus inſtaurationis aggrediar. *Vox Domini confringentis cedros Libani*; tu Dauid primum bellum inferas contra habitatores Libani, debellabis regnum Adarezer, confringes cedros, duces ſuperabis. Et tu fili primo bello aduerſus Romæ ſuperbiam ibis, & Libano ſuperbiorem vrbem, & cedris celſiores, & quaſi immortales duces confringes, *confringet Dominus cedros Libani*, & tu Ignati, pedem ibi figes, ſuperbiam eius iterum conculcabis, & quaſi filius vnicornium ventilabis ſuperbos Dei & Pontifices hoſtes. *Vox Domini intercidentis flammam ignis.* Veni quaſi fulmen Dauid, ecce enim velox aduenit Aſſyrius in auxilium regis, Afrum iſtum & ex ſuis duodecim mille Aſſyrios interfice. Et tu fili, contere ſuperbiam Græciæ & Africæ, mittam in illos Athanaſium, Chryſoſtomum, Baſilium & ambos illos Gregorios; & tu Ignati principiò deſtinabis Lainem ad primam cum prorege expeditionem quæ contra Africam fiet. *Vox Domini concutientis deſertum*; ſubiugabis mihi incircuncisos, terribiles Idumæos, percute illos Dauid. Et tu fili, in orientalem plagam nuncios & legatos præpara, non tibi Æthiopum ater color diſpliceat. Et tu Loyola Franciſcum legabis ad Indos, & deſertas animas maiori cum fœnore quàm Luſitani inſtitores lucrabitur. *Vox Domini præparantis ceruos*, deſunt tibi ſubiiciendi ô Dauid ſuperbi Philiſtæi; verùm volo tibi præparare eos ad necem, quaſi cùm cuniculi ligantur ex dumetis vt princeps puer poſſit impunè & feliciter ſagittam infligere, *yo te los pondre agazapados detras de vnos perales*, & commotione foliorum pyrorum tranſeunte me, turbatos omnes capies & interimes. Et tibi fili, quaſi Principi dilectiſſimo venire faciam curuos & humiliatos ad te, qui te humiliauerunt, Iudæos, & eos qui quotidie ex infidelitate conuertentur. Nec tibi deero ô Ignati, nam filiorum commotione librorum, & prædicatione verbi eos qui fidei aduerſantur quotidie ad manus dabo ſuperandos, conuertendos, profligandos. *Et reuelabit condenſa.* Vnum bellum; nonus de-

Quàm congruè electus Deo Ignatius eius diuinas expleuerit voluntates.

Hypotheſis pro explicatione Pſalmi Dauidis.

Tres Dei filij ac ſerui obtemperantiſſimi.

Agitur de conſtituendo tabernaculo Eccleſiæ in terris, ſub ſpecie ducis & belli.

Bellum contra Romam.

Bellum contra Africam.

8.

Bellum contra gentes orientales.

Bellum cõtra occidentales Indos.

Bellum cõtra perfidos Iudæos.

bellandus orbis ſupereſt, præcipuè Ignatio demandandus, tibi maxime, tuiſque prouinciam iſtam reſeruaui: quo ſuperato & obtento fiet voluntas mea. *Regnabit Dominus Rex in æternum, & in templo eius omnes dicent gloriam*, & omnis voluntas mea fiet per tres fideliſſimos ſeruos & duces, meritóque ego, contenta voce mihi gratulor, *Inueni virum iuxta cor meum qui faciet omnes voluntates meas.*

9\. *Ignatiꝰ cõmeſſo mirabilis.*

Qualiter autem magnes lapis, hoc eſt, Chriſtus eum tetigerit, & attraxerit videamus. Nam cùm Pompeiopoli ex æneo globo fœdũ in crure vulnus accepit, & lapide percuſſus eſt, feria altera Pẽtecoſtes videtur ab almo Spiritu amore ictus, & fauciatus in animo. Sed vt opus omnino diuino conſilio factũ videretur, iterũ à petra Eccleſiæ D. Petro accepti vulneris medelam per quietem accepit. Vim ſtatim tactus magnetis perſenſit, & operibus comprobauit. Nobiles enim veſtes vni pauperum, quibus indocbatur, ad intimam vſque ſubuculam tradit, ſéque ipſe habitu induit, quem prope montem Serratum noper ex itinere comparauerat. Is erat talaris tunica è rudi ſacco, funis pro cingulo, calcei è ſparto viatorum baculus: cæſariem quam pro frequenti eius temporis more ſtudioſe nutrierat, confundi ſinit & inhorreſcere; barbam temere promitti, vngues excreſcere, totum os ſqualore turpari: veſtis erat quem dixi ſaccus aſper ac vilis, caput intectum, humus pro lecto, ſomnus perexiguus, ac media nocte orationis cauſa interpellatus, ter quotidie acriter repetebat flagellum, ſeptenas ponebat horas, orando prouolutus in genua, cibus exiguus, panis emendicatus; iuuentæ robur elanguit, concidére vires, & pallor faciem deformauit. O rerum mutationem! tactus verè eſt à diuino lapide, veræ mutationis indicia ſunt, inelegantia, incuria, pallor, lacrymæ, ſui corporis verberatio. *que aquien Dios toca luego le deſtoca, toco à Magdalena y deſtocoſe luego toco a Ignacio y aſtole por eſo vos andais tan tocada por que Dios no os a tocado.*

Dura pœnitentia opera.

Prudentiam ab exordio oſtendit.

Sed velim in tanta auſteritate prudentiam illam & ſuauitatem aduertas, qua alterum tantùm pedem ex veteri plaga imbecilliorem texit, alterum prorſus nudum reliquit, nudum item reliquit verticem, in quo diuinam illam prudentiam, qua regulam & onera religionis pro cuiuſcomque valetudine conſtituit, manifeſtauit; atque adeò comparandus eſt liber ille ſponſæ Chriſti pectori, *Venter tuus eburneus, diſtinctus ſapphiris*, legit Nyſſenus [a], *tabella eborea*, alludens ad duram legem Moyſis nunc in legem gratiæ commutatam, & in regulam quidem quæ à filiis caſtitatem angelicam exigit. Sed eſt diſtincta ſapphiris, qui recreandi viſum habent virtutẽ, *vt in attendendo diuinis præceptis non fatigetur ſpe cæleſti recreante cernendi facultatem quæ animi oculis ineſt, la regla es rigurosa y perfectiſſima pero hizola ſuaue con la guarnicion de ſaphiros de oracion con,ſideracion, letras, compañia de buenos*, &c. maximè tamen duo ſuauiorem reddiderunt, quia ſicut pedẽ imbecillum exonerauit, & ſubleuauit, altero nudo relicto; ſic pœnitentias & munera grauiora valentioribus, & maioris ſpiritus viris demandauit. Secundò, quia ea omnia aſpera quæ ab ipſis (etſi clam & abſconditè) exhibentur, ipſe prior pertulit & expertus eſt, ideoque lex eius *ventri* comparatur. Sicut enim ſi prægnanti fœminæ potio amara præſcribitur à medicis, ipſa prior amaritudinem experitur, antequam puer; ita cùm gerebat nos in ventre, ipſe acerbitates vitæ ſpiritualis libauit, antequam nos experiremur, *como la purga por ſus hijos y quando llega a noſoſtros ya eſta ſuaue*; eſt enim *tabula eborea diſtincta ſapphiris.*

Liber conſtitutionũ ventri ſponſæ eburneo ſimilis.

a Cantic. 5.

Suauitas inſtituti Societatis vnde ortum habuit & cauſam.

Mentis illuſtrationes etiam verè ipſum à magnete attractum demonſtrarunt, & inter ecſtaſes vna ante omnes octidui ſpatio memorabilis fuit, in completorio enim ſabbati auocatus à ſenſibus cùm octo ipſos dies ita quaſi exanimis iacuiſſet, pij homines ſepulcro mandare decreuerunt, niſi latentis vitæ reliquias ex tenui cordis palpitatione deprehendiſſent: in completorio item ſabbati proximi quaſi è ſomno euigilans, & *Ah Ieſu*, ſuauiter ingeminans, ſurgénſque omnes qui intererant admiratione cõpleuit. Euolue obſecro omnes hiſtorias, nullã ecſtaſim diutius protractam inuenies; quamobrem ſicut cùm eques quidam regem conuenit, & per tres horas apud illum eſt, cæteri aulici deforis philoſophantur ſuper negotio illo tanti momenti, cuius cauſa rex ſtat, & eques genuflexus tanto tempore; ſic operæpretium erit inquirere quid cum iſto ſuo Paulo agat Chriſtus, non iam triduo illo, ſed octidui ſpatio, ſine dubio totius Societatis fabricam accepit, & munus animarum quàm laborioſum, ſed vtile ſit, diuinitus accepit. Poſtquam Deus (inquit Ambroſius [a]) cuncta formauerat animantia, adduxit ea ad Adamum, vt proprio ea nomine nuncuparet. *Simul accipe qua cauſa omnia deducta ſint ad Adamum.* Vidit Adam cuncta animantia, ſed obſeruauit *ex vtroque ſexu* ſubſtantiam conſtare naturæ, id eſt, ex maſculo & fœmina. *vio los animales y reparo, todos vienen apareados macho y hembra ſolo yo eſtoy ſin compañia, & ipſe vſu exemplóque cognoſceret neceſſarium ſibi conſortium mulieris adiectum, hechólo de ver mas no lo dixo que eſto de caſarſe ni el joven ni la doncella lo an de tomar en la boca:* Pater æternus apud ſe cum filio agitauit negotium, *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, razon tiene Adam caſemos le.* Sed ô triſtem virum, qualem infamiam & ærumnas ſubiturus eſt propter vxorem. Veniat ſomnus, irruat ſopor duplici de cauſa. Prima, vt coniugatos admoneat, cùm intendimus animum ad coniugium copulandum, veluti intentos oculos ad Dei regnum inclinare atque inflectere, videmur ad quendam ſomnum iſtius mũdi, *& pauliſper obdormire dimus, en tratando de bodas da el alma vna cabeza della y ſe diuierte de Dios.* Secunda cauſa ſomni fuit, vt mulierem illam ærumnarũ cauſam ex alia parte conſpiceret, ex qua amabilis omnino erat futura; tunc enim *ædificauit Dominus coſtam in mulierem*, & ſic dormienti Adamo oſtendit quot quámque illuſtrium filiorum mater futura erat (vide Adam, Patriarcharum matrem, Apoſtolorum, imò Mariæ virginis, Chriſti Dei & omnium prædeſtinatorum primam matrem,) quæ ita pulcra viſa eſt Adamo, vt per nongentos annos & triginta nuſquam quid aſperum, vel verbo, vel nutu, vel opere in ipſam conieciſſe etiam poſt peccatum, legamus. Ad leuandam moleſtiam temporis ſaucius iam & in lecto decumbens Ignatius codicem quempiam petit, ex his quibus inſueuerat per armorũ amorúmque lidibria horatum bonarum raptoribus, euenit ſanè diuinitus vt nullo eius generis domi reperto libro

10\. *Octo dierum ecſtaſis mirabilis.*

a Lib. de paradiſo c. 11.

Quid in hac ecſtaſi Ignatio ſit diuinitus indicatũ.

Quorſum ſopor irruit in Adam.

11\.

offer

Lectio librorũ ſacrorum.

offerretur, alter Chriſti Domini vitã continens, alter verò ſanctorum, quos dum lectitat, aduertit ſicut Adam Chriſtuio Eceleſia, Benedictum ſua ſponſa, Franciſcum ſna familia, Doioinicum item conſorte ſua aſſociatos procedere, & æmulatione quadam apud ſe, ſed diuino Spiritu afflatus nuptias etiam cœpit meditari, taléinque ſe futurum diuioa aſpiraote gratia. Itaque ſociam, ſeu ſocietatem vis Ignati. O quanta dedecora eius cauſa ſubiturus es, verùm vt omnia libenter toleres dormi, rapitur in ecſtaſim, & ſuæ ſocietatis formam, opns & fabricam mirabilem vider.

Vnion Societatis Ieſu cauſa quanta pertulit Ignatius, & eius diſpoſitio & gradus deſcribuntur.

Tyrones. Vide tyronum mundi contemptum, modeſtiam, ſeceſſum, ſilenrium, conſtantiam.

Coadiutores. Vide coadiutorum temporalium rerum domeſticarum adminiſtros, mentalis orationis, ſacratiſſimi panis frequentia, in humilitate, obedientia charitateque ſplendentes.

Scholaſtici. Intuere ſcholaſticorum catetuam, omnes in veſtibus albis, ſequentes agnum aoimi candore, ingenij acumine, recta ſtudiorũ intentione, flagranti animarum iuuandarum deſiderio iamiam ardentes.

Coadiutores ſpirituales. Reſpice ſpirirualium coadiutorum vitam ad Cbriſti & diſcipulorum noimam compoſitam viſitãdis ægrotis, carcere incluſis, erudiendis pueris & rudibus occupatiſſimos;

Profeſſi Societatis. vide profeſſorum heroicam & Apoſtolicã formam viuendi, quanta nitent paupertate in cõmuni forma viuendi, quanta in tanta ſcientia obedientiæ laude præſtantes? quanta humilitate in altis ſedibus collocati? quanta puritate inter Babyloniceæ fornacis flammas conſtitoti, quàm liberi ab ambitioois peſte, vno voto de non admittenda dignitate conſtricti, quàm prouidè Pontifici in calamitoſo tempore arctiori quarto voto coniuncti. O mea Eua, qoàm pulcra es, en expergiſcitur Ieſu Ieſu bone, ego tam pulcræ ſponſæ vir? Patiar ego flagella, orbem nudis pedibus peragtabo, illius gratia *augete do-*

Gen.34.12. *tem, & munera poſtulate, tantummodo date mihi puellam hanc in vxorem.* tot filiorum matrem tot animarum recuperatricem; ſit ira, verùm de dote agamus.

12\. Es in primis de *ſapientia*. En iam habemus illum ſcholaſticum, opus quidem non mious mirabile, quàm præcedens, longum, intempeſtiuum, quod ſola id ætatis charitas vel aoderet ingredi, vel ſperaret poſſe conficere.

Studijs litterarũ vacat nõ ſine admiratione, & diuino impulſu.

Sub ludimagiſtro repueraſcere incipit, & prima rudimenta Latini ſermonis, & ſpinoſas Grammaticorum præceptiunculas auidè haurire. Rogat Ardebalum præceptorem, recipiat per Deũ ſpõſionem, exigatqoe penſum, verbiſque ac verberibus ad officiũ adigat, non ſecus atque puerorum poſtremum. O Parens ſanctiſſime, quis te intra ſeceſſum domus floſculos Grammaticæ, fucos Latinæ linguæ colligere vider, qui diuinã diſpoſitionem noo admiretur, oeſcio cui comparem facious hoc niſi egregio illi facinori Iudith.

A ſimili. Ex ſacra Scriptura.

Vide in ſecreto cubili Iudith vt viduitatis veſtimentis ablatis ſpeculum opponit, comã diſcrimioat, eleuat, intorquet, calamiſtro, reticulo & vitta cingit: pellam limũmque veſtit, redimicula capiti, monilia & torques collo, armillas, annulos manibus digitiſque inſerit, ſandalia calciat pulcerrima, chirothecas mũdũmque muliebrẽ, & ad primam illam pulcritudioem redit. Erras toto cælo fœmina, cui te tam egtegiè ornaſti? Holophernine? quorſum barbaro & inſa-

13\. no comata fœmina; & ad milites quorſum obiicienda pulcritudo? nónne temeritatis opus hoc eſt? Sed ô almi Spiritus ſecreta cõſilia, luſtra, obſecro, fœminam iſtam iterum, & cataphractam iouenies, armiſque vndique tectam, quis diceret capillus galeam eſſe, æreámque caſſidẽ, pennis verſicoloribus oroatam; quis thoracem ſericum, æreum thoracem putaret, quis flabellum pilam eſſe diceret? Pergit, & cùm ſolam ſe cum ſolo Holopherne ſenſit, hunc quoque vino ſomnóque ſepultum vidit, in ſilentio orans, truncat ſuperbũ, triũphat de boſte tam boneſtatis, quam religionis, & vrbis. O diuina coſilia.

Buelue animar eſſa muger quien dixera que aquel cauello era celada y peta obra, aquel cuello gola aquel cor pinos arnes aquel manto faldõ de hõbre armado aquellos quantos manoplas aquellas ſandalias eſcarpes a quela bamillo lanza aquella hermoſura fuego aquella gentileza muerto.

Superbiebat hæreſis, & caput in Lushero etexerat, pulcritudinem ſacræ Scripturæ deformare deſiderabat, vt ex illa horrenda illa monſtra generaret parerétque infernales & abominandas opiniones, cùm ecce ſpiritus militẽ, doctorémque agere iubet, & exauthoratus bellicis armis artem Grammaticæ arripit, à campo & bello ad puerilem chorum traducit, ducem ſubiicit præceptori. Ludiera ſunt iſta, & vana; quid hæc ad hæreticorum elegantiam, garrulitatem, varias linguas, libróſque ſucatæ eloquẽtiæ plenos; erras Ignati, erras toto cęlo, nunc te floſculis oblectas, ornas poëſi? Latina ſcribis? haſtam in ſtilũ conuertis? verùm ô Dei ſapientiam, luſtra militem, conſidera tyronem, quis diceret artem illam ęſſe controuerſiarum, libros, calamum tormentum eſſe æneum, lingua illa tot eſſe ſoluendas linguas? literas illas ſemen eſſe literarum & literatorum: cuínam aſſignabimus mirabile opus niſi tibi, magnes, à qua ſapientiam accepit miles, & in ducem ſapieotum dux prophanæ militiæ eoouerſus eſt.

Mirabile et diuinum conſilium militẽ tandem literis vacare.

Sed *bonitatem* à magnete accepit, qua animos 14.
homioũ allectaret, & ad Deum conoerteret, ad hoc enim tot laboribus & ærumnois ſaturare voluit Deus Ignatium; nihil enim ſic animos pertrahit & conciliat, quàm illorum cauſa labores perpeſſos conſiderare, *inuencion de amor padecer para atraher al amado*.

Armat enim Deus ad pelliciendos ad ſe animos quo afflictum videns ipſorum cauſa.

Quod vt explicẽ circuitione vtar, qoæ ſic habet. Sciris iam luſum illũ puerilem quo colludebamus omnes cùm puerum vnum velata facie cæteri in formã coronæ circũpoſiti ea lege percutiunt cæcum, vt ſi percutieotẽ deprehenderit, ſuo loco ſubſtituat: videas autẽ hinc indeque percuſſum, cùm minimè coniiciat, nec attingat percuſſorem, ibidẽ patieoter expectare.

A ſimili.

Hoc ludi genus inſtituit Deus cũ amico Iob, dũ in medio collocatus & Aogelis, Dco ac dæmone circũſtantibus luſio cœpit, ictúſque graues infligi cœperunt. En ouncius domus & filiorum euerſionem nunciat. Opus hoc, inquit, Chaldæis aſſignandum eſt. Falleris Iob, eſto ibi. Alter deuaſtatis & diſſipatis armentis & gregibus, nunciũ affert. Hó, inquit, à Sãbæis calamitas venit. Falleris Iob, eſto ibi. At ille tertio iam
ictu percuſſus rẽ attigit, & clamat, *Manus, manus* 15.
Domini tetigit me; dicis quod res planè eſt, *acertaſtes Iob, panga ſe dios paſe por las leyes del iuego*. Ita factum eſt, ſubſtituitur Chriſtus, & in domo Pilati ſiſtitur, circundant eũ milites, velant oculos, & ictus ingeminãtes faciẽ contundunt, dedecorant, ſpineam coronam imponũt, ſanguine madent frons, oculi, capilli, collũ. Quò tendit (amor animarũ) iſta bonitatis inuentio? Nunc videbis, nunc pelliciam in meum amorem frigidam & inurbanam ſponſam. *Aperi mihi ſoror mea*, &c. & quo titulo, ô Domine, tanto oiaoe de lecto, de ſtrato, de puluinis dimouere vis delicatã fœminam?

Chriſtus paſſione ſua animos ad ſe pertrahit.

nam? quo titulo? Dicam. *Quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium*; cui cauſa ó ſponſa inter ludendum corona mihi impoſita eſt, inflictæ alapæ, vibices carni impreſſæ, ſanguine perfuſa cæſaries, frons, & oculi. O amor meus, quos non excitabis amores? ita factum eſt; ait enim, *Venter meus intremuit ad tactum eius*. Hebraicè עלו *alau, ſuper eum*, id eſt, ipſius gratia, vel propter ipſum, vel ea eo quòd ipſum tangebat. Sicut ſolemus dicere, non me tangit hæc cura, & miſereor ſuper te, doleo ſuper te. Vix, inquit, audiui incommoda noctis mei cauſa ſubiiſſe, & ſic ad fores venientem tepaliſſe, *cùm venter meus intremuit*, id eſt, doluit cor, *diome vn buelco el coraçon que a feſtejo hecho de dolores y trabaxos ſantos no ay reſiſtencia en el alma mas obſtinada.*

16. *Laborum & ærumnarum Ignatij finis ex diuino conſilio.* Nunc ergo quò tendant diuina conſilia perſpicuè videamus. Conſtituit Ignatium in orbe quaſi in theatro, cùm bona & mala fortuna compoſitum conuocat ad luſum, ſocios infideles, dæmonem, principes, Academias, ſapientiſſimos mundi viros, & religione præclaros, Eccleſiæ principes, Pontifices, &c. & velatis oculis luſus incipit, quos ictus in eum influxerunt, quoties eius patientiam tentarunt, reſonant tunſionum eius, & probrorum voces per totum orbem. Nec rem exaggeraui: nam cùm Franciſcus Xauier apud Antipodas, vel Amiſios, Indos, Iaponios degeret, accidit huic magno Prophetæ non ſemel ſpiritu prophetico rapto, in faciem ſuam repentè coram diſcipulis & Patribus cadere, contra morem quidem eius qui ſublimes oculos & in cælum intentos ſemper habebat, & poſt aliquot tempus ſurgens, aiebat, *O homo, indulgeat tibi Deus.* Quid hoc? dicant litteræ ſubſequentes, in quibus referebatur Societatem aliquo graui labore exerceri in Hiſpania. O bone Deus, ſi ictus laborum, in quibus verſabatur Societas, apud Antipodas præſentiebat Xauerius, quia cor erat Societatis, quid ibidem in Hiſpania Ignatius, qui erat caput, ſentiret? & quorſum Domine labores iſti, quorſum comprehenſus Ignatius, quorſum flagellis addictus, quorſum ad tribunalia Academiáſque vocatus? Nunc intelliges myſterium. Heus Pariſiẽſes Academici, pandite fores, audite, obtemperate mihi. Et quo titulo Ignati? quo? quónam alio, quàm intra parietes iſtos multa millia ſcholaſticorum ſigno campanæ vocata aduersùm me ſteriſſe, virgas atripuiſſe Doctores, & in me iam (niſi Spiritus ſanctus verbis ignitis eorum errorem furorémque compreſſiſſet) animaduertiſſent,

Hiſtoria B. Xauerij à Turſelino cõſcripta, & P. Lucena Luſitano.

17. date mihi Fabrum, Lainum, Salmeronem, Xauerium, & alios quibus integram, paruulam & minimã Societatẽ conflabo. Age tu Salmanticenſis Academia, pande etiã fores mihi, & quo titulo? quo? quia in te infamiæ & examinis periculũ ſubiui, & doctrina mea ſicut argentum igne examinata eſt, redde mihi iuuenes viróſque doctiſſimos, ſedem ſcientiæ & religionis, ibi ibi regio ſumptu figere volo. Et tu ſancta Academia Complutenſis fores reſera tuas; & quo titulo? quónam alio, quàm quem mihi tua vincula & carceres contulerunt. Da filios, imò da matrem Societatis collegium quod in te magno contradicente principe fundabo. O rem mirabilem! pluſquã octoginta viros præclariſſimos qui nomen in Societatem dederunt, vnus prælatus admiſit. Et tu Sinarum & Iaponiorum regnum non meam poteris, quia remotum es, refugere bonitatem, aperi fores iſtas externis omnino clauſas; & quo titulo? quo? nonne tibi viſcera mea Franciſcum Xauerium dedi, nónne ad inuiſa regna legaui, nónne ſiti animarum quæ in te ſunt enectus, emortuus eſt, ad fores tuas? Certè non leuia ſunt hęc bonitatis Ignatij argumenta, in quibus ſapientiam Dei & bonitatem perſpicuè in animarum ſalutem conſpiraſſe cognoſcitur.

Verùm ſicut gubernator nauis cùm imminentem tempeſtatẽ videt acum præparat, affricat magneti, & ſi vltra lineam nauigandum eſt, iterum magneti applicat, vt vergente versùs alterum orbem polum reſpiciat antarticum. Ita Chriſtus Dominus crucem baiulans ante Romã Ignatio apparet, ſibique ex Patris voluntate ſuſcipit Societatem tutãdam & confirmandam, & iterum crucis ſigno, quo omnia ad ſe trahere voluit, ad noui orbis ſalutem reſpicere & intendere facit. Hinc iam liquet cauſa propter quam totus in obedientia cõmendanda eſt Ignatius, totus in obligando filios Petro & ſucceſſoribus quarto voto, *eſte fue ſu blaſon obediẽcia*; præuidit vtique non ſolùm orbem per inobedientiã catenam perfregiſſe, ſed regna etiã olim fideliſſima à Petræ obediẽtia diſceſſura, euenitque illi quod nõ ſine myſterio legimus *in Deuteronomij c. 32.* Moyſi cõtigiſſe. Qui cùm morti proximus inobedientiam & infidelitatem populi iuxta lapidem vidit, illo quaſi dolore perculſus, & cogitatione occupatus, vocem illam ingeminat, *Deus ſuus vendidit eos*, & Hebraicè, *petra vendidit eos, petra, petra*, & hanc vocẽ ſæpius repetit, ſicut cùm in curiã vocatus rector ciuitatis vt muneris ſui rationem reddat, intercipitur morbo & phreneſi, totúſque eſt in hoc verbo, *ratio exigitur, reſidencia.* Alterum febris inter ludendum occupauit, & folia picta, ſponſiones & victorias prædicat, *primera flux embido.* Alter verò ſacerdos qui à ſede confeſſionum ad lectum ductus eſt in phreneſi nihil niſi abſolutiones effutit; ita Moyſes in hoc ſuo dolore moritur. *Petra, petra vendidit eos*; & tu Ignati, quid morti proximus inculcas? Petram, petram, obedientiam; quorſum? Quia Petra fuit quæ me de muro exturbauit, & ab errata mente ad ſaniorem reduxit. Petra Eccleſiæ vulnus, & confractum pedem ſanauit. Petra tetigit, petra apparuit. Petra me in ſuam tutelam ſuſcepit, petræ innixus Petri omnia tela in me contorta cõfregi, teſtimonia falſa omnia coram Petra euanuerunt, à petra Societatem nomen, gratiam accepi. *Piedra piedra hijos mios, Papa, Roma, ſanct Petro obediencia, mirad que ſera meneſter*; *quoniam petra vendidit eos*; quia in hoc offenderunt regiones, inſulæ, regna antea fideliſſima, & vos ad ea recuperanda, & ad nouum orbem Chriſto alligandum in mundum illati eſtis, contingat potius à vita, quàm à petra diſcedere; ſedes, collegia, domos ampliſſimas deſerere conſultius ſit, quàm à Petri ſede recedere.

Quorſum aſparuit Ignatio crucem baiulãs Chriſtus. 18.

Cur tam impensè obediẽtiam Societati cõmendauit.

Simile.

Cùm iam igitur Regnum Patri dederat, cùm iã orbem Deo deuinxerat, cùm iam mundum & vrbes domibus & ſociis cinxerat, cùm iam tot ſapiẽtes viros ſpiritu Dei afflatos Chriſto copulauerat, cùm tot animarum myriadas ad caulas Eccleſiæ reduxerat, cùm tot in orbe prouincias, quot capit orbis ſuis oculis diſperſas & diſtinctas viderat; cùm tot orphanis pueris 19. *Obitus Ignatij.*

&

& puellis domos excitauerat, cùm catechumenis, externis, & fidelibus domicilia, ſeminaria & congregationes fundauerat, ruinam minari cœpit nobilis illa machina Athlas, ille orbis & amoris vi potius quàm mortis adigi ad exitum exoptandum, & excipiendum.

A ſimili. Cui in morte contigiſſe videtur quod cuiui prudenti euenit, qui cùm ruinoſam domum videt, & ipſe ſuo nutu à fundamentis excauat, & ad ruinam ſe comparat, & ea parte ſe ſaluum conſtituit, quia arcus eſt, aut camera for-
20. nice fulta, ruit domus tota, putatur mortuus, aut imparatus: at quale gaudium cùm ligones audit terram auferentium, quid cùm lucem, quid cùm amicos, qui mortuum credebant, venerunt medici, & temeritatem Ignatij accuſabant, qui contra eorum ſententiam ruinam corporis ſui & præſenſerat, & præſcripſerat ad lectiſſimam fœminam, ſed non latebat vigilem ſeruum Domini appropinquantis aduentus tertio Kalendas Sextiles cùm biduo antè diuiniſſimum Euchariſtiæ ſacramentum ſuſcepiſſet, inclinato in veſperam die acceſſit ſecretò Polaneum, nihil tale ſuſpicantem, iubet continuò adire Pontificem, commendare ei ſuo nomine Societatem, & poſtulare ſibi benedictionem, & indulgentiam, & orationes ſuas apud Deum impenſiùs pro eius beatitudine ibi quò migrabat exhibiturum. Polancus nuncio & iuſſu deprehenſus inopinatò, itáne, Pater inquit, eò ventum eſt, vt breui te carituri ſimus? ita Deo placitum, ſubiecit Ignatius. Perge ad ſanctiſſimum Dominum, *nec modo mihi, verum & alteri ex Patribus benedictionem & indulgentiam refer.* Olauij videlicet mortem prænuntiauit, vt euentus oſtendit, timuit, quia nihil, niſi hæc duo (primum aſſeueranter dixit ſubſidia Romano collegio nunquam defutura; & ſecundum quod affirmauit fuit hoc, ſe nempe morti proximum) vir aſſeuerandi parciſſimus, locutum aſſeueranter audiuerat, veniunt vidère fabricam vitæ reparatores medici inſignes Petronius & Turrianus, nihil extare in præſentia, vnde ruinam & obitum interpretari liceat. Relinquitur ſolus (nulla cura de morbo) totá eam noctê cum Deo Domino pro Creatore ac Redemptore ſuo dulciſſimè agens conſumpſit, ruit illa machina, Ieſu, Ieſu ingeminans, ingemit Pontifex, fit tumor, fit gemitus, at ille lætus & alacer, ſecutus, audit vocem illam: Cùm te conſumptum putaueris, orieris vt lucifer. Expecta miles ſancte, ecce cælum ingrederis aurea catena inſignitus, expecta quia te cæleſtes chori vocant. Niſſenus [a], *Traxerunt enim ad ſe ſancti conſimilem Apoſtoli Apoſtolum, athletam athletæ, coronatum coronati; animo caſtum puri corde; præconem ſermonis miniſtri ſermonis*, quia qui in omnibus gradibus ſeminauit, meſſuit omnium gratiam, & meruit omnium gloriam.

a Deo. Melecio.

FESTIVISSIMVS TRIBVLATIONIS dies, & iucundiſſimus ludus agitur Deo, Angelis, & hominibus. Cur amicos exerceat, & inimicos; diuerſa vtrorumque præmia & lucra tribulationis aperiuntur.

INSTITVTIO XLIX.

QVIDNAM eſſe cauſæ putem, ô ſenex, cur impendente iam tribu- 21.
lationis tractatione ſicut lætantium omnium habitatio eſt in te, tecúmque omnes grauiſſimi atque Apoſtolici viri collætantur, & bono æquóque animo eſſe iubent? Petrus enim ait, *Communicantes Chriſti paſſionibus gaudete*, vbi Cyprianus legit, *per omnia gaudete.* Iacobus item, *Omne gaudium*, inquit, *exiſtimate fratres, cùm in tentationes varias incideritis*; vbi, ex more Scripturæ, *gaudium* pro *confidentia* ſumi poteſt, vt notat Hieron.[a] Apoſtoli reliqui *ibant gaudentes, quoniam digni habiti ſunt contumeliam pati.* Agatha etiam ad carceres quaſi ad epulas inuitata ibat, & quidam ex Martyribus, vt Laurentius, Marcus, & Marcellianus confixi ad ſtipitem negabant ſe tam iucundè vnquam epulatos, quàm cùm libenter Chriſti cauſa tormenta ferrent. Quænam, obſecro, huius lætitiæ cauſa? Dicam libentiſſimè, vtinam quæ dicenda à me ſunt, vt par eſt, credantur. Feſtum & commune gaudium ludúſque oblectatione plenus eſt tribulatio iuſtorum: huic ludo adſunt Angeli ſpectatores, & lætitiæ participes, imò & Deus ipſe vnus eſt ex colluſoribus: ſocij ſunt & propugnatores iuſti, alia enim valde diuerſa ratione vexantur & tentantur impij: luſus finem habet quod multum ad ſolatium præſtat: finis autem, & gloria, & præmium laboribus dignum, honeſtat labores, & coronat certantes: media, arma, expenſæ variæ ſunt, & diuinitus præſcriptæ, vt copioſos ex tribulationis labore fructus, poſſint iuſti in ſempiternum percipere.

1 Petri 5.

Tribulationum omnes iuſti cū gaudio & plauſu excipiunt.

a In Ezech. 24. *Cùm abſtulero gaudium dignitatis eorum*, Hieronymus, *confidentiam & gaudium dignitatis.*

Actorum 5.

DIVISIO INSTITVTIONIS

b Hom. 25. in Num. 29. *Decima dies menſis ſeptimi erit vobis ſancta, & affligetis animas veſtras.*

22. 1. O mira feſtiuitas, ait Origenes [b], dies feſtus animæ afflictio appellatur, quia

videlicet feſtiuitas eum ipſa afflictione coniungitur: enimuero gaudium eum tenta-
tione coincidit. Quid hanc feſtiuitatem hilarem reddit? Ludus nempe, lucta, tornea-
mentum & haſtiludium celebre heroum Eccleſiæ, ac filiorum Dei. Nam ſicut quadam
nocte *ipſe ſolus erat in terra,* & oblectabatur, videndo Apoſtolos laborantes in remigan-
Feſtiuitas eſt ipſa tribulatione coniungitur.
do; ſic etiam modò ait Auguſt. Dauid in arenam deſcendere iubet, & tribulatione eum
quaſi per ludum exercet, *contriſtatus ſum in exercitatione mea.* Luctam, & ſingulare cer-
tamen tribulationem vocat. *Paſſionem malorum hominum exercitationem ſuam vocat, ba-
ſta, que me haze Dios ſalir al torneo y juegos y para eſo mantiene viuos a Saul y a los de ſu qua-
drilla. Omnis malus aut ideo viuit vt corrigatur, aut ideo viuit vt per ipſum malus exerceatur.*
Vnde Seneca tribulationes & euentus triſtes non fortunæ aſcribendos, ſed in certa-
men noſtrum permiſſos docet, *non ſæuitia, certamen eſt, quo ſæpius adierimus, fortiores
Ludus diuinus tribulatio.
erimus.* Hoc videbatur ignorare Iob, vt ait Chryſoſt.[a] cùm aiebat, *Quis eſt finis meus, que* a Hom. 14. in cap. 10. Matth.
*es eſto? ſi yo ſupiera que era lucha ſoſegaraſe mi alma, neſciebat quòd certamen quoddam in his
erat atque luctatio: nam ſi reſciuiſſet, nullo penè ſenſu percepiſſet dolorem, y aſi en ſabiendolo,
reſpiro*, vbi deprehendit ludicram eſſe luctam, reſumpſit animum. *Vnde quando audi-
uit, alia ratione putas me tibi reſpondiſſe quàm vt iuſtus prædiceris? animaduerte qualiter con-
feſtim hoc verbo reſpirauit, hablara yo para mañana, nihil ſe paſſum ſtatim æſtimauit*; imò, vt
notauit Gregorius[b], *nudatus ipſos labores aggreditur, prouocat, ac laceſſit, vel ſe illis ob-* b Hom. 32. in Euang.
Conſtantia & æquanimitas in tribulatione.
iicit, ac offert nullo operimento, ſed ipſo corpore ærumnas omnes ſuſcepturus. Vnde ſtabilitas
& firmitas iuſtorum in tribulatione ortum habet, ex hac cognitione Seneca aleis ſimi-
les dixit viros, qui norunt ludicrè à fortunæ manu proiici, ſemper tamen in quiete
manent, quam iudicat quadratura, tetragoni enim ſunt, id eſt, quadrati: rationem
autem non fortunæ, ſed gratiæ & fidei tribuit Auguſtinus[c]. *Quadrati lapidis ſimilis eſſe* c Pſal. 86.
*debet Chriſtianus, in omni tribulatione non cadit, etſi impellitur: & ſi qua vertitur, nunquam
cadit.* Vnde Salomon, *Diſciplinam Domini fili mi ne abiicias: neque deficias cùm ab eo corri-
peris*, id eſt, ne cadat animus, ne ſis puſillanimis, animum gere quadratum. Hæc au-
tem quadratura in animum tranſlata conformitas dicitur cum diuina voluntate, quæ
valde ad tolerantiam iuuat. Si enim ſemel impatiens eſſe cœperis, durabunt tribula-
tiones, donec quadrata mens fiat, & Deo conformis. Sicut cùm mulier vidua impa-
23. tiens de mariti obitu, filio vnico inſuper priuatur, donec animus per conformitatem Luc. 7.
Dei voluntati quadrans & conſentiens fiat; econtra verò ſi Deo cedis, & eius diuinæ
voluntati conſentis, diuinam manum & iram mitigas. Vocauit Dominus ad certamen
Iacob, eique aduerſarium oppoſuit fratrem, non vt deiiceret, ſed vt probaret: voluit
autem in amore filiorum vxorúmque ac familiæ pertentare, obuiúmque fecit aduerſa-
rium, currunt pariter, Iacob autem vt bona ſua tutiora haberet, in duas turmas diui-
ſit, ſecum cogitans, *Si venerit Eſau ad turmam vnam, & percuſſerit eam, alia turma, quæ
reliqua eſt, ſaluabitur.* Certè aberrat à coniectura hæc tua ratiocinatio; vnde ſcis vaſtata
vna turma fratris iram mitigandam, quin aliam etiam expugnet? imò potiùs victoria
exultans & potentior factus vtramque euertere curabit? Cæterùm, ludum eſſe ſub-
odoratus eſt Iacob, & Deum in fratre haſtam vibrare, animúmque eius explorare
velle, Deo autem ſcio gratum fore partem vnam offerre, vt aliam ſeruet: igitur de-
mus Deo libenter partem vnam, vt frater, Deo ſic prouidente, non attingat aliam;
Conformitas cum diuina voluntate placat diuinam iram in tribulatione.
valde enim iuuat hæc conformitas cum diuina voluntate. Quod ipſe tartarus non
ignoraſſe videtur, vt notauit Chryſologus[d], nam cùm inuito inferno & ſepul- d Serm. de Lazaro.
cro Lazarus reſuſcitaretur à Chriſto, ſtatim ad primam vocem, ſicut erat, inuolutum
& ligatum reſtituit. Tunc tartarus ligatis manibus & pedibus Lazarum retulit ad ſu-
perna, timens & tremens, ne dum ſoluit, ne dum moras facit, ne dum tardiùs refert
vnum, omnes cogererur afferre, ne cogeretur omnes dare ſi Dei voluntati vnum ne-
garet. Itaque tu da libens valetudinem, vel filium Deo, vt ſeruet in æternum animam,
& reliquos filios. Quæ conformitas ſic labores minuit, vt iuſtam querelam & admira-
tionem Dauid videatur detuliſſe ad Deum, *Quoniam ego in flagella paratus ſum.* Cùm ſim Pſal. 37.20.
ego ad diuina flagella ſuſcipienda paratiſſimus; quid hoc? *Inimici autem mei viuunt? es
poſsible ſeñor que viuan mis enemigos?* & cur non viuant? Quia ego, inquit, conformis
& obtemperans ſum etiam flagellanti me Deo; itaque ipſi morte mulctandi erant,
ego verò liber euaſurus. Quemadmodum de Ezechia textus diuinus refert, ingruen- 4. Reg. 18.
te enim exercitu Sennacherib infinito propemodum timuit Hieruſalem cum ſuo Eze-
chia rege: egit autem cum eo pacta pacis, ſuperbus autem Aſſyrus ingentem ab eo
pecuniæ ſummam expoſcit: annuit rex, & ſublato de templo magno auri pondere
remiſit ad Sennacherib, & inſuper addidit, *Omne quod impoſueris mihi, feram.* Fregit
autem

autem fidem barbatus dux, rex verò ad Dominum accurrit, auditque ab Iſaia reſponſum, vt quieſcat, nec formider Sennacherib, nec enim mittet ſagittam in vrbem, quinimò in illa nocte miſſo de cœlis Angelo funditus exercitum eius deletum iri, eundémque Sennacherib à filio ſuo interemptum iri. Vides Ezechia quantum præſtat ad felicem euentum exitúmque tribulationis Deo ſe conformare, & callere eius mentem, omnia ludicrè agi, vt exploret quid habeat in iuſtis viris.

II. Huic ludo adſunt Angeli ſpectatores, lætitiæque noſtræ participes, ne dicam æmuli. Vnde cùm Dauid dixiſſet exultantes in ipſas tentationes inſiliiſſe iuſtos, *Lætati ſumus, pro diebus, quibus nos humiliaſti, annis quibus vidimus mala*, Bernardus [a] addidit, *Hoc genus lætitiæ cæli neſcierunt, niſi per Eccleſiæ filios*; nec enim ſolùm incidunt in tentationes, ſed ipſi tribulationibus læti ſe inſerunt, vt ait Cyprianus [b], cùm gaudium non in terra, ſed in cælo habeant, vbi noſtri certaminis gloria decantatur, vt ait Tertullianus [c]. Heus tu peccator bono animo ſis, vide vbi de tuo reditu gaudeatur. Et non ſolùm adſtant Angeli, & ſpectant beati, ſed Deus ipſe inter colluſores adeſt, non vt patiatur, ſed vt compatiatur, & ſocius ſit (ea qua poteſt ratione) paſſionum. Bernardus [d] in Pſal. 90. *Cum ipſo ſum in tribulatione, alla voy yo tambien a la feſta.* Vnde noſti Deum vnum eſſe de concertantibus? Dicam. *Ex eo vtique quòd in ipſa tribulatione nos ſumus*: nam quis noſtrùm libenter ſubiret infamiam, dolorem, tribulationem? quis in mediis his flammis perſeneraret? quis non deſponderet animum, imò & animam gratiæque dona amitteret ſine Deo? *Quis enim ſuſtineret, quis perſiſteret ſine eo?* igitur dum perſiſtit tribulatio, maxima non eſt, nec grauis, Deus enim conſors noſter eſt, in arenam deſcendit, ſocius paſſionum eſt. Vnde ludus iſte & probatio virtutis paterna exercitatio eſt, & vnicum leuamen tribulationis, nempe filius ſum Dei; Deus mecum colludit, pater eſt, qui probat, non vt damnet, ſed vt exaltet. Vnde quando Dauid hanc paternam pietatem nondum deprehenderat, admirabundus aiebat; *Eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ.* Sic Domine odio habes vitam meam vt tu ipſe porrigas arma aduerſariis meis? quare in originali legi poteſt, *Eripe animam meam ab impio, qui eſt gladius tuus.* Sic filium trucidandum hoſti tradis, & gladium porrigis inimico? Cæterùm ſatisfaciam Dauidi ſi Abraham parentem eius ſequimur in montem; qui cùm iam prope locum ſacrificij eſſet rogatus à filio, *Vbi eſt victima holocauſti pater mi?* Reſpondit, *Dominus prouidebit ſibi victimam fili mi.* Vterque recolit relationem patris ad filium, & opportunè quidem, cùm Abraham gladium arripit vt mortem inferat filio, ne fulgens gladius & minax illa acies oculos perſtringeret, & ab eis paternum affectum tolleret, nec conſideraret patrem eſſe qui gladium arripiebat. Nam, vt ait Chryſologus [e], *ille ignorat ſe filium, quem data paterna ſolicitant, el que no recibe ſin ſuſto y ſin ſoſpecha lo que viene de la mano de ſu Padre oluidado ſe le ha que es hijo*; & quia Iſaac paterni affectus immemor non eſt (quem paulo antè recolit, dicens, Pater mi) lætatus eſt etiam cùm vidit ſupra caput ſuum minacem gladium, quia in manu patris eſſe contemplatur; & vbi cor meritò timor & horror occuparent, lætitia locum obtinet mortis ſuſceptæ manu & gladio paterno. *Hinc Iſaac patris ſuper ſe gladium cùm videret, hoſtiam ſe eſſe cùm horrere, cùm dolere poterat, eſt gauiſus*, nec ſic potens fuit ad conturbandum armata dextra, quàm ad conſolandum paterna memoria. *Ignorat ſe filium cùm data paterna ſolicitant.* O pater amande, etiam manu tua gladio inſtructa pater eſſe non deſinis. 24.

III. Socij ſunt & propugnatores iuſti, hi enim in primis vexantur à Deo, ideóque tribulationis aliquando cauſa ignoratur, nam tribulantur iuſti ob leuiora crimina, vel vt in illis manifeſtetur gloria Dei, vt de cæco illo & de Lazaro Dominus ipſe manifeſtat. Itaque iuſtorum & amicorum Dei tribulatio ortum habet aliquando non ex peccato præſenti, ſed aliquando & ſæpiſſime ex præterito, vnde Euangeliſta Matthæus perinde eſſe iudicauit liberare ab ægritudine infirmos, & animos à culpis purgare, & vtrumque eſſe munus Redemptoris; nam cùm Iſaias agens de morbis animæ dixiſſet, *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit*, D. Matthæus tunc impleram prophetiam deſignat, cùm *omnes malè habentes curauit, vt adimpleretur quod dictum eſt per Iſaiam Prophetam, dicentem: Ipſe infirmitates noſtras accepit*, &c. quaſi diceret, venient quidem poſtulaturi ſanitatem corporis, at opus erit radicem morborum curare, peccata videlicet, *ſon pupas y ſeñales de la culpa interior los males de fuera*, vt notauit Chryſoſtomus [f]. Et quidem originalis macula has ſecum 25.

Iſai. 39.

a Ser. 87. in Cant.

b Contra Demetrianum.

c De pœnit. cap. 4.

d Serm 16.

Gen 22. 8.

e Ser. 55.

f Hom. 18. in Matth.

Tribulatorum ſpectatores æmuli adſunt Angeli.

Adeſt Deus tribulatis dū vexantur.

Paternè affliguntur iuſti & paternam pietatem venerentur.

Socij & propugnatores tribulatorum ſunt iuſti.

Propter peccata tribulamur.

ſecum ægritudines ſine eo quòd cauſam augeamus peccando, ſatis ſupérque affert, vt ait Auguſtinus [a], etiam loquendo de pueris, in quibus culpa actualis non eſt *originale peccatum, quo homo traheretur per errores doloréſque diuerſos*; & in epiſt. 28. ad Hieron. hiſtoriam pœnitentiæ Niniuitarum memorat, quando non fruſtrà etiam infantes & pueros ieiunare coëgerunt. *Et liber tuus in Ionam prophetam hoc inſigniter dilucidéque declarat; vbi ieiunare paruulos propter ipſum originale peccatum meritò coactos eſſe dixiſti.* Quod adhuc in Iobi innocentia magis liquet, nam dum ipſe innocentior comprobatur, quanta mala ex hoc originalis peccati fonte manare poſſint planum fit.

a Enchirid. c. 26.

26. Quid ſi peccatum in anima ſit? Tunc impiorum iniquitas externæ tribulationis digito denotatur, & foras erumpit, ideoque diſcipuli quæſierunt, *Magiſter quis peccauit, hic, an parentes eius*, id planum exiſtimantes laborum certam eſſe cauſam originalem culpam, peccatum verò actuale certiſſimam & præſentaneam eſſe cauſam, & quaſi digito monſtratam, vt eruditè ſatis notat Theodoretus [b], rogat enim quorſum poteſtatis inſigne & miraculorum inſtrumentum Moyſi datur virga, & hæc in ſerpentem conuerſa eſt. Reſpondet, virgam illam aſſumpſiſſe Deum in flagellum & inſtrumentum infligendi ſupplicij: vt ergo in ipſo inſtrumento præconium ſit, & culpæ manifeſtatio, conuertatur in ſerpentem virga, quia peccatum fuit more ſerpentis, & non ſine cauſa populum Dei lacerauit, ſicut cùm ſerpens hominem læſit, *Ad conuincendam illius feritatem, & maleuolentiam aperiendam; iuxta illud: Inimicitias ponam inter te*, &c. *ideo præcipit Deus virgam, qua illum flagellauerat, in ſerpentem mutari.* Vult enim Deus vt ipſa punitio præconium dicat præcedentis culpæ & ranæ, quæ vocaliſſimæ ſunt, ex Nilo prodeant, & aquæ in ſanguinem conuertantur, vt ranæ manifeſtent culpam, & ſanguis infantium necem pronuntiet, quæ ſilentio inuoluerentur, & Deus putaretur ſæuiſſimè puniuiſſe eos quorum peccata non ſatis erant manifeſta. *Fluuius enim ille mutatus in ſanguinem conqueritur de cæde puerorum.* Sed quia ſilentiores ſunt aquæ, vocaliſſimæ ranæ, quæ puerorum nitentium & ſaltitantium formam habent, planctu vel cantu illo vt poſſunt peccata Ægyptiorum prodant. *Hac ratione aquæ eorum ebullierunt ranas pro pueris in illas demerſis. Nam pueri inceſſu ranas quodammodo imitantur, & quia nondum ſolis pedibus niti poſſunt, manibus ſupplent pedum imbecillitatem.* Hanc diuerſam rationem affligendi iuſtos, & puniendi peccatores, vno clauſit verbo Sapiens, *Non contriſtabit iuſtum quidquid ei acciderit*; & quia accidens eſt, vt ait Hugo, quidquid ei ſuperuenit; accidens autem, auctore Philoſopho, eſt quod adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionem. *Nihil enim aliud graue atque acerbum eſt* (iuſtis) *quàm Dei offenſionem incurrere: hoc ſublato non afflictio, non inſidiæ, non aliud quidquam prudentem animum moleſtia afficere queat.* Et Ambr. [c] *Quem virtus animi non abſcondit dolorem? neque enim profundum mare negauerit, quia vadoſa ſunt littora, neque cœlum lucidum, quia interdum obtegitur nubibus, neque terram fœcundam, quia aliquibus locis ieiuna glarea eſt*, &c. addit Chryſoſt. [d] *Sic & nos etiamſi putamur pati, nihil patimur, & triſtitia quaſi nubibus obduci putamur, ſed non triſtamur. Impij autem replebuntur malo*, id eſt, multis laboribus vexabuntur: ideo proſequitur Chryſoſtomus: *Vt igitur iuſtus, qui gaudio bonæ conſcientiæ fruitur, mœrore arripi non poteſt; ſic qui illud minimè amplexus eſt, in quibuſuis arripi & expugnari poteſt. Ac penè accidit ei vt illi qui imbecillibus armis inſtructus, vel leuiſſimo ictu grauiter ſauciatur.*

Tribulatio quaſi index deſignat peccatum præſt.

Iiſdem in quibus peccat punitur impius.

b Quæſt. 9. in Exod.

Exodi 8. 3.

Prou. 12. 21.

Chryſoſt. Hom. 1. in epiſt. 2. ad Corinth.

c 1. De offi. ciis c. 5.

d Hom. 16. in epiſt. ad Hebræos.

27. IV. Luſus habet finem, & quandiu durat, cùm Deus adeſt ludo, animos colludentium ſuſtentat, & ad ſpem vocat. In primis enim Deus adeſt tribulatis. *Omne gaudium exiſtimate*, ait Bernardus [e], *quoniam iuxtà eſt Dominus iis qui tribulato ſunt corde*; ideoque Sapiens de Ioſeph dixit, *Venditum non dereliquit, imò deſcendit cum illo in foueam.* Quod expendens Ambroſius [f] ait, *Nihil mirum ſi viſites Deus in carcere poſitos, qui ſeipſum in ſuis incluſum memorauit.* Itaque Chriſtus cum Lazaro in ſepulcrum deſcenderat, & ibi corpus, alibi animam ſeruabat: ſed quis clarius quàm Dauid affirmat. *Redemiſti tibi ex Ægypto gentem, & Deum eius*; vbi Varablus ſic ait, *Deum*, id eſt, teipſum, quòd videaris affligi cùm hi affliguntur, vnde Chriſtum Dominum in fornace Babylonica apparuiſſe multi ex antiquis Patribus exiſtimatunt. *Et ſpecies quarti ſimilis filio Dei.* Et ex grauiſſimis primus Nazianzenus [g] quàm dilucidè affirmat. *Hoc ex omnibus quæ patimur clariſſimum & magnificentiſſimum eſt, quod cum Deo periclitamur.* Itaque præſens ſit tribulatis, vt ſtatim præſtò eſſe credant, & ad eum confeſtim accurrant, vt Pſal. 90. 2. & 14. apertiſſimè denotat, *Dicet Domino: Suſceptor meus es tu, & refugium meum, Deus meus, & ſperabo*

Vnis præſtò pons eſt tribulationi iuſtorum.

Deus adeſt tribulatis.

e Suprà in Pſal.

Sap. 10.

f Lib. de Ioſeph c. 5.

2 Reg. 7.

Dan. 3.

Hieron. refert.

g Orat. 2. de pace.

Pſal. 90.2. & 14. *rabo in eum*, nec alia de cauſa præſtò illi eſt, niſi quia confugit ad ipſum, *Quo-*
niam in me ſperauit liberabo eum, *protegam eum*, &c. eos enim qui à tribulatione, *Prius ad Deum quàm ad humana auxilia confugiendum eſt.*
in qua Deus eſt, vti diximus, ad humana ſubſidia quærenda confugiunt, eo ipſo
a Cap. vlt. lib. 10. de victoria Verbi Dei. à Deo deſeruntur, vt eleganter & ingenioſè obſeruat Rupertus [a]. Inde mortem
ſibi molitos Iudam, Ionatham & Simeonem, quia cùm Dei duces eſſent, exte-
rarum gentium amicitiam & arma in ſubſidium aduocarunt; vix enim Iudas
1. Mach. 8. 17. *cap.* 8. Romanos contra Græcos ſibi adſciuit, *vt auferrent ab eis iugum Græco-*
rum, cùm ecce *capite* 9. in planctum lætitia vertitur, & victoriæ in luctum, &
b 1. Mach. 12. 1. lamenta mortis Iudæ. Mox Ionathas [b] ad Spartiatas mittit renouare amicitias,
& in eodem capite ſubditur, *Comprehenſus eſt Ionathas*, *& periit*, *& omnes qui*
cum eo erant. Hoc ipſum Simeoni contigit; nam cùm eandem amicitiam iniit
cap. 15. *&* 16. interfectus eſt. Præconium autem dicit eleuatiori voce Rupet-
tus, *quòd in eo videlicet ſibi cæleſte diminuerint auxilium*, *dum quærunt ab homini-*
bus ſæculi, *quaſi pacis & ſecuritatis firmamentum.* Iuſtis verò, & qui ſolùm diui-
no nituntur ſubſidio, ait, *Inuoca me in die tribulationis*, *eruam te*, *& honorifica-*
bis me. Hoc mihi magis placet quàm ſi millia boum mihi in ſacrificium ma-
ctes, hoc meum amplificat honorem, ſi me inuoces, nam in afflictione petis à
me, quando offers ſacrificia, das mihi ea, quibus non indigeo. Igitur poſtula,
quia *eruam te*, *& honorificabis me.* Quod cùm reſciuerint iuſti, citò ad ipſum in-
uocandum confugiant. Vnde ex Dei præſentia alia eximia vtilitas prouenit, vi- 28.
delicet Deum finem ludo & tribulationi imponere, cùm videt vel vires excede- *Aliàs Deus tribulationi vt finem faciat & ſubſidia attemperet labori.*
re, vel merita cumulaſſe; nam in primis, ſicut finito ludo fieri ſolet, ſic finita
tribulatione numerata pecunia pro peccatis ſatisfacit homo, vt indicat Sapiens.
Prou. 16. 11. *Pondus* (inquit) *& ſtatera iudicia Domini ſunt.* In primis enim, vt ait Gregorius [c],
c In Iob 31. 6. iuſtitia Dei ad inſtar ſtateræ tribulationes noſtras & tentationes cum viribus no-
ſtris librat. Et Paulus, *Fidelis Deus qui non patietur vos tentari ſupra id quod po-*
teſtis, *ſed faciet cum tentatione prouentum*; tantumdem enim gratiæ ad lancem al-
teram eleuandam imponit, vt voluntatis noſtræ æquilibrium ad ſe trahere poſ-
Cap. 6. ſit. Ibidem quaſi in ſtatera iuſtorum conſtantiam explorat, vt aiebat Iob, *Ap-*
pendat me Deus in ſtatera, *& videat ſimplicitatem meam*, Hebraicè, *& videat perfe-*
ctionem & integritatem meam. Ibidem appenduntur peccata, & calamitas quam
iuſtus patitur, vt ipſe Iob poſtulat, exoptáns nempe, vt poſita ex vna parte tri-
bulatione, ex alia peccatis anteactæ vitæ appenſis grauitas eorum minueretur, &
inſeruirent ad hoc tribulationes præſentes, vt peccata redimerent præterita. Ac de-
d Lib. 6 Moral. 2. nique ipſe Chriſtus trutina eſt tam bonorum, quàm malorum, vt ait Gregorius [d].
In manu etenim patris, *quaſi ſtatera miri libraminis factus*, *hinc in ſe calamitatem no-*
ſtram, *& illinc peccata ſuſpendit*, *ſed grauis ponderis eſſe calamitatem moriendo inno-*
tuit, *& apud miſericordiam ſuam Deus leue eſſe peccatum relaxando monſtrauit*; in
vtraque enim ſtatera, hoc eſt, in humanitate pondere paſſionum plena, & di-
uinitate iuſtitia plena, & omnia peccata mundi continente vt ſoluat & redimat;
quare iudicium tribulati hominis breuiſſimum eſt, vt idem Sapiens ait, *cum ſim-*
Prou. 3. 32. *plicibus ſermocinatio eius*, Septuaginta, *in iuſtis autem non facit concilium*, id eſt,
non cogit concilium, nec opus eſt aſcendere tribunal, nec ſeueriùs pro tribunali
aduerſùs eos agere; ratio eſt, quia cùm iudicia eius ſtatera ſint, & in ea appen-
dantur, tot ærumnæ & labores, quibus in vita exercuerit ſuos, & ſi quid deli-
querunt laborum, & angorum copia diluerunt, tunc cùm ex hac diſcedunt
vita, nequaquam opus eſt Deum eorum diſcutere opera, iam iudicati ſunt, vel
1. Cor. 11. meliùs dicam, iam præiudicati ſunt. Sicut aiebat Paulus, *Dum iudicamur* (inquit)
à Domino, *corripimur*, *vt non cum hoc mundo damnemur*, quæ verba commutando
ſic intellige, vt alibi explicauimus. *Dum corripimur*, id eſt, cùm leuiſſimis labo-
ribus moleſtiiſque vexamur, *quando nos azota como padre*; *à Domino iudicamur*,
vale por juicio y ſatisface eſa miſeria por lo eterno y no tiene que hacer Dios; quodam
enim quaſi anticipato iudicio abſoluimur, & præſeruamur, *vt non cum hoc mundo*
damnemur. hoc eſt, vt ab illo tremendo iudicio ſubtrahamur; non enim Deus *iudicat*,
aut punit bis in idipſum, *& ita pro rectis non facit concilium*, nec tribunal ſcandit.
Iam de fine agamus.
V. Finis autem ſempiterna gloria eſt, quæ præmium eſt, & brauium certan- 29.
tium; ſpes enim iſta præmij ſuſtentat animos tribulatorum; nam, vt ait Sapiens, *ex-*
pectatio iuſtorum lætitia, hoc eſt, poſt longam expectationem lætitia afficiuntur, imò
ipſa

ipſa expectatio cùm ſit gloriæ, dilatat animum, non cruciat, ſed oblectat; ideo iuſtos dixit Paulus, *ſpe gaudentes*, & ex hoc, *in tribulationibus patientes*; vnde Auguſtinus [a], *O ſpes, tu omnia portare facis dulciter, & ſuauiter, per te Apoſtoli gaudentes ad mortem perrexerant.* nam ſpes illa quæ longa expectatione vexare ſolet animos, ſi diuina eſt, potiùs erigit, & alacritate perfundit; cauſam ex Chryſoſtomo [b] accipe. *Certitudo in cauſa eſt, quia ſpes quod ſperat iam quodammodo cernit*; *videmus nunc* (inquit Apoſtolus) *per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*, ita vt animus experiri videatur quod apud Iuriſconſultos vulgare & ſtatutum eſt, *ſpes certa & indubitata adeundæ hæreditatis æquiualet poſſeſſioni, aut retentioni* *. Quamobrem non paruipendendi ſunt labores, quorum tandem præmium eſt æterna beatitudo, vt Sapiens admonet, dicens, *Diſciplinam Domini fili mi ne abiicias*, Septuaginta, *noli paruipendere diſciplinam Domini.* nam quæ parua eſſe tibi videntur, in Dei trutina & æſtimatione eius ingentis ponderis ſunt, vt apertè Paulus trutinam iſtam deſcribens ait [c], *Idem quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis*; mirabere quidem laborum noſtrorum vſque ad Dei thronum aſcenſum, ideo enim aiebant beatæ animæ, *Quæ eſt iſta quæ aſcendit deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum.* Nec mirum eſt, ait Ambroſius [d], mirentur Angeli videntes eam vitem quæ humi ſolebat repere, & quæ terrena ſunt tantummodo ſapere; cæterùm innixa ſuper dilectum qui in cruce omnia traxit ad ſe, iam è terra eleuatur, & non ſolùm cum Chriſto creſcit, ſed ſupra ipſum Chriſtum recumbit, ſicut Ioannes ſuper pectus Domini; videatur Ambroſius [e].

[a] Ser. 10 ad fratres in Eremo
[b] Ser. de fide, ſpe & charit. qui eſt in commentarius Apoſt. 1 ad Corinth.
* Habetur in l. pen. ff. quibus a libert. prouoc.
[c] 2. Cor. 17.
[d] In Pſal. 118.
[e] Lib. de Iſaac c. 8.

VI. Media autem ad conſolationem & tolerantiam ex eiſdem verbis Pauli ſumere libeat. *Non ſunt condigna*, &c. In prima enim lance impones labores huius vitæ, ex vna parte, in alia pondus mortalis peccati, quis poterit hoc vltimum expendere? *non ſunt condigna.* In ſecunda trutina appende labores & beneficia, *non ſunt condigna*, &c. In tertia trutina temporalem tribulationem ex vna parte, ex alia verò æternam pende, *non ſunt condigna.* Quarta denique temporalia mala ex vna parte, & ex alia parte æterna bona appendat, *verè non ſunt condigna illa tribulationes ad futuram gloriam*, &c.

VERBVM PATRIS.
Daniel. 5. verſ. 5.

In eadem hora apparuerunt digiti, quaſi manus hominis ſcribentis contra candelabrum in ſuperficie parietis aulæ regiæ.

Ore Prophetarum metu mortis hominem corripit: ſed reſurrectionis & renouationis per Chriſtum ſpe ſuſtentat.

DISCVRSVS CXLV.

I. QVID iam fingi poterat abſurdius, quid offerri, & quid excogitari ineptius à mortalis vitæ amatoribus (inquit Tertull. [a]) quàm mortem non eſſe mortem, nec reſurrectionem corporũ eſſe, ſed animarum? Et cùm à Prophetis vtrumque audiant denunciatum, *nacti ſunt ſolenniſſimam eloquij prophetici formam. Sen aſſombres de Profetas, no ay muerte, infierno, ni juizio, ſino eſpiritual, ni reſurrecion ſino eſpiritual. Eſto ſe atreueron a dezir.* Prophetas allegoricè & figuratè loqui; reſurrectionis etiã præconia in imaginariam ſignificationem diſtorquent, *aſſeuerantes ipſam etiam mortem ſpiritualiter intelligendam.* Heus, quiſquis es, vnum accipe verbum; quare ſic venturæ carni infenſus es, qui ſic nutris & foues tuam? quòd ſi vis Prophetas omnia per imagines concionatos, *vera quidem imagines diſtingui non potuiſſent, ſi non & veritates prædicatæ fuiſſent, ex quibus imagines delinearentur: atque adeò ſi omnia figuræ, quid erit illud, cuius figuræ? quomodo ſpeculum obtendes, ſi nunquam eſt facies? Mira no ay retrato ſin perſona, ni ſombra ſin cuerpo. Eſtà atente, y mira las imagenes de los Profetas, y las ſombras de la muerte; y de eſſo conjecturaras que ſerà la muerte tuya, y tu reſurrecion.* Audi loquentem picturam.

[a] De reſurrect. carnis.

Sermones de reſurrection ſin duda tuuieron origi nal, que claro es que no predicaban de muerte y reſurrecion ſin tener fundamento en la verdad y palabra de Dios.

2. *Aſcende Ælam, obſide Mede: Babylon poſita eſt mihi in miraculum; pone menſam, contemplare in ſpecula comedentes & bibentes. Surgite principes, arripite clypeum*, Hebr. *vngite clypeum.* Arma, arma, arma: nam ecce impendet mors, ingruit exercitus. Cyrillus, *Pone menſam, contemplare in ſpecula: ſi por cierto, canſaos en predicarles muerte, en dezirles que mortran como viuen.* Ecce à Daniele Balthaſaro denunciatur futurum eſſe, vt cùm menſam ſtrauerit, extremus obrepat vitæ dies; & nihilominus menſæ accumbit, & mille equites à mediis epulis exilire iubentur; ſurgite principes, & necdum iſte inſanus rex à menſa diſcedit.

Iſai. 21. 2.

Inſania principum mors nõ timentium.

diſcedit. Loquatur ipſa imago ex ſumma pictoris arte Danielis profecta.

Dan. 5. 1.

Balthaſar rex fecit grande conuiuium optimatibus ſuis mille. Non referam ſatis notam hiſtoriam, ſed qua ratione, & qua de cauſa irruptionem iſtam mors peregerit. Erat adoleſcens filius Euilmerodac, nepos Nabuchodonoſor; quare multis modis imparatum hominem excitare voluit Deus, ne immatura morte corriperetur: primò admonuit per ſomnium, vt aſſolet, & , vt Eliud in libro Iob deſcribit, *per ſomnium in nocte*, videlicet cùm allocutus eſt dormientem Nabuchodonoſorem parentem (ſic vocatur apud Hebræos auus;) quare Daniel in memoriam reduxit illi viſionem capitis, quam habuit Nabuchodonoſor, *O rex, Deus altiſſimus*, &c. *Tu quoque filius eius Balthaſar non humiliaſti cor tuum, cùm ſcires hæc omnia.* Refricat memoriam domeſtici & paterni exempli, vt tacitæ obiectioni reſpondeat. Dicet tibi aliquis me non alloquutum, & admonuiſſe, vt ſoleo, *per ſomnium in viſione nocturna.* Cui reſpondeo, iam patrem tuum mortem ſomniaſſe, & ruinam imperij, *& hæc viſio capitis eſt*; qua rurſus admonitione indiget filius, vel nepos?

Probat Maldon. noſter Dan. 5. eo quòd Dan. attigit auũ, patrem, & ipſum filiũ Balthaſar.

En negocios tan graues baſta auer los ſoñado vueſtro abuelo, paraque los temblara todo el Reyno, quanto mas vos nieto ſuyo. Alloquitur ſecundò illum per ſcripturam, vel quia ad regis aulam non ſæpè patet aditus veridico concionatori, vel quia regi iuueni mulierum & vini amatori ſexto ſenſu vti neceſſe eſt, vt ſentiat quid ad illum efferatur, *el ſexto ſentido es meneſter inuentar, porque los cinco no baſtan para hombres en la proſperidad inſenſibles.* Quare obſerua, quod Nabuchodonoſor primùm per ſomnium, deinde voce cælitus immiſſa monitus fuerit; Balthaſar neque ſomnio, neque voce, ſed manu, ſcripturáque moneatur, nimirum vt homo impietate inſignior, certiori teſtimonio diuinam contra ſe ſententiam audiret, quam ipſe quodammodo Deus ſua manu ſcripſiſſet, ac ſubſignaſſet. Solemus enim manu noſtra ſcribere, quibus maiorem fidem haberi volumus: *y embia el villete abierto, para que le puedan ver, y huuieſſe teſtigos de ſu decreto.*

Parentum & maiorũ imagines inſomnia non contemnenda in negotio ſalutis.

Inſenſibiles proſperantes verbo & literis excitare tonuerit.

3\. Eadémque de cauſa, vt notat Theodoretus, non reduxit in regnum Deus, ſicut patrem caſtigatum & emendatum, ſed vltimam illi dicit ſententiam; ideo nempe, quia Nabuchodonoſor non viderat alium regem, qui ante ſe impietatis & ſuperbiæ aduersùs Deum pœnas luiſſet, propterea eum dignum venia iuſto Dei iudicio eſſe iudicatum; at Balthaſar cùm ante oculos haberet, recénſque aui ſui luculentiſſimum exemplum, nihilo melior factus, ſuperbiſſimus & impius contra Deum fuit; vel quia vnius præcognouit pœnitentiam, alterius verò obfirmatam, & inemendabilem impietatem. Quid autem continent literæ, niſi ſummam mali? ſicut *Iob 13.* Scribis contra me amaritudines, *Mane, Thecel, Phares*, ſupereſt tibi finis vitæ breuis, & terminus mors, numerauit enim Deus, apud quem eſt numerus menſium; & qui conſtituit terminos, qui præteriri non poſſunt. Supereſt tibi iudicium extremum, in quo tanquam in iuſtiſſima ſtatera omnia hominum facta ſubtiliſſimè ponderabuntur. *Pondus enim, & ſtatera iudicia Domini ſunt. Phares* ſignificans *diuiſionem*, infernum te manere adumbrat, & ſtatim illum, in quo ſunt, in omnem æternitatem à ſocietate non modò beatorum,

Quare vltima ſententia fortius in Balthaſarem, & non in patrẽ eius.

Dan. 5. 25.

Prou. 6.

ſed à Deo ipſo diſiuncti; *& auidet eum.* Tertiò

4\.

denique *per Angelum*, vt ait Eliud, admonuit illum, per Danielem nempe, *loquentem pro eo vnum de mille.* Sed ſpiritus eius obfirmatus eſt ad ſuperbiam: quod patet, nam muneribus cumulauit concionatorem, à peccato tamen non deſtitit. Admirentur ſtoliditatem & vecordiam iſtius regis, qui audita ex Daniele ſeueriſſima contra ſe, ſuúmque regnum ſententiâ, cógnitaque imminentis ſibi mali mole, non ingemuerit, nihil doluerit, nec crimina confeſſus, nec deteſtatus ſit, nec ſicut auus eius confugerit ad pœnitentiæ aſylum, ſed contentus fuerit admirari ſapientiam Danielis, cúmque promiſſis præmiis remunerari. Ex quibus omnibus vnum elicitur interrogandum; quare Daniel non exhortatus eſt ad pœnitentiam, ſicut auum, ad eleemoſynas? quia nouerat obfirmatum eſſe in malo, & ſubodoratus eſt præcitum eſſe à Deo? *Oliole a precito, y tuuo barrunto de ſu condenacion*; & inflexibilem eſſe animum, qui ad trinam Dei vocem ſomnij, ſcripturæ, & vocis, ac denique impendentis mortis, meliorem non reſumebat mentem. Quam inſaniam vt nemo mortalium imitetur, ingreſſum iſtum repentinum mortis molitus eſt, vt omnes reſipiſcant, & dictem ſibi diem exiſtiment mortis. Ingreſſum iſtum vt puto deſcribam: comparabo illum ingreſſui miniſtri iuſtitiæ ad cubiculum eius, qui ob graue crimen eſt in vinculis, & illi denunciatur ſententia intra paucas horas per vias publicas ad laqueum deducendum.

Stoliditas iniqui regis admiſſione.

Simile.

5\. Graue quidem hoc, extunc mori incipit, *alli ſe toma de la muerte, alli las agonias y baxcas, a eſpeluços de la miſma anguſtia verdadera.* Fac, ſecundò, in vna, eadémque catena vna de cauſa dicta ſententia duodecim eſſe, & veniente carnifice mane, duos capite plectit, duos ſtrangulat, duobus venena propinat; qua ratione putas erunt qui ſuperſtites remanſerint? Nos ſumus ita vincti in carcere corporis, corpus verò detinetur in mundo; *Statutum eſt iam hominibus ſemel mori*; &, *Teſtamentum inferorum, morte morieris, omnibus & ſingulis denunciatum eſt*; tot iam exemplis non credemus mortem nunquam ad nos ingreſſuram? O temeritas! ego te, vt par eſt, deſcribam. Depinge theatrum ampliſſimum in media vrbe ſitum, & celeberrimo feſto præparatum, quadratum, à lateribus tabulatis excitatis, & in illis plures gradus factos ad expectandum, pulcerrimè ſtratos parietes, aulæis pretioſiſſimis ornatos, eminet inter reliqua tabulatum regium, ibi Rex cum Regina, & nobiliſſimi principes, ibi ſenatores, & hoſpites exteri, omnibus feneſtris pleniſſimis, omnis generis & ordinis virorum ac mulierum; & cùm hora iam ludorum committendorũ expectatur, & cùm magis multitudo ſuſpenſa paſcitur in ſpectandis omnibus, quæ vndequaque cernuntur, ecce repentè nube perlucida, ſplendore, ſtrepitu, tonitruorum fragore perſonante, equus vnus ſplendore cæleſti perfuſus in medio theatri perſiſtit. O noua res! quàm citò pauore vulgus omne perfundis! rudem & imperitum populum ſileotio, milites omnes, & in ludum paratos, & equos ipſos tremore afficis! illic videas ſilere, proijcere, admirari, pallere, halitum continere, corpus extrahere, aures attentiſſimas adhibere: ecce ad regium tabulatum accedit, & ſupremæ maieſtatis authoritatem oſtendens, pauca ad

A ſimili.

Deſcriptio humanæ temeritatis & inſenſibilitatis erga negotiũ mortis.

Futuri Iudicij repentinus tremor & euentus triſtiſſimus.

regem ſic : Ego ſum vnus de tuis ciuibus, qui proximis diebus vita functus obij; redeo diuino iuſſu tete monere de tua poſt breues horas impendente morte; tuaque, vt nunc eſt, ciuitas, vna de cauſa, & ab vno exercitu pariter hac nocte peribit: mutate telas in pullatas togas, veſtes verſicolores in ſudariola, tabulata in tumulos, currus in pheretra; omnes enim hac nocte perituri eſtis. Quæ lacrymæ, quæ triſtitia, qui horror! Mutantur continuò veſtes, & tegumenta mulierum, quæ nigro colore capita ſua obducunt.

6\. Figuræ ſunt iſtæ (dices,) verùm obſecro, *quid erit illud, cuius figura?* Voca in idem theatrum Babylonios, & Chriſtianos; vide in ſede ſua ſecurum & incautum regem Balthaſarum, qui mille viris magnatibus conuiuium præparauit, & palam propoſuit ingentem vxorum & concubinarum cateruam; quæ fercula? quæ vina? quæ magnificentia? quæ obſoniorum varietas? quantam gula & intemperantia poſtulabat; & cùm iam tumulentus eſſet, vel, vt habetur Chaldaicè, *Balthaſar dixit in guſtu, aut in decreto vini*, imperauit vt afferrentur vaſa aurea, *para moſtrar que todo yua rematado, y pronoſticaua fin de la monarquia, pues tocaua ya en lo ſagrado; coſa que ſu padre lo tuuo por gran ſacrilegio.* Ecce repentè tres digiti, parum eſt; ecce eques vnus, qui cæleſtem maieſtatem præfert, & ad Regem appropiat; quis tremor & pauor occupat omnes, optimates eius turbantur. Vos etiam, Chriſtiani, hoc audientes horror inuadit, quid afferet noui. Ego ſum, inquit Lazarus, frater Mariæ & Marthæ, qui quatuor antè dies exceſſi, & ad te, rex, hóſque mortales vnum habeo verbum: *Memor eſto iudicij mei; ſic enim erit & tuum, mihi heri, & tibi hodie.* Miſſus ſum à diuina ſapientia, quæ non Tullios ac Demoſthenes, ſed mortuum ad morituros admonendos mittit. *Memor eſto*; ſcito te quàm proximè moriturum, *mihi heri*: & licèt me è viuis excedere ante quatuor dies vidiſti, opus eſt refricare memoriam: ego ſum qui fœtorem emittebam in ſepulcro, *memor eſto iudicij mei*; mors enim iudicium eſt, & ideo mors timenda, quia poſt illam iudicium; *ſic enim erit & tuum.*

7\. Quem alloqueris? omnes alloquor, regem cœnantem; licèt enim muri ciuitatis ita ſint editi, ac lati, & fluminis traiectus, ſine ingreſſio perdifficilis eſſet, nihilominus eâdem nocte capta eſt ciuitas ſiccato Euphrate, & acceptis multis hominibus Cyrus aperuit foſſas, quod vbi factum eſt, aquam in foſſas nocte conceſſit: alueus autem fluminis redditus eſt hominibus permeabilis, & ſic Cyrus ebrios & imparatos comprehendit. *Mihi heri, & tibi hodie.* Vide, homo, qua ratione viuas, cuius vita vno *hodie* finitur, vno *heu* corrigitur, *con vn oyſe acabe, con vn ay ſe emienda.* Vide quia hodie corrigas mores, *ne glorieris in craſtinum*, ignoras *quid superuentura pariat dies*, prægnantis metaphora ſententiâ plena; putatis enim parituram filium, & peperit monſtrum, vel filiam (quod perinde eſt;) craſtina ergo dies ad nihilum valet, nec ad gloriandum, nec ad emendum. Hodie ergo crede veram eſſe mortem, veram reſurrectionem. Quis hoc attulit? Quis? Euangelium: & quis amplius? *quidam languens Lazarus à Bethania.* Si hæ figuræ ſunt, *quid erit illud, cuius figura?* ait Tertullianus.

Tertul. vbi ſupra.

Lazari ſuſcitatio omnes mortalitatis ſuæ admonet.

Gueuara in Abac. c. 24. n. 135. citat Herodot. & Xenophont. Vide P. Alcazar Apoc. 16. verſ. 12. not. 11.

Facilitas per pœnitentiam recuperandi gratiam.

Iam Iſaiæ figuram & imaginem mortis & reſurrectionis intueamur; ingreſſus enim ad Ezechiam ait illi, *Quia morieris tu*, (vt fert curſus naturæ) *& non viues*, (etiamſi Deus naturæ vim & effectum forte impediet.) Quod ita factum eſt, nam diuinitus recuperata valetudine, in accepti diuini beneficij memoriam de more piorum hominum tabulam & ſcripturam in loco publico propoſitam reliquiſſe putandum, ne iam ineptire poſſent, qui mortem & reſurrectionem negabant; ſicut aiebat Cicero [a], *Tu qui Deos putas humana negligere, non animaduertis ex tot tabulis pictis, quàm multi vim tempeſtatis effugerint, in portúmque ſalui aduenerint?* Verùm ita graphicè & eleganter expreſſa ſunt omnia, vt tabula ipſa loqui videatur. *Ego dixi, in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.* Iam primò in lecto, quaſi in equuleo admotis tormentis ad eliciendam veritatem torquebar; quid autem confiteatur, docti ſcribæ literis exararunt. Primus eſt Hieronymus, *Ego dixi in ſanguine dierum meorum*; quis non timeat, inquit, portas inferi, dum diem agerem meum more impiorum, nempe in dimidiu dierum meorum? *Ay que muero en lo mas caluroſo de la edad, antes que la vegez aya curado en mi las quiebras de la iuuentud*; ſentit, & ægrè fert immaturam mortem, patria lingua, *morir en agraz*; acerba namque nimis eſt mors iſtis iuuenibus; atque adeò viſa eſt à S. Ioanne Euangeliſta Apocalypſis 6. equo pallido inequitans, *ecce equus pallidus*, vt denotaret mortem *pallidis viridem, viridibus pallidam eſſe*; quia ſi mors ingruat ieiunantibus, ſqualentibus, religioſis, ipſa corporum maceratione pallidis, & pænè extinctis; tunc mors viridis, & lætiſſima videtur: viridibus verò adoleſcentibus, qui robore & flore ætatis præſtant, quique ad corpus ſpectant, ſtudio nimio, diligentiáque curant, iſtis pallida & triſtiſſima eſt mors: ſed equo dicitur inſidere, ne tu properes ad mortem; illi enim curæ eſt omnes inſequi velociſſime. Quorſum laceſſis illam? & ad rixas, ad nocturnas concertationes, ad nimiam Venerem, ad intempeſtiuos potionis frigidæ hauſtus innitas, & inconſideratè irrumpis? *In ſanguine dierum meorum.* Tolle ſanguinem; ſi enim peccati ſanguis ardet, mortem certiſſimam extimeſce. Solet eſſe pomum pulcrum, ſed vermiculoſum, & cuius viſcera putrida ſunt, etiamſi in excelſa arbore ſit, decidet in terram, *ella caera*; & quod in celſiori ramo eſt pulcrum, ſanum, & firmum, vento validiori excutietur: quòd ſi ab his liberum ſe putat, ecce agricola vncinum eleuat, & exturbat illud. Adoleſcentibus, quibus iam peccatum & tabes carnalis vitij corrodit viſcera, certa mors eſt; robuſtioribus etiam, & nobilioribus, non deerit vehementior cauſa obitus: his verò qui nimium diuitiis & valetudini fidunt, vncinus pomorum, quem vidit 9.
Amos, præparatus eſt. *Impie, noli impiè agere, ne fortè moriaris in tempore non tuo.* Hac de cauſa adoleſcentum mors & ipſis, & eorum amicis peracerba eſt. Cauſam reddit ingenioſus orator, *Nemo enim ſine cauſa diu dolet*; videtur attigiſſe quod in palatiis principum euenire ſolet, vbi pueri dominorum mores imitantur, & dum principes in aula ſuperiori ludunt, ſtatim infrà pueri de ludo conueniunt, auidè

chaſ

8\.

Vide P. Gaſpar. Sanch. Iſai. 38. 5.

Quaſi in tabula pictam propoſuit Ezechias impendentis mortis acerbitatem.

a lib. 2. de nat. deor. Morē fuiſſe antiquum etiam apud Hebræos, vide Gaſp. Sanch. in Iſai. 38. 25.

Quaſi torquetur à morte & confitetur veritatem.

Hieron. & Procop aliquid agnoſcunt, quod minus cum morū ſanctitate conſentit

Immaturam mortem dolet iuuenis.

Mors accerſenda non eſt, ipſa properat.

Sanguis peccati & ardor concupiſcentiæ mortis prænuntius eſt. Simile.

Quintilian. declam. *Simile.*

Complices de-licti & pecca-ti dolent mor-tem ſocij vel illius à quo lu-cra vel dele-ctationes ex-pectabant.

chartas alias aliis inſerunt, faſciculum componunt, ſponſionem faciunt. Ecce repentè vox vnum è pueris nomine ſuo compellat: Domine Ioannes, vocat te dux. Silet ille, & quæ lucratus eſt punctis aſſeruat, & impertire incipit folia. Heus puer, (repetit vox) audiſti quia vocaris à duce? Tunc proiectis chartis aſſurgit dolens ille, & acerbè colluſores ferentes eius diſceſſum; quare? quia inter omnes iam colluſio inſtituta, & lucri auidiſſimi erant. *Terciana en el iuego armado entre todos, y eſtauan ya picados del naipe.* Ludebant principes mundi in ſuperiori aula, & decertabant de imperio Cæſar & Pompeius; interim nos quaſi pueri colludentes ſuper minimis decertamus, non minori fortè auiditate, quàm illi; contigit autem Deum vocare ad lectum Ezechiam, *Morieris & tu; ola, que os llama Dios*; non vult fidem dare medico, ſed ecce grauitas ipſa morbi exilire facit illum, relinquere ambitionem cogit, abiicere numos, expellere domo fœminam, abduci ab amicis, à parentibus; dolent illi, & dolet ille, & dolor quaſi clauus infixus diu eſt, nulla alia dè cauſa, niſi quia ſumma iam conſenſione de ludo inter eos agebatur, & diſſipantur eorum ſpes & cogitationes. *Eſtaua armado ya el iuego con la mala muger, que mucho que vos lloreis, y ella apriete puños viendoos traſponer, y caer al ſepulcro? nemo enim ſine cauſa diu dolet.* Meliùs hoc ipſum docuit S. Ephrem Syrus [a]. *Contriſtat opulentum, quòd eum, licèt inuitum, ab hac vita ſeparet: contriſtat & fratres, quoniam eum luctu eos abiunctum dimidit. Omnes illi ſuperueniente mortis hora contriſtabuntur, quoniam ſæculi rebus nimium diſtricti fuerunt. Por que eſtauan ya de pendilla con el mundo, y entre ſi miſmos ſe duelen.*

Dolor impiorum de amiſſa delectatione.

a Ser. 3. de coniunctione.

10\. *Forerus.* Alij legunt, *in ſilentio dierum meorum.* Doleo, quòd aduentante morte nihil, quod memoriam mei excitet, apud poſteros relinquam. Bone rex, non iam inſtauraſti, & renouaſti propè lapſam rempublicam, refeciſti templum, depopulatus es nemora, & lucos peccatorum, & prædonum diuerticula? idola demolitus, & alia eximiæ pietatis opera peregiſti. Ita eſt, verùm accedente iam proximè morte, omnia iſta euaneſcunt, & quaſi nihilum reputantur, nihil ibi magnum, niſi ipſa mors apparet: quod optimè Nabuchodonoſori in illa ſua ſtatua præoſtenſum eſt, ictu enim vnius lapidis omnia illa metalla, hoc eſt, regna, euanuerunt, & lapillus ille excreuit in montem magnum. Magna ſic videntur quæ regum ſunt, magna facinora, dona, palatia, &c. dum nondum à morte exturbata ſunt; at cùm in lecto decumbunt, ibi ſolummodo mors grandis mons efficitur, graue mori, graue confiteri, graue exuere delitias, graue relinquere ſua; ſilere omnia videntur, *haze pauſa la mageſtad, y callan las vezes que yuan por el cielo.* Hoc ipſum amplius declarat æger ipſe rex, *Præciſa eſt velut à texente vita mea*: & notat quidam, telam iſtam in Hebræo ſignificare periſtromata picturæ textilis, Hiſpanè *tapiz*. Meditabatur ſine dubio textili aliqua pictura, de morte principum, bellum contra Sennacherib depingere, & memoriæ tradere. Dolet igitur fruſtratas & præciſas fuiſſe cogitationes ſuas; vel, vt alij legunt, *capillos auulſiſti. Fue, ſeñor, arrancarme mis penſamientos, y cortar me mis traças.* Verùm fatetur iſte

Dolent principes nullam apud poſteros ſiue memoriã relinquere.

Quaſi nihil reputantur bona etiam opera inſtante mortis hora.

Montanus.

Deuia de tratar de poner en hiſtoria y tapizeria la de Senacherib, como Carlos V. la de Tunez.

rex in tormento, vt nimirum modum faciant ſuis cogitationibus, & rebus agendis, ne mors incidere faciat media & imperfecta omnia: nam ſi dies velociùs tranſeunt quàm texentis, & cogitationes longè protrahuntur, conſequens eſt, vt immatura mors ſuccidat omnia, & imperfecta relinquere cogat; ceſſet ædificandi auiditas, deſeratur lis; componantur omnia, ne morti materiam doloris exhibeatis: vos enim ipſi crudeliores eſtis vobis ipſa morte, ideo Pagninus legit, *Abrupi velut textor vitam meam. yo miſmo me quite la vida.* Quid faciliùs, quàm fila vitæ præcidere? & tu carnalis ſic conſumis, extenuas vigilia, potu, gulâ, atque luxuriâ, *Date priſa a hilar, que abs que dara la maçoca, teſtigo de tu culpa. Perierunt propter iniquitatem ſuam.*

Non magna in futurum facienda ſunt proponere mortales.

11\. Aliam veritatem extorquent in tormento Septuaginta interpretes ſic vertentes, *Ego dixi, in excelſo dierum meorum*, Theodoretus, *in iactantia*, Cyrillus clariùs, *Cùm exaltatus eſſem, tunc pereo.* Et fortè idem eſt ſenſus Pſalm. 55. *Ab altitudine diei timebo*, id eſt, à diebus maximè periculoſis, ſumpto die pro his, quæ in illo fiunt. *Ay que muero en tiempo de proſperidad*, excelſus, rex potens, diues, & victor, *mal tiempo para morir la abundancia.* Qui præcidunt trabes ad concamerãda cubicula, decrementum lunæ ſpectant; plena enim luna ſuccum nimium ingerit arboribus, qui poſtea putrefactioni proximus eſt; ita qui falcem mortis adhibendam iam citius putant, in detrimento ſe conſtituunt, ne putredini & vermibus vberiorem materiam nutriant; & qui in excelſo ſunt, gradatim ad terram & ſenſim deſcendant, ne à carnifice morte, ſicut à ligno repentè exturbentur, ne moriantur ex repentino caſu de celſiori fortuna, ſicut adoleſcens ille, qui prædicante Paulo, de feneſtra decidit.

Dolet in media proſperitate mori.

A ſimili.

Actorum 20. 9.

12\. Quid vltrà tibi dolet? *Vadam ad portas inferi.* Vel quia in foribus erant tribunalia, & veretur iudicem; vel quia nomine portarum ingreſſus & regreſſus denotatur mortis & inferni. *Ay que voy a Iuizio, que entro por donde todos entran, y no ſe ſi ſaldre.* Si ſic timet religioſus rex, quare non timeat impius? Portas dixit exitus vitæ ad ſolatium ſubditorum, cùm tyrannus eſt rex, vel miniſtri eius, repentino quaſi rerum omnium incremento augeſcunt & ſplendent, *dexaldos, que puertas ay y gardas; a la boca de la ſepultura lo dexaran todo.* Intrat domum veſtram intempeſta nocte fur, qui cùm ſilere omnia videt, bona omnia expoliat, parietes ipſos nudos, deformatóſque relinquit. Audit paterfamilias in ſuperna domo ambulantem, & quieta omnia eſſe iubet; ſic enim ſecum cogitat, fur iſte in ſupernis eſt, vtique non ſe de feneſtra proiiciet, vt auferat quæ ſuſtulit, & ipſe fores quæret: hâc igitur egreſſurus eſt; tu ſume enſem, ego ſclopum præparo; cùm ad fores venerit, bona pariter & vitam deponet. Mirabar equidem Dei patientiam, & quaſi dormientem prouidentiam, cùm tot diuites, tot tyranni ingentes omnium rerum prædas facerent; verùm cùm audiui, *Domini Domini exitus eſſe mortis*, ibi collocaſſe mortem & iudicium, vt ibi omnia bona furto ſublata reſtituant, *& non ſumant omnia*, ſilui, & dixi: *Iuſtus es, Domine, & rectum iudicium tuum.*

Dolet iudicium eſſe pro foribus eſſe.

Simile.

In foribus mortis & ſepulcri Deus expoliat omnes diuites & impios.

Dolet nondũ Chriſtũ fores limbi per ſuũ ſanguinẽ reſeraſſe.

Dolet denique, quòd *in ſilentio ſanguinis* diem obit, vel *in ſanguine ſilente*; quia nempe nondum ſanguinem ſuum fuderat Chriſtus Dominus, quo fores limbi erant reſerandæ, *ſilente ſanguine*, qui melius loquitur quàm Abelis. *ſiento morir antes que aya en mi caſa vn pan, y vna candela, y vna miſſa para ſacarme del limbo.* Hoc igitur grauiter ferebant, non viſuros Chriſtum; atque adeò prouiſum eſt, ne citiùs moretentur Patriarchæ; ſed quo longiùs erant à Meſſiæ aduentu, eo longiùs eorum anni ſuper terram protraherentur, *Non videbo Deum in terra viuentium; non videbo Deum Dei*, LXX. & alter, *Non videbo Ieſum Dei*, timeant mortem qui non nouerunt Ieſum Chriſtum; qui verò eum attigerunt, exclamant, *Nunc dimittis ſeruum tuum, Domine.* Quòd ſi aliqua ſpecula relicta eſt in domo Lazari, ea eſt, in terris eſſe Meſſiam.

Bertaxquis.

Spes in Meſſia promiſſa.

13. Vi tandem tormentorum compulſus multa promittit impoſterum, *Quaſiui reſiduum annorum meorum; vadam ad portas inferi. Para viuir lo que me reſta, yo ire, Señor, a eſcuchar los muertos y condenados; eſſos enſeñan a viuir, los Reyes de alla, los muertos de aca. Quaſi leo ſic contriuit omnia oſſa mea*, Chaldæus, *Rugiebam vt leo. Penſaua el leon no eſtar malo*; ſed iam nouit quartana febri poſſe laborare. *Sicut pullus hirundinis ſic clamabo; meditabor vt columba.* Dixerat Plinius de hirundine, *Hirundo nullius præda eſt*; contrà verò columba dicitur *Ionah* à præda, *quia omnium prædæ patet*: ait ergo rex, ante hoc tempus putabam me ſecuram vitam agere, & ſemel à Sennacherib ereptum nullius prædam futurum; cùm verò de cælo miſſam ægritudinem contemplor, *meditabor vt columba, penſare que ſoy como los demas, mortal. Otros ſicut grus clamano*; ero ego aliorum excitator vigilantiſſimus, & ſicùt grus arenam deglutit, & lapidem eleuatum tenet, dum vigilias agit; ſic ego terram meditabor, & lapidem ſepulcri manu altera tenebo. Claudit omnia vno verbo, *Domine ſi ſic viuitur, & in talibus vita ſpiritus mei, corripies me, & viuificabis me.* Domine, cùm vrgebat Aſſyrius, timui mortem; iterum nunc ad mortem vſque laboraui; & Domine, poſt tot incommoda ſic viuitur, *aun viuimos deſpues de tantos trabajos.* Quid non ſperandum de tua clementia? quis neget veram mortẽ? quis ignoret veram reſurrectionem? Ego referam quid mihi euenerit, nempe, *corripies me, & viuificabis me*; proieciſti me in lectum, & ibi me feciſti ſomniare ſomnum moleſtiſſimum, vulgo Hiſpano, *peſadilla*, Latino, *incubus*, Græco, ἐφιάλτης. Sic ego vexabar verbo illo, *morieris, non viues*, iamiam animam agebam, iam molem lapidis ſuſtinere putabam, iam fœtorem emittere, *& viuificabis me; y como todo el mal de vna peſadilla ſe quita con deſpertar al que ſueña*; ſic tu, Domine, eadem facilitate, qua me corripuiſti morte eadem ſuſcitaſti; ſic enim te geris cum amicis, vt etiamſi mortuos quatriduanos videas, aſſeras, *Lazarus amicus noſter dormit, eamus*, &c. Quare vt illum errorem, quem vidimus in principio, tollat, ſubſcribit tabulæ hæc verba, *Ecce in pace amaritudo mea amariſſima*; qui eſtis vos, qui veram mortem, & veram vitam negatis, ex me hoc diſcite, ecce amaritudo mea amariſſima, *in pace*, iam eſt pax in amaritudinem commutata, & è contra mors in ſalutem & vitam.

Timore mortis & damnationis multa ſiunt vota.

Bern. ſer. de Can. Ezech. quo tamen timore (ſancto vt licet) nequaquam deſperas, quæſiui reſiduũ annorũ meorum, vt iam mihi viuere inciperem, qui contra me vixeram vſque adhuc. *Voy a ver lo que alla paſſa para boluer la hoja, y ver como he de viuir.*

Seruatur pœnitens vt peccatores excitet.

Miſerunt ſorores. Cæleſtem medicum acceſſunt mulieres; cùm enim iuuenes mente, conſilio deſtituti ſunt, apud parentes debet eſſe cura illos excitandi. Hoc nobis hiſtoria illa vetus oſtendit: nam cùm inſanus Balthaſar temulentus eſſet, & verba ſententiæ nondum intelligeret, nedum perhorreſceret; ecce intrauit ad eum inter tot concubinas regina, hoc eſt, mater, vel vxor aui ſui Nabuchodonoſoris, quæ intrans ad regem, ſine dubio refricauit memoriam ſupplicij Nabuchodonoſoris; ecce ego teſtis oculata ſum, regem auum tuum herbis fuiſſe addictum, & inter beſtias deputatum; confuge ad pœnitentiæ remedium, iram potentis Dei, vindictamque auerte; vel ſi hoc non placet, *eſt vir in regno tuo*, loquitur de Daniele, quaſi de viro ignoto; & ſic rogat illum, *Tu es Daniel de filiis captiuitatis; que ya no priuaua con eſtos reyes y para que ſiendo tan malos*: pœna enim obdurationis, & extremæ damnationis eſt permittere Deum, vt à memoria veſtra excidant tot viri ſancti, quorum patrocinio ab animi ægritudinibus liberemini. Et vt ediſcas habere etiam ſanctorum virorum authoritatem ſuam apud reges viciſſitudinem, *eſt vir in regno tuo, vn confeſſor varon de hecho*, qui non tua, ſed te quærat, imò oblata reſpuat, *munera tua, & dona domus tua alteri da.* Itaque parentes & ſorores orent pro filiis; ſic enim mortuos ſuſcitare conſueuit Chriſtus oratione matris, patris, & ſororum ſuſcitare. Curam gerite animi, non tam ſtudioſè corporis; & ſi citiùs aduentare vultis, poſtulate ſalutem animi, quia ſi infelix nuncupatur fœmina, cuius filius ſuſpenditur publicè, multo infelicior quæ ad inferni ſuſpendium nutrit. Excitate eos ſicut Tobias, precamini illi bona, *o hyo, eſt vir, quien te viſſe en manos de vn varon de Dios, de vn buen confeſſor.* 14.

Peccator nullam animæ rationem habet, curis parentes & propinqui.

Non quæ erat vxor, hæc enim inter vxores erat in menſa. Ioſeph lib. 10. antiqu. c. 12. auiã Balthaſaris, vxorẽ Nabuchodonoſoris aut fuiſſe dixerunt, Origenes matrem regis, & Theodoret. in comment. & videtur probabilius quã vocat ſapientiſſimã Herodotus. Gilber Abb. ſerm 17. in Cant.

Domine, ecce quem amas, infirmatur. Inops, & attenuata nimis, ne dicam inurbana videtur epiſtola, niſi cauſam inueſtigamus. Eſt inter iuſtos & Deum contractus ſocietatis, non quia Deo ex noſtris aliquid vtilitatis accreſcat; ſed quia iſto commercio diuino, & communione conſiliorum, magis in Deo delectemur, *tiene el iuſto trate de compañia con Dios*, vt ait D. Ioan. *cap. 1. 1. Can.* Inter eos autem, qui hac ſocietate vincti ſunt, illud præcipuum eſt, vt omnibus diebus aſſignatis perbreues literas mittant, vt moneant quid peractum, quidve peragendum ſit, ne ſi deſint literæ, diſſoluiſſe ſocietatem ſuſpicentur, *en faltando cartas, ta, fulano ha quebrado.* Hinc ergo & locus iſte, & alia ſacræ Scripturæ intelligenda veniunt, Dauid, *Reuela* (inquit) *Domino viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet.* Effunde cor fiducialiter coram Deo, indigentias expone tuas, totam viam, hoc eſt, negotiationem, vel occupationem totam Deo, ſicut coram fideliſſimo ſocio recolamus, *Viam*, Hiſpanè, *dile a Dios lo que paſſa, Señor eſto paſſa, a vos os toca el remedio como ami; ami el auiſar.* Hier. legit, *Volue ſuper Dominum viam tuam.* Alij, *deuolue, deſpliegale alli vna carta, veis aqui Señor, eſto paſſa*, veluti exonerando nos; & quidquid oneris nos premit, in ſinum eius iactantes, ſicut D. Petrus docet, *Omnẽ ſolicitudinem veſtram proiicientes in eum, tomad alla Señor mis cuidados, & ſpera in eo, no temas que quebrara, & ipſe faciet.* Quid faciet? omnia, nam nullo limite conſtrin- 15.

Fidem apud Deum habent iuſti & contractum ſocietatis.

Pſal. 37. 5.

1. Pet. 5. 7.

xit;

Dei manus miſereri.

xit; ſed *faciet*, *firma en blanco*, faciet, nempe munus ſuum, nempe miſericordias, ſicut alibi ab eo poſtulatur, *Domine intende, & fac*; quid? iam notum eſt, miſericordias. Diſce hoc ab his, qui coniunctiores fuerunt Deo. Mater ſanctiſſima, qua ratione monuit filium in nuptiis? *Vinum non habent.* Et licèt reſponderit filius, *Quid mihi & tibi eſt mulier? Que ſi poſſible que han de ſaber que andamos de compañia, y que a vos no os he de negar nada?* Certa tamen virgo de ſocietate & commercio ait miniſtris: *Quodcunque dixerit vobis, facite*, nihil enim aliud præcipiet, quam quod ego popoſci. Gratus erat etiam Deo Ezechias, & vt bonus ſodalis, cùm ſuperbiſſimas literas a Sennacherib accepiſſet, & legiſſet eas, aſcendit in domum Domini, & expandit eas coram Domino, & orauit in conſpectu eius,

4. Reg. 19. 14. & Abuſenſ. vide ibi 9. 14. 1. Mach. 4. 48.

dicens, *Inclina aurem tuam, & audi, oyd Señor. Aperi, Domine, oculos, & vide. Mirad, Señor, lo que paſſa. In eaſdem anguſtias redacti Machabæi ab Antiocho, venerunt in locum orationis, & ieiunauerunt illa die, & expanderunt libros legis*, vt pollicitationes diuinas libris ſacris contentas a Deo

16. repoſcerent, *Señor, es de veras eſte contrato? ha de quedar por vos?* Et ſicut ſi mercator dicto die vel non comparet, vel literas non mittit, diſſoluiſſe ſocietatem putatur; ſic Deus omnibus diebus has noſtras litteras expectat, vt admonet Paulus, *Orationes veſtræ, & petitiones innoteſcant apud Deum*, quibus ſi deſint mortales, Deum quaſi pauperem faciunt: quod Iſai. obſcuris verbis ſignificauit, *Aporiatus eſt Dominus*: ſed clariùs alij legunt, *depauperatus eſt*; & quia iam ſocietatem fregiſſe manifeſtant, qui literas ad eum non dant: vel quia cùm in contractu iſto ille gratiam, & efficaciora auxilia, nos verò cooperationẽ ponimus: ex his duobus magnus cenſus, & ingens prouentus nobis, & Deo ipſi contingeret, dum non petimus, dum litteras non damus, magna meritorum iactura fit, *depauperatus dicitur ipſe*; quia vt ſocius noſter noſtra damna reputat ſua. Ideo igitur prudentiſſimæ fœminæ, cùm ſciant mutua ſocietate Chriſto coniunctas eſſe, & rem ſuam apud ipſas agi, ſolùm ſodalem admonent de via ſua, & reuelant ægritudinem perbreui epiſtola, ne fidem & ſpem fregiſſe videantur. *Domine, ecce quem amas, infirmatur.*

Frequenter & fiducialiter orandum.

Quaſi ad inopiã redactus dicitur Deus dum eum nõ oramus.

17. Huic epiſtolæ per alteram reſpondet Deus
Cap 3. laconice & breuiſſimè per Iſai. *Dicite iuſto, quoniam benè.* Egregia quidem reſpondendi ratio; ſicut ſi alij, cui ruina, vel iactura aliqua contigit, tu lætus & gaudens ingrediens munuſcula ab eo poſtulares, *albricias Señor que ſe os ha hundido en el mar vn nauio con todo vueſtro caudal, y ſe os ha al çado en Indias vueſtro fator.* O noſtra ignorantia! tenete me, (ait Deus) contractum ſocietatis initum habemus iuſti & ego, dicite, *quia benè, dalde el para bien*; quare Domine, cùm Lazarus mortuus eſt, lumen oculorum Marthæ & Mariæ? *Dicite, quia benè*, benè erit eis, benè erit & mihi; vbi enim ſocietas cum Chriſto eſt, *omnia iuſtis cooperantur in bonũ*, infirmitas eſt ſalus, afflictiones ſolatium, paupertas diuitiæ; quidquid manibus attrectant, aurum virtutis efficitur: ſi vita mulctatur, martyr; ſi parcis vitæ, confeſſor, ſi aufers bona, Iob; ſi cumulas, Abraham; ſi vocas in dedecus, Suſanna; ſi in honore manet, Iudith. *Omnia veſtra ſunt, ſiue mors*, &c. & vultis ſcire hos prouentus omnes ex Chriſti ſocietate prouenire, addit Propheta, *Væ impio in malum, nora mala para el malo*, qui cùm ſocius dæmonis ſit, omnia cum malo in malum conuertit, laboribus peior fit, proſperitate extollitur, exemplis malis viſis ſua defendunt vitia; viſa virtute obmurmurant & detrahunt. Hos cenſus, & laborum vtilitates habere Iſraelitas ſpeculatus eſt Moyſes, (inquit Paulus) cùm anguſtiati erant in Ægypto, & vtilitatis & lucri cupidus, *Maiores diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti*, explicat D. Chryſoſtomus [a], *echo el ojo a lo que mas valia que el reyno, conuiene a ſaber, padecer algo ſemejante a lo que Chriſto padecio*; nam populum Dei, & amicos Dei vocari, lucrum erat ex laboribus pendens, quos ipſe nondum tolerauerat, *aun no he yo començado aganar.* Hac de cauſa cùm vni Anacoritarum, cui quotannis ægritudo obueniebat, ſemel deficeret morbus, non ſine lacrymis iacturam cenſus annui deplorabat, *Reliquiſti me Domine, (quebrado aueis Señor) & noluiſti præſenti hoc anno me viſitare, no me renta nada eſte año la virtud*; quid lucri attulit mihi ſocietas cum meo Chriſto, dum annuos reditus laborum non recipio? Inſuper autem quid de laborum vtilitate dicendum, quàm Deo glorioſum eſſe? *Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei.* Prodeat vnius Iob tribulatio in exemplum; & primùm exactiſſimam rationem omnium quæ habebat Iob, peragit ſacra Scriptura. Habebat ſeptem filios, &c. Quorſum tam exquiſita computatio? Vt ſciatis (explicat Auguſtinus) me cum Iobo ſocietatem habere, & pari diſcrimine; ideo vt in libro omnia manifeſta ſint, ſi quid depereat, omnia numerentur, *hagaſe regiſtro y inuentario, y veaſe que ſoy de tan buena conciencia, que todo ſe lo boluere*, ſolum mihi lucri cupio honorem; & vt hoc notum ſit, omnia cum lucro reddam multiplicata, *Multiplicaſti magnificentiam tuam, & conſolatus es me.* Et ille vt bonus ſocius reſpondet, *Dominus dedit*, &c. quia ſi donando materiam obſequendi tibi, dederas auferendo, non minorem acceſſum feciſſe puto, dum propter te amitto; imò potius magis laudandus in ablatione, quàm in poſſeſſione; ex illa enim tibi, & tuo nomini gloria maior redundat. Quod benè ſubodoratæ ſunt duæ ſorores, dum amicum Dei dicunt eundem qui ægrotabat, *Ecce quem amas, infirmatur.* Certæ (quaſi dicerent) ſumus de ſocietate, nec ab officio diſcedimus, nec ſpem abiicimus; ſed ſicut David, *Anima mea in manibus meis ſemper, & legem tuam non ſum oblitus*; etiam in magnis periculis anima mea expoſita legem tuam non deſerit. Quid inſuper addam? etiamſi contingeret te deeſſe initæ ſocietati, ego nunquam munus deſeram; ſicut cùm tres pueri comburendi Nabuchodonoſori aſſerunt, *Ecce enim, Deus noſter, quem colimus, poteſt nos eripere de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô rex, liberare. Quòd ſi noluerit, notum ſit tibi, rex, quia Deos tuos non colimus.* Chryſoſtomus [b], licèt comburi debeant, charitatem non perdunt. *No quiebran con Dios como vos por cada miſeria.*

Exultandum eſt iuſtis in tribulatione etiamſi contrario videatur res.

In tribulatione impius deterius ſe habet.

Hebr. 11.

a Hom. 26. in cap. 11. Heb tom. 4.

18.

Exemplum

In vitis Patrum.

Deoitem glorioſa eſt tribulatio.

Iob 1.

Pſal 118.

b Hom. 23. ad populũ.

19. *Ieſus ergo vt vidit eam plorantem, infremuit ſpiritu.* Illud *ergo*, infert ex dictis totum, quod euenit Saluatori. Si ſocietatem habet cum ſororibus & Lazaro, quid mirum ſi gemat qui

perdidit amicum? quid mirum ſi lacrymas Martæ lacrymis ſoluat? *eſtemos a cuenta, Señor:* caſus iſte tibi imputatur, & de lucro ceſſante teneris, *Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non eſſet mortuus.* Hæc eſt cauſa fremitus & torbationis: nam ſtatim ac vidit plorantes, verbum interpoſuit ad cohibendas lacrymas, *Vbi poſuiſtis eum?* O caſus tremendus peccatoris! turbauit ſe Chriſtus Dominus mortem animæ conſiderans, ſicut cùm quis de altiſſimo loco præcipitatus fuit, turbantur omnes proſpectantes, brachia exerunt, & inordinatos clamores, ſimul & lacrymas fundunt. Caſum iſtum horrendum vt repræſentaret, amicum iſtum in ſepulcrum labi permiſit; quare, cùm videt eum ad inferos perueniſſe, exclamat: *Cecidit, cecidit Babylon, ha que cae el pecador, ha que cae la mala muger; vlulate ſuper eam; llorenla todos. Tollite reginam ad dolorem eius, ſi fortè ſanetur; lleualda por vueſtra vida a la reyna; lleualda al ſoſſiego, quiza ſanara; ella no echa de ver ſu caida, en la ſepultura eſta, y ſe rie, y ſe huelga; iuega, y paſſea, y ſe engalana, y haze llorar a Dios. pone por ſu cuenta la muerte de Lazaro.*

Penes Deum eſt damna inſtorum in tribulatione cõpenſare.

Tremendus caſus peccatoris.

Simile.

Iſa. 51.8.

20\. *Vbi poſuiſtis eum?* Reddite rationem, & vos fœminæ, vos, inquam, mala peccata; vos interrogo, *vbi poſuiſtis eum? Ego viuum in Paradiſo poſui, vos in ſepulcro. Veni, & vide, & lacrymatus eſt Ieſus.* Quid vidiſti, Domine, quod ſic te adduxit in fletum? ſatis doctæ lacrymandi ſunt duæ ſorores, quare tu erumpis in fletus? Vbi non ſatis erant plorando domeſtici, lamentatrices vocabantur: tantum igitur malum eſt mors animæ, vt præter Martham & Mariam ſit opus conducere humanam & diuinam naturam in Chriſto, quæ plorent; quod non valemus, nec, vt par eſt, ſcimus. Ecce gaudium triſtatur; ecce de celſiſſimo diuinitatis vertice ſolutæ riuales noſtrorum criminum pluuiæ deſcendunt. Ecce ſolem obducunt nubes de culparum exhalationibus ſurſum contra Deum eleuatæ. Ecce felle noſtro amarum eſt clementiæ mare. Lacrymæ quid aliud ſunt, quàm doloris ſpumæ ex maximo angore per oculos erumpentes; & grauiſſimus dolor ex dirupto tumore apoſtematis vim morbi per occultos meatus exercens & emittens? At quis dolor tuum ſic occupat ampliſſimum pectus, quis tumor animum tuum grauiter pungit & frangit? Lacrymæ quid aliud ſunt, quàm triſtitiæ leuamen, & animi feneſtras patefacere, qua pelli poſſit triſtitiæ fumus ex flamma doloris excitatus; blandum item pharmacum ad leniendum cor, & pio quaſi vnguento triſtitiæ apoſtemata curans? Quod & quantum igitur malum erit, quod vmbratili figura propoſitum ſic repentè à filij Dei oculis lacrymas elicit? Quando caput graue ictum accepit, licèt foras non exeat malum; at in interiori oſſium parte aliqua ſanguinis particula putreſit, tunc opus eſt ipſum os effringere, & ſanguinem exſugere, *apalancar, y legrar el caſco, y ſacarle la ſangre*, ne totum pereat

21\. caput. Quid putas lacrymæ ſunt, niſi ſanguis in corde putreſcens ex aduerſo fortunæ ictu accepto, qui ſubtiliſſimo naturæ beneficio per oculos excutitur, rupto quaſi pectore? Quod igitur erit illud malum, qualis ille dolor, qui oculos Chriſti ſic ſauciauit, ſic vulnerauit cor, vt quaſi eius ſanguinem putrefecerit, & opus fuerit erumpere in lacrymas? Cùm domus conflagrat, ſtatim omnes aquam inferunt, nulla ibi perſonaru grauitas, nullus vaſorum delectus; patent fontes & cellæ palatij principis, vna vox eſt, vna omnium cura, aquam aquam afferre. Vocatus eſt rex noſter, vt partem ſui palatij, animam videlicet, igne peccati conflagrantem inrueretur; cùm videt autem ictu fulminis corpus horribili deformitate partim aduſtum, & fumigans, terróque & horribili fœtore intolerandum, ſtatim ſui oblitus prodit aquam, aquam ex vaſibus illis & pretioſis cellis depromens; contine te, Rex diuine, coram ſpectantibus Iudæis, cohibe dolorem, ne ſic effundas pretioſa & cryſtallina vaſa tui aurei capitis. Graude malum. Cùm rex atratus prodit, & pullatam veſtem induit; ecce ſolus ater color omnes aulicus principes operit, trahit enim omnes regia maieſtas quaſi prima rota minores. Chriſto plorante, Chriſto lugente, ſtatim vniuerſa creatura mœret, plangunt Apoſtoli, 22.
plorant Iudæi, deflent ſorores. Plangamus omnes, *Abyſſus enim abyſſum inuocat in voce cataractarum ſuarum. Tabeſcet omnis militia cælorum. Vna nube llama a otra; vueſtres ojos arraſados y llorando no ſacaran lagrimas de mi pecho:* Plange & tu peccator, cuius malum tantum eſt, tam graue, quod te manet ſupplicium, vt eo viſo plicentur cæli ſicut liber, *ſe arrebujan los cielos como vna hoja de papel, y ſe deſpulſan los exercitos del cielo, y ſe arañan y meſan los Angeles de la paz, y no perdonan a ſu hermoſura:* &, quod maius eſt, ipſe Deus potens mortuum ſuſcitare, plangit. O nouam rem! *Audite verbum iſtud, quòd ego leuo ſuper vos planctum.* O venerandæ & æſtimandæ lacrymæ! properate Angeli colligere, & angelicis ſinibus recondite, quia ab amore diuino manarunt. *Ecce quomodo amabat eum.* Peccator, vide potentiſſimas lacrymas, ſis licèt mortuus, ſæpius criminibus religatus, ſepulcro prauorum motum amandatus, tabe & fœtore horribilis & fugiendus, licèt ſpe tua excideris, licèt extinctam videas charitatem, plange, & lacrymas Redemptoris expecta; vide qua ratione Mariæ Magdalenæ debitum lacrymarum exſoluit. Hæ ſoluunt ligatum mortalibus vinculis, fores inferni infringunt, &, vt vides, clamore valido mortem fugant, & mortuum reſuſcitant. Audi,

Simile.

Pſal. 41.8.

Iſai. 34.

Plangat peccator opus eſt ex de mentis & exemplo Chriſti lacrymantis.

Lazare veni foras. Vocat ſuo nomine, ne ſi 23.
ſingularem non compellaret, ad omnipotentem vocem omnes ſimul vinctos mors è veſtigio depromeret. Te voco, peccator, te in vitiis obduratum, tibi dicta dies eſt. O vox Domini mei plena grauitatis & ſalutis, perſona in viſceribus meis; exite affectus, exite ſpiritus, exi anima mea; vocaris à Ieſu, vt vitam inſtituas nouam tanto Redemptore dignam, qui non iam in Bethania, ſed in cruce clamat, vt vincula tua diſſoluat, mortem morte perimat, vitam vitâ donet, gratiam animæ, & gloriam gratiæ.

Inſignes peccatores vocãtur ſigillatim.

Peccati grauitas ex planctu Chriſti dignoſcitur.

Quid lacrymæ.

Plorat Chriſtus vbi nos non deploramus.

S. Seuerin. apud Greg. Pap. lib. 8. epiſtolar. epiſt. 42.

VER

VERBVM FILII.

Ioan. 11. v. 1.

Erat quidam languens Lazarus à Bethania, &c.

Prælio cum morte inito gloriam Patri, iuuentuti medelam, patientiam iuſtis, ſpem animis, ſidem incredulis, ſibi exiſtimationem peperit, & glorioſè reportauit.

DISCVRSVS CXLVI.

1\. ALTO & ingenuo principis animo perplacent maximè aduerſi caſus, infortunia, hominéſque miſeriis & calamitatibus oppreſſi, & Deo Opt. Max. qui ex omni

Prouerb. 18.

euentu, vt ait Sapiens, ſui honoris & gloriæ vſuras quærit, *uniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus.* Proprium & naturale eſt, vtpote primæ cauſæ imbecillia ſubiecta omni non modò fortuna, verùm etiam ſpe derelicta aſſumere, ſecundare, vt gloriæ diuinæ inſtrumenta ſint, & ad ea ſuas liberalitates quaſi ad ſcopum mittat.

Scopus curarum gloria Dei & gratiarum eſt homo.

Huius rei ita manifeſtæ & exploratæ perilluſtre affertur exemplum huius noui hominis, quem ſuæ gloriæ & victoriæ trophæum, diuitiarum depoſitum, attributorum manifeſtationem conſtituiſſe videtur Deus. Omnipotentiam in creando, ſapientiam in conſeruando, bonitatem in exaltando, Dominum omnium & præſidem conſtituendo apertiſſime declarauit: ita in ipſo ad viuum ſui imaginem, & ſimilitudinem expreſſit, vt ſicut vos ſoletis, viſa pulcerrima tabula picta ipſo ſilentio commendare; ita Deus hanc videtur admirationis ſignificationem dediſſe, cùm luſtratis & laudatis omnibus aliis, ad ſui vultus imaginem ſilere & tacere deſcribitur.

Mirabilis & perfectiſſima Dei imago homo.

Verumenimuerò etſi omnibus hominibus conceſſum ſit ſummi conditoris gloriam & imaginem referre, adlegit tamen aliquos, in quibus vnum vel alterum attributum, quaſi in ſigniferis ſuæ maieſtatis ſplenderet. *Hizo algunos hombres Reyes de armas de ſu gloria y mageſtad.* Vt ſuam oſtenderet potentiam Pharaonem reſeruauit, *Idcirco poſui te, vt oſtendam in te fortitudinem meam.*

Exodi 9.

Iuſtitiæ inſignia præferre iuſſit Nabuchodonoſor, cui in beſtiam conuerſo hæ litteræ ſubſcriptæ ſunt, *Terribili & ei qui aufert ſpiritum principum*; indeque gloriam ſibi acquirere velle declarat. *Donec cognoſcant viuentes, quoniam dominatur Excelſus in regno hominum.* Sapientiam oſtenſurus vnus producitur Salomon, *qui diſputauit ſuper lignis à cedro, & erat ſapientior cunctis hominibus.*

2\. Vt patientiæ documenta daret & miſericordiæ, Paulum elegit, ſibíque ipſe ſubiecit titulum, *vt oſtenderet omnem patientiam.*

1. Tim 1.

Auctorem vitæ & mortis Chriſtum Lazarus commendat.

Denique autem vt mortis & vitæ authorem eſſe credamus, Lazarum ad viuos reducem fecit, his ſepulcro magnis characteribus inciſis, *Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei.* Stemma quidem, quod multo ſtetit Chriſto, & quaſi egregium nouúmque facinus, teſtatum proditum mundo vult eius diuinitatis aſſertor Ioannes. Exiit (inquit) dux noſter Chriſtus illuſtrem victoriam ante coronationem crucis comparare. Primò congreſſu contra iuuenem, qui ſolet diuini honoris fur eſſe & aduerſarius, ſuam inde gloriam excipit. *Erat quidam languens Lazarus.*

Paſtio diſc. xxvi.

Secundò conflictu graui admodum: nam iuſſit labores & dolores in caſtellum irrumpere amicorum, & dilectæ Mariæ & Marthæ gloriam tolerantiæ lucratus eſt, *de caſtello Mariæ & Marthæ ſororum.* Tertiò pugnauit contra humanam diffidentiam, quæ cùm Euæ partus geminus ſit, mulieribus eſt naturalis & propria, vt ait Ariſt. Ex hac igitur re omnino deſperata gloriam & ſpem ſibi comparat, *Miſerunt ad illum, ecce quem amas, infirmatur.* Quartò contra Iudaicam perfidiam congreditur eorum, qui venerant, vt ſorores defuncti conſolarentur, quos tanto prodigio ſtupefactos in fidem adducit, *Multi ex Iudæis crediderunt in eum, & glorioſus euaſit.* Quintò denique peccatum fœtidum, & obſtinatum peccatorem diro lapidi ſuppoſitum mirabili voce, diuináque virtute inſtar quatriduani Lazari exſuſcitat. Arma ſunt infirmitas, mora, amor, miracula, gemitus, voces, lacrymæ, omnibus enim his indiget peccatoris expugnatio, quæ tamen arma ex Virginis aula eduxit; quis enim poterat illis Deum armare, niſi quæ illum humanos induit artus, omnia nos intentos iubent eſſe, vbi res noſtra agitur.

Arma ad expugnandum peccatorem.

3\. *Erat quidam languens Lazarus.* Scio te, ô cæca iuuentus, Deique immemor, me in arena expectare; cades tamen præceps ex equo, & diuino Regi hodierno in congreſſu manus vincienda dabis. *Iter facite ei, qui aſcendit ſuper Occaſum. Plaça plaça, campo, que entra el Rey ſoberano.* De te pariter, & de morte triumphum aget, & gloriam reportabit.

Singulare certamen contra iuuentutem audacem & petulantem.

Non ago de adoleſcentibus Deo charis, & Chriſto familiaribus inſtar Lazari, in quibus diluculo videtur gratia rationis & animæ domum occupaſſe, vbi per fidem & opera charitatis Deo mancipati ſubſeruiunt. Nam illi non iuuenes, ſed grandæui, & canis pleni nuncupantur: ſenectus enim venerabilis, non diurna, nec annorum numero computata. *Cani enim ſunt ſenſus hominis.*

Honeſti ac bene morati adoleſcentes laudantur.

Iuuenes voco, quos hæc vera deſcriptio definit, *Homines crudi & vireſcentes abſoluti, & ſine Deo. Hombres verdes, abſolutos, y ſin Dios.* Concedamus ſaltem, homines eſſe; licet Ieremias equos vocet, qui licèt phaleris inſtrari, ornatu, greſſu, pompa, & tintinnabulis argenteis videntur honorem percipere, at minimè ratione vtuntur, ſed effræni, & animalium impetu ad concupita feruntur.

Definitio iuuentus petulantis.

Verùm ſit ita, homines eſſe, ſequitur differentia, *vireſcentes & crudi*, non vireſcentes annis, orc, & flore venuſtatis & iuuentutis, ſed ſenſu & intellectu, *verdes en el ſeſo*; videntur enim nondum pleno rationis vſu duci; ſed poſt viginti annos ſunt quaſi vinum nouum,

4\. aſperum, & quod cerebrum occupat, *no eſtan hechos*, ducuntur non ratione, ſed appetitu:

Audacia adoleſcentum.

potentia & facultas ab exequendo rem, vel ceſſando tantummodo arcet, vel inducit eos, Sap. 2. *Sit fortitudo noſtra lex iuſtitiæ, quod enim infirmum eſt, inutile reputatur. Si no ſalgo con la mia, mañana mepiſaran en la plaça; la edad lo lleua.* O abſurda ſententia, quaſi non extitiſſet Samuel, qui à primis annis diuino ſe mancipauit obſequio, qui diuinas ædes frequentabat, orabat, & cultui templi deſeruiebat, quaſi non item diceret Spiritus ſanctus *Eccli.* 11. ironicè ſatis, & ira excandens, *Lætare iuuenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, huelgueſe mancebo, que moço es, deſe buena vida, no pienſe en otra coſa que en plazeres en la juuentud.* O verba timenda! Secunda differentia eſt, *abſoluti*, à nemine patiuntur gubernari, ſicut ablatiuus abſolutus; à nemine regimen habent, neque à parente, neque à matre, nec à prudenti auunculo, aut amico; ideóque cæco & inconſiderato impetu vitiis & illecebris ſeſe tradunt, & ab vno vitio in turpitudinem & flagitia dilabuntur; ſicut Abſalon iam inobediens, pòſt fratricida, inde rebellis in patrem, mox adulter, inceſtuoſus, denique iuſtè ſuſpendio interiit. Contraria via proceſſit Tobias, qui in obedientia nutritus erant, iter peregit, à piſce, & dæmone liberatus eſt, vxorem duxit ſanctam virginem Saram, cæcitate liberauit parentem, ſolatus eſt matrem, & ab Angelo cũ omni familia benedictionibus eſt cumulatus; illi verò *abſoluti*. Tertia differentia eſt, *ſine Deo*; nullo enim affectu ad diuina feruntur, nec apud ſe librum, nec oratorias preces, nec B. Virginis globulos precarios habent, nec percurrunt, nec integræ concioni adeſſe niſi dormientes poſſunt; ſicut adoleſcens ille Eutychus, qui ſedens ſuper feneſtram, (vide vbi erat) & diſputante diu Paulo, (vide quali concionatore) merſus ſomno graui cecidit de tertio cœnaculo deorſum, & ſublatus eſt mortuus; ſi verò concionem audiunt, ſurdiores, & obſtinatiores fiunt, & id vnum effutire audent, *Quis eſt Dominus, vt timeam eum?* ſordeſcunt vitiis, vix natum proterunt caſtitatis florem, & florem & gloriam putant decorem iſtum amiſiſſe: quod blaſpheme iactant, & hauſiſſe mortem vitij gloriantur, ibi torpeſcunt, conſpurcantur, conuoluuntur, putreſcunt. *Putruerunt iumenta in ſtercore ſuo.* Vide tamen, quam feliciter de ſtercore iſto & cœno eruit adoleſcentem, atque victoriam reportat.

Indeuoti & irreligioſi.

Act 20. 9.

5. Tres enim haſtas vibrare & contorquere ſolet aduersùs huiuſmodi peccatores, quod eleganter deſcribit Eliud, *Semel loquitur Deus, & ſecundò idipſum non repetit:* Lege interrogatiuè, & ex conſuetudine Hebræa illud *ſecundò*, ſit idem quod *bis*, *dos vezes*, & intelliges facilè difficilem locum, *por ventura Dios no habla vna vez, y dos lo buelue a repetir?* Hebraicè, in vno loquitur Deus, & in duobus repetit? *Dos y vno tres, tres vezes habla Dios.* Quos tres loquendi modos enumerat in textu: vnde liquidus fiet huius loci ſenſus. Videte, inquit, torneamenti ludum. & Deum aduersùs iuuenem tres contorquentem lanceas. *Erat quidam languens Lazarus.* Nobilis, diues, & iuuenis, tres ſunt ſanguinis feruores, quorum quilibet grauiter ægrotare facit homines; diuitiæ enim ſtolidum fecerant illum Luc. 12. *Anima mea, habes multa bona in annos plurimos.* Quid ſi inflammat nobilitas ſanguinem? 4. Reg. 5. *Vir magnus* (Nahaman) *& honoratus apud dominũ ſuum, fortis, & diues, ſed leproſus, lepra del pecado ſe iunta con nobleſa.* Quid ſi flagrat igne cupiditatis praua iuuentus, 2. Reg. 13. *cum ſpecioſiſſimam Thamar adamaret Amon filius regis Dauid, & deperiret in eam valde, ita vt per amorem eius ægrotaret.* Peccant, & alto vitiorum ſomno ſe dant, Dei omnino immemores; ipſe verò non dormit. *Per ſomnium* (enim) *in viſione nocturna, quando irruit ſopor ſuper homines, & dormiunt in lectulo.* Primus incurſus in ſomnis fit, dum ei dormienti obiicit Deus ſtatuam illam auream, & ferream, quæ ab ictu lapilli abſciſſi ſine manibus corruit, & in puluerem redacta eſt. O puluis ſum; ſurgit è lecto tremebundus: ſomniat iterum anguſtiſſimum pontem, ſubtus quem rapidiſſimus igneus interfluit amnis; cogitur tranſire pontem ſummo cũ periculo, & æterno diſcrimine animæ. O hic eſt inferorũ caſus! durat timor & pauor per tres dies; mutat in amorẽ timorem;
obambular, inuiſit fœminas, & per oculos exerit cor, & excors factus ſtupidus fit repentè, & quaſi è tecco poculo obbruteſcit, folio facilius & incõſtans fit. *Factus eſt Ephraim quaſi columba non habens cor.* Iacet in lecto, vbi mens non quieſcit, ſed ingreſſum ad fœminam meditatur, ipſe ſibi iugulum & plagas infert. *Qui dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini?* Surgit ſerò, & non parum temporis in ornando & comendo capillo, & barba, quam vix habet, inſumit. Concurſar viam, circuit domum, cæcos omnes ſuo ſplendore feciſſe putat. Quid ſi à domo ſpei aliquid & fauoris accepit, videas iuuenem vẽto circumferri, mobilior fit pluma indicio inſtabilis. Domine, comprime, obſecro, inſanum iſtum. Vrget illum interna voce, *Moço, paraque naciſte? tienes alma? vt auertat hominem ab his quæ fecit, & liberet eum à ſuperbia. Tente hombre ſoberuio, oluidado de ti.* Non percipit, ſurdo loquens, blandus eſt iſte modus, & tenuis ſibilus. Iam enim amicitiam iniit cum his, qui donariola & literas ferant, & referant. Iam fit repente poëta, & ſui amoris facinora prodit, ſcribit, cantat. Vide illum ſuſpenſum, cogitabundum, mordentem chirothecam, dum conſonantes voces octauæ rhythmi expectat. Effutit omnia inter ſodales ſui impos, & quaſi à ſenſibus abſtractus. Dantur vtrimque conſilia praua ad ſua explenda deſideria, ad hoc ratio, huic operi ingenium deſeruit, ſicut Ionadab, qui iniquo conſilio promonit Ammon, quo facilius perderet & obtineret Thamar. *Erat enim prudens valde, et a ramade.* Deus patientiſſime, excita illum, iam enim fœtet turpis eius viuendi modus. Fit ita, inquit Nicetas; corrigit interno impulſu Deus iuuenem, immittit triſte & horribile inſomnium, *eruens animam eius à corruptione.* Sed quid præſtat hoc? Iam poſt conſilium in opus pergit turpe; ſocios enim per noctem ſui ſceleris
adſciſcit & vocat, inter quos communia ſunt vitia, & honoris alieni latrocinia. Emit arma, gloriatur de robore, de fortitudine contra miniſtros iuſtitiæ, de forti brachio, de his denique, quæ ganeonibus & molitoribus communia ſunt; iam aduerſarios habet, & ſui competitores; iam inſidias parant, expectãt, & obſeruant vias; ſi contingat par talem viam cõcurſare, omnino peribit. At Deus repentè (inquit Nicetas) ad aliam viam vocat, ne ſubitò intereat, *& vitam illius ne tranſeat in gladium.* Manè autem,

Iob 33. 14. Fauſta victoria de turpi adoleſcente verbo Dei iterato.

Grauiter & multiplici morbo ægrotat iuuenis diues.

D. Greg. S. Thom. Latini, & Græci Patres viſionem nocturnã eſſe expoſitionẽ ſomnij.

Tyro vel ſomnus ſui ignarus cor iſti iuuenem.

Deſcriptio inſigni, iuuenis.

6.

Ter & multipliciter loquitur Deus ad peccatorem.

Praua conſilia facile audiant iuuenis.

Socios adhibet ſui ſceleris.

7.

tem, cùm ſit certior inſidiarum, & impendentis mortis, miratur, & grates Deo refert, & cum Dauide ait, *Viuit Dominus quòd vno tantùm gradu ego mórſque diuidimur; no eſtaue vn canto realde morir.* Deuotat confeſtim pericula mortis, ſomnum fuiſſe reputat, iactat fortitudinem ſuam, vires, dexteritatem, quòd ſi contra ipſum irruerent, facilè ſe expediturum, confoſſis vnis, interfectis aliis. Lumen cæli putat cogitationes ſuas, & præter hoc tenebras & noctem, Baruch 3. *Iuuenes viderunt lumen, & habitauerunt ſuper terram; viam autem diſciplinæ ignorauerunt, nec intellexerunt ſemitas eius. Vereis los tan deſpiertos, tan cumplidos, tan corteſanos, tan bien hablados, que ſi os ponen a hablar de las diuinas caligines, de que hablo ſan Dionisio entraran con ſu bachilleria como la Samaritana,* concionari ad iſtos quaſi voces in deſertum mittere, anxius eſt ſæpenumerò Dei præco, ſicut Ruben de Ioſeph perdito, *Puer non comparet, & ego quò ibo? Hermano, donde eſta tea que andas, que remolino del infierno te ha cogido? en que ſima has caido? en que cieno pegajoſo has atolladoʔquando ſaldras?* Fugiebat rex Sodomæ cum aliis ſociis Gen. 14. *Et ecce vallis ſyluestris habebat puteos multos bituminis,* in quos tocidentes, in bitumen vſque ad coronas lapſi & immerſi ſunt. Quærite qui extrahat illos, & iſtos pariter carnali vitio hærentes, nec voce, nec virga iudicis, nec paſtoris baculo emergere, & è luto eruere valemus.

Cæcitas & inſania iuuentutis.

Vitiis abſorbentur & difficile corriguntur.

8. Secunda fortè haſta euincet, & languor animi languorem pellet. *Increpat quoque per languorem in lectulo. Erat quidem languens Lazarus. Dales vna enfermedad, y mueſtrales las orejas del lobo. Enferme eſſe moço, y aſſeara.* Tunc omnes turmatim ſequũtur Chriſtum, etiam per deſerta, *Quoniam videbant ſigna, quæ faciebat ſuper his qui infirmabantur. Todos en eſte tranco ſiguen a Chriſto, todos quierea ſer religioſos.* Eſt quidam in magno ære alieno, ſed ſolutus omni cura ſoluendi, quia etiã ſi impleti ſunt dies ſolutionis, at creditor benignus eſt, nec multum curat, ideóque & ille omni cura vacat. *Eſtaſe aſſi, ni lo niego, ni lo pago.* At quando citator adeſt, cùm pulſat fores, & diem illi dicit, vocátque ad iudiciu, ſtupet, hæret, & in ſe reuerſus, amicorum preces, & authoritatem magnatum interponit, & fideiuſſores adhibet. Es, ò iuuenis, magno decem mille talentorum ære obſtrictus, dirupta diuina lege, diuinis bonis diſſipatis, Chriſti ſanguine conculcato, & ſcandali peccato infirmis conſcientiis vulneratis, impletis diebus ſolutionis, & tu dormis omni cura vacuus, quaſi non immineret æternæ mortis periculum? Dum ſanus eſt, nunquam ſoluendo eſt, fruſtrà exigitur ſolutio: at quando mortis equus pallidus pro foribus ſiſtit, & mortis miniſtri pulſant fores, rigor, febris, dolor renum, & tremores, dictam diem diuini iudicij adeſſe exiſtimat, illic timere, illic pauere, illic deprecari, reconciliari, ſoluere, confiteri, teſtamentum condere. Ita, ita Domine, ægrotet Lazarus, & reſipiſcet. Quare ſubdit Eliud, *Abominabilis fit ei in vita ſua panis, tabeſcet caro eius, appropinquauit corru-*
9. *ptioni anima eius, & vita eius mortiferis, La vida le va en comer, y no ay a trauerſar bocado: menguaſe la carne florida que ſe venia a los ojos, conſumida con el ardor de la fiebre; los hueſſos ſe le pueden contar; por ſus paſſos contados le va a la ſepultura.* Hebræi; *a los matadores,* videlicet accidentibus, aut vermibus. Canit autem receptui Deus, & ceſſare iubet expugnationem. Subitò ſonat illa vox, grates Deo referantur, melius valet, ſudore madet opportuno; erit deinceps alter Hieronymus, & hæc puella leuis & petulans, in Magdalenam ſubitò commutabitur. Sed (o malum) vix lecto inſidet, & à ſodalibus inuiſitur, cùm de nouis facinoribus agitur. Ille verò renuit, & prohibet colloquia, apage ſint à nobis ſermones iſti, *Quita alla, ſeñores, haſe viſto vn hombre en el eſpino de ſanta Lucia, al vmbral de la hueſſa.* Surgit, inuiſit patrem, cui crimina aperuit, grates refert, propoſitum crebrò confitendi commemorat. O vtinam diu duret deuotionis ardor. Creſcunt alæ & pennæ, noua augeſcente valetudine; iam pedem domo effert, iam longius volat; redeunt ſodalium colloquia & conſortia, iam nidos veteres inuiſunt, habeántne paſſeres hoc anno; ad oblectandum animum ait fieri; redit domum acceptis plagis eorum quæ vidit, concupiuit, vel tenuit, & de extinctis carbonibus ignis inardeſcit, iam capilli, & propenduli crines renaſcuntur, & nouæ valetudini vires experitur; labitur in occaſione, & peccato mortifero animam iterum lædit. O noua offenſio, grauiſſimè ægrotat, qui ſemel leuatus morbo peccati iterum id de integro incidit. Roga illum, voca, vrge, inuita, fruſtrà hæc omnia fiunt. *Non dabunt cogitationes ſuas, vt conuertantur ad Dominum, quia ſpiritus fornicationis in medio eorum eſt. No trata ni de eſſo.*

Dolore correpti in ſanitatem redeunt iuuenes.

Simile.

Mors exactor moroſiſſimus iuuenibus.

Empieza a faſtidiar la comida.

Hebræi Hiſpani.

Fruges mores repentè amplexatur timore correptus.

Recidere in peccatũ grauius eſt & difficile curatu.

Pergit diuina clementia, & tertiam haſtam vibrat, & contorquet in ipſum. Adſit concionator, fiat Dei verbum de cælo; tertiò enim loquitur per concionatorem. *Si fuerit pro eo Angelus loquens vnus de millibus, vt annunciet hominis æquitatem.* Vide in quo ſita tandem ſit tua ſalus. Si te conueniat concionator eloquens vnus de mille. *Si fuerit,* Tigurina, *cum obtigerit ei, quando Dios les hiziere tal merced, y tuuiere tal ventura, que encuentren vn Angel declarante,* (antiquo idiomate,) *predicador que dize verdades, vnus de mille, no de ciento en carga,* interpres dulcis, eloquens, prudens, qui diuinam illi voluntatem ſyncerè patefaciat, in hoc tua ſalus conſiſtit, & præter hoc exigua ſpes tuæ valetudinis reliqua eſt: nam addit, *Hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per ſingulos,* hoc eſt, cum viro quolibet, igitur Lazarus ægrotat, quæratur Angelus ille magni conſilij, vnus de mille, ille cui dolet malum Lazari, mittant epiſtolam ſorores, ipſe nempe ſui immemor eſt.

10.

Tertiò per Dei verbum expugnatur.

Iob ſuprà.

Hiſpani antiqui, Angel declarante predicador eloquente y verdadero.

De caſtello Marthæ & Mariæ. Secundo in congreſſu dolorem ſibi peperit dux noſter, dum irrumpit fores dilectarum fœminarum, & labores, & tribulationes iniuſtas animas immittit. Nouum ſanè, & quod quotidie miramur omnes, ſicut Gedeon, qui ſalutatus ab Angelo, *Dominus tecum, virorum fortiſſime;* rogat ſtatim, *Obſecro, mi domine, ſi Dominus nobiſcum eſt, quomodo apprehenderunt nos hæc mala? vna palabra, Angel, ſi Dios eſta en eſta caſa, como han entrado en ella los males? Exiſtimabam vt cognoſcerem hoc.* Principiò ſtatuendum eſt, non temerè labores incidere in domum iuſtorum, quin potiùs in prædeſtinatorum domos ſapienter adire, ideóque illis valde eſſe domeſticos. Probat hoc viſio Ezechielis, & Apoc. quæ ad veterem ſcripturam *Exod.* 28. alludere videntur: nam vt mirabile quidem commendatur, quòd plagæ à Deo in Ægyptios immiſſæ terram Geſſen, quam filij Iſraelis habitabant,

11.

Secũdus congreſſus tribulationis immiſſa contra iuſtas animas.

Iudic 6. 12.

Prouidentia ratio magna in tribulando iuſtos.

Ezech. 10. 2. Apoc. 7. 1. &c.

bant,minimè attigerint,Ex .8.18.*Faciam mirabi-lem in die illa terram Geſſen,vt non ſint ibi muſcæ;ſi-*militer cap. 9. *Faciet Dominus mirabile inter poſſeſſiones Iſraël, & poſſeſſiones Ægyptiorum, vt nihil omnino pereat ex his, quæ pertinent ad filios Iſrael.* Item cap. 9. 26. *Tantum in terra Geſ-ſen,vbi non erant filij Iſraël, non cecidit grando.* Et cap. 10. in tenebrarum plaga, *Vbicumque* (ait) *erant filij Iſrael*, lux erat, & hoc à ſapientia prudenti factum ipſa profitetur Sap. 18. *Sanctis autem tuis maxima erat lux.* Et de induſtria

Cap. 7. 1.

ita factum probat text. Exod. 11. 7. *Vt ſciatis quanto miraculo diuidat Dominus Ægyptios & Iſrael.* Ideo pulcrè in Apoc. depinguntur quatoor Angeli ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos, ne flarent ſuper terram, neque ſupra mare,neque ſupra vllam arboré: nam ante deſolationem Ieroſolymæ, vt aſſeuerat Eu-

a Lib. 3. hiſt. Eccleſ. c. 5.

ſebius [a], Chriſtiani omnes diuino inſtinctu præmoniti, vrbe, & tota prouincia ante obſidionem

12. deceſſerunt,& ad vrbem Pellam trans Iordanem commigrarunt; vbi nota Pellam & Geſſen eodem vocabulo inſigniri Exod. 8. *Faciam mirabilem terram Geſſen*, Hebraicè *Hipelti.* Ego faciam illam *Pellam*, ego diuidam, ego ſeparabo, ego mirabilem faciam. *Fueronſe, y hezieronſe vna pella, hõbres admirables, aquien tantas plagas ne tocaron*; vt verè

Nihil damni iuſtis poteſt contingere.

ex his liceat colligere cum Paulo Rom. 8. 1. *Nihil damnationis eſt his, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant.* Confirmat hoc viſio Ezech. 9. *Signa Tau ſuper frõtes virorum gementium abominationes terræ*, alludens ad id, quod Exodi 12. 7. iubetur populus Dei, *Sumẽt de ſanguine agni, & ponent ſuper vtrumque poſtem, & in ſuperliminaribus domorum, eſte caſtigo hadeſer de noche, no*

Conſulto in domum iuſtorum labores infert Deus.

pienſen que erre las caſa de mis hijos, aya ſeñal, y tal que le eſtorue la entrada, ſi acaſo ſe olnidaſſe, & non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras. Quorſum Domine tam ſtudioſè ſeparationis huius & prouidentiæ peculiaris certiores fieri vis iuſtos & Dei filios? Benè rogaſti, ſuperſunt enim mihi aliæ inferendæ plagæ in filios, oportet autem certos eſſe de mea prouidentia, ne triſtentur, ne deſperent, nec meam taxent ſapientiam, *no pienſen que ha errado la caſa Dios.* Ecce enim ex vna parte Ezechiel videt *hominem veſtitum lineis, & iuxta gloria Dei currum audit cæleſtem vocem: Ingredere in medio rotarum, quæ ſunt ſubtus Cherubim, & imple manum tuam de prunis ignis, quæ ſunt inter Cherubim, & effunde ſuper ciuitatem.* Ioannes item c. 8. ad hoc ipſum alludens, *Et accepit Angelus thuribulũ, & impleuit illud de igne altaris, & miſit in terram, & facta ſunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræmotus magnus.* Putabis Deum incendium Ie-

D. Hieron. P. Alcazar.

roſolymæ prætendere? minimè, ſed purgationem, & emundationem Hieruſalem. *Imple* (inquit) *manum tuam, es vn recipe, no de botica, ſino de aſcuas de fuego; ſin duda que el medico lo ha penſado, y aplicado*

13. *al que tiene neceſſidad.* Nam qui hoc iubet, ſecundùm Greg. eſt Chriſtus, qui lineis indutus apparuit Angelus tutelaris; lineæ enim veſtes iuſtificationes ſunt ſanctorum; rotæ currus diuinam prouidentiam denotant variam, ſed plenam oculis, quæ rotæ à quatuor Cherubinis feruntur, quia quidquid rotæ peragũt, ſiue demittẽdo, ſiue ele-

Parcè & moderato conſilio tribulationes mittit Deus.

uando, à Dei ſapientia & ſcientia, quã Cherub ſignificant, prouenire mõſtratur: quod iubetur accipere, prunæ ſunt, ſed de altari thymiamatis, vt vero religionis igne puros, ſanctóſque redderet ſuos filios; ſed has inſuper prunas prior ipſe mano tenet, quia ſicut qui carbones manu ſumeret, minus, & minores quos poſſet, exciperet; ſic Deus etiãſi in ſuos labores mittat, prius dolet illi ſupplicium. *Heu conſolabor*; & minores, & leuiores quos poteſt, mittit. Prunarũ etiam in terram miſſio fit, poſtquam cædes in iis, qui non erãt ſignati, deſæuierat; vt ſciamus labores ſic a Deo miſſos, non vt puniat, ſed vt emundet, diſpenſari. *ya ſabe Dios a que caſa va a ſaluar y redimir, y ſacar gloria ſuya*; illas nempe domos adit, quas ſignat *Tau*, hoc eſt, Chriſti crux. Eſt inter animãtia fortis & acerrimus rhinoceros, vt (ex Auguſtini ſententia) filium Dei adumbret; in hoc autem à tauro differt, ille enim cùm corno illud, quo ictũ infligit, ſub oculis habet, eúmque ferit, clarè perſpicit, & vbi ictũ dirigat. At taurus cùm cornua ſupra oculos habet, cùm aggreditur, aut congreditur, truci vultu, & cæcis oculis iſtũ infligit, vt cùm in domo iuſti gemitus, plagas, & ictus dolorem excitant, & admirationem, noueritis nõ à truci, & cæco, atque irato Deo, ſed à parẽte optimo prouenire, & à prouidentiſſimo Redemptore, qui oſtiũ noſtræ domus cruce ſignauit, neque errare poteſt: nam *non eſt ad mortem* dolor & ægritudo; ſed, vt concinamus cum Dauide, *Hæc porta* Pſalm. 117 20.
Domini, iuſti intrabunt in eã. Confitebor tibi, quia factus es mihi in ſalutem. Eſta es caſa de Dios, y con todo eſſo entra la enfermedad, ca que no es ſino para ſalud.

Nam tribulationes & expediunt iuſtis, & vires 14.

Vtilitates tribulationis deſcribuntur.

augent, & Deum gloria afficiunt vberiori. Primũ ſatis probat factum Dauidis, tribulationem moderatos, & modeſtos homines efficere; efferæ autem & petulantes ſecunda fortuna fieri. Vide proſperatum Dauidẽ, victorem, exultãtem, otioſum; quid agis rex? quis cogitet furari alienã militis vxorem, & turpi ſe adulterij labe conſpergere? Cùm verò in antro Zeilam profugus deliteſcit, quid meditatur Dauid? Regem hoſtẽ coram ſe inſidentem à tergo perimere, & impunè abire? abſit: parte tantùm chlamydis contentus aciem gladij ſatiauit, ſibique ſatis putauit poſſe hoſtem occidere. O modeſtiam! ô veram fortitudinem! inquit Greg. quis te cõtinet? quis te ingenuũ fecit? Dauid, vtique tribulatio. *La proſperidad haze hombres deſmedidos, licencioſos; mas la tribulacion recatados.* Concinat hoc ipſe Dauid. *Quia ſperaui* Pſal. 118. 41. & 43.
in ſermonibus tuis, & in iudiciis tuis ſuperſperaui.

Tribulatio iram frenat, & vindictam prohibet.

Glorior ego in verbo veritatis aduersùs exprobrantes mihi, quia video Deum me proſperũ feciſſe, ſecundùm verbum ſuum: at verò, inquit Auguſt. cùm ego & Martyres in tribulatione cõſtitutos videamus nos, tunc *ſuperſperaui*; iã enim non tantùm Deum conſidero quaſi dignum, in quem ſperem, vt quiſque fidelis de populo, ſed etiam vt ſuperſperem; hoc eſt, tanto maiores mihi prouentus facti ſunt ſpei & virtutis, vt iam Martyrum fidem, iam ſpem ſanctorum videar exæquare, nec ſperare ſolùm, ſed ſuperſperare; non credere, ſed ſupercredere; non amare, ſed diligere. Virtus enim tribulati creſcit, & ſe ipſa illuſtrior, & clarior fit. *Sicut enim vnguenta* (inquit

Iuſtis commodum eſt tribulatione affici.

Greg. [a]) *niſi commota redolere altius neſciunt, & ſicut aromata fragrantiam ſuam non niſi cum incenduntur, expandunt; ita viri omnes quod virtutibus redolent, in tribulatione innoteſcunt.* Nónne Lazarus

a Lib. 1. Mor. c. 4.

iſte, & ille qui iacebat ad ianuam diuitis, Deo grati erant, & quaſi grana ſinapis; ſed dum granum non conteritur, non inardeſcit, nec quod in ſe acerrimum latebat, oſtendit; ſed poſtquam trituta perſecutionis & ægritudinis pulſat & opprimit,

Digitized by Google

opprimit, mox omne, quod virtutis erat, & quod deſpicabile videbatur, in mirabilem gloriam affulſit, & Lazarum vtrumque, & ſorores glorioſas effecit. Tertiò denique Deo ipſi glorioſa eſt tribulatio. Ponderat D. Chryſoſt. [a] quare Deus Iob dedit in manus explorari hoſtis dæmonis, Petrum permiſit Neroni, Ioannem Herodi? vt inde (inquit) lucta ſuæ gloriæ naſciſceretur, non potentia ſua, ſed patientia ſuorum. Ingenium quippe diuinum; ſicut cum ſubit quis examinis periculum, examinator vrget illum anguſtiùs, & rationibus circumſcribit, & quaſi labi & moueri facit argumento ab illo concluſo. Vúltne vt æſtuet, & hæreat, atque inglorius abeat? Minimè, ſed vt glorioſior euadat, cuius ſignũ eſt, ad multam noctem idem cum illo argomẽtom & effugia communicaſſe, & de ſolutione cõueniſſe. Ita inquit Niſſen. [b] *Cùm Ioſeph a fratribus vexatur, ſiquis diceret, inſidiis petitus ſaluus erit, & beatus, prima fronte incredibilia dicere videretur audienti, & acerbitatem examinis reſpicienti, ita cùm perſecutio, qua iuſti à tyrannis agitantur, multum iuxta ſenſum acerbitatis habeat, putabunt qui carni obnoxij ſunt, Deum vincere, non vinci, tollere, non dare gloriam velle.* At verò cùm de periculo glorioſus emergit iuſtus, *beatus prædicatur*, & rectè ſe geſſiſſe gloriatur, ſicut Iob, *Nónne ſilui, neque quieuinónne diſſimulaui?* ideo infirmitas hæc *non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei.*

a Hom. 1. ad pop. tom. 5.
Gloriam Dei exaltat.

b Orat. 8 de beatitudinibus.

15\. *Miſerunt ergo ſorores.* Conflictus hic tertius potentiſſimum habet aduerſarium, fœmineũ nempe pectus diffidentia armatum. Quid enim eſt quod exturbat, & expugnat virginem? quid labe dedecorat viduæ puritatem? quid ad errorem, & exitij voraginem cæcas ducit tot miſeras mulierculas, niſi Dei diffidentia? Deus mihi non ſubuenit, nec memor eſt mei, opus eſt, vt quoquo modo mihi conſulam. O imbecillitas fœminea, obſcura Euæ progenies! ſint vobis in exemplum duæ iſtæ lectiſſimæ ſorores, quas ſuæ gloriæ inſtrumenta efficit Deus, vide quali dolore, quantis anguſtiis premuntur, nec diuitiis nituntur, nec comitatu, nec propinquis, ac medicis, ſed alas extollunt, & in vnum Chriſti adiutorium confugiunt. *Miſerunt ergo ſorores eius ad eum, dicentes: Ecce, quem amas infirmatur.* In te, ô Domine, afflictæ fœminæ ſpe conquieſcunt, & meritò, antequam humanos fauores exquitamus, quod tibi maximè placet. Ægrotat Ezechias, & vbi medici de eius ſalute deſperarunt, imò denũciata mors ab Iſaia, *oculos confeſtim ad parietem conuertit*, fortè vt operiat lacrymas, vt regẽ decet, & principes inſtar Ioſeph? vel coactæ lacrymulæ erunt, quas iacens, & victa natura fundit, teſte Galeno? Minimè, deuotionis & obſequij lacrymæ ſunt. Continens erat templo domus regia, ea maximè parte, in qua rex habitabat, qui cùm medicum diffidere de valetudine videt, humana abiecta ſpe ad diuinam potentiam appellat; ſic placuit Deo actio iſta, vt reſciſſa mortis ſententia per annos quindecim vitam eius libentiſſimè produxerit. Obſequiom iſtud alio egregio facinore decorauit, qui cùm diuinam

Fœminei pectoris diffidentia expugnatur.

Ad Deum confugere primò debemus.

16\. in ſe largitatem expertus, diffidẽtiæ humanæ remedium adhibere curatet, mirabili quidem modo, qui à multis, doctíſque viris refertur, vigebat tunc cuiuſdam libri doctrina medendis morbis aptiſſima, à ſapientiſſimo conſcripta Salomone, omni peritia & experientia referta: in quo libro obuia erat ſtatim cuiuſlibet morbi medicina; quo tamen libro ſpes in Deo debilitari & euaneſcere cœpit: quod ægrè ferens piiſſimus rex humanæ confidentiæ neruos vna die diſſecans, rapit librum, comburit, ſepelit, vt ægrotantes deinceps exemplum ſui vbicquij conſectarentur, vt oculos, ſpémque totam ſalutis in Deo Opt. Max. defigerent. Contrariam cum diffidentiam grauiter tulit Deus, & per Prophetas ſæpius conqueſtus eſt, *Populus meus in ſigno ſuo interrogauit, & baculus eius annũciauit ei; ſpiritus enim fornicationũ decepit eos, & fornicati ſunt a Deo ſuo.* Chaldæorũ morem hic locus cõmemorat, qui ex Hieronymi ſententia in dubiis ad belomantiæ ſuperſtitioſam artẽ recurrebant, miſcentes nẽpe in pharetra ſagittas, & in biuiis dæmonem rogãtes victorias, euentus, facinora, & deſignia. Aderat dæmõ præſtigiis vocatus, ſéque ſagittis immiſcebat, & aliquando coniectare, & rem attingere caſu nouerat, nam ſi baculus aut ſagitta ad dexteram decidebat, illac migrandum ad bellum coniiciebant, ſin minus à bello abſtinebant. Hinc liquet ſenſus Ezechielis, *Stetit rex Babylonis in biuio, in capite duarũ viarum, diuinationem quærens, commiſcens ſagittas, interrogauit idola, exta cõſuluit.* Timebit rex Babylonis memor internecionis, quæ accidit regi Aſſyrio, quando centum octoginta quinque millia vna nocte ſunt cæſa: formidabit ad partem dextram declinare, & ire contra muniriſſimã Hieruſalem, ſed ſtabit in ipſo compito, & ritu gentis ſuæ oraculum conſulet, vt mittat ſagittas ſuas in pharetram, & commiſceat eas in ſcriptas, ſiue ſignatas nominibus ſingulorum, vt videat cuius ſagitta exeat, & quam priùs ciuitatem debeat oppugnare.

Iſid. Cla. &c. vide P. Pineda, &c.

Spes in Deo figenda.

Oſeæ 4. 12.

Gentilium mos à nos tantur fideles.

Ezech. 21. 21.

Iſai 37. 36.

P. Prado in hũc locum Ezech.

Hanc Græci *Belomantiã* vocant. Audiſtis, inquit, dementiam ſingularem? *Populus meus*, qui meæ potentiæ de mea prouidentia ſatis ſupérque eruditus eſt, *interrogauit in ligno, acudio al oraculo de ſu idolo, que es vn leño*; & vanis ſuperſtitionibus abuſus eſt, *& baculus eius annunciauit ei*, faciam equidem, vt ipſe, cui vos confiditis, ſpiritus verba det vobis, *ſpiritus fornicationum*, hoc eſt, idolum *decepit eos, quia fornicati ſunt à Deo ſuo*: fidem. & ſpem in illo, non in Deo collocarunt. Hac animaduerſione punivit Deus principes, quia Madianitis dementati, & illis ſe commiſcoerũt, & corũ idola coluerunt, vt rectè venatur ex textu Abulenſis [a], qui explicat Dei edictom. *Tolle cunctos principes, & ſuſpende eos cõtra ſolem*; hoc eſt, vt hic Doctor explicat, voca ad te omnes principes, ſcilicet qui ſunt principes & decani quinquagenarij, & centuriones, vt ex eis cognoſcere poſſis qui peccauerint in idololatria, hos autem ſuſpẽdes cõtra ſolem. *A los del exercito que hallares auer peccado, y los manifeſtaren los principes y decanos, cuelgalos de cara al ſol.* Quare contra ſolem? Vt ſolemne eſſet ſupplicium & publicum, *como ſacar a açotar en dia de mercado*; & phraſi ipſa videtur indicari, *contra ſolem*, hoc eſt, publicè. Meliùs autumant alij, Madianitas idoli ſui, Solis nempe, quem Moabitæ colebant, cultum edocuiſſe, & hauſiſſe eos ſuperſtitionem, fidem, & ſpem eius. Igitur ſuſpendantur in ligno cõtra ſolem, vt cùm de ligno exturbentur, nec videant ſolem ſiſtere ad ſubueniendum eis, ſed præterire eos. ſciant hoc affici ſupplicio, quia alium, non Deum verum audierunt, & conſuluerunt. Mos enim eſt diuinæ iuſtitiæ nos perimendos tradere in manus ſpei noſtræ, vt errorem experiamur alios præter Deum adeundi; Nahum 1. 14. *De domo Dei tui interficiam ſculptile & conflatile, ponam ſepulcrum tuum; tus idolos, muger, te han de enterrar; tus antojos,*

17\.

Deus conſulendus & adeundus eſt.

a In Num 25. 4.
Aliàs ait hoc Abulen nẽpe non omnes principes ſuſpenſos, ſed populares, & communes milites, multis de cauſis, quas ille hic refert, & ſubducit rationem occiſorum: quæ ſubductio non patitur principum omnium occiſionem: vide.

Coram ſole in quem confiſi erant puniuntur peccatores.

18\.

cadauer frigidu ſub illo periſtromate, & ne decidat, multo fune ligatum. Percepiſti iam? Rogo te igitur, *vbi poſuiſtis eum? que aueis hecho de vueſtra alma, aqui va eſta acemila de mi cuerpo regalado, cubierta de ſeda y de galas, afeitada y perfumada, y lleua vna alma muerta, atada con las ataduras de la vida corporal, porque no caiga en el*

22\. *infierno.* Iam me percepiſti, iam ex hoc die non ita incommoda corporis quam animæ morbos & mortem planges. *Non ſunt in te charitatis viſcera, doles corpus, à quo receſſit anima, & non doles animam, à qua receſſit Deus?* Igitur etiamſi viui eſſe videmini, animæ veſtræ mortuæ iacent; & hæc multitudo hominum tumulus eſt oſſiũ, qualem vidit Ezechiel, *Fili ergo hominis vaticinare ad oſſa iſta. Oſſa arida audite verbum Domini,* meliùs dicam, *audite verbum Dei;* & gementem, infrementem, lacrymantem Chriſtum, vt vel hinc liceat coniectari vbi ſis, vbi te poſuerint peccata tua: *vbi poſuiſtis eum?* Conſidera hominem ſupra altiſſimum puteum ex tenui filo pendere, non horres putei profunditatem, pondus corporis, fili tenuitatem? ecce robuſtus miles diſtricto enſe repentè filum, ipſo ſpectante, præcidere vult. O ſtupor! Certe ante irruptionem funis mortua anima in miſero corpore iacet, languet, & pallet totus. Hic eſt peccati ſtatus, ſi ignoras; reſponde ergo vbi es? Eſt anima tua ſuper inferni barathrum, puteum profundiſſimum; & quo fune ſuſtineris? pendes ex tenuiſſimo vitæ corporalis filo? & ſuper puteum ludis, obambulas, furaris, inimicitias geris, luxuriaris, altè dormis? quare non? O inſane, attolle oculos, *Vidi Dominum ſuper murum lutum eius, & in manu eius adamas.* Ecce irrumpentem Deum, *ea que viene Dios a cerrar con vn tajo,* vt febre funem præcidat, vel tegula repente exturbata, vel inſani alicuius manu, qui ſui impos poteſt te ſubitò perimere. O periculum! hoc eſt, quod gemitus voces in Seruatore excitauit. Sed noua bella elegit Deus, noua item arma ſumit, *& lacrymatus eſt Ieſus.* O lacrymæ pretioſæ, quas reueritus eſt æternus ipſe Pater! *Exauditus eſt pro ſua reuerentia.* Peccator teterri-

23\. me & fœtide, prauis tuis moribus quaſi ſepulcro amandate, nouum iſtud idioma, nouum loquendi genus excipe. Te vocant lacrymæ diuinæ, quæ ex abyſſo miſericordiæ miſeriæ abyſſum inuocant *Iam fœtet.* Nihil obſtat, etiamſi per ipſe tuis flagitiis fœtidus ſit; hac enim ſtillata Angelorum aqua Ambroſios exhalabit odores. *Iam fœtet*, nihil intereſt cor diffidentiæ deliquia pati, hac enim aqua repentè effuſa animam recuperabis. *Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit. Iam fœtet.* Quid ad rem? licèt frigido marmore durior, guttæ iſtæ de tam alto loco cadentes excauant, emolliunt corda peccantium. *Iam fœtet.* Parum refert labem ipſi animæ inhæſiſſe, quas enim ſordes eluere, quas contractas maculas extrahere aqua iſta nõ valet? Mulier, excipe iſtam Angelorum aquam, qua faciem Deo eluere poſſis; quid dixi Angelorum? ſi vis diuinos adire amplexus, hæc te mundiorem reddet, ſuſceptámque maculam delebit. Videre, ô mortales, quantam vim veſtræ lacrymæ habeant; ex qua enim plorantem videt peccatricem, plorat Omnipotentis filius. O lacrymæ pœnitentiæ! ô miſſio ſanguinis ex animæ peccatricis vena opportunè facta, quæ ſic iuſtitiam debilitas, frangis iram, & tu mo-

Inſenſibilitas peccatoris mortẽ animæ non dolentis.

Status peccatoris in mortali deſcribitur.

Amos 7. LXX. interpretes.

Arma potentiſſima Saluatoris lacrymæ.

Sordes omnes eluunt & duritiem emolliunt talis lacryma.

Va lacrymarũ peccatricem.

tem peccati ſubitò curas. Sed miſcere oportet vocem lacrymis, ita iacet, ita fœtet, ita ſepultus eſt. O haſta firma! ô telum potens! quæ cedros montis Libani infringis, lapides tollis, & frigida ſepulcra reſeras. Sicut eques ad ſingulare facinus regis tabulatum contuens reuertetur, & quaſi facultatem poſtulat, & attentos animos; ſic Chriſtus Dominus ad hoc maximũ miraculorum ad Patrem oculos & verba retulit, *Pater gratias ago tibi, quoniam exaudiſti me. Gratias os de el cielo, y yo os las doy, Rey eterno, que ſiempre eſtaus a la mira de mis obras.* Scis quia gloriam tuam quæro, vt credant quia tu me miſiſti. *Lazare veni foras.* Peccator ſceleſte, mulier tuis moribus irretita, peccatis occultis putrefacta, homini beſtiali praua viuendi conſuetudine ligata, *veni,* ab obſcuritate ad lucem, ab inferno ad cælum, à morte ad vitam. *Veni foras,* veni ad ſacrum confugium diuinæ clementiæ, antequam te diuina comprehendat iuſtitia. *Veni,* vt des gloriam Deo. *Veni* gaudens, & confidens; tanti enim pretij & dignitatis es, vt Deus te indigere dicatur, vt ſuæ gloriæ ſplendor elucescat. *Saluauit eos propter nomen ſuum.* Deuicit iam iuuentutem amentiſſimam, ſuperauit labores & dolores, debellauit diffidentiam humanam, triumphauit de Iudaica perfidia, mortem, & ſeipſum plorando deuicit, deiecit maieſtatẽ; itáne poſſibile erit, vt à Deo hodie te ſubducas? *ſtatim prodijt.* Accipe me (ô Deus, honoris appetens, ambitioſus gloriæ;) fac in me miraculorum maximum, dum me ad diuinæ imaginis formam inſtauras, dirige, recrea, monſtrum iſtud fac amicum tuum, Luciferum iſtum tenebroſum fac tuæ gloriæ inſtrumentum, qui vendidit, perfundedit, & obliuioni dedit talem amorem, tales gemitus, tam dulces lacrymas, gratiam gloriæ, & gloriam gratiæ.

24\.

Conuerſio peccatoris in Lazaro exprimitur.

VERBVM SPIRITVS ſancti Apoc. 1. v. 17. & 18.

Noli timere: Ego ſum primus, & nouiſſimus; & viuus, & fui mortuus, &c. & habeo claues, &c.

Vtriuſque reſurrectionis, poteſtatis inſignia præfert Chriſtus, claues: quantum in vtraque reſurrectione difficultatis ſit, quantum benignitatis oſtendit.

DISCVRSVS CXLVII.

QVIS ab inferis venit, & quæ ibi ſunt renuntiabit? (rogabat neſcio quis apud D. Chryſoſtomum [a];) cui mox reſpon- 1.
dendum putauit alter S. Petrus Chryſologus [b]. *Mox Lazarus ab inferis reuerſus occurrit, apportans vincenda mortis formam, deferens reſurrectionis exẽplum.* Chriſtus etenim Dominus, qua die voluit omnipotentem virtutem, & diuinã poteſtatem in mortem oſtendere, miraculorum maximum patrauit, (inquit Auguſt. [c]) imò miraculorum ſummã & apicẽ, (vt aiebat Chryſologus [d];) *quia hoc ſignum videmus eſſe ſignorum, virtutum cernimus*

a Hom 27. in Ioan.
b Serm 63.

Miraculorum ſumma & reſurrectionis teſtimonium.

c Tract. 47. in Ioan.
d Serm. 63.

eſſe virtutem, mirabilium eſſe magnificentiam prouidemus. In reliquis enim infirmum ſanabat, cæcum, mancum, aut lepra infectum, in hoc verò omnia hæc vni reſtituit, ſalutem, oculos, manus, animam, vitam: in alio ſuſcitauit Dominus filiam Iairi principis; ſed adhuc funere calente, adhuc mediante morte, & corpore præſente, ſuſcitauit & viuum matris, ſed ſic vt retineret pheretrum, vt præueniret fœtorem & ſepulcrum: circa Lazarũ verò quod geritur, totum ſingulare eſt; *la muerte hizo todo lo que pudo, para que Chriſto moſtraſſe todo lo que podia.* In reliquis mirabilibus irrumpebat ſolùm Chriſtus poteſtatem & ius poſſeſſionis, quod mors habebat ſuper filios Adam: in hoc tamen aceſcere fecit omnes ſuos guſtus & oblectationes, præferens ſolùm inſignia plenæ poteſtatis, claues vitæ & mortis, quia (vt inquit Auguſt.) in hac morte mors ſuam mortem extimuit, peccatum deſolationem, dæmon exilium & perditionem: hodie enim aditus patuit ad inexorabilem conditionem eius, & ineuitabilis potentia Chriſti ab ipſis vnguibus conſtrictã prædam extorquet, & ab obſcuriſſimis & teterrimis carceribus, quibus detinebantur, arcent potentiores Chriſti Domini claues. Omnes detrudebat in quatuor latiſſimis ſinubus, quos ipſa, & infernus moderabantur, & cuſtodiebant, foréſque claudebat, ita vt nulla niſi diuina vis poſſet reſerare. Neque hoc ſolum malum; verùm nemo mortalium ſciebat fores, quibus exeundum foret à carcere. Aditus omnes callebant, omnibus patebant, vt ille fatetur, *Ecce ingredior viam vniuerſæ carnis: puertas ſon, por donde todos hemos de entrar.* Illud in hoc deplorandum maximè eſt, nos nulla præmeditatione, ſed inconſiderantia
2. ad ianuas eius prouolui manibus & pedibus; (quod illa iam probè nouit) quòd ſi in obitu noſtro manus bonorum operum quaſi præduces noſtri caſus præmitteremus, non tanto diſpendio moreremur; cadimus verò ſicut Dagon, qui fronte tangebat terram, manus autem ad oſtium tabernaculi proiectæ iacebant. *Hazemonos las cejas en las puertas de la muerte, porque caemos como Dagon, como Gentiles, y ya eſtamos de frente en la hueſſa, quando las manos de las buenas obras ſe quedaron alla a la puerta; y aſſi damos de ojos.* Et ſicut illi, qui Sodomitico ardore flagrabant, domum Loth quæritantes, nunquam ad ianuam peruenerunt; ſic nos noſtris paſſionibus cæci nunquam fores mortis nec cogitatione ſaltem attingimus. *y como no lleuan manos de buenas obras delante, hazenſe las cejas. En que andais. Palpauimus ſicut cæci parietem, & quaſi abſque oculis attrectauimus; expectauimus ſalutem, & elongata eſt à nobis,* Iſai. 59. Ingreſſus iſtos, & mortis aditus omnes ſerò, vel citò nouerunt; exitus autem, & ad vitam reditus ſolus Deus nouit. Cuius vt hodie potentiæ credamus, & animi noſtri ſpe cæleſtis reſurrectionis ad cæleſtia capeſſenda, & terrena deſerenda feſtinent; ac denique vt in vno noſtro Ieſu, ſpem omnem fixam & firmam defigamus, Ioannis dilecti eius ſemimortui, & per Chriſtum ad vitam renocati, viſionem intueamur. Et cùm vidiſſem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus; & poſuit dexteram
3. ſuam ſuper me, dicens, *Noli timere, ego ſum primus, & nouiſſimus, & viuus, & fui mortuus; & ecce ſum viuens in ſecula ſeculorum, & habeo claues mortis & inferni.* Age Eccleſia mea, perterruit te

Praſtat hoc omnibus miraculis.

Poteſtas clauiũ Chriſti Domini.

Poteſtia mortis quanta ante Chriſti aduentum.

Mors ſine bonis operibus.

In Chriſto defigenda noſtra ſpes.

Apoc. 17 & 18.

vox aquarum multarum? perſecutiones? ærumnæ? mortes? hoc à tua imbecillitate prouenit; vide tamen & experire, *toca con las manos oy mi poder*; ſicut enim dextera hæc meare erigit, te fulcit, ac roborat; ſic potenti dextrà in mortis caſu ſuſtinere vos valeo, vel iam extinctos à morte vindicare: nã ſi mei diſcipuli ſuper ægros manus imponentes poteſtatem habent violandi & interrumpendi iura mortis, quid ſi ego dexteram meæ maieſtatis extendero: quid ſi ad aurem loquar, *Noli timere*; quid ſi ex hoc honor meus pendet? nam *ego ſum primus,* qui cœpi opus redemptionis, *& ego nouiſſimus*, & qui non obſtante morte & ſepulcro, opus prouecturus ſum, & ab *α*, ad *ω*, perfecturus. Quid ſi iam ego mortis valuas infregerim? nam ego ipſe, qui viuus in ſempiternum ſum, mortuus fui, vt vitæ efficacitatem, & mortis victoriam euidentiùs oſtẽderem. Quid ſi ego haberẽ claues mortis & inferni, quas ſic obſeratas vidiſti? Expecta, quot fores habet infernus? duas videtur habere; nam ſemper in plurali numero deſignantur, *Vadam ad portas inferi. Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam:* nam quos mors occidit, & claudit ſepulcro, infernus deuorat; atque adeò duplex eſt ius, alterum ad claudendum, alterum ad ſeruandum quod clauſum eſt; ideo apparuit mors inequitans pallido equo, *& infernus ſequebatur eum:* iſte vt occidat, ille vt abſumat. Duplex igitur poteſtas exigitur contra hæc iura mortis, & ad infringendas fores inferni, vna, qua facultas detur morti, altera, qua mortuus reducatur ab inferno ad vitam. Age igitur, inquit Chryſologus [a], age mors Lazarum extingue, permittit Chriſtus, patet, nam & abſens nouit; *& manſit in eodem loco duobus diebus.* Vide- 4.
tis quemadmodum dat locum morti, licentiam dat ſepulcro? atque vt tartarus rapiat, trahat, habeat, admittit; atque agit, vt humana ſpes tota pereat, quatenus quod facturus eſt, diuinũ ſit, non humanum. *Ea, eſtan bien atrancadas las puertas? habeo clauem, yo tengo las llaues.* Vna poteſtas eſt, ſed ne putetis mancam, duplicem habeo clauẽ. Quod elegãter cecinit Dauid, *Deus noſter, Deus ſaluos faciendi; & Domini Domini exitus mortis.* Bis repetit, *Deum,* bis *Domini*, exitus mortis in plurali introitum, & egreſſum vocat; quia ad irrumpendas fores mortis opus eſt diuina vi, *Domini* autem, *Domini*; vt hac audita voce aditus pateat, *& exitus. Abri, que ſoy yo.* Quis eſt iſte? *vueſtro ſeñor*; & quam vere Dominus? vt notauerit Auguſt. [b] ex hoc verſu mortẽ, reſurrectionem, & diuinitatem Chriſti probari. *Domini Domini exitus mortis. Abri, que ya yo os hecho entender, que como mori por que quiſe, reſucite porque pude.* & ſic explicat Auguſtinus hæc verba; ergo coniungamus voces, bis *Domini Domini*, bis *Deus, & Ieſus.* Duplex etiam ianua mortis eſt, duplex clauis; ergo pares ſumus. Opus ergo iſtud planè diuinum erit, in quo facultatẽ præbebo mõrti ſuas excurſiones & irruptiones in homines faciendi, ſemel tamen arreptam prædam extrahere potero, tam ab inferni faucibus, quàm ſepulcri. *y aſſi por fuerte que era la muerte, lo fue el ſeñor mucho mas, pues ſupo con la llaue de ſu poder hurtarle la preſa, y hazerſela rendir, atada como eſtaua, mas que de paſſo.* Extimuitque mors, inquit Tertullianus [c], dum in Lazari reſurrectione vniuerſæ carnis reuiuiſcentiam adumbrari vidit. *Totum habitum, totum exitum Lazari,*

Super ægros manus imponent, & bene habebunt

Sic explicat D. Ambroſ.

Cur duas clauis geſtas apparuit Chriſtus.

Iſai. 38. 10. Matth. 16.

a Serm. 63.

Diuina poteſtas in Chriſto claues.

Pſal. 67. 21

b Lib 17 de ciuit. Dei c. 18.

c Lib. de reſurrect. carnis cap. 40.

ri, omnium quoque caro eodem expertum. Hinc planè videbimus, quanta cum prudentia atque ſapientia duæ ſorores, & in illis Eccleſia mater, videntes fratrem, & peccatorem ad fores mortis perueniſſe; illæ pulſant fores vitæ, & per epiſtolam monent de infirmitate, vt liberet, & poſt mortem vt reſuſcitet; quia licet videant permiſſam morti vnam ex clauibus, vt intra ſepulcrum recondat fratrem; ſciebant tamen clauem ſupereſſe illi, vt ad viuos poſſet reducere. Hac igitur ſpe vtriuſque reſurrectionis præconcepta, ad excitandum peccatorem veniamus.

Vita animæ & reſurrectio corporum à Chriſto expectanda.

5\. Habeo, Domine, quod obiiciam huic tuæ poteſtati clauium, video enim in altera vita vnum eſſe Lazarum mendicum; quare iſtum non ſuſcitas, & ſuſcitas alterum de caſtello ſororum? Rurſus, quare nunquam audio reuocaſſe ſenes ad vitam, imò neque diuites, nec perilluſtres? Vel non potes, vel non vis. Alterum iniurioſum eſt tuæ poteſtati, alterum tuæ bonitatis alienum. Quibus vt faciamus ſatis, notanda eſt diuerſitas magna, quæ eſt inter mundanam rempublicam, & diuinam. *Quan contrarios fueres los de la republica donde viuimos, y los del cielo donde pretendemos.* Inde enim oritur, vt eo ipſo quòd mundus aliquam improbet rem, putare debetis eandem maximi probare Deum. Primus itaque Lazarus, vtpote nobilis, diues, & iuuenis, ſplendebat in cultu, comitatu, deliciis, & benè olebat naribus mundi: ſed hoc tantùm erat ante obitum; poſtea verò ſumma veritas affirmauit fœtorem maximum emittere, *iam fœtet.* Alter verò Lazarus *Luc 16.* pauperem & laborioſam vitam degens, ſic vlceribus ſcatebat, vt præ fœtore eius diues ille nares obſtrueret impatiens; quo tamen mortuo, & ad rempublicam alteram perlato, ipſis Angelis fragrantiſſimum exhalaſſe odorem fertur. *Et portabatur ab Angelis.* Conſonat his verbum regis vtriuſque reipublicæ, *Vos eſtis, qui iuſtificatis vos coram hominibus; Deus autem nouit corda veſtra. Mucho cuidar de los fueros del mundo; y Dios echade ver; que de los ſuyos no cuidais: quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante Deum.* Nónne huius rei quotidiana ſunt exempla? Videas hominem obſcurum, abiectum, innominatum, & quem mundus à ſuorum numero expunxit, *Mihi mundus crucifixus eſt, nole podia ſufrir el mundo:* mortuo tamen, nullo fœtore relicto, vna eſt omnium vox, virtutem coluit, religionem tenuit, bona à Deo recepit, *Inter ſanctos ſors illorum eſt.* Quæ nouitas iſta? qui ſic vobis fœtebat in vita, ſic delectat, ſic placet in morte? Fregit namque Deus vas zibeto plenum, quod tectum erat, & quaſi pretioſis odoramentis totam rempublicam ſuffiuit Deus, ſicut cùm *fracto alabaſtro domus tota repleta eſt ex odore vnguenti.* Contrà verò diues otioſus & peccator, videtur exhalare Ambroſios odores mundo; *el ſeñor fulano es vn cauallero tan afable, tan amigo de amigos, para todo lo que quiſiere des le hallareis.* Quo tamen defuncto ipſi etiam mundani compunguntur, & affirmant, otiosè, molliter, & turpiter vitam traduxiſti, benè ſit tibi. Ibi veritas ſine aſſentatione, ſine laudum commemoratione patefit. Quare? quia deterrimo ſuorum vitiorum fœtore diffuſo, graueolentiam iam ferre nequeunt, quam vſque ad illum diem tegebant ornatu, reſpectu, authoritate, deliciis, diuitiis, amicitia, & præſentia. *Allí ſe eſtaua la redoma de ſus razias, mas aduuan aula con todo eſto exterior, y diſſimulaua el mundo el hedor.* Nunc verò illo abſente, cùm omnia illa euanuerunt, mortalis & peccatoris fœtidum odorem exhalat.

Obiectio, cur alterum Lazarum non ſuſcitauit, nec diuites aut principes.

Contraria omnino leges & mores Dei & mũdi huius & futuri regni.

Sors & exitus diuerſi iuſtorũ & impiorum.

6\. Luc. 16.

7\. Facilis modò reſponſio eſt, quare vnum, non alterum ſuſcitauit; quia poteſtas iſta clauium vtriuſque reipublicæ clauum tenet: peruenit ad illam Lazarus nobilis, diues, & iuuenis; (amicus erat Chriſti, ſed figura peccatorum) ibi tamen non benè redolent diuitiæ, nec opera carnis; atque adeò hanc illi contulit gratiam Chriſtus redeundi ad vitam, vt pauper, deuotus, & humilis eſſet, cùm ſecundò ex hac vita decederet. Alterum verò ſqualentem, & vlceroſum, ſed ſanctum, non reuocauit, quia iucundè & ſuauiter olebat Angelis, & fortè ad vitam redux, ampliori fortuna & diuitiis ad mores diuitum rediret. Ideo Iacob. 1. *Glorietur autem frater humilis in exaltatione ſua, diues autem in humilitate ſua, quoniam ſicut flos fœni tranſibit. Areſcit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit. Acaboſe el buen talle. Diues in itineribus ſuis marceſcet.* Quare non ſenes, & grandæuos ſuſcitat? Nam ſi hiſtorias conſulimus, ferè omnes reſuſcitati iuuentutis vel pueritiæ annos agebant. Puerum ſuſcitauit Elias, puerum Eliſeus; adoleſcens erat filius viduæ, iuuenis Lazarus, iuuencula filia principis; Tabitha etiam, quam Paulus ſuſcitauit, plena dicitur bonis operibus, non annis. Eutychus, quem Paulus ſuſcitauit, qui in feneſtra inſidens, & in media concione Pauli dormiuit, & præceps ruit, (*mirad donde, y en que lugar ſe durmio; ſi fuera en la comedia, no le cargara tanto el ſueño*) iuuenis erat.

Reſpondetur ad obiectionẽ.

Cur ſenes non ſuſcitat.

8\. Quare ergo hos omnes reducit, non ſenes? Nam ſenes ſatis vixerunt, non eſt cur longiora ſpatia illis concedantur ante iram vltimam, iam meritis vel demeritis ſatis plenus migrauit de ſeculo. Iuuenis verò breues egit annos; & luxurioſa ætas multa extirpanda vitia protulit, ſit locus pœnitentiæ, & melioris frugis. His adde, quòd pueri & iuuenes habent frequenter qui orent Deum, & vitam & annos poſtulent illis: pro ſene autem quis rogat? omnibus grauis eſt, ſibi conſulat, dum viuit; omnes enim his laboribus ſuperſedent. Dixi iam etiam, quare nobiles & illuſtres non reſuſcitat; ſed non dixi, quare Lazarum diuitem & nobilem reuocauit ad vitam? vtique non quia nobilis, nec diues, ſed quia amicus erat Chriſti, ideo illæ hunc titulum ſolum referunt, *Ecce quem amas, infirmatur;* & ille, *Lazarus amicus noſter dormit:* vt vel inde cognoſcas omnia coram Chriſto emarcuiſſe, ſolum virtutis & amicitiæ motiuum supereſſe. Hoc nos roborat conſilio Tertullianus [a]. *Quid tibi cum flore moriturо, habes flores ex radice Ieſſe?* Teneas florem Ieſſe Chriſtum; vt ipſe te teneat. Non vides qua ratione languent omnia. *Erat quidem languens Lazarus à Bethania;* ſed floruit caro eius, quia florem Chriſtum tenebat.

Indulget Deus iuuentuti locum pœnitentiæ.

Cur ergo nobilem Lazarum ad vitã reuocauit.

a De corona militis.

9\. *Erat quidem languens Lazarus.* Proponitur nobis ægritudo corporis, vt ad animi morbum tranſeamus; mors & reſurrectio, vt animi mortem & reſurrectionem penſemus, & vtriuſque authorem Chriſtum inquiramus. *Etenim multo*

Ab ægritudine corporũ ad animæ morbos tranſeamus.

a In Epiſt. 1. ad Cor. c. 15. hom 4.

maius eſt (inquit D. Chryſoſt. [a]) *quàm corpore ſuſcitare, peccata remittere.* O anima peccatrix, vide qua ratione à Chriſto recedas, & ianuas repagulis & vectibus obfirmes; aperiet vtique, & pandet oſtium clauiger iſte filius Dei, *mira conque llaue te quie res cerrar, que por mas bueltas que des, ey la miſericordia, de tu Redentor te ha de reſucitar.*

10\. *Peccati languor deſcribitur.*

b In Matth. 13 hom 32. Epheſ. 2. & Coloſ. 2.

Languorem iſtum, ac denique animæ interitum, vnus inter omnes expendit D. Chryſoſtomus [b]. Primò, inquit, peccatrix anima ſenſuum fores obſtruit; licèt enim viuos putetis, vtique languent, vtique mortui ſunt. *Sicut qui peccatis viuens mortuus dicitur, ſicut ſcriptum eſt: & vos cùm eſſetis mortui in peccatis veſtris*, hoc nobis ſignificat, *languens* erat eques iuuenis, (non huius temporis, ſat eſt dicere amicum eſſe Chriſti) & triginta annos agens (vt placet Irenæo) noſtri verò admodum diuerſi ſunt, ante id tempus amittunt vires, imbecilles & infirmi fiunt, pellicis inſano amore, ita flaccidi redduntur, vt dubitem quorſum latus enſe muniunt, niſi vt quandoque illi quaſi ſcipione & bacillo innitantur. Quàm bellè his molliculis & blandis conuenit illa cantilena Pſalm. 38.12. *In increpationibus propter iniquitatem corripuiſti hominem, & tabeſcere feciſti ſicut araneam animam eius, ſiempre a eſſos los anda riñendo ſu miſmo pecado.*

Iuuenum petulantium deſcriptio.

Et ſicut aranea vitam tranſigit ſuam, ducendo fila ex imis viſceribus, quo tandem tabeſcit; ſic omne opus horum delicatulorum eſt texere, & de viſceribus fila propriæ voluntatis educere, & ex ætate robuſtiori, & iuuentutis flore, in aranearum more tabeſcunt, nec minori languore corripitur crumena nummorum omnino exhauſta, corpus morti proximum ſudoribus, & balneis, & vnctionibus ferè extremis obnoxium, anima verò qualis? iam refero. Nam adueniente peccati languore, primò oculos adimit ad inſtar mortis. *ſeñor ya no vee, ya no conoce.* Iob

Animæ languor grauior.

5\. *Per diem incurrent tenebras, & quaſi in nocte ſic palpabunt in meridie.* Ne iſta denuncies (inquit) ſtat contra te facet textus, nam primo ſcelere commiſſo, Adæ & Euæ *oculi aperti ſunt*; & ipſa experientia oppoſitum comperimus;

Gen. 3. *Cæcus eſt ad diuina.*

vbi enim aſtutia, ſagacitas, perſpicacitas, &

11\. lyncei oculi niſi in peccatoribus? Hó (inquit Chryſoſtomus) aberras à coniectura; nam hæc apertio oculorum cæcitas appellanda eſt; dum enim Adam Dei gratiam tenuit, oculos in vnum creatorem coniectos habuit; orbati verò cæleſti lumine ad cernenda terrena oculi adaperti ſunt, *ſicut homo, cuius oculi iniquitatem vident, non æquitatem; quantum ad Deum, videns cæcus eſſe dicitur: quia diabolo videns, non Deo. de aqui infiero yo, que el tener los hombres tanta cuenta en las coſas terrenas, es falta de luz celeſtial; quia filij huius ſæculi prudentiores ſunt filijs lucis in generatione ſua.* Priuat etiam mors auditu ſicut & peccatum, & ſurdaſter fit diuinis admonitionibus; ſed neque hoc concedam tibi, (inquis) nónne vides omnes iſtos auditores eſſe? ſcholas adeunt ad audiendum; alij audientias ipſas (quas vulgò vocat) & nouitatibus audiendis largas præbent aures? Loquor ego de animæ cultu. Sunt iſti * ſicut Iſraelitæ, qui Deum alloqui valde cupientes, cùm Deus hanc illis gratiam obtulit, auditis tonitruis obdurauerunt aures exterriti. (*ſanta Barbara no nos hable Dios*) *Non loquatur nobis Dominus.*

* Chryſoſt. in Pſalm. 50. tom. 1.

Loquatur Deus; ſed non dicat, agite pœnitentiam, date eleemoſynam, dulcis nobis obueniat prædicator, qui blanda loquatur. Audi ſaltem hæc ſurdaſter; quare non imitaris agricolam, qui vt bene ſit illi, & hæreditati, cùm magnis imbribus ſuperinfunditur, etiamſi tonitrua perſonent, & fulgetris & fulminibus cælum ſplendeat, opportunum iudicat, vt ſicca terra aquis inundet.

Surdi ſunt ad diuinam vocem.

Quando ſe eſtremece el mundo, los pecadores ſe compungen, las fieras ſe eſconden en ſus grutas, los brutos ſe encarçan, los pezes ſe abiſman, los bueyes ponen la boca en la tierra de paſmo, las aues aturdidas ſe vienen entre los hombres; la tierra tiembla; entonces el labrador ſe huelga. Tu ergo cùm tonare verbum Dei audis, cùm iudicij fulgura ſplendent, cùm triſtis tuba pœnitentiæ clangit, quare non audis? quare non gaudes, cùm terrores iſtus pluuia benignitatis & feracitatis ſubſequatur? His igitur ſurdi ſunt ſermonibus, & duri illis videntur. *Ideo obturauerunt aures ſuas ad vocem incantantium.* 12.

Fœdi fiunt & turpes.

Priuat tertiò decore & pulcritudine peccatum, ſicut & mors, riget enim gelu, pallor mortis toto ore ſuffunditur; oculi obruuntur, partes omnes corporis exangues, ſpecies denique tota deperit. Hoc idem operatur animæ mors, *egreſſus eſt à filijs Sion omnis decor eius*, ita vt Deus ipſe ſe eos ignorare dicat, *Neſcio vos.*

A ſimili

Quando aurifex non agnuſcit vas à ſe confectum, vel ideo eſt, quia venit in obliuionem eius, vel quia ſic ſplendorem, & nitorem amiſit, ſic contritum & contuſum eſt, vt à ſe factum neget. Non eſt Deus obliuioſus; ſed talem per peccatum reperit animam, vt neget à ſe factam, opus ſuum eſſe, cùm maximè dæmonis ſigillo ſit inſignitũ. *Neſcio vos.* Quòd ſi ſic grauiter ægrotat pecca- Matth. 25. 12.

tor, quare non accerſitur medicus? *ſi por cierto, eſſes cuidados lo mouen.* Habet ſorores; ecce iſtæ vocant medicos, en intrant, & conueniunt, & ſuo ordine ſuper ægritudinis remedio philoſophantur, *Iob* 14. Tu primus Iob huius antiqui peccatoris pulſus pertenta, quid tibi prænuntiat pulſus? *Cor eius indurabitur quaſi lapis, & ſtringetur quaſi malleatoris incus. A cada pecado ſe endurece mas, y no ceſſa. Negocio perdido, ay vnque tiene hecho el coraçon.*

Curatio peccatricis animæ in conſultationem vocatur.

Dauid, quid denotat pulſus iſte? Iam natura proſtrata eſt, & exanguis, Pſalm. 77. *Tenuit eos ſuperbia; operti ſunt impietate ſua: prodiet quaſi ex adipe iniquitas eorum; tranſierunt in affectum cordis. Quanto mas los açota Dios, mas pecan: ya viuen a ſu ſenſualidad y apetito. Tranſierunt; hizieron y a ſan Iuan, y mudaronſe de la caſa de la razon a la de la ſenſualidad.* Et tu Iſaia, aulicorum medice, quid afferſ noni? *Scio quòd durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua. Mi ciencia no me engaña, ſcio; tiene ciencia experimental de algunos deſtos el predicador, de que eſtes capricſos, obſtinados, duros, pocos ſe ſaluan.* Ieremias: *Percuſſiſti eos, & noluerunt accipere diſciplinam: indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti. Otra circunſtancia, hazer burla de nueſtra arte, y reirſe de los cauterios.* Quid tu Michæa? *Super hoc plangam, & vlulabo. Abranle la hueſſa.* Reſoluit ſententias & iudicium Salomon Eccleſ. 1. *Peruerſi difficilè corriguntur; & ſtultorum infinitus eſt numerus. Quando la carraſca tuerta y comba ſe endereçare ſeran eſtos buenos.* In lege gratiæ

Iſai. 48.

Cap. 5. 3.

Mich. 1.

non

Digitized by Google

non ſunt aliqui medici, qui meliora nuncient
Gloſſ. & Nicolaus. nobis? ita. Ecce omnes Doctores cum Gloſſa
intuentes quaſi deſperatam ſalutem eius di-
cunt, vt omnibus veſci liceat: *Que coman de*
13. *todo, nadie los refrena, ni Dios les da aquella efi-*
caz gracia, conque detuuieran ſus paſſiones. Dimi-
ſi eos, yo me alço la ſufficiente gracia, les dexo, y
me voy; ſecundum deſideria cordis eorum: ſigan ſu
antojo, allá ſe auengan. Et inter omnes Hiero-
a In Oſeam 4. cap. nymus [a], ſinite eos; *afloxad eſſos cordeles, dexal-*
dos que duerman; permittite lethali ſomno op-
Seueritas magna ſinere peccatorem ſecundũ ſententiam viuere. primi. O ſeueritas! Et qui textus eſt, vbi hæc
legiſti? Oſeæ 4. *Non viſitabo ſuper filias veſtras,*
cùm fuerint fornicatæ. Et benè quidem: vt quia
deſperatur emendatio, non adhibeatur cor-
rectio. Seuerior eſt Chryſoſtomus [b] qui ta-
b Tom. 5. ſerm. Ne deſperemus, ſi in bene operando tardi fuerimus. cere iubet orantes & plangentes animas iſtas;
hos enim tali fauore priuat. *Noli orare pro po-*
pulo iſto. Seueriſſimus autem Baſilius. *Es erit in*
depradationem; baſta lo hecho, dexalda entre los
demonios, engañenle el entendimiento con falſas opi-
Baſil. ſuper Iſai. 5. *niones.* Dicant in corde eius hæc verba, *Domi-*
nus loquutus eſt contra te malum. Condenaſte eter-
Quando deſperata eſt ſalus ſecundùm præſentem iuſtitiam. *nes.* Auferte hinc ſacramenta, fumenta iſta cor-
dis, ſpes in Deo, odoriferæ aquæ gratiæ;
ſubſtantia liquida fauoris efficacis, omnino
non adhibeantur. Abſint amici, taceant qui
meliora ſolent conſulere, exemplares viri non
inuiſant illum. O deſertio! ô derelictiò! Ad hu-
ius vocis terrorem quaſi attoniti caput ele-
uant, & identidem repetunt; quid? quid?
Ego in ſempiternum damnor? *Que me condeno?*
Aſſero tibi, frater, quòd de facto non ſalua-
beris. Quæ ſeueritas hæc (inquis) dum liber,
& mei compos ſum, verè dicis? Sed quibus
viribus hoc fiet? Non negat mihi Chriſtus ſuf-
ficientes. Fateor. Quomodo igitur poſſum dam-
nari? quia vis. Et quid proderit mihi ſuffi-
ciens gratia, ſi cum illa damnationem ſubeo?
Sufficientis auxilij ſubſidium in maiorem dolorem & pænitentiam redundant, niſi eo bene vtatur peccator. Dicam breuiter, vt teſtis ſit ipſa gratia tuæ im-
probitatis. Quare me accuſabit gratia? quia ſi illi
cooperari volueris, liberè ſalutem conſequeris.
Quomodo liber eſt qui nolens damnatur? Imò
quomodo non liber eſt, qui non vult, & velle
poſſet? Quorſum ergo data eſt mihi ſufficiens
gratia, ſi nouit Dominus cum illa periturũ? Re-
ctè rogaſti, vt in inferno poſitus non diuinam
taxes clementiam, ſed te, tuámque ſocordiam,
dicens, *Hà, potui, & nolui. Pudè y no quiſe; podia*
Quaſi iã deſperata ſalus peccatoris, ſed ſupereſt ſpes ſalutis. *reſponder, y no reſpondi.* Tandem obduratus mo-
ritur; mortualia mortualia cymbala perſo-
nant, plangunt fœminæ, ſepelitur in inferno,
& miſerum corpus terræ & lapidibus aman-
datur, & grandi lapide obſtinationis obſtrui-
tur, & ſic etiam fœdiſſimum exhalat odorem.
Iam fœtet.
14. *Domine, ecce quem amas, infirmatur.* Opportu-
nè quidem ad Chriſtum ſcribis. *A propoſito vie-*
ne el eſcriuir agora; eſta ya muerto, y de mal olor!
Excitatur ad ſpem ſalutis peccator. O mortales, audite, obſecro, ſpei plena verba,
& facta Saluatoris. *Mira que eſta pecadora ha*
deſcubierto la mina de vueſtro bien. Quiſquis pec-
cata veſtra immedicabilia eſſe denuntiauerit, &
limitem diuinæ pietati aſſignauerit, atque ve-
ſtris peccatis, falſum vocate prophetam. La-
zaro putridum fœtorem exhalanti intolerabi-
liorem fœtore Antiochi, quem ferre non po-
terat cunctus exercitus, adhuc miſericordiæ re-
media ſupereſſe putate; non veſtra temeraria
præſumptione freti, ſed in his duobus, altero,

quia vult, altero, quia poteſt. Quia vult, oſten-
dit verbum illud, *Ecce quem amas infirmatur.* Ab *Ab amore ſpes ſalutis pendet & refloreſcit*
amore cuncta originem habent, quæ hic ho-
die peracta ſunt, reditus, gemitus, lacrymæ,
voces, & quæ præceſſerunt, minæ fuerunt, (in-
quit Baſilius [a]) & tentatio ſola ſupplicij, *ama-* a In Iſai. 5
gos han ſido de rigor, nacidos de amor; ſicut cùm
Oſeæ imperat: *Sume tibi vxorem omnibus proſti-* Oſeæ 1
tutam, Baxa la cabeça, y caſaſe dale Dios vna hi-
ja, mal aguero, filiam iræ & perditionis, *voca*
eam ſine miſericordia, quia non addam vltrà miſe-
reri; deſpidaſe mi pueblo, ya no mas piedad; obli-
uione obliuiſcar eorum, ya han acabado conmigo, echal-
de vna piedra encima, no ay mas miſericordia; non
addam vltrà miſereri, a ſeñor que los amenaçados
pan comen. Nunquid à te obtinere poteris, vt in-
terim tua non extendatur miſericordia in pec-
catores: benè dicitis. Accede Propheta, *Adhuc*
vade, & dilige mulierem dilectam ab amico, & adul- *Placatur*
teram. Domine quæ diſceſſio iſta à priſtina men- *Deus & ad ſuauem potentem redire*
te? *ſic diligit Dominus filios Iſrael. Bueltas ſon de*
amor, que ſe hade hazer? vbi ergo eſt illud, *vltrà* *fingitur*
ſine miſericordia? ſic diligit. Calla que es amor. Do-
mine, qua ratione hoc de tua miſericordia con-
fidam, cùm tuis literis ſit conſignatũ, Sap. 14.
Similiter odio ſunt Deo impius & impietas, ſimul &
peccatum & peccator pereat? Sicut cùm vas ar-
genteum lethale venenum continuit, ſimul &
venenum & vas proiicit, ſic lethale eſt peccati
venenum, vt ſemel eo infectus peccator cum *Duplex odium diuinum.*
peccato abiiciatur, *Vaya todo, pecado y pecador*;
quomodo ergo ſupereſt locus illis verbis, *ſic* 15.
diligit? Duplex eſt odium, (inquit D. Thom. [b]) b 1 Contra Gen. c. 96.
alterum inimicitiæ, quo viſo inimico excitatur
in venis ſanguis, & turget animus: & eſt odium
abominationis, ſicut cùm faſtidioſè mater leprâ
infectum filium repudiat, *Quitate allà, que no*
te puedo ver. Deus nihil odio inimicitiæ proſe-
quitur, cùm omnia manu eius facta ſint amore
digna, *Nihil odiſti eorum quæ feciſti.* Odio ta- Sap. 11
men abominationis à peccatore & peccato fa-
ſtidioſus abhorret; & cùm in illo ſtatu proiicit,
punit, & veluti damnatum relinquit, faſtidio
facit peccati, non perſonæ, præcipuè ſi deſtina-
tus ad gloriam eſt, teſtamentum in fauorem eius
condidit, & effectus prædeſtinationis, gratiam,
& ſalutem ſuo tempore dandam præuidit. Su-
pereſt vt ſecundò omnipotentiæ cõfidas. Quod
vt hodie obtineret à miſeris mortalibus, cla-
ues oſtentat *mortis & inferni*; & ſic animæ reſur-
rectionem operatur, vt deſcribit S. Petrus Chry-
ſologus. Principiò longiſſima colloquia cum
Martha inſtituit, qui ad Lazarum venit; quid *Fides & ſpes radices conuerſionis*
occupatur cum Martha? nempe quid in quoli-
bet Chriſtiano peccatore remanet fides & ſpes;
vt autem iſtas primò ſuſcitet, nonnihil expe-
ctat: & quia habebat penes ſe claues & pote-
ſtatem. *Nec pertimeſcit facere moram penes quem fa-*
cti & effectus permanet & poteſtas, era grande cor-
redor la muerte, pero fuga à veloce. Por demas era el 16.
huir della: y con todo eſſo ſe deteuue, y le da vna echa-
da, y le gana con todo eſto: quia exultauit vt gigas
ad currendam viam, vt te in ſpem erigat, vt etiam
licèt longiſſimè peccando excurreris, tuæ mor-
ti & damnationi ſeſſionem vnam in cruce de-
diſſe, & præcurriſſe citius morte, vt nos ad vi-
tam reuocaret. *Acuerdate de aquella echada de la*
cruz, nacida de amor, y que aſſi ſe acelero por ſaluar-
os, tanta celeritate, vt properante iam ad in-
fernum latrone, *corriendo por la poſta al infierno*,

præcucurrit citius illò Rex noſter, & dato promiſſionis verbo paradiſum reſerare properauit. Quare ſic maturas curſum Domine? vt cunctis peccatoribus mea poteſtas innoteſcat, & nemo eorum pereat. Auguſtinus [a], *Humano generi conſcripſit ſecuritatem, vt conſolatio & ſpes fieret totius populi, abſolutio vnius deſperati.* Et quibus clauibus aperuit? verbo & promiſſione, inquit D. Athanaſius [b], *Aperuit paradiſum in promiſſione latronis.* Quid iam expectas Domine? Mariam. *Mittitur ad Mariam* (inquit S. Petrus [c],) *quia ſine Maria nec fugari mors poterat, nec vita poterat reparari. Veniat Maria materni nominis baiula, vt videat homo Chriſtum virginalis vteri habitaſſe ſecretum; quatenus prodeant ab inferis mortui, mortui exeant de ſepulcris. Venid, Maria ſantiſſima, que ſin vos, y ſin vueſtro fauor no reſucita alma ninguna a la gracia; vea el pecador eſſas virginales y pudoſas entrañas, donde entero Chriſto nacio, dexando os entera, para que aſſi eſpere reſucitar entero del ſe-*
17. *pulchro.* Voca Mariam, quòd ſi tardauerit, Chriſtus vocat illam, quia ſine Mariæ lacrymis & patrocinio quis peccatorum in gratiam relatus eſt? Iam conuerſus ad mulieres ſic interrogat, *Vbi poſuiſtis eum? Mulieres increpat, mulieres arguit; hoc eſt, quem ego poſui in paradiſo, in regione vitæ, ecce vos poſuiſtis eum?* vos rogat mulieres, *Adonde aueis pueſto al pecador.* Peccata veſtra, & turpitudines veſtræ obligatum, mortuum, & damnatum tenent. Dæmones carne tecti, rabidiſſimæ leænæ, vbi poſuiſtis agnum? ſaltim pelli non parceretis? O inomanes, & carniuoræ beſtiæ, reipublicæ peſtis, pernicies naturæ, funera bonoris & iuuentutis, Orci penetralia & fores, quid aliud putatis ſunt iſtæ leui regmine tectæ, vt liberiùs conſpiciant, & conſpiciantur, quæ tenui oculo de velo illo inſidias imparatis iuuenibus parant? niſi locuſtæ illæ deſideriorum ſymbolum, quas ex fumo & profundo puteo prodire vidit Ioannes: puteus enim profundus eorum amor eſt; quis enim è profundo extrahet adoleſcentem captum, cæcum, & irretitum: Fumigat puteus, vt cæcitas eorum denotetur, in qua degunt, nec ſibi, nec honori, nec decori conſulentes. Locuſta item tota venter eſt, & appetentiæ ſymbolum: quis enim cupiditates harum explcat: Iam annulos, iam inaures, iam veſtes, iam cupedias poſtulant. Et cùm os ſimul habeat mordaciſſimum, iucundi morſus inſano iuueni videntur iſti. *Y todas ſon palabras falſas y fingidas. Fauus diſtillans labia meretricis.* Quia ſicut fauus totus in mel abit, & quacunque ex parte mel inſtillat; ſic etiam iſtæ verbis mellitiſſimis & ſuauiſſimis effluunt. Sed aliud etiam ſignificat. Aduertite quantum habet mellis fauus, tantum habet furti & rapinæ. Prodit apis ruſticari, & venari, *como caçadora a montear, como ſalteador a eſtafar:* herbiſque ſuos ferentes flores flore, rore, & melle priuat; & ex ſic compilatis dulciſſimum fauum conſtruit. Sic & iſtæ argumentoſæ apes eodem tenore quò verba dant, furantur opes, robur, facultates, honorem, numos, *y ſe endulçan con vos, ceſſe el darles, y vereis como ſeles haze cera la boca, y vegan los labios, y no ſe acuerdan de vos. Vbi poſuiſtis eum?* Te te rogo, à te extorqueo iuuenem iſtum, redde mihi rationem animarum. Mulier peccatrix ad inferos ibis perpetuò puniendafed redde mihi priùs agnos meos, manifeſta vbi poſuiſti mortuos iſtos. Comprehenditur malefica mulier, quæ plurimas delicti com- 18.
plices, ac facinorum adiutrices habuit, & multos maleficis artibus interfecit; moritur quidem, ſed detinetur in vinculis, quouſque fateatur quos cantationibus deuinxit, quos necauit ſilenter, quas ſocias habuit veneficæ artis. Arida ligna inferno deſtinata trademini ſempiternis ignibus; ſed reddite mihi rationem priùs animarum, quas veſtris lenociniis & cantationibus interfeciſtis. *Dadme cuenta de los que han muerto a vueſtras manos con vueſtros hechizos, galas, paſſeos, viſitas, riſas, papeles, inuenciones de liuiandad que ſolo el demonio pudo terciar, y ſer complice de tan ſangrientos pecados.* Animæ iſtæ nō habent paſtorem? & illū quidem, qui eas ſuo ſanguine deſignauit, & crucis baculo gubernauit? Lupæ voraces & perniciuſiſſimæ, rationē mihi reddite earum; nō enim poſſum adire Patrem, niſi ſaltem auriculā vnā reſeram. O quàm terribile iudiciū vos manet. *& perit infirmus in tua conſcientia frater, propter quē Chriſtus mortuus eſt.* Hæc verba ſatis apud te præmeditata haberi debuiſſes; quid feci? interfeci infirmum iuuenē fratrem meum morte animi, & meæ cōſcientię culpa hæc aſſignatur mortis animæ, propter quam Chriſtus mortuus eſt, *vbi poſuiſtis eum?* penſate quam rationē reddetis.

Ieſus rurſum fremens in ſemetipſo venit ad mo-
numentum. Fremit rurſum, vt geminata reſurre- 19.
ctionis demonſtret inſignia. Dio dos bramidos correſpondientes a ſus dos llaues, conque abria las puertas de la muerte. Domine, quid opus eſt fremitu, nedum lacrymis, vbi plena poteſtas eſt mortis & inferorum? vt videat peccator, quanta portauerim verbo virtutis meæ, vt illum ad gratiam reuocarem; & vt diſcat licèt ex parte Dei infinita ſit poteſtas, exigi tamen hominis cooperationem.

Et lacrymatus eſt Ieſus. Addit & lacrymas, quis tale audiuit? O pretioſæ lacrymæ, quid non à peccatore obtinebitis? *Plorat* (inquit S. Hilarius) *propter oſtenſionē ſuæ humanitatis, vt ſciant quia homo eſt:* hominum autem proprium eſt lacrymari, & grauiter lugere peccata, riſus enim in peccato beſtiarum inſenſibilium eſt. Sic te oſtendere hominem vis, cùm ſis Deus? & homo ſimul atque peccator lacrymis ſaltem non profiteatur humanitatem, & infirmitatem? Defle (inquit Baſil. [a]) vt modū tenere in planctibus ediſcamus, vt animæ mortem, quæ vera mors eſt, non terrena deploremus. Idem D. Cyrill. [b] *Erudit nos ſuis lacrymis, quoniam charos noſtros defunctos moderatis lacrymis flere debemus.* Luget (inquit S. Epiphan. [c]) quia videt tantum miraculum Iudæis paululum profuturū; quia neſcio ego quæ dignior lacrymis materia ſit, quàm videre Dei verbum, & gratiā, emortuā animam publicæ peccatricis ſuſcitare, eiúſque ſimul ſpectatrices ſint tot aliæ nobiliores fœminæ in peccatis mortuæ, cōtaminatæ vitiis, & tot iuuenes obſtinari in peccatis, neque emittant ſuper ſeipſos lamentum, neque gemitū, neque ſuſpirium. Ideo plorat, (inquit D. Aug. [d]) vt doceret quomodo nos turbari, & fremere, cùm in grauia nos incidiſſe, ac moras traxiſſe longiores agnouimus inſtar quatriduani huius in mo-
20. numento. Lacrymæ ſe ſubitò profuderunt (inquit D. Chryſ. [e] & Ambroſ. [f]) cùm amore & cōpaſſione ductus videt plorātes Mariam & Marthā. O lacrymæ pœnitētiæ, quàm pretioſæ eſtis. *Sororū fletibus obtēperabat, fletus è fletibus cōtrahebat, lloremos todos, que lloran las pecadoras.* Siſte Domine, cōprime ſingultus, plorent, erūpant in fletus

quæ

a Tom 10 ſerm 1. fer. 6 Paraſceue.

b Serm aduerſùs omnes hæreſes.

c Serm 64. *Omnia ſalu tis negotio Maria intercedente fiunt.*

Fœminæ cauſa ſunt plurium peccatorum.

Meretricis nomina & mores.

Fauus melli tur dicatur meretrix.

A ſimili.

Idem Chryſologus. *Quorſum ſemel & iterū infremuit Chriſtus.*

Pretioſa Ieſu lacryma vt reſipiat peccator & alia cauſa.

Vt oſtendat verè hominē eſſe.

a Orat. de grat. actio. & orat. 12. de mœrore.

b In cap. 11. Ioan.

c In Anchor. *Defunctos modeſtè deflere debemus. Dolet ingratitudinem noſtram. Lacrymatus vt lacrymari doceat.*

d In Ioan. *Frāgitur miſeratione Mariæ & Marthæ.*

e Tom. 3. hom. de Lazaro ſuſcitato, & hom. 62.

f Lib. 2. de pœnit. c. 7.

quæ peccauerunt; tu verò ſplendor Patris, quare erumpis in lacrymas? O amor animarum, ſi peccatores faciem tuam pulcram & liberalem vidiſſent crebra colorum mutatione diuerſam in cælum eleuatam, oculis nubibus obductis lacrymarum vberibus riuulis candidas genas irrigantibus, excitares vtique cordibus illis lapideis lacrymas, imò & lapides flere ac lamentari cœpiſſent. Quid ſi gemitum audirent? quid ſi perturbationem? quid ſi rugitum? quid ſi grandem vocem inferni fores irrumpentem? Plorat denique (inquit noſter Chryſologus [a],) *non dolore mortis, ſed illius lætitia recordatione lacrymatur, quia voce ſua, voce vnâ, omnes eſt mortuos ſuſcitaturus ad vitam. Agite diem lætitia, paſcha noſtra reſurrectionis adeſt. Alegrias, llorad de gozo, que aſſoma el Mayo florido, elo el primer reſucitado.* Vide, ô anima, Redemptorem tuum; audi vocem eius, & noli obdurare cor tuum. Sumit claues (inquit Chryſologus) & antequam pulſet inferni fores, ait, *Pater, gratias ago tibi, quia audiſti me.* Certus ſum, Pater mi, de poteſtate, certus quòd ſemper me audis; verùm vt nouerit hæc peccatrix anima, quò ſua illam peccata detulerunt, pulſo fores, portas tartari ſubmoueo, ianuas aperio mortis, inferni vetuſtas leges ſoluo, depoſco animam Lazari, *Lazare, veni foras.* Nequaquam (inquit poteſtas tartari) ecce edictum ſuperni Principis, ecce Dei decretum, ecce Dei loquentis ſententiam. Quis iſte eſt? quid audet? quid vult? cur ſolus ille laceſſit nos? cui Angeli, *ipſe eſt Rex gloriæ. O la que es el Rey. fortis & potens in prælio*, habent claues mortis & inferni. Sed tartarus adhuc iſta nõ credens, recurrit ad cælum hæc inuidioſâ interpellatione deplorans. Ego Domine, etſi extremus creaturæ tuæ, & triſti ſeruitio mancipatus, præcepta tua inuiolabili virtute ſeruo; quid enim æquius, quàm ſupplicio puniri, qui tuam ſicut ego maieſtatem offendit? ſoluat pœnas anima, ſoluat corporis maculas. Sed apparuit homo, qui dicitur Chriſtus, tuum ſe filium iactans, ſabbata tua violans, legem tuam ſoluens, & animas meæ cuſtodiæ deputatas ad corpora ſcelerata reddere compellit, Lazarum petit lege noſtrâ vinctum, *Lazare veni foras.* Tunc tartarus ligatis manibus & pedibus Lazarum reduxit ad vitam, timens & tremens, nedum ſoluit, & nedum moras facit, nedum tardiùs refert vnum, omnes cogeretur afferre.

Quomo non moueant Chriſti lacrymæ ad pœnitentiam.

Plorat ex lætitia.

a Serm. 64.

Lætitia adhibrata reſurrectionis noſtræ in Lazaro.

Obſtat infernus, ſed reſeratur à Chriſto.

21\. *Clauium poteſtas apud ſacerdotes.*

Soluite eum, & ſinite abire. Hæc dixit euocatis Apoſtolis, vt iam clauium poteſtatem apud ſacerdotes eſſe oſtendat. Sic Auguſt.[b] Gregor.[c] Beda, videte quanta ego præſtiterim, nunc vos agite quæ veſtri muneris ſunt: non enim ſatis eſt de peccatis dolere, ſed illos adire, quibus meam ſubdelegaui poteſtatem. Quid ſi abutamur clauibus? quid enim poteſt eſſe cauſæ cur tot iacent in ſepulcris Lazari graueolentes, & perditiſſimæ mulierculæ, niſi quia vel nos è ſuggeſtu non grandiori, & diuiniori voce, ſpiritu & dignitate plenâ excitamus; & qui à confeſſionibus ſunt viri, nec ſoluunt, nec ligant, nec clauibus, vt par eſt, vtuntur? O graue periculum animarum noſtrarum, veſtrarumque, tenentur in vinculis peccatores graui catena delictorum conſtricti & conſepulti, & nos harmonica verba & muſicam inſtituimus, & quæ mulceant, non quæ proficiant, decantamus. Quorſum hæc, niſi vt vincula non ſentiant, vt immemores delictorum pedem efferre non cogitent. O nefas noſtrum! ſepultis, & fœtentibus, & quorum animæ ignibus vel deputatæ ſunt, vel omnino traditæ, cantilenis delinimus aures, *es burla, y burla de vos otros, y como a burlador aueis de dexar al tal predicador.* Lugẽtem, clamantem, fulgurantem, fores cordis & inferni irrumpentem, & nodos antiquos & cæcos diſſoluentem, hunc ſequimini, illum quærite, hoc eorum munus eſt, *& diceres eis, qui vincti ſunt exite, & his, qui in tenebris ſunt, reuelamini.*

b Tract. 44. in Ioan.

Quando conſpicimus, prædixi ſed vt cõfitearis, Deus facit magna voce clamando, & magna gratia vocando. Et alibi, Quid eſt ſoluite, & ſinite abire? quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt & in cælo.

c Lib. 22. Moral. c. 9.

Noſtra incuria datur tot peccatores in vinculis delictorũ detineri.

Verus concionator quis ſit dicendus & audiendus.

Quærite virum à confeſſione, qui nodos exſoluere, & clauem ſuæ poteſtatis inferre nouerit, aliqui enim tenuiſſimè, & tranſenter adhibent clauem, & ligatam animam & obſeratas fores relinquunt. *Lo peor de todo es en pecado el y vos con titulo de abſuelto.* Ideo illi dantur claues, vt ſuo tempore claudat & aperiat, ſicut *Leuit.* 13. præſcriptum erat, vt leproſus coram ſacerdote compareret, vt iudicaret inter lepram & lepram: quòd ſi non integrè ſanum videbat, clauderet illum per aliquos dies, vt iterum luſtrato leproſo, adhuc per aliquos dies, ſi opus eſſet, domi ſe contineret. Sic bonus confeſſarius veſtræ valetudini conſulet, niſi illuſor veſtri ſit, & iriſione, & ludo, quo valde lætatur dæmon. Ludebat apud vulgus imperitum, qui apud nos vocabatur *Gitanus*, qui ſuper oblongam virgulam, vittam quibuſdam quaſi nodis implicabat, & mille laqueis irretiebat, vt nullâ ratione expediri poſſe putares, & ſponſionis auidiſſimus, & luſus peritiſſimus, hæc ſæpiùs repetebat, *Dentro, o fuera? Dezis vos fuera: diza el, pues no, ſino dentro, ſi eſta pierdes, jugaras por otro?* Mi homo, vnam tantùm habes animam, hæc in virga fragili mortalis vitæ mille nodis, inflexionibus, & tricis irretita eſt; adis fortè confeſſarium imperitum, & videtur tibi abſolui, & expediri; quòd ſi hic error deprehenderetur, vbi reſarciri poteſt damnum, facili negotio poſſet ſubueniri, alio doctiore conquiſito. Verùm quid ſi (quod Deus auertat) æternam vitam ingredienti occurrat dæmon, cum quo luſus iſte peragendus eſt, & dicat, elige ſortem peccator, aut foris, aut intus? *Dentro o fuera, pecador, o al cielo, o al infierno?* foras, inquis, falleris, ait ille, intra infernum eris. Quare? qua ratione? cùm ille vir mea crimina abſoluerit, fores aperuerit. Apage, quinimò ille fores & ſeram obſerauit amplius, *quità, que no os abſoluio, ni ſupo lo que ſe hizo: ſi eſta pierdes, jugaras por otra?* Vtique ibi ad manum eſt alia ſpondenda anima, & alio in ludo exponenda. *Andaos a jugar almas. Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam.* Deus animæ meæ, potens ſupra mortem & infernum libera vnicam iſtam animam de mortis nexibus, antequam recludat fores mors, antequam deuoret infernus, antequam audiam triſtem illam vocem, *Clauſa eſt ianua.* Cùm pergis in hortum, & imprudenter clauem domi reliquiſti, vel repetere opus eſt domum, vt deferas clauem, vel ſepes tranſilire & tranſgredi opus eſt. Vna clauis paradiſi, vna poteſtas eſt, hæc de manu Chriſti ad manus tranſit ſacerdotum. *Clauis Dauid claudit, & nemo aperit; aperit, & nemo claudit.* Venies ad ianuas paradiſi, aliquando clauſam inuenies ianuam: Ah, dices; quis me abſoluit? Vbi ſunt claues? aperire opus eſt; quid faciam? Redire ad vitam vni conceditur Lazaro, cùm inter homines degebat Chriſtus, poteſtas item clauium terræ

22\. *Parentis & docentis conſeſſor quærendus eſt.*

Ludens dæmõ animas rapit ob confeſſariorum imperitiam.

Simile.

Ratio animæ habenda ne per luſum & ignorantiam amittatur.

23\.

Quã grauem iacturam animarum facit imperitus aut mercenarius confeſſor.

Pſal. 21. 21.

A ſimili.

Sera pœnitentia & tepiditas extrema.

aſſignata eſt, & deuincta illis verbis, *Quodcumque ligaueris ſuper terram.* Tranſilire mœnia cæli quis audeat? quis valeat? O inconſultus homo, eſto, dum potes, alienis periculis doctus, & rem iſtam æqua lance perpende. Ecce Chriſtus clauem vtramque, longa itinera, gemitum, lacrymas, vocem, & totum ſe dedit vni animæ ſuſcitandæ, verùm omnia iſta poſt tot induſtrias, vota, lacrymas, & miracula, ex vuo peodent confeſſario, *ſoluite eum*: elige illũ, qui, vt monet Auguſt. * adſit beneuolus, paratus erigere, & ſuum onus portare, habeat dulcedinem in affectione, adiuuet confitentem leniendo, conſolando, & ſi opus fuerit, etiam increpando. Ad te verò, mi Redemptor, homo iſte redit, qui per te de ſepulcro & inferno erutus eſt; credo, Domine, tuæ poteſtati, credo reſurrectioni, etiamſi renitantur perfidi iſti Iudæi, & quidquid in me eſt, id rorum tibi offero; omnes mortales in ſpem erigam gratiæ & reſurrectionis, quia vidi claues in manibus, & lacrymas in oculis tuis. Quid diuinius, & quid humanius? *Doles, Domine Ieſu, non de tuis, ſed meis vulneribus. Quid mirum ſi moriturus pro nobis tædio conficitur qui Lazarum reſuſcitaturus illacrymat? Quid mirum, ſi pro omnibus doluit, qui pro vno fleuit? Lazaro os coſto lagrimas, yo ſudor de ſangre y muerte; razon ſerà, que como os creo, os ame, os confieſſe. Et refloruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor ei,* nunc in eius gratia, pòſt verò in immortali vita.

Confeſſarij optimi dotes.

* Refertur 2. qui vult, de pœnit. d. 6.

NE IN MVLTORVM SE CONSVETVdinem immergat; fidelis & virtute præditi coniunctionem & amicitiam contrahat; tunc vera voluptate cæleſtis æmula qua ratione frui poſſit, inſtruitur.

INSTITVTIO L.

24. CVM ad Thaboris verticem & gloriam immortalem etſi vocamur, nondum peruenire conceſſum ſit, non abs re fuerit, gloriæ ſempiternæ candidate, in Chriſtianæ amicitiæ tractatione te velut in amœniſſimis pratis paululum inſtituendo detinere. Chriſtianam dixi amicitiam, quia, vt magnus verúſque noſter Tullius Hieronymus [a] ait, *Vera illa neceßitudo eſt, & Chriſti glutino copulata, quam non vtilitas rei familiaris, non præſentia tantùm corporum, non ſubdola & palpans adulatio, ſed Dei timor, & diuinarum Scripturarum ſtudia conciliant.* Nobilem inſuper dixerim, cùm nihil diſcrepare videatur ab ipſa charitate proximi, quam Apoſtolus Paulus omnibus virtutibus doníſque cæleſtibus prætulit. Et Gregorius Theologus [b], *Nihil*, inquit, *amicitia venerabilius. Quid amicitia pretioſius eſt*, ait etiam Ambroſius [c], *quæ Angelis communis & hominibus eſt?* Neceſſariam etiam eſſe, ſacra illa ex ore Auguſtini [d] definitio perſuadet. *Nunc enim nobis eſt rerum humanarum & diuinarum cum beneuolentia & charitate conſenſio in Chriſto Ieſu Domino noſtro, veriſsima pace noſtra; qui duobus præceptis cuncta præconia diuina concluſit, dicens: Diliges,* &c. Vtilem porrò eſſe quis non fateatur, vt Sapientia [e], *amicum fidelem medicamentum vitæ & immortalitatis nuncupet, & qui metuunt Dominum, inuenient illum.* Et Chryſoſt. [f] *Reuera vitæ pharmacum eſt fidus amicus. Quid enim non efficeret germanus amicus? quantam vtilitatem, quantam ſecuritatem generat? ſi mille theſauros dixeris, nihil tamen germano correſpondebunt amico? Apud Deum autem tanta eſt amicitiæ merces, quanta dici nequit.* Iucunditatem denique ſilentio inuoluere nolui, acturus enim in ſequentibus de cæleſti gloria quam præſtolamur, nunc in radice Thaboris de terrena gloria veráque cum amicis iucunditate prælibata agendum nobis eſt; & quia *vnguento & variis odoribus* comparatur, *quibus delectatur cor, & bonis amici conſiliis anima dulcoratur.* Et Dauid attendere animis vult interno mentis ſenſu percipere, *Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum: ſicut vnguentum in capite*, &c. Ideo nos duo agemus, & ex odore huius pretioſi vnguenti verum amicum, in terris quis ſit, inueſtigabimus; & eo quidem inuento, quæ ſit vera voluptas in terris, & quo pacto voluptate & amicitia cæteríſque corporalibus oblectationibus vtendum ſit, exemplo Chriſti in Thabor, aperiemus. Nunc de vero amico inueſtigando agamus.

Chriſtiana amicitia amœnitas & ſuauitas.

Eadẽ cũ charitate proximi in Chriſtiano ſit amicitia.

Amicitia vtilitas.

BIPARTITA INSTITVTIO.

a Epiſt. 103.

b Oratione Apologet. poſt reditũ ex fuga.

c 3. Officiorũ. c. 2.

d Epiſt. 155 ad Martianum.

e Eccli. 25. 12.

f Hom. 2. ad Theſſ.

Prou. 27. 9.

Pſal. 132. 1.

25. Primò; eſt enim verus amicus quem tibi mi homo adſciſcere debes, virtute præditus, vt ait Tullius [g]. *Hoc primum ſentio niſi in bonis amicitiam non eſſe: bonos autem vocat qui ita ſe gerunt, ita viuunt, vt eorum probetur fides, integritas, æquitas, liberalitas, nec in eis ſit vlla cupiditas, vel libido, vel audacia.* Hæc eadem meliùs docet Ambroſius [h], &

Verus amicus virtute præditus.

g De amicitia.

h Offic 15. & 16.

alia

alia infrà ſubiiciemus. Mox illud nolui prætertre, ſignum eſſe veræ innouarionis cautè amicitiam aliorum inite, ne fortè ſint amici ſcelerum ſocij, & recidendi in peccarum cauſa, & occaſio, falluntur enim aliqui falſa pœnitentiæ ſpecie, vt ait Dauid, *Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum, nec eſt in ſpiritu eius dolus, dichoſſo a quien no tiene Dios que achacarle ni padece engaños de Eſpiritu.* At verò qui poſt pœnitentiam in familiaritatem ſe dat peccatorum, habet quid in eo damnet Deus, & dolus in eo eſt; putat enim verè pœnitentiam egiſſe, & praua ſocietas iniquorum contrarium teſtatur. Vnde prudenter Philiſtæi, aut Palæſtini decreuerunt, nulla ratione ſuſcipiendum eſſe Dauidem ab eis, etiam cùm hoſtis eius erat Saul, putarunt enim non nimis credendum ei qui tam facilè poterat regi ſuo Saul reconciliari; nec leue ſuſpicionis ſuæ argumentum erat in omnibus his congreſſibus contra Palæſtinos Dauidem nunquam militem, aut famulum Saulis offendiſſe, ſignũ euidens non omnino eſſe auerſum à Saule, nec verè conuerſum eſſe ad Achis. Quid igitur fidat tibi Deus ſi inimicorum Dei amicitiam aut inire curas, aut non vis omnino reſcindere? nam cùm tibi opportunum fuerit, ad hoſtes Dei transfugies, qui modò quia non omnino diſplicent, in ſocietatem tuam vocas, nam qui multum iurantis amicus eſt, non omnino abhorret à periuriis, & qui petulantium, nefariorum & ſcandalizantium ſocius eſt, non verè & ſeriò ab his peccatis ſe abalienabit. Habet Deus hoſtes, ſimus ergo nos inimici eorum, ſicut ipſe noſtris infenſus, & contrarius eſt. *Inimicus ero inimicis tuis. Prudentia enim carnis inimica eſt Deo*, imò filia diaboli; ideo enim à D. Iacobo dicitur *diabolica*, quia ab initio contra Deum erecta eſt, vt ait Iob. *Cucurrit aduersùs Deum extenſo collo*, quod tunc fit, cùm homo plus ſuæ voluntati, quàm diuinæ legi obtemperat. Sicut è contra, *vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ præcipio vobis*; qui cùm pauci admodum qui legis obſeruantiores ſint, pauci etiam ſunt quos Dei amicos dicere, & in noſtram amicitiam adſciſcere poſſimus, vt bene Dauid cecinit, & obſeruauit Ambr. [a] *Tuus ſum ego, ſaluum me fac. Facilis vox & communis videtur, ſed paucorum eſt. Satis rarus eſt qui Deo dicere poteſt, tuus ſum ego.* Vtinã in religione & familia Chriſti aliqui inueniãtur veri amici. *Ecce quàm bonum, & quàm iucundũ habitare fratres in vnũ.* Vtrumque habet religioſa ſocietas, nam poterat eſſe buna, ait Hier. ſed acerba & amara, ſicut amara potio, & pharmaca, poterat etiam eſſe iucunda, ſed quæ noceret corpori, ſicut epulæ nimiæ, atque ſuperfluæ; at amicitia religioſa vndequaque perfecta, bona, ſana, dulcis & vtilis, *bona atque iucunda*, ſemel enim fœdere pacis vniti omnes reliquorum bonorum, ieiuniorũ, flagellationum orationúmque ſunt participes, quod ipſius vnguenti odoriferi exemplo liqueſcit, vt notat Theodoretus; cùm enim ex multis odoriferis herbis confectum ſit vnaquæque, in aliis odorem efflat, ſuum non amittens; ſic minimus quiſque religioſorũ in aliis elucet, concionatur, meretur. Vnde fit, ait Aug. [b] vt verè poſſit quiſque affirmare, *Benedicam Dominum in omni tempore*, quia in Eccleſia ſanctorum, vel ſacra familia dum vnus ſomnũ capit, alius orationi vacat, & ita ait Dauid, *Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua.* Quæ communio ſanctorum à Symmacho clariùs deſignatur, nam verbum *participi, coniunctus* conuertit, & Syrus, *amicus*, legit, quæ duo ſignificant cauſam participationis meritorum in eis qui in Chriſto amici ſunt, quam ſocietatem qui diſſoluunt, graue damnum inferunt religioni, tunc maximè cùm ad ſæcularium aures eorum diſſidia diuulgantur; ideo admonet Nazianz. [c] ſi inimicitias atque odia extinguere non poſſumus, illud ſaltem inter nos conueniat, vt myſtica myſticè proloquamur, nec in profanas aures, quæ in vulgus efferre nefas eſt proiiciamus; nam vbi vna eſt potentia, vna lex, vnius moris ſunt religioſi, ſignum eſt ibi regnare Chriſtum, cuius potentia vno tantùm cornu repræſentatur, *ſublimabit cornu Chriſti ſui.* Beſtia verò quæ in regno confuſionis dominatur, multa cornua gerit, *Apoc. 13. & Dan. 7.* vt denotet regnum eſſe diuiſionis, quæ diuiſio cœpit à Nemroth, vt notauit D. Thom. [d] *Ipſe cœpit eſſe potens in terra*, & ſtatim ſubditur, *fuit autem principium regni eius Babylon*, confuſio videlicet, & concordia peccantium.

1. Reg. 29. — Rom. 8. — Iac. 3. — Iob 15. — a In Pſ. 118. — Pſal. 132. — b In Pſal. Benedicam. 118. — c Orat. 2. de Theologia. — Orig. ibi. — 1. Reg. 2.

Vera conuerſionis ſignum prauos amicos fugere. — *A ſimili ex ſacra Scriptura.* — *Verè Dei amici dici poſſunt & audiri pauci & rari.* — *Communio ſanctorum.*

NOTA. De diſcordia inter religioſos vide Inſtitutione de patientia poſt medium.

Secundò in ſapientiæ amicitiam, ne dicam nuptias, te inſinuare oportebit. *Dic ſapientiæ, ſoror mea es, & prudentiam voca amicam tuam*; ſororem vocat, quia ad hanc amicitiam ſapientiæ homo (ait Caietanus) naturali impetu ducitur, ita vt quodammodo ſanguinis & neceſſitudinis vinculo ſociata ſit ei. Vel nomine ſororis more Canticorum, amicam & vxorem appellat, ſicut Sapientiæ 8. *Hanc amaui à iuuentute mea, & quæſiui eam ſponſam mihi aſſumere, & amator factus ſum formæ illius*, in primis enim ex hac amicitia ingens tibi proueniet vtilitas, *vt cuſtodiat te à muliere aliena*, &c. quia illius amore diſcutium (vt experientia compertum eſt) & delitiis 26.

d 1. 2. Quæſt. 25. art. 7. vide P. Sala in Prou. c. 4. v. 5. — Prou. 7. 4.

Amicitia cum ſapientia ineunda eſt.

eius

eius attractum aliàs adamare pigebit, nam, vt clauus clauo, ſic amor trudirur amore; & quaſi vxor ſtimulata zelorypia auertir ſponſum ab amore extraneæ, ſic ſapientiæ amor virtutiſque zelotypia ardens ab aliarum rerum amore animum amouet, quæ æmulatio recta eſt, & non contemnenda. Hieron. in verba Pauli, *charitas non æmulatur*. Eſt autem zelus pius quo zelatur ne animus per amorem Deo adhærens adamet terrena, diligat temporalia. Vide tamen, inquit Hieron. ſacros libros atque Doctores præſtare omni Gentilium ſapientiæ, & hæc ſapientia primò à te erit adamanda. Hieron.[a] *Omnes Doctores fidei in ornatu Philoſophiæ doctrinis atque ſcientiis ſuos refarſerunt libros, vt neſcias quid in illis primum admirari debeas, eruditionem ſæculi, an ſcientiam ſcripturarum.* Nam libri ſacri liberè poſſunt deuorari ab Ezechiele, omnia in eo proſunt, nihil nocet, at verò libri Gentilium vngues habent malitiæ; quare ſi eorum ſapientiam adamare contingat, id erit obſeruandum, quod Deus præſcripſit ei qui captiuam pulcram adamabat, vt videlicet *introducas eam in domum tuam, quæ radet cæſariem, & circuncidet vngues, & deponet veſtem, in qua capta eſt.* Quæ ſic explicat Thomas[b]: *Si ſapientia & ſcientia ſæcularis placuerit tibi, introduces eam intra terminos tuos, radet cæſariem*, id eſt, *reſecabit omnes ſenſus erroneos. Chriſtiana primero a Seneca y a Tacito y a Suetonio antes que le traygas aſagrado, & circuncidet vngues*; ſicut cùm Suetonius, vt notat Caier.[c] vocat Chriſtianos *afflicti ſupplicus Chriſtiani genus hominum ſuperſtitionis nouæ ac maleficæ, præcide vngues iſtos*, &c. Illud denique in libro præſtantiſſimum eſt ad amicitiam, ſemper vera loquitur, nec blanditur, nec timet, imò ſicut mutus ille Crœſi filius vt parentem à morte liberaret, prorupit loquendo[d], vt Cyrum à morte patris auocaret. Sic cùm tu iterum crucifigere filium Dei meditaris, pia libri conſideratio auertit animum à peccato, & muto ore proloquitur. *Parce patri meo Cyre, & te hominem eſſe vel caſibus diſce noſtris.* Parce Chriſto tuo homo, parce peccatis, cur mortem animæ tuæ intentas? ſed ſicut amici infideles ſunt, ſic libri omnino abiiciendi & profligandi, qui animos virginum incantant, & carbones concupiſcentiæ in ſinum caſtiſſimum admouent; ſicut è contra expertus eſt Auguſtinus, vt de eo in ſuo officio refert D. Thomas *.

a Epiſt. ad magnum orat. vrb. Romæ.
Deut 21.
b In epiſt. ad Galatas lect. 6.
c 2. Tim. 2.
d Solinus in Polyhiſtor. cap. 7. Clem. Alex. lib. 1 Strom ſtatim in principio.
* Vulnerauerat charitas Chriſti cor eius, & geſtabat verba eius in viſceribus quaſi ſagittas acutas, & exempla ſeruorum Dei, quos de mortuis viuos fecerat, tanquam carbones vaſtatores.

27. Tertio loco, ſed ante omnes habendus tibi erit verus animi amicus, ſapiens & religioſus confeſſor, eſt enim ſiquis inter homines verus amicus qui te Deo reconciliat, *& ponit*, vt ait Iob, *manum ſuam in ambobus*, qui ſalutaria monet, qui amicè iraſcitur, qui, ſicut de cuſtode Angelo dictum eſt, *non dimittet te cùm peccaueris, no ſela iras a pagar al otro mundo ſi es buen confeſſor*; qui denique ſecretum ſeruat, munus quidem & officium quod vix amicus erga amicum præſtat, nihil enim occultum quod non reueletur.

28. Quartò denique ſi coniunctionis & amicitiæ vincula optas, Dei amicus eſto; ipſe enim iam olim verus amicus eſſe nouit, & leges veræ amicitiæ impenſè obſeruauit. In primis enim cuſtodit amicum, eúmque pupillam oculi ſui vocat, *qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Quæ verba quam contineant pietatem & amorem, nemo referre poteſt; ideo reguſtat ea Hier. *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi ipſius Dei.* Conſulit præterea bono amici plus quàm ipſi ſibi amicus conſuleret. Sicut cùm Nathan magna & præclara bona iuſſu Dei, promiſit Dauid, & filio eius, ac futuro ſemini, *ingreſſus eſt rex, Dauid, & ſedit corã Domino, & dixit: Quis ego ſum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxiſti me huc vſque? ſed & hoc parum viſum eſt in conſpectu tuo Domine Deus, niſi loquereris etiam de domo ſerui tui in longinquum, iſta enim eſt lex Adam Domine Deus. Quid ergo addere poterit adhuc Dauid vt loquatur ad te.* Vno verbo Hiſpano ſenſum intelliges, *que le queda ni que le dexais que pedir a Dauid ſi vos ſeñor de ante mano le haceis tantas y tales mercedes.* Vnde notat Abulenſis[e], hic accipi Adam pro nomine communi, ſcilicet pro homine, & eſt ſenſus, *Iſta eſt lex*, hoc eſt, *talis eſt lex hominis*, id eſt, nihil magis homo facit pro ſeipſo quàm tu facis pro eo, cura enim hominis cò rendit, vt ſe & filios in felici ſtatu collocet: hæc autem duo iam cumulatè exhibuiſti, vel cum interrogatione lege, *Iſta eſt lex Adam? ſi por cierto llegaos que hombre alguno hiciera eſto? por ay hallareis amigos tales.* Nihil manet quod ego petere poſſim; *quid ergo addere poterit adhuc Dauid?* nec obſtat inæqualitas noſtri ad Deum, amor enim non claudicat, non timet, & vbi venit omnes in ſe traducit & captiuat affectus. *Quid?* ait Bern.[f] *conditor eſt, & conſortem ſe reputat? amor loquitur qui Dominum neſcit, amat Deus, neque aliunde habet, ſed ipſe eſt vnde amat. Verùm quos amat, amicos habet, non ſeruos, omnes ex æquo intuetur amor, & in ſeipſo celſos humileſque contemperat, nec modò pares, ſed vnum eos facit.* Et Auguſtinus[g], *Anima amans fertur votis, trahitur deſideriis, diſſimulat merita, maieſtati oculos claudit, aperit voluptati.* Quàm ardenter mutuum amorem extorſerit ab amico, dicant verba illa

Dei amicitia omnibus præſtat.
Fidelis amicus Deus.
Non obſtat dominium ad amicitiam.

Zach. 2. 8.
2. Reg 7.
e Quæſt. 11.
Nota. Impedimentum inæqualitatis noſtri ad Deũ non impedit verã amicitiã. De hoc vide D. Th. 2. 2. q. 20. art. 11. & explicat Ariſtot. & vide Paez in Cãt. Moyſi text. 7. annot. 3. §. nullatenus.
f Ser. 59 in principio, in Cant 5. 16. Vox turturis, & epiſt. 12.
g In manuali c. 20. præſertim, vide Greg lib. 6. epiſtol epiſt. 24

a Lib. de gigantibus, & lib. de Abraham. illa quibus ait Abrahæ, *Ego ſum Deus tuus.* Notat Philo [a], *Si vnus totius mundi Deus ob priuatum affectum dicitur huius viri Deus, neceſſario quoque ipſe Dei erit, auia de recatear ſer amigo de Dios vn hombre ſolo de quien el Dios vniuerſal ſe profeſſa amigo ſuyo.* Clariùs b Hom. 52. in Gen. Chryſoſtomus [b], *Et Dominus orbis ac conditor, vnius hominis Deum ſe dicens non concludit & abbreuiat, cùm Patriarchæ appellatione ſuum dominium, ſed magnam in illam ſuam beneuolentiam monſtrat. Ita*, inquit, *cum mihi feci proprium, vt apud me reputetur tantus, quanti alÿ omnes.*

Vlteriùs quò, quæſo, progreſſa eſt hæc Dei & noſtri amicitia? dicat Paulus, 29.
c Hebr. 10. 16. *Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit* [c], id eſt, hominem ſolum tenuit, arripuit, ne elaberetur, non in Angelos vt reuocaret, ſed in ſemen Abrahæ manus iniecit. In qua apprehenſione, vt bene notat Chryſoſtomus, ſumma amicitiæ probatio comperitur: nam in primis non ob propriam vtilitatem dilexit, *Verè probauit ſe verū amicū in incarnatione.* ideo enim ait, *Quia puer Iſraël, & dilexi eum*, id eſt, adhuc puerum, & quando in cunabulis erat, ſine vlla vtilitatis ſpe, nec præcedenti eius amoris merito ego amabilem feci, ego dilectum, nam, vt notat D. Thomas, amor noſter inuenit quod amet, non autem facit: at diuinus amor non ſic, ipſe amabilem facit quem amat. Vnde Auguſt. [d] notat d In epiſt. ad Rom. verbum illud, *Dilectis à Deo*, non, inquit, dicitur, *diligentibus Deum, ſed dilectis à Deo, quia enim dilecti ſunt, propterea diligentes ſunt.*

Quid vltrà? cùm amicorum omnia ſint communia, bona ſua nobis dedit, mala 30.
noſtra inſuper tolerauit; nónne compatientem audis infirmitatibus noſtris? *Ego audiui gemitum filiorum Iſraël, quo Ægyptÿ oppreſſerunt eos, & recordatus ſum pacti mei.* O *Leges obſeruat amicitiæ.*
Olaſter hic. amice hominis dulcis (ait grauis Doctor) & ſtabilis qui tunc recordaris tuorum, quando ſunt in maximis anguſtiis. Bona inſuper amici vt propria reputauit, vnde ſummo Pſal. 94. 11. labore partam terram Iſraëlis *propriam ipſe appellat requiem. Quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam*; hæc enim mea requies eſt vbi amicus populus laboribus ſuperſedit, mitto amicos, quos iam carne noſtra tectus & fecit, & habuit; mitto in quam dignitatem extulerit, vt vnus, nec poſtremus in amore, nomine omnium Apoc. 5. ſcripſit. *Feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terram*: confitentur omnes redempti, & verum dicunt, quia ſunt ſerui eius, qui eos redemit. Sed ipſe qui e Ibid. redemit (ait Rupertus [e]) *non ſeruos, ſed amicos & conregnantes facit, & dicit: Quid multa? conditione ſua ſunt ſerui emitij, ſed dignatione illius vocantur & ſunt amici.* Quàm denique communia ſint nobis quæ Dei ſunt, quis ambigat, qui nouit quid myſterium incarnationis, quæ idiomatum communicatio ſit, nouerit, vbi prædicata diuina & humana de vna eadémque perſona prædicantur; ita vt Chriſtus ſit homo, & homo dicitur Deus.

Vnde iam in Emanuele noſtro & vero animorum ſtudioſo & amico, quales amici eius eſſe, & qua ratione vera in terris voluptate frui debeant aperiamus, quod in aſcenſu Thaboris, & in his quæ ibi contigerunt, libet contemplari.

Aſſumpſit enim Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem. In primis enim oſtendit Chriſtus 31.
amicum quẽ aſſumit ſuas & præclaras habere debere conditiones, ac proprietates; nam *Quales amici & quot eligendi declaratur.* prima eſt digniorem & virtutibus ornatiorem debere eligi, nam hi tres quos Chri- f Hom. 57. ſtus elegit, ait Chryſoſtomus [f], aſſumpti ſunt, *quia maiores, meliores & excellentiores* Gen. 37. *erant*, ſicut Iacob diligebat Ioſeph præ cæteris, *eo quòd in ſenectute genuiſſet eum.* Rogo tamen, nónne Benjamin natu poſterior erat? ita eſt; cæterùm quid illa verba ſignificent Chaldæus eſt interpretatus, *eo quòd ſenilem prudentiam referret*: illud tamen obſeruet ille qui à ſæculo, vel à conſuetudine peccantium, ad Chriſti amicitiam & excelſam dignitatem aſſumptus eſt, teneri in Chriſti amicitia non ſtrenuè ſolùm ſe gerere, ſed impenſiùs debere laborare, & ſanctitati ſedulò incumbere. Sicut qui in mercatura ſocietatem intrat multo ære obſtrictus, alter verò nullo, huic enim ſolùm lucrari neceſſum eſt, vt augeat pecuniam, & comedat; ille verò debet duplo magis lucro & ſtudio mercaturæ incumbere, videlicet vt comedat, & ſoluat. Ita tibi quia ſordidis moribus ad animarum miniſteria & Chriſti ſocietatem adlectus es, impenſiùs aliis laborandum eſt, ſicut debitor malæ famæ acquirit ſolerter, vt infamiam deleat, & 1. Cor. 15. vt viuere poſſit ex lucro, quod Paulus præclaro ſui documento perſuadet. *Non ſũ dignus vocari Apoſtolus, quoniã perſecutor fui, & blaſphemus*, & addit, *abundãtiùs omnibus laboraui*, &c.

Et duxit eos in montem excelſum ſeorſum. Dulcis amicitia Chriſti, veruntamen dura 32.
etiam quædam habet quæ perferenda ſunt, compoſiti enim debent eſſe cum bona & *Onus cum honore accipiendum eſt.* mala fortuna, & fideliſſimum amicum in nuptiis, in mari, in terra, in martyrio, in gloria Thaboris, & in Caluariÿ infamia comitari. Nam qui ſublimem dignitatem ſubit,

debet

debet etiam onera ſupportare. Vnde aliqui putant (nec approbo interpretationem) ambiiſſe Cain Abelis primatum, & eius dominium habere, & ita exponunt, *ſub te erit appetitus tuus, id eſt, ille quem nunc appetis tibi ſubiectus erit.* Et ſuſpicio quidem in eo locum habet, quia videtur Cain acceptaſſe dum tacet, ſaltim enim vnius accipiebat dominatum, & præſul vnius animæ fiebat. Cæterùm honorem ſiue onere acceptauerat, nam cùm ratio illi animæ ſibi commendatæ exigitur, *vbi eſt frater tuus*, impatienter & ruſticè reſpondit, *Nunquid ego cuſtos fratris mei ſum?* Et Philo quidem tales prælatos ſicut Cain animarum eſſe interfectores, non dominos, dixit, *Miſeram profectò acturus eſſet vitam ſi te tanti boni cuſtodem conſtituiſſet.* Vide infrà diſcurſu ſequenti morem prælatorum ſimilem vitulæ Ephraim doctæ diligere triturам;qui audent dicere, *Hæreditate poßideamus ſanctuarium Dei*, nam ſic volunt ad dignitates aſcendere, ſicut ad hæreditatem; quæ enim tibi hæreditario iure contingunt, nullum præuium laborem meritúmve requirunt, & veluti opponuntur merces & corona hæreditati, corona enim & merces laboranti & certanti traditur, hæreditas verò filio infanti, & adhuc in cunabulis contingit. Nouerunt hoc tres iſti Apoſtoli amici Chriſti & Paulus inſuper, qui poſtquam ad *Rom.*8. hæreditatis meminit, addit, *ſi tamen compatimur. Seorſum* duxit; nam qui amicos ſeligit, cautè ſe debet gerere, ne aliorum excitet inuidiam, parentes enim & principes nocent filiis, & gratioſis famulis, aut amicis, dum palàm amorem & priuilegia exhibent, teſtis eſt Ioſeph, ſingulariter à Patre Iacob dilectus, vbi D. Ambroſius ait, *Amare liberos dulce, ſed interdum paternus amor liberis nocet.*

Ambi in paucis contenta.

33. *Et transfiguratus eſt ante eos.* En iam veræ voluptatis & amicitiæ Chriſti fontes aperiuntur. Primum enim paucorum amicitia ineunda eſt, vt in diſcurſu 149. dicemus; præterea vt vera voluptas ſit, transfigurari oportet, & commutari, ſicut numi, æs enim onerat, & exigui pretij eſt, oportet in aurum permutare. Sic delectationes quæ temporaneæ ſunt, transfigurare & permutare debemus. *Si gaudendum eſt*, inquit Seneca, *ne gaudeas vanis.* Præterea permutare delitias iuuabit maximè. *Vtile erit & præclarum voluptates voluptatibus commutare, trocar lo que eſta en quartos por lo que eſta en oro.* Amas conuiuia, frequenta diuinas epulas; curioſè pulcritudinem inuiſis, vide Mariam; amico gaudes & vteris libenter, dilige Chriſtum. Sic enim transfiguratæ oblectationes quod humanum, caducum & mortale habent, deponunt cùm diuinæ delectationis dulcedine perfunduntur: vnde ægrè & difficile familiaritatem Chriſti obtinent, & delectationes diuinas, qui nimium ſe immergunt humanis; ideoque notat Theodoretus cauſam, cur Deus qui ex aquis piſces & aues creauit, piſces noluit in ſacrificium offerri, & aues quaſdam immundas reputauit, atque reiecit. Cauſa vtique ſpiritualis eſt, piſces enim quia in aquis, quæ delectationes denotant, ſunt, & cœno aduoluuntur cupiditatum, & ſalaciſſimi ſunt, cupiditatibus deditos ſignificant. Aues porrò quæ mergunt caput, & cæleſtia atque terrena, & quæ in aqua ſunt cupidè amant, eos homines denotant, qui vt aues volare ad cæleſtia, & vt piſces merguntur ad terrena, qui quidem, nec ad gloriam, nec ad ſpirituales conſolationes, neque denique ad Chriſti familiaritatem vocantur. Sicut hi qui à terrenis auolantes cæleſtia petunt, & Chriſto transfigurato fruuntur.

Paucorum amicitia ineunda.

Serò carnales ad Dei euolāt amicitiam.

34. Cæterùm vbi hæc transfiguratio fit? vbi hæc permutatio? qua ratione quis poterit facilè carnales amicos & delitias deponere, vt ad verum amicum Chriſtum accedat? In oratione vtique, *facta eſt dum oraret ſpecies vultus eius altera.* Solum supereſt ad Chriſtum accedere; ibi vera voluptas, vera gloria, vera lux animi & corporis, ibi vera transformatio, vel transfiguratio noſtri fit in Dei filios. *Ego dixi, dij eſtis, & filij Excelſi omnes.* Et qui ſunt qui tam præclaro nomine gaudent? Ioannes reſpondet, *ad quos ſermo Dei factus eſt, los que tratan con Dios y tienen ſus platicas con el.* Modum autem & diuinam artem diuinus cecinit Vates, & concinit Aug. in Pſ. 33. *Accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur.* Accedite, inquit, non opus, non labor eſt orare, ſed mente tantùm accedere, & coram Deo aſſiſtere, non angore, non capitis aut pectoris tormento, nec vi aut ſtudio exquiſito fit, accedere tantùm oportet; quis enim laborauit vſquam vt Orientem ſolem intueatur, maximè ſi versùs Orientem reſpiciens eſt, quod ſi non eſt, accedat, conuertat caput, *accedite.* Eſt quis in obſcuriſſimi ſpecus oſtio, & dum ſubterraneum locum intrat, in tenebris ambulat, exit inde, & per latam & claram viam incedit. Rogo vt incedat per clarum & ſpatioſum campum, indiget alia inceſſus ratione, quàm ea qua in tenebras ambulabat? minimè quidem: nunc ergo intelliges quàm facilè ad Dei amicitiam poſſis accedere. Contingit in domo tua vel antelucano tempore tua tecum negotia pertractare, & procedis inde ad negotia, ad tenebras,

ad

ad ſolicitudines, & ambulas quidem ſolertiſſimè pet ardua & ſaxoſa, & peccatis atque difficultatibus plena; nunc igitur conuette proram nauis, aliò dirige curas, non ad tenebras, ſed ad lumen, conuerte oculos ad ſpatioſum campum myſteriorum Dei, ad lucem, ad negotia ſalutis, eodem enim conatu potes ad Deum accedete, & illuminari, illuminari quidem, etiamſi ibidem quaſi lapis eſſe videaris: nam vbi Deus præſens erat in monte, *thronus erat quaſi opus lapidis ſapphirini, & quaſi cælum cùm ſerenum eſt, los terrones y penaſcos ſe transfiguraron por eſtar cerca de Dios, eſtad vos en oracion aunque ſea como vna piedra ſin affecto frio, ſin caminar en el diſcurſo, accedite*; dices tamen, in ipſis negotiis & viſitationibus maiori ſolet meus animus delectatione diuina perfundi, quàm in oratione. Falleris amice, ſicut cùm quis plorat, lacrymæ calidæ videntur, cùm verò ridet, frigidæ; ideo nempe, quia in triſtitia friget vultus, calet verò in riſu; ita cùm tu indeuotus es, & in negotiis prophanis, vna leuis conſolatio ſpiritualis videtur tibi dulcior & feruentior, quàm omnes ſanctorum conſolationes, quia friges, quid tibi accidit calidum videtur. Accede igitur & experietis incredibilem delectationem.

Exod. 24.

Et facies veſtræ non confundentur. Semel in ſocietatem & amicitiam Chriſti conſcripti nihil turpe & confuſione dignum, ſed gratia & gloria perficietis.

VERBVM PATRIS.
Oſeæ 2, verſ. 14.

Propter hoc, ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius.

Blandimentis, donis & pollicitationibus animam ad amorem ſuum pertrahit: ingratam & adulteram æterno ludibrio & neglectui exponendam perſuadet.

DISCVRSVS CXLVIII.

1. NOVVM ſanè eſt (& in cuius inueſtiganda ratione inſtiterunt maximè huius cæli myſtici Aſtrologi) ſolem iuſtitiæ inſolita claritate fulgentem naſci in medio nubium, & mœroris quadrageſimali tempori, cùm cælum Eccleſiæ obſcurari ſolet, cùm plorant oculi, corpora macerantur, cùm pallet ipſe ſol, & omnia quaſi in ſqualore iacent, & de tanti moderatoris ſui crucifixi repentina defectione triſtantur. Solet ipſe ſol Auguſto menſe cuncta ſuo auguſtare conſpectu, modò verò ſic mane rubet inter atras & denſas pœnitentiæ nubes! vereor equidem futurum quod communi effatu dici ſolet Hiſpanicè, *arreboles por la mañana a la tarde ſon con agua.* & quod ipſe Chriſtus *Matth. 15.* Phariſæis & Sadducæis denuntiauit, nam cùm ſignum de cælo poſtularent, quod (inquit) aliud ſignum optatis? cum ſol ſe abdit rubicundus & fulgens, ſerenam diem craſtinam dicitis: at cùm in ortu ipſo ſplendet, inſolita luce nigras nubes auro ſplendenti clariores reddit, & fulgores mirabiles imprimit, veſpertinam pluuiam prædicitis. Abi ergo generatio mala, ſceleratorum grex, quia hoc vobis euenturum eſt; ſol enim ipſe qui vobis natus, & datus eſt, miraculorum coruſcatione conſpicuus, futuram tempeſtatem & deſolationis pluuiam vobis denuntiat. Prodiit etiam cæleſtis ſponſa, vt ſolem ſuum contuetetur, & ait: *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus, mi eſpoſo, mi querido, el que lleba la vandera entre los mill es manſo y brauo, es amoroſo y colerico, es Dios y hombre.* In quantum homo dignus qui ametur, in quantum Deus dignus qui timeatur; candidus, vt niue tegat ſordes, & extergat, rubicundus vt ſol, qui omnia circumſpicit, omnia detegit, omnia caſtigat; video ſponſum, ſed video iudicem; video Moyſem manſuetum, ſed video Eliam iuſtum, & ſeuerum; video nubem lucidam, ſed dictum eſt hanc futuram ſedem regiam iudicantis; video amicos circumſedentes, ſed video diſcipulos metu perculſos iacentes. Præuidit etiam Dauid ſignum hoc de cælo *Pſalm. 28.* atque ſtatim vaticinatus eſt: *Dilectus quemadmodum filius vnicornium. el bien querido el digno de ſer amado guarda que es como el hyo del vnicornio.* Timete illum, quia qui ſe præbet 2.
amabilem, ſe etiam vt rhinoceros exhibet formidabilem. Comparabitur optimè Chriſtus in Thabore filio Dauid, qui natus eſt ei ex Abigail, qui 1. *Paralip. 3.* appellatus eſt *Chelеab*, hoc eſt, ſimilis patri, hodie enim gloria eius videtur *gloria quaſi vnigeniti à Patre*, ſed ſecundo nomine nuncupatus eſt *Daniel*, id eſt, *iudicium Dei, iuſticia y Iuicio, & ſemejanza de Chriſto, quando venga a iuzgar.* Quam cogitationem

Quorſum in quadrageſimali tempore gloria & ſplēdoris oſtenſio ſit.

Ira ſignum hi in facie Chriſti ſplenderet.

Aſpiciam iſta cum ſummo contemplatus ſponſa.

Signum hoc ira proſpexit Dauid.

Dionyſius Carthuſian.

2. Reg. 3.

P. Maldon.

etſi grauiſſimus author in ſuis commentariis in hunc locum ingenuè fatetur Euangelio eſſe conſonam, attamen ſummi Chriſti Doctoris Hieronymi ſententiam fuiſſe ſubiungit. Nam vt oſtendat ſe neminem Prophetarum eſſe, inter Prophetas apparet, vt voluntariam mortem oppetere probet; egit de exceſſu præuiſo, quem completurus erat in Hieruſalem; tertium autem, nempe eorum aliquos ipſum in forma indicantis viſuros, adimplet, iudicij quadam ſpecie oculis obiecta. Qualis enim futurus eſt tempore iudicandi, talis Apoſtolis apparuit. *Certè transformatus eſt Dominus in eam gloriam, qua venturus eſt poſtea in regno ſuo.* Sic etiam D. Baſilius Epiſcopus Seleuciæ [a], *Beata Apoſtolorum lumina, quæ terribilem diem iudicij in miti cernunt ſpecie.*

[a] Orat. de tráſfigurat. Domini.

3. BIMEMBRIS DIVISIO DISCVRSVS.

Duo igitur præſtabit atque efficiet præſens diſcurſus, nempe Chriſtum dilectum eſſe, hoc eſt, maximè dignum, qui ametur, *que es bueno para eſpoſo y para ſer amado.* Secundum, *quemadmodum filius vnicornium*, dignum nempe, qui timeatur. Quæ duo optime per Oſeam Prophetam declarauit Deus *cap.* 1. *&* 2. ſub nuptiarum metaphora, vt ibi adnotant D. Hieronymus, Lyra, Theophylactus, & reliqui Prophetiæ expoſitores.

4. *Adulteram Synagogam quantis induſtriis ad ſe pertrahere tẽtauit ſponſus.*

Duxerat Synagogam Deus, violauit illa fidem, defuit muneri colendi vnicum Deum, falſo idolorum cultui adhæſit. Quanta Deus præſtiterit, vt adulteram hanc in fœdus & amorem reuocaret, quas induſtrias, quæ ſupplicia, quibus ſpinis effugia munierit, quas intentiones eius fruſtrauerit, quoties deſtruxerit vt ædificaret, exterminauerit vt cuſtodiret, in exilium duxerit vt reduceret, ſummatim perſtringi haud poſſunt. *Propter hoc* quaſi fatigatus Deus velut exundans miſericordiæ flumen erumpit, dicens, *propter hoc*, dum ſeueritate non flecteris, nec flagellis cedis, nec minis reuocaris, arte & induſtria peragenda res eſt. *quiero vſar de maña.* Accede huc Oſea, voca vnam fœminam adulteram, à marito derelictam, filiis alieni tori, & in peccato natis plenam, & notatam illam duc in vxorem, illos in filiorum numerum adopta; hoc ego idem erga populum iſtum perago. Quid agis Domine? quid molitis? tua ſunt hæc digna maieſtate? pauent homines, dum audiunt Prophetam tuum, nobilem filium Beri ætate florentem cogere, vt maxima ſui honoris iactura nubat adulteram, filios adoptet, & tu hæc eadem aggrederis, & adulteram flagitiis & filiorum ſpuriorum notis inſignem vxorem ducis? & in domum reducis? Statuite hoc apud vos (homines) amore me hodie agi, & quæ ille agit, reprehenſione digna non eſſe. Ideo Plato retulit Athenienſium legem, *Nihil vile ſi amatorium, nullatenus adulatorium, & infame iudicandum. Nada entre los que aman ſi nace de amor ſe tenga por vil nada por infamia.*

Agitur amore animarum Chriſtus. Refert Tiraquellus tom. 2 connubialium.

5. Elocet Deus adulteram, reducat filios in domum, amet illam; lenociniis & blandimentis polliciat, & neque hoc infamiæ, nec vilitati tribuatur, ſic enim legibus amoris ſtabilitum eſt. Nolo ego Domine amoris tui leges abrogare, id tantùm intendo vt anima mea, & quæ circunſtant audientes, tuam adorent charitatem immenſam. Quando (mi Rex) poſt hominum memoriam traditum eſt vt mulierem à ſuo marito derelictam, ab alienis conculcatam, omnibus proſtitutam rex in vxorem ducat, & filios adoptet, hanc in thronum & thalamum, illos in menſam & hæreditatem aſſumat? Quando vos (ô homines) vidiſtis amorem huic ſimilem, quem niſi in Deo vidiſſem, inſaniam appellarem? In libro Geneſis pietas refertur Saræ ſanctæ filiorum Dei matris, quæ filium ancillæ domi nutriebat, ſed hoc non valde mirabile eſt, quia Sara nec filios habebat, & qui de Agar nati ſunt, tanti parentis erant filij Abrahami coniugis ſui. Alia item regina in exemplum adducitur, quæ filios regis ex alieno & iniquo toro natos alebat, & dedecus ſuum propriis manibus, & indulgentia ſuſtentabat. Verùm quid mirum, mulier erat & vxor, ille rex, illa Chriſtiana ſanctiſſima & ſterilis. Quando verò talis apud mortales fuit amor coniugis, vt filios adulteræ, in quibus teſtata eſt ignominia eius, amet, adoptet, & in hæreditatem, & coronam vocet; amor equidem vnius Dei, qui & velle, & perficere, & ferre potuit nouam & inuſitatam diligendi rationem. Videte ô animæ, quæ Chriſtum ſponſum concupiſcitis, qualis ille ſit; ſi enim ob infirmitatem, ob inimici inuidiam ab eius amore labi contingat, iterum indulgentiſſimè & piiſſimè in gratiam reuocabit, & dicet, inter homines communi loquela circumfertur, cùm vir à ſe vxorem abdicauit, nequaquam in gratiam eius redituram: *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me. bueluete a mi alma perdida no creas dichos del vulgo indiſcreto que no conoce mi amor*: voca me, *Pater meus*, nomine ſponſi compella me, *dux virginitatis meæ. aquien primero di la mano.* Fruſtrà laboras Domine, nequaquam reuertetur, vitiorum blandimentis delinita eſt; nequaquam aſſeritis? *Propter hoc; por tanto yo dare nueuas trazas.* Ierem. 3.

Elizabetha regina Vngariæ & aliæ quas refert Tiraquellus tom 2. connubial.

Immenſa Chriſti pietas erga ſponſam.

6. *Solitudo amoris diuini opportunus locus.*

Ecce ego lactabo eam. Ego decipiam eam, nam blandè ducam in ſolitudinem, vbi amicorum ſuorum oculis non pelliciatur. *In montem excelſum ſeorſum loquar ad cor eius, hablarele a ſu ſabor palabras de amor; & dabo ei vinitores.* Montanus ex Hebr. [a] *dabo ei vineas. dotarela de bienes, raices verdaderos y duraderos.* & vinitores ex eodem loco, hoc eſt, Apoſtolos, vt exponit Hieronymus. *Et vallem Achor ad aperiendã ſpem. y aquel ſera el lugar no de azedias y deſgracias. ſino el Thabor de la gloria; ad aperiendam ſpem, lugar aplaçado para voluer en amiſtad, para ſalir a viſtas los deſpoſados*; vbi extinguatur omnino idolorum memoria, imò & peccatorum nomina, & vltrà non appellet *Baalim*, ſed *vir meus, marido mio, eſpoſo mio*; & ibi nuptiæ peragantur in fide, miſericordia, & charitate perpetua. Ad hoc igitur exequendum ſecretò, imò & nocte intempeſta, vt ex textu D. Lucæ colligitur, cum amicis in Thaborem aſcendit, nam cùm res per Angelos, & Patriarchas quondam agitata fuiſſet, accedente iam temporis plenitudine, dat ſe in conſpectum ſponſæ, *ſale a viſtas de las almas.* Adeſt pater ad peragendum contractum, adſunt patroni & amoris teſtes *Moyſes, & Elias*, aduocantur amici ſponſi, *Petrus, Ioannes & Iacobus*, ſicque tandem inter eos tranſacta res eſt. Primò enim ſponſus daturum ſe in conſpectum ſponſæ promittit, vt puriſſimo eius amore capi poſſit ſponſa, ſicque ſui metamorphoſim multimodam efficiet, vt in

[a] In hunc locum.

Mutuus Chriſti & ſponſæ conſpectus.

amo

Google

amorem inducat. Secundò obligatum manere (de more illius populi) pretio ſanguinis ſui ſponſam emere. *Loquebantur de exceſſu, quanto mas quanto?* Duo item ab ſponſa exiguntur, primum vt vnicè ſic pulcrum ſponſum diligat, ſecundum, vt ſponſo, ſicut par eſt, obediat. *Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite.* Tertiò denique ſecretum indicitur, quia conſummari non poterat matrimonium, donec ſcripturis completis mortis, & reſurrectionis, nihil quod ad firmitatem agebat, deſideraretur. *Nemini dixeritis viſionem, donec filius hominis à mortuis reſurgat.*

7. Chriſtus ergo animæ & Synagogæ amore flagrans omnem mouet lapidem, ac tandem arte, & induſtria, philtris, & poculis amatoriis eam expugnare conatur: *ecce ego lactabo eum.* Intellexerat hoc ipſa ſponſa, dum quondam dicebat, *Introduxit me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem. No lo creyera ſino lo viera entrome a los camarinos y reſpueſtos del apparato de las bodas, y vitales apercebimientos, que acabe de creer que me amaba.* Itáne poſſibile eſt, vt ordinauerit in me charitatem? *que es poſſible que ame Dios a vna criatura?* expecta, & mirabiliora videbis. Promiſerat ſponſus venturum in conſpectum ſponſæ, *Verbum in incarnatione ornatur vt ſe det in conſpectum ſponſæ.* at cùm inuiſibilis eſſet, & imago Patris, modum inuenit amor, vt ſicut amans eandem veſtem, & colorem induit, quem geſtat ſponſa, *ſe viſte del color de ſu dama*, ita ſe humana veſtiuit natura, vt & viſibilis, & gratior ſponſæ figuraretur. Hæc igitur imago inuiſibilis Patris intrat viſcera ſanctiſſimæ Mariæ, *Simile.* vt mortalis & viſibilis figuretur. Sicut cùm celebris pompa indicta eſt, imago collocanda alicui matronæ ditiſſimæ & nobiliſſimæ committitur exornanda, & eximio cultu, auro, & lapillis veſtienda; ſic imago Patris virgini lectiſſimæ Mariæ traditur aureis telis veſtienda, ſicque prodiit *ſpecioſus forma præ filiis hominum*, omni decore & venuſtate figuratus. Ab hac cella in aliam ingreditur, vt transfi- *Orationis locus.* guretur, in orationem, inquam: *facta eſt, dum oraret, ſpecies vultus eius altera, a la oracion ſe entra a poner de fieſta*; inde enim cultiores, & elegantiores animæ euadunt, vt omnes admo- *Vera elegantia & decor internus.* neat, equites primùm, qui cùm oſtentationem ſui exhibere volunt, non alienis, non pretioſis, & ſummo quæſtu, & ſumptu acquiſitis abutantur, ſed morum grauitate, modeſtia, & vultus hilaritate, & comitate ſuaues fiant. Sic noſter Redemptor naturalibus, non exquiſitis veſtibus indutus prodiit: *Nieue para el veſtido luz para el roſtro, vn doſel azul eſtrellado, vna alhombra bañada de luz, texida por la trama de vna nube blanca.* Vt viueret homo mille annos, inquit Baſilius, naturæ author ſolas illi pelles prouidit, in quibus inſuendis nec labor, nec opus eſſet; modò verò vt vna die ſplendeant in veſte pretioſa mille annis multi ſartores vnicam veſtem conficiunt. Eques erat & regi gratiſſimus Mardochæus, & cùm ſuæ dignitatis

8. ſpecimen præbere opus fuit, *à conſpectu regis egrediens fulgebat veſtibus regiis*, & interlinearis, *a contemplatione egrediens ad actionem. Salia de tratar con Dios tan galano y rico, tan affable y apacible que les parecio les amanecia vn ſol. que poco importa ir muy galan con vn ceño de vn palmo y ir muy acompañado con vna cara que eſpanta y derrama amiſtades no da el veſtido la buena condicion, ni haze affable al Señor ſino la virtud.* Hoc etiam factum eſt in documentum fœminarum, quæ ab orationis cella decorem, & ſplendorem in lucem afferant, contrarium enim euenire videmus; prius enim quàm caput exornant, capillos contorquent, armillas, annulos inſerunt, veſtes explicant, ſandalia calceant, lacinias componunt, iam penè transacta dies eſt, & feſtum peractum, has oportet admonere, inquit Petrus. *Quarum non ſit* Can. 1. c. 3. *extrinſecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus, ſed qui abſconditus eſt cordis homo, qui eſt in conſpectu Dei locuples. di les que dentro de eſa muger ay otra muger a quien mira Dios, y que dexen la exterior y no la compongan tanto que atiendan a la cara de ſu alma aquien mira Dios para alli ſon los olores de la oracion, la agua fuerte de las lagrimas, las cerillas de la blandura y manſedumbre las pinças que no perdonan vn cabello el examen y recato el blanco de la pureza y el rojo de la charidad que con eſo ſe haran ſemejantes a Dios y agradables al Rey ſoberano.* Sicut Eſther quæ ieiunio & oratione priùs animam, deinde corpus coluit. *y ſobrepuſo Dios de ſu mano la hermoſura del cuerpo. Contulit illi Dominus ſplendorem.* A quo enim mutuabit ſplendorem creatura, niſi ab eo qui illuminat omnem hominem? Ideò Paulus: *Faciem Domini ſpeculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem.* Sicut enim Heliotropium ſolem reſpiciens, & circumquaque requirens Solis ſimilitudinem induit motu circulari, colore, & figura; ſic anima à Chriſto irradiata, & inſtar ſpeculi illi obiecta Chriſto perſimilis euadit, imò, vt gloſſa ibi ait, in eandem imaginem transformantur, *ita vt fiant dij, haſta llegar a ſer dioſes por participacion.* Nihil tamen altius dici poteſt quàm quod dicit Euangeliſta Lucas, nempe cùm oraret Chriſtus, *facta eſt ſpecies vultus eius altera, ſu roſtro ſe hizo muy otro*, Hiſpanica phraſi, qua etiam dicimus, *aquello bueno es, mas eſto es otra coſa*; videtur enim oratio etiam in Chriſto, quid mutaret, inueniſſe, nempe corporis ſpeciem, & gloriam, qua in ſuæ ſponſæ conſpectum incurreret.

Quàm tamen elegans ab oratione prodierit, 9.
vno verbo exprimit Euangeliſta, *transfiguratus eſt ante eos.* *Chriſti decor & ſplendor.* Quid enim non agit rex, qui proximè in ſponſæ conſpectum ſe committit. *haze alarde de ſu grandeza el principe traſieganſe cofres, recamaras, camarines, ni dexa collares, trenzas, broches, cadenas, tuſones, anillos, camafeos, ni veſtido, perla ni piedra, ni labor, ni color mas miſterioſo y ſignificatiuo que no ſaque.* Quas item non efferret diuitias & veſtes à domibus eburneis Chriſtus Dominus inſtimulante amore, & componente ſapientia, & operante omnipotentia? candorem veſti tulit, ſolem vultui, dotes gloriæ corpori, anima ſplendore coruſcans, & fulgore diuinitatis effulgens, ſic pulcer, vt à Patre benedicatur, *propterea benedixit te Deus Deus tuus*, & vnguentum iſtud diuinitatis, quod in omnem humanitatem transfuſum eſt, largè effudit. *Propterea vnxit te Deus oleo lætitia, todos le miran al roſtro, todos le retratan en el alma ella y no la lengua hauia de hablar.* Loquatur verò D. Chryſoſtomus. Soli comparatur facies ab Euangeliſta, *ficut ſol*; quaſi

ceret, neſcio cui comparem, exigua eſt Solis ſpecies *veis à eſe planeta quando ſale por el oriZonte en vn cielo eſpejado con aquellos recamados de ſu oro y rayos ſobre el cielo turqueſado y raſo, no tienen que ver con el ſemblante que allo parecio en Chriſto. Sicut ſol. veis quando haze de las ſayas y ſale como pintor del mundo con tantos pinceles como rayos a dorar y matizar los cielos a leuantar los viuos colores y perfiles ſobre las nubes negras y eſcuras no tiene que ver con el roſtro diuino y frente ſerena y cabellos del Señor. Sicut ſol. veis quando ſale por entre dos montes flechando ſus rayos apunteria y hiere los coraçones y alegra los ojos y ſe los abre al mas dormido y en eſas nubes haze vn arco bello y lucidamente variado de colores, pues oy no oio hazer punta al Saluador ſino que ſe hizo de ſu parte. Sicut ſol. veis le ponerſe en el cenith y buſcar eſpejos en que mirarſe en las aguas mas puras que el cryſtal de los mares anchas fuentes y eſtanques doblando ſu hermoſura en todas. pues quebran eſos eſpejos, turban eſas fuentes borran eſas eſtampas que no tienen que ver con eſte ſol ſemejanZa del padre que hiere y haze ſoles a Moyſem y Elias y haZe ſaphiros y diamantes las piedras del Thabor. Sicut ſol. y ſi ſenos fuere al mar y hiciere viſos hermoſos y deſabrochare ſus ſenos y aſomare los peZecillos de plata y otros tantos de oro, las madres perlas, los nacares marfiles corales y perlas todo parecera adorno y joyeles de Aldeana comparadas con las de Chriſto.* Vidiſtis clariſſimam totius mundi faciem, cùm faciem & caput attollit, cuius immenſa claritas vniuerſitatem hanc quaſi interminatam ſuo ſplendore claram reddit, & illuſtrem? Cùm pictoris eximij inſtar tot penicillis, quot radiis colorum ſuauitatem, venuſtatem florum, gemmatum nitorem depingit, & quaſi in lattiſſima tabula depreſſas valles, editos colles, montes excelſos, campos patentes clatiſſimo ſplendore circunfundit, taceat ſol cùm in montem venit, aſſertoris ſpecies, & ſplendor, quo facies eius micabat, cùm ſuæ diuioitatis ſplendorem foras ſudit, nitebant oculi, ſplendebat frons, toto ex ore cæleſtis atque diuina claritas emicabat; vno tamen verbo & voo penicilli doctu S. Lucas omoia depingit, *Facta eſt ſpecies vultus eius altera. muy otra de todo quanto imaginare des*, neque ſol, neque aſtra, nec purpurei flores & pellucidi lapilli, altera facta eſt. Ac denique ſi de puriſſimis viſceribus Mariæ bone ſolem otiri viderimus, & per vitream Virginis puritatem tranſmiſſum, & quaſi gemmaio ex hac concha, qoaſi florem ex hoc paradiſo, & quaſi cryſtallum ex hoc monte Mariæ, nihilominus (pace tua dixerim beatiſſima Virgo) oam hi colores, qoos hodie io Chriſto videmus, ex alia concha, ex alio penicillo & dioioiori prodieruot, *ſpecies vultus eius altera.*

10. Quòd autem bonæ ſit naturæ, bonæque indolis, & præclaris moribus præditus ad nuptias, & quàm facilis ad leges perferendas matrimonij, liquidò nunc conſtabit ex ipſios ſponſæ verbis. *Caput eius aurum optimum.* Sponſus meus, qui humana, natutali & diuina lege caput eſt mulieris, aptiſſimus eſt vt caput ſit, eſt enim vt *Cheten*, vt vertit Rabbi Salumon, *es como el camarin real lleno de ricos vaſos y precioſas joyas artificiadas a toda coſta y primor.* Nulla eſt (qoaſi diceret) dignitas, excellentia, pretium, ſplendor, ſcientiæ intellectus, qoam non contineat hoc mei ſponſi caput. *Coma eius ſicut elata palmarum, nigra quaſi coruus, los cauellos creſpos, ondeados y leuantados, que ſon ſus diuinos penſamientos, que ſenos van de buelo.* At quod attinet ad familiæ vtilitatem, & prouideotiam, nigri ſunt, viriles, & tincti eo colore mortalitatis, & indigentiæ hominum. *muy Dios en penſar alteZas, muy hombre en cuidar de nueſtras vajezas. Oculi eius ſicut columba ſecus riuulos aquarum, que lacte ſunt lota. Son ſus ojos como los de las palomas de Syria blancos como bañados en leche.* Liceat in his fontibus aliquid immorari, oculos enim aoimi ſpecula vocauit Ariſtoteles [a]. Nam D. Cyprianus [b], ex columbæ ſimilitudine, qualis debeat eſſe ſponſus, elicit formam, & oculis Chriſti inſpectis, ſponſi leges, ſi aduertis, & prælati optimi mores ſanctus hic patet deſcripſit. *Columba* (inquit) *ſimplex animal & latum*; vt mooeat oratitum ne zelotypiæ ardeat, *porque algunas veces deſpiertan a la que duerme.* Videant Chriſtum, cui intempeſta nocte pulſanti fores, & clamanti, ſpooſa ſerò reſpondet, & omnino non aperit fores. Certè alter malum ſuſpicari poſſet.

a Lib. de partib. animal.

b Tract. aduersùs Nouat. de prelat. ſimplicit.

Ex ſimilitudine columbæ Chriſti mores declarantur erga ſponſam.

Surgit illa, & poſt longas excurſiones, & vias inuenit ſponſum, difficiléмne? morosum? ſubiratum? minimè. Sed blandum, qui nec ruſticitatem arguit, nec direptum pallium conſideret, ſed de proſequendis noptiis ſolicitus veniſſe in hortom ait, *In areolam aromatum, vt paſcatur in hortis, & lilia colligas, a cojer aromas y flores que los auia gaſtado en adornar la puerta de la eſpoſa, eſos ſon ſus enojos. Animal latum.* Sicut ſol, quia aduenicnte marito vniuerſa domus exultat, lætatur luna, ſpooſa nempe pulcra occurrit illi, ſi verò ille eclipſim patitur, aut abſens ſit, ipſo deficiente cuncta triſtantur. *Non felle amarum, que no ſea deſabrido el marido.* quod monet Apoſtolus: *Nolite amari eſſe ad illas*; multi enim ſunt, qui apud extraneos ſaliſſimi ſunt, & lepidiſſimi, & itam, atque aioatulentiam tecundunt, vt in domeſticos & vxorem vomant. *guardan el placer para fuera de caſa y en entrando en ella anublan el roſtro y todo les deſcontenta. antes hauia de ſer al contrario porque no ſea mas riguroſo que el perro de ſu caſa que ſale ladrando a los de fuera y buelue a caſa alagandoſe con quantos ay dentro.* Non ſic Chriſtus, qui delicias reputat eſſe cum filiis hominum, & cuncta, quæ domi ſunt, laudat, *Lectulus noſter floridus, tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina. Non moribus ſæuum, no es feroz la paloma.* Ideo admonet Eccleſiaſticus c. 4. virum, *Noli eſſe vt leo in domo tua*, ne ſetucior Nerone fias, qui aſſerebat, odio me proſequaotur ſubditi, dummodo me timeant. *no tengan por grandeſa hablar les hueco y no mirar les a la cara. Non vnguium laceratione violentum*, nulla iraſcendi, aut vindicandi inſtrumenta natura dedit columbis, vt abſtineant viri ne manus iniiciant in illas, niſi cùm flagrat domus, aut ruit, aut infirmatur, & languet. *Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me, cuius ingenium eſt hoſpitia humana diligere*, ne multùm vagari, & coocurſare toto foro, vel orbe aſſuetus ſit, nec

11. *Coniux qualis debeat eſſe.*

12. *Mitis ſit maritus & placabilis.*

nec longas vias meat, & quamprimum domum repetat, ſicut Chriſtus: *En iſte venit, elo que ſe buelue, ſaliens in montibus, aunque le ſtorunan difficultades elo que acecha, reſpiciens per feneſtras, vnius domus conſortium noſſe*; nequaquam, neque ad vnam noctem extra nidum dormiet, vna domo, vno nidulo, vna compare, quaſi bonus maritus gaudet. *Cùm generat, ſimul pullos educare*, vt coniuges cùm delectentur filiis, etiam in eorum educationem incumbant. *Cùm commeant, volatibus inuicem cohærere*, vt notum ſit, per quam viam incedit mulier, per eandem antegreſſum fuiſſe maritum, *que haga gala y grandeza de dar lo el braço. Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me, oris oſculo concordiam pacis agnoſcere, que en todas ſus acciones mueſtren que viuen en paz, legem circa omnia vnanimitatis implere, que ſe traten como vnos y como iguales, dilectus meus mihi, & ego illi.* Certè ex oculis liquidò conſtat idoneum animæ ſponſum futurum eſſe Redemptorem. Nunc de pretio, ac de dote agamus.

13. *Loquebantur de exceſſu.* Agitur de emenda ſponſa, exceſſu amoris & pretij, quod Propheta ſignificauit illo verbo c. 3. *Adhuc vade, eſa muger me a oluidado, anda hecha vna ramera; adhuc dilige, ve y da le mueſtras de mayor amor.* Quæ autem ſunt hæc ſigna? *fodi eam mihi quindecim argenteis, a mi coſta la comprare y dotare.* Mos erat apud populum illum vxorem emere, & dotem dare *. Sicut apud antiquos, vt Iacob apertè profeſſus eſt, agens de Rachel accipienda. Gen. 34. *Augete dotem, & munera poſtulate, & libenter tribuam quod petieritis; tantùm date mihi puellam hanc vxorem.* Verba quidem domine, quæ quondam paſtor quidam protulit, & tu (ô rex) renouas in Thaboris vertice. *Adhuc dilige, augete dotem, loquamur de exceſſu, caſe me yo con eſa adultera, buelua ella a mi amor y pida lo que quiſiere.* Abiit Propheta, & emit eam *quindecim denariis.* Age mi domine, ſat eſt me dediſſe viginti ducatos, & triticum, & hordeum, quod ſeruis per annum conſignari ſolet in cibum. *Augete dotem,* indigna res viſa eſt mihi temporali pretio coëmere illam, *non corruptibilibus auro, & argento,* &c. Hieronymus: Iam oblati ſunt & penſi *quindecim denarij*, quindecim nempe illi dies menſis primi Niſan, in quibus ex Ægypto extuliſti populum magno ſumptu, nouo miraculo, ingenti iactura Ægypti, & omnium gentium terrore, ſicut Moyſes, qui adeſt, teſtatum reliquit. *Augete dotem*, ne antiqua memineritis, ecce noua facio, & parabo miracula, vt meretricem emam. Nicolaus de Lyra: Oblatæ iam ſunt, non numi, ſed quindecim Prophetarum vita, & ſanguis profuſus eſt eius gratia: *Occidi eos in verbo oris mei. Augete dotem*, carius mihi emenda eſt, alia vita, alius ſupereſt ſanguis effundendus. D. Ambroſius & Cyrillus, iam æſtimata eſt quindecim denariis, vtroque videlicet Teſtamento, veteri, & nouo, ſeptem enim ſignificant ſabbatum, & legem imperfectam, octo Euangelium, & legem gratiæ plenam, & perfectam. *Augete dotem*, addit amor meus plurima, agamus de exceſſu, ego illi regiam purpuram, & coronam capiti imponam, meo tamen ſanguine tinctam, & propter quam induar ego viliſſima veſte, & ſpinea corona in domo Pilati. *Augete dotem*, torques illi, & monilia, auream videlicet amoris legem, murenulas fidei, & obedientiæ, annulos ſpei, & charitatis, arrham æternæ vitæ corpus & ſanguinem in ſacramento conſtituam, quid amplius? omnia illa in menſa crucis numerata pecunia exſoluam, *& deſponſabo te mihi in miſericordia, in fide, in iudicio & iuſtitia in ſempiternum.*

Perſiſtit adhuc Chriſtus in amando & emendo ſponſam.

** Tullius indicat in topicis pro Murena, & declarat Boetius, ſed meliùs S. Iſidorus lib. 5. etymolog. c. 24. & 1. Reg. 13. 5 in illa parabola ouis quam propoſuit Nathan ad Dauidē dicens, quam emerat, & modò dantur numi aurei, & annulus in arrhas & quaſi amoris ſignū & pretium libenter præſtitum.*

Exceſſus pretij in coemenda ſponſa.

14. *Ipſum audite*, iam te alloquor ſponſa (quaſi diceret) iam à te vnum exigo, *vt audias filia, & videas*, & inclines aurem tuam, & ſemel iuncta tam inſigni ſponſo duo præſtes, primum vt eius amore omnem alium amorem pellas, *obliuiſcere domum patris tui, no ay para mi otro amor ni otro cuidado ſino mi Dios y eſpoſo.* Ideo Romani, vt refert Plutarchus [a], poſtquam ſponſæ caput obnubebant, & pedem è paterna domo efferebat, cogebant illam circumire, & in gyrum ambulare multoties, vt ſic admonerent ex illa die ſenſum, viam, amorem paternæ domus amiſiſſe, vt illam repeteret vſquam, ſolùm ſponſum redamaret. Secundum quod naturale, & perfacile eſt mulieri, vt marito, Deo, & prælatis obediat; quod vt facilius reddat, quidquid ad hoc iuuat, oſtendit Chriſtus in Thabore. Nam qui ſuperior eſt Chriſtus, ſplendet vt ſol, quaſi denotans oportere, vt qui ſuperior eſt, cæleſti lumine ſapientiæ, & virtutis effulgeat, Solis videlicet lumine, qui dictus eſt mundi mens, atque coram tanto lumine prælati ſubditi, etiamſi ſint ſapientes, quaſi inſipientes obediant, & vxor ſuam inſipientiam coram marito fateatur, & taceat. *nacio para obedecer pero ſiempre a la muger le fue difficil, el modo de formar la Dios eſo denoto criando primero al varon y no ſacando la de la cabeza ni del pie ſi no del lado, no ſeñora no eſclaua ſi no compañera, las leyes humanas lo tienen por llano (excepto las Romanas)* ex Ambroſio [b], & Auguſtino [c], fœminas viris ſeruire communi lege naturæ. Sic D. Pet. *Mulieres ſubditæ ſint viris ſuis.* & S. Paul. 1. Cor. 6. *Fœmina viro ſubiecta eſt lege naturæ,* & D. Ignatius vt vocent dominum maritum, epiſt. ad Antiochenſes, Mulieres honorificent viros ſuos ſicut carnem ſuam, & non audeant eos proprio nomine conuocare, ſed ſicut Sara, Dominus meus vetulus eſt; inuenitur etiam in c. 1. extrà de frigidis & maleficiatis, & in cap. non mœchaberis, ſic ſe habeat mulier vt ſerra in manu fabri, quæ etiamſi dentes ad ſecandum habet, mouetur autem à fabro, habeat multas manus, vt fortis mulier manum ſuam extendit ad pauperem, de fructu manuum ſuarum plantauit vineam, manum ſuam miſit ad fortia, &c. ſed in id feratur, id operetur quod iubet maritus.

Ecce in montes tres diſcipuli rudiores tunc, ſed faciliores ad obediendum aſſumpti ſunt duo, quibus apertè dictum eſt, *Neſcitis quid petatis*, & Petrus, de quo dicitur, *neſciebat quid diceret.* At cùm facies prælati & mariti reſplendet, tacere iubet ſubditos, *Nemini dixeritis*, & cæca obedientia iniungitur, *ceciderunt in facies ſuas*, ſolam illam vocem audiunt, vt ſicut filium Dei venerentur, & ſicut Deo obediant, quo virtutis ſplendore ſi caret prælatus, mirum non eſt, ſi, vt par eſt, à ſubditis non colatur. Quare in Baptiſmo, vbi reſonat vox, deficit tamen ſplendor faciei, non ſicut hic venerabilis apparuit, nec vox illa, *ipſum audite*, data eſt. At cùm hic ſimul in ſede maieſtatis ſedens etiam

Quid Chriſtus ſponſus à ſua requirat ſponſa.

a Cap. 28. problem. Rom.

b Lib. de Abraham c. vlt.

c In c. 1. in fin. 33. q. 5.

iam facie dignitatem, & ſplendorem ſanctitatis præfert. Diſcipuli eius etiam dilecti & familiares illum maxime reuerentur, & procidunt in facies ſuas, culpa enim mariti eſt culpa parentis, & prælati, ſi partem exiſtimationis amittunt apud filios, & ſubditos, & illos non timent, cum à culmine virtutis, & ſplendore exempli deficiunt. Quare in ea republica, vel domo, vbi obedientia viget, floret etiam ſumma pax; in hoc enim ſumma felicitas quaſi in cardine vertitur, nempe ſi iſte obediat, & ille, qui præeſt, ſanctitate floret. Ideo obſeruandum eſt, quare diem iſtam oblectationis, & requiei poſt dies ſex elegerit Christus, ideo nempe vt pacis, & bonæ gubernationis ſpecimen præberet. Nam ſex diebus omnia, quæ creata ſunt,

15. vtpote laborioſis, ad laborem creata ſunt, & ad obediendum. Quare tunc dixit homini, vt inquit Iob: *Ecce timor Domini, ipſa eſt ſapientia, mirad que ſois criaturas o criados de Dios hechos para obedecer y en eſo eſta vueſtra paz.* Ideo Deuteron. 12. 9. de terra promiſſionis agens aiebat Moyſes: *Non facietis ibi, quæ nos hic facimus hodie ſinguli, quod ſibi rectum videtur, neque enim vſque in præſens tempus veniſtes ad requiem.* Quaſi diceret, ibi requiem obtinebitis, vbi non veſtra, ſed Dei veſtri voluntas fiet: at in die ſeptimo, qui ſanctificatus dicitur, ſedere dicitur Deus, & quaſi prælatum agere. *el ſeptimo dia de mandar.* Quid igitur expedit ſic ſedenti, ſic imperanti? Quid? vt plurima ſaoctitare fulgeat facies, vt ſol, & veſtis candore niuis ſubditorum oculos rapiat, & quaſi benedicta dies dicatur illa, in qua in ſedem aſcendit, & in qua duxit vxorem, *que ſi aſino es todo es hechar maldiciones al dia de las bodas, y al dia que vino el prelado o el corregidor.* & vbi pax ex obedientia oriri debuiſſet, nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. *El Thabor ſe trueca en infierno, la religion en galera, las bodas en guerra ciuil.*

Natura hom. obtemperare tenetur Deo.

Requies animæ in Dei obedientia.

Qualis præſul eſſe debet.

16. Abſoluit miſeram, & luctuoſam tragœdiam Propheta his verbis (quorum gratia totam ego institui concionem,) *Iudicate matrem veſtram, iudicate.* Vides Moyſes, vides Elias, & vos Apoſtoli videtis, quanta in vnam Synagogam contulerim beneficia, quibus officiis animam hanc proſecutus ſim ex illa die, qua carne tectus terram pedibus, ſanguine, ſudore, & lacrymis ſanctificaui, & ad hæc quid illa? Difficile dictu eſt, nec cogitari quidem ſatis poteſt. *Et ingreſſi ſunt ad eam tanquã ad mulierem meretricem,* Ezech. 23. *ella me a tratado como ſi no fuera ſu eſpoſo y ſe ha hecho ramera publica. Ergo iudicate matrem veſtram,* iudicate ſponſam matrem veſtram. Quid videtur vobis, nónne minori de cauſa Aſſuerus regno & corona mulctauit Vaſthi reginam? Leges nónne etiam marito permittunt publicè honorem ſuum gladio vindicare? *Iudicate*, age Moyſes, quibus digna eſt ſuppliciis anima, quæ Deum ſic pulcrum, ſic amantem, ſic redimentem, ſic patientem, ſic expectantem reſpuit? *Viri ergo iuſti ſunt, aqui os he trahido por Iueces deſapaſſionados, hi iudicabunt eam iudicio adulterarum, & iudicio effundentium ſanguinem.* Domine terrenus homo honore fungitur, qui maximè ab hominum iudicio, & æſtimatione dependet, ſicque ſuo honori conſulit enſe, animaduerſione, & iugulatione adulteræ; tua verò eſt Domine, gloria, tua potentia, tua magnificentia; quare quidquid humana detegit culpa, gloria, & honore protegere, & nobilitare potes. Quid ais Moyſes? *Zeus, & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet precibus, vn hombrecillo offendido ſube a vn cadahalſo enojado y brauo y coje a ſu muger del cabello y le corta la vida con vna eſpada*; ſic ira percitus, & zelo turgidus, qui nec attendit precibus, nec reſpicit filios, nec clamores audit, nec rogantibus reſpondet, reges, & principes nomen, & authoritatem interponentes non reueretur. *Non parcet*, & vos ampliùs expectare æquum iudicatis illam, quæ ſe publicè, & Dei honorem proſtituit, & offendit? *Non parcet.* Vide Domine, quantas in illam contuleris gratias, dum creaſti, ſeruaſti, redemiſti, iuſtificaſti, in thalamum duxiſti, in thronum eleuaſti, corona, & annulo inſigniſti, & multimodè à peccato in gratiam tuam reuocaſti. Superſunt vobis plura referenda? *queda os mas que alegar?* hæc omnia militant contra iſtam animam, *todo eſo le condena*, & vndique tantorum beneficiorum teſtimoniis vrgetur. *Non parcet.* O caſus horribilis, & acerbus! ô actio miſera & funeſta? Aſcende miniſter à ſecretis, proferto ſententiam damnatoriam. *Ipſa non vxor mea, & ego non vir eius, Dios hace diuorcio perdurable de ti (alma deſconocida) ya Dios no es Dios para ti.* O verbum non ferendum quo vniuerſi palleſcent metu mortales, quod mundum terrebit, cum cauſam capitis dicet, *Ite maledicti in ignem æternum, andad que no os conozco. Statuam eam nudam ſecundum diem natiuitatis ſuæ.* Auferte coronam, exuite veſtem gratiæ, verecundiæ in fronte, fidei in intellectu, ſpei, & amoris nunquam repetendi, nec reconciliandi, claudite oculos, velate faciem, quibus me non cognouit. *Ego Dominus eduxi gladium meum de vagina ſua irreuocabilem. Eſta iuſticia haze el Dios y Señor de todo, en eſta alma ingrata a ſu amor, adultera con nombre de eſpoſa, pagana con nombre de Chriſtiana, quien tal haze, que tal pague.* Ezech. 21. 5.

Ira diuina in animam ingratam & adulteram.

Diſcant omnes mulieres, ne faciant ſecundùm ſcelus eius, eſcarmiento almas eſcarmiento peccadores, ne talem amentiam imitemini, videte manum eius extenſam, ſplendentem gladium, feruentem iram, vt iam planè conſtet optimum ſponſum eſſe Chriſtum, ſed optimam etiam debere eſſe ſponſam; quòd ſi dilectus eſt, pulcer, & elegans, eſt etiam vt filius vnicornium, vindicator acerrimus; ſi filius eſt prudentiſſimæ Abigail Mariæ ſanctiſſimæ, & patris imago tranſſumpta, eſt pariter *Daniel*, iudicans & caſtigans; ſi ad nuptias procedit, & montem conſcendit, ibidem iudicium futurum, & vltimam ſeueritatem adumbrat; ſi prodigus eſt in augenda dote, & pretio ſanguinis ſui, ſic exactus & ſolers eſt in exigenda ratione; & ſi multis artibus auerſam adulteram reuocare nouit, ſic etiam tarditatem, & longanimam expectationem ſupplicij ſeueritate compenſat. *Nemini dixeritis viſionem, oid y ved y callad lo que aueis viſto,* formidantes ne fortè anima veſtra ſit, in qua hæc reſidet maledictio, & vltimo damnationis fulmine tangi contingat. Ad omnia hæc monent, quæ vidiſtis, ad amorem inſerendum, ad gratiam conſeruandam, ad gloriam in ſempiterour expetendam. 17.

Ad eruditionem animarũ vna ponitur Synagoga.

Peroratio & epilogus.

VER

VERBVM FILII.
Matth. 17. v. 1.

Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum.

Hominem lucri cupidum, præmio propoſito glorioſis laboribus, & veræ amicitiæ Chriſti legibus, & exemplis ad ſpem æternorum reuocat.

DISCVRSVS CXLIX.

1. *Amica præmy natura.*

NATVRA noſtra à prima ſua conditione omnia ad ſuam vtilitatem refert, nec alterius rei niſi ſui commodi rationem ducit, nec ſpes illi placet, ſed præſens bonum, &, vt aiunt, præſens & numerata pecunia, præmiúmque præ oculis propoſitum; quapropter rerum diuinarum memoriam abiicit, virtutem, & æternum præmium aſpernatur, quia futurum, & ad humana & caduca manum inijcit, quia præſentia. *Amiga del premio al ojo como intereſſal por eſo dexa lo eterno y haze puño de lo temporal, por que le paga de contado.* Dicat Oſeas noſter eleganti comparatione: *Ephraim docta diligere trituram, & ego tranſiui ſuper pulcritudinem colli eius: aſcendam ſuper Ephraim, arabit Iudas, confringet ſibi ſulcos Iacob. A ſe me buelto Ephraim como vn becerro cerril que no ay quien le haga venir a la mano ni a la melena, a la ſementera no viene, al agoſto aunque el trabaio es mayor viene porque eſta la mies en trenza y debaxo de ſus manos: tranſiui ſuper pulcritudinem colli illius, paſe le la mano por el cerro halagandola,* multis cum beneficiis collatis allicere curam. Hæc ſolet loci huius vulgaris adduci explicatio, ſed eum in origine perpendentes, maiorem ſibi perſpicuitatem, & nobis nouam etiam doctrinam pariet.

Cap. 10.

Humanum ingenium non ceſſat, amat ſemper aliquid.

Humanum ingenium ab omni exercitio & affectu ceſſare omnino nequit, quare ſi honeſtis ſtudiis & operibus ſanctis non incumbit, languet otio, & vitioſis moribus inſeruit; quamob cauſam naturæ conditor Deus Iudaicum populum, &, vt clariùs loquar, vtramque tribum Iuda & Benjamin multis ceremoniis occupauit, & multiplici præcepto iugum obedientiæ alligauit, vt in ſpe Meſſiæ, à quo multa promiſſa ſperabant, araret, & ad vnius Dei cultum incumberet.

Decem tribuum ab aliis ſeparatio & error.

Tunc decem tribus abnegato Dei cultu in ſuas abiere ſortes, ne tamen Samariæ regnum ſine Deo, & ſine religione rueret, altaria erigunt, & vitulos excitant, quorum adorationi præcipuè & primores populi vacabant, quos Oſeas vocat Ephraim, quoſque vulgus imitatur. Quid quæſo in idolis inueniebant proceres iſti alias prudentes? Dicam quod ex Propheta colligere potui; primùm habebant viſibilem Deum, quod ſemper placuit hominibus ſenſui adhæreſcentibus; ſecundò ibi, vbi volebant, collocabant, in Dan, aut in Berſabee, in area, in campo, ſub qualibet frondoſa arbore, & placida vmbra, ibi ſacra peragebant, ibi laudes matutinas & veſpertinas decantabant, nempe choreas agere, edere, & luxuriari ſumma cum licentia non tantùm principum, ſed & ſacerdotum, qui primi in ſceleribus iſtis inuenebantur cæci populi duces. Hoc opus, hæc exercitia vitulæ Iſraelis tunc erant, diis contentæ ſuis, quæ omnium vitiorum copiam dederant. Bos interim Ieroſolymitanus laborabat. 2.
Arabit Iudas, confringet ſibi ſulcos Iacob, todo era arar y deſtripar terrones no veſtia ſino çamarro ſu trato ſayagues y villano; ideo vocauit nomine *Iacob*, ſpem habens ſeram inſtar ſeminantis. O quoties fregit iugum, rupit vincula, & dixit: *Non ſeruiam, no quiero eſtar con amo que a tan largos plaços de la ſoldada.* Pergebat ad idola, Deo derelicto.

Quare Deus tam paucos ſui nominis cultores habet, dæmon verò tantos.

Hinc ſummam occaſionem ſpinam educendi de cordibus veſtris, qui fit vt tam pauci Deum verum colant, veræque religioni auitæ & ſanctiſſimæ inhæreant, & in ſpe arent, cùm tot aberrent à Chriſto hæretici, barbari, Turcæ, Gentiles, & Mauri. Ratio non eſt alia quàm diuerſitas, quæ inter bouem arantem eſt & triturantem. Gentes enim & præſentis lucri vtilitate ducuntur, & vitia earum nec impediuntur lege, nec prohibentur religione, nec damnant ſacerdotes, quin potiùs in ſortem peccatorum veniunt, & participes fiunt delictorum, vt optimè diſputat, & probat Tertullianus [a]. Quid enim prohibet hæreſis, quæ conſcientiæ latitudinem prædicat? vbi adulterium Caluinus, & ex pellicatu pueros vagientes turmatim domi, cunas, & nutrices ſuſtentat? At cùm Chriſti populus iugo ceruicem, linguam ſilentio, cor ſpe tantùm, dum arat, ſuſtentat, pauci electi, pauci prudentes & longanimis patientiæ, qui ſe cruci & præmij futuri expectationi tradant. Proh ſtuporem, & amentiam! ô ſingularem ingratitudinem! homines (non homines) ſic inopem, ſic parcum, & tyrannum creditis Deum, vt non præſtet idolis. Tales ſunt quidam noſtri ſæculi peccatores, qui ſi (quod Deus auertat) hæreſis aliqua graſſaretur in Hiſpania, ſtatim motem gererent, & perditè inſequerentur authores eius, vt intemperantiſſimè, & luxurioſiſſimè, & auariſſimè viuere liceret, & ſpe futurorum abiecta, frui liberet præſentibus, & caducis.

a Contra gentes.

Turpes hæreticorum mores & licentia viuendi vnde ortum habeat.

Vulnerauit iam olim, & diuinum ſauciauit cor dolor iſte contra peccatores, qui omnia Deum in futurorum ſpe collocare putant. *Nunquid ſolitudo factus ſum Iſraëli?* Hebr. *O ſæculum, ô gentes, ô hombres oid eſta palabra. Nunquid ſolitudo factus ſum Iſraëli, aut terra caligmoſa?* præſtiterúntne opus aliquod gratis homines, qui toties gratis mundo inſeruierunt? Syluefcentem vſque adhuc terram rumpit arator, & laborem cum ſpe fructus commutat, & breuem præmij æterni cunctationem, nec laborem mihi credunt? Agricola nec tarditate terræ terretur, ſed tarditatem ſpe concepta fructus compenſat, & mihi ad modicum maximos prouentus fideliter reddenti non credunt? *Confringet ſibi ſulcos Iacob*, ſic oblitus es Iacob patris tui? qui in vtero mea ope ſupplantauit fratrem, & inde hæreditauit coronam. *Et in fortitudine ſua directus eſt cum Angelo*; me enim volente fortis fuit, & inualuit ad Angelum, & lenticulis primogenitum acquiſiuit, & vna nox laboris & luctæ ſibi & poſteris largam benedictionem comparauit. Et quid modò

Ierem. 2. 31. Vatabi.

3. *Deus opportunus & largus premiator.*

 inquiunt.

inquiunt. *Receſſimus, hagamos, quentas den me mus veſtidos: non vltra veniemus ante, tan da mucho eſte Dios en pagar.* O *ſæculum*! o iuſti non huius ætatis ſolùm, ſed iam elapſæ, qui mihi inſeruiſtis, ſunt ne veræ querelæ iſtæ, quas effutire audet Iſraël? nónne mea præſtat ſpes omnibus, quæ modò poſſidet mundus? nonne plus ſatuitatis & ſolatij bona & tranquilla affert conſcientia, qua mei mihi famulantur, quàm omnes mundanæ deliciæ? nonne præſtat amor patris, quàm tyranni auaritiam, & lucrum inhiantis? O ſæculum! Teſtis adeſto Iacob, teſtes famuli mei, dicat Chryſologus [a] quid apud me ſit. *Eſt apud Patrem dulcis conditio, libera ſeruitus, timor lætus, blanda vltio, paupertas diues, ſecura poſſeſſio.* Et tu Iacob quot annis ſeruiſti mundo? viginti annis, & pauci videbantur; qua de cauſa? vt mihi in vxorem darent puellam, & in rem adeò grauem, ac eſt matrimonium, onus quod tot prudentes refugiunt, tot æſtus, tot lites, tot fallacias tolerasti? & cui inſeruiebas, nónne tyranno? tyranno in tantum, qui poſt exhibitum munus, & accuratum ſeruitium decem vicibus, hoc eſt, millies, mercedem ſubtrahebat, furis ignominioſo nomine affecit, & vt excuterem iugum ſeruitutis, fugam arripui, & vix iram, & ferrum eius, niſi tua ope, ſubterfugiſſem. In Dei autem famulatu quandiu præmium præſtolaris? *Reſpondebit mihi cras iuſtitia mea.* Longe aliter tu mercedem ſoluis, *cras*, poſt primum diem tui famulatus præmium reſpondet iuſtitiæ operibus. Et tu Paule quandiu inſeruiſti mundo? à multis annis fidem tuam & fideles vexaueram, & quaſi graſſator in itineribus Chriſtianis inſidiabar, & laqueos texebam, & poſtquam inſeruiſti mihi, quantis annis præmium expectaſti? D. Thomas & alij, nec improbabiliter aſſerunt in primo anno conuerſionis Pauli poſt tres dies raptum fuiſſe vſque ad tertium cælum; ait enim Apoſtol. ante annos quatuordecim, hoc eſt, anno Chriſti 36. vt *Actuum* 9. 12. refertur. Et Apoſtolis quot annis mercedem promiſſam procraſtinaui? Audi cùm ad crucem quadam die animaret, viſuros illum dixit, *venientem cum Angelis ſuis in gloria Patris ſui*, & ne putarent promiſiſſe multum, addit, *Sunt de hic ſtantibus*, &c. Cùm igitur illi vel ad diem iudicij, vel ſaltem vſque mortem differendum putant, implet ille promiſſionem *poſt ſex dies*, vt credant homines, Deum & fidem ſuam liberaſſe, & non longo temporis decurſu, ſed *poſt dies ſex* impleuiſſe, & viciſſe expectationem eorum.

Paterna pietas & bonitas Dei.

4.

a Ser 1. de prodigo.

Probatur exemplo Iacob.

5. SVMMA DISCVRSVS.

Aſſumpſit Ieſus; quare tres tantummodo? quare ſplendor in facie & veſtibus? quare ſic ornatus ab oratione prodit? quare cum mortuis colloquitur, & non cum viuis? Voluit Chriſtus Dominus in hoc quaſi recreationis diuerticulo oſtendere qua ratione veram lætitiam, & corporale gaudium inuenire debeamus, quæ in duobus conſiſtunt, vel in amicorum conuerſatione, vel in ornato, & delicijs corporis. Primò igitur *aſſumpſit Petrum, & Iacobum*, &c. bonos oſtendens debere eſſe amicos, vt aiebat Tullius; nam ſi boni non ſunt, & nobis placent eorum peccata, triſte eſt; ſi verò diſplicent mores, & nihilominus toleramus, graue & laborioſum. Conſule eos qui ampliſſima bona non alia de cauſa conſumpſerunt, niſi quia amici facinoroſi multa perpetrarunt, in quibus ipſi (neſcio qua

Corporale gaudium & oblectationem cum amicis quo pacto ſumere debemus.

Amicos bonos inprimis eligimus.

mundi lege) participes fiunt, & tenentur locum tenere amici, & eius defendere cauſam. Errauit etiam in hoc Loth, nam inexpertus iuuenis delitioſam terram & vallem floribus abundantem elegit, vbi tamen lites excitatæ ſunt, & iurgia non pauca; *quoniam viri regionis illius Sodomitæ peſſimi erant, no miro Loth ni aduirtio que los moradores de la tierra eran malos*; & quanti poſtea labores ſubſequuti ſunt, nam eius vitam inſidiis, & domum expugnare, & turpiter filios, & hoſpites affligere tentant, ita vt coactus ſit filiarum honeſtatem proſtituere (quo nihil grauius) & poſt hæc vtpote iuſtus prauos iſtos mores tolerare ægrè ferebat; iuſtum Loth oppreſſum à nefandorum iniuria, ac luxurioſa conuerſatione eripuit: *aſpectu enim & auditu iuſtus erat habitans apud eos, qui de die in diem animam iuſti iniquis operibus cruciabant.* O conflictus, vel affligi debet tot ſceleribus, vel ſi non diſplicent, incendium non effugiet, & ira diuina in caput eius deſcendet. Conſortium enim iniquorum ſuam ſecum habet & pœnitentiam, & pœnam. Rogat D. Ioannes Damaſcenus [a], quare non omnes Apoſtolos aſſumpſerit; ſed reſpondet S. Doctor Chriſtum Iudæ cauſam egiſſe, noluit enim vt delibaret gloriam, ad quam non erat peruenturus, *no le quiſo engoloſinar con la gloria que no le auia de dar*; hoc enim pacto & ipſam gloriam quadam iniuria liberabat, & Iudam grauiori dolore, dum videt, quod nunquam poſſeſſurus eſt, conſuluit item eius qualicumque honori, quem ne infamaret, omnes illo priuilegio priuauit, paternè quidem quod neſcit mundus imitari, qui vt vnum exaltet & ornet, quamplurimos honore & fama expoliat, & vt ſe nobilem iactet, vniuerſum genus, & familiam dedecorat. Similiter etiam ne diceretur inimice agere erga illum, atque adeò eius intentaſſe traditionem, quia gloria inter cæteros defraudaſſet, *eo quòd huiuſmodi ſpectaculo caruiſſet.* Vnius ergo gratia omnes priuat gloria, vt diſcamus ſocios vitæ noſtræ iniquos fugere, ne nos; noſtræque familiæ funditus pereant. Quærit etiam Ambroſius [b], quare naufragij periculo laboret nauis Petri, in qua Chriſtus ipſe cum Petro & aliis diſcipulis exiſtentibus magnis fluctibus quatiebatur, & penè mergebatur, niſi imperaret Chriſtus ventis. *Hæc eſt cauſa periculi, erat ibi Simon Petrus, ſed erat pariter & proditor Iudas; la meſma era la barca, mas no eran los paſſajeros los miſmos. Quamuis illius fides* (nempe Petri) *firmaret nauiculam, huius tamen eam perfidia conturbabat: tranquillitas eſt, vbi Petrus nauigat, tempeſtas vbi Iudas adiungitur, licèt eſſet Petrus firmus ſuis meritis; perturbabatur tamen meritis alienis. Vnius ergo delicto cunctorum merita quatiuntur, caueamus proditorem, ne per vnum omnes fluctuemus.*

2. Petri 2. 7.

6.

a Sermon. de transfigur.

Quare Iudas vocatus non eſt ad proſpectum gloriæ.

b Tom 3. ſer 21.

Propterum commercio vrbes & reipublica plurimis aſſert incommoda.

Petrum, & Iacobum, & Ioannem, pauci enim debent eſſe amici, nam aliqui grauem ſuis humeris prouinciam imponunt vniuerſos in familiaritate ſuſtentandi, quo fit vt venalem habeant rem familiarem, tempus, vitam, & honorem, ſeruíque fiant eius, quem nec amant, cuius rebus applaudere, eáſque laudare coguntur, cùm omninò diſplicеant. *Confringet Dominus oſſa eorum qui hominibus placent. Traben molidos los hueſſos como con calça de arena y no oſan hablar.* Indignatur in hos Seneca, qui ſine electione amicos ſibi adſciſcunt. *Qui equum empturum*

7.

Pauci & lectiſſimi ſint amici.

tum

rus non ipſum inſpicit, ſed ſtratum eius ac frenos, ſtultus eſt: ſic ſtultiſſimus, qui amicum adſciturus, eum à veſtibus & opibus æſtimat. Quando vais a comprar vn cauallo mirais a ſolo el Iaez no ſino que deſpues de aver os informado de ſu condicion ſi la tiene de caſta viſto el color del pellejo y lo que pronoſtica pregunta da la edad mirada la trauaçon teſtera y eſtremos quitat decu eſa ſilla, quiero ver que fondo tiene eſte cauallo ſi le diran bien los adereços, ſi ſe ajuſtaran bien ſi voy batiendo con deſcanſo ſi eſo no baçeis h.llareiſte lleno de taches de aliſafes y eſparabanes y baran burla de vos en la primera ocaſion. Quanto mas vn mal amigo. His omnibus indiget electio equi, & nulla adhibetur in aſſumptione amici.

8. *In montem excelſum ſeorſum.* Onetoſus amicus videris Domine, qoare per aſpera ducis? *Conſolatores oneroſi eſtis vos, audiui frequenter talia. Canſada amiſtad peſada voz mortificacs, negad vueſtros guſtos retira os vn rato.* Aſpera hæc videntur primò illis hominibus, qui alias delectationes nec putant eſſe, nec inueſtigant, terrenis aſſuefacti, & quaſi ſatiati, ſicut nauigator ipſa inopia cogitur teterrimo pane vti, hos depingit

Cap. 30.

Iob, *Radix iuniperorum erat cibus eorum. La raiz de la malua o eſparto, dice Symacho. Heb. radix geneſtarum, rotbem, noſotros en Eſpaña retama.* Hæc mordet & corrodit homo pane indigens. D. Gregorius [a]; Iuniperus ſcatet ſpinis, has mordent auari, ſed quid agant, quos non alio pane dæmon ſuſtentar? ex eodem ligno carbones fiunt fortiſſimi, auari eoim alia deuorantes ſuam damnationem comedunt; nam clarè cùm videant peccatum, ſolantur, & ſatiant famem ſuam, *ello peccado es, pero que hemos de hacer?* O miſera vox! quid nobis faciendum? aſpirare ad diuina, accliuem aſcendere in montem, finis enim delectabilis minuit mediorum difficultatem, amara quidem potio, ſed quando acerbior eſſet, niſi gratia ſalutis ſumeretur? nego tamen effatum, & communem iniquorum vocem viam ad virtutem aſperam & accliuem.

a Super hunc locū.

Virtus aſpera non eſt, ſed vitium.

Eloquatur primò vera Senecæ Philoſophia [b]. Non eſt ardua ad virturem via, qualem vſque modò ſegnes & inertes putant, audeo affirmare virtutem faciliorem eſſe, compara tranquillum virum pacis amantem cum iracundo, qui vindictam meditatur ſumere, vide difficilem viam vnius, ſuauem alterius. *Quid ergo quieto animi otioſius, quid ira laborioſius? pudicitia vacat, libido occupatiſſima eſt, omnium denique virtutum tutela facilior eſt, vitia magno coluntur.* Conferas, quæſo, inter ſe pudicam & grauem matronam cum petulanti & turpi, qua tranquillitate potitur illa, qua perturbatione laborat iſta: *pudicitia vacat, libido occupatiſſima eſt*, hæc diem & noctem in viſitationibus, quarum maritus conſcius non ſit, conſumit, quando feneſtræ aderit, quando oſtio? quando litteras vel dabit, vel accipiet, quid laboris in ſedando amicum, in mittendo munuſcula, in obſeruando feſta, quantum periculi in ſubducendo ſe à marito, in extinguendis æmulationis igniculos, in obſeruando vultum, ſupercilia demiſſa, in rogandis famulis, vel pueris, vnde venit herus? quem ſecretò conuenit? ſubudoratus eſtne aliquid? nec familiæ curam gerit, nec filios erudit, neque filias aliam diſciplinam quàm prauos iſtos mores edocet, certè *occupatiſſima eſt.* Honeſtam autem ipſe ſpiritus depingit domus curam habentem, penſum cuique ancillarum præſcribentem, docentem filios, erudientem filias, cultui mariti ſui inſeruientem, & poſt hæc omnia tempus vacandi Deo ſupereſt, & rerum cæleſtium curam gerendi. *Pudicitia vacat*, vtrique *vitia magno coluntur.* Vides qua ratione hæc, quæ aſpera videntur, officia eſſe veræ amicitiæ, & obſequium præſtare, qui ad hæc amicum inuitat.

b Lib. 1. cap. 13.

9. *Et transfiguratus eſt ante eos.* Iam de externo cultu, quem decet Dei amicos, agit verus amicus Chriſtus. *Facies eius ſicut ſol, veſtimenta autem eius ſicut nix.* Nam ſatis experimur ornatum corporis, & nimium cultum parum oblectationis afferre, nec conuiuiorum ſuperfluitatem, nec famulorum cateruam, ſed lux vultus, munditıes veſtium, hilaritas in facie, modeſtia in ornatu; quantum autem ſumptus, quantum laboris, & angoris hæc vobis afferant, & ſcitis, & dicitis, quanta pericula ſubeat culta nimis & ornata mulier, omnes vno ore fatentur ſancti. Ante omnia ſalus animæ, & puritas conſcientiæ procuranda vobis, ſine valetudine enim omnia frigent, omnia amara & inſuauia ſunt, regnum, vxores, liberi; ideo Dauid ſalutem poſtulat, vt cætera grata ſint. *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, con ſalud todo ſabe bien, ſin ella todo amarga.* Ad veram autem animi lætitiam nihil præſtat veſtis pulcra, ſi peccatum animam fœdauit; Ioannes enim Baptiſta ſub aſpero camelorum pilo lætitia perfundebatur in anima; quàm triſtes autem ægráſque gerebant aoimas ſuas populi principes, qui ſplendebant in ſericis & purpura? Cùm medicus in putrida febre ſigna in externam cutem prodiiſſe videt lætatur, tunc enim cor humore expeditur, & dilatatur, vos verò veſtræque lætitiæ longè ſunt diuerſæ; foris enim blanda, ſuauia, & ſerica ornant corpus, anima verò prauis humoribus cilicinis aculeis compungitur, ægritudo enim ad interiora confugit, vbi eo periculoſior morbus, quo occultior, & ſpecie lætitiæ & bonæ valetudinis diſſimulatur; traosfigurat enim dæmon vobis ea, quæ promittit, & voſipſos etiam ornatu & ſupellectili transfigurare ſtudet, ſed certè omnia veſtra puerilia ſunt, & puerorum ſtudiis comparanda. Similes ſumus, inquit Chryſoſt. pueris, quos natura ducit, vt domunculas terreas erigant, cœnas & merendas imitentur, luſus & torneamenta fingant, & ſe papyraceis veſtibus picturatis induant, rideas illos alacres, expeditos, inflatos, reges & principes adumbrantes, O pueri ſinite domunculas & caſulas, ecce pater veſter altas & præclaras habet domos, quid papyru gaudetis? nónne cultiores, & pretioſiores ſunt veſtes, quas geſtatis? vide menſam patris ſplendidam, hæc tua ficta eſt, & vilis, videtis hæc? in nullo ergo à pueris diuerſi ſumus, *niſi quòd ea, quæ nos ad ſupplicium noſtrum facimus, illi imitantur ad ludum.*

Modeſtia in cultu externo & ſine affectatione.

Salus animæ & puritas cōſcientiæ veram ingerunt lætitiam.

Pueriles luſus hominum oblectationes.

Simile.

10. Vera igitur animæ corporiſque lætitia ea eſt, quæ à Deo in oratione animæ communicatur, vbi fons indeficiens gaudij ſpiritualis iugiter manat. *Et facta eſt, dum oraret, ſpecies vultus eius altera.* Alteratio iſta, nouaque vultus mutatio à diuinitate & anima in corpus transfundebatur; nec enim vera poterat lætitia eſſe, quæ in externa tantùm ſpecie conſiſteret, ideo prudentes vera gaudia perpetua & fundata eligunt, mundanæ gloriæ & feſta, & ſine cauſa ſunt, & vaniſſimæ,

Fons veræ lætitia oratio.

vaniſſimæ, quas optimè ſapientia Eccleſiaſtæ ſic comparauit: *Sicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla, ſic riſus ſtulti, ſed & hoc vanitas*; qualem putatis veſtram gloriam & exultationem? Certè inter tripodes, & cineres, titionéſque verſatur. Subiicit ruſticus ollæ ignes, & leuiſſimas paleas, vel ramos ſpinarum adhibet, ardent, inflammant, ſtridunt, ſplendet domus, feruet olla, è veſtigio autem omnia deficiunt, olla friget, epulæ crudæ remanent, cinis omnia conſperſit, triſtis domus nigra fuligine, tetra ſunt omnia, & fumo plena. Vna omnium veſtrùm eſt vox feſta, lætitiæ, oblectatio, exilite, triumphare, & pænè deſipere gaudio, *cañas, fieſtas, torneos, libreas*, durant hæc duos dies, triſte cor remanet, crudum, frigidum, peccati fuligine denigratum, ſex menſibus fatigatum, vnius diei gaudia præparando. Accipe boni amici ad amicum conſilium. Seneca [a] inquit: *Hæc ante omnia fac mi Lucilli, diſce gaudere; gaudij fundamentum, quod ſit, quæris, ne gaudeas vanis*, ſed rebus, quæ animæ inhæreant, & habitum ingenerent, ſicut ſapientia; imò noli tibi *vnquam deeſſe lætitiam, volo illam tibi domi naſci*, talis eſt Chriſti gloria, quæ ab anima & diuinitate in corpus deriuata ſplendeſcebat. In oratione autem hæc facta ſunt, ibi vera lætitia, ibi vel vnius verbi Dei meditatione dilatatur animus, ibi amicus verus amicos ſuos ſplendoris ſui radiis perfundit; ideo D. Auguſt. [b] *Accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtra non confundentur.* O quàm paruo labore ſolem orientem intuemur! Sic, inquit Gregorius, nullo conatu orationi poſſumus incumbere, accedite, *con ſolo voluer el roſtro eſtais a viſta de vueſtro diuino ſol*; pari paſſu quis poteſt ad obſcurum cubiculum, & ad clarum incedere, *con iguales paſſos podeis entrar a vn ſotano o ſalir a lo claro del patio.* Contingit igitur quotidie vobis ſolicitos eſſe, vel de lite aliqua, vel de euentu itineris, & ibi in obſcuro, in angure, & quaſi in tenebris meditationi vacatis, litteras ſcribitis, & hominibus rem commendatis. Nolite igitur in tenebris degere, pari facilitate poteſtis in luce commorari, meditamini hæc coram Deo tam negotia animæ, quàm familiæ, & hoc eſt orare, *accedere ad Deum, & illuminari*, quo nihil facilius, nihil illuſtrius. Nam ſicut vbi Deus erat Exodi 24. & terra vbi Deus apparuit Moyſi, *erat quaſi opus lapidis ſapphirini, & quaſi cælum, cùm ſerenum eſt, los terrones y peñaſcos donde hablaua Dios ſe transfiguraron en cielo y en ſaphiros*; ſic cùm in oratione quaſi lapidem otioſum te putas frigidum, grauem, & nullum in meditatione progreſſum agentem, ibi facies tua altera facta eſt, & quaſi cælum ſerenum luce circumfuſa à Dei præſentia. *Accedite ad eum, & illuminamini*, addit: *& facies veſtra non confundentur*, hoc eſt, haudquaquam iam opera tenebrarum facietis, quæ enim in tenebris fiunt, inquit Paulus, ſic turpia & fœda ſunt, vt nec proferre libeat quæ non perpetrant filij lucis, ſed qui à facie Dei propelluntur, & ingenti ſupplicio puniuntur, illo nempe, quo miſer ille affectus fuit, cui dicitur, *Mittite eum foras in tenebras exteriores*, vbi qui orant, ſponſo & ſponſæ comparantur; iſti verò ſeruis, qui interim in aulis obſcuris extrà miſſi iacebant, ſomno, & triſtitia ſepulti. Accedat igitur ad lumen Dei famulus, qui rationem redditurus eſt luminis, quo poſſet transfigurari, *in medio lapidum ignitorum ambulaſti, oratorios altares miſſas feſtas ſacramentos libros que a las piedras hicieran ſaphiros y carbuncos encendidos.* Et tu inter Angelos Lucifer? inter Apoſtolos Iudas? inter ſacramenta ſine gratia? in choro & pulpito ſine luce? inter candelabra myſteriorum fidei impingere & offendere? *Accedite.* Accedat rex inſtar Dauidis: *Perambulabam in innocentia cordis mei*, &c. Accedant fœminæ, quæ orationis tempus in colendo & comendo faciem conterunt, orate priùs, vt poſtea cultiores euadatis, inſtar Chriſti & Iudith, cui poſt rationem *contulit Dominus ſplendorem, la oracion es el arco y ſol donde ſalen los finos arreboles al roſtro.* Boni cibi eſus, vbi integra valetudo eſt, in facie nitet; ita cæleſtium rerum meditatio, & eſus, vbi ſana conſcientia eſt, in facie animæ ſplendet; vos verò terram inſtar ſerpentis comeditis, terram, inquam, ſolicitudinis, & amoris inanium rerum: quare *denigrata eſt facies veſtra ſuper carbones, non ſunt agniti in plateis, al que no trata de reçar apenas le conocereis que es Chriſtiano. Ideo accedite.* Accedant denique negotiatores, nec accuſent ſtatum, nec grauia onera matrimonij, & muneris publici obeundi. O vaniſſimas excuſationes! nunc in dubium verto, quis te in munus iſtud ingeſſit, Deus, an tu ipſe; nam mihi perſuadere non poſſum Deum vocaſſe te in negotium, vel munus, in quo ſine Deo opus ſit viuere, & ſine lumine quo maximè indiges ad præcipuum negotium. Ducebat Angelus Ezechielem per flumen, & cùm ipſe penetraret, aquæ eleuabantur, & vſque ad renes perueniebant, inde autem non progreſſi ſunt; ſi tu in talia negotia intrares, in quibus aquæ ſolicitudinum ſolùm ad genua, & vt plurimum medium corpus attingerent, crederem ego Dei conſilio, & duce Angelo adiiſſe cathedram, ſenatum, mercaturam; nunc verò aqua ad os vſque pertingit, & pænè curis demergeris, nec locus eſt reſpirandi, nec aſpirandi ad cæleſtia, nego ego hæc à Dei nutu, ſed à veſtra ambitione, elatione, aut auaritia nata fuiſſe exiſtimo, opus dæmonis, inquit Origenes, & illi perſimile, quo Pharao penſum iniungebat filus Dei, ne locus colendi Deum, & obſeruandæ legis ſupereſſet. Non ſic Chriſtus, ſed ſuos ſeorſum cogit, transfigurat, illuminat, *& transfiguratur ante eos.*

12. *Loquebantur de exceſſu.* Docet iam qualem ſermonem inter ſe veri amici conſerere debeant, & primò de paſſionis exceſſu leniter inter ſe colloquuntur. Domine aulici de illo ſolent verba facere, quod nouum in curia eſt, quare de tua gloria non ſinis agere aulicos iſtos? inſpicor noluiſſe Chriſtum de ſua gloria miſceri ſermonem, quia nemo, vt par eſt, de illa agere poſſet. Rogata ſpouſa de ſponſi pulcritudine, *Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto*, ingenioſè pulcritudinem Chriſti decantat. Caput eius aurum optimum, oculi eius columbarum, genæ eius velut areolæ aromatũ, labia eius diſtillantia myrrhã primam, manus eius tornatiles aureæ plenæ hyacinthis, crura eius columnæ marmoreæ ſuper baſes aureas, *guttur eius ſuauiſſimum*, elegantiſſimè & appoſitè omnibus omnia aptauit membris, quæ in creatis vel nitent, vel pretioſa ſunt, *no falto oro para comparar ſu cabeza a palomas los ojos a maçetas de clauellinas las mexillas, a cima de carmeſi los labios, a perlas y diamantes las manos, las co-*

luminas

Cap 7. *Vana gaudia ſæculi. Simile.*

a Epiſt. 53.

Innatæ ſit lætitiæ cauſa, non adſcita.

b In Pſal. 33.

11.

Nihil facilius quàm orare.

Oratio impertat animos qui Deo præſentes ſūt.

Tenebroſi curſamus in medio lumine.

Pſal. 100. 2.

Meditatio rerum cæleſtiũ facie & operibus manifeſtatur.

Nemo et amor ut aſſiſtimus ab oratione excuſatur.

Probatur exemplo ſacra Scriptura.

Sermones & conuerſatio amicorũ quales eſſe debeant.

Gloriam & æterna gaudia nequimus exponere.

lumnas alas del marmor blanco, y los pies a la baſas doradas. Cùm verò ad guttur venit, ſolùm dicit eſſe ſuauiſſimum; cui autem comparet, non inuenit, quia licèt diuina aliqua poſſimus inueſtigare, dum ad ſuauitatem, & dulcedinem gloriæ venimus, non tantùm non ſapimus, ſed etiam deſipimus, ob eámque cauſam obſerua Angelos, qui nulli gloriæ myſterio defuerunt, non ſolùm huic deſunt, ſed ſolus loquitur Pater, quòd ſi colloquuntur Moyſes & Elias, non de gloria, ſed de cruce, vnus audet loqui Petrus, & præ nimia dulcedine neſcit quid dicat, *llego vna gota de gloria a la garganta y lengua de la igleſia que es Pedro y ſubio ſe le a la cabeca. Hanc dulcedinem* (inquit Auguſtinus [a]) *Petrus omnium myſteriorum oblitus clamauit quaſi ebrius, dicens: Domine bonum eſt nos hic eſſe*, qui illam ſolùm libauerat, ebrius dicitur, in quo differt ab humana gloria, quæ multa debet eſſe, vt occupet caput, & impleat animum, *eſta es quinta eſſencia, ſtillam gloria, diſtillacion de trabaxos y fuego de tribulacion.* Et in hoc errauit Petrus, neſciens quorſum illa gloria ob oculos proponebatur, ideo nempe, vt ſicut vnius Iudith aſpectus omnes Holofernis armauit milites, & incitauit ad prælium, & ſicut magnes ferrum, inquit Baſilius [a], ita omnes ad arma vocauit, dicentes: *Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habet, vt non meritò pro his contra eos pugnare debeamus, arma, arma, quien os arrebata a hombres? quien tira de eſo açero de vueſtras eſpadas? vna gloria imaginada de quien hemos viſto vn ſolo retrato*; ſic Chriſti transfigurati aſpectus ſecreta magnetis virtute omnes fide & ſperantæ gloriæ à principio mundi ad arenam, & theatrum traxit. *Transfiguratus eſt ante eos*; videt Adam Cherubinum (res noua) enſe accinctum, (*como ſi vieſſemos vn abogado con eſpada*, nam *Cherubim* ſapientiam denotat) & ſtatim admonetur Adam, ſi velit gloriam recuperare per nimiam ſapientiæ cupiditatem amiſſam, per flammam, & enſem, & labores adepturum; regnum enim cælorum vim patitur. Rapitur Abel amore eius, & libenter in fide eius offert munera, imò negante fratre (vt aliqui aſſerunt) futuram bonorum remunerationem fatetur ille, & teſtimonium innocente ſanguine ſignat. Rapitur Patriarcharum chorus futuræ gloriæ fide, Elias, Noe, Abraham, Iob, qui in ſterquilinio iacens arida membra, & penè conſumpta fame, ſqualore, & lepra, vnius gloriæ fide & ſpe ſolatur triſte pectus, tergit lacrymas, & in immenſo doloris & angoris pelago hanc vnam quaſi pharum ſpeculatur. *Scio quod Redemptor meus viuit, & hæc ſpes mea repoſita eſt in ſinu meo, con eſta fe me entierren, & hi omnes teſtimonio fidei probati iuxta fidem defuncti ſunt, ponga ſe en el regiſtro dice pablo todos eſtos corrieron trabido de la hermoſura de la gloria por fee.* Refert Alexandrinus Clemens in ipſo ingreſſu ludi Olympici erectam eſſe Iouis ſtatuam pulcram, digito intento curſum deſignantem, ſubſcripto titulo, *Pulcer adiuuans omnes, el hermoſo que eſta ayudando a todos*, digito locum, pulcritudine præmium ſpectandum honoris ſignificabat. Hoc vno ficti Dei ſimulacro alij ad luctam, alij ad curſum, alij ad bouem humeris circumferendum incitabantur. Fugite vmbræ, puerorum næniæ, luſúſque ridiculi. Adeſt iam Confeſſorum chorus ad luctam

a Soliloquiorum c. 22.

Gloria oſpectus tenuiſſimus, aut ſtilla gloria rapit animos.

Iudith 10.

a Lib de virginitate.

13.

Gen. 3.

Gloria per labores recuperanda.

Amor gloriæ rapuit orbem.

Patriarchas ſolatur ſpes gloriæ.

14.

Excitantur a gloria Martyres & confeſſores.

præparatus, nudi, ieiuni, inglorij, non vitulos, ſed crucem geſtantes. *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis?* Reſpondet Dominus: *Euge ſerue bone, & fidelis, ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam.* Videtis aurum, honores, plauſus, quos reges vobis viuentibus Imperatoribus, imò & Chriſto Ieſu omnia ſæcula exhibuerunt, vides bona, quæ præſtitit, vitam, ſacramenta, Apoſtolos, matrem, reſurgens, aſcendens, in Thabore? hæc omnia *pauca* ſunt, ſi cum illis *multis*, quæ vobis ſeruo, conferantur. Iam virginum ſplendidus, & candidus grex pulcer apparet, *que es eſto doncellas; que es eſto ſiacos compueſtos y hermoſos, como dexais el talamo por los tormentos, las cortes por los deſiertos, que aueis viſto?* Transfiguratus eſt ante nos agnus innocens, aureo vellere & niueo ſplendens amictu, & ſicut ſol reperita luce pallidam ceram candidam efficit; ita nos in ſuam lucem, & candorem, & imaginem transformauit. *hirio eſe ſol en la cara de nueſtros cuerpos hizo los de luz y de gloria y por ella dexaremos quanto reſplandece en el mundo.* Sentitur iam armorum ſtrepitus ſanctiſſimorum Martyrum, qui facie Iudith perſpecta arma, arma, arma, arripiunt enſes, deuorant flammas, mortem. Auguſt. [a] *Stephano lapides & tormentum ſtilla illa gloria dulcorauit, craticulam beato Laurentio dulcem fecit.* Quid ſupereſt niſi vt principes, & duces Apoſtolos ad ſe trahat. Ecce vnus Petrus, qui nomine omnium ſapientiſſimè, ſi aduertas, deſipere incipit: *Domine bonum eſt nos hic eſſe.* Reliquerat omnia Petrus, ſed Dominus illi primam ſedem, reliquos etiam ſeſſuros ſuper ſedes duodecim promiſerat; modò verò vna iam ſtilla gloriæ prægustata voce omnium Petrus ait, Domine, Domine, cùm dixi reliquiſſe omnia, penè nihil habebam, & tui amore reliqui, modò verò pontificatum abdico, reſigno tiaram, da cui volueris, dum ab iſtius ſuauitatis ſtilla non recedam. *Hæc enim tua dulcedo*(idem ait) *ipſorum Apoſtolorum principes ſic repleuit, vt pro ipſa crucis patibulum vnus eligeret, alter quoque caput ferienti gladio ſupponere non timeret.* Quid Apoſtolos, inquam, Apoſtolorum principem Chriſtum ſic rapuit amor gloriæ corporis ſui, vt ſponſam crucem, fœdam, infamem, inſuauem, & aſperam adamauerit, vt per illius amplexus ad ſplendorem & gloriam corporis perueniret. *Qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta.*

Loquebantur de exceſſu; ſed dum de gloria colloqui terrenis non conceditur, vel de obtinenda agamus, vel de felicitate & proſperitate temperanda, ne pereamus. *Exceſſus* iſte Græcè dicitur *exitus* & *gloria*, priori modo legit Ambroſius [b], ſecundo verò Chryſoſtomus. Quare Chriſti mors triplici nomine nuncupatur, exitus, exceſſus, & gloria. Quorſum ergo de *exceſſu* ageret, quorſum de *exitu*, niſi vt admonitos faciat reges, & principes, ac prælatos, qui non ſolùm vt in alta fortuna ſtabiles ſint, ferreo indigere capite, ſed ibi, ne cadant, in memoriam reducere mortem, & quoſcunque honores, licèt habeant ingreſſum, exitum ſimiliter habituros, & vbi *exceſſus* gloriæ fuerit, ibi diminutionem & caſum debeant pertimeſcere, cui volubilitati omnis obnoxia eſt fortuna. *Sepan que las honorras como tienen entrada tienen ſalidad y como ay creciente de fauor y priuanças*

aſſi

Matth. 19. 27.

Virgines allectæ.

Acies martyrum rapitur amore gloriæ.

a Vbi ſuprà

Apoſtolos attraxit amor gloriæ æternæ.

Rapuit Chriſtum amor gloriæ corporis ſui.

15.

Mors Chriſti triplicitèr dicta.

b In com ad cap 9. Luc.

aſſi ay menguante y reſinxo que dexa a los hombres
en ſeco en auadando el mar. Ideo Clemens Ale-
a Lib. ſtrom. c. 5. xandrinus [a]: Ante fores, ait, templi idolorum
Mortis memoria tempore proſperitatum. tota omnium oculis proponebatur, vt talem
ſuam futuram fortunam exiſtimarent. Et S.
Hieronymus in illud Iſaiæ 65. *Qui ponitis fortu-*
næ menſam, in vltima die anni, futuri anni au-
guria ſumebant, ſumpta in vno eodémque vaſe
aqua melle mixta, vt certo augurio crederent
non ſic dulcem, fauſtamque fortunam ſperari
poſſe, in qua non aliquid aquæ vel ipſa immiſcet,
16. vel nos miſcere conueniat. Eccleſiaſtes cap. 11.
Dulce lumen, & delectabile oculis videre ſolem; ſed
meminiſſe debet tenebroſi temporis. Dulce, quaſi di-
cat (ô amici) gloria potiri, & facie Solis inſtar
fulgere, ſed agamus, amabo, de meo exitu & ex-
ceſſu morte complendo, vt & ego mortem ante
oculos geram, & nihil ſecuritatis ſine ſtudio &
Confirmatur exemplo ſacra Scriptura. labore vobis viſio gloriæ promittat. Quia ama-
bat Deus Ezechiam, ſecundam ſemper eius for-
tunam, & faſtum deprimere non ceſſauit. &
cùm ſemel recuperandæ valetudinis ſpem dedit,
fidem huius doni in horologij Achaz vmbra te-
ſtatam eſſe voluit, vt non aliis litteris merce-
dem, & gratiam acciperet, quàm vmbra vitæ
humanæ ſymbolo notiſſimo: *Dies eius ſicut vm-*
bra prætereunt. Rex (quaſi dicat) Solis eſt ſplen-
dor tuus, anni verò tui ſicut vmbra; quare o-
portet demitti & humiliari coram Deo. Idipſum
notum eſſe diſcipulis vult Chriſtus, nempe ſo-
lem eſſe, & ab immutabili diuinitate in corpus
fulgorem illum manare; corpus autem paſſibili-
tati obnoxium, mortis vmbris obſcurandum,
& mutuato ſplendore expoliandum, atque om-
nibus, qui in ſplendore modò ſunt, liquidum
eſſe vult fortunam omnem introitum & exitum
b 3. p. 4. 35. habere. Huc facit quod D. Thomas [b] obſeruat,
Chriſtum in transfiguratione non ſumpſiſſe do-
tem claritatis, ſed claritatem dotis, nam glo-
riæ dotes innatam ſibi vendicant perpetuita-
tem, ſicut ipſa gloria; cùm ergo hæc, qua re-
Honores parcè ſumere oportet. fulſit, perpetua non fuerit, non dos ipſa, ſed
claritas dotis nuncupatur, quaſi diceret: Vide-
te quàm parcè & temperatè in hauriendis hono-
ribus me geſſerim, nam cùm ante ipſum diuini-
tatis fontem extiterim, modico, & ad breue tem-
pus, ſplendore vſus ſum, vt me filium Dei agno-
ſcatis, non vt ſemper lumine amictus reſplen-
deam, mors mihi supereſt, reſtat ſepulcrum, &
pariter reges intelligant inſtar ſacerdotum ad
Temperantia eſt regia dignitas. regia munera obeunda ornari gloria & ſplendo-
re, peracto tamen munere exuendos eſſe digni-
tate, & famuli, qui hæc proſpiciunt, hanc apud
ſe concluſionem ſtatuant, regi ſubſeruio, quia
caput, quia Dominus, quia rex; non verò ob
ſplendorem; nemo enim ſapiens morituro Do-
mino inſeruit, nec ſolem adorat, qui eclipſis de-
liquia patitur. Sic autem placet Deo hæc in
ſplendore demiſſio, quia regi immortali ſe ſubii-
ciunt principes, vt è veſtigio per nubis cancel-
los auſcultans & collaudans adſit Pater æternus,
& in aulicorum colloquia ſeſe inſerat, *y aſſi en*
viendo tratar de humildad a los glorioſos el padre
eterno ſe vino a la platica, quod iam cecinerat
Pſalm. 49. Dauid, *Cognoui* (approbaui, placuerunt valde)
17. *omnia volatilia cæli, & pulcritudo agri mecum eſt.*
Pauonis gloria placet Deo. Placent aliæ aues, ſed quæ magis placet, eſt
quæ in pauone reſplendet gloria, & faſtus, cir-
cumfert enim oculatam, aureaḿque totam ſo-
lem abumbrantem, & diademate vario redimi-
tur, ſed in hac ipſa gloria extrema inſpicit, pe-
des contemplatur rudes, & inglorioſos, & to-
tam omnem colligit, dum ſordes pedum, &
exitum reſpicit. Vnde Chaldæus: *Gallus ſylueſter,* *Chriſti viatoris & comprehenſoris ſymbolum.*
cuius pedes quieſcunt in terra, & caput tangit cæ-
lum, cantat coram me. No ay muſica para mi como
la de eſte generoſo Rey hijo mio que con tener la ca-
beza en gloria y ſer Dios y ſu portion ſuperior bien
auenturada y el ſol en la cara, y ſu ſilla en las cum-
bres, pedes quieſcunt in terra. ſe trata como viador
y mortal. cantat coram me. guſto de ſu humildad.
ipſum audite. guſtad vos otros y haced le Rey,
Ideoque gloria in Dei regno datur ei quem ſic
commendat humilitas in media gloria, ſicut Io-
ſue, de quo ait Deus Moyſi, *Dabis ei præcepta*
cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ. Daras la
borla (Moyſes) a Ioſue, lea y iure la ley y da le
luego el vexamen y deſpues la borla. Et hæc qua-
lis eſt? *Dabis ei partem humilitatis tuæ*; hæc enim *Humilitas vera gloria & quæ Deo placet.*
eſt gloria, quæ Deo placet, quod etiam ipſe
præſtitit Moyſes, dum ſplendentem vultum ve-
lauit, quo & ipſe cuncta meliùs intuebatur, &
à cæteris meliùs poterat ſpectari. *Tome el lienço*
de ſu mortaja el mas Rey y ſeñor. O florida muger y
con el templara ſu gloria y vana gloria y ſera tras ube
benigno compaſſiuo y baxara del trono para remediar
ſu pueblo. Sicut Chriſtus, qui modica gloria fun-
ctus de exceſſu agit.

Nemini dixeritis viſionem, &c. quaſi dicat, ne- 18.
mo veſtrûm mortis verba faciat, donec poſſit *Non multum curandum de temporanea gloria docet Chriſtus.*
prædicare reſurrectionem, ne triſtentur filij mei,
dum ingreſſum vident ſepulcri, & non vident
exitum, expectate donec videant omnes, *Do-*
mini, Domini (eſſe) *exitus.* Nec de gloria aga-
tis, donec manentem immortalitatis veſtem re-
ſurrectionis induam. *Nemini dixeritis*, quaſi di-
cat, hæc quæ vidiſtis, liba ſunt dulcedinis, &
tenues ſplendores gloriæ, ſinite vt creſcant in
perfectum diem, neque ego ſermonem miſceri
de præmio volo, quod meis meritis & laboribus
adhuc proponitur. *no hecheis mano de luz y gloria* *Chriſtus quaſi lampas contempta eſſe voluit vt pati poſſet.*
mortal que ſe os quedara la mano bacia. Quòd ſi ipſe
manu tenet lumen, ideo eſt vt interiora abſcon-
dat: *In manibus ſuis abſcondit lucem, vt ſit ſicut* Iob 12. 5.
lampas contempta. Hoc eſt, inquit Gregorius [a], a In Iob.
abſcondit lucem, vt poſſet contemni in paſſio-
ne, *ideo lampas iſta contemnebatur, quia velut in*
laterna clauſerat, ne illis foris gloria emicaret; ne-
mo igitur hanc lampadem contemnat, dum latet, ne
contemptores ſuos, cùm de cælo fulſerit, exurat, dere-
pentè dicat, ego ſum. y ſe den en los pechos es poſſible
que a Dios offendi. Loquitur beatus Gregorius de
laternis, quas qui præferebat, videbat, à nemine
autem videbatur, niſi ſe amicis proderet; quare
inimicis ſcandalum fuit, ſed *parata fuit ad tem-*
pus ſtatutum, vbi Hebr. *parata nutantibus pede.*
vna tea reſinoſa de que no hacen caudal en caſa de
vn rico porque es humoſa y dura poco, vale vn gran
precio para ſalir de vn mal paſo vn paſtor. Ideo abſ-
condit lucem, & quaſi lampas contempta fuit
Chriſtus, vt in nocte huius ſæculi nutantes in
fide, & pericula mortis ſubeuntes adiuuet,
confirmet, & ſaluet, *& illic iter*
quo oſtendam illi ſalutare
Dei. Amen.

VER

Digitized by Google

VERBVM SPIRITVS ſancti Apoc. 21. v. 9. & 10.

Veni, & oſtendam tibi ſponſam, vxorem Agni. Et ſuſtulit me in ſpiritu in montem magnum & altum.

Gloria ſui ſpecimen præbet, vt æterno propoſito gaudio fides, ſpes, charitas certamen ineant, palmam arripiant.

DISCVRSVS CL.

1. VT dulcem redderet acerbam illam vocem, *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me*; pia Chriſti prouiſione effecit Chriſtus (inquit Venerabilis Beda [a]) vt contéplatione ſemper manentis gaudij ad breue tempus delibata, fortiùs aduerſa tolerarent Apoſtoli; quare vt vniuerſam Eccleſiam ad perferendos labores excitaret Ioannes, Angelus quidam, puta D. Paulus locutus eſt ad eum, dicens, *Veni, oſtendam tibi ſponſam vxorem agni, & ſuſtulit me in ſpiritu in montem magnum & altum, & oſtendit mihi ciuitatem ſanctam Ieruſalem, deſcendentem de cælo à Deo habentem claritatem Dei.* Voca, quaſi diceret, Eccleſiam, vt in Chriſto intueatur gloriam ſuis laboribus præparatam, voca omnes gentes ad cæleſte theatrum, *fluent ad eum omnes gentes*, ibi videbunt tria ſumma ſpectatione digna, primum ſponſam vxorem agni, quam poſtea ciuitatem ſanctã appellat, quia vna cõparatione non fit ſatis tantæ gloriæ explicandæ. Eadem de cauſa Chriſtum vocat *leonem & agnum*, vt fortitudinem illam oſtendat, qua qui leo erat, occidi vt agnus paſſus ſit. Sic videre licebit ſponſam agni, non ſterilem, ſed multorum filiorum & gaudiorum matrem effectam. Secundò *montem altum & magnum*, vbi Chriſtus ſedem & thronum figit, & cum iuſtis & amicis oblectatur. Ac tandem videbis *montem habentem claritatem Dei.* Nec tibi moueat admirationem triumphantem Eccleſiam in terris a Ioanne viſam, & vobis hodie eſſe propoſitam, congruentiſſimè enim & effingitur & prædicatur in terris, vt intelligamus iam per Dei gratiam nobis in regnum aditum patere, *inclinauit enim cælos, & deſcendit*; & ſublimitas, quæ homines ab illa videbatur arcere, paruo labore aſcendendi cum Chriſto de virtute in virtutem, in montem vbi compenſatur, ſtatim videatur à nobis *Deus deorum in Sion.*

a Apud D. Thom. in catena.

Gloria oſtenſio & manifeſtatio cur facta.

2. *Veni, oſtendam tibi ſponſam vxorem agni.* Primò ſponſa vocatur Eccleſia glorioſa, & cæleſtibus dotibus ornata, vt cum Chriſtum loquentem audiamus, *de exceſſu, quem completurus erat in Hieruſalem*, cauſam colloquij intelligamus, & de exceſſu mortis deſpicatiſſimæ mirari deſinamus. Quod enim facinus non aggrederetur talis ſponſus, vt talem tamque pulcram ſibi exhiberet ſponſam non habentem maculã, neque rugam? fœminarũ enim pulcritudo magnes amoris eſt, vt aiebat D. Baſil. [a] & ſicut perſpecta vna elegantiſſima Iudith, ſtatim Holofernis milites ferrum arripiunt, vt pugnẽt contra Bethuliam. *Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habet, vt non merito pro his contra eos pugnare debeamus?* Eadem ratione Deus Pater bellum paſſionis aggredienti Chriſto ſponſam lectiſſimã, & omni ſplendore decoratam, ſibique perſimilem oſtendit, ne graue illi ſit propter talem vxorem exurandam, crucem & ignominiam tolerare. Simile quid cum primo parente factũ legimus Gen. 2. & ponderat D. Chryſoſt. [b] cui vt vnam coſtã ſubduceret, ex qua fœminam effingeret, ſomno alto, vel ecſtaſi affecit, in quo coſtam illam (quam aliàs cum dolore poſſet intueri, ſi vigilaret) ſic veſtitã pulcritudine, ſic luce circumfuſam, ſic totius humani generis matrẽ effectam contemplatur, & myſterijs circumdatam; vt excitatus a ſomno etiamſi illam peccati cauſam, & ærumnarũ, & laborum occaſionẽ poſtea videret effectã, nullatenus excanderet, nec ab eius amore & ſocietate ſe ſubduceret: *vt ne ſentiendo dolorem mulieris ex ſe formatæ poſtea doloris memor infenſus fieret.* Ideo ſimiliter nouo noſtro Adamo ecſtaſis alta, dum oraret, data eſt, & dulcis veluti ſomnus immiſſus, & de exceſſu mortis & flagellorum agit, vt dum videt ex vna parte ſponſam amictam ſole, ſtellis coronatam, argenteæ lunæ innixam, vxorem effectam, & filium maſculum parturientem, non ægrè ferat illius cauſa ad alterũ montem myrrhæ tranſmigrare, vbi exceſſum amoris, ingentes dolores, flagella, dedecora, mortẽmque ſubeat. Eadẽ de cauſa cùm vos pœnitentiæ opera peragere opus ſit, lacrymas fundere, & preces, conſentaneũ fuit ad contuendam gloriã cæleſtem in terris accerſere, inuitare, & certamen veſtris oculis obiectum repræſentare. *Transfiguratus eſt ante eos.*

Chriſtus amore gloriæ ſponſæ ducius mori non dubitauit.

a De virginitate.

Quorſum ſopor irruit in Adam.

b Hom. 15. ſuper Gen.

Amore Eccleſiæ Chriſtus multa perferre decreuit.

Apoc. 12.

Quando præconio publico indicitur, aut haſtiludium, aut equeſtre torneamentum, ſtatim in platea aureum periſtroma ſuſpenditur, de quo ampliſſima præmia venuſtiùs & fortiùs cõgreſſuris equitibus pendent, edictum & leges certaminis proponũtur, iudices cõſtituti proprijs nominibus appellantur, *todo el cuydado de los miños y ruſticos aquellos dias es el eſtar ſe abanſanados y ſuſpenſos mirando los premios hechando ſeſo a monton del valor de ellos lexos eſtan ellos de ganarlos.* Vna cura ruſticorum & puerorum eſt illis diebus aperto ore vaſa aurea & argentea contemplari, veſtes Attalicas, aureas, & ſericas, annulos, torquéſque perpendere, ponderare, ac temerè de eorum valore & pretio agere, nulla alia exhibita opera, nemo iſtorum præmia tollet. Pertranſeunt tamen illac terni aut quaterni equites, qui nõ curioſè, ſed totis oculis cõtemplantibus præmia prætereunt, inter ſe de haſtis elaborandis, de equis inferendis, de inſtratis equorum, de coloribus, de armis agunt, ac ſubinde tela in ſecretiori campo præfixa equũ erudiunt, vt inter currendum telæ inhæreat, & de frangendis pilis ſumma contentione laborant; hi quidem præmio ſine dubia afficientur. Diuinæ & ſupercæleſtis gloriæ nos certamen vocat, liberales & illuſtres equites Chriſtianos inuitans, pendet ſub cæleſti periſtromate in vertice montis æternæ gloriæ pondus, & claritas Dei, agite equites gloriæ auidiſſimi, viri delicioſi, & delicatæ fœminæ corporum indulgentiſſimę. veſtra intereſt *redemptionem corporis veſtri* hodierna die cupere, & obtinere, 3.

Spectacula & ludus publicus.

Inuitat nos certamen gloria.

tinere, Rom. 8. *Et ipſi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis noſtri*, quia, vt explicat Ambroſ. adhuc expectamus adoptionem ſecundùm partem quæ eſt corpus. Et Theodor. Nomé quidé accepimus, rei autem tunc
a Epiſt 22. b Lib. de reſurrect. carnis. erimus participes. Ambroſ. [a] & Tertull. [b] Ideo inſipientiæ notatur Petrus, quia aperto ore ruſticorum more, ſolo præmioru intuitu in ſempiternum frui contentus erat. Scitis quinam præmio afficientur? Generoſi vtique Chriſtiani, qui, ſicut D. Ioan. gloriæ præmiis tenuiter conſideratis nihil de præmio egit, neque de gloria, ſed de cruce, & Caluarij montis myſteriis. Quãobrem ille dux noſter, qui cæleſti gloria fruebatur, in anima quaſi premium paſſionis ſuæ etiam corporis gloriam obtinere nititur, quare ad haſtiludium paſſionis ſe cõparat, duóſque ſodales & patronos, Moyſem & Eliam, vocat, & aſſumptis fortioribus tribus, Petro, Iacobo, & Ioanne, ſeorſum ducit illos, ibique de exceſſu loquitur, armat ad certamen, ad haſtam, ad crucem: armat eos primò fide contra tẽtationes, & idololatriã:
Capita discursus. ſecundò ſpe, vt viſibilia contemnant: tertiò denique charitatis ſpecimen præbet, vt ad operãdum excitet, ſicque victor euadit fides, cuius ſignifer fit D. Petrus; exultat ſpes, cuius ſignum præfert rubro ſanguine tinctum Iacobus; triumphat denique charitas, quæ à Thaboris vertice Chriſtum in verticẽ Caluariæ traduxit, cuíſque amoris vexillifer dilectus diſcipulus fit, & conſtans amoris prædicator. Quid vos interdũ agitis? *os aueis de eſtar enbeleſados mirando los premios? bueno es eſo? alto al arma que entra la fee a armar ſe y anbraçar el eſcudo fuerte.*

4.
Quæ in fide difficiliora videbantur hoc illuſtrantur myſterio.
Tria in fide noſtra difficiliora creditu viſa ſunt. Primum Chriſtum filium Dei credere, cùm ſolus homo videretur. Secundum gloria potiri in anima, quem in corpore pati plurima videbamus. Tertium ſupremum iudicandi poteſtatem habere, qui à Pontio Pilato iudicatur, & morti adiudicatur. Quarum trium difficultatum licèt humanis ſenſibus Apoſtolorum ſigna clariſſima præbeat, & apertè deuindicet, fidei tamen obſequio mentes noſtras captiuare iubet, & nemini myſteria dicere, ſed fidem ab omnibus exhiberi.
2. Pet. 1. *Habemus enim propheticum ſermonem*, &c.

5.
c Serm. de transfiguratione.
Oſtendit primò (inquit Leo Magnus [c]) *hominem pariter ad Deum eſſe*, gloriã detegens animæ & diuinitatis, & vtriuſque radiis, & fulgore mortale corpus perfundens, vt planè gloriam quaſi vnigeniti à Patre habere fateamur. Quamobrem
Cur hi duo Patres antiqui ad transfigurationem vocati.
duplici de cauſa Moyſes & Elias teſtes myſterij adhibiti ſunt, vt Moyſe ibi exiſtente ab errore liberaretur Iudaicus populus, vt notat Conciliũ
d Hom. habita à S. Cyrillo.
Epheſinum [d], dicebant namque: *Nos ſcimus quia Moyſi locutus eſt Deus, hunc autem neſcimus vnde ſit.* Et quid ad hæc Chriſtus? *Amen amen dico vobis, neque vocem eius vnquam audiſtis, neque ſpeciem eius vidiſtis, & verbum eius non habetis, in vobis manens; quia quem miſit ille, huic vos non credidiſtis.* Hic verò Moyſes veſter & me vidit, & Patris vocem audiuit, & audierunt vocem in magnifica gloria Apoſtoli, & dum hi duo viri diuinitatẽ zelãtes, qui idololatriæ cauſa multos peremerant, nunc tacent, nunc conſentiunt, & gloriæ participes fiunt, taceant etiam perfidi Iudæi, nam, vt bene notauit Theophyl. *Non enim Moyſes aſtitiſſet ſuo aduerſario, neque Elias ipſum tuliſſet.* Secundò etiã iſti vocãtur, quia ſi qui inter homines diuinitatis candidati eſſe poterant, hi erant maximè; inter quos ſolus Chriſtus filij Dei charactere inſignitus euadit. Sicut quando primũ Sacerdotem ſummum creare voluit Pater, principes populi virgam in manibus tenere iubet; ſic autem exiſtentibus en ſubitò de Aaronis virgã frondes & flores erumpunt, ſiccis interim reliquis manentibus. Sic te, ô mi Redemptor, inter Synagogæ
Prodit ſe diuinitas in Chriſto & gloria in anima.
principes conſtituo, inglorij & obſcuri remanent illi, dum è tuo capite folia, frondes diuini ſplendoris progignuntur; & natiua feracitate ſplendor diuinitatis affulget. Iamque opinio illa, Meſſiam, vel eſſe Eliam, vel Moyſem, aut vnum ex Prophetis, euaneſcit, tua diuinitate tanto teſtimonio ſtabilita *. Hoc ipſo veritas ſecunda munitur, nempe habere gloriam in anima. De hoc Iſai. 9. *Populus, qui habitauit in tenebris, vidit lucem magnam*, loquitur de Chriſti humanitate, ſicut de luna, quæ cùm orta eſt in Bethleẽ, maximè lætata eſt Iudæa. *Et aggrauata eſt terra Zabulon*, id eſt, grauis facta, quia primùm illuſtrata eſt Chriſti miraculis: attamen cùm Chriſtus mortis eclipſim pati voluit, & lunæ eclipſis ex eo fiat, quo tellus inter ſolẽ & lunam ſeſe interſerat, cùm corpus Chriſti morte ingruente obſcuratum maneret, cùm item anima ſecundùm appetitum clamaret, *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* Ex hac lamentatione errandi cauſam ſumunt Hebræi, & dicunt nõ habere gloriam in anima, qui ſic exclamat. At cùm luna, hoc eſt, anima Chriſti ex ſuperiore parte claritatem nõ amiſiſſet, duo mirabilia patrata ſunt. Primum, vt Iudaicos populus obſcura caligine circumfuſus, prima etiam illa luce, quæ orta eſt illis, deinceps deſtitutos remanſerit. Secundum, vt hæc eadem lux eodem tẽpore in reliquas orbis nationes affulſerit, & diſperſa ſit, & hoc eſt, quod ſubdit Propheta, *Populus, qui habitabat in tenebris, vidit lucẽ magnam.* Et qua ratione peracta ſunt hæc duo? *Sicut in die Madian*, quando nempe vincet dæmonem, & errorẽ Iudaicum, & captiuabit gentes in obſequium fidei ſine ſtrepitu cum tribus diſcipulis, luce ſolùm diuinitatis, quando nempe, ſicut in Madian, lagena corporis frangatur in Thabore & Caluario, & lux diuinitatis, & gloria animæ ſplendebit, & exclamabit Gentilis, *verè filius Dei erat iſte*, & Dionyſius, aut auctor naturę moritur, aut naturę ipſius machina diſſoluitur dum interim Iudaica terra obſcurata & obcæcata remanſerit.

6.
* Eãdẽ cauſam reddit D. Thom. 3. p. q. 45. a. 3. ad 3. vt quãta ſit diuerſitas inter ſe & alios Prophetas, & vt in fide aberrore liberos faceret maxime Eccleſiæ principes, fidei magiſtros: vulgi enim de Chriſto opiniones non nocebant, at apoſtolica dubitatio quomodo muniretur: ſi enim ſal euanuerit, in quo ſalietur? ideo D. Petro dixit, *Ego rogaui pro te Petre*, &c. Quare non pro aliis rogas Domine? inquit D. Leo, in pari periculo conſtitutis reſpõdet ille: *Commune erat omnibus Apoſtolis periculũ de tentatione formidinis, quia & diuinæ protectionis auxilio pariter indigebant, tamẽ ſpe ialis à Domino Petri cura ſuſcipitur, & pro ſide Petri propriè ſupplicatur, quaſi aliorũ ſtatus certior ſit futurus, ſi mens principis victa non fuerit.* In Petro omnium fortitudo munitur.

7.
Secretũ hoc gloriæ Chriſti abſconditæ, ac deinde proditæ comparat D. Bonauẽtura [a] fœminæ, quæ promiſſam cæſariem aluit, quæ cùm vitta cingitur, vel reticulo in capite conuoluta continetur, capiti ſolùm dignitatem præſtat, at cùm paſſo capillo pectine cæſariem diſcriminat, ecce ornatus ille & aureus fulgor non iam caput ſolùm, ſed collũ, humeros, pectus, pectinẽ ipſum, & manus auro quaſi veſtit, & condecorat. Fulgebat equidem Chriſti caput rectè conſiderantibus opera & miracula: *Caput eius aurum optimũ*, vitta tamen quadam continui miraculi capillos aureos & gloriã religatam in vertice ſiſtere fecerat. Hodierna tamen die coram Patris diuinitate quaſi in ſpeculo coram diſcipulis, & Prophetis diſcriminat cæſariem, pandit capillos, & vera gloria animæ ad humeros, ad manus, ad veſtes vſque diffunditur, ſplẽdor enim eius natiuus eſt: *In ſplendoribus ſanctorum tecum principium*, non enim alienis & emẽdicatis capillis anima Chriſti exornatur, & nihilominus tacuit, & texit gloriam,

a In hunc locum.
Gloriam continebat Chriſtus in ſuperiori parte animæ.

tiam,

Digitized by Google

Glorioſuli ſumus, & auidiſſimè humanũ plauſum & aſpectum captamus.

riam, vt noſtram confundat vanitatem, quæ vix dum aliquid ſanctitatis, ſapientiæ, aut diuitiarum habemus, cùm ſtatim ſigna vendibilis vini tamum proponimus, &, quod iniquius eſt, vendimus, & ſigoa præferimus earum rerũ, quas non habemus. Et qui de plebe eſt, veſtibus ſe nobilem oſtentat, & qui ignorans, alicuis codicibus ſapientiam iactat, & iuſtitiæ miniſter fallacibus verbis, & ouina pelle lupinos mores cõtegit; iuſti verò minime, ſed theſaurũ, vt Chriſtus, in vaſis fictilibus ſeruant, & cùm contumptos putant, oriuntur vt Lucifer, & gratulantur illis cælum. *Scio tribulationem tuam, & quod diues es, & blaſphemaris*, &c. imò & ſibi gratulantur, ſicut ille:

Horat. 1. Serm ſat. 1.

———Populus me ſibilat: at mihi plaudo
Ipſe domi, ſimul ac nummos contemplor in arca.

8\.

Futuri iudicij poteſtatem prodit Chriſtus.

Tertium, nempe *Iudicem eſſe omnium hominum*, apertè demonſtrat iudicij quadam manifeſtatiooe adumbrata. Ideo venit in nubibus, & ſedet in ſede maieſtatis ſuæ, duos illos, Moyſem & Eliam affert ſecum, vt notauit D. Hieronymus, Eliam, qui claudat cælum, Moyſem, qui Enoch repræſentet, qui virga percutiat terram, vultus fulget vt ſol, qui minutiſſima crimina in lucem efferet, ſolùm illi proximi erunt iuſti, qui quaſi niuea veſtis ſoli Chriſto inhærent, etiãſi pertimeſcant, & in facies ſuas cadant, ibi non erit clementiſſima mater deprecans, ſicut neque in Thabor. Adſunt ſeueri aſſeſſores, qui & Iudæos damnabũt, & Arrianos cõfundent *, & peccatores. Hæc eſt fides noſtra, cuius vexillum Patri noſtro Petro defertur, qui illis verbis Chriſti armat Eccleſiam: *Eſtote fortes in fide*, ſicut cùm miles fluuium rapidum haſta innixus traiicere conatur, expertus dux admonet, vt pilam in medio flumine collocet, etiamſi vbi figat eam, non appareat. Deinde vtraque manu, hoc eſt, quatuordecim articulis comprimat, & conſtringat pilam, ſicque corpus illi traiiciendum committat: nam & illa tenet illum, & ille tenet illam. Eadem ratione fidei difficultates hoc myſterio ſuperandas docet D. Petrus, ſumpta ſæpe pila fidei noſtræ, & in profundo collocata, *O que no veo donde aſienta la fe*: nihil intereſt, inquit Petrus, credite. *Nos vidimus cùm eſſemus in monte*, fidei articulis haſtam tenete, & premite, nam fides tenet vos, & vos tenetis fidem, &, vt ait Eccleſiaſticus, *Homo ſenſatus credit legi Dei, el la tiene, & lex illi fidelis, y ella le tiene a el.* Proponit mundus gloriam, ſed oſtendit fides vanitatem eſſe, allicit caro, fides iudicis conſpectu exterret, & voce tubæ grandi, ſecretum fore promittit: negat fides quidquã poſſe eſſe occultum, quod à facie Solis transfigurati non detegatur. Modò gaudendum nobis eſt, faciamus hic tria tabernacula, obſtruit os fides, *neſciebat quid diceret*; terra nonc præ manibus eſt, reſpondet fides; & cælum in oculorum proſpectu, modò temporanea tenemus, poſtea æterna præſtolamur, *du penn ver tantos exceſſos calla dice la fee; Eſt qui quærat, & iudicet. ecce de exceſſu, quem completura eſt ciuitas ſanguinis, agit iudex noctu cum amicis ſuis fortes in fide.*

Forres in fide eſſe iubet D. Petrus.

* Conſubſtantialis & æqualis eſt Patri, dicitur enim illi: Hic eſt filius meus. Si filius, ſimilitudo eſt, nõ carnis: ergo diuinitatis ſimilitudo in ſubſtãtiis eſt identitas: ergo idẽ eſt cum Patre quoad ſubſtantiam.

Simile.

Quæ paſſe à fide docemur & firmamur in veritate.

Cap. 3. 3.

9\.

Spes Chriſtiana munitur ad expectandũ ſemper laboris gloriam.

En iam ſpes Chriſtiana armis ſe munit, & hoc myſterio corda fidelium erigit, & vox tubæ perſonat alacriter. *Quieſcat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis, quia eſt merces operi tuo, & eſt ſpes in nouiſſimis tuis. ſuena el clarin alegre animo, animo; no aya mas Chriſtianos, nadie deſmaye en la*

Ierem. 31.

penitencia, que ay premio para vueſtras obras, que ay eſperanza alla en lo poſtrero. Poned los ojos en aquel eterno premio ca que ſe deſcubre la gloria alo el puerto ya ſe ponen los donſeles y ſe tienden los brocados ojo al premio caualleros Chriſtianos. Angeli cæleſtis patriæ velum ſubducite fidelibus iſtis, ſpes bona illa expandat æterna, vbi ſpes omnium quaſi anchora figitur. Tria hæc vidit Ioannes: *montem magnum & altum, claritatem Dei ſuper illum, ſanctos item transfiguratos gloriam ſpectantes.*

10\.

Monti gloriæ calamitates non ſubeunt.

Quis Thaburis decorem, & lucem depingat? *montem altum*, cuius altitudinem non audent aſcendere mortalium calamitates, & infortunia, ſicut nec ad Olympum montem venti conſcendunt vbi cineres derelicti non diſperguntur, illuc non tempus, non caſus, non ægritudo, non timor aſcendunt, inquit D. Auguſt.[a] Quid de pulcritudine? terrena enim venuſtas eſt ſpecies quædam, non nata, ſed data creaturis, illa verò claritas Dei eſt ab ipſo immediatè nata & cõmunicata. Ne mihi obiicias latiſſima prata vacantia viriditate, & amœnitate plena, varietate florum, herbarum fibris & folliculis conueſtita, non lucos & ſyluas latiſſimas vaſtiſſimaſque, nec ſaltus & receptus animalium, nec ſylueſtres arbores, vetuſtiſſimas quercus vmbris minutiſſimam herbã tegentes, Solis ingreſſum præcludentes, ramis vicinis ſeſe implicantibus, & inflectentibus variè, vt reperata lux flores vario colore, viridi, pallido, candido, rubro, quaſi in picturata tabula variet, atque cõueſtiat. Ne hæc memineritis, *Species enim generator hæc omnia conſtituit, el que eſa hermoſura hizo es la hermoſura del Thabor.* Ne me ruſticari cogas, & in montem alium aſcendere, vnde quæcumque appetiuero, colluſtrabo terram, lucos valde denſos, amœniſſima viridaria, ſyluas opacas, altiſſimas valles, viridiſſima prata, cultiſſimos hortos, vberrima paſcua, villas amœnas, vaſtiſſima flumina. Nec fontes perlucidos adire & audire, qui per cryſtallinos riuulos, ſonoro ſtrepitu fracti ſpumant, & ſaxa minutiſſimis gemmis irrorant. Quid vitis altitudinis ambitioſæ meminiſti? quæ trunci caducam naturam fulcris & clauiculis ſuſtentat, & quaſi nupta vlmum amplexatur, ornat foliis, fœcundat ſterilem, & multiplici lapſu & erratico pampinorum amplexu quaſi manibus apprehendit, & racemis condecorat? Quid vitidem hederam, quæ ad vicinam arborem amicitiæ ſimulatæ vinculo iuncta, & illi adhæreſcens in immenſam altitudinem ſurgit, pérque truncum & ramos repit, & eos ſquammata veſte, amplexu multiplici in ſummitatem vſque contexit; *ſpecies enim generator hæc omnia conſtituit, el que la hermoſura hizo es la hermoſura del Thabor.* Taceat argenti candor cupidis manibus inhæreſcens, auri fulgor oculos rapiens, & animos, pretioſæ gemmæ polcrique lapilli, qui de pulcritudine cum aſtris, ac de perpetuitate decertãt; taceat cærulei palatij cõcameratio ſplendida aſtris teſſelata fulgentibus; taceat argenteus lunæ orbis, orbíſque lux ſplendidiſſima, ſol; *ſpecies enim generator hæc omnia conſtituit*, vt cùm pelliciat animos veſtros creaturarum amor ad veram pulcritudinem conuertentes oculos, ſic philoſophemini. *Quòd ſi ſpecie delectati deos putauerunt, quanto eorum Dominus ſpecioſior eſt? ſino ſiendo el ſol ſino paje de hacha y la luna lampara del zaguan y la tierra el tinelo de ſus pajes y las eſtrellas dueñas de honor de ſu eſtrado ſe aſ-*

a In meditationibus & manuali.

Simile gloriæ in pratis.

Sap. 13. 3.

11\.

Simile gloria in montibus & viridarijs.

Simile gloria in auro, lapillis & aſtris.

ficionaron los hombres tanto que las adoraron, tu fuente de gloria quel feras? que hermoſura moſtraras? en el Thabor de tu gloria? Ponite in vna menſa, aut in veſtro conſpectu conſtituite quidquid ſenſibus iucundum eſt, auium geuera, eſculentorũ ſpecies, quod in aëre volat, natat in mari, viuit in terra, fingite menſam inſtructiſſimã, dulciorem cantum, feſta lætiſſima, viridaria amœniſſima, vrbes clariſſimas, ludos apparatiſſimos, ſpectacula maximè viſenda, veſtes ſpecioſiſſimas, exercitum florentiſſimum, diſputationes acutiores, libros argutiores, plauſus incredibiles, victorias glorioſas, nuntia exoptatiſſima, euentus fauſtiſſimos. Peſſundate omnia, abiicite, & dicite cum Auguſtino [a], *Habem hac vna delectationem, non vt Deus meus, qui fecit omnia.*

Simile quod gloria in ſplẽdidiſſimis cõmunis ſitis plauſibus.

[a] Vbi ſuprà

12\. Iuſtorum pulcritudinem quis deſcribat? niuea veſtis erat, & fulgor & ſol, qualis putas erit ſeruorum ornatus, famuli enim ducis aut regis ornatiores prodeunt feriatis diebus dominis ſuis, vt ex ſumptu & ornatu dignitas heri ſui dignoſcatur. At in ſolenni feſto, vel in nuptiis ornatiſſima omnium fulget veſtis principis. Conſiderate lilia, pauones Indicos, paſſeres, ſolem & aſtra, cultiores quidem prodeunt hominibus: at cùm homo ex hac humana mẽdicitate emergat, quibus putas veſtibus gloriæ decorabitur in Thabore? videbis ibi cæleſtem regem repoſitos theſauros ab ęternitate pandere, & ſicut in Thabore in conſpectu iuſtorum ſimul omnia bona à conſtitutione mundi ſeruata depromere: *Pater omnia mea tua ſunt*, & hæc omnia dedi iuſtis meis ſimul, ſemel æterna in æternum. O verbum ineffabile! quis poterit explicare quæ contines? *en vn punto he de gozar de todo Dios y de ſus eternos bienes juntos y eſſe punto es eternidad* [b]. æternitas enim optimè puncto comparatur. In antiquis conuiuiis Hiſpanis fercula deferebantur Hiſpano more, *ſeruia ſe a la Eſpañola.* Primo ferculo, quod eſſet futurum ſecundum, ignorabant accumbentes, quouſque primum manducauerint, quare de vno tantum cibo poterant delectari, & iucundè veſci; modò verò, cùm iam Burgonico, aut Gallico more epulantur, *a lo de Bergoña*, vbi omnes epulę, dapéſque diuerſæ tumultuariè proponuntur, non ſolùm libenter vno ferculo vtitur conuiua, ſed omnes pariter guſtat & reguſtat, viſu, olfactu & guſtu, & vno quaſi momento omnium ſuauitatem deguſtat. In hac mortali vita inuitamur quidem à Deo, verùm deferuntur fercula more Hiſpano, hodie enim mãducamus, quid autẽ futura ferat dies, vel annus, neſcimus. (*ſi ſe cojera trigo el año que viene?*) in cælo autẽ Germanico more omnes delectationes, quas percepturus es in æternitate, in vno & quolibet inſtãti percipies. Audi Iſai. *In illa die vinea meri cantabit ei*, vinea Deo grata, & quæ vinum merũ, hoc eſt, generoſum produxit, inueniet Deum ſibi liberalem in cælo, nã & vinum flaueſcens & ſplendens dabit ei, merum non mixtum aqua, quia, vt notauit Hieron. vinum dilectum habet aliquid fraudis: *cantabit ei*, cantate ei Angeli, *dad les mill parabienes a mis iuſtos. Ego Dominus, qui ſeruo eam repentè propinabo ei, eſtad attentos, mirad como le doy ſu gloria y gozo*, repentè propinabo, repetitum potũ indeſinenter ſingulis momentis ſtatim ſine dilatione indeſinẽter in æternitate iteratione beneficij vas omnium bonorum propinabo ei, *brindarele al punto eternamente otro y otro y otro vino de todos los guſtos eternos ſin ceſſar.*

Pulcritudo iuſtorum & decor gloria. A ſimili.

Summa gloria in puncto quolibet ſempiternus ſimul bonis frui.

[b] P. Salmerõ in Paulum.

A ſimili.

Cap 27.

Sic habet verbum Hebraũ lirgaim, repetitionẽ ſignificans, momentum & continuationem.

Neque propter hoc exiſtimes vno hauſtu gloriam omnẽ iam percepiſſe, ſupereſt gaudiorum vberrima ſeges, nam regis noui regni expugnatoris non vnum eſt gaudium, nec vna de cauſa, ſed delectant nuntij noua portantes, illuſtres captiui, quos vinctos deferunt, infinitus plauſus, quo ſuſcipitur in vrbe, gratulationes fœminarũ, cãtilenæ paſſim hiſtoriam narrantes, luſtoriæ facinorũ, nuuorum ſubditorum aſpectus, diuitiarum aceruí, redituum acceſſio, noua ſtẽmata, humilis ciuium claues vrbis offerentium demiſſio, ac denique nouæ ſedis & coronæ vſurpatio. *Beatum dixerunt populũ cui hæc ſunt, eſta llaman gloria en la tierra.* Accede tamen, ô ciues cæli, cui bonorũ omniũ eſt gaudiorum cumulus coaceruatus ab æterno. Ille per cæli fores ingreſſus ſplendidus, illa mœniorum altiſſimorum conſideratio turrium & murorũ inexpugnabilium, quæ ingenia bellica nulla demolientur, luſtratio, illa portarũ amplitudo: *portæ eius non claudentur*, ille Angelorũ comitatus, illa diuitiarũ regni Dei direptio, illa theſaurorum reſeratio, ille Salomonis regis cautiſſimus ac ſplendidiſſimus apparatus. *Omnes reges afferent in illa gloriam ſuam, todos los reyes tienen alli pueſto apparador de ſu grandeza.* En ſeipſum prodit cor Pauli amore & zelo ardens, ecce Ioãnis lyncei ſplendent oculi, ecce eburneũ Agnetis corpus aureis ſuis capillis coruſcans, Hieronymus ſapientiam ſuã, Auguſtinus ſagittis traiectum cor, Chryſoſtomus concionum gloriã, Stephanus lapillos coronæ, ignitos carbunculos Laurentius offert. Eſtne plenus? *Interroga vltima anima tua, ſi capere poſſint gaudium de tanta beatitudine ſua.* Ecce fructum adinuentionum tuarum comedes; nam diua mater Maria gloriã virginitatis, & maternitatis, flores virtutum mittit, & roſas, horarias preces videlicet, quas in eius honorem fudiſti: accipe coronam iſtã propter cultum, quem mihi in altaribus meis exhibuiſti, & vltra hæc me ſequere, videas iam filium meum, quis inter flores, inter virgines vacantem videat agnum illum Dei? vide corpus illud, vbi animæ ſedes eſt, ac diuinitatis ſacrarium, vide gloriam erumpentem, caput aureum Angelorum primarum tenens æterno ſmaragdi diademate redimitum, deſcende ad argenteam, teretémque frontẽ, & oculos pellucidis fontibus Heſebon clariores, genas rubore virgineo & candore reſperſas, quid labia rubentia? quid eburneum collum? quid lacteũ pectus? ecce ſicut agnelli tenerrimi ex inopinato in pectus illud incidunt, vnde gloriæ & omniũ delitiarum flumen dimanat. O pelagus! ô mare æternæ gloriæ! ô dulcis aſpectus! ô bone Ieſu amor fidelium animarum, viſurus ſum te aliquãdo? quid eſt, quod vobis vltrà contueri libeat ô oculi? *guarda os ojos para tanto bien.*

13\. *Extenſio cæleſtis gaudij & acceptatio. A ſimili.*

August in manuali c. penult.

Chriſti Domini glorioſa pulcritudo.

Ambroſ. de virginibus.

Summam ne putas tenuiſſe gloriam, nondum gloriæ ſubſtantiam attigiſti. Ecce in vertice Thaboris *claritatem Dei.* En oculi ſanctiſſimæ Virginis, omniúmque beatorum in vnam nubẽ ſplendidiſſimã collineantes, vbi diuinitas, vbi inuiſibilis deitas ſeſe pro captu & viſus perſpicacitate viſenda proponitur internis obtutibus animarum, adſunt duo illuſtriſſimi Seraphim, qui faciem obnubunt ibi intentis oculis, tu etiã terebrare nubem, & gloriam ſpeculari incipies, vt in æternũ non deficias. *Et ecce vox de nube, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* hic eſt? natus de muliere, in peccato conceptus? breui viuens tempore? qui heri puluis erat?

14\. *Viſio diuinæ eſſentiæ vera & ſubſtantialis gloria.*

fil. uei

filum? ſeruum dices, mi Domine, ſeruum inutilem. *dilectum*? toleratus dices Domine immenſa tua patientia conſecutus miſericordiam, infinita tua clementia, vocatus, & expectatus longa tua benignitate. *amado? que palabra es eſſa ſeñor, in quo mihi bene complacui.* Quid in me vſquam tuis oculis fuit gratum? quid hac gloria dignum exhibui? Ecce me totum tibi in ſempiternum trado. O tarda mors! ô vita mortis & acerbitatis plena, quæ me ab his delitiis ſeparas! modò iterum ad terram deſcendam? vale æternùm mare; quid ſi de te quærant mortales? Dicam equidem vidiſſe mare lactis, mellis, gaudij, lucis, in quo Maria beatiſſima, Angelorum chori, virginum & ſanctorũ turma in immenſo gloriæ pelago natant. *ſin que les falte mar, cielo, Dios ni gloria que gozar eternamente eſtan nadando en gloria.*

Adfuiſtiſne mecum ô Chriſtiani dum Thaboris gloriam attingere auderem, deiecitne vos de ſtatu veſtro, ſicut Apoſtolos, magnitudo gloriæ? euge euge ſpes Chriſtianorũ, *merces eſt operi tuo, & eſt ſpes in nouiſſimis tuis.* Quis hîc dedecus timet, quis ſic honorari ſperat? quis nuditatẽ, cui ſempiterna lux manet? quis filium, aut ſponſum plorat tali iam gloria fruentem? Ideo Iacobus ſpei plenus primus omnium Apoſtolorũ collum iugulo dedit, vt ſic intraret in cælum, & dux fieret Martyrum vim regno cælorum inferentium.

Excitantur ad ſpẽ fideles in fide & ſpe gloriæ.

15\. Super omnia autem vincit *Charitas*. En arma capeſſit, & armis munita corda noſtra expugnare, & emollire contendit; arma enim ſunt amor Chriſti, qui omnia ſuperat, vt aiebat Bernardus, *non eſt amor ad amorẽ Chriſti*; cuius enim cor non æſtuat amore, dum contẽplatur Chriſtum corpus illa gloria ſua exuentem, qua ab inſtanti conceptionis deberet perfundi; & quare? vt ſe paſſibilem exhiberet, & quò ictũ aduerſarij dirigere poſſent, perſpicerent. *para hacer vn blanco y dar lugar a los enemigos para darle eſtocada mortal. Non eſt amor ad amorem Chriſti.* Hiſtorias conſulamus, adumbrauit amorem iſtum Dauid 1. *Reg.* 17. cùm accepit Saulis arma, induit, & ſubitò exuit, atque nudus in prælium venit contra Philiſtæum haſta & lorica munitum. O regis filia, vide quanti te facit adoleſcens, *ſed non eſt amor ſuper amorem Chriſti.* Accidit etiam ſtrenuũ magni exercitus ducem, cùm ſuos videt fuſos ac diſſipatos, vel reuocare gradum, immittere ſe in medios hoſtes ad mortẽ cum honore ſubeundam. *Verùm non eſt amor ſuper amorem Chriſti.* Quare Abſalon, qui pulcram, flauam, & promiſſam cæſariem nutrierat, dum bellum intrat, vbi regiæ perſonæ maius impendet periculum, nudum caput, nulla protectum galea, & paſſos capillos nulla vitta religatos effert? at dubio procul bene armis tectus proceſſerat, ſed cũ primo impetu Ioab & milites patris ſui exercitũ ſuum in magnas anguſtias, in cædes maximas & fugã cogere videret, vt ſuos milites erigeret, & confortaret, abſtulit galeam, caput detegens, & capillos, vt meliùs agnoſceretur, & animaret ad prælium, morem ſequens alltorũ ducum, quos refert antiquitas*: at fugiens ex ipſis capillis captus & ſuſpenſus Inimicorum iræ patuit, & vulneratus obiit. Verumtamen *non eſt amor ſuper amorem Chriſti.* Dauid ſanctiſſime, quare arma gloriæ abiicis, quare dotes gloriæ deponis? vt nudus in duellum contra dæmonem inires. Pereat Iſrael, pereat mundus; quare meus Rex paſſioni, flagellis, ſputis faciem ſole fulgentiorem dabit? Dux fortiſſime, ſatis magnum tuæ fortitudinis ſpecimen nobis dediſti, quare ſic te occidendum in mediam aciem immittis. Pereat cunctus exercitus, ruat in interitum humana natura, viuat qui vita eſt, & mundi ſalus. *Non eſt amor ſuper amorem Chriſti.* Pulcerrime Abſalon, quare capillos pandis, quare te Deum manifeſtas, quare caput diuinitatis detegis, vt conforte discipulos ad bellum? O mi adoleſcens, vereor ſanè inſanam illam Synagogam aureos capillos arrepturam, & quia te Deum prædicas, in ligno ſuſpenſuram, vbi tuum cor, manus, & pedes transfigat. *Non eſt amor ſuper amorem Chriſti.* Amat ſponſam, pluſquam Dauid; amat gloriam noſtram, pluſquam duces amant ſeipſos; amat exercitum ſuum, pluſquam inſolens Abſalon, quia *nõ eſt amor ſuper amorem Chriſti.* Atque adeò cùm ſic armatam videt Eccleſiam Chriſti charitate Ioãnes dilectus vexillum effert amoris, & nihil præter amorem prædicat: *Non diligamus verbo, ſed opere & veritate, diligite alterutrum, diligamus inuicem, ſicut dilexit nos.* Et qua ratione dilexit nos? hoc explicat Ioannes ad hoc ipſum myſterium alludens. *Vidimus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti à Patre. vimos le con reſplandores de hijo de Dios.* Et quid poſtea? *& Verbum caro factũ eſt, & habitauit in nobis, agora da Dios eſſa baxa de ſu honor? factum eſt, aſſi paſſa.* Et quid intendit? *& habitauit in nobis, haſerſe nueſtro vecino.* Et quid vltrà? *plenum gratiæ & veritatis, viene como rico Indiano que no lo a comido, ni veſtido por traher riqueſas a ſu linaje.* Et quibus promittit hæc dona? *de plenitudine eius nos omnes accepimus, à todos a hecho ricos y el queda ſe con algo? gratiam pro gratia, todo lo a dado*, omnem gratiã veſtiuit ſponſam ſuam ſole, ſeipſum purpuram viliſſimam induit, coronauit ſtellis, *ſeipſum ſpinis*, calciauit luna pedes ſuos, clauis confixit. *gratiam & gratiam, no le quedo rayo de reſplendor ni luſtre de hijo de Dios que no ſe le dieſſe*; ipſe tamen ignominiã mortẽmque oppetiuit. Quid retribuet ſic amata, ſic ornata ſponſa? totum quod accepit; ideo in Apoc. deſcribitur circunſtans in conſpectu agni, & ſeniores illi *mittebant coronas ſuas ante thronum, & dicebant: Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam, & honorẽ, & fortitudinem, & diuinitatem.* Venite, quaſi dicerent, adoremus Dominũ, qui ſe pauperem fecit, vt ditaret nos. Ego, inquit D. Petrus, offero trinã coronam Puntificis: *Bonum eſt nos hîc eſſe, no ſea yo papa yo dexo la thiara por mi ſeñor.* Ego, inquit Iacobus, caput, vitam, & ſanguinem fundam, vt viuat Dominus meus Rex. Ego Ioannes illi offero amorem, & viſcera charitatis, vt ſuperet omnia charitas. Ego Paulus honorem meum offero, & gloriam ipſam, *per gloriam & ignobilitatem*; vt vos etiam fratres nudum Chriſtum veſtiatis; tu qui nobilis es, depone hoootem, *quia dignus eſt accipere gloriam*; tu qui ſapiens es, abſconde ſcientiam, *accipere ſcientiam*; tu qui fortis es, depone arma, *accipere fortitudinem*; tu qui pulcer es, pone capillos, depone ornatum, depone ſuperbiam, quia ſolus iſte verus Dei filius dignus eſt *accipere diuinitatem*; à fide, ſempiterna bona; ab ſpe, omnium hominum corda, animas, & mentes; propter charitatem ſuam, qua ſibi fecit infirmitatem, nobis gratiam, ſibi ignominiam, nobis contulit gloriam.

Amor Chriſti ardentiſſimus & auidiſſimus merendi.

A ſimili. Ex ſacra Scriptura.

A ſimili.

16\.

Nihil ſupere præter amorẽ Chriſti docet Chriſtianos. Ioan. 1. 14. 15, 16, 17.

Totã ſe dedit ſponſa Chriſto, ipſa ſe totam dedit ei meſſe eſt.

* Xenophõ refert de Cyro minori in poſtremo bello vitæ ſuæ. Et Tacitus de Germanico abſtuliſſe capitis tegimen, *el turbante, detexerat capiti tegimen quo magis agnoſceretur*; poſtea verò tegebat caput, vt cum Dauid exuit fugiens Abſalonis faciẽ cooperta capite.

ALMI SPIRITVS EXPECTATIO, OMNIVM virtutum ornamenta poſtulat: donorum Dei æſtimatio ad maiora ſuſcipienda præparat, & diffuſam diuinam charitatem ſpiritu, feruore, & amore recipere conatur.

INSTITVTIO LI.

17. *Ipſe eſt expectandus ſpiritus vt ſibi anima habitaculum præparet.*

ADESTO *ſancte Spiritus, & paraclesim tuam expectantibus illabere cælitus, ſanctifica templum corporis noſtri, & conſecra inhabitaculum tuum: deſiderantes te animas tua præſentia lætifica: dignam te habitatore domum compone: adorna thalamum tuum, & quietis tuæ reclinatorium circunda varietatibus virtutum: ſterne pauimenta pigmentis, niteat manſio tua carbunculis flammeis, & gemmarum ſplendoribus, & omnium chariſmatum intrinſecus ſpirent odoramenta: affatim balſami liquor fragrantia ſua cubiculum tuum imbuat, & abigens inde quidquid tabidum eſt, quidquid corruptelæ ſeminarium, ſtabile & perpetuum, hoc facias gaudium noſtrum, & creationis tuæ renouationem in decore immarceſſibili ſolides in æternum.* Paucis, vt audiſti, verbis Cyprianus quidquid animam diuino Spiritui præparat comprehendit; nec enim aliunde expectare debes ornamenta pigmentaque virtutum, quàm ab ipſo quem venturum expectas, maximorum namque principum eſt ſibimetipſis domos ornare, & hoſpitia præparare: ſuum igitur eſt manſionem componere, noſtrûm erit gratiam poſtulare. PARATIO ET EXPEDITIO — SCOPVS INSTITVTIONIS.

18. *Spiritus ſanctus anima non eſt, ſed effectus animæ nobiliores exhibet.*

In hoc cognoſcimus, quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis. Haudquaquam putandus eſt Spiritus ſanctus, vel animam eſſe noſtram, vel mundi animam eſſe, vt iactarunt Philoſophi, licèt tamen ſubſtantialis anima non ſit, ait Cyprianus, tamen quaſi omnium viuentium anima ita largitate ſua ſe omnibus abundanter infundit, vt habeant omnia rationabilia, & irrationabilia, ſecundùm genus ſuum, ex eo quòd ſunt, & quòd in ſuo ordine ſuæ naturæ cõpetentia agunt; illud tamen iuſtorum ſingulare eſt priuilegium, vt nempe de ſpiritu Chriſti viuant, nam ex hoc probat D. Ioannes nos eſſe membra Chriſti: nã ſicut eadem anima caput, cor & brachia informantur, ita nos membra Chriſti eſſe plenum eſt; ſiquidem ſpiritu gratiæ participato à ſpiritu Chriſti in gratia viuimus & vegetamur. Hinc ergo liquet qua ratione anima diſponenda ac præparanda ſit, vt ſpiritum recipiat, quæ quidẽ alia non eſt, quàm ea qua corpus ad informantẽ animã recipiendã diſponi ſolet, quæ varia eſſe ſolet & multiplex pro diuerſitate formarum, monſtrũ enim eſſet in natura corpus leonis animæ præparatum agni forma informari; ita ſimiliter operæpretium erit animã ad Spiritũ ſanctum, ſimplicitate, puritate, ſapientia, humilitate & manſuetudine ſe comparare, quæ omnia, ni fallor, oratione ſua comprehendit Cyprianus, cãmque ſigillatim expendam.

Sic ſe præparet anima ad Spiritum ſanctũ, ſicut corpus ad animam.

19. *Adeſto ſancte Spiritus*, finge tibi cogitatione ſtatuam illam, quam Deus tanto ſtudio, opera, conſilio & prouidentia confinxit, & ad id ſolum vitam habere vt animam & vitam à conditore poſtularet, túncque cõditor corpus, faciem óſque demittens *inſufflaret in faciem eius, & fieret homo in animam viuentem*; ſic ſimiliter & corpus Eccleſiæ, & animam tuam iacentem conſidera, & ipſius ſpiritus ope, ſpiritum poſtulantem. *Adeſto ſancte Spiritus*; quid poſtulas terra & cinis? Spiritũ ſanctum? ſpiritum Chriſti poſtulas, donorum primum & maximũ? ita, inquit ſtatua, nã ea pieras quæ nulla poſtulante primò beneficia in me contulit, eadem ad maiora beneficia cõferenda ſeipſam obligauit, liberali enim dandi cauſa eſt dediſſe, & amandi ratio eſt amare, quemadmodũ de Chriſto Domino aſſerit Ioannes, *cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Sit ita vt detur tibi ſpiritus, verùm quorſum omnia dona ſua in te effundere, ipſúmque tibi adeſſe poſtulas? Dicam facilè: nam, vt ait Iuſtinianus, ſi ſemel amor dona confert, ſeipſum conferendi ſpem dat, *amor enim in fine totus effunditur.* Quòd ſi non ab initio totum ſe dat, ideo eſt, quia tanta nos dona capere non poſſumus: facit autem vt capiamus dona præmittendo, vt dilatato ſemel corde etiam charitas ſimul diffundi poſſit in cordibus noſtris; quamobrẽ ex illa die, in qua *aſcendens in altũ captiuam duxit captiuitatem, & dedit dona hominibus*, ſpem nobis totum Deum ſe effundendi præbuit. Vnde diuinitus illuſtrata Eccleſia cùm certos nos aduentus Spiritus ſancti facere velit, quaſi cautionẽ huius beneficij præmittit aliud beneficium, dicens; Videte qualem charitatẽ dedit nobis Deus, ſic dilexit vt filium vnigenitum daret, maiora ſi licet expectare dona, nempe Gen. 1.

Amor liberalior vndies eſt, & largior fit dando.

nempe vt ipſe amor, & ipſa charitas, quæ principium donorum eſt, tota in cordibus
noſtris diffundatur. *El hauer dado a ſu hyo es cedula de obligacion de dar al Eſpiritu ſanto.*

Quod argumentum vt intelligentiùs pleniúſque percipiatur, attende ex conceſ- 20.
ſis ſic ad concedenda procedere; dedit filium, ergo omnia nobis donabit? & quid
eſt *omnia?* Spiritus vtique ſanctus, *& hoc quod continet omnia, ſcientiam habet
vocis*, dedit dona hominibus; dabit igitur aliquando donorum fontem, cuius argu-
menti conſtantia víſque in eo ſita eſt, quòd talem habemus Deum, qui ſe ſuis deuincit
donis ad maiora conferenda, quaſi à nobis ea beneficia acceperit. Nam vnde, quæſo,
ortum habuit, rogat Cyprianus, Deum ipſum orandi modum & impetrandi dediſſe?
a Ser. 7. E veſtigio reſpondit Chryſologus [a], vt nempe nihil neget, & omnia facilè concedat,
dum poſtulatio & petitio ab ipſo auctore beneficiorum inſtituta & inuenta eſt. *Cuncta-* *Docuit orare qui nulla voluit poſtulata negare.*
tio ablata eſt impetrandi omnis, imò fiducia collocata eſt tota promerendi, quando ipſe ſe legit
b Serm. de Orat. dominica. *in precibus qui rogatur.* Sed reſpondet Cyprianus [b], non ſolùm qui docet orare, dare,
ſed maiora conferre velle oſtendit, *qui fecit viuere docuit orare*; ſeipſum affectione illa
& vita quam in ſtatuam immiſit obligauerat, vt alia deinde maiora conferret benefi-
cia, ſed quia ea poſtulare neſciebamus, erudit nos, vt ſic poſtulantibus nobis liberet
ipſe fidem ſuam, & obligationem dandi maiora; qui iam magna dederat. *que es al Dios
que con el bien que haze ſe obliga a hazer mas bien:* vnde qui ſecum recogitauerat benefi-
cia accepta à Deo alia maiora ſibi promittebat, talémque pietatem admirabundus aſ-
ſcrebat. *Nam & ſeipſum ſua largitate dignatus eſt facere debitorem, non quia indigens ab
aliquo accepit, ſed quia abundans largiter tribuit, la miſma opulencia le obliga a dar, el dar es*
c Prologo in libros ad Monimum. *como ſi recibiera, y ſus deudas ſon ſus beneficios*, vt ipſe Diuus Fulgentius [c] colligit ex 21.
verbis illis Samaritani ad ſtabularium, *Si quid autem ſupererogaueris, ego cùm rediero red-
dam tibi.* En redditurum dicit quaſi acceperit, & creſcit obligatio ipſa donorum lar-
gitione. *Ecce qualis eſt Dominus noſter vt donando debeat, & quanto magis donat, tanto* *In Deo ratio eſt dandi dediſſe.*
magis eum debitorum non pigeat. Vnde Paulus à quo fonte manarit hæc Spiritus ſancti
2 Cor. 1. effuſio reperit, dicens, *Qui dedit nobis pignus ſpiritus, por ay comenzais ſeñor? vos os em-
peñareis de ſuerte que nos deis al Eſpiritu ſancto.* Et quidem Ioannes datum iam refert, *de
ſpiritu ſuo dedit nobis*; ſed quorſum dedit? vt ei quaſi capiti nos membra eius eodem
ſpiritu viuamus, & copulemur, & quotidie maiora teneatur conferre beneficia, vt
notat Theodoretus. *Veluti quandam futurorum bonorum arrham hanc nobis gratiam
largiens, dio nos la gracia de ſu eſpiritu en arras de lo que nos pienſa dar.* Et *arrham* *Arrha aliorũ donorum eſt Spiritus ſanctus quem accipimus.*
quidem dixit prudens Theodoretus, arrha enim eſt particula eiuſdem rei quæ
tota in poſſeſſionem veniet eius qui arrham accepit; *per arrham quidem certè eo-
rum quæ danda ſunt nobis magnitudinem innuens, arrha enim eſt quadam parua pars
totius, parte y reſguardo de todo lo demas, y digo todo lo demas, no reſeruando las per-
ſonas*, ſponſa enim quæ hodie arrhas accipit, poſtea verò etiam perſonam ſponſi ac-
pit: ideo igitur pignus ſpiritus, arrha dicitur, quia ipſam perſonam aliquando datu-
rum Deus iudicabat. Certa ergo Eccleſia de promiſſione cum Angelis hodie conci-
nit, *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus.* Iam in præſepio iacet Dei filius,
iam pax mundo data, iam Chriſtus nobis datus natúſque eſt: igitur gloria & quidquid
in cælis à conſtitutione & ante tempora apud Deum latet, hominibus dabitur: nam
ſi *ſic dilexit mundum vt filium vnigenitum daret, quomodo non omnia*, hoc eſt, Spiritum
ſanctum infinitámque diffundet charitatem?

Cæterùm ſolet iſte ſpiritus diuinus ſuiipſius illapſum coaptare ad conditionem re- 22.
cipientis, ſicut in Prophetis videmus, nã in eloquentibus ſua natura apparet eloquens,
vrbanus in vrbanis; in ruſticis ruſticanus, ideo enim *Sapientiæ 7.* dicitur ſpiritus vni- *Spiritus ſanctus ſubtilis ſe accommodat.*
cus ſimul & multiplex, quia, *ſubtilis*, inquit, *diſertus*, &c. videlicet, quia cum ſubtili
Propheta ſubtiliter, cum diſerto diſertè loquitur, & ob idipſum Deus ibid. cap. 1. *ſcien-
tiam habere vocis* dicitur, *quoniam ſcienter ſe accommodat variè loquentibus*; ſicut tibicen in
tibiis ſubtilibus ſubtiliter ſonat, in craſſioribus craſſiùs; ita ſimiliter ſi gratiam moréſ-
que diuinos cupimus, nos pro diuerſitate gratiarum diſponamus; licèt enim ſine
diſpoſitione agere ſolet, frequentiùs tamen eam poſtulat; & licèt oleum Eliſei co-
pioſè manat, poſtulat tamen vaſa; ſic Spiritus capacitates & animos aptè diſpoſitos.

I. Cùm ergo ſit ſpiritus, opus erit viuere in ſpiritu, & ambulare in ſpiri- 23.
tu, qui eum ſuſcepturus eſt, vel putat ſuſcepiſſe: vnde Paulus aiebat, *Si ſpiri-
tu viuimus, ſpiritu & ambulemus*; ambulare enim & progredi vitæ ſignum eſt.
Sic etiam cùm res diuinas alacriter & expeditè agimus, vitæ internæ ſignum eſt,
vnde viator pondus omne, imò & veſtes exuit, ne aggrauetur, & nihilominus

 fatigatur,

Qui ſpiritum accedere cupit viuat ſpiritu, vel ſtudeat & deſideret. fatigatur, quia homo eſt, æger verò qui propinquior eſt ad mortem, ampliùs fatigatur, defunctus verò omnino iacet, abeſt enim ſpiritus, ita eùm in nobis ſunt appetitiones, venialia peccata, paſſiones immortificatæ, cùm hæc ſint opera mortua (quæ ſicut opera mortua in naui nihil iuuant ad motum) opus eſt ea deponere, ne iter & inceſſum impediant. Tolli autem & propelli nequeunt, niſi vita ingrediatur, vt Paulus ait. *Nam & qui ſumus in hoc tabernaculo ingemiſcimus grauati, eo quòd nolumus* 2. Cor 5.4. *expoliari, ſed ſuperueſtiri.* Sed, vt commentatur Anſelmus [a], *Non ita volumus ſuperue-* a Ibid. *ſtiri vt ſub incorruptione maneat corruptio, ſed vt abſorbeatur quod mortale eſt à vita*, id eſt, *vt ſine aliqua læſione vita deſtruat in nobis mortalitatem, vt nunquam ſit in nobis aliquid mortale: non infrà, non ſuprà, non intrà, non extrà.* Et à quo fiet hæc animæ reſuſcitatio? Reſpondet Paulus, *Qui autem efficit nos in hoc ipſum Deus, qui dedit nobis pignus ſpiritus.* Hæc vita abſorbet noſtram mortem, & impellit nos, mouétque ad bene operandum. Quòd ſi opera mortis vel mortua impediunt nos, ea præcidere, eiſque obſiſtere nitamur, vt ipſe Paulus docet, & commentatur Anſelmus. *Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis.* Quòd *ſi caro concupiſcit aduersùs ſpiritum, & ſpiritus aduersùs carnem*, & ſi hæc ſibi inuicem aduerſantur, vt non quæcumque vultis illa faciatis, *nolite eas permittere implere quod volunt, & ita nec vos nec illa facietis quod vultis.* At hæc quæ non ſine pugna fiunt, quàm facilè præbet & exhibet Spiritus ſancti præſentia; vide nauim in medio mari quàm celeriter mare metitur, cùm ſecundo vento fertur, ſi ſemper hic ventus duraret, quid pulcrius, quid opportunius? ſic etiam cùm animus hoc diuino Spiritu afflatur, celerrimo curſu difficilia omnia præteruehitur, & excurrit proficitque de virtute in virtutem. Vt igitur ſpiritus, hoc eſt, vita animæ ad te veniat, mortua hæc opera viuificare, aut mortificare ſtude, non enim moriuntur, ſed mortificantur, *amortiguanſe no mueren.*

24. *Propriiſſimum munus Spiritus ſancti eſt ſolandi mæſtos.* II. *Et paracleſim tuam illabere cælitus.* Conſolatoris munus habet, & placuit ipſi valde hoc munus: nam cùm non generet ſicut perſona Patris, nec ſpiret ſicut filius ſpirat cum Patre, filius hoc præclarum & Deo dignum munus ſibi adlegit, & in eo maximè gaudet, videlicet conſolandi. Age igitur anima, triſtitiam peccatorum concipe, & libenter temetipſam mœrore affice, & terrenas conſolationes propelle, vt habeat quid agat diuinus iſte opifex, & auctor conſolandi. Vnde intelliges verba illa Pauli, *Spiritus ſanctus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*, exponit Rom 8. Anſelmus [b], id eſt, *facit poſtulare gemitibus inenarrabilibus.* Quid hoc? nonnè mu- b Ibid. nus tuum conſolandi eſt? ita quidem, ſed quomodo conſolabor niſi mœſtos, aut ab afflictione liberabo non afflictos, ſicut cùm pharmacopola theriacam denuo fa-
Simile.
ctam famam apud homines obtinere vult, coram populo ſerpentem è vaſe vitreo educens forcipe ferrea brachio alicuius famuli adhibet, tumet & venenum ſerpit, tenditque niſi occurrat ad cor; cæterùm pharmaco theriacæ hauſto, vel manducato, ceſſat tumor, & incolumis manet ſeruus, & medicamenti vis atque præſtantia clarè omnibus oſtenditur. Sic diuinus Spiritus, non in petulantes, nec riſui, vino & ludo deditos munus exercet, ſed in mœrentes, & triſtes & compunctos corde, ideóque quaſi præparatas ſecum affert, vel præmittit animorum afflictiones, vt aduentus eius omnia ſanans fauſtus, dulcis & conſolatione plenus.

25. *Amor optima eſt diſpoſitio ad amorem.* III. *Deſiderantes te animas tua præſentia lætifica.* Itaque vt eius aduentus gratiſſimus ſit, opus eſt vt deſideretur & ametur. Amorem autem quis patit niſi amor: aut quo pacto libenter in hoſpitium ſe recipiet qui vel non expectatur; vel ægrè & difficulter ſuſcipiendus eſt. Vnde amor eſt qui hoſpitium & manſionem in anima præparat, nam ſicut anima habitaculum corporis ſenſus quaſi fores, cor & membra ad vitales actiones excellentiores quàm arbores, excitat; ſic anima ſine amore quaſi deſerta domus, aut corpus ſine ſenſibus defunctum iacet. Audias hoc à Bernardo [c]. *Eſt ergo animæ vita, veritas, ſenſus, charitas.* Et quidem ſenſus facilè declarari c Ser. ex variis de anima & quinque ſenſibus. poſſunt: ſicut enim quinque ſunt ſenſus in corpore, ita in amore quinque alij ſenſus ſunt, ſiue gradus in anima, *eſt enim amor pius quo parentes diligimus*: eſt amor
Quinque ſpirituales ſenſus amoris.
iucundus quo ſocios diligimus; eſt erga omnes homines amor iuſtus, erga inimicos amor violentus, erga Deum amor ſanctus, ſiue deuotus: eſt autem ſumma ſimilitudo ſi quinque ſenſibus comparas. Nam amor parentum tactui aſſimilatur quo corpora quæ prope nos ſunt palpamus & tangimus. Nam hoc amore attrectamus & prendimus eos qui nobis ſanguine coniuncti ſunt. Amor amicorum guſtui aptatur, hic enim non

niſi

niſi gratia & ſuauia appetit, amicos autem diligere dulce eſt. *Sed hoc Ethnici faciunt.* Amor omnium hominum olfactui aſſimilatur; iam enim hic ſenſus ad diſtantiora tendit, & recipit; ſic amor iſtè & eos qui propè, & qui longè ſunt amplexatur. Amor inimicorum auditui ſimilis eſt, nam auditus ſymbolum eſt obedientiæ, & nullus ex quatuor ſenſibus ſupradictis diſtantiora percipit obiecta, amor enim inimicorum maximè diſtat ab humano corde: veruntamen percipitur, & non eſt contra naturam. Amor Dei viſui correſpondet, & quia perfectior eſt ſenſus, & amoris Dei gradus perfectior eſt, & quia ſicut tenebroſus totus homo qui orbatus eſt oculis, ſic etiam qui amoris Dei expers eſt. Vis igitur vt Spiritus ſancti charitas ſua præſentia lætificet animam tuam, præpara habitaculum charitate ordinata parentum, proximorum, amicorum & inimicorum, inde enim patet aditus diuino amori qui deſideratus aduenit & lætificat animam præſentia ſua.

IV. *Dignam te habitatore domum compone*; quod fit cùm Spiritus ſanctus donorum 26.
primum & maximum cætera ſecum dona ac virtutes in animum infert; ſed vt ſummum iſtud donum impetremus, & obtineamus, reliqua dona & acceptas gratias non otioſas eſſe oportebit; itaque nullum præparationis genus opportunius quàm
Galat 5. 22. reliqua dona æſtimare, & in bonis operibus collocare. Nam omnia dona, fructus ſunt ſpiritus, & qui non colit & collocat, prouentus non colligit, *los dones de Dios ſon frutos del Eſpiritu ſanto el que no los es galina no ſolo no merece otros de nueuo ſino que merece perder los que a recebido; qui dedit nobis pignus ſpiritus.* & addit etiam, *fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, benignitas, bonitas, fides*: in his igitur fructibus coguoſcetur ſi domus ſit compoſita ad Spiritum ſanctum donorum maximum ſuſcipiendum; nam vbi Deus inutilia videt, & malè collocata ſua dona, colligi & auferri ea iubet, vt in conuiuio illo ſplendido deſerti videre licet, ait enim,

Æſtimatio donorum præparat ad Spiritum ſanctũ.

Ioan 6. *Colligite, quæ ſuperauerunt fragmenta ne pereant*; mira prouidentia & ſolicitudo! poterunt ne Domine tam ſanctæ tamque mirabiles reliquiæ perire? Reſpondet, poterunt quàm proximæ inutiles eſſe, & ipſi dignæ vt ab eis auferantur, ideo *colligite* non ſolùm vt liqueat miraculum cùm ſportæ redundent, & ſpes confirmetur, & ſpes fulciatur, *ſed ne pereant*, nam cùm iſti iam ſaturati ſunt, & panis faſtidium ex templo omnibus ſubire ſolet; igitur ne ad momentum dona ſint ſine lucro, aut malè collocata, colligite ne pereant, nolo enim hos homines indignos fieri altero conuiuio & miraculo, vt conſtat ex D. Marco, & vt diſcant Dei dona non otioſa habere, *colligite ne pereant.* Sic enim ſolet Deus vni viduæ qui dona Dei æſtimat concedere per Eliam quod multis denegat, & multos leproſos immundos relinquere, dum Naaman Syrum ſanat, & miracula vbilibet patrare, & non in patria ſua, vbi inutiliter dona ſua collocaret. Dona igitur Spiritus ſancti quæ ſint perſcrutare, ſunt enim perfectiſſimæ virtutes. *Sapientiam* poſſide, res diuinas contemplando, Deum amando, & obtemperando. *Intellectus* dono, res ſpirituales & ſupernas atque internas animæ penetra, quæ tuæ innouationi & perfectioni iuuat. *Scientiam* virtutum vt in actum eas reuoces acquire, *conſilium* circa media remediaque atque antidota vitiorum ediſce, *fortitudinem* contra tentationes oſtende, *pietatem* erga afflictas animas exhibe, *timorem* Dei filialem & reuerentialem adhibe, & arrham puta habere maximi doni ſi hæc, vt par eſt, collocas, & augere ſtudes.

V. *Niteat manſio tua carbunculis flammeis*; ita vt domum ignis diuini eſſe depre- 27.
hendatur, ignis enim dicitur Spiritus ſanctus, atque igneos facit animos, aut ignitos, feruent enim ſpirituales viri, nec conquieſcunt donec altiora & ſublimiora perfectiones attingant. Vnde Paulus egregiè & ſine iniuria legis aiebat, *Quòd ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.* Quod genus ſequelæ miratur vehementer Chryſoſtomus, quando haudquaquam rectè conſequi videatur vt à lege exempti ſint, qui ſpiritu Dei ducuntur, ſed potiùs vt diuinis præceptis impenſius quàm cæteri obtemperent. *Bona*, inquit, *& euidens conſequentia, quia ſpiritus Domini concupiſcentias extinguit, & inſuper anima ſemper ad maiora exercenda impellit.* Attingit beatus iſte duas difficultates quæ eſſe ſolent in Dei lege obſeruanda, *affectionum* vnam, alteram *infirmitatis.* Videas hominem laſſitudine & languore diſſolutum, cui pallium graue eſt, & plumbeum, vix pedibus conſiſtit, quid hoc, éſtne graue pallium, minimè, ſed congeſtum habet morboſum humorum apparatum, & hæc ægritudo grauia & importabilia agit omnia; ita tu ſi vis expeditus ambulare, moriantur paſſiones, purgationem fac affectionũ, vnde languor & laſſitudo procedit. Liquet hoc maximè in eo quod notauit Rupertus *Exod.* 19. cũ videlicet lex dabatur. *Cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura,*

Feruent qui in ſpiritu viuunt.

clangorque

clangórque buccina vehementiùs perſtrepebat. Et paulo pòſt, *Et ſonitus buccinæ paulatim creſcebat, in maius & prolixius tendebatur*, vt intelligas cùm datur lex homines ad arma ad arma vocari, & clangor buccinæ bellum contra apperitiones indicet, & tunc lex erit tibi leuis & ſuauis, & eburneis tabellis ſcripta, ac diſtincta ſapphiris, vt notat Niſſenus [a], illis verò ſuperbis & rudioribus qui propriæ voluntati addicti erant a In Cant.
grauiſſima & lapidea viſa eſt, dixerúntque, *Neque nos, neque patres noſtri portare potuimus.* Lex verò gratiæ ignea, & flammea velociſſimos & feruentes homines efficit. *Dabo legem meam in viſceribus eorum*, vel in mentibus aut cordibus eorum, vbi lex nullius eſt ponderis: nam nec mens aggrauat, nec cor pondus habet, imò ſubleuat pondus; his ergo lex minimè grauis eſt. Similiter etiam adiuuat infirmitatem noſtram, *nam ſemper ad maiora impellit ſpiritus.* Erant illi Cherubim iuxta legem, vel Hebræa phraſi ſupra legem, & volando pariter, habent ſub pedibus legem non in contemptum, ſed quia alaris & feruentibus Cherubinis parum eſt legem implere, ſed ſupra illam, quaſi ſuper gradus aſcenſiones ſuas diſponunt, & in ſublimia ſe efferunt, demittunt enim ſe iuſti non ſolùm maioribus, ſed inferioribus etiam caſtitatem & munditiam cordis & corporis habent, ſed oculorum inſuper & verborum non quæritur lex; etſi pedibus ſupponatur, ſi per illam ad ſublimia paratur aſcenſus, *ibunt enim de virtute in virtutem.* Conuenerunt pariter in ſpeluncam illam Saul & Dauid, vbi licèt impunè poſſet Dauid hoſtem ſuum perimere, hoc ſolum contentus abire paſſus eſt, ablata nempe chlamydis particula. Sed ô quàm breui angi & compungi corde cœpit Dauid? quare Dauid angeris animo, occidſtine? O, inquit, non, occidere quid magnum erat; hunc enim quintum Decalogi gradum iam ego aſcenderam, iam ſub pedibus habebam, id doleo quod tetigi vnctum à Deo: nam qui aſcenſiones in corde ſuo poſuit, nec oram chlamydis tangere oporteret, ſpiritus enim feruor & afflatus alas in ſublimia effert, vt non ſolùm ſicut Abraham filium offerant, ſed animum, voluntatem & feruorem exhibeant.

Ier. 31. 33.

28. V I. *Affatim balſami liquor cubiculum tuum imbuat.* Suauiſſimum equidem verbum, fons balſami deſcribitur ſuper omnem Eccleſiam, & animos cordaque diffuſus, manifeſtatio autem iſta balſami ſalutaris non minus nobis, quàm Apoſtolis facta eſt. *Vnicuique enim*, ait Paulus, *datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem.* In quæ verba ait Bernardus [b], *Nemo conqueratur quòd minimè nobis illa manifeſtatio ſpiritus fiat, vnicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. Denique ſi dicere opus eſt, nobis illa manifeſtatio potius quàm Apoſtolis facta eſt*, linguæ enim datæ ſunt eis ad conuerſionem noſtram, &c. ſed nota cùm à fonte rigantur areolæ mollis terræ & bene aptatæ, ô quàm blandè aqua perfluit, & rigat totam aream, glebæ autem, & ſi quid eſt prominens, aridum manet, quid ſit non aqua ſic perfluenti, ſed de cælis deſcendenti rigarentur? omnia pariter & æquè rigarentur; ita ſimiliter ait Bernardus, cùm hodie *cæli diſtillauerunt à facie Dei Sinai, & pluuia voluntaria ſegregata eſt hæreditati Chriſti, largiori munere ſuæ maieſtatis in Apoſtolos ſuperuenit, & tribuit eis charismatum dona*; nos verò ſonte irrigamur. Demittamus igitur faſtum, humiliemur, vt hæc vnctio & rigatio diuina non nos prætereat, quia ſuperbi ſumus: ſicut Roma & Athenæ, quæ in ſuperbia manſerunt, dum piſcatores cæleſti diffuſa gratia perfuſi ſunt, *effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem.* Hæc autem vnctio, *docet nos*, ait Ioannes. Nam ad bene operandum, ait Bernardus, *monet, monet & docet. Monet memoriam, rationem docet, monet voluntatem, in his enim tribus tota conſiſtit anima.*

1. Cor. 12.

b Serm. 1. de feſto Pentecoſtes.

In humiles facilè ſe immittit ſpiritus, odit autem ſuperbos.

V I I. Ventus porrò dicitur, quia veloces ſpiritus facit, & in negotio ſalutis ſolertiſſimos, eos enim quos ſemel afflauerit, ô quanta cum feſtinatione vel in ſublimia per contemplationem, vel ad infima per actionem rapit. Dauid cecinit Pſal. 103. *Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem*; aliter enim ægrè ferret Deus qui ignis comburens eſt, tardos & frigidos famulos: vnde ipſa Sapientia inuitat ad curſum. *Viam ſapientiæ monſtrabo tibi, ducam te per ſemitas æquitatis, quas cùm ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui, & currens non habebis offendiculum: no te canſaras ni tropezaras.* Vnde Pagninus, *etſi cucurreris non impinges.* Septuaginta, *Si autem cucurreris, non laborabis.* Sicut enim cùm eques in equo ſuo per vrbem concurſat, vt fœminas aſpiciat, nemo equo offendicula tollit, & impingit: ſecus verò cùm tauros agitare, vel haſtilidium agere vult, omnia offendicula tolluntur; ſic tepidus eſt qui in via Dei offendit, & otio languet; currens verò & feſtinans omnia impedimenta ab ſpiritu ablata inuenit. Prou. 4.

V I I I. Columba præterea dicitur, quia nos gemere docet, vt ait Cyprianus, cuius verba vide *ſer. citato*, & Bern. *ſer. 2. de hoc feſto in fine*, & Auguſt. *tom. 9. meditatio. c. 9.*

VERBVM

VERBVM PATRIS.

Ioelis 2. verſ. 28.

Et erit poſt hæc: Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem: & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ: ſenes veſtri ſomnia ſeminabunt, & iuuenes veſtri viſiones videbunt.

Igne amoris ſancto renouationem ſpiritualem HOMINIS inſtituit: ſpiritu & gratia omnia opera Chriſti renouat; & quia in Deo vero ſunt facta, manifeſtat.

DISCVRSVS CLI.

1. TERRENVM illum, atque carnalem hominem faſtidiens Deus, vitam, & miſericordiam ab illo adimere, ſpiritum à carne ſubducere velle comminatus eſt: *Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quoniam caro eſt*; migret ſpiritus meus, recedat ab his hominibus, qui toti caro ſunt, non natura, ſed culpa, &, vt ait Chryſoſt.[a] perinde viuunt, ac ſi mens illis non vt rectrix, ſed pro ſale, ne putreſcant, data foret. Hæc tamen comminatio, hic animus non immutabilis erit, & ſempiternus, aliud in mente reconditum habet conſilium; nec enim, inquit Chryſoſt. ita faſtidioſè comminatus eſt, vt non etiam dolore paterno tangeretur: *& tactus dolore cordis intrinſecus.* Cùmque Deus delicatiſſimæ ſit naturæ, vtpote ſimpliciſſimæ, & omnis eius eſſentia in terra ſit miſericordia & bonitas, *per viſcera miſericordiæ Dei noſtri*, cuiuſque complexio (vt ita dicam) ignea ſit, & in amorem prona; *quoniam Deus charitas eſt*; plaga illa peccati non tam dolorem, quam amorem excitauit. Cùmque nec vulnera curaret, nec conſtringi amor illius poſſet (quis enim infinitum amorem faſcia contineret, & circumligare vitta immenſum poſſet) totus quantus erat intumuit, & vulnus exulcerari cœpit: *hincho ſe todo el, quan infinito es, ſe encono, mejor dire ſe deſfenecono*, ita vt, cùm prorumpere debuerit, & ad vindictam properare contra ingratum mundum vires quaſi defuerint, ad iram, & ſupplicium, totúſque in miſericordias effuſus ſit, nuntióſque miſerit ſe ad homines velle remigrare, inter eos vitam velle degere, & manſionem apud eos facere. *In monte Sion, & in Hieruſalem erit ſaluatio, ſicut dixit Dominus, & in reſiduis, quos Dominus vocauerit; & ſcietis quia in medio Iſraël ego ſum*, meóque antiquo munere fungar vitam impertiendi, nam *effundam ſpiritum meum*, non ad menſuram dabo ſpiritum, ſed baptizabimini Spiritu ſancto, & largiſsima gratia. Super omnem carnem; iam non faſtidio erunt omnis conditionis homines, omnis ſexus, omnis ætatis, imò neque homines carnales, viles, & infirmi, ſicque eorum inhabitabo corda iam blanda, & mollia, & quæ non viuunt ſecundùm carnem, vt ſedem meam figam *in filiis & filiabus veſtris*, meíſque replebo ſpiritu, ita vt poſſint prophetare, laudes Deo dicere, & ſacra carmina cantu modulari.

Gen. 6. 12.

a Super Gen. hom. 21. 22.

Greg. lib. 14. in Iob c. 31. & lib. 6. in 1 Reg. c. 16.

Ira diuina tota in amorem diffuſa eſt cũ punire vellet.

Ioelis 2. 32. Vide Lorinũ in Acta Apoſtolorũ 17.

Viuificatoris munus ſpiritus aſſumpſit, ſed opportuno tempore.

Diutiùs tamen hanc promiſſionis impletionem protraxit, vt homo quantum indigeret viuificatore ſpiritu cognoſceret, dum à lege mortis minimè poterat ad vitam reuocari.

2. Nunc verò iam ad renouationem hominis ſeſe accingit ſpiritus, iam parat *renouare faciem terræ*, id eſt, nouos homines confitentes Deum, & per gratiam eius iuſtificatos; cupiebat enim ſuum opus perficere, & munus exercere ſuum creandi, & viuificandi, hanc enim propenſionem ab ipſis naſcentis mundi primordiis indicauit, voluítque commendare artem ſuam, fœcunditatem, æqualitatem cum Patre & filio, vt ſimul adoraretur & crederetur, *ideo ferebatur ſuper aquas*, & vix maſſa illa in figuram hominis conformata fuit, cùm *inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ*, vel, vt alij legunt, *ſpiritum vitarum*, quia multas vitas ſimul indidit, & inſuper vitam gratiæ, & auidiſſimè *ferebatur ſuper aquas*, quaſi qui ſiti oppreſſus in quemcumque fonticulum ſeſe abiicit; ita Spiritus ſanctus in quemcumqoe craterem Baptiſmi fertur auidiſſimus vitam communicandi.

Orditur hominis renouationem Spiritus ſanctus.

3. Ad hoc autem vt apud nos iam viuificatorem manere credamus, caminus eius in Hieruſalem, & munus viuificandi per Zachariam prædicatur: *& ſedebit ſeparator in Azoto, & purgabit filios Leui*; in cruce enim amor iſte diuinus renouationis opus inſtituit, ſex illis diebus perſimile, in quibus mundus conditus eſt, vt primo Adamo deſtructo nouus ſuſcitaretur, nouáque ratione, quod acutè obſeruauit Rupertus[a], qui rogat, *quare tantùm honori huius creaturæ detractum eſt, hoc ſolum dicente Scriptura: Et factus eſt homo in animam viuentem?* videlicet, quia opus illud nos deleturi eramus per peccatum, & comparandi iumentis, qui rationis dono non bene vſuri eramus, ideo rectè detractum eſt illud, quo ſuperiores ſumus iumentis. At cùm ſpiritus viuificator opus hoc inſtauraturus erat, ipſi relinquitur perficiendum, vnde Paulus; *Factus* (inquit) *primus homo in animam viuentem; nouiſſimus verò in ſpiritum viuificantem. O pulcram muſicæ huius conſonantiam, & Scripturarum concordiam, incepit canticum, & imperfectum reliquit, donec venirent qui ſcirent ſupplere, ac dicere: Non tam hominem fecit in animam viuentem, quod bonum eſt, ſed in ſpiritum viuificantem,* quod

Fornacem poſuit in Hieruſalem renouator ſpiritus.

Zach. 9. 6.

a In Gen. lib. 2. c. 22.

Diuinius renouatur homo per ſpiritum quàm conderat per veteres mores.

quod diuinum & Deo dignum eſt opus. Vnde ſicut homo renouatus eſt, ita etiam dies illi inſtaurati ſunt: nam ſicut prima die facta eſt lux; ſic in cruce tenebras mentium depulit, & lumen ad reuelationem gentium fieri iuſſit, cordaque illuminata ſunt, ita vt vere filius Dei cognoſceretur. Secunda die firmamenti concamératiouem fixit: ſic ſecunda die nouum cælum Eccleſiæ fundauit, & percutientes pectora ſua ad fidem, & ad gratiã inuitauit. Tertia die iã terra apparuit, & germinare cœpit; ſic noui hominis mater Maria ſanctiſſima data eſt, & regeneratorum mater Ioannem quaſi fœcunda terra ſubitò ad vocem Chriſti progenuit: *Ecce filius tuus.* Quarta dies cælos ornauit, & quaſi teſſelatum opus aſtris diſtinxit. Sic etiam in cruce latronis anima in Paradiſum, & quæ in limbo tenebris obductæ erant, iure redemptionis in ſedes æternas euocantur, & confirmantur. Quinta die aqua piſces dedit, & aues in aëra tranſmiſit. Sed ô quanto glorioſior ex rupe vulneris aquæ, & ſanguinis emanatio profluxit, ex qua renati fideles in Baptiſmo, & Martyres ſanguine tingendi ortum habuere. Sexta dies iam animantia tulit, verùm rationis expertia; hic verò nouus mundus gratiæ, ſancta illa animalia, Euangeliſtas, inquam, Doctores, Epiſcopos dedit, & denique hominem perfectum ſecundùm omnem menſuram, in quo Eccleſiæ vnitas, & perfectio denotatur, ibi emiſit ſpiritum ſuum Chriſtus, ibi inclinauit caput in ſponſam, ibi vox illa grandis, quæ echo in Patris pectore fecit, prolata eſt cum clamore valido, dicens: *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Echo vltima verba reddidit: *Do ſpiritum meum, & factus eſt in ſpiritum viuificantem.*

Myſtica renouatio operum ſex dierum.

4. Opera autem huius artificis ſunt, quæ maximè eius commendant ſapientiam, nam cùm tantùm triplici vtatur inſtrumento ad perfectiſſimum opus renouationis, igne, vento, & lingua; his tam opportunè vſus eſt, vt ſemper mundi ſalutem inſtaurauerit. Quoties enim ignis de cælo deſcendit, ad populi renouationem factum eſſe oſtenditur, primò cùm tabernaculum Moyſes dedicauit, deinde cùm Salomon, tertiò cùm etiam Nehemias reparauit ſancta, vt in his tribus dedicationibus illa Eccleſiæ per ignem Spiritus ſancti in hac die expreſsè ſignaretur. In quibus duo notanda veniunt, primum totidem præceſſiſſe annos, hoc eſt, 486. ab igne miraculoſo, qui datus eſt Moyſi in dedicatione tabernaculi, vſque ad ignem item miraculoſum, qui ſecundò datus eſt Salomoni in dedicatione ſui templi; poſtea verò datus eſt ignis tertiò Nehemiæ, qui conſolatio Domini dicitur, à quo die ignis Nehemiæ vſque ad diem Pentecoſtes, in quo verum ignem, & verum Paracletum accepimus, ſexaginta nouem hebdomadas Danieli præſcriptas adimpleri compertum eſt: vt videas Deum quaſi per ætates, & ſæcula collapſum rempublicam reſtauraſſe, & ignem charitatis extinctum excitaſſe, atque poſt aduentum ignis de cælo, & poſt diffuſam in cordibus noſtris charitatem ſi refrigeſcere contingat, iam nihil ſupereſſe niſi extremam diem, & ignem inferni. Nota ſecundò quàm diuturnam ſedem apud nos figat iſte diuinus artifex, nam in tabernaculo ignis delapſus, ſicut in tecto ad breue tempus incolendo fuit; in templo verò Salomonico, vt in perpetua domo: in hac autem die deſcendit in animas, quæ Dei templum ſunt, vt ipſas in perpetuum inhabitet. Quare cùm ignis de cælo datus eſt, præcepit Deus Moyſi, Salomoni & Nehemiæ, vt idem ignis in altari magna cura cuſtoditus perpetuò aſſeruaretur, vt notum eſſet id, quod legimus in Iſai. *Dominus cuius ignis eſt in Sion, & caminus eius in Hieruſalem.* Et de igne hodierno Ioan. ait, *Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus*; ac ſtatim idem clariùs, *Paracletus autem Spiritus ſanctus, ille vos docebit omnia*, ſcilicet veſtras mentes illuminans, & magnam quoque voluntatum inflammationem operans. *Eſto es dezir que Dios tiene ya ſu fragua entre nos otros, para hacer hombres nuevos por fe y amor.*

Inſtrumenta ſpiritus ad renouationẽ.

Ignis de cælo delapſus ad renouationem.

Leu. 9. 24.

2 Par 7. 1.

Perpetuò apud nos manere velle indicauit ſpiritus.

Cap 31 9.

Cap 14. 23.

5. Ea tamen ratione hæc ſua opera molitur Spiritus ſanctus, vt ex illis innoteſcat, quod in Euangelio legimus, *quia in Deo ſunt facta*, hoc eſt, à Deo. Vnde ſicut Ioannes, vt probaret Verbum fuiſſe apud Patrem, & Verbum eſſe Deum, opera omnia mundi ab ipſo facta ſubdit: *Omnia per ipſum facta ſunt*; ita diuinus Spiritus hodierna die oſtendere vult opera ſanctificationis & viuificationis ipſa quidem per ſe manifeſtiſſimè teſtari, *quia in Deo ſunt facta.* Præterea ſicut Pater omnia egit per Verbum, hoc eſt, per rationem illam, quam apud ſe in mente habuit ab æterno, *como por modelo y traça*; ita Spiritus ſanctus, dum noſtram meditatur inſtaurationem, omnia ſuo ſpiritu, & halitu opera ad rationem & modum operum filij Dei operatus eſt. Quid egit Verbum? creauit hominem; Spiritus ſimiliter inſpiratione ſua quaſi creat animam ſanctam. Quid inſuper Verbum? redemit in carne & cruce; hanc etiam renouationem agit Spiritus per reſpirationem amoris. Quid tertiò Verbum operatur? reſurrectionem; eandem pariter exhibet in peccatore Spiritus ſuſpiratione. Quid quartò in Verbo incarnato mirabile fuit? aſcenſio; hæc item à Spiritu ſancto per aſpirationem præſtatur. Quid poſt aſcenſionem nouum? prædicatio Apoſtolorum, mundi conuerſio; nonne hanc Spiritus ſanctus cœpit, & vſque ad finem perduxit? Quid tandem à Verbo expectamus? iudicium, & gloriam; hoc ipſum ſpiritus amoris exercet, non tamen vt damnet, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Hæc autem ab vno Spiritu proceſſiſſe liquet, primò ex Euangelio: *Sic Deus dilexit*; en amorem æternum. Sed ne putes otioſum ibi fuiſſe, quæcumque peracta ſunt, ab hoc impellente amore proceſſerunt: *vt filium ſuum vnigenitum daret*, in noſtram redemptionem; ſed quia reconciliatione opus erat, anima reuocatur ad vitam per gratiam: *vt omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Poſt hæc autem iudicium expectatur, non iuſtis, quia *qui credit in eum non iudicatur*, hoc eſt, non damnatur; nec incredulis, quia *qui non credit, iam iudicatus eſt*; erit tamen iudicium ingratis, *hoc eſt autem iudicium, quia lux venit in mundum*, &c. Vltimò tandem ſicut filius Dei omnia ſua opera verbo tenus effecit; ita Spiritus ſanctus amore & inſpiratione. Quæ omnia eleganter complexus eſt D. Cyprianus [a], cuius verba ſigillatim expendemus. *Hic Spiritus ſanctus, omnium viuentium anima, ita largitate ſua ſe omnibus abundanter infundit, vt habeant omnia rationabilia, & irrationabilia*

(inde

Opera ſpiritus diuini atem eum adſtruit

Spiritus ſanctus in renouatione modũ operandi Patris in creatione tenet.

Erphraſis Euangelij.

a Ser de Spiritu ſancto

PARTES DISCVRSVS EX CYPRIANO.

(inde collige non eſſe veram animam) *ſecundùm genus ſuum, ex eo quod ſunt, & quòd in ſuo ordine ſua natura competentia agunt, non quòd ipſe ſit ſubſtantialis anima ſingulis, & in ſe ſingulariter manens, ſed de plenitudine ſua diſtributor magnificus proprias efficientias ſingulis diuidit, & largitur. Aſſiſtito ergo adeſto ſancte Spiritus, balſami liquor fragrantia ſua cubiculum tuum imbuat, ſtabilo fac, & perpetuum gaudium noſtrum, & creationis ſua renouationem in decore immarceſcibili ſolides in æternum, vt ſuſpiratio, & inſpiratio, & aſpiratio a ſancto Spiritu & cauſam habeant, & effectum, & materiam, & prouentum.*

6\. Primi amoris opus viuificatio.

Primum igitur amoris diuini opus eſt animæ viuificatio, quæ optimè creationi primæ comparatur; hanc autem operatur Spiritus ſanctus per *inſpirationem*, nam ſicut terream illam ſtatuam effinxit Deus, & quaſi os ori adhibens *inſufflauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem.* Sic diuinus Spiritus Eccleſiam & animas viuificat per inſpirationem & gratiam, quod ibi adumbratum fuiſſe D. Paulus explicat: *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia*, & ipſa inſuper Eccleſia Spiritum ſanctum poſtulat rectè & inuolutis verbis: *Oſculetur me oſculo oris ſui*; mittat obſecro è duobus labiis, Patre videlicet, & à filio, ſpiraculum vitæ, & halitum amoris. *Nam per oſculum*, inquit Ambroſius [a], *adhæret anima Deo, per quod ſcilicet transfunditur ſpiritus oſculantis; ſicut & hi, qui ſe oſculantur, non ſunt labiorum libatione contenti, ſed ſpiritum ſuum ſibi inuicem videntur infundere.* Iam Patrem æternum creantem audiuimus, iam filium redimentem eius, modò ſpiritum vitæ poſco, deſcendat, & os ſuum admoueat meo, vt per eius inſpirationem viuat nouus, ſcio enim his oſculis, his amplexibus delectati, Sapientiæ 7. *Inſuper manens omnia innouat, & per nationes in animas ſanctas ſe transfert, & amicos Dei conſtituit.* O vita animæ meæ quando nihil aliud a te expectarem, quàm dulciſſimum iſtum affectum, omnes alios exuerem, & frænarem appetitus, vt te vno contentus tibi viuerem, tibi loquerer, tibi arctiſſimo amoris vinculo colligarer.

a Lib. de Iſaac c. 3.

Nunquam anima ab hoc amplexu dimouenda.

7\. *Per inſpirationem renouatur homo vt amet inſpirationem.*

Quare tamen obſecro per inſpirationem & creauit, & recreauit hominem? vt hac ratione, inquit Auguſtinus, ſtudioſus eſſet, & amans inſpirationis diuinæ, & ſingulari animo eas exciperet, & illis eſſet adimplendis deditus; ſicut natiuos aëres, in quibus educati ſumus, commodiores ad vitam exiſtimamus; quos ſi præterire ſinit anima, vel quamprimùm non adimplet, ò quanta mala inde redundant! Primum ingenioſe ponderat Rupertus [b]; homo enim ſic per inſpirationem factus ſtatua illa diuino halitu inſufflata quò primo incedat æquum eſt? quò, niſi ad gratulandum inſpiratori? tardauit igitur, &, vt ait Dauid: *Deliqui prius quam humiliarer, non authorem honoris mei Deum glorificaui, aut gratias egi.* Et quid inde conſequitur? vt qui non dedit locum inſpirationi, det illicò ſuggeſtioni dæmonis; quare ante peccatum & lapſum iam iſtud delictum præceſſerat, quod ex textu compertum eſſe ait Rupertus, nam cùm eos nudos eſſe dixiſſet, ſubiungit: *Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ*; quorſum interpoſuit coniunctionem, *ſed & ſerpens erat*: vt auditor prudens non puter initium peccati Adæ cœpiſſe ab exteriori perſuaſione ſerpentis. *ya eſtaua el mal recado hecho, prius namque intus ad cor hominis per ſemetipſum locutus eſt ſpiritus diaboli, vt ſuperbiret, & mandata Dei deſpectius haberet.* Qua via, obſecro, ſuperbia hæc intrauit ad hominem? qua alia, niſi quia diſtulit inſpiratorem ſuum ſequi, & audire, volebat Deus præoccupare animam, & anteuertere dæmonis ſuggeſtionem per inſpirationem; hac igitur relicta patuit aditus diabolo, & eius ſuggeſtioni: *niſi enim intus per ſuperbiam prius intumuiſſet, foris tentatus tam facile non cederet.* Vnde D. etiam Cyprianus [a] ponderat quod refertur *Exod.* 32. cum Moyſes inferret tabulas digito Dei, hoc eſt, Spiritu ſancto ſcriptas, & vitulum adoraſſe populum reperit, eas fregit, & licèt reſipiſcente populo alias ſcripſit, tamen non iam Dei digito, ſed hominis, ſuo nempe, vt qui noluerunt legem ſpiritus, hoc eſt, Paracleti recipere, modò eandem legem ſine illo primo auxilio, & ſine illa conſolatione teneantur implere; *vere enim ſubebat lex illa, ſed non iuuabat.* Sic contingit, vt qui per ſocordiam inſpirationes diuinas, quia graues, deſpiciunt, maiori cum onere, & incommodo cogantur eadem, & difficiliora implere, & qui modò noluit ſibi reconciliare inimicum, nec eius adire domum ambitionis cauſa, & obtinendæ dignitatis ſtudio, cogatur conuenire illum, rogare, & ſuppliciter obſecrare. O inutilem laborem! ò neceſſariam, & ſine vllo merito charitatem! nónne ſatiùs fuiſſet opportuno tempore, cùm tibi per concionatorem inſpirabat Deus amorem, tunc apprehendere? ſit vtique quod aiebat Rupertus, vt non obſecundantibus primis parentibus inſpiratori Deo, à ſerpente in mortem corporis inducti ſint, & dicente me: Indue ò iuuenis cilicinam veſtem, occupa noctis partem in oratione, non exaudior, & ecce vix amicus ſerpentino ore ſuggerit ad aures ludum, concurſationem per vrbem, turpem concubitum, ſtatim acquieſcis ei. Inde manifeſta eſt animarum ruina, ſi modum formationis eius conſideras. Nam formauit Deus hominem adducta terra ex quatuor orbis partibus, Oriente, Occidente, Septentrione, & Meridie, vt ſancti Patres obſeruant [*]. Quorſum, vt amorem & beneuolentiam ad diuerſas partes conciperet? minimè, ſed quia terra iſta inſpiranda, & animanda erat; vita autem eius in eo ſita erat, vt obediret Deo creatori ſuo, in quacunque re, & in quemcunque locum mitteretur; ſciat ergo à natura omnem mundi partem reſpicere, & faciem, ſicut animalia Ezechielis, in quatuor mundi plagas conuertat, & vbi perſonabat vox inſpiratoris, *illuc gradiebantur, & non reuertebantur.* Et quia ſicut incluſus aër in ſubterraneis locis totam terram concutit, & exturbat domos; ſic inſpiratio Spiritus ſancti in terra noſtri corporis & animæ incluſa & diu detenta animæ ruinam ſempiternam machinatur & affert. Diſce ò anima Creatorem tuum, & vbi primum gloriæ effectum percipis, inſpiratorem tuum adi; *opera enim eius manifeſtant quòd in Deo ſunt facta.*

b De operibus Trinit. in Gen. lib. 3. c. 1.

Pſal. 18. 8.

a Sermone de Spiritu ſancto.

Pœna contemnentis diuinas inſpirationes.

Promptè obediat Deo in omni parte & loco.

8\.

* S. Cyprianus lib. 1. de nominibus Sina & Sion. & Aug. tract. 9 in Ioſue, & Sibylla 1 lib. oraculorum.

Ezech. 1

9\. *Secundum amoris opus per reſpirationem.*

Secundum opus redemptionis quis neget ab amore fieri per *reſpirationem*? vigilanti enim verbo dixit Ioannes: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret*, ne putares otioſum, aut minus fœcundum, vel potentem Spiritum ſanctum, ſed tanti operis molitorem, motorémque fuiſſe, redemptionis nempe, quod

Ioan 3.

clarius ipse dixit, *Obtulit se per Spiritum ſanctum*, ſicut cùm ſedes in ſecretiori domo, vbi nullus vento locus patebat, quia æſtus eſt, & meridies, omnia ſilent, aues maxima ſiti tacent, canes hiante ore linguam exerunt, arbores languida folia demittunt, herbæ ſiccantur, fontes ardore Solis calent, æſtuoſa omnia; dum ecce ſuauiſſimus perflet ventus; quò reſpirant omnia, & tu, qui rationis es particeps, obſeruas oſtium aliquod, vel feneſtram aliquam apertam fuiſſe, per quam venti flatus penetrauerit. O triſtem terræ faciem! ô æſtum peccatorum! quis deſcribat, qualis erat tettatum orbis ante aduentum Chriſti, & Spiritus eius? dum ecce repentè *emiſit Spiritum ſanctum, & renouauit faciem terræ, & factus eſt repentè de cælo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis*; apertum eſt ſine dubio oſtium aliquod, ita eſt (inquit Auguſtinus) in Chriſti latere feneſtra aperta eſt, quod ne ignoraremus, dixit: *Vnus militum lancea latus eius aperuit*, aperuit, dixit, non vulnerauit, vigilanti enim verbo Euangeliſta vſus eſt, vt [illegible] ventum Spiritus [illegible] ô quàm vigilantiori verbo dixit: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret*; vt cùm natura [illegible] refrigerarentur mentes, cùm Chriſtum in terris videremus, cùm verbum Dei ad noſtra deſcendiſſe miraremur, oculos [illegible] ad thronum Dei attollentes, in quo feneſtra amoris aperta eſt, cauſam ſciamus, quia videlicet *ſic dilexit mundum*. Opus hoc enarrat facer Euangeliſta.

Qualis erat orbis ante reſpirationem Spiritus ſancti.

10. *Factus eſt repentè de cælo ſonus*; repentè, ne putaremus noſtris meritis aduenisse, & præter expectationem, vt cælitùs delapſum etederemus, nec terrenum eſſe fructum, ſed cæleſte donum, de cælo venit ventus iſte; cùm æger non poteſt in natiuum aërem deduci, percommodum eſſet ſuæ patriæ ſalutiferos aëres ad ipſum afferre; inuentum diuini tui medici, ô homo, qui cùm animæ ſtatim non poſſent in patriæ cæleſtis auras ſuauiſſimas migrare, fecit vt inde ad eas ventus & ſalutifer aër adduceretur, hic aër vox eſt prædicationis, in quo nata eſt Eccleſia, quare ne ægrotis doctrinam iſtam ſubtraheret Timotheus, grandioribus verbis Paulus monet illum, ne ſubtrahat verbum Dei, *prædica verbum*, Græcè, *hoc verbum*; erit autem lethale ſignum, cùm ægrotus in natiuo aëre deterius ſe habet, & ex concionibus peior & nequior fit, potiúſque fabulis, quàm concionibus acquieſcit.

Qualiter ſpiritus deſcenderit ad reſpirationem mundi.

Simile.

Verbum Dei reſpuere lethale eſt ſignum.

11. *Tanquam ſpiritus*, non erat ventus, ſed vehemens fragor & ſtrepitus ventum adumbrabat, eſt enim, non aër, ſed quaſi anima animarum noſtrarum, vt aiebat Cyprianus [a]. O vox ſuauiſſima! ô amatorium verbum! ô prodigium amoris! dicito mihi anima animæ meæ (pace tua loquor, tua fretus benignitate) qualis eſt iſta vita, quam mihi impertiris, & quare vento perſimilis? equi enim anima vitam, mores, & proprietates equo dignas; leoni ſimiliter ſua forma crudelitatem, ſuperbiam tribuit; tu ergo alme Spiritus, anima cùm ſis animæ meæ, diuinas illi proprietates indidiſti, & nun depoſita natura hominis ad diuinam cognationem & conſortium traducis; *magna nobis & pretioſa donans, vt diuinæ eſſemus conſortes naturæ*; & quæ cognatio? non minus quàm diuina. Rom. 8. *Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba pater*; & hoc ipſe interno ſpiritu dictat: *Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit, quod filij Dei ſumus*. O felix anima, quam talis hoſpes inhabitat, à quo tam celſam accipit conditionem, & cognationem, qui in redimendo & adoptando animas ſatis oſtendit, *quia opera eius in Deo ſunt facta*.

a Suprà.

Quaſi anima animarum ſpiritus eſt.

2. Petri 1.4.

12. Tertium & diuinum prorſus opus reſuſcitandi iam olim obierat, & ſpem nobis viuificandi animas iniecerat, vocato enim Ezechiele innumera oſſa in campo iacentia oſtendit: *erant autem multa valde ſuper faciem campi, ſiccaque vehementer*, nec poterat diuina conſilia penetrare; *fili hominis putáſne viuent oſſa iſta?* quid me interrogas? *Domine Deus tu noſti*: expecta igitur, *vaticinare de oſſibus iſtis, & dices eis: Oſſa arida audite verbum Domini, ecce ego immittam in vos ſpiritum, & viuetis*, cœperuntque oſſa commoueri, iuncturas quærere, & inſuper neruis ligari, protendi, pelle & carnibus indui: *vaticinare ad ſpiritum, à quatuor ventis veni ſpiritus, & inſuffla ſuper interfectos iſtos, & reuiuiſcant*. Quis te non videt ô alme Spiritus, inquit Ambroſius [a], opus iſtud molientem, non enim multi, ſed vnus inuocatur ſpiritus, vnus ſuſcitat mortuos, vnus ſtare facit viuentes, vnus armat milites ad bellum, nónne etiam diuinum opus, & à Spiritu ſancto fuit, cùm 4. *Reg.* 4. Eliſæus ſuper puerum mortuum incumbens os ori adhibuit, & ſepties puer ad vitam rediens oſculaſſe deſcribitur, quia ſuper extinctum populum, id eſt, orbem, Dominus veniens ſepties eum fecit oſcitare per ſeptem gratiæ dona, quæ ſpiritus Eccleſiæ communicauit. Nónne etiam diuinum opus fuit Ieſum à mortuis ſuſcitare, *qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis*, quia nempe Spiritus ſanctus vt Deus eſt in Ieſu Chriſto ſuſcitauit illum.

Tertium opus diuinum reſuſcitandi. *Ezech 37.1.*

a Lib. 3. de Spiritu ſan. cto c. 19.

Myſticè reſuſcitatio per ſpiritum.

13. Vides igitur quàm facilè poſſit tuam animam ſuſcitare, per *ſuſpirationem* nempe, nam ad iſtam viuificationem duo debet exhibere peccator, quæ gratiæ contraria non ſunt, primum eſt ſuſpirare in oratione, *& quia quid oremus, ſicut oportet, neſcimus*, ait Paulus, *ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*; poſtquam enim creauit, & iuſtificauit nos, dum mors peccati extinguit charitatem, imbecillis anima neſcit poſtulare; ipſe autem ſpiritus *poſtulat*, hoc eſt, poſtulare nos facit: neſcimus autem, quia petimus temporanea, quæ fortè peccati incitamenta forent, petimus vt nos à tentationibus eruat, quibus forſan quaſi fræno corrigerentur appetitiones, petimus ambitioſa cupiditate ducti, ſicut filij Zebedæi, petimus ex zelo honoris Dei, ſed non ſecundùm ſcientiam, ſicut cùm Ioannes & Iacobus ignem de cælo contra Samaritanos poſtulabant, petimus cùm minùs oportet, & ſatius eſſet, & vtilius, ſi diutius protraheretur. Hæc omnia incommoda vitat ſapientia Spiritus ſancti per *ſuſpirationem*. Mos eſt in regiis tribunalibus, & conſiliis, vt nulla detur petitio, vel ſupplex libellus, quæ à iureconſulto non ſint ſubſcripta, atque notata, nam ſi ruſticus quiſque, vel quilibet ex litigatoribus ſuam ipſe petitionem præſcriberet, & in multis deficeret quæ deſiderat, & in multis redundaret, nec effectum ſortiretur, ſicut cùm ab aduocato, iure, ratione, & verbis opportunioribus, maiori cum authoritate inſtructa & præſcripta legitur, *Neſcimus* (inquit Paulus) *ſuſpi*

Rom. 8.26.

Neſcimus quid petamus niſi doceat ſpiritus.

A ſimili.

ſuſpirare, neſcimus orare: at almus Spiritus in diuino throno *gemitibus inenarrabilibus, con anſia, con eſtudio, poſtulat pro nobis*, Ita Auguſtinus [a]: *Eſt ergo in nobis quædam vita, vt ita dicam, docta ignorantia, ſed docta ſpiritu Dei, qui adiuuat infirmitatem noſtram.* Cæterùm etiamſi expoſitio iſta vera ſit, videlicet, quia nos facit gemere, & poſtulare, ſicut Deuter. 13. *Tentat vos Deus, vt ſciat ſi diligatis eum*, id eſt, vt explicat Gregorius [b], *vt ſcire vos faciat*; hic autem non videtur habere locum hæc phraſis, nec Græcè, nec Latinè, ſed eſt ſenſus, vt Spiritus ſanctus dicatur gemere, & poſtulare, non in ſua perſona, ſed in nobis ipſis, quæ tanquam animata & rationalia inſtrumenta ipſius ſumus; quod autem per inſtrumenta fit, ipſi mouenti cauſæ primæ attribuitur, & ita euenire ſolet, vt Spiritus ſanctus non adiuuet, quia ſæpe petimus quæ non conueniunt, & ſic non impetraremus; at dum à Spiritu ſancto ſunt, & ipſe eſt, qui per nos petit, & gemit, non ſiunt inutiles, ſed impetrant ea quæ conueniunt, quamuis nos ignorantes non ea petiuerimus; ideo dicitur Spiritus ſanctus *gemitibus inenarrabilibus petere, quia nobis occulta ſunt ea, ad quæ Spiritus ſanctus dirigit petitiones noſtras*; ſicut princeps, qui in conſilio regij ſtatus adeſt, monet amicum, vt poſtulet adminiſtrationem, vel præturam, & dum legitur in conſilio libellus ſupplex, corrigit ipſe, & ait, plus meretur, plus petit, præſidentia, vel aliud munus detur illi; ita Spiritus ſanctus & in nobis eſt, vt moneat ad poſtulandum, & in conſilio eſt, vt vtiliora, & opportuniora faciat, quæ poſtulamus. Et ideo addit, *qui autem ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret ſpiritus.*

a Epiſt. 121.

b Lib. 2. moral. c. 22. Toletus hic.

Simile.

Ipſe ſpiritus dirigit petitiones noſtras.

14. Secundò ad hanc reſurrectionem iuuat etiam quod Chriſtus admonet: *Manete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto.* Nam licèt ſpiritus ad opera ſua nulla indiget diſpoſitione, quia *vbi vult ſpirat*, & ſubitò tanquam ventus Paulum, Magdalenam & latronem ad gloriam traduxit; attamen gaudet, & placet illi peccatorem, qui ſuſcitandus eſt, in aliqua bona diſpoſitione verſari: nam cùm Spiritus ſanctus amor ſit Chriſti, & quaſi anima noſtra, illa optima erit diſpoſitio, quæ vel Chriſti charitatis, humilitatis, vel patientiæ ſimilitudinem gerit. Eſt in naturalibus appoſitiſſimum exemplum. Cùm natura de rudi & vaſto corpore animam equi educere parat, videas quali proportione, & debito ordine organa diſponit, vt anima inſtrumenta ſuis operationibus apta inueniat, ideoque corpus agile, viuidum, elegans, expeditum, & in quamlibet partem verſatile ad curſum, ad prælium, ad pompam præparat; ſecus verò, quia leo non ad bellum, ſed ad rapinam, ad vorandum, ad rugiendum naſcitur, eius animæ oſſa ferrea, neruos validos, vngues, dentéſque acutos prouidet, nec in hoc vſquam errat natura; nunquam enim ex leonino corpore equinam animam effinxit, nec eduxit in equo leonem, nec in agni corpuſculo formam catuli, aut lupi produxit. Si igitur Spiritus ſanctus te, quaſi anima, ſuſcitaturus eſt, compara te, ô mi homo, ad animam debitis inſtrumentis ac qualitatibus ſuſcipiendam, quæ Chriſti virtutibus quàm ſimillimi ſint. Vis ſuſcitari ab ſpiritu humilitatis, fac igitur, vt poſtremum teneas locum, vt fideas tuas laudes ſicut mortuus, vt omnes laudes, & nulli inuideas: at ſi tu ſemper es in præconio tuarum laudum, ſi maiorum nobilitatem ſæpius memoras, ſi vento præſumptionis extolleris, qua ratione ſpiritus demiſſionis ſedem in tua anima figet, cum apparatio & membra iſta potius Romani, aut Athenienſis extollentiam, & faſtum poſtulent, quam Chriſtianam humilitatem? Vis tu ſuſcitari ad compunctionem peccatorum, verumque dolorem? pone riſum, mœror faciem occupet, perge in ſecretum & obſcurum locum, euolue annos, crimina, conſcientiam, inferni flammas conſidera, ſepulcrum meditare, tubam iudicij auſculta. Cæterùm ſi lyra præ manibus eſt, ſemper tibi lætiora decantanda, nunquam memoranda mors, ſed ſpectacula, viſitationes, conuiuia, ſaltationes frequentandæ, monſtrum vtique eſſet tali támque difformi animæ doloris ſpiritum aptari; *manete igitur in ciuitate*, quieſcite peruerſè agere, & quaſi mortui mundo, ſilentio, corpore mortificato, lacrymantibus oculis ſuſpirate, & inclamate ſpiritum, *Veni ſpiritus, inſuffla ſuper interfectos iſtos, & reuiuiſcant.* Voca animam tuam, inquit Auguſtinus [a], *Sicut enim eſt anima tua corporis tui, per quam viuis; ita ſe habet Deus tuus animæ tuæ, de quo viuit. Vnde moritur corpus? quoniam diſceſſit anima; vnde moritur anima? quoniam diſceſſit Deus.* Suſpira igitur; *lex enim ſpiritus vitæ liberabit me à lege peccati, & mortis.* Quod ita verum eſt, vt cùm Paulus vidiſſet nouos & à morte excitatos homines, lætabundus exclamauerit: *Gratia eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt, non ex operibus, vt ne quis glorietur, ipſius enim ſumus factura creati, (de nada) in Chriſto Ieſu, in operibus bonis*, id eſt, ad opera bona, *quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus*. Et ſicut anima in prima creatione facta eſt ad imaginem Dei, ita modò ad ſimilitudinem ſpiritus debet fieri; *Dominus autem ſpiritus eſt, nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes in eandem imaginem transformamur tanquam à Domini ſpiritu, como hijos de gracia y eſpiritu*; vt ſemel nouerit anima mea (ô alme Spiritus) in te, & per te viuere, ſine te in corpore quaſi in pheretro mortua iacere.

15.

Mortis ſimilitudinem aſſumamus vt viuificemur ab ſpiritu.

a Ad finem 10 tom. hom. 13. de ſanctis.

Rom. 8.

Quales redduntur ſily gratia ab ſpiritu.

16. Ingredere igitur ô anima animæ meæ, & digito iſto mirabili opus aliquod eximium vno digito, hoc eſt, tenui & delicato penicillo in me operare, *Digitus Dei eſt hic.* Quid intendiſti iſto tuo digito, dum orbem, & meipſum creaſti, *cada vno mira en derecho de ſu dedo*; tuus ergo iſte digitus in quam vtilitatem intendit? nihil niſi in amorem: *ſic Deus dilexit.* Imò & gentium peritiſſimi aiebant amorem Deorum res omnes condidiſſe: at quanto elegantiùs tuus ille ignitus ſeraphim Dionyſius Areopagita [b] prædicauit: *Diuinus amor non permiſit Deum ſine germine eſſe.* Si ergo ego & Eccleſia iſta opus tuum ſumus, *ipſius ſtructura ſumus*; ſi ad modulandum tuas laudes nati, *ipſius poema ſumus*; ſi ad repræſentandum te, quaſi imago expreſſi, *in eandem imaginem transformamur*; ſi tui ſumus filij, & quidem quàm ſimillimi, *tanquam à Domini ſpiritu creati in operibus bonis*, vt tibi ſubſeruiamus in æternum, *in quo credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ in redemptionem acquiſitionis, in laudem gloriæ ipſius*, hoc eſt, taliter acquiſiti & reſuſcitati, vt ipſum opus oſtendat à Deo factum fuiſſe, *vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta.*

Spiritus ſancti opera amorem ſpirant. Ariſt. lib. 1. Metaph.

b 4 De diuinis nominibus.

Optima diſpoſitio ad Spiritum ſanctum charitas & humilitas.

A ſimili.

Humilitatis confert ad ſpiritum humilitatis, ſeruor ad charitatē.

17. Quartum, aſcenſionem animæ mirabilem quis niſi columba Spiritus ſancti *per aſpiratio-*

Spiritus ſanctus animæ aſcenſionē & eleuationem præſtat.
a Ser. de Spiritu ſancto.

nem mouet, & promouet, vſque dum humana
mens prætergrediens ad ſuperna vſque ad diui-
nam vnionem peruolet? Ideo enim, vt inquit
Cyprianus [a], in forma columbæ venit Spiritus,
quia animam aſpirare ad æterna, & gemere do-
cet. *Sed Spiritum ſanctum* (inquit) *in ſpecie colum-
bæ inter illa myſteria vidimus,* (in Iordane) *& in-
telleximus ex illa ſpecie gemitus & pœnitentiæ de-
ſideria contemplationis diuinæ ex ſimplicitate cordis
prodire, & neminem niſi ſuſpiriis huiuſmodi præce-
dentibus poſſe ad cæleſtia aſpirare.* En manifeſtum
ſignum reſurrexiſſe per Spiritum ſanctum, ſi
ſtatim aſpiras ad æterna, & à deſideriis carna-
libus te ſubducis. Quod Dauid de ſe fatetur in-
Pſal. 37. genuè: *Domine ante te omne deſiderium meum, &
gemitus meus à te non eſt abſconditus.* Certum eſt
Deum perſpicuè penetraſſe eius mentem, &
excepiſſe ſuſpiria, nouum aliquid vult nobis ſi-
gnificare, Domine poſtquam ſpiritu principali
ad vitam reſuſcitatus ſum, nuſquam ego gemi-
tum emiſi, neque ad terrena, ſed ad cæleſtia
aſpiraui, quòd ſi propter aliquid terrenum ſuſpi-
rarem, non auderem coram te poſtulare,
quemadmodum matrona, quæ ſecundo viro
nupſit, etiamſi prioris viri tangatur amore, &
ſuſpiret aliquando amiſſum coniugem, cauet
tamen prudenter, ne affectum ſentiat maritus,
nec ſuſpiria audiat. Scis ergo Domine nec in
conſpectu tuo, nec ſeorſim propter temporale
aliquid ſuſpiraſſe, nec ad terrena aſpiraſſe, ne
tibi, ô mi amor, offenſus eſſem; tu enim aſpi-
rare ad cæleſtia doces.

18. Sed quia aſcenſio iſta & aſpiratio ardua erat
creaturæ maximè terrenis deditæ, & ſenſibilia
Spiritu quaſi odore vitæ ad ſuperna attollimur.
amanti, opus fuit, vt de cælis ventus deſcen-
deret diuinus, & odor bonorum ſempiternæ
vitæ, qui nos rectà duceret, & alliceret ad cæ-
leſtia. Ideo Dauid vario nomine Spiritum ſan-
ctum nuncupat, maximè tamen ſpiritum rectum
Pſal. 50. vocat: *& ſpiritum rectum innoua in viſceribus
meis;* ventus ille quidem, qui rectà inuehit na-
uem animi in cælum, nam, vt ait Hieronymus,
peccatum animæ naufragium eſt ab appetitio-
Rectus amor rectà nos in cælum tendere docet.
num ventis conflictantibus ortum, *el vracan y
remolino de las paſſiones encontradas traga y afon-
da la naue del alma, in circuitu impij ambulant,*
genuſque eſt ſupplicij diuini. Iſai. 19. *Dominus
Ariſt. lib. 8. Ethicorum c. 1.
miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis, eſpiritu
de deuaneo que os trahe al retortero; amor enim eſt
impulſus ad rem amatam,* quare illò fertur, quo-
cumque fertur. Si igitur in nos ventus iſte, ſeu
amor rectus ſemel ingrediatur, coget animam
ad cæleſtia, & aſpirare faciet ad superna; ſe-
cundum iſtum ventum poſtulat Dauid quò re-
ctà tendat, vnde ille ſpiritus (inquit Auguſti-
nus) nobis opportunior erit, qui obliquitatem
animi incuruati ad terrena tollat, & attollat
ad cæleſtia, atque ad proſpectum, vel ſaltem ad
odorem æternorum deducat. Hoc fortè in Ec-
cleſia hodie maximè placuit: *naſus tuus ſicut
turris;* anima enim huic diuino amore deſpon-
ſanda longis naribus, & olfactu acutiſſimo, &
acerrimo ſit oportet; hæc autem pulchritudo
vocatur à gloſſa *diſcretio ſpirituum*, vt vento-
rum differentias diſcernat. Sicut de certis nar-
b Lib. 8. rat Plinius [b], qui cùm certis temporibus mare
tranant, non alio ferro, non aſtro, non char-
Duce Spiritu Eccleſia rectà ad cæleſtia aſcēdit.
ta ducuntur, niſi olfactu, quo pollet qui dux
eſt reliquorum. Ita pariter Eccleſia ex hac die
mari, & innumeris periculis tradit filios, non
alio prædoce ferro, quàm odore æternorum,
quo aſpirat ad cæleſtia, poſtquam inde ad nos
Spiritus deſcendit diuinus. *Spiritus tuus bonus* Pſal. 142.
*deducet me in terram rectam, eſſa marea eſe olor que
me da oy en la nariz, eſſe me lleuara derecho a la
gloria. In odorem vnguentorum tuorum curremus,* Cant. 1.
memores vberum tuorum ſuper vinum. Cæleſtium
amorem ex Chriſti pectore hauſit Eccleſia, vbi
etiam æterna delibauit, vnde ait, *memores vbe-
rum tuorum,* & alij legunt, *odorabimus amores
tuos.* Hinc venit Iob intelligendus, *Donec fuerit* Iob 27.
*ſpiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia
mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur men-
dacium.* Hiſpani legerunt, *en quanto reſuello en
mi y eſpiritu de mi nariz ſi hablaran mis labios
maldad y ſi gorgeara mentira mi lengua?* Pro certo 19.
polliceri poſſum Deo meo, dum vixero, etiam-
ſi mori contingeret, nunquam à recto tramite
diſceſſurum. *Iamas formare en mi lengua mentira
ni baſtardeare en ſu fe vn punto.* Quo duce im-
menſum difficultatum mare intras Iob ſancte?
quo alio, inquit, niſi ſpiritu Dei? *Donec fuerit
ſpiritus Dei in naribus meis,* toto tempore, quo
odor æterni boni nares animi occupabit, rectà
ad Deum tendam; aſpiratio enim iſta cæleſtis
odoris aſpirare cogit ad nouum orbem, ſicut
primus ille orientalium Indiarum explorator,
& inuentor nouum orbem ſubodoratus eſt, &
Opus ſpiritus cæleſtia expetere & ad ſuperna aſpirare.
ex ventis terram firmam ſuſpicatus eſt; egregij
enim viri eſt, & æterna ſpectantis, non hærere
terrenis, ſed ſemper in inueſtigatione ſummi
boni eſſe. *Domine* (inquit Dauid) *à paucis diui-
Pſal. 16.
de eos de terra.* Hebræus apud Eugubinum legit,
*à mortuis qui ſunt de hoc mundo per peccata; quod
non reſpiciunt ad mundum futurum. librad me Se-
ñor de vnos hombres que llenan el coraçon de lo que
Auari & terrenas terrena amant.
vos eſcondiſtes oro y plata y viuen como gente que
no eſpere otra vida.* Et ſicut gens, quæ odorem,
ventum, & amorem æternorum vel nunquam
percepit, vel omninò amiſit. Quapropter dæ-
mon delere curat odorem iſtum, vt amiſſa recta
via ad terrena declinetis; ſagax verò animus
iuſti attentiſſimè & ventum & vocem aucupat.
Iſai. *Mane erigit mihi aurem, ego autem non con-* Cap. 54.
tradico, retrorſum non abij; aliter enim peruerti-
tur ſenſus boni, & mens, quæ ducitur ad bo-
num & ad verum, aberrat, vel quia latet quod
iuſtum eſt, vel quia non delectat, *pierde el tino
y tuerze el viaje y ſigue la tempeſtad,* vt ad Galatas
aiebat D. Paulus: *Currebatis bene, quis vos faſci-
nauit? quien os a eſtoruado el ir aſpirando a lo eter-
no?* mens tamen, quæ ab hoc diuino Spiritu
ducitur, aſpirat ad cæleſtia, eleuatur & aſcen-
dit quoad vſque vnione amoris mirabili Deo
coniungatur; ad hanc autem admirabilē aſcen-
ſionem inſtruit Deus Spiritum ſanctum, tan-
quam peritiſſimum artificem vniendi; vnit enim
indiſſolubili amoris nexu perſonas Patris & fi-
lij, & ſicut ad magnam excitandam ædificij
molem aliquando mittit rex operum ſuorum
Quaſi alis aquilæ eleuat Eccleſiam ſpiritus.
artificem maximum; ita ad eleuandam Eccle-
ſiam militantem Pater hunc ſummorum ope-
rum artificem diſpenſauit, qui alis aquilæ, ſpi-
ritúque recto columbæ vehat in cælum mor-
tales, & terrenos. *Spiritum rectum* vocauit Da-
uid. *Quid eſt rectum*, inquit Auguſtinus, *niſi
non pronum, & ſuperna aſpicientem?* Et de quo
Iſai. *Hæc dicit Dominus Deus dans flatum populo,* Cap. 42.
qui eſt ſuper terram, & ſpiritum calcantibus eam.
Hos enim (inquit Hieronymus [a]) diuina illu- a Ibidem.
ſtrat

ſtrat gratia, qui terrena pellundant. *Spiritum autem hus propriè dat, qui calcant terram, & ſapientiam carnis ſuæ ſubiiciunt poteſtati.* qui ſic in altum ſublati, & à terrenis abducti cum caſtitate florere videntur, qui corporei ſunt, & patienter tolerare, qui imbecilles, & diuinis intereſſe, terrenorum immemores, quaſi ſpectaculum nouum omnibus in admiratione ſunt, & fit manifeſtum, *opera hæc in Deo, hoc eſt, à Deo fuiſſe facta.*

20. *Omniſſo Spiritus ſancti bellum peregit difficile. La capitana S. Maria.*

Quintum prædicationis opus *per expirationem* mirabiliter peractum eſt, nam cùm *ſic Deus dilexiſſet mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret,* & ipſe magis tenebras quàm lucem amaſſet, naualé bellum contra illum inſtruxit, vt optimè annotauit Procopius. Prætoriam nauem Mariæ vexillo candido inſignitam; grauem nauim Petri Eccleſiæ nauarchi;

La almirante de S. Pedro 2. capitan de la flota. El galeon S. Philippe. La naue mercantil de S. Thome. La naue grueſa de S. Iuan que iua en conſerua de S. Maria. El eſpion que atalayo las regiones de Eſpaña Santiago. Claſſis nauahs à ſpiritu coacta vt vindicet iniuriam Chriſto factam.

nauem longã S. Philippi, qui ſuis tormentis quaſi tonitruis Scythiam & Hierapolim terrore erat perculſurus; onerariam nauim Thomæ Luſitani mercatoris, qui primus ad Indos veritatis lumen inuexit; onerariam nauim Ioannis, qui Mariam conſeruabat & tutabatur; exploratoriam nauim S. Iacobi, qui noſtram Hiſpaniam viſitauit, & quaſi Noë arca in celſiore mundi monte quieuit, ſuperba videlicet Hiſpana gente, apud quam etiamſi octo animæ ſicut in arca per aquam Baptiſmi ſaluæ factæ ſunt, pòſt verò quàm acre bellum dæmoni, & fidei hoſtibus inflixit; quid alios commemorem? quis naues omnes inſtructas Spiritu ſancto plenas in portu videret? dum ecce ſigno belli dato funes & anchoras ſoluunt; *quia factus eſt repentè de cælo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis*, aura perflat, carbaſa pandit, tuba perſonat, tormenta reboant: *vox ſalutis Deus ſalues faciendi, ſaluacion, ſaluacion remiſſion de peccados.* Speculator Iſai. propheticis oculis procul ſans myſteria declarat. Quò viam ducit armata claſſis? *& timebunt qui ab Occidente.* Et quò inſuper? *& qui ab Oriente Solis gloriam eius.* Et quid affert claſſis? *cùm venerit quaſi fluuius violentus, aquas Baptiſmi, quibus tingenda ſunt regna.* Et quis eſt claſſis tantæ nauarchus? *quem ſpiritus Domini coëgit.* Et quæ eius inſignia? Aquila legit, *Spiritus Domini ſignaculum eius.* Et quis vexillifer? Complutenſis in theſauro; *ſpiritus Domini vexillifer eius.* & quid contendit? *deponet iniquitates noſtras, & proiiciet in profundum maris. hundir y anegar peccados, limpiar almas, purificar coraçones.* Et quis claſſem coëgit; *ſpiritus Domini coegit*, vt iniuriam vindicaret illatam æquali perſonæ filij Dei, quem mundus non cognouit, & nunc honori eius conſulit, dolores, ærumnas, clauos,

Mirabile bellum & victoria ſpiritus.

& crucem eius honeſtare, & ab hominibus coli, vt par eſt, prætendit.

21. a Lib. 6. de ſacerdotio.

Et cœperunt loqui variis linguis. Ne putes poni ante oculos tuos, inquit Chryſoſtomus [a], nauale bellum, & exercitum nauticis viris conſtantem, nec mare opertum triremium numero. *No eſperes oir el iugar de la artilleria la reſpueſta horrenda de canones ſacres y eſmeriles ni ver el humo que ciega y eſcurece el ſol ni el eſtruendo de las galeras que ſe en viſten ni la palmeteria que ſe quiebra ni los golpes el herir el martillar de los guerreros los eſtallidos del fuego el rugir y bramar de las velas, los alaridos de los vencedores el algaçara de los vencidos las voces de los que ſe ahogan los gemidos de los que ſe mueren aquel temblar los tigres y animales brauos de la tierra aquel huir mal ſeguros los peces a las cauernas y ſenos del mar, No eſpereis a ver eſo que es effecto de la poluera artificio de hombres compendio de ſu ſaña inſtrumento para llenar preſto al cabo ſus iras y llenar las gargantas de muerte y infierno en breue eſpacio, ſino doze hombres deſarmados.* Ne exiſtimes viſurum æra armorum oppoſitum ſplendorem reddens, non haſtarum fragorem, non tormentorum bombum, non miſſilium nubem iaculorũ, niuis inſtar ingruentium impetum, non multam illam caliginem, & tenebras, obſcuriſſimam noctem, non ſanguinis torrentes, non cadentiũ gemitus, non ſtantium clamores, non fluctuum fragorem, nautarum tumultuationem, militum clamorem, ſpumam tum vndarum, tum ſanguinis mixtam alia cadauera ſubmergi, alia adnatare, alia intra ipſos fluctus ſic obrui, vt nauibus iter veluti obſepiant. Ne putes ad hæc ſpectanda te vocatum fuiſſe; ſed vide mortales duodecim nudos in terram inſerentes, omnibus armis exauthoratos, & in externa ſpecie *omnium peripſema* à maris impetu eiectos in terras regna penetraſſe, & vrbem, & plateas Hieruſalem, vbi heri & nudiuſtertius formidoloſi & timidi erant, inſtantes pleni Spiritu ſancto, pleni fortitudine, & diuina audacia mundum à vera religione aberraſſe prædicant, obſident mundum, abiiciunt ſuperbiam, errorum zizania cremant, idolorum altaria demoliuntur, mendacium oraculorum ora obturant, barbaros ad gregem trahunt, congregant Catholicos, pellunt & explodunt hæreticos, comburunt quaſi fœnum Iudaiſmum, terrámque vniuerſam crucis aratro perſtringunt, & in ſpolia referunt mundi coronas, dæmonis arma, & carnalia corda. Et quibus armis? *variis linguis*, igneis & flammantibus. O alme Spiritus, quis non videt vim diuinam in his omnibus manifeſtari? qua ſicut *Deus ſaluos faciẽdi* audiſſimus in meam ſalutem inermes armas, roboras imbecilles, & infirmos, ſolus vnus peccator adhuc rebellis, adhuc tardus, & obſtinatus manet; bellum enim iſtud viget adhuc, licèt enim perſeuerat in Eccleſia ventus iſte diuinus, & mirabiles effectus eius experimur; plurimi tamen hærent terrenis, quia nondum guſtarunt cæleſtem & ſpiritualem conſolationem, quare *expirare* opus eſt, ſicut Dauid:

Hærent terrenis qui ſpiritum dulcem non deguſtarunt.

Os meum aperui, & attraxi ſpiritum. Sicut de Apoſtolis dictum eſt, qui non attendentes carni & ſanguini os in oratione aperientes ſe totos diuino igni & vento inflammandos dederunt, nullis obſtaculis, nullis minis, nullis tormentis præpediti. Sicut cùm claſſis in portu eſt, & migrare

Simile.

parat ad Indos, vno & alio nuntio regio monetur, vt ſoluat, & viam agat, verùm quieſcit adhuc, nec obſecundat, quia ventus non eſt, interim cùm ecce ventus excitatur ſecundiſſimus, ſoluit è portu, & ecce vnus & alter regis nuntius iubet ſiſtere claſſem, minimè tamen obtemperant, ventus enim afflatus ſupra reges eſt, & ſupra regium conſilium. Erat Chriſti armata claſſis in portu, timore, inopia, & imbecillitate detinebatur, & licèt vno atque alio regis præſcripto migrare tenebantur. *Ite, ite, prædicate Euan-* 22.
gelium; ipſi tamen adhuc perſiſtebant immoti, quia ventus non erat, cùm *ecce factus eſt repentè de cælo ſonus*. & ſtatim ſermones inſtituunt Petrus & Iacobus, & ſecundiſſimo vento animas ad Chriſtum conuertunt. Iubet Herodes tacere, vela contrahere, ſiſtere claſſim, fruſtrà tamen, repleti enim Spiritu ſancto nec reges, nec tyran-

Aſſiſtante Spiritu ſancto in anima ſtatim dare vela debis.

nos, nec Cæſares verentur. Sic ô peccator, non multum miror per longos menſes te terrenis inhæſiſſe, turpia amaſſe, & funibus peccatorum conſtrictum in longa obſtinatione manſiſſe; hodie tamen non cedes amori, non attrahes ſpiritum, non terram deſeres, non victori & expugnatori orbis collum ſubmittes? Vide orbem vniuerſum (inquit Euſebius) veluti vaſtiſſimam ſyluam ſpinis oblitam, & hoc igne flagrat vniuerſa, & ad ſtridorem ignis mundi Domina Roma caput conuertit & oculos, perquirit incendiarios, & hoc ei reſponſum datur: *Ignis à facie eius exarſit, carbones ſuccenſi ſunt ab eo. Ignis*, ſpiritus nempe, *à facie* qui procedit à Patre & filio, qui vera eſt imago Patris, *eius*, nempe Patris, *carbones*, videlicet Apoſtoli, vt optimè explicat grauis Doctor, qui frigidi, triſtes, & ignobiles iacebant timore conſtrati; *ſuccenſi ſunt ab eo*, vt eorum igne totus conflagraret orbis: orbis, Domine? ita, inquit. Roma ingens mole, Ieroſolyma grandis ſcelere, Athenæ nobiles ſcientia, Ægyptus obſtinatione antiqua, vt notum ſit cunctis nihil eſſe quod huic amori poſſit obſiſtere, *ſed opera eius manifeſtant, quia in Deo ſunt facta.*

Pſal. 17.

Rufinus Aquileienſis. Spiritui ſancto nihil obſiſtit.

23. *Hoc eſt autem iudicium.* O amor quis putaret nos tandem in iudicium vocaſſe? verúmne à ſe deſciuiſſe credas amorem? ſtatum ſubdit: *Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.* Cuius nulla alia ratio reddenda eſt, inquit Athanaſius, niſi quia filius Dei amoris gratia, & amore impulſus venit non iudicare, hoc eſt, damnare, ſed captiuare, vincire amoris vinculo. Iudicium ergo in pondere & menſura faciendum eſt. Eſdras 4. *Vade, pondera mihi pondus ignis*, non ignis elementatis, hic enim ſuum à naturæ authore pondus habet. *Qui dedit ventis pondus*, &c. Tu etiam Paule pondera, ſi vales, in trutina charitatem; placet, inquit, in vna lance infinitus ponatur amor, *ſic Deus dilexit*, in altera infinitũ donum, *vt filium ſuum vnigenitum daret.* Quid vides? Domine video inclinatam lancẽ in nos, *dilexit nos, tradidit ſeipſum pro nobis.* Et quid tibi videtur de iſta charitate? Dicam Domine, verbo tamen proiecto & audaci. *Propter nimiam charitatẽ qua dilexit nos, demaſiado amaſtes a los hombres.* Si igitur vellem ego amorem iudicem conſtituere, quis ſaluus eſſet? certè nemo, Domine: *Nunc ergo hoc eſt iudicium.* Pendite mihi ô iuſti hunc amorem, ſoluite hoc donum; eſt quid retribuendum infinitè amanti, & infinitũ donanti? igitur aperiantur carceres, extollantur cruces, præparentur religioſi habitus, aperiantur clauſtra, carceres, & vincula amoris aperiantur, nemo enim veſtrûm eſt, qui valeat nec talem amorẽ, nec tale donum retribuere. Vos ergo iudicate, quid vobis ſuperſit faciendum, niſi arripere conſilium mercatoris velitis, vel eius qui argentariam faciens, omnia pænè bona decocta videns creditoribus claues dat domus & ærarij, numorum, & librorum, & inſuper ipſe pergit in Eccleſiam, vel ad vincula. Sic vos ob infinitum donum filij debetis mihi vitam, annos, valetudinem, & quidquid aliàs liberè frui poteratis: *ſerui facti eſtis iuſtitiæ*; & præterea ite ad vincula propter infinitum amorem, quo vos ab æternitate proſecutus ſum: at quia nulla creatura poteſt eſſe ſoluendo, opus eſt in gloria, tanquam in carcere ingenuorum eſſe, vbi licèt ſemper amando nunquam æternus amor poterit ſolui, ſemper in carcere amoris erunt. *Et hoc iudicium amoris.*

Iudicium miſericordia agit Chriſtus per ſpiritum.

Iob 28.

Ponderatio amoris.

Carcer amoris & vincula charitatis.

A ſimili.

24. *Illi verò alteri iudicio ſe oportet præparari* (inquit Bernardus [a]) *hoc eſt autem iudicium, quia dilexerũt homines magis tenebras, quàm lucẽ.* Non te morabor, vno enim verbo totum iudicium ſitum eſt, iudicium, quod per trutinam fit, & æquiſſimum eſt, & breuiſſimũ, & partes citiſſimè acquieſcunt. Eleua igitur trutinam; *ſic Deus dilexit mundum*, & alteram, *vt filium ſuum vnigenitum daret*, en, vno verbo ſententiam, cauſamque tutam dicit Dauid: *Non ſic impij, non ſic, nec ſic*, vt par erat, te amauerunt, *nec ſic*, vt iuſtum fuerat rependerunt. Detrudantur ergo in ſempiternum carcerem; quare ſempiternum? quia nunquam æternum ſoluent amorem, etiamſi per æternitatem plectantur.

a Epiſtola 155.

Iudicium & dãnatio peccatorum breuiſſimum.

Sic Deus dilexit, ſic Deus dedit peccatores, non ſic, non ſic.

25. *Nobis autem quomodo non omnia donabit* (inquit Paulus) *qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.* Et quæ ſunt iſta *omnia? Omnia* iſta in vno Spirito ſancto donata ſunt, *& hoc quod continet omnia.* Quis continet omnia? *Spiritus* nempe *Domini* repleuit orbem terrarum, nam Eccleſiam ſuo ſponſo orbatam *illuſtrauit ſua beatiſſima luce*, diſcipulos, qui quaſi paſſerculi adhuc in nidulo, & in teſta frigidi timidique remanſerant, fouet, *fouet quod eſt frigidum*, & alas in totum orbem dedit, Synagogam, quam ſicut inanime corpus multiplex lex, & ſacrificia innumera ad vitam minimè reuocauerant, *viuificat.* Eccleſiæ, quæ diu muta erat, & elinguis, diſpertitas, & igneas, celeres, & efficaces linguas mittit; linguas quidem ad vulnera animarum curanda opportunas; Scripturã, quæ ſicut aula regia pretioſis aulæis, & eximiæ artis tabulis ornata erat: quæ tamen latebant omnia, accenſis duodecim facibus Apoſtolorum illuminauit, Chriſti myſteria reuelauit, imò & Chriſtum ipſum ibi ſub velamine poſitum: *ille me clarificabit, quia de meo accipiet, hara como quien es y hara lo que conuiene hazer perſona que procede de mi*; hæc enim myſteria pandit, vibices eius honeſtauit, plagas decorauit, mortem vitam, crucem thronum, paupertatem ſplendorem, humilitatem gloriam eſſe monſtrauit; opera enim, quæ fecit, ſatis ſupérque manifeſtant, *quoniam in Deo ſunt facta*, quibus ſic largè gratiam diffudit, vt tibi integrum ſit vitam conſequi, & ſempiternam gloriam.

Spiritus Domini cõtinens omnia datus eſt nobis, & in eo omnia.

Diuini ſpiritus officia & munera.

Spiritus ſanctus honorificanda perſona conſulit.

VERBVM FILII.
Ioan. 3. v. 16.

Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, &c.

Perſonæ Spiritus ſancti originem, dignitatem, effectus, atque fidei obſequio colendam deitatem aperit atque perſuadet.

DISCVRSVS CLII.

1. AD auguſtiſſimum myſterium honorificis, &, vt par eſt, diuinis verbis proſequendum opportunè ſatis, vna nobis obue

obueniret lingua ex illis igneis, & flammantibus, quas in ora Apoſtolorum ipſe hodierna die Spiritus almus diſpenſauit, quas vnico deſcribit verbo Lucas Euãgeliſta, *Apparuerunt illis diſpertitæ linguæ*, dedit illis ſpiritus celeres linguas, expeditas, volubiles, acutas, molles, ſubtiles, & inflammatas. *Vn hablar liſo limpio deſpartido y lo que ſe dize departir bien.* Et qui talem non habere linguam experitur, poſtulet à Deo, inquit Paulus, ipsúmque deprecetur Spiritum ſanctũ. Ideo Paulus diſcipulum admonens ait: Sis, obſecro, in conſpectu hominum talis, vt à nullo, nullave de cauſa poſſis pudore ſuffundi, ſed te exhibe miniſtrum, *rectè tractantem verbum veritatis*, & Græcè, *rectè ſecantem verbum veritatis*. Agnoſcat concionator inſtar chiromantis, cui vulante, & expedito cultello incumbit cibos præſcindere, quo meliùs edi valeant, debere etiam verſatili ingenio tot hominum guſtibus ſatisfacere, curando vt in diuerſa, in diſtincta, quæ in verbo veritatis latent, diuidat, & diſpertiat; & ſicut ille in fruſta diſſectam auem optimè diſtribuit, quæ macriora ſunt, ſenibus; quæ faciliora, pueris; quæ duriora ad corrodendum, bene dentatis iuuenibus diſtribuit: ſic concionator non ſolùm palam abſcondita ſeſe depromat, non ſolùm inutiles quæſtiones miſſas faciat, ſed ex rectè diuiſis aliud ſegni ingenio, aliud ſolertiori, aliud puero, aliud erudito viro edendum & corrodendum diſpertiat. Verba igitur ſancti Euangelij tanta verborum grauitate, acumine, & elegantia proſecuti ſunt ſacri Doctores vt eruditis ſuis linguis non ex illo ſolùm plenam perſonę Spiritus ſancti naturam, & attributa expreſſerint, ſed noſtras etiam obligationes, & amoris vincula, quibus tam Pater, quàm filius, & ipſe Spiritus ſanctus nos deuinxeram, declararunt, *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum*, &c.

Linguæ diſpertitæ & volubiles datæ Apoſtolis.

Actorum 2.

2. Tim. 2. 15.

Diuidat, diſtinguat diſtribuat quæ concionator doctrinam.

NEXVS DISCVRSVS.

Amor eſt Spiritus ſanctus.

Exprimit hoc verbum originem, & proprietatem perſonalem Spiritus ſancti, qui nempe amor eſt, vt eius præclarus Encomiaſtes Græcus ponderat Gregorius Nazianzen.[a] *vt filium ſuum vnigenitum daret.* Aperit hoc verbum maiorem eius excellẽtiam, primum nempe eſſe donum, & aliorum donorum originem, vt princeps Theologorum Thomas obſeruat. *Vt omnis, qui credit, & credit in eum, non pereat.* Quæ verba mirabilem effectum regalem, & diuinum, vitam ſpiritualem impertiendi, vt magnus Græciæ ſummopere laudatus docuit Baſilius[b]: *Qui autem facit veritatẽ, venit ad lucẽ, vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſũt facta.* In quib. ineffabilis eius dignitas exprimitur, qua Deus eſt, vt ex operibus eius libet inueſtigare, ſicut docuit Fulgẽtius[c], cũ ad Thraſymũdum ſcriberet, hęc gradatim percurremus, inde noſtræ ædificationi & ſaluti opportuniora aſſumemus.

a Oratione 5 de Theologia.

Primum donũ eſt Spiritus ſanctus

Vitam dare munus Spiritus.

b Lib de Spiritu ſancto.

Deus eſt Spiritus ſanctus.

c Lib. 3.

2.

Sic Deus dilexit mundum, &c. Originem & proprietatem perſonalem nobis affert verbum iſtud, almum videlicet Spiritũ amorem eſſe, qui ab ardente pectore, & inflammata volũtate procedit, quo ſe æterno, reciproco, & ſempiterno affectu Pater & filius proſequuntur, mundũmque ſimul diligentes, ſeipſos tamen tanquam primarium obiectum, ſecundarium verò creaturas; & licèt amantes duo realiter diſtincti ſint, Pater, & filius; coëunt tamen in vnum idémque principium, à quo Spiritus ſanctus procedit. En vno verbo ad fontem bonitatis infinitæ peruenimus, nondum tamen ſitim exhauſimus, dicam quæ bona docet Theologia, explicatiùs. Cùm bonitati proprium ſit communicare ſeipſam, ſummi boni ſumma communicatio propriiſſima eſt. Ideo namque non ſolitarium diuina natura paſſa eſt Patrem, ſed ſine principio ſummi & æterni boni communicationem egit in filio, & ex vtraque perſona, ſummaque & indiuiſa bonitate perſona proceſſit Spiritus ſancti, ſit tamen Spiritum ſanctum, qui ſumma bonitas eſt, non habere cui alteri ſe communicet, non quidem defectu ſui, ſed defectu alterius perſonæ, cui ſe communicaret, cùm vltra tres non ſit in Deo. Ex quo fit, vt cùm ſpiritus nullam perſonalem ſui communicationem poſſit efficere (nam gratiarum ſaltem communicatio, quæ toti Trinitati tribuitur vt communi principio eorum quæ ad extra ſunt, illi etiam conuenit) diuino tamen Spiritui filiorum Dei adoptio, & quaſi deificatio ſpecialiter tribuatur, vt ſancti Patres & Cõcilia ex illis verbis Pauli manifeſtè colligi docent: *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio ſancti Spiritus ſit cum omnibus vobis, Amen.* Hæc igitur voluntas ſuam bonitatem communicandi auidiſſima, & quæ diu ſe continuit, atque repreſſit, erupit aliquando, & hodierna die in diſcipulos transfuſa eſt.

Proprietas perſonalis declaratur.

Boni ſummi propria eſt ſumma ſui cõmunicatio.

3. Dices tamen vbi eſt illa infinitæ perſonæ, & infinitæ bonitatis infinita ſimiliter communicatio, hæc enim, quæ retuliſti, gratiarum dona finita ſunt; amor enim & gratiæ, quas capere poteſt creatura, finitæ ſunt. Nobis tamen ſi adſit D. Thomas, infinitam hanc communicationem ſecundùm voluntatem etiam infinitam oſtendemus. Eſt igitur, inquit Thomas[a], Spiritus ſanctus perſonaliter donum; donum autem, ſecundùm Ariſtotelem, eſt gratioſa donatio nulla præuiſa retributione; eſt igitur, inquit, amor donum, & primum donum, ſiquidem gratis datur, atque adeò amor & ſpiritus primum donum eſt: quare ſequitur, vt cùm Spiritus ſanctus ſit amor Patris & filij, ſit etiam donum vtriuſque, & donum nobis collatum etiam ab æterno; ſicut enim verbum ab æterno erat verbum, etiamſi nondum erant homines, ad quos loqueretur, ſimiliter amor donum eſt noſtrum, quia nobis erat donandum, nam ad hoc vt res aliqua donum ſit, non opus eſt vt actu reipſa donetur, ſed habitudinem habeat vt poſſit dari, ſicut eos numos, quos adhuc in arca habetis ſeorſim, equum vocatis, vel domum, *eſſe es el cauallo eſta es la caſa y eſſo ſon ſino los dineros y precio.* Vnde primò collige per omnem æternitatem *mente ordinaſſe Deum charitatem iſtam*, & infinitum donum, vide qualem æterni boni inueniſti ſcaturiginem, ſed ne putes otioſum fuiſſe tantum amorem, vel ſterile donum tibi ab æterno fuiſſe, audi, non enim maximum opus ſpiritus fuit ad nos hodie aduentaſſe, Nam hoc opus Chriſto, & eius meritis debebatur, quibus ex iuſtitia nobis obtinuit has miſericordias; illud igitur ſingulare opus & infiniti doni dignum fuit, vt nempe antequam Chriſtus eſſet in mundo, antequam Verbi perſona nobis in carne hæc dona poſſet promereri, iſte ſpiritus, iſta bonitas hoc donum inter dona primum, pectus, & amorem parentis Dei maximè ſollicitauit, ab æterno impulit, *vt filium ſuum hunc vnigenitum dares*: quare cùm celebritas iſta tanta ſit, non ſatis completa erat, ſi Chriſto contenta eſſet, & myſteriis eius, niſi retrò ad æternitatem greſſus fieret, & amor

Infinita communicatio Spiritus ſancti quo pacto ſit.

a 1. quæſt. 38 art. 2.

Ab æterno Spiritus ſanctus erat donum & amor noſter.

Amore æterno te proſecutus eſt Deus.

Multo ante incarnationẽ tam Spiritus ſanctus nobis conſuluit.

ille æternus panderetur. Quod Iſaiam ceciniſſe obſeruat D. Baſilius: *potam te ſuperbiam ſæculi, ſuges lac gentium*; ſed hæc temporanea ſunt, perge ad diuina, reſpice æterna: *mamilla regum lactaberis.* Vna videlicet voluntate, vno amore, vna æterna bonitate, qua potantur tres (non reges nec Domini) ſed tres perſonę Trinitatis. Vnde lac iſtud ſuauiſſimum in os Eccleſiæ inſtillatur.

Mamilla regia lactatur Eccleſia.

Hæc noſtræ lætitiæ cauſa, hoe fidelium paſcha, quia æternum omnium bonorum fontem reperimus, & diuinæ charitatis, vnde in omnia alia feſta lætitia redundauit, cùm in vrbis platea fons patens & pulcerrimus ſiſtitur, licèt aquarum locus circundatus eſt cratere ex lapide poliſſimo, licèt per multas fiſtulas aqua defluit in lacum, & leones ex candido marmore ore hiante aquas cryſtallinas euomunt; illud tamen prudenti conſiderandum, quot dies, quos ſumptus impenderint ſenatores, dum fontem hunc deducendum in ciuitatem operariis, & illorum præfecto, qui opus faciendum ſuſcepit, pretio maximo conduxerunt. At qui rem magis perpendit, eò per cogitationem regreditur, vbi ortum ſuum habere creditur, vbi perennis erat, antequam per aquæductus recentiores & nitidiſſimos perflueret. Venit iam ad nos ille tuus *fons patens*, ò Iſaia, & qui leones illi robuſtiſſimi Apoſtolorum? quæ ex eorum ore linguarum & gratiarum profuſio? qui crater Baptiſmi poliſſimi lapidis? quæ aquæ ad purgandos Græcos, ad mundandos Iudæos, ad dealbandos Æthiopes? magna donatio, grandis lætitia, bonum quidem cæleſte, præfectò, ei qui opus faciendum ſuſcepit, & in ſuo latere amoris aperuit canalem, gratias habeamus, rectè quidem & iuſte; verùm hodierna dies cogit te pergere ad æternitatem, adire ſenatum trium perſonarum, inde amor, inde fons, inde aquæ gratiarum in nos profluxerunt. Ierem. 31. *Longe Dominus apparuit mihi, de elexos imagino yo que enderezo a mi ſu charidad, & in charitate perpetua dilexi te, con vena perpetua de amor, ſic Deus dilexit*, & inde cætera ortum habent beneficia. *Ideo attraxi te miſertus tui, rurſúmque ædificabo te, adhuc ornaberis tympanis tuis, y toda via ay miſericordias, que manen ſobreti.* Quem amorem vt probè expenderemus, bene nos ad mamillam vocauit Iſaias, quia ibi purius lac, ibi vtilius, inquit Auicenna; extra vbera enim citò aceſcit, friget; ita amor iſte proprio in fonte guſtatus omnes ſuperat delectationes, nutrit, & exhilarat animas. Ideo in hôc amore oculos defigere iubet, non in his, quæ propter nos perpeſſus eſt, ſicut vera mater, cui, ſi infans ratione vteretur, & gratias referre vellet, non oſcula, non lac dulce, non manus occupatas, non ſolicitudinem cordis, non inſomnes noctes, non partus dolores, nec denique exultationem, & dulcia verba, quibus amplexatur, fouet, vbera pandit, & adhibet ori papillam, illi vna manu adaptans, cincinnos pueri blandè demulcens. Non hæc puer magna, non lac grande reputaret beneficium, ſed penetraret cor, non fruſtrà vberibus ſuppoſitum, vt per lactis hauſtus quaſi per canales ad amoris fontem, & originem properaret. Sicut Paulus, *dilexit nos*, hic eſt fons, *& tradidit ſemetipſum pro nobis*, inde mors, cæteraque dona promanarunt, *ſic Deus dilexit mundum.*

4.
Aduentus ſpiritus & amoris æterni cognitio lætitia eſt plena. Simile.

Feſtum amoris æterni agimus.

Mamilla dulciſſimi lactis amor & Spiritus ſanctus.

Simile.

Vt filium ſuum vnigenitum daret. Primum donum eſſe Spiritum ſanctum, & ex dictis, & ex

5.

hoc verbo liquet maximè; quantum autem ſit hoc donum, nullis potuit illuſtrioribus verbis explicari, eo ordine, quo ſunt diſpoſita, & maximè notanda; iſtud enim, *ſic*, vt notarunt Chryſoſtomus & Amphilochius Epiſcopus Iconij, tantum valet, quantum vix poteſt explicari. *Deus*, ille Deus qui nullo indiget merito, *Saddy* nuncupatus, hoc eſt, *ſibi ſufficiens*, & vt D. Dionyſius, *Deus in ſua eſſentia omnia præhabet.* Et D. Paulus, *Non in manufactis templis habitat indigens aliquo, cùm ipſe det omnibus vitam, & inſpirationem, dilexit.* Sic ſeriò & verè amauit, nam ludicrè & fictè diligere in mundo frequentiſſimum eſt, rarus verus amor, ideoque tanquam ad rem peregrinam inſpectandam, ad Chriſti pectus attentius adfuit Ioannes Domine nonne craſtina die lancea perforato pectore omnibus patebit cor? ita quidem reſpondet, ſed non omnes penetrabunt amorem, hunc autem vtpote tenuiſſimum & delicatiſſimum ſonum volo vt aure attenta & ad pectus inclinata percipiat, pulſus pertentet, motum obſeruet cordis, & ſciat nullum inter mortales huic ſimilem verû amorem reperiri. Amores equidem noſtri humorea potiùs nuncupari merentur. 6. *Væ qui confidis ſuper baculum arundineum, parece que a de ſuſtentar, quiebra ſe al tiempo de la neceſſidad y hiere y laſtima las manos.* Fertur de Alcibiade quadam die clauſo cubiculo ſeorſim conueniſſe, & euocaſſe amicos ſuos; amice nunc deprehendam, quis erga me ſis, certè occidi virum, cuius cadauer apud me eſt in cubiculo, vellem tamen occultò ſepelire, vel procul abiicere, propterea opem tuam mihi impendas obſecro; apage, inquit, homo pacificus ſum, nolo crimen aliquod mihi imputet iudex, rem aliam à me poſtula. *No quiero pleytos con la iuſticia.* Vnus tantùm inter omnes dixit, placet libentiſſimè, in quodlibet facinus tui cauſa vires, opem, & induſtriam collocabo, æqualem tecum volo ſubire fortunam. Salue, inquit, fideliſſime amice, nullum eſt cadauer ſepeliendum, ſed ego viuus tibi fideliſſimè adero, & præſtò ero tibi, nam ſolùm experiri volui qua ratione erga me eſſes animatus, comperi quidem amicum, rarus enim inter homines verus amor. Quod vt exprimerent antiqui (etiamſi eorum non amo philoſophiã, iſtam autem peringenioſam præterire nolui) hominem ſenem depingebant numos aureos in terra attentiſſime inſpectantem, in ore caput & roſtrum pſittaci habẽtem, vultu triſtiſſimo, manibus cõpreſſis, ferreis manicis, pedibus item compedibus vinctis, ſcipioni inſiſtentem. Quid aliud intentiſſimi oculi denotant, nisi lucri & pecuniæ amorem, quo ſenex noſter mundus flagrat, eo quidem maiori, quo ætate prouectior, & in cæleſtibus conſectandis remiſſior; indeque fit vt etiamſi ex numis, quibus ille auidiſſimè attendit, vnum etiam ad pietatis, vel religionis officium demas, illic fremere, illic inclamare, illic omnibus auaritiæ nomen imponere; os quidem & lingua pſittaci quid niſi verba adulationis, vel probroſa & iniurioſa ſignificat? quæ tamen nihilo plus facienda, quàm pſittaci loquela; nam cùm te indigent mundani, regem, & principem appellant, & nobilem; ſin minùs in aliquo læſiſti, quanta contra te iactant, Iudæum, ſacrilegum, inſanum more pſittaci vocant, tunc maximè cùm quis offa vini meri pſittacum inebriauit, cùm, inquam, aliquo affectu inardeſcit, tunc

Primum donum & maximum ſpiritus expenditur.

Solus diuinus amor verus.

Falſa amicitia.

Rarus inter homines verus amor. Emblema mundi auariſſimi & pro lucro ſeruientis.

Mundi probra & dicteria contemnenda.

Digitized by Google

tunc petulantem linguam ſoluit. Neglige tamen quid de te mundus ſentiat, quid obtrectatores contra te iactent; ſi verò aliquid aduerſum tibi euenerit, tùc mœſto, & toruo vultu ſunt, quos ſi tunc in auxilium vocas, excuſant ſe non poſſe fauorem impendere, quia vel a principe oblata poteſtas eſt, deuinctæ manus, & pedes colligati compedibus. *Perdonad que me uenen atadas las manos.* Vides mundani amoris ſimulacrum? abſit hoc, inquit Ioannes, à Domino meo, *dilexit mundum*, oculis, manibus, corde, vultu; verbiſque ego vidi intentiſſimum eſſe hominibus ad moriendum pro nobis; *dilexit mundum*, non dixit homines, ſed mundum, vt vim amoris exprimeret, quo dilexit mundum, ſeruum nequiſſimum; *mundus in maligno poſitus eſt*; audaciſſimum, qui contra Dominum multoties petulanter inceſſit; inertiſſimum ſenem, & inutilem: *mundus tranſit, & concupiſcentia eius*; tribus quidem notis clariſſimum, ſuperbum, guloſum, & auarum: *Quidquid eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia oculorum, concupiſcentia carnis, aut ſuperbia vitæ, hunc dilexit*, quod Paulus demſtratus dixit Rom. 5. *Commendat charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus ſecundum tempus pro impiis mortuus eſt.* Et hoc non pro Hebræis tantùm, quibus aliquid ex fœdere debere videbatur, ſed pro omnibus omninò hominibus; ideo enim vocat Ioannes propitiationem totius orbis. Certè tot ſunt huius ſerui defectus, vt nec gratis domum referre debuiſſes, nec quis velit, ſi nouerit, in domum ducere. Et quid propter illum dediſti? *filium ſuum vnigenitum daret.*

Seruum omnium notarum & turpiſſimũ mundum dilexit Deus.

1. Ioan. 2. 14.

7. Matth. 11. Noſti Domine quem emeris, quare tam ingens pretium profundis? ita bene noui, imò *nemo nouit filium niſi Pater*; qua ratione emptio iſta peracta eſt? videbis modò. Pondera, ſi potes, illud, *ſic Deus dilexit*; pende illud *ſic*, nam ſi emptio iuſta eſt & rationabilis, per æquè ponderat illud *ſic*, atque *filius vnigenitus*, quid habet iſtud *ſic*, quod cum filio vnigenito poſſit in trutina comparari? rectè rogaſti, amor eſt, qui præponderauit vel æquauit filio vnigenito Dei. Vidit eques equum elegantem, & pulcrum, & cupiditate emendi illum allectus eſt, cuius cùm legitimum pretium ad ſummum centum ſint aurei numi, vendens tamen affectum & amorem ſubodoratus quingentos aureos numos poſtulat, valétne equus tantum? equus ſeorſim ſumptus minimè, cum equeſtri æſtimatione & voluntate equitis valet: ex affectu & voluntate pretiũ agnoſcimus; *ſic* enim dilexit, qui tale pretium pro equo pendit. Voluit Deus mundum, qui ſuus erat, coëmere, & licèt in deterius venerat, & turpiſſimis notis affectus erat ſeruus iſte ſceleratiſſimus, inclinauit tamen in illum ſic affectum & amorem, vt etiamſi mũdus nullatenus valeat, quantũ pro ipſo datũ eſt, at ſeruus iniquus cum amore illo diuinò ad æquilibriũ ponderat cum vnigenito filio Dei, qui eſt pretium infinitum. Nam Deus amorem iſtum, & mundum coëmit, quòd ſi amorem non poſſumus ad libram ponderare, ex pretio tamen infinito infinitum amorem fuiſſe comperimus. Vnde illud *ſic* infinitum amorem continet, qui in trutina præponderat vnigenito Dei filio infinitè dilecto. Sic lances iſtas ad æqualitatem compoſuit Paulus, dicens: *propter nimiam charitatem, qua dilexit nos Deus.* Ecce in lance vna amorem & mũdum impoſuit: *filium ſuum miſit in ſimilitudinem carnis peccati.* Ecce pretium iuſtæ venditionis abſque eo quod à iudice reſcindi queat; nulla enim vltra iuſtum pretium donatio fuit, amor enim impenſus (etiãſi mundus nihil valet) proportionem habet cum ipſo Dei filio vnigenito, quam infinitatem illud *ſic* inuoluit. Hinc etiam apertior eſt doctrina D. Thomæ, qui Spiritum ſanctum primum appellat donum, nam filij Dei traditio à voluntate libera Patris proceſſit, quare prius voluit dare quod ſemel dedit, nam antequam munus ad amicum offeras, iam amor præoccupauit cor, & amor præceſſit donum. Collige igitur quantus ſit ille Spiritus, ille amor, qui primum fuit donum tam pretioſum donum filij Dei, & qui ſolicitauit, impulit Patrem, vt daret filium, vt ſeipſum traderet. *Sic dilexit, ſic dedit*, dedit infinitum, vtrumque infinito amore dilexit. Et tu mortalis quo pacto redamas talem amantem, quando tantum donum retribues? vtrumque infinitum eſt, quando perſolues? conſtitue tibi hodie trutinam, & mitte in lancem vnam illud *ſic* amoris infiniti, & in alteram impone pretium, & donum vnigenitum Dei filium pondera ſi vales; ſicut Eſdræ dictum eſt, amorem iſtum, *flammam ignis pondera, ſtatúmque menſura venti.* Poteris tu flammam iſtam pendere? minimè Domine, nulla intellectus humani trutina expendet illa duo, *ſic amauit, ſic dedit.* Age igitur peccator, in eadem lance aliud *ſic* perpende, & omnem rationem futuri iudicij breuiſſimè comperies. Nam ſicut vlna ſupra pannum poſita ſtatim æqualitatem aut defectum manifeſtat, & ſicut tacentibus omnibus trutina & lances ipſæ loquuntur: ita, inquit Dauid, æquiſſimum Dei iudicium in momento peragendum eſt; rogabitur enim mundus quid Deo retribuerit pro infinito amore, manifeſtabitur ex alia parte vnigenitus, quem Pater dedit in pretium, ſubitò inæqualibus lancibus liquebit iniquitas. *Non ſic, non ſic impij. No aſi ſeñor los peccadores no amaron aſi no dieron aſi.* En iudicium peractum, & tuæ damnationis cauſam perſpicuam; præponderauit enim in te amor turpis, & obſcœnus meretriculæ amori infinito Dei, & temerè prætuliſti lucrum exile & vile æterno vnigenito Dei, & ſicut vlteriùs procedere non potuit illa bonitas, ita non fuit, quo vltra progrederetur iniquitas. Hæc materia iudicij, hæc præconij ſeries, his æternis addicuntur pœnis, & hac animaduerſione puniuntur hi miſeri homines, quia pluris vanitatem, quàm deitatem; pluris amorem turpem, quam æternum; pluris humana lucra, quàm Dei vnigenitum in iniquiſſima trutina, in qua ſi bilance æſtimarũt.

Amor Dei ſigillatim & donum filij tum expenditur.

Simile.

Ex pretio amorem emenſis colligimus.

8.

Quale eſt diuinior uni quod ad tale donum (Chriſtiani videlicet) dandum, impulit Patrem.

Damnatio peccatoris Deũ non diligentis manifeſta eſt.

Iniquitas peccatorum deprehenditur, damnatur.

Vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Modus operandi ſpiritui frequens, & opus viuificandi iam verbis iſtis declarantur: operatur enim quaſi vita noſtra, hanc vitam impertitus eſt Chriſtus effectiuè & meritoriè, & Spiritus ſanctus eſt hæc vita, non quòd ille efficiatur, ſed procedit & ſpiratur, ſed quia ab ipſo vita ſpiritualis efficitur, quod non obſcurè docet Paulus Rom. 8. *Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberabit me à lege peccati & mortis, nam quod impoſſibile erat legi.* D. Ambroſius [a] locum iſtũ de lege gratiæ exponit, & de fide, quæ latiùs diſtat à lege Moyſis. *Lex verò fidei, quia & peccare hominem vetat, & peccatis mortuum reuocat ad vitam*, rectè appellatur *lex ſpiritus vitæ.* Fac hìc adeſſe cadauer, quis manum plicare, aut brachium contra 9.

Opus viuificatorum ſpiritus.

a De fide in hunc Pauli locũ.

Simile.

contrahere efficiet? adſint omnes artifices, quis ſtare coget? quis incedere? poteritne humanum ingenium hominis manus, qui ex tractando viuo argento perpetuò tremit, ab illo compulſiuo motu liberare? certè ſola lex membrorum obtinebit hoc, vis nempe interior, & virtus aliqua medicamenti efficaciſſimi morboſam illam permouentem qualitatem in neruis conſumet, & difformem illum motum internè componet. Vide namque quàm facilè, ſuauiter, & eleganter anima ſemel corpori infuſa illud mouetet ad omnem actionem, motum, & facultatem ſenſus atque rationis. hoc ipſum perpendit Ambroſius: *Eſt enim lex peccati, quam ſupra dixit in membris habitare; lex verò mortis ipſa eſt lex Moyſis, quia mortificat peccatores, vel mortuos relinquit.* Vide Paulus: *Lex*, inquit, *eſt miniſtratio mortis litteris formata.* Vbi Hebræi legunt, *miniſtratio mortua, receta muerta que no puede ella por ſi dar vida.* At cùm in animas noſtras mirabili illapſu intrat ſpiritus, (quem ſine dubio Platonici; *Spiritum intus alentem* nuncuparunt, & meliùs Paulus, *diffuſa eſt gratia eius in cordibus noſtris*) inhabitat hominem, & non ſolùm internè mentem illuminat docendo quæ ſunt agenda, ſed etiam inclinat voluntatem, & affectum ad bene agendum: *vnctio eius docet nos de omnibus.* Et apertiùs, *In hoc cognoſcimus quoniam in Deo manemus, quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis.* Nam ſicut manus, etiamſi homo non ſit, dicitur tamen hominis manus, quia eadem anima informatur, qua adæquatè totum viuit corpus; ita nos licèt homines ſimus, filij Dei dicimur, & eſſe atque manere in Deo, quia de ſpiritu ſuo dedit nobis, qui noſtrarum animarum quaſi anima eſſet. Et ſicut corpus eleuatur per animam ad rationalem vitam, ſic anima ad diuinam dignitatem & naturam aſſurgit per hanc vnionem ſpiritus, & internam vnctionem, vt conſortes efficiamur diuinæ naturæ, vt D. Petrus aiebat. Vnde inferre licet cum D. Auguſtino [a], ſi corpus ad continendam, & diutius ſuſtētandam in ſe animam, ne abire contingat, vnde interitus impendet, talia molitur, tanta tolerat, multis indiget, delitiis fouet, etiam acerbiſſimas potiones & amaras ſumit, huc nauigatio, huc negotiatio, huc agricultura, huc denique induſtriæ, artes, & ſtudia hominum reſpiciunt, quanto plura, maiora, & grauiora ſuſtinere æquum erit, vt ſiſtat & perſeueret in nobis ſpiritus iſte gratiæ & vitæ noſtræ, & qui eſt æternæ principium: *accenſam nos atque damnant amatores vitæ temporalis, & fugientis mendacij.* &c.

Vetus lex non viuificabat, lex verò ſpiritus vita eſt viuificans.

Interna ſunt munera ſpiritus.

1. Ioan. 2.

A ſimili.

a Tract. 49. in fin.

Vita gratiæ impensè conſeruanda.

10\. *Qui facit veritatem venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quoniam in Deo ſunt facta.* Vltimum iſtud attributum deitatis cætera, quæ diximus, illuſtriora reddit, Deus enim eſt Spiritus ſanctus, atque à tali vita tales debent operationes procedere Deo dignæ, luci inacceſſæ perſimiles, vt optimè pōderauit D. Fulgentius. Sed ò quàm facilè, & apertè eius diuinitas probatur; primò ex ore D. Petri, qui corripiens Ananian ait: *Non es mentitus hominibus, ſed Deo* [b], & cap. 15. Act. verſ. 28. *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis* [c]. Secundò ex hoc verbo Euangelij, opera enim iuſtorum ſic noua, ſic mirabilia, ſic ſupernaturalia, vt à Deo, & gratia diuina procedere ipſa per ſe planè teſtentur. Vides ex alta ſpecula in portu maris naues moltas diutiùs conſtitiſſe, pòſt verò repentè ſublatis anchoris è portu ſoluunt, neque curſum tenere poſſunt, omnes ſubitò ſparſæ in diuerſa iactātur, illæ nec prætoriam expectare poſſunt, littora nota prætereūt, & ignota, inſulas & terras à tergo relinquunt; quid hoc? vētus; quis hoc dubitet, qui flare cœpit in eam partem, in quam vela dare cupiebant? quis dubitet igitur Spiritum ſanctum Deum eſſe, & nobis adhuc præſtò adeſſe? quis neget ventum eſſe, *qui vbi vult ſpirat*? nam ſine vento quam tardi, & affixi bonis terrenis eſſemus; vides tamen eos, qui apud te in otio & delitiis erant, domo relictâ, parentibus, & terrenis contemptis ad religioſam vitam effugere; vides Virginem lectiſſimam, & nobilem ſpretis omnibus, quaſi nauem ad portum religionis appellere; vides ſenem iam annis exaggeratum, & peccatis, ſerius, quàm par erat, alias naues inſectari eundo & redeundo de templo, præterita, vt poteſt, reſarciēdo, dum alij immoti ſcopulis ſuorum vitiorum hærentes, & funibus peccatorum ſuorum aſtricti manent in ſordibus, magna eſt hæc diuerſitas. Eſt vtique, inquis, Spiritus ſanctus, aliàs iſti niſi Spiritu ſancto afflati minimè tam diuerſa & ardua aggrederentur, nec diu in aſpera viuendi ratione perdurarēt. *Opera hæc in Deo ſunt facta.*

Act. 5. 4.

b Præter interpretes loci Bedam & alios inferūt ex hoc loco Athan. Nazianz. Niſſenus & alij quos citat P. Lorinus in Acta.

c Vide ibidem Lorinum.

Simile.

Deus eſt Spiritus ſanctus.

Quaſi ventus eſt Spiritus ſanctus rapiens animas ad opera virtutis.

Ipſum prætereà donum diuiniſſimum, eximium, & regale, Deum eſſe Spiritum ſanctum comprobat & conuincit; nam ſicut vnus adamas alio expolitur, ita vnus fidei articulus alio credibilior fit, & myſterium myſterio comprobatur. Voluit igitur in corde hominis imprimere Deus diuiniſſima myſteria, & fidē reſurrectionis, aſcenſionis, & diuinitatis Spiritus ſancti, miſit ad hoc dona, & primum donorum, quæ maiorem vim habent ad conuincendum humanum cor; durus erat & incredulus Iacob, dum audiebat Ioſeph viuere, & in regia dignitate ſplendere; quis enim crederet miſſum in foueam, venditum, vel, vt ipſe putabat, à fera peſſima dilaniatū, in culmine honoris apud externos, & Gētiles Ægyptios eſſe: *Non credebat eis, no lo creo no me lo digais.* Ioſeph autē, inquit Guerricus Abbas [a], ſumpto adamāte munerum & donorum, miſit ad patrem pretioſiſſimum, & regia maieſtate dignum mitit; cùm igitur ille vidit fores maximo famulorū ſtrepitu omninò pandi, mulos regios complurium occupare, ſtragulis regiis inſignibus ornatas ſarcinas, vndecim accurrere filios, nec ſufficere ad deponendas thecas, ad explicandas ſarcinas, cùm vidit cuncta regiam redolere maieſtatem, *cum vidiſſet Iacob vniuerſa, quæ Ioſeph miſerat ei, reuixit ſpiritus eius, & ait*, *ſufficit mihi, ſi Ioſeph filius meus viuit, vadam, & videbo eum antequam moriar.* Non licet iam dubitare, ò fratres, de ſumma dignitate, & ſede, in qua collocatus eſt Chriſtus ad Patris dexteram, ſufficit audiſſe, & vidiſſe, quæ dona miſerit ad nos, quæ licèt magna ſunt, eo quidem pluris facienda, quia dona ſpiritus ſūt, in quibus æqualem cum filio deitatem habens reſplendet, & in donis maximè manifeſtatur, pulcrum enim munus, inquit Nazianzenus, gratia Spiritus ſancti in Eccleſiā diffuſa; pulcrior tamen redditur, dum linguis cæleſtibus diſpertitis, quaſi floribus, donum ipſum ornatur, & decoratur. *Lindo y rico es el preſente, pero el aſeo y aleñezo de las flores lo gracia mas*; flores enim eſſe linguas, quæ cuncta honeſtant, & ſuaui verborum odore confortant, docet Niſſenus in Cantica: *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo.* Operā igitur manifeſtaot, quia in Deo ſunt facta.

11\. *Ing as donum redemptionis diuinitatem Spiritus ſancti declarat.*

A ſimili ex ſacra Scriptura.

Gen 45.

a 3 De reſurrectione.

Vnde eſt in ſinu Patris qui talem in terram diſpenſauit ſpiritum.

Vide P. Salmeron in illa verba Pauli: Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris.

Quid

12. Quid, inquam, Dei gloriam, & diuina eius opera promouet Spiritus ęquali virtute, pari potentia, & maieſtate. *In Deo ſunt facta*, nam ſi Patri *potentia* tributur, *ſapientia* filio, *amor* etiam datûr Spiritui ſancto. Patri tribuitur donum incarnati filij; *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuũ vnigenitum daret*: filio ſeipſum tradidiſſe, *tradidit ſemetipſum pro nobis*; Spiritui ſancto donum primum amoris debemus: *Dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis*. Quòd ſi Pater vocat ad ſe animas: *Nemo venit ad me, niſi Pater meus traxerit eum*; ſi eos ſic vocatos filius recipit: *quod venerit ad me, non eyciam foras*; Spiritui ſancto eorumdem ſanctificatio & viuificatio debetur: *Spiritus eſt qui viuificat*. Nónne diuinum opus eſt æternum ab æterno permouere, vt ſeipſum non daret ſolùm, ſed vellet dare? Nónne diuinum eſt Virginem ſine viro concipere, parere, & obumbrante Spiritu virginem permanere? *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*. Nónne eius eſt iſta conceptio? *qui conceptus eſt de Spiritu ſancto*. Nónne ille ſub ſtellæ forma Magos ad præſepe duxit? vt ſuo loco vidimus ex Auguſtino. Nónne diuinum, ſub forma ſerui apparente Chriſto, columbam ipſum mundi Saluatorem deſignare, & teſtificari? *in forma columbæ*. Nónne opus ieiunij & receſſus in deſertum illi aſſignatur? *Ductus eſt Ieſus à Spiritu in deſertum*. Nónne doctrinam eius & prædicationem Spiritui ſancto inſtitutam prædicant Prophetæ? *ponam Spiritum meum ſuper eum, & iudicium gentibus nuntiabit*. Nónne iſto inflammatus ardore in aram crucis ſe immolandum obtulit? *obtulit ſe per Spiritum ſanctum*. Nónne iſte, vtpote Deus ſicut verbum, ſuſcitaſſe dicitur Ieſum à mortuis? *qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis*. O diuine Spiritus, theſaurus animarum, aduocate noſter, hos mirabiles & diuinos effectus in noſtrarum animarum ſalutem præſtas. Te authore fidem habemus: *in quo* (Chriſto) *credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis*. In te nititur ſpes: *quia es pignus hæreditatis noſtræ*. In te viget charitas: *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum*. Tu nos in veritate Euangelij inſtruis: *vnctio eius docet nos de omnibus*. Ipſam Chriſti doctrinam inſtillas: *ille vos docebit omnia*. A te noſtrorum corporum reſurrectionem poſtulamus: *Quòd ſi Spiritus, qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, habitat in vobis, viuificabit etiam mortalia corpora veſtra propter inhabitantem Spiritum eius in vobis*. Per te ſanctitas longè diſtat à philoſophica vanitate, & Socratica diſciplina. Sine te paupertas, abiectio, & anguſtia animi diceretur; ſine te humilitas puſillanimitas vocaretur, obedientia ſeruitus, caſtitas infirmitas, patientia impotentia, religio ſuperſtitio, fortitudo præſumptio, martyrium temeritas & audacia, verecundia effœminatio, perſeuerantia pertinacia, religio noſtra triremis vita, ordo eccleſiaſticus confuſio & error, omnia mihi es, & omnia in omnibus, atque hæc omnia mihi linguis variis, & diſpertitis diſpenſas, & tibi maximè per Prophetas loqui tribuitur, vt à te vitam, inſpirationem, atque gratiam expectem.

Æqualitas perſonæ Spiritus ſancti probatur.

Vide diſcurſum 1. Epiphaniæ.

Matth. 12. 18.

13.

Innumera officia Spiritus ſancti.

VERBVM SPIRITVS ſancti. Apoc. 7. v. 2.

Et vidi alterum Angelum aſcendentem, ab orto Solis habentem ſignum Dei viui.

Viuificatoris aduentus deſcribitur: amor, dona & vita largè impenduntur Eccleſiæ, quo ardeat, quibus niteat, & qua ſpiret, vitámque inſuper in æternitatem producat.

DISCVRSVS CLIII.

CVM vita nihil pretioſius, nihilque iucundius tibi, ô ſenex, contingere poſſit, non temporanea ſolùm, in qua communi cum brutis, vel ſaltem cum iniquis, ſpiritu, & lucis vſura frueris; ſed ſpirituali & pæne diuina, quæ in ſempiternum producitur, & duratura eſt æternùm, operæpretium erit illam agitare quæſtionem, quam excitauit Doctor angelicus, & Theologorum princeps Aquinas, vtri vita tribuenda ſit, capiti noſtro Chriſto tam in cæli throno conſtituto, an cordi noſtro, nempe Spiritui ſancto, quo hodierna die vniuerſa Eccleſiæ membra fouentur, & viuificantur. Mitto medicorum diſputationem de cerebro & corde, cùm facilè eorum dirimatur quæſtio, vnam nempe in nobis eſſe vitam, quæ à corde procedit; ſenſum verò, & motum à cerebro diſpenſari, quod in plantis liquidum eſt, quæ cùm cor habent, viuunt, & quia cerebro carent nó ſentiunt, nec alio quàm augmentationis motu mouentur. Tua igitur vita, ô homo, à corde, hoc eſt, almo Spiritu, qui tibi hodie inditus eſt, communicatur, & in omnes operationes tuas diffunditur. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis*. Senſus verò & operatio in gratia, & ſpiritualis vita tota ab illo capite, quod in cælis eſt, deriuatur; *el ſentir eſpiritual el obrar en gracia todo ſe regiſtra en aquella cabeza que eſta en los cielos*. Licèt enim præſidium ſpiritus à carne ſubtraxerat, dicens: *Non permanebit ſpiritus meus in homine, quoniam caro eſt*. Totus nempe carnalis effectus, & turpis eius caro demeretur vitam: at poſtquam in cælis viſa eſt Chriſti caro mortificata quondam, flagellis cæſa, ieiunio, & laboribus macerata, ſtatim caro noſtra viſa eſt digna, cui ablatus crederetur ſpiritus, & redderetur ad vitam ſpiritualem, & omnes exemplo Chriſti excitarentur ad lucrandam vitam ſpiritus per carnis caſtigationem, & abnegationẽ propriã. Nam cùm vnus ex mercatoribus feliciter lucrum reportauit ex mercibus aliquibus, quas ad Indos inuexerat, reliqui mercatores maximo ſtudio & quæſtu onera ſua ex ipſis mercibus agunt. Scimus iam, fratres, quantum caſtigata caro valeat in cælo, curemus has merces inferre, vt nobis ſpiritualis vita, & aurum amoris rependatur, & adhuc in terris degentes cæleſtibus diuitiis opulentiſſimi fiamus. Monſtri enim perſimile eſſet in genere gratiæ ſpiritum vitæ in corpore ſubdito peccatis, & ſpiritum compunctionis in prophano, & ſpiritum demiſſionis in ſuperbo habitare: nam ſicut diſponit natura corpus ad animam, ſic & ani

1.

2.

Vita ſpiritualis vtri eorum tribuenda, Chriſto an Spiritui ſancto.

3 p. qu. 8. ar. 2.

Caro Chriſti mortificata quantum Patri placuit.

Simile.

Mortificatio carnis & ſenſuum ſuadetur.

Digitized by Google

& anima præparari debet ad Deum & vitam, nam ſicut lyncis anima talpę nunquam conceſſa eſt, nec aquilina ex coruino corpore formata eſt, ita ſpiritualis, pudicaque, & immortalis vita non turpem, non mortuam animam intrabit. Sileat igitur lingua, moriatur caro vitiis, ceſſent a negotiis manus, cor diuina meditetur, & quieſcat in oratione, vt ſic diuinam illam impetret vitam, & quaſi animam noſtram expectet: *Manete in ciuitate donec induamini virtute ex alto.* Nam non interim otioſum eſt caput noſtrum in cælis; imò ſicut Phœnix ſuper ſpecies illas aromaticas, & crucis lignum poſitus amorem accendit; & ſolem aſpiciens, nempe Patrem ſuum, nunc etiam ſilenter dicere videtur, *Illi non ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de*

Phœnix Chriſtus non otioſus eſt in cælo.

3. *mundo, ſanctifica eos in veritate.* Vnde vix ad vitam iſtam impertiendam Spiritus ſanctus apparuit, & in ipſo cultu, qualem exigat à nobis diſpoſitionem, indicauit. Primò enim *Ezechielis 9.* viſus eſt ſedere in throno quaſi ſpecies hominis, qui igne ardere videbatur à lumbis ad pedes vſque, cætera vſque ad caput ex electro confecta ſplendere videbantur, in quibus fortè denotatur portionem inferiorem eius, qui diuino iſto amore igniendus eſt, oportere ſpirituali igne purgari, & ſicut vas aureum in manu artificis igne, ferro, malleo, & aſpero linteo, & cilicino extergi, & mundari; tranſit inde currus, & oſtenſa eſt ciuitas plena abominatione, & ſtatim iubetur filius hominis Tau deſignare omnes, qui præ anguſtia gemunt & dolent. Similiter *cap.* 10. prunas iubetur fundere ſuper ciuitatem; putaſne in omnes indiſcriminatim? minimè, ſed ſuper eos, qui ſigno Tau erant deſignati, vt ſcias, etiamſi Saluator noſter in cælum aſcenderit, indeque prunas diuini amoris in Eccleſiam effuderit, non ſine delectu fieri, ſed ſuper tribulatos & mortificatos. Nunc ecce venit intelligendus locus Apoc. 7. *Et vidi alterum Angelum aſcendentem ab ortu Solis, habentem ſignum Dei viui, & clamauit voce magna, &c. Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus quoad vſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum.* Per quem Angelum etſi Doctores * Chriſtum ipſum ſignificari putarunt, qui Spiritus ſancti ſigno ſecuros reddit iuſtos in plagis & tribulationibus: at eodem ſenſu manente commodius videtur, ſi dicamus ipſam perſonam Spiritus ſancti figurari, cuius interna gratia ſignat, & ab omni plaga liberos præſtat; nam nomen illud *viui*, aut *viuentis Dei*, Spiritui ſancto tribuitur, cuius proprium epithetum eſt *viuificantem* eſſe, vt iam videbimus.

Non omnes digni cenſentur Spiritus ſancti igne, ſed mortificati.

* Beda, Anſelmus, Anſbertus, Richardus & alij.

4. Huius igitur Dei viuentis, & viuificantis aduentus, cùm mirabilis, & improuiſus fuit, curiam omnem in maximam admirationem rapiunt, multaque rogat, ſicut in ingreſſu alicuius principis contingere ſolet; quod nomen eius? titulóne aliquo inſignitus? quæ eius natura & ingenium? quod genus? ſplendétne, & ſeruat maiorum gloriam? qui ſunt eius præcipuè, & maximè familiares? ſic in iſto admirabili aduentu almi Spiritus per gratiam, & dona, his omnibus, quæ rogare poſſumus, Nicena Synodus breuiſſimè reſpondet, plenè tamen ſatisfacit quo nomine vocatur? reſpondet, *& in Spiritum ſanctum.* Eſtne aliquo titulo principis inſignitus? ita: *Dominum* vniuerſalis dominij. Quod eius ingenium, in quod opus, aut virtutem propendet? in liberalitatem, & Deo dignum opus: *& viuificantem.* Et a quibus originem ducit? ex æterna diuinaque Deitatis natura ſimul cum Patre, & filio Deus, procedit in perſonalitate diſtinctus. *Qui ex Patre filióque procedit.* Seruat ab aliis perſonis ſpiratam, & æqualem gloriam, & dignitatem? Seruat quidem, & eodem quidem gradu: *Qui cum Patre, & filio ſimul adoratur, & conglorificatur.* Et quos in ſuam gratiam & familiaritatem adſciuit amicos, vt per eos nobis facilior ſit aditus? *Qui locutus eſt per Prophetas.* Et quæ monilia ad ornandam ſponſam affert? Longum eſſet recenſere, hoc nobis epiſtola hodiernæ prælectionis vix multis linguis exponit. Et vbinam celebrandæ nuptiæ? in cœnaculo, vbi pronuba Virgo lectiſſima Maria erit. Qui cibi, quod merum, quæ fercula appoſita ſint, quis enarret? vel ex hoc poſſumus coniectari, quia qui accumbentes viderunt, vino madere putarunt. Et quænam ſponſa tali digna principe, quare tamdiu reticebas? Certè prudens tacueram rem mirabilem; veruntamen ex Euangelio, in quo ſecretò res cum Nicodemo agitata eſt, ſuſpicari poſſum fœdam, nigram, & ſubruſticam eſſe ſponſam, &, vt vno verbo dicam, Gentilem. Veruntamen interceſſit amor; *ſic enim Deus dilexit mundum, no es eſta la primera que el amor a hecho, otra vez amo al mundo y le dio ſu hijo.* Adeſto ô ſancte Spiritus, has amoris plenas nuptias vtinam vna ex his, quas miſiſti, lingua valeam explicare.

Diuiſio et partes diſcurſus.

Applicatio Euangelii.

5. Et primò nomen præterire æquum non eſt, vocatur enim *Spiritus ſanctus*; licèt enim non multum de nominibus curandum, vt monet Chryſoſtomus [a]: *Nam Pater, Filius, & Spiritus ſanctus nomina ſunt, quæ pia fide honorantur, non ratiocinatione tenentur*; ſacra tamen Scriptura, vt inquit Auguſtinus, communi nomine nuncupat *Spiritum ſanctum*, vt intelligatur eſſe amorem Patri & filio communem; *quia communis eſt ambobus, id vocatur ipſe propriè, quod ambo communiter.* Sed tamen percommodè venit nomen Spiritus, in quantum ſignificat non ſpirationem ſolùm, ſed aſpirationem, & motionem, quoniam aſpirationis modo *ab vtroque procedit, ſicut à mente intelligente, & verbo, vel cognitione procedit amor*; amor enim ex ſe dicit impulſum & motionem amantis ad amatum. Sicut cùm tu attentiſſimè inſpicis vel pretioſum monile, vel pulcerrimam faciem, ita per viſum in eam propendes affectu, vt quaſi vehi ad illam videatur, & tenerrima, dulciſque affectio manet in tua voluntate ex illo amoris actu, quem in voluntate formaſti: *aquel hipo aquel, ha, amoroſo que ni es el que ama, ni el amado, ni el amor, ſino lo que reſulto de el.* Sicut cùm David diuina lege perſpecta aiebat: *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum, quoniam mandata tua deſiderabam, el amor le hacia aſpirar.* Similiter (ſi rei ineffabilis aliqua poteſt dari ſimilitudo) cùm in Patre & filio non duplex, ſed vna eadémque voluntas ſit, ſicut vna natura, & cùm reciproco ſe diligant amore, ab hoc amore alterno procedit impulſus ille, & propenſio illa inter amantes, quæ neque eſt Pater, neque filius, ſed quod ab ipſis procedit, & cùm impulſus iſte ſit in Deo, eſt Deus, ſed cùm non ſit Pater, neque filius, quo ſe amant, ſed quod ex amore reſultat, fit vt ſit tertia perſona, quæ ab hac aſpiratione vel ſpiratione amoris plena ſpiritus, ſeu aſpiratio dicitur; inopia

Spiritus an ſit nomen proprium huius perſonæ.

a Hom. de Spiritu ſancto tom. 3.

Simile. Aliqualis rei ineffabilis.

nominum

nominũ nos coëgit,(inquit Chryſoſtomus) Spiritum vocare tertiam perſonam; perſonæ enim diuinæ, quæ ſubſtantiales ſunt, & ipſa entitas & eſſentia rerum nõ multum de nominibus curant, homunciones ſunt vacui omni virtutum ſupellectile, qui de titulis, & cognomentis agunt, itaque vt longè aliter ſe habeant homines in ſe, quam eorum nomina prædicant *. Spiritus ſanctus cunctique ſpirituales viri non alio nomine ornari appetunt, quàm quòd ſua facinora vel opera afferunt; inde Paulus, inquit Hieronymus, Sauli nomen in Paulum commutauit, cùm Sergium Paulum ad Christum traduxit.

Apud Deum nulla nominũ cura ſicut apud mortales.

** Como botica de aldea llena de titulos y apparencias trocadas todas las coſas alli dize conſerua roſada y dentro ay azibar alli azeite roſado y dentro acetado alacranes puſo Adã los titulos*, vt videret ea, & omne quod vocauit Adam, ipſum eſt nomen eius. Nunc verò Dominus vocatus ille qui ſeruus eſt peccati, ille pulcher & elegans; intus tamen acerbiſſimis doloribus & conſcientiæ morſibus laceratur. *paxaros que ella bañado de agua roſada en el alma y ella llena de mill azares y alacranes de remordimientos.*

6\. *Dominum*, occurrit hoc verbum huic malo, quo mundani ſibi mendaces arrogant titulus, dum ait venturum aliquando, qui verè Dominus eſt, & qui non nomina, ſed corda ſcrutatur; vides per multos annos pharmacopolam laudare ſuas radices, vnguenta, aquas, & illæ quidem nitent in phialis vitreis, loculis ligneis auro obductis, & vrceolis fictilibus varij coloris, ſuis cuique rei nominibus inſcriptis; verùm ecce repente veniente viſitatore, & iudice obſerantur fores, intercluditur aditus pharmacopolis, examinantur omnia, quanta putrida, quanta ſophiſtica, quanta diſſimilia, quanta compoſita, quæ ſimplicia debent eſſe, quanta ſimplicia quæ compoſitione & correctione indigebant, quoties quid pro quo vendiretur? O inſane munde, quàm alius es in abſcondito ab his, quæ foris ſplendent, iactant linguæ ea quæ longè abſunt ab animis. Veniet *Dominus qui ſcientiam habet vocis*, & obſtruet ora loquacibus & mendacibus. *Omnis iniquitas oppilabit os ſuum, Spiritus enim ſanctus effugiet fictũ, & auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu*; & confringet phialas & vrceolos, & abradet titulos & cognomina; tu eques apage ſis, imò equus turpis, & inhoneſtus; tu diues? quin potiùs pauper & miſer; tu vidua? abſit, imò in delicijs nutrita, & quaſi nupta viro: *Non liberabit maledicum à labijs ſuis, quoniam renum illius teſtis eſt Deus, & linguæ eius auditor. a eſtos habladores los deſabrochara y viſitara las lenguas.* quare? quia *Dominus, quoniam ſpiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis.*

Sap. 1.

7\. *Dominum* vocat in eo maximè quòd corda regit, voluntatibus dominatur, & deſideria mouet, & quocunque voluerit, corda conuertit. Oſtenderat ſæpius magnificam, diuinamque potentiã Chriſtus in excitandis à ſepulcro mortuis, in ſanandis ægrotis, in ſedendo mari, & imperando ventis, &c. at verò Spiritus ſanctus, vt nos ſuæ diuinitatis certos reddat, dominium cordium, & voluntatum oſtentat; poteſt enim tyrannus imperare, multiſque diuitiis fulgere; attamen nunquam dicetur Dominus, dum cordibus non dominatur, nec allicit, hoc enim diuinum eſt, Deóque maxime proprium; faber ferrarius ſeram conficit, & varijs ſiguis munit, vt ſolus ipſe, qui fecit, vel dominus domus, & cui clauis credita eſt, aperire poſſit; at artifex alteram apud ſe retinuit clauem, quam vocant non adulterinam, ſed magiſtram. Diuina ſimiliter manu factam ſeram arbitrij poſuit Deus in homine, & reliquit in manu conſilij ſui claues in vtramque partem verſatiles: reliquit hominem in manu conſilij ſui, ita vt à nemine poſſit à ſua mente peruerti, in quantum voluntas eſt: at hæc ſera habet magiſtrum, *Dominumque* Spiritum ſanctum, qui vtpote Dominus apud ſe retinuit non adulterinam, ſed magiſtram clauem, vt moueat, incitet, & blandè alliciat & trahat voluntates; *voluntati eius quis reſiſtet?* Sicut cum prælatus religionis miniſtro tribuit alicuius officinæ claues, & quadam die ex improuiſo in ſeram inducitur clauis, & reſerat, quis aperit? prælatus, & qua ratione ſine mea claui? altera nempe perſimili, certe vim infert ſeræ, & oſtio, & mihi, qui minime opinatur poſſe aliquem ad me ingredi; falleris, recognoſce ſeram, & videbis nullam illi fuiſſe illatam vim, quia Dominus eſt. Decubuit in lecto per noctem Laban animo ſumendi vindictam de Iacob, & ecce ſubitò à ſomno excitatur, propoſito diuerſo, & conſilio in melius commutato; quis ſeram aperuit? *Deus tuus dixit mihi*, &c. Cognouit eſſe Dominũ; diuerſo etiam animo, & infenſo Chriſto, & Chriſtianis Paulus pergebat in Damaſcum, cùm ſubitò reſerari pectus ſentit, clauémque præſulis, & Domini cognouit: *Domine quid me vis facere?* puertiles quidem Theologiæ, & quas ſapientia puerorũ noſtrorum attingit, roganti enim, quid eſt gratia? ingenue reſpondent: *Vis quadam diuina, quæ nos velle facit, & perficere das opera Deo grata, & ſatisfactoria.* Quid ais puer, *peſle cogit Deus?* facit, inquit, non cogit, nec enim obſignatam ſeram arbitrij per vim reſerat, ſed claui, & hac oleo gratiæ delibata, quæ blandè eò, quò ducit ſpiritus, animum conuertit. O quoties reſeratum ſenſum Scripturæ penetrare non audes, hæret intellectus, ratio deficit, & vna gutta huius diuini olei clauis ſcientiæ reſerat difficultatem: *& non neceſſe habetis vt aliquis doceat vos, ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus.* Vocat vnctionem dona Spiritus ſancti, intellectus, ſapientiæ, & ſcientiæ, iſta enim noſter princeps Dominus eſt, non externus ſolùm, ſed qui in internis dominatur, nam (vt Doctor quidam Hebræus ait) famulo clauem horrei das, ſeruo Æthiopi hordei, & palearum, ancillæ clauem etiam panis concedis, nemo autem horum eſt dominus, quia non præcipuis, & pretioſis dominatur, ille vtique domi herus & dominus eſt, qui imperat hominibus, & rebelles etiam ad ſe compellit voluntates, quare Spiritus ſanctus verè *Dominus* eſt.

In eo eſt maximè Dominus ſpiritus quòd corda conuertit.

Simile.

D. Thom. 1. 2. q. 9 a. 6.

Gratia efficax & robuſta Spiritus ſancti.

Simile

A ſimili ex ſacra Scriptura Gen.

Quid gratia vel ipſi pueri iam norunt, nec tollere libertatem.

1 Ioan. 2. 27.

A ſimili.

Et viuificantem. Rectè verbo, *Dominum*, alterum, *& viuificantem*, annectitur. Nam ſicut vbique eſt Dominus, *& hoc quod continet omnia*, vbique dominatur, vbique etiam viuificandi munus exercet. Iob 27. *Viuit Dominus, quia donec ſupereſt halitus eius in me; & ſpiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium.* Vbi S. Ambroſius legit, *donec Spiritus ſanctus ſit iuxta nares meas.* hoc eſt, dum ſpiritus ſit Dominus, & eius fuerint exitus vitæ & ingreſſus. Sicut mercator pretioſarum mercium ad fores domus merces proponit, ſic Spiritus ſanctus ad os & nares reſidere fingitur, quia ſolùm de impertienda vita agit, & ideo nullã auſim ego iniquitatem meditari; *eſt enim Dominus, & viuificans*; adhuc etiam non vacat myſterio horum verborũ connexio, *Dominum & viuificantem*; nam opus fuit oſtendere præcipuum munus eius eſſe viuificare, vt Dominus eſſe crederetur, vt notauit 8

Vbique Dominus, vbique viuificator.

Verè Dominus dici debet qui eſt viuificator.

a Oratione de Spiritu ſancto.
b Serm. de Spiritu ſancto.

D. Baſil.[a] & S. Cyprianus [b], dum *omnium viuentium animam* vocat. Nam licèt viuificare, ſicut omnia alia munera diuina, quæ ab extra ſunt, tribus etiam perſonis communia ſint: at noſtra ratione ſpiritui *viuificatio* aſſignatur. Nam, vt D. Thomas obſeruauit, de duabus perſonis per Ioãnem dictum eſt: *Sicut Pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit filio habere vitam*; ſi enim in Patre vita æterna fuit, ab æterno etiam eandem cõmunicauit filio, quam ita accepit filius à Patre vt coniunctus Patri quaſi vnum principium vitam communicet Spiritui ſancto, qui tamen acceptam vitam (cùm quarta perſona non ſit) nemini potuit ad intra communicare. Ne quis igitur ignorans, aut hæreticus bardus, & tardus anſam inde arriperet dicendi Spiritum ſanctum æqualem non eſſe Patri & filio, cuius manca erat poteſtas, ideo cùm nulli perſonarum acceptam vitam rependere poſſit, tanta bonitate, & munificentia diffuſus eſt ad viuificandum creaturas, vt communi Eccleſiarũ conſenſu, reſpectu

Ioan. 5. 24.

Quàm proprium ſit viuificare perſonæ Spiritus ſancti.

9. noſtrarum animarum, *Dominus & viuificator* nuncupetur, & ſpiritualis vitæ ſator & reparator. Quo autem pacto vitam iſtam conferat, nõ niſi ſimilitudine adhibita intelligetur; rectè enim D. Cyprianus quaſi animam noſtram appellauit Spiritum ſanctum. Cogita namque ad excitandum ad motum & ad ſenſum cadauer hominis iacens, quibus artibus & ingeniis opus eſſet? quis vitreos oculos ad viſum aptaret? quis aurium anfractus ad auditum aperiret? Erige totũ corpus, & iube ſuper pedes ſtare, doce mouere genua, & pedes ad inceſſum. Tolle igitur omnes has artes & induſtrias, & inducatur in illud diuina virtute anima, & cor ad vitam reuocetur. O quàm facilè, & quãta elegantia operatur, audit, videt, loquitur, diſcurrit, incedit. Hoc igitur præſtat animis Spiritus ſanctus, quod etiam in peccatore liber intueri. Vide mortuũ in peccatis impium, accede & voca ad confeſſionem, ſurdus eſt, iube attollat oculos ad cæleſtia, cæcus eſt, conuenit puellam nobilem, prophanã, locupletem, pulcram, ſuade vt abdicatis omnibus religioſam vitam amplectatur, quis obtinebit? vide tamẽ quàm facilè hæc omnia præſtat vnus atque idẽ ſpiritus (inquit Cyprianus) *qui cùm de plenitudine ſua diſtributor magnificus ſit, proprias efficientias ſingulis diuidit & largitur*; ſurdum illum attentiſſimum reddit, cæcutientem illuminat, & aliam puellã lectiſſimam æquè nobilem, & pulcram in Dei mancipiũ attripit, & velociter ſpretis omnibus accurrit ad vocẽ. Diſcite prælati non omnia virga æquiſſima, & baculo punitionis animaduertere, atque punire, abſtinete à virga, & digito Dei, hoc eſt, Spiritui ſancto dirigite: nã ad mouenda corpora & animos ſubditorum, leges, & regulæ non multùm præſtant, ſed gratia, ſed ſpiritus, ſed viuificatio interna, & vnctio lenitatis; hoc enim egiſſe Redemptorem noſtrum indicat Ioan. *In hoc cognoſcimus, quoniam in eo manemus, quia de ſpiritu ſuo dedit nobis.* Ex operationibus ergo vitam tibi ineſſe ſpiritus cõperies; ſi enim Chriſti opera agis, animatus es gratia, per hanc enim ſuum nobis ſpiritum communicauit *viuificantem*.

Similis ex hypotheſi.

Lenitas & ſpiritualis poteſtas prælatis opportunior eſt & efficacior.

1 Ioan. 4. 13.

10. Quorſum, rogabis, ſi vitæ hominũ agebatur in aduentu viuificatoris, tanto tẽpore protraxit vitam, & manſit apud Patrem & filium? Reſpondeo, vt mundus ſemel experta neceſſitate vitæ & viuificatoris pluris aduentũ eius faceret. Iacebat mortuum humanum genus ab Adamo, & quaſi ab vtero tranſlatum ad tumulum, quòd ſi aliqua lex, aut gratia impendebatur, eam ex fide Chriſti venturi accipiebant homines. Rom. 5. *Regnauit mors ab Adamo vſque ad Moyſem, etiam in eos, qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ.* Venit inſuper ſcripta lex multis regulis, præſcriptionibus, & cæremoniis, quæ nihil ad hoc præſtabant, vt cadauer excitaretur, quòd ſi vi timoris, aut pœna & vno vel altero greſſu incedere videbatur, ſtatim corruebat, & in eandem mortẽ labebatur. *Lex autem ſubintrauit, vt abũdaret delictum*, quaſi obex fuit, & occaſio recidendi, vt planum fieret ſpiritu indigere diuino, & lege gratiæ. *Superabũdauit & gratia, vt ſicut regnauit peccatũ in mortem, ita & gratia regnet per iuſtitiã.* Dulcis lex, nihil enim dulcius vita; ſuauis lex, nihil enim ſuauius perficitur, quàm vitalis operatio; perfecta lex, nihil enim elegantius & pulcrius, quàm naturales actiones ab anima exhibitæ. Idẽ Paulus confirmat hæc: *Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberabit me à lege peccati & mortis.* Quæ omnia præſtat lex non carnis, ſed ſpiritus; *quoniã non ſecundùm carnem ambulamus, ſed ſecundùm ſpiritum.* Ex his obiter diſcere liceat quo pacto ſuperior, aut pater ſuam debeat gubernare familiam, non virga, nõ fuſtibus, non duris increpationibus, ſed in ſpiritu, vel in ſpiritualibus imbuendo, vel in modũ ſpiritus eorum animis ſeſe blandè accõmodando ſumma æqualitate, ſũma benignitate, ſicut anima corpori; nã ſi pater vnicum ſuſcipit, amplexatur, in lectum ſuum vocat, citò præ inuidia plorant reliqui filij, opus eſt vt ponat è brachiis, quem plus diligit; quemadmodum cùm Magdalena ſola Dominum tãgere acceſſit, prohibita eſt, *Noli me tangere*, quod ipſi cũ aliis mulieribus libenter paulo pòſt conceſſit, vt æqualitatẽ oſtenderet. Hoc ipſum videtur obſeruaſſe Iob, dũ ait, *In circuitu meo pueri mei*, qui ſicut centrum terminat omnes lineas, quæ etiã ad ipſũ tendunt à circunferentia æquali vtrinque diſtãti; ita totus pater debet omnibus filiis, & dominus omnibus ſeruis, totúſque ſingulis inſtruẽdis, & gubernandis adeſſe. Vnde cùm ſponſa vocat ſponſum ad peculiarẽ lectũ, propriúmque domicilium: *Lectulus noſter floridus, tigna domorum noſtrarum cedrina*, reſpondit quaſi illam corrigens ſpõſus: *Ego flos cãpi, & liliũ conuallium.* Ibique Bernard.[a] *Voluit ipſa ſeorſim in cubiculo frui ſponſo; ipſe verò tacitus eam reprehendit, dum ſe florem campi & lilium conuallium dixit, quod non vni, ſed omnibus patet, odorem efflat, pulcritudinem oſtendit*: vt inde intelligant communes viri quaſi animã omnibus mẽbris æquali influxu ſubuenire debere. Ratio etiã gubernandi blanda ſit, hoc enim pacto gubernatio Spiritus ſancti *digito* comparatur, quo quaſi indice, quæ ſcire opus eſt, indicantur, quòd ſi ſeuite digito contingat, nõ minori dolore afficitur, qui caſtigat, quàm caſtigatus. Hoc ipſum monet D. Bernard.[b] *Neque ſub ſpecie quaſi corripiẽdi verbo acuto, & vrenti transfigere audeas vllatenus animam, pro qua Chriſtus affigi cruci dignatus eſt.* Et alibi etiam, *Neque hominibus, ait, ſine lenitate pluſquam Deo ſine fide placere poſſibile eſt.* Hoc etiã eleganter Nazian.[c] *Multa benignitate, ac humanitate perfici ſcio, vt qua ad debitam gratiam referendam pudore ipſo compellat.* Vnde rogatus Dominus à filiis Tonitrui vt ignem de cælo in Samaritas deſcendere iubeat, corrigit illos, *Neſcitis cuius ſpiritus eſtis, callad que no ſabeis con que eſpiritu aueis de gouernar*

Cur diſtulit aduentum ſuum vita hac ordinem.

Lex gratiæ quantum præſtat veteri ad vitam & ſanctificationem.

Rom. 8. 2.

Pater & præſul ſit communis omnibus.

Iob 29.

Princeps communis ſit omnibus.

a Serm. 47. in Cantic.

11.

Suauis & blãda gubernandi ratio opportunior eſt.

b Serm. 19. in Cantic. & ſermone 5. in Vigil. Natiuitatis.
c Oratione 17.

uernat oſtos inſideles. Pergit ipſe in puteum,& cùm quis putaret Samaritanam nunquam ad meliorem frugem reducendam, maxime poſt aſperum illud reſponſum: *Quomodo tu Iudæus cum ſis, bibere a me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana?* Inſtat tamen mitiſſimus dominus, blandóque ſermone iterum aggreditur, quo illa delinita ait: *Domine neque in quo haurias habes*, &c. Notat Caietanus ibidem, priùs dixerat tu, modò dicit *Domine*; incipit enim adorare Ieſum audita placida reſponſione eius, quæ ferreum, & obduratum cor emollierat, quamobrem ad mulierem illam ait: *Noli me tangere*; nondum enim aſcendi ad Patrem meum, hoc eſt, nondum venit in vos Spiritus ſanctus, cuius digito intertuo, & blando in animos illapſu internas mentes delinio,& allicio corda,& ſecreta dulcedine repleo.

Ioan. 4.

Nota. De hac benignitate vide Senecam epiſt. 47. & 3. de beneficiis c. 22. & 28. Gentianũ in cõm. ad Clem. Alex. 3. pædagogi c. 11. & maximè Aug. 19. de ciuitate Dei cap. 15. Cypriã ad Demetrianum, Chryſolog. ſerm. 123. Plut. lib. de cohibenda ira.

12\. Venit igitur viuificator Spiritus, cùm corpus illud Eccleſiæ exiguum quaſi mortuum, & exanime, formidine, & horrore plenum iacebat; non ſecus atque ſolet eſſe in materno ventre inanimatus infans; habet enim iam caput, ſed cæcum & mutum; habet pedes & manus, ſed languidos, habet ibi cor, ſed poſitum in anguſtiis, nec oculi cernunt, nec pedes ambulant, nec manus mouentur ad opera; primo tamen animæ ingreſſu quàm noua ſpecie, habitu, actione, & expeditione infantula illa membra inſtruit? Ita erat in vnum collecta in cœnaculo paruula illa Eccleſia, ibi caput eminebat Petri, ſed cæcum & elingue, ibi Apoſtoli, quorum manibus tot erant patranda mirabilia, ibi pedes mundum calcaturi, ibi lectiſſima Virgo quaſi cor in medio eius ſita, ſi quis feruor, ſi qua fides, ſi qua conſolatio ſupererat, ab illa tanquam à fonte manabat. Dum his premitur infans Eccleſia, dum iacet *propter metum Iudæorum*, ecce ſubitò in eam ſeſe infundit Spiritus, noua affulget vita, micant oculi, os loquitur, & Apoſtolica & Pontificali authoritate decernit, dicens, *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis*; excitantur brachia ad reuoluendum mundum a viris Galilæis, ſic dictis à voluendo, conculcant orbem pedes illi, & cor Virginis noua gratiarum & donorum affluentia exuberans ciuitatem Dei lætificat, *ſpiritu nempe viuificante.*

Quàm opportunus Spiritus ſancti aduentus & cui nam ſimilis.

Cor Eccleſiæ Maria ſanctiſſima.

13\. *Qui ex Patre filióque procedit.* Ex qua æterna proceſſione ſimilis euadit Patri & filio, ideoque *cum Patre & filio ſimul adoratur*, vbi enim eadem eſt eſſentia, æternitas, eadem pari deuotione, fide,& cultu proſequendus eſt.

14\. *Qui locutus eſt per Prophetas.* Tanta eſt eius dignitas, vt propter ipſum maximi faciendi ſint Prophetæ, & diuina veneratione colendæ, & obſeruandæ Scripturæ: *locutus enim eſt per os ſanctorum, qui à ſæculo ſunt Prophetarum eius.* Vnde & Dauid dixit, *Spiritus Domini locutus eſt per me, & ſermo eius per linguam meam.* Et Paulus loquens de doctrina, quam prædicabat,& ſcribebat: *Non eſt ſecundùm hominem; neque ego ab homine accepi, neque didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti.* & Petrus, *Neque voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines.* Vbi Scholiaſtæ * trãsferũt, *à Spiritu ſancto impulſi, agitati*, nõ quaſi arreptitij, non intelligentes quæ prophetabant, in qua errarũt Montaniſtæ & Priſcillianiſtæ †: ſed ita vt perciperent diuinam locutionem, & non à ſeipſis, ſed a Spiritu dictata prædicaſſe, vt ſciat concionator & doctor, & multo magis audaculus hæreticus non alio ſpiritu, quàm ſcriptæ ſunt, legendas eſſe ſacras paginas; proindeque, inquit Chryſoſtomus [a], *Nobis opus eſt diuina gratia duci, & Spiritu ſancto illuſtrari, vt diuina adeamus eloquia.* Ecce amici ſponſi, qui ideo colendi ſunt, quia ad illos factus eſt ſermo diuinus, & quia tanto principi grati fuerunt.

Dignitatem Prophetis & Scripturis tribuit Spiritus.

Gal. 1. 11.

2\. Petri 1. 21.

* Vatabl. Brixian. & Caiet.

† Videndus contra hos Baſil. proœmio in Iſai. Hieroñ. ibid. & Nahum 1. & Epiphanius hæreſi 48.

a Hom. 11. in Gen.

15\. Porrò eius erga animas officia quis enarret? ipſi enim creatio etiam mundi ſimul cum Patre & filio, quaſi omnium viuificatori tribuitur. Auguſt. Deus, hoc eſt, Pater, in principio, hoc eſt, Verbo creauit cælum & terrã, *& ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Pater tanquã artifex, filius tanquam exemplar, Spiritus tanquam viuificator, ſumma conſenſione mundum fabricarunt. De gratię operibus quid de Patre aſſeritur, quod nõ etiam Spiritui ſancto dandum ſit? ſicut enim ad pharmacũ conficiendum vnus legit herbam, alter miſcet,& applicat alter, ſic ait D. Leo [b], *diuiſit ſibi opus noſtræ redemptionis miſericordioſa Trinitas, vt Pater propitiaretur, filius propitiaret, Spiritus ſanctus igniret.* quod munus igniendi quis niſi Spiritus ſanctus conferret: *enamora las almas*; nos namque non alia philtra, neque amoris incitamenta habemus, quàm amare & benefacere, vt corda ad nos pelliciamus; amorem autem inſerere, & obtrudere non poſſumus in animos, ſed ſumus ſicut pictores, qui aureum panem ſtilo & goſſipio minutatim aſſumunt, & inaurant imaginem, goſſipium autem & ſtilus foris extra imaginem manent. At verò diuinus ſpiritus cor penetrat, allicit, accendit, aureáque charitate cõdecorat: *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis*; nam dando ſe nobis ſimul auream charitatẽ diffudit, meritóque amoris artifex dicitur, ſicut cùm laudamus artificem, vno verbo laudamus, ſi Regis opificem eſſe dicimus; amor igitur iſte eſt, quo ſe inuicem Pater & filius amãt, eorum corda vnit; cui igitur amoris opera demandari poterant (vt ita dicam) quàm ſummo huic amoris artifici? *nam omnium eſt artifex ipſa ſapientia.* verùm ab iſto munere nomen habet: *Deus charitas eſt*, & hoc quaſi præclariſſimo officio vniẽdi corda delectatur.

Officia eius & munera diuina.

Creat orbem.

Redimit.

b Hom. de Natiuitate.

Accẽdit animos.

Inſerit in animos charitatem.

A contrario

Omnium eſt ſummuſque artifex.

Sap 7.

Munus eius ignire.

16\. Præterea internos eſt noſtri animi defenſor, carniſque expugnator. Nam cùm tyrannus aliquis rebellat in regem, premittit res ſtrenuum ducem, qui expugnet tyrãni vrbem, rebelles compellat, mittat pacem; quod ſi ille minimè obtinet, rex ipſe in bellum procedit, & placat, atque tranquillat vniuerſa; rebellauit caro contra Deum, ad eam tamen expugnandam miſit Deus creatum ſpiritum, nempe animam: *Caro concupiſcit aduerſùs ſpiritum, ſpiritus aduerſùs carnem, veis los aqui aſidos.* At neutrale videns prælium piiſſimus Dominus, ſpiritum ipſum ad homines mittere dignatus eſt; ad quid putas, niſi vt ſemper victores euadere poſſimus contra carnem? nam nec ex parte patroni, nec ex parte potentiæ caro præualet contra ſpiritum. Quod non obſcurè D. Paulus indicauit: *Infelix* (inquit) *ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* & ſubiungit de liberatore: *Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.* Ad cuius loci interpretationẽ pertinet, quod ait S. Maximus [c]: *Nemo*, inquit, *qui peccat poteſt habere infirmitatẽ carnis patronum*, id eſt, patronã, quæ eum defendat; vnio enim carnis cũ Verbo totam naturã ſublato maledicto roborauit, relicta inexcuſabili affectione erga paſſiones voluntarias; diuinitas enim Ver-

Simile.

Adiuuat infirmitatem noſtram.

Rom 7. 24.

c Centuria 3. c. 46. citatur a P. Turriano in manuſcripto quod habeo in verba Salomonis, *Mulierem fortem.*

bi, quæ ſecundùm gratiam ſemper eſt præſens etedcutibus in eum, legem peccati in carne *ἀπομαραίνει*, id eſt, marceſcere facit; prudens enim S. Maximus non dixit, *euellit*, ſed *debilitat*, ita vt per vim non puſſit nolentem rtahere ad peccatum, hoc fit iu baptizatis, qoi Chriſtum ioducrunt. Præter hoc autem Spiritus ſanctus adiuuat infirmitatem noſtram, quaio victoriam nónne poſſumus ſperate nobis feliciter euenturam ab eo qui Sanſonem armauit, Saulem mutauit in virum alterum, Apuſtolos ad tam mira patranda, tam dura toleranda accinxit & inſtruxit? ita vt ille qui initiu furmidulufus erat, nunc libera voce aſſerat: *Omnia poſſum in eo, qui me confortat.* Et, *Iuxtà eſt qui iuſtificat me, quis contradicet mihi? tengo la ventura de Alexandro con migo de que temo? Stemus ſimul, ſalga el que quiſiere afirmeſe con migo.*

Philip. 4. 13.
Iſai. 50. 8.

17. *Sic Deus dilexit mundum.* Harum verò nuptiarum cauſam, & principia, quæ dulciſſima ſunt, aperit Euangelium, in quibus ſatis ſupérque te, alme Spiritus, Deum eſſe, & Deum amoris, imò amotem ipſum manifeſtaſti, dum tali, támque ineffabili prurſus, ne dicam nimia charitate, Deus mundum proſecutus eſt; quis audcat tamen dicere, dicam, pace tua, quod amatorium eſt, nullatenus infame iudicandum, maximè inter diuus, aiebat Plato.

Amor iſte diuinus nuptias Chriſti peregit.

18. Si enim principem ad ouptias de externo regnu properantem videres, ſpectara formâ, figura oris, venuſtate ucularum, ſuauitate culuris, rubore genarum, arcuato ſupercilinrum veſtitu, qui & in urc dignitatem, in inceſſu regiam authuritatem, in ſermone grauitatem à natura tributam habet, quam conſeruat & honeſtat veſtibus, in quo nihil holuſericum, nihil auro intextum, nihil pretiuſum deſideretur; elegans & elauara veſtis, atque omni lapide pretioſu gemmata, præclarus equitum comitatus, & cùm adeundi regium ſacellum ad connubia celebtanda tempus eſt, en tibi prodit ſponſa annis iam confecta, plurimis uppleta canis, & rugis deformata fœdiſſimis, ore blæſu, verbis uppreſſis loquens, tuta tremeus, atque paſſim proruens, cum gibbu à tergu magno atque deformi, turpiur adhuc muribus, ſuperba, quæ honeſtate & ditare putar ſponſum hoc ſuo connubio: haoe adamat Rex? hanc quærit prioceps? ita quidem, ne mireris, *ita dilexit Deus mundum*, amur coëgit, amor impulit, amoris philtra fuerunt, quæ iu tale extremum induxerunt eum. *Quod ſi amatorium eſt, nihil vile, nihil adulatorium, aut infame iudicandum, fue amor que todo lo encubre, todo lo vence, todo lo ignala.* Loquar ô princeps, tua pace dicam rem grandem, elocat & in vxorem ducit gentilitatem Deus, quid hoc? nam homo vtpute in dimidio ſui diminutus, vt aiebat Plato, ideo ducit vxorem vt ſibi comparet id, in quo diminutus eſſe videtur: *faciamus adiutorium ſimile ſibi*; tibi verò qui *Saday* diceris, quid deeſſe poteſt, quid deficere? poſito iam quòd ducas vxurem, quámnam eliges? dilexit mundum, ſeruam, inutilem, barbaram, ingratam: *Pater, mundus te non cognouit*, de cuios vita, moribus, & ſanguioe quærimus ex voa parte ruſticam filiam Adam, ex altera proditiuois crimine deliquiſſe, læſiſſeque maieſtatem, ex vna Hebræo ſanguine deturpatur, ex alia Ethnicu & ignobili præputiatorum & idololatrarum gentium infamis; ſed hæc omnia deuurauit amur: *Sic Deus dilexit mundum*, tribus notis præclariſſimum; helluonis, *quidquid eſt in mundo aut eſt concupiſcentia carnis*; furis, *aut concupiſcentia oculorum*; ſuperbiſſimi, *aut ſuperbia vitæ*; maligni, *mundus in maligno poſitus eſt*; confecti anois, *mundus tranſit, & concupiſcentia eius*, fœdiſſimi, ſi Æthiopiam teſpicis; viliſſimi & abiectiſſimi, ſi Iudos cunſideras; *gentem conuulſam, dilaceratam*; ignoti ſi partem illam orbis noudum cognitam contemplaris. Certè gratis nemo prudens, ac cordatus vir in domum afferet tale, támque vile mancipium, nedum ſpunſam: veruntamen *ſic Deus dilexit mundum*; ſumptus autem ita ſplendidus, *vt filium ſuum vnigenitum expenderit*: aduentus rantæ maieſtatis, & plauſus, *vt factus ſit de cælo ſonus tanquam aduenientis ſpiritus vehementis*; dum autem oculos ad ſpunſam conuertunt, quanta putas admiratiune perculſi ſunt? *mirabantur omnes ex circumciſione fideles*, dicentes, ergo in nationes Spiritus ſancti gratia diffuſa eſt? ergo, *agora tenemos eſto? eſte empleo a hecho Dios de ſu hermoſura? agora ſe deſpoſa y embia joyas a la gentilad?* Ardens quidem amor, ne dicam, cæcus, qui tot fœditates diſſimulauit, deuorauit iniurias, infamias exantlauit, & igne cæleſti decoxit ferrea crimina, defectus innumeros, & tandem ancillam duxit, qualem vidimus, *ſic Deus dilexit mundũ.* Vtamur alia ſimilitudine.

Mirabiles nuptiæ Verbi & gentilis Eccleſia.

Deformitas ſpõſa Chriſti.

Mundus ſæculi & totus contaminatiſſimus.

Ardens amor Chriſti.

Finge tibi animo & cogitatione regem, qui
19. vnici filij puſſeſſione contentus, ſic diligit ſetuũ, vtilli, qui ſibi proditor eſt & iniquiſſimus, libertatis reſtituendę gratia, filium vnicè dilectum in vincula inter Turcas, aut barbarus dederit. Hoc inſolens eſt, & inauditom; ſed perge adhuc, fac ſeruum illum a Braſſiliẽſibus captum, & in macellum ductum iam in fruſta diſſecare cupiunt, coquere, & deuorare, clamitantibus omnibus, ſicut in macello, ſibi iã dari deuorandum, ſiſtite, aitrex, ſiſtite carniuori barbari, en filium tenerrimum, candidum, ſuauem, & delicatum, hunc diſſecate medium, hunc manducate; perge fili, en macellum, en aliorum huminum ſpolia, en gladius, en cacabus vbi cuncoquendus. Cuncedis fili? *Deus meus volui*; ſi pater filium concederet, ſi ſeipſum traderet filius, nónne ſpectaculum eſſet inauditũ ſummæ largitatis, ſummæque iuſtitiæ? *Sic ergo Deus dilexit mundum*, nec opus eſt iterum referre, *filium ſuum vnigenitum dedit*, cõceſſit ille, tradidit ſemetipſum pro nobis, voces audiuntur in macellu: *ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros*, & tandem mortuus, & deuuratus à ſuis, vt ſeruum redimeret. Vmbratile quondam, & rudi Minerua depictũ oſtẽdit Abraham hoc facinus, taliq; fide & charitate religioſus vir prima illa lineamenta veſtiuit, vt eo perſpectu Deus ita permotus ſit, & ſola in tẽtatione mortis contentus, vt iurauerit, multã prumiſſiunem, & filios, non iam vt arenam, ſed vt aſtra, clariſſimos ſpoponderit. Quid tu ô humu ei, qui te ad mortem dilexit, reddis, ſi Deus ipſe tenuiſſimo veſtigio, & vmbræ ſui oblati filij tam largam benedictionem retribuit, ſed perge adhuc.

Simile amoris Chriſti & Patris æterni.

Confirmatur ex ſacra Scriptura.

20. Si ſeruum alienum prufligatiſſimum, à quo egu non leuiter læſus fuiſſem, multa pecunia emere curarem, vt flagellis terga, faciem pugnis, oleóque, & lardo, ac fetro ccderem, & inurerem, nõ magnam mueret admirationem, humanæ ſunt iræ & vindictæ, ardor etiam cordatiſſimorum animos vrget, & commouet. Si

Aliud exemplum amoris ex hypotheſi.

verò

verò iſtum, vtpote religioſus ego non meis pecuniis, ſed corrogatis poſtulatis emeré, vt corrigerem, ad fidem, bonámque frugem inducerem, & beneficiis delinirem, atque ad Baptiſma ſanctum promouerem, qualem in me bonitatem omnes tunc prædicarent: *Sic ergo Deus dilexit mundum*, auge perſonas, auge peccata, auge iram, auge pecunias, auge indulgentiam, & denique beneficia, fidem, gratiam, & gloriam. *Sic Deus dilexit:* Sed perge amplius.

21\. *Aliud ſimile amoris ex hypotheſi.* Sic tanti vitam vnius hominis facitis, vt cùm opus ſit obcæcare taurum, qui incitatus currit in illum, pallium quodcumque vbricitis lanianđum, conculcandu, quid ſi miſer ille, quem inſequitur taurus, mancipium eſſet viliſſimum, & omnium notatum, qui tamen ne periret, herus eius non pallium, ſed equum obiiceret cornibus, vt ſeruum liberaret, non ſine vitæ diſcrimine? *Sic ergo Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitũ daret*; ingenuéque inſtante morte, toruo & truci vultu cõtra ipſum ait: *Ecce appropinquat hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum, en los cuerpos de peccados y peccadores.* Vide quò peruenit amor, ſed vlterius progreditur.

Aliud amoris exemplum mirabilius. Nam ſi hæc omnia commenta tibi videntur, Regem videlicet filium tradere in mortem, vt ſeruum redimeret, quid ſi inſuper libertate donatum illum in domum duceret, & vniuerſorum hæredem conſtitueret, & quæ filij erant, ſint ſerui vinculo irrefragabili, & perpetuò ſibi & poſteris conceſſa? *ſic Deus dilexit mundum*, nam poſt impenſam tanto quæſtu vitam in domum reuehit ſeruum, & loco filij ſubſtituit, & perpetuo vinculo, niſi ille diſſoluat, hæredem vniuerſorum conſtituit: *vt omnis, qui viuit, & credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Huc peruenit amor? & vltrà.

22\. *Eximij amoris exemplũ.* Maiora superſunt, nam licèt eximium amorem oſtenderint ſumptus maximi, quos in curando homine fecerat vitæ & ſanguinis vnigeniti ſui, ſed vlteriùs proceſſit, non tam benefaciendo, quod dulce eſt, ſed tolerando, quod ſuper omnia oderat, & execrabatur. Nam non ſolùm filium dedit, quem infinitè diligebat, ſed etiam peccata pertulit (ô inſignem patientiam!) eorum, qui incredibili audacia & atrocitate filium peremerunt, quod inauditum erat, & à Deo maximè alienum. Tu tamen vt amore iſto ardeas, carbones iſtos ignitos, & flammam ignis *pondera tibi ſi vales*, ſicut Eſdræ dictum eſt; vtra enim harum duarum rerum maioris amoris argumentum fuit? nam ſi dedit filium, quem infinito amore diligebat, permiſit peccatum, quod infinito odio proſequebatur.

Belli odij & amoris in diuino pectore. Simile. Poſtulat amicus à ciue ſibi coniunctiſſimo, vt domu ſuæ, & circa ea, quæ maximè diligit, dedecus, & turpe aliquod facinus circa vxorem ſibi permittat, cui fidelis amicus reſpondet, amicitia nedum lex Chriſtiana omne turpe prohibet, honeſta ſolùm inter amicos poſtulare iubet, tua ſunt omnia, libeat filios, bona, domum, vitámque profundere; turpe verò facinus à meo honore, & à tua authoritate alienum haudquaquam patiar. Verè vt magnus Philoſophus locutus es ô vir, ſed vide quanto maiora præſtitit, quanto duriora pertulit Redemptor tuus: *Sic Deus dilexit mundum*; Deus optime, auſim ego hanc veritatem tui amoris hyperbolem patefacere? multum enim fuit per omnem modum ſic vos diligo mortales, vt veſtræ ſalutis cauſa ſalutem, vitam, filium impendam, ſed plùs vltrà meus amor inuenit, nam ſimul patiar proditionem diſcipuli, crimen Pilati, peccata ſacerdotum, crudelitatem militum, blaſphemias latronum & Phariſæorum; quibus ſic meum compungitur cor; accipite, quem magis diligo, filium, & ſimul perferam quod magis oderam peccatum.

Infinitus amor Chriſti peccata potuit deuorare. Pone igitur in corde Dei Patris trutinam, & in vna lance infinitum amorem impone; in altera verò infinitum odium, in quam partem propendebit amor? certè in neutram, nam duo infinita ſunt, & infinito non eſt aliud maius. Sed tu ô alme Spiritus ad nos inclinaſti lancem, vbi maius amoris pondus erat, quàm cùm inclinaſſe ad nos videt Ioel, exclamat: *Benignus & miſericors eſt*, *benignus* in tolerando culpam, *miſericors* dando filium: *patiens & multæ miſericordiæ*; nam & proditionem, & turpiſſima peccata domi tolerauit, & ſumma miſericordia filium conceſſit, *præſtabilis ſuper malitia*; ſuperauit enim amor odium, gratia peccatum. Et tu mi homo, qui hæc ſpectaſti, in quam partem inclinas? pondus tantum amoris quo putas amore ſoluendum erit? cogitaſti apud te ſedulò vnde & quando tanti æris debitum ſolues, nónne meritò ſtatuta eſt dies iudicandis hominibus, qui tantum ſuſceperunt amorem? multúmne exhibere putas, qui ſpretis omnibus ſe Domino mãcipat à iuuentute, à quo ſic prædilectus eſt?

Quis Deum his amoris philtris quaſi à ſe dimouit? vt ait D. Dionyſius, amor; & quis eſt iſte amor? Deus; certè Deus eſt amor ille, quo ab æterno primariè ſe Pater & filius diligunt, ſecundariè verò creaturas, ecce æqualis eſt amor, ſed diſtinctus perſonaliter à Patre & filio, quo Pater *ſic dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.* & quo filius *tradidit ſemetipſum pro nobis.* & quo incitatus & accenſus eſt ab æterno, *dilexit nos, & tradidit ſemetipſum.* Tu Dei digitus lancem illam neutralem in homines inclinaſti. Tu, inquit Cyprianus [a], mundane iudex, & vindex perfidiæ potenter dæmonia expellis, qui nec laboras agendo, ſed ſolo nutu perficis omnia, quod dicis facis, quod iubes imples, ſecreta iudicas, pandis occulta, reuelas ignota, hebetas acutos, & perſpicaces confutas. 23. *Spiritus ſanctus hæc omnia molitus eſt & impulit Patrem & filium.*

a Sermone de Spiritu ſancto

Officia Spiritus ſancti. Adeſto ſancte Spiritus, & corda ſanctifica, & conſecra in habitaculum tuum, dignam te habitatore domum compone, adorna thalamum tuum, & quietis tuæ reclinatorium circunda varietatibus virtutum, tu peccata diluis, iuſtificas impios, ad vitam reuocas mortuos, tu diſcordes pacificas, & vinculo dilectionis aſtringis & ligas, tu nos ad cælum inuehis, & mundi huius vanitatibus auulſos ſuperni regni conſtituis hæredes, tu ſacrorum ordinum diſtributor reges creas, inauguras Pontifices, eligis ſacerdotes, tu omnibus ſacramentis interes, quæ tu efficis, & conſummas, tuo auxilio freti præſules gubernant, iuſta decernunt iudices, ſancta præſcribunt legumlatores, mercator felices ſuos contractus, & milites Chriſtiana ſua facinora faciunt; tua charitate ſapientia plenus Doctor liber eſt à præſumptione, quæ inflat, & nitet charitate, quæ ædificat; tecum viuit Eccleſia ſicut ſponſo, te compare lætatur vidua, marito oblectatur vxor. Concionator te dictante loquitur, te inſpirante docet, te mouente mouet. Sine te enim quid eſſet in pulpito,

niſi hiſtrio in anguſto, & paruo theatro; ſpiritu tamen tuo plenus, miniſter verbi, præco veritatis, organum ſpiritus, quem tali armas potentia, vt poſſit deſtruere, eradicere, plantare, & ædificare, & quid tandem es animæ meę? omnia; *& hoc quod contines, omnia*; & quid inſuper? anima, vita, & habitus, ita vt nulla tuæ maieſtati irrogata iniuria amatoria te conuenire poſſim, & te (ô dulce Verbum) nuncupare, tu meus ſponſus, tu anima mea, vita mea, cor meum, lumen oris mei, gratia mea, & gloria item in ſempiternum mea.

CORRECTIO EX CHARITATE PROFECTA quibus incumbat, & quænam conditiones adeſſe debeant in corripiente, amoris, zeli, ſapientiæ, puritatis & innocentiæ, ac tandem ordo correptionis ſeruetur vt effectum ſortiatur.

INSTITVTIO LII.

24\. *Zelus correctionis decet ſenes & cordatos viros.* FRATERNÆ correctionis zelum, & benignum ingenuè correptioni ſuſcipiendæ animum, ſenilem ætatem maximè decere, & eximiam in vtroque dignitatem & vtilitatem eſſe oſtendam. Munus enim hoc corripiendi Rex ille diuinus inſtituit vt animas ad ſe iam zelo correctionis, iam paterna pietate, iam pœna ac præmio reuocaret. *Si peccauerit*, inquit, *in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum* (loquor, quaſi dicat, de omnibus peccatis, ſed hoc quod contra te eſt, exprimo, ne in vindictam aut in impudentem correptionem affectu proprio incitatus temere & ſine modo irrumpas:) corripe igitur eum ſeorſim, & ſine teſtibus, & fortè lucraberis fratrem tuum, ſin minus, voca teſtes, quibus accerſitis, ſi proteruè adhuc correctionem tulerit, dic prælato, quem ſi non reuereatur, ſine illum quaſi Ethnicum, aut excommunicatum, ea enim eſt præſulum authoritas in terra, vt quidquid hîc ligant, ligatum in cælis maneat in æternum. P. Damianus epiſt. 12 ad Deſiderium Abbatem. Math. 18.

25\. *Mirum ſanè correptionis virgam datã eſſe hominibus.* Miror Domine ſapientiam & nimiam tuam largitatem; ſic virgam cenſoriam, & munus correctionis hominibus præbes, qui vltimã felicitatem in propriæ iniuriæ vindicta conſtituiſſe videntur; ſic munera & dignitates cenſorias & quæſtorias infimis qualibuſcumque hominibus indiſcriminatim concedis, an ignoras quàm ſuperbiant hi cùm ad dignitates aſſumuntur, & maiores facere iniurias, ſæuioréſque eſſe inferiores iudices compertum eſt, quàm hi à quibus delegati ſunt. Quod & tua Maieſtas experientia quidem comperit; paucis enim retro diebus, iudices Nazareth te iam ad præcipitium inſolenter agebant, vtpote inferiores iudices, quod ſupremi ſummique ſacerdotes & principes minimè aggredi auſi ſunt, ſine magno conſilio & cõmuni vtilitate propoſita. Sanũ igitur conſilium eſt magnas dignitates non niſi magnis principibus cõferendas. Quod ſi minus credis, audi Domine piſcatorem tuũ, quem ad ſummæ dignitatis faſtigiũ eleuaſti. *Domine quoties peccauit in me frater meus, & dimittam ei, vſque ſepties.* O Petre, egregiè me ornaſti, talem ego magnæ domus præpoſitum habeo? dixi ego, vſque ſepties, *non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties*; quibus verbis Dominus, vt ait Hieron.[a] & notat Nicolaus Pontifex[b], peccata ea comprehendit, quæ à Cain vſque ad Chriſti mortem patrata ſunt; ita vt ſicut mori macula alterius mori ſanguine tollitur, ſic cùm ad te manus eorum, qui mihi mortem infligent, venerint, ſanguine eodem meo maculas excuties, & mundabis. Cùm igitur munus hoc arduum & penè diuinum ſit; correptionis formam, modum & ordinem à Deo accipiamus. a Hie. b 2. 2. Quæſt 3.

26\. *Forma corripiendi à Deo accipienda.* Sic difficile & arduum iudicauit Omnipotens, iudicem proximi ſui hominem conſtituere, vt in hoc ſua attributa, ſapientiam, potentiam, filium collocaſſe videatur; & præterea manu propria ordinem iudicialem correptionis præſcripſerit, & in primis celſitatem huius dignitatis admiratione proſecutus eſt Dauid, Pſalm. enim ſecundo virgam geſtantem vidit, & Dei filium loquentem audiuit, *Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, prædicans præceptum eius, Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te*; permiſit in præſepium, in crucem & ſepulcrum deſcendere, vt poſſet compati infirmitatibus noſtris, & poſtea *ex reſurrectione mortuorum* (ait Paulus) hoc eſt, *poſt* reſurrectionem prædeſtinatus eſt, hoc eſt, *declaratus eſt filius Dei*, & iudex viuorum & mortuorum, vt cùm *Dignitas corripiendi diuina.*

ad

ad ſedem perueniret, iam probta, iniurias & peccata mundi deuotaſſet & exantlaſſet. Túneque in monte apparuit in throno, vt ait Ioannes, Agni ſpecie, candidis veſtibus indutus, ſacerdotibus, ſenioribus canis plenis & iuxta thronum, & in circuitu throni conſtitutis, quod in admirationem rapuit Dauid. *Secundùm altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum.* Paulatim quidem & per gradus aſcendere debent mortales, & quos non temere fortuna eleuat, *quæ ſubſultare ſolet, virtus vero per gradus aſcendit.* Cæterùm tu Domine repentè & inopinatò homines ſecundùm tuam altitudinem euexiſti, & quaſi multiplicaſti, & ſummas omnes exceſſiſti, ſiquidem ſunt per amorem, *in medio throni, & in circuitu throni*, & dij per participationẽ efficiuntur. Quòd ſi minus credis, vide quid in Euangelio dicitur, *ſi peccauerit in te frater tuus*; quid ais Domine, nónne peccati iniuria directè contra te tendit? ita eſt, cæterùm homines iam per amorem ſic mihi deuinxi & copulaui; vt perinde iudicem, peccatum contra vos ac contra me eſſe, vnde ſicut iniuriam vni perſonarum Trinitatis illatam altera perſona, quæ in diuinitate diuerſa non eſt, ad vindictam properat; ita ego & proximus homo ſic in vnum per amorem copulamur, vt eadem cauſa & crimen me, aut ipſum lædere videatur. *Si peccauerit in te.*

Hic igitur amor, hoc conſilium, hic trium perſonarum ſenatus, homines iudices aliorum hominum conſtituit, & qualitatibus requiſitis ad munus inſtruit, ac diuinis imbuit attributis, videlicet vt correptio & zelus, ex amore & paterno affectu proficiſcantur, ſapientia polleant, puritate & innocentia niteant; & poſtremo loco ordinem iudicialem, hoc eſt, correctionis modum, quem Chriſtus præſcripſit, obſeruent; quibus exhibitis, ſi correptio non ſuſcipiatur, ſicut Ethnicus, ſtultus & obſtinatus habeatur. PARTITIO INSTITVTIONIS.

I. Sit igitur in primis zelus corrigendi ex amore natus, vt aiebat Auguſt. *Dilige, & dic quidquid voles.* Quod de Chriſtianis doctoribus in Eccleſiæ ore contemplatur ſponſus, *Labia tua ſicut vitta coccinea.* Opus erit plagas peccatorum ligare, ſanguinem cohibere, & fluxam viuendi licentiam comprimere; ſit tamen vitta coccinea quæ ſanguine mitiſſimi agni Chriſti tincta eſſe videatur, & manſuetudinem & amorem præſeferat. Philo Carpatius ad vittam illam quã in feneſtra appendit Rahab alluſionem fieri putat; illa enim & aperuit & clauſit oſtium, amoris plena, nam clauſit vt abſconderet atque tegeret exploratores, aperuit vt liberos remitteret: igitur os tuum ô Eccleſia tunc pulcrius eſt, cùm clauditur ad contegenda crimina peccatorum, & aperitur ad eoſdem abſoluendos, quæ pietas & benignitas ſicut vitta capillos comprimit, ſic charitas innumeros ſibi deuincit animos, qui etiamſi vinciantur, comprehendantur atque puniantur, gratulabundi amplectuntur correctionem. Hoc ex ſui ſponſi documento didicit ſponſa, qui ſi ore dura pronuntiat, manu larga populo beneficia confert, vt ex Euangelio liquet; Ioannes verò *Apoc. 1.* expreſſum vidit: prodiit namque Dei filius, enſem in ore geſtans, & ſeptem ſtellas in dextra manu, vt oſtendat ſic ad correptionem illorum Epiſcoporũ accedere, vt licèt ore quaſi ferro aut nouacula pungat, & ſecet, at manu ſua certè curationis antidota in animæ languentis interiora diffundat, lucem, amorem, præmium, vt in his ſeptem correctionibus Apocalypſis manifeſtum eſt. Vnde in primis peccat corrigens qui ſine charitate corrigit, aut alia ductus cupiditate, vt ait Auguſtinus *, *Debemus amando corripere, non nocendi auiditate, ſed ſtudio corrigendi.* Quæ conditio cùm correctioni deeſt, ſupplicium in eadem materia promeretur, ſicut cùm Phariſæos redarguit Chriſtus, & correptionem in caput eorum retorſit. Graue fuit filiorum Aaron ſupplicium *Leuit.* 10. Sed neque eis, neque Patri cauſa eius cognita: ſed certè clara videtur ex textu, nam ſuppoſuerunt ignem alienum, videlicet non illum qui de cælo venit, Leuit. 9. *Egreſſus eſt ignis à Domino*; ſed è proprijs ædibus, & ignem attulerunt. Deus autem ſummè miſericors hoc primum delictum noluit impunitum præteriri, nam zelus Domini per ignem adumbratur, figurabatur autem in eis malitia quorundam hominum, qui cùm alienos defectus ex affectu charitatis & zelo diuini honoris debeant corrigere, proprijs lucris inhiant, & zelant ea tantummodo quæ ſuis cupiditatibus opponuntur, & coruſcantibus flammis, clariſſimè proprij odij & cupiditatis ſpecie honoris Dei diſſimulant paſſiones, & corripiunt alios: Deus autem qui in thuribulis cordis ignem alienum videt, in faciem eorum ignem vomit, qui eos deuoret, & eorum hypocriſim denudet. O ignis diuinæ indignationis, quanta reuelabis ſecreta & arcana mundi, quàm vacua reperientur corda igne charitatis, eorum maximè, qui cùm in ſede & munere corrigendi ſint, latrocinia tamen & concubinatus minimè in principibus, nec diuitibus puniunt, ſed pauperculos & infimam plebeculam zeli & iuſtitiæ nomine vexant.

27. *Zelus corrigendi ex amore procedat*

* Ser. 16. de verbis Domini.

Amando corrigere, non ex auiditate corrigendi.

28\. II. Sapientia ſecundo loco neceſſaria eſt in eo qui corrigit (mitto ſcientiam ſæcularium virorum & principum ad ſua negotia, quæ maior eſt vtique quàm noſtra, & licèt maior non ſit, ea tamen negotiis eorum tranſigendis par eſt ; ſicut qui in ſubterraneo loco eſt, exiguo illo lumine contentus eſt, & melius videt quàm qui repentè ad eum lucum deſcendit oculis lumine Solis perfuſis, ſinamus illos etiamſi doctiores ſumus, & cum Deo familiaritas nos maiori luce perfuderit, ipſi tamen prudentiores ſunt ad ſua negotia, quàm nos.) Vnde cùm de Christi Regno agitur nomine virgæ ferreæ, & cùm ad correctionem paratur *in Apoc.* 2. non ſine cauſa ferream, & non auream virgam & ſceptrum habere dicitur ; in ferro enim, vt alibi dixi, ſeptem attributa Regis & rectoris denotantur, ferro enim nihil ſapientius, vt in acu nautica videmus : nihil fortius, vt in dentibus illius beſtiæ Danielis oſtenditur : nihil commodius & vtilius in natura eſt, ſi rectè conſideres, atque adeò bonitatem denotat : nihil tolerantius, vt patet in incude : nihil horribilius, cùm limatus enſis intentat plagam, aut vibratur lanceæ: nihil ſeuerius punit quàm gladius carnificis, cùm authoritate publica caput principis aut nobilis amputat. Sit ergo qui corrigit ſapiens : ſapientia enim tantopere extollit hominem, aut demittit inſipientia, vt inſipiens iure naturali natus videatur ad ſeruitutem : at ſapiens etiamſi ſeruus, dominus dicendus ſit, nam, vt ait Seneca [a], *Siquis exiſtimat ſeruitutem in totum hominem deſcendere (fallitur ſcilicet) pars eius melior eſt excepta : corpora obnoxia ſunt, & adſcripta dominis, mens quidem ſui iuris eſt :* vnde fit vt famulus mente & ſapientia domino imperet, ac tunc herus non habet liberam corrigendi facultatem ſi ſapiens non ſit. Sit igitur ſapiens, corrigens, vt ius habere & virgam naturali iure ad correptionem videatur. Nam ſi præuia hæc ſapientia non ducit correctorem, in multis peccare neceſſe eſt. Nam in primis, vt ait Gregorius, ſtulti & inſipientis os ad maledicendum eſt procliue, vnde impropriè & ineptè aſſumitur ad correptionem, vt apertè ait Sapiens, *In ore ſtulti virga ſuperbia*, id eſt, ait Gregorius [b], *imperioſa correctio. Et è conuerſo in ore iuſti virga manſuetudinis & dulcedinis. Propterea in arca manna ſimul cum virga fuit, & de virga Aaron legitur quòd fronduit, & amygdala protulit, quæ ſunt cibus infirmorum.* Vnde etiam in nos hanc culpam refundit Greg. ſubdit enim, *Sed hæc propria arrogantium prædicatorum eſſe ſolent, vt etiam afflictos auditores ſuos magis strictè corripere appetant, quàm blandè refouere, ſuperiores quippe videre deſiderant, atque adeò magis gaudent cùm eorum animos ira eleuat, quàm cum charitas exæquat, ſemper inuenire optant, quæ increpando rigidè feriant ; vnde ſcriptum eſt : In ore ſtulti virga ſuperbia, quia percutere rigidè ſcit, ſed compati humiliter neſcit.* Vnde ad hos poſſemus verba Auguſtini retorquere, quibus beatos cæli ciues alloqui ſolemus, *Si ſemper bonus fuiſti, habeto miſericordiam : ſi aliquando malus fuiſti, noli perdere memoriam.* Peccat deinde in temere iudicando falſa ſpecie deluſus, & zelo indiſcreto accenſus, vt habes *diſcurſu* 37 *n.* 13.

Sapientia polleat qui alios corrigit.

Ferream virgam habere Christus, & nõ auream cur dicitur.

Temperet verba correptionis concionator.

a Lib. 3. de beneficiis

Prou. 14. 3.
b Moral. 24. c. 9.

29\. III. Prærequiritur etiam innocentia & puritas in corripiente. Nam qui inter candelabra ſicut Chriſtus obambulat emungens ea, debet habere puras & pellucidas manus, & ſtellis puriores, ideo loco annulorum ſeptem geſtabat ſtellas. Quamobrem vt nobis hanc corrigendi libertatem adimant, in nos ſua peccata refundunt, & ſimiles eis eſſe iactant. Expendi hoc, ni fallor, *diſcurſu* 66. in illum locum Prophetæ, *Væ qui propinatis vinum Nazaræis meis, brindais primero a los ſacerdotes para mancarlos para la correccion y que no os vayan a la mano en vueſtras demaſias.*

Innocens ſit qui corripit.

30\. IV. Ordinem etiam & modum præſcripſit cæleſtis Magiſter. *Inter te & ipſum ſolum.* Si enim culpa occulta eſt, vt quid propalanda eſt, imò nec curioſè indaganda, aut inquirenda. *Non quærendo*, ait Auguſt. *quid reprehendas, ſed videndo quid corrigas.* Si verò culpa publica eſt, & in ſcandalum adducit alios, etiam Pontifici obiicienda eſt. Sicut cùm Paulus publicè D. Petrum reprehendit, vt ipſe refert *epiſt. ad Gal.* 2. quod declarans Auguſtinus [c] ait, non impatientiam, ſed obligationem Pauli fuiſſe, vt reprehenſione Petri plurimi eius culpæ participes ſanarentur. *Quòd autem hoc eſt coram omnibus dixit neceſſitas coëgit, vt omnes illius obiurgatione ſanarentur*, & vt omnino legales ceremonias reſcinderet, quas plus debito Petrus videbatur tolerare, hoc eſt quod ait, *quia reprehenſibilis erat*, id eſt, iam ei vitio dabatur, & quodammodo *reprehendebatur*; igitur palàm corripiatur, *non enim vtile erat* (ait Auguſtinus) *errorem qui palàm noceret in ſecreto emendare.* Si verò culpa occulta, occultè etiam & priuatim poteſt corrigi, inutile inhumanum eſt propalare. Sic explicant aliqui verba Euangeliſtæ, *dicebat autem Ioannes Herodi*, id eſt, adibat regem, & eum priuatim admonebat. Maximè verò ſi vitium turpe ſit ; hoc enim peccatum renuit habere teſtes, quamobrem cùm ipſi complices in teſtes vocantur, etiamſi antea eos perditè amauerint,

Ordo & modus tenendus in culpa ſecreta & publica.

c In libro quem de hoc ſcripſit.

rint, odio maiori in eos conuertuntur. Sicut in inſanis illis ſenibus vidimus, qui eùm crimen ſuum omnibus notum conſpicerent, eandem Suſannam quam dilexerant hoſtili odio proſequuti ſunt, & morti adiudicarunt. Hoc ipſum nos docuit Magiſter piiſſimus, cùm ad eius conſpectum per mediam circumfuſam multitudinem irrumpentes miſeram adulteram adduxerunt, legem, pœnam, lapidationem inclamantes; Chriſtus verò cùm peccatum ſecretum manifeſtati & luxuriam ante omnium oculos proponi vidit, iudicialeſque correptionis terminos tranſiliri, curauit cauſam hanc ad terminos correctionis reducere, vt videlicet ſecretò fieret correctio peccati ſecreti, atque adeò abire fecit vnum poſt alium, omnes & poſt hæc leui correctione animaduertit, & corripuit paternè, *Noli amplius peccare; ſilet enim in dilectione noſtra*, vt ait Propheta, & piiſſimus iudex nullum qui ad ſe veniunt perire vult, habet enim ſatis notam infirmitatem noſtram, ſed quia in erroribus & culpis diuerſitas eſt, multiplex etiam ſit reprehenſio. Ideo dictum puto à Sapiente, *Inauris aurea, & margaritum fulgens, qui arguit ſapientem, & aurem obedientem, arracada y arcillo de perlas y oro.* Ne ſit grauis reprehenſio, & ſit pro qualitate perſonæ. Vxorem leniter corrige, filiam ſeueriùs increpa, ancillam & obſtinatum maiori eum furore & authoritate corripe. Si autem reprehenſio ad aurem ſit delinquentis inter te & ipſum ſolùm, tunc *inauris eſt aurea, & ex ea pendet margaritum fulgens, es de oro y de perlas la reprehenſion quando es a la oreja.* Sed cur un moror, nam,

Luxuria culpa refugit teſtes.

Prou. 25. 12.

Multiplex & diuerſa correptionis forma & modus.

31\. Hæc verba, Redemptor, vt finem correctionis & formam præſcriberet, adiunxit, *lucratus eris fratrem tuum*; fac in primis verè perditum & errantem eſſe: fac ergo vt lucreris illum, ait Auguſtinus, id eſt, ita propter illum fac vt lucreris. Vnde fraterna correptio dicitur, quia fraternè vel paternè debet fieri. Fraternè cùm memor eſt corripiens infirmitatis ſuæ. Quod enim ad conſolandos pauperes aiebat Salomon, *excelſo excelſior eſt alius*, hoc ipſum ad doctrinam correctionis vſurpo; in throno enim Salomonis leones erant in primo gradu, in ſecundo alij, deinde alij celſiores. Salomon inſuper & Salomone ſuperior inuiſibilis Deus, ſic noſtra reſpublica componitur; eſt ſupra populum miniſter iudicis, hoc iudex celſior eſt, hoc excelſior eſt conſiliarius regius, hoc ſublimior eſt præſes totius regni, huic dominatur rex, regi imperat Pontifex, huic verò adeſt & ſuperior eſt Deus. Quorſum alios aliis ſubiecit, vt memores propriæ infirmitatis & regulas vitreas habere ne grandes lapides in aliena tecta proiiciamus, & quia ſicut in ſchola puerorum alter alterum flagro percutit, & blandè quidem, quia mutatis vicibus ipſe etiam plectetur; ita nos blanda manu & fraterna corripiamus, memores alios aliis eminentiores eſſe. Sed quia nobis ſæpius imputatur importuna & imprudens correptio inter concionandum, dicam modum quem ex propheta Daniele didici, & obſeruatum vidi in Chryſoſtomo, & aliis. Nam cùm malum ingens tam regi quàm regno impenderet, rex iam vino & voluptatibus caleret, cælitus miſſa manus corripuit eum. Et licèt iuuenis adhuc rex ingenuè tulit reprehenſionem; quare? quia Daniel nihil extra literas ibidem in pariete deſcriptas ex ſuo cerebro commentus eſt, ſed ſincerè quid in illis litteris eſſet declarauit, non verò propria ſenſa quæ facilè affectui & audaciæ tribui poſſent. Vnde eueniſſe comperio verbo Dei quod anno 1572. cælo firmamenti eueniſſe narratur. Eſt enim quædam cathedra in cælo ex aſtris diſtincta & formata, quæ Caſſiepeia dicitur, in qua vltra tredecim aſtra alia ſtella decimaquarta viſa eſt. Proſpicit attentè noſter Clauius Romæ, & in firmamento eſſe comperit. Videt è Sicilia Abbas ille peritiſſimus, in firmamento eſt; conſiderat eam alter in Hiſpania, in Germania alter, & conſentiunt in firmamento eſſe, ſed en poſt duos annos diſparuit. Quid hoc Ariſtoteles, iam cælum corruptioni obnoxium experti ſumus? Sed ô mirabilis philoſophiæ magiſter, credo tibi tuæque doctrinæ ſubſcribo, incorruptibile eſt cælum, nemo eſt qui ambigat. Quid ergo dicemus, niſi etiam igneas exhalationes in ſublimia ſic audenter afferri, & cometas aliquando contingere, qui ſpeciem habent ſtellarum, qui tamen meritò delentur, exploduntur, ne in errorem inducant ignorantes. Eſt quidem ſuggeſtus iſte & pulpitum, cælum, firmamentum ſublime ex aſtris, doctoribus, libris, ſacriſque literis quæ manent in æternum compoſitum, aſcendunt tamen aliquando qui proprio affectu ducti & zelo nimio exhalationem terræ & peccatorum etiam in regem & principes & prælatos inuehuntur acrius quàm par eſt, tunc culpam non muneri, ſed perſonæ aſcribite, deleatur ille, puniatur ne in dubium vertatur integritas

Lucrari proximum finis ſit corripientis.

32\. *In ſuggeſto qui modus correptionis à nobis tenendus eſt.*

A ſemis.

gitas loci & firmamenti, nos verò ne correptionis modum excedamus, vel noſtris exhalationibus & odiis aut furori tribuatur exceſſus, Danielem imitemur, quid in pariete contra candelabrum ſcriptum ſic cælitus inſpiciamus, ſtellas fixas non errantes aſpiciamus. Nónne in principio libri Machabæorum eclipſis eſt Solis Alexandri, quorſum niſi ad terrendos reges, in quos eclipſim maiorem vim habere expertum eſt? nónne luna rubens Salomonis ex terræ oppoſitione, & vmbra triſtiſſimam ruinam regni Dauidici denotat, ex quo ad mulieres conuerſus eſt? nónne Mercurij ad Venerem ingreſſum Henrici octaui ad Annam Bolenam horrorem mortis & peſtem in inſulam Chriſtianiſſimam induxiſſe vidimus? Nónne Martis, Dauidis, inquam, in domum Bethſabee ingreſſus deploratur, plorat ipſe, & nos adhuc deploramus; nónne leonis in virginem ingreſſus, Roderici Hiſpani videlicet in Cauam illam noſtram fidem, coronam, gloriam, vires armaque peſſundedit, & ad barbarorum pedes per multos annos prouoluit? ſit correctio firma, conſtans & ex ſacris libris deprompta, & impunè abibit corrigens: qua autem ratione ſe gerere debeat qui corrigitur, iam paucis aperiemus.

33. In primis paternam correptionem, hoc eſt, deferri ad ſuperiorem ſua delicta tanquam ad patrem non ægrè ferat, mitto ea quæ erudiriſſimè Doctores noſtri tractant, vt eorum retundant opinandi modum qui putant contrariam eſſe hanc doctrinam Euangelio. Dicam breuiter quæ ad moralem Doctorem pertinent. Nam hic modus correptionis peccatis ipſis extirpandis opportunus eſt. Ex taciturnitate proximo ingens malum infertur, nocet inſuper ſibi tacens, & magna in communitate Eccleſia, aut republica, imò in fide catholica damna proueniunt. Neſcio itaque cur tam inſolens & noua hæc doctrina viſa ſit, nam ſi defectus fratrum murmurando aut detrahendo aperire non infamat detrahentem, nec per hoc nomen verſuti & malitioſi delatoris contrahit, cur quæſo eoſdem defectus ad Patrem deferre maleuoli & malitioſi munus erit? Porrò ſi cauſa ad eum forma iudiciali deferatur, & inducantur teſtes, nihil damni aut noui affert, & hoc ipſum crimen clam ſuperiori detegere tot incommoda, tot tragœdias excitauit, tot lites, tot querelas? & in primis dæmon hæc omnia molitur, qui, vt ait Gregorius[a], *dormit in ſecreto calami*, Behemot enim peccata tepidorum denotat, quæ gaudent vmbris & humidis locis, cor enim feruens calore exercitiorum pungit, & inquietat dæmonem, ne in ſordibus iaceat & in fæce conſcientiæ voluteтur, & quieſcat: cauſa autem ea eſt, quia *vmbram vmbra protegit.* Sunt qui peccata aliorum contegant, verentur enim ne ſi aliorum criminum diſquiſitio fiat, ipſi etiã vocent in iudicium, & peccata eorum aperiantur. Secundò cedit ſilentiũ in damnum fratris tui, quòd inhumanum eſt, vt ait Auguſt. ſicut ſi ſoror aut frater pudoris cauſa vel nouaculæ horrore, occultum morbum tegeret, nónne æquum eſſet reuelare? vide Baſilium[b], aliàs non multum dolere infirmitatem fratris oſtenderes. Tertiò tibi etiam iniurius & contrarius es: nam, ſicut in B. Benedicti regula habetur, *qui fratrem ſuum videt aliquod facinus facientem, nec publicat eum apud ſuperiorem, hic nutritor eſt culpæ*, & ſimilis eſt nutrici quæ ſpurium aut ex adulterio infantem nutrit, alit enim peccatum alterius. *Ecce parturiit iniuſtitiam, & peperit iniquitatem:* vnde ſe omnino à tali peccatore eripi poſtulat, *eripe me Domine ab homine iniquo*; quid times mali? ait Auguſtinus. Ipſe dicat, vtique conſors fieri culpæ & pœnæ, ideo enim ſubdit, *ſi videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.* Vnde Eccleſiaſt. 10. monemur, *Ne ambules cum homine audaci, no te acompañes de broqueleros y mataſietes valentones que el hara el mal hecho y tu lo pagaras.* Quartò etiam communitati, & Eccleſiæ damnum non leue infertur, nam peſtis graſſatur, & nemo eſt qui aperiat morbum. *Nolite gloriari, modicum fermentum totam maſſam corrumpit.* Naſcitur hoc damnum ex impunitate delictorum, *& fieri poſſe putant*, ait Ambroſius, *quod factum eſt.* Videtur iniquitas, non manifeſtatur, permitti videtur, permiſſa ſemel videtur admiſſa, mox præſcribit, deinde verò in conſuetudinem tranſit, & nullo ſupplicio aut remedio amputari poteſt. Vnde culpa, ait Saluianus, ad omnes fratres tranſit, & pœna ſimiliter; quare? quia videlicet obligationem non implent, vnicuique enim mandauit Deus de proximo ſuo, & vna catena deuinxit, quod in facto illo Acham liquet, cuius cauſa omnes in bello perierunt. O quàm ſanum fuiſſet conſilium eum manifeſtaſſe! eſt ergo fraterna correctio & proximo & nobis & communitati vtiliſſima.

a In Iob 49. c. 34. Moral.

b Reg. 49 fuſiùs diſput.

VERBVM

VERBVM PATRIS.

Amos 9. verſ. 6.

Qui ædificat in cælo aſcenſionem ſuam, & faſciculum ſuum ſuper terram fundauit, &c.

Regno terræ ſubiugato, & profligato hoſte, thronum Dauidicum in æternum inſtaurat: vocat ad comitia, & poſtulatis à regno libens acquieſcit.

DISCVRSVS CLIV.

1\. QVEMADMODVM eos qui apud Indos quæſtuoſæ mercaturæ & margaritarum expiſcationi laboris & periculi plenæ addicti ſunt, poſtquam in profundo pelagi demerſi arcana maris perſcrutati ſunt; opus eſt certis interuallis caput emergere, ſcapham manu tenere, attrahere ſpiritum, vt ſic refecti animo & viribus, iterum vt mergi poſſint comparentur: ſic mihi Prophetis contigiſſe videtur, quorum nomen laborem, & munus conteſtatur, Propheta namque *quaſi profunda fans*, dicitur; merguntur enim ad profunda Dei, & ex ſapientiæ Dei pelago abſcondita nobis efferunt myſteria, & pretioſas margaritas expiſcantur; videas autem inter prophetandum certis interuallis emergentes reſpirant, & Eccleſiæ nauiculam tenentes ſpiritu nouo & ſancto afflati, quæ Chriſti ſunt & Eccleſiæ profundiſſima fantur. Quotum vnus Amos etiamſi ſubruſticus paſtor, & vellicans ſycomoros, non minùs, quàm cæteri, profundus, poſtquam altitudinem iudiciorum Dei perſcrutatus eſt, & necis Chriſti iniquiſſimam cauſam, & Iudæorum ſupplicia, vrbiſque vaſtationem denunciauit; emergit hodie caput, & purgatis mentis oculis, oreque nouo, halitu refecto gloriam triumphatoris Chriſti, ciuitatis inſtaurationem, perpetuam ſedem, fixúmque Dauidici tabernaculi thronum, regnúmque commemorat. Authores habeo Albertum, Hugonem, Lyram, Dionyſium, Iſidorum, Vatabl. & Montanum, & irrefragabile Iacobi ſancti teſtimonium Actorum 15. *Qui ædificat in cælo aſcenſionem, & faſciculum ſuum ſuper terram fundauit, qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ, Dominus nomen eius.* Regis noſtri Ieſu Chriſti gloriam deſcribit, qui poſtquam prælium acre ſanguineæ crucis armis peregit, vexilla peperit, ſpolia detraxit, & fugatis hoſtibus vel extinctis bellum feliciſſimè profligauit, & poſtquam trium regnorum coronas ſuo ſubiugauit imperio, terram, cælum, & infernum, ea ipſa loca etſi profundiſſima perluſtrando, & ibi in tenebroſo carcere, & vinculis iacentes aſſerendo. Dúmque hodie migrare ad præcipuum ſuorum regnorum, & vrbium metropolim iam proximè parat: *Dominus in cælo parauit ſedem ſuam*, ante abſceſſum & abſentiam ſuam vocat ad comitia, vt de his, quæ ad terræ regnum maximè conueniunt, agatur, & quid operæpretium ſit regnum à Rege ſuo poſtulare queat. In primis autem terrenum regnum euehere, & collapſum inſtaurare velle benignè manifeſtat: *In illa die ſuſcitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, & reædificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerant inſtaurabo, & reædificabo illud, ſicut in diebus antiquis.* Regnum verò hæc, quæ ſequuntur, ab optimo Rege popoſcit; petit igitur primum ne officia & munera externis etiam benè meritis conferantur ob multa, nec leuia damna, quæ inde ſequuntur, quod libens conceſſit, & qui eſt à ſecretis Marcus teſtatum reliquit: *Euntes in mundum prædicate Euangelium*, vobis, non Angelis altiſſima hæc munera dentur. Hebr. 2. *Non enim Angelis ſubiecit Deus orbem terræ futuram, de quo loquimur.* Secundum poſtulat regnum, & annuit Rex, vt quo liberiùs, & libentiùs ei inſeruire valeant, graui impoſitione exoneret gabellarum, & eorum, quæ maiores quaſi graue iugum portare non potuerunt, vtpura circumciſionem, quam libenter in Baptiſmum commutat: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit.* Tertium, vt ad regni ſplendorem, & ad authoritatem tam eorum, qui gubernant, quàm qui gubernantur, & vt regiæ ſchedulæ, quibus aliquid diſpenſatur in vniuerſo regno, ab omnibus æſtimentur, & vbique valeant, inſigne ſuum conferat, & regio ſigillo muniat, vt hîc etiam videatur reſidere maieſtas; concedit Rex: *Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur, in nomine meo dæmonia ejicient*, &c. Quartum denique rationi conſonum, vt quia Eccleſia adhuc iuuencula eſt, & noua, ad eius cuſtodiam & tutelam nobiliſſima aliqua matrona adhibeatur, alto nata genere, prudentia præſigni, & gratia; quod munus primariè competit matri Regis, dum viuit, Mariæ nempe ſanctiſſimæ, cuius tutelæ Eccleſia ex hac die demandata eſt.

Propheta nouo ſpiritu refectis myſteria Chriſti pronunciant.

Amos 9. 6.

Gloriam triumphantis Chriſti deſcribit Propheta.

Ad comitia vocat Rex ſummonos ante aſcenſionem.

2\.

PARTITIO DISCVRSVS ET EVANGELII.

Poſtulata in comitiis à regno terræ.

Maria ſanctiſſima in tutelam Eccleſiæ datur.

3\. *Qui ædificat in cælo aſcenſionem ſuam.* Meritò vocat Bernardus [a] ſolemnitatem iſtam omnium ſolemnitatum apicem & ſummam: *Solemnitas iſta, fratres chariſſimi, glorioſa eſt, &, vt ita dicam, gaudioſa, in qua & ſingularis Chriſto gloria, & nobis ſpiritualis lætitia exhibetur; conſummatio enim eſt, & adimpletio reliquarum ſolemnitatum, & felix clauſula totius itinerarij filij Dei.* Non ſolùm quia Chriſto, vt ait D. Thomas, & eius gloriæ *accretio aliqua facta eſt, nempe loci, altiorem enim, & eminentiorem tenet locum*; ſed quia, vt ait Auguſtinus, ſolemnitas iſta *inclyta eſt, & regalis*; omnia enim

a Ser. de feſto aſcenſionis.

Summa ſolemnitatum aſcenſio eſt Saluatoris.

enim alta, illuſtria, magna, plena munificen-
tia & gloria ſunt. Notanda tamen ſunt verba
Prophetæ, qui regiam iſtam gloriam à funda-
Æternitas regni Chriſti.
mentis exorſus eſt: *Qui ædificat*, id eſt, ille qui
à Dauide accepit carnem, ita accepit & thro-
num, ſed ſicut acceptam carnem diuinitati con-
iunxit, etiam thronum æternitati commenda-
uit; *ædificaſſe* autem dicitur aſcenſionem, quia
aſcenſus filij Dei non eſt ſicut filiorum homi-
num, qui nullo ſubſtrato fundamento virtutis,
vel ſapientiæ, per ſaltum ad gloriam & digni-
tatem properant: at Chriſtus per gradus, vnde
vbi nos, *aſcenſionem ſuam*, legimus, Hebraicè
legitur, *gradus ſuos*; nam, vt aiebat ille, fortuna
ſubſaltare ſolet, virtus per gradus aſcendit, vt in-
ter meritorum gradus, & ſedes gloriæ cõparatio
declaretur; labores enim vitæ huius ſedem, &
requiem in cælo comparant. Ideo namque to-
tum ædificium ſedem vocat, ibi namque ædi-
ficatur requies ex temporaneo labore, gloria
ex ærumnis & humilitate. *Dabit illi Dominus ſe-
dem Dauid patris ſui*; & clauem inſuper inſigne
poteſtatis dedit. *Dabo illi clauem Dauid ſuper hu-*
4. *merum eius.* Et quorſum vis ſedem mi Redem-
ptor, qui nuſquam, dum viueres, ſedem, nec
vbi requieſceres habuiſti? Porrò clauis ſuper
humerum tanta erat? ita quidem; erat enim
crux, quam ſuper humeros tulit, vt oſtendat
crucem fuiſſe clauem, qua fores reſerauit, vt
Crux & paſſio clauis, id eſt, poteſtas & ius ad Regnũ.
ad ſedem penetraret, & labor ad requiem adi-
tum præbuit: *Oportuit Chriſtum pati, & ſic in-
trare in gloriam ſuam.* Vide (ô mi ſenex) quan-
tum crucis habes apud te, tantundem habes
clauis & poteſtatis ad penetrandum in cæ-
lum. Et quis prudens ad fores ſine claui ve-
nit, & tu ad cælum vita diſſoluta & libera? con-
ſentiat virtutibus, multis ſit clauis quaſi cru-
cibus inſignita, *eſtrechad eſa vida hacel de
mil cruces como a llaue hechad le mill guardos y
reſguardos y dad le mill. bueltas y bañadla en olio
de miſericordia, en lagrimas de dolor y aun en ſan-
gre vueſtra y de Chriſto*, multis firmanda cuſto-
diis, & munienda, & perungenda oleo, lacrymis,
imò & ſanguine; *ædificat*, appoſitè dixit, *aſcen-
ſionem ſuam*; aſcendit enim, vt renouet cæle-
ſtes ſedes, vt dixerat Paulus Epheſ. 1. *In diſpen-
ſatione plenitudinis temporum inſtaurare omnia in
Chriſto, quæ in cælis, & quæ in terra ſunt.* hoc eſt,
euolutis illis temporibus quæ ab æterno ad hoc
ipſum exhibendum præſtituit, occultum my-
ſterium toti mundo diſpenſauit, nempe velle
Omnium inſtaurator Chriſtus.
ſe inſtaurare omnia in Chriſto, ſed oportuit
cæleſtia priùs inſtaurare, quia diruta, quia ſale
conſperſa erant propter Angelorum perduellio-
A ſimili.
nem. Vidimus in Hiſpania antiquam domum
nobilitate præſtantem duorum fratrum, quo-
rum vnus tempore publicæ perduellionis, quas
vulgus vocat commonitates, perduellionis
reus fuit, & coronæ proditor; alter verò mini-
mè, & vt rei criminis læſæ maieſtatis domum
demoliri cœperunt, & ſale conſpergere, in-
uenerunt domus ſub vno primogeniti capite
conſtituta; igitur diuiditur domus media, me-
diaque pars deleta, & terra ſoli eius aratro
ſubacta eſt, & ſale conſperſa; eo tamen ex il-
la die quanta ſolicitudine premebatur frater
domum inſtaurandi, vt omninò à ſe tanti ſup-
plicij moram propelleret fratris ſui, & fami-
liæ. Ita pariter ob illas Angelorum communita-
tes iratus Deus innumeras ſedes, & quaſi me-
diam domum diruit, & vacuitates maximæ de-
Angeli humani generis & cæleſtium ſedium inſtaurationem cupiebant.
relictæ ſunt: at Angeli beati quàm ardenter fra-
trum ſuorum ruinas inſtaurari exoptabant; ve-
nit autem Saluator, cui reparandarum ſedium
opus & cura à Patre demandata eſt, & vacuita-
tes replendi modus, vt Auguſtinus [a] ponderа-
a Enchir. c. 62.
uit: *Nouerunt ſancti Angeli docti à Deo cuius ve-
ritatis æterna contemplatione beati ſunt, quanti nu-
meri ſupplementum de genere humano integritas il-* 5.
*lius ciuitatis expectet: propter quod, ait Apoſto-
lus, inſtaurare omnia in Chriſto, &c. In ipſo
quippe inſtaurantur, quæ in cælis ſunt, cùm id,
quod in Angelis lapſum eſt, ex hominibus red-
ditur. Inſtaurantur autem quæ in terris ſunt, cùm
ipſi homines, qui prædeſtinati ſunt ad æternam
vitam, corruptionis vetuſtate renouantur.* Aſcen-
dit igitur, inquit Amos, ad replendas vacuita-
tes; id enim ſignificat Hebraicè *virga directio-
nis*, virga regni tui, id eſt, complanationis, ſic-
Ad cauitates & vacuas ſedes cæli inſtaurandas aſcendit Chriſtus.
ut Iſai. 40. *Omnis vallis implebitur.* Et Cant. 8. in-
uitatur à ſponſa: *Fuge dilecte mi, aſſimilare ca-
preæ, hinnuléque ceruorum ſuper montes bether*,
vel, vt alij legunt, *cauitatum.* Mirantur aliqui
quorſum ego ad celerem fugam & abſceſſum
ſponſum adigo, & inuito, *fuge*, ſed ignorant
myſterium, nam Septuaginta trãſtulerunt, *ſuper
montes cauitatum* migret, quaſi dicerent, remi-
gret in cælum, & quàm properè, eadem enim
celeritate cauitates, & vacuitates, quæ in cælo
ſunt, replebit. Nam dum perſpexerint ipſum pro-
poſito ſibi gaudio mortem, & crucem libenter
ſuſtinuiſſe, aſcendit Paulus morte & confu-
ſione contempta, opprobriis ſaturatus, & pluri-
mi eius veſtigia, & greſſus conſectabuntur. O
mi Rex, quis te hodierna die contemplatur
hinc inde vacuitates replere iis beatis, quos te-
cum in hac die probabile eſt aſſumpſiſſe; vna ca-
nonici aut Archidiaconi collata poſſeſſio vni-
uerſam Eccleſiam exhilarat, beat parentes, di-
tat miniſtros, larga donorum effuſione replet, &
honeſtat ſedem ipſam, & geſtire videntur parie-
tes ipſi. Quid eſſet vna die tot primiriuorum,
qui in cælo aſcribebantur, collata poſſeſſio æter-
narum ſedium? & Adamo (etiamſi doluit Luci-
fer) & Euæ ſedes dedicatæ tanto filiorum com-
muni, & feſtiuiſſimo gaudio. Hæc omnia D. Ber-
nardus [b] deuotè & acutè complexus eſt: *Videa-*
b Ser. 61. in Cant.
*mus, ne fortè cauernas maceriæ dixerit Angelorum,
qui ob ſuperbiam lapſi ſunt, loca quaſi vacua reli-* 6.
*cta, quippe quæ repleri ex hominibus habent, tan-
quam ruina de lapidibus viuis reficienda, quæ du-
plex de cauſa exultant Eccleſia, & pia anima; de
præterito quidem memoria paſſionis Chriſti; de fu-
turo autem, quod ſe in ſortem ſanctorum cogitat,
& confidit recipiendam. Quàm libens mente inuiſit
foramina, per quæ ſibi ſacroſancti ſanguinis pretium
fluxit, quàm libens cauernas perambulat, & diuer-
ſoria, & manſiones, quæ ſunt in domo Patris multæ
atque diuerſæ, in quibus habet collocare filios ſuos
pro quorumcumque diuerſitate meritorum. Aut
ſi id magis probas, dicemus has cauernas à religio-
ſis & piis mentibus non inueniri, ſed fieri.* Quó-
nam modo inquis? *Cogitatione & auiditate, ce-
dit nempe in modum maceriæ mollioris pia maceries
deſiderio animæ: dexaſe labrar el cielo de oraciones
y deſeos a pedir de boca; cedit puræ contemplatio-*
Eccli. 35. Sedes cæli ſibi conſtruere & excauare in cuiuſlibet cuiuſque noſtrûm.
*ni, cedit crebræ orationi; denique oratio iuſti penetrat
cælos.* Intelligit ſanctus cælos rationales, quos
excauat oratio & ſupplicatio. *Licebit itaque vni-
cuique noſtrûm etiam hoc tempore noſtræ mortali-*
tatis

natis eatenare ſibi, quâcunque parte volet, caneinas ſuperna maceria; nunc quidem Patriarchas remiſera, nunc verò ſalutare Prophetas, grande verbum, plenum ſalutis. *Licebit vnicuique veſtrûm*, &c. *ſi os dieran el cabar en vna mina de oro o teſoro encubierto que metierades de oſſicales?*

7\. *Digad aſcendit in cælum qui ita ſe demiſit in terra.*

Aſcenſiones autem illas vna deſcenſio ædificat, & quæ in tantam demiſſionem ſe abiecit, tales meretur aſcenſiones; leges enim mundi gratiæ perſimiles ſunt legibus naturæ, & orbis. Rogant Philoſophi, nec non & Theologi, ſi pars quædam cæli de ſua ſphæra ad noſtra decideret, quid fieret de illa; aſcendere impoſſibile, his enim cæleſtibus corporibus innatus eſt circularis motus, quo pars illa caret, quia proprius eſt totius cæli, non verò partis ſeorſim poſitæ; in infima deprimi multo minùs, nec enim ea pollet grauitate, qua in ima deprimatur, manere in aëre non conceditur, eſt enim violentum hoc, vel præternaturale. Quid agat natura rerum, fierent, inquiunt, ab elementis ſuſtentacula tabulata, fornices, quibus ad tempus ſuſtinerent, in nullo tamen eorum requieſceret, ſed vlteriùs & vlteriùs in ſuam ſedem diuina virtute remigraret. Deſcendit ad noſtra Verbũ Dei, quod licèt humanos induit artus, ſemper naturam illam ciebat & adigebat ad ſumma & ſublimiora gloriæ diuinitas, hîc in perpetuũ manere indignum, imò impoſſibile videbatur, diutiùs manere violentum, in ima deprimi non ferunt glorioſæ dotes, & gloria, qua corpus accretione loci altioris potiri æquum eſt. Videas igitur cuncta elementa ſuis diuulſa locis ad ſedẽ altiorẽ & altiorem inuitantia; ſicut cùm domum adit nobilis equitis princeps aliquis, omnes ſtant apertis capitibus, vnuſquiſque ſedem offert, & ad altiorẽ tandem & digniorem dedocunt. Hæc lex ſpiritualis orbis, hic honor humilibus exhibetur, quos licèt humilitas deprimit, Deus autem & cuncta reuehunt, & eleuant, & ſicut Chriſtus Dominus ſemper ad ſedem infimã propendebat, ſic dulci illo verbo rerum natura ad ſumma attollebat: *Amice aſcende ſuperiùs. rey ſuremo otra ſilla ſe deue a vueſtra mageſtad.* Memor eſto verbi tui, quod ſeruo tuo dixiſti: *Qui ſe humiliat, exaltabitur*, ſuperiùs aſcende. Hæc enim eſt lex aſcenſionum, quas in cælis ædificat, qui deſcènſiones in terra didicit fabricare. *Qui ædificat in cælo aſcenſionem ſuam.*

Honor humilibus debitus exhibetur.

8\. *Et faſciculum ſuum ſuper terram fundauit.* Ecce quamobrẽ Chriſtus increpat incredulitatem, & mores ſuorum reprimit, quia relinquit in terra Eccleſiam ſuam, hæreditatem ſuam, vt ſciant, etiamſi plantationes ſint Dei, ad glorificandum indigere virga, & falce, vt ſuperflua amputentur, ſicut de appetitionibus noſtris dixit Paulus: *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram*; ſylueſcunt enim delicatiores plantæ, & eo celeriùs, quo indulgentiùs rigantur, & coluntur in regio viridario, ſunt enim *ſuper terram*; quare ex opportunitate, inquit D. Gregorius, diſces neceſſitatem correptionis, & nihil pretioſius veritate, quam nunquam adulator faſſus eſt, ſed qui amicè, vel paternè corripit. Das manum chiromantico, & annos iudiciario refers, vt fauſta & felicia tibi annunciet; en tibi ego fauſtam verámque prædico, ſi nempe correptionem grato ſuſcipis animo, & tibi vtilitatem decerpis. Prou. 15. *Qui abiicit diſciplinam, deſpicit animam ſuam; qui autem acquieſcit increpationibus, poſſeſſor*

Correptione omnes indigemus dum in terra ſumus.

Coloſſ. 3. 5.

Qui paternè corripit veritatem palam aſſerit, non adulatur.

eſt cordis. Nemo verò enuntiat vera: *diminuta ſunt veritates à filiis hominum. no ay quien diga vna verdad a derechas. Oluidaſe les lo mejor del Iaez y adorno Chriſtiano.* Ideoque incredulitatem increpauit; moliebatur enim mundi renouationem, & in his quaſi in equis gloriæ ſuæ orbem vniuerſum excurrere meditabatur: non ergo debuit deſiderari id quod ad curſum magis iuuat, calcar nempe, & acris reprehenſio. Producitur equus ad equeſtrem ludum, aut triumphalem celebritatem, inſternitur equus regius omni ornatu, omnique ſplendore ad pompam componitur; verùm ecce aſcendit rex calcaris immemor omninò; poſtularet igitur equus ipſe, & ſuo honori proſpiceret, ſi loqui poſſet, vt ſubderentur calcaria, vt curſus pro votis, & vt de equo expectatur, eueniat. Aderant iam parati ad excurrendum equi iſti celeberrimi, vt eſt apud Zachariam decantatum, ſed probauit eos, inquit Gregorius [a], vt ſolet iuſtos, non blandimentis ſolum, ſed calcaribus: *Nam & ſponſam ſuam vir quiſque priùs dulcibus blandimentis fouet, quam tamen iam coniunctam aſperis increpationibus probat, probatam verò ſecuris cogitationibus poſſidet. Ante igitur in miraculis deguſtauit, quod appeteret; poſtmodum in labore tentata eſt. arrimole la eſpuela de la reprehenſion. Si cuſtodire noſſet quod guſtaſſet, ad extremum quoque plenius accipere meruit, quod laboribus probata cuſtodiuit. Sientan que va el rey en ellos y que no affloxen en la carrera, por eſſo lee piee en el coraçon.*

Vix veritas eſt in ore hominum.

Simile.

a Moral. lib.

Exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiem cordis. Suſpicor tamen in hoc iudicio, & correptione, qua Chriſtus corripuit ſuos, dum iam in procinctu eſſet, omnes homines velle admonere, & in aliena animaduerſione cautos, ſignaque aliqua præbere velle, qualis venturus ſit ad iudicium, loquatur ipſe Amos: *Vidi*, inquit, *Dominum, qui percuſſit liminare templi, & vniuerſa domus contremuit, terruitque ſacerdotes, maximè iam en vniuerſam vrbem.* Nam ſi Deus ſic inflammatus ira iudicia orditur à ſacerdotibus, & à templo, timeant prophani, & qui procul à Deo, & ſacris ſunt. Hoc idem argumentum ex cœnaculo hodie colligit. *Qui ædificat in cælo aſcenſionem ſuam. el que eſtando el pie en el eſtribo para ir ſe al cielo. Et faſciculum ſuum ſuper terram fundauit. y acaba de iuntar ſu Igleſia como haz de flores y los hizo vn haz de mirrha con tan amarga reprehencion.* Et vobis quid expectandum ſupereſt? *Nunquid vt filij Æthiopum vos eſtis mihi filij Iſrael, dicit Dominus; como os tratare a vos otros quando buelua iuzgar os?* Cæterùm quanta benignitate iuſtos in hoc ipſo iudicio proſecuturus ſit, mox etiam indicat, dum correptionẽ cum cibo & potu miſcet, etſi ſiniſtra manu ſupplicium infligit, dextra plena munificentia conſolator, quod in hac feſtiuitate maximè decantandum putauit Dauid, *Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem: accepiſti dona in hominibus.* Video mi Domine renouata iudicia antiqua, nam ſicut in liberatione populi de Ægypto, Ægyptij puniti ſunt, & Hebræi in libertatem filiorum Dei aſſerti; ſic tu aſcendens in cælum, & dæmones viciſti, & corripuiſti diſcipulos, & Patres, qui detinebantur in limbo, reduxiſti. *Accepiſti dona in hominibus.* Hieron. [b] explicat, quæ acceperat à Patre priùs cõpleta aſcenſione dedit nobis; itaque accepiſſe dicitur, vt det, quod perinde eſt ac date, vt optimè notarunt Ianſenius & Genebrardus, recipere

9\.

Iudicij adumbratio in correptione iſta.

Cap. 6.

Temperat aſperam correptionem pia liberalitate & donorum effuſione.

Pſal. 67.

Vide Ambr. in ſerm. 2 Pentecoſtes Greg. hom. 29 in Euangelia.

10\.

b In cap. 4. epiſt. ad Epheſ.

dona dicitur Chriſtus, quia omnia, quæ hominibus a Patre luminum dantur, per Chriſtum diſpenſantur. Nam Pater cùm aliquod beneficium collaturus eſt tam iuſtis, quam peccatoribus, Chriſtum reſpicit, & per ipſum donum mittit. Hinc fit vt dona nobis per Chriſtum data maxima ſint, & Deo digna: nam donum cõmuni homini collatum commune, & vulgare eſt: at donum regis regi datum regium debet eſſe, & excellens. Vides igitur quanta, quàmque pretioſa nobis donauerit Deus, nam non nobis priùs, ſed nobis in Chriſto donauit, & Chriſto regi priùs dona concedit, vt nos vel ex hoc gratiã & dona æſtimare diſcamus quaſi regia manu collata. Das puero bellaria, quæ vna manus non capit, imò nec altera; adeſt pædagogus, qui plena manu dulciaria ſuſcipit danda puero; cùm noſtræ igitur parciſſimæ ſint manus, anguſta ſpes noſtra, tot tantiſque donis cæleſtibus ſuſcipiẽdis, aſcendit Chriſtus, *vt accipiat dona in hominibus*, tanquam qui largiori manu, vt pædagogus, nobis pueris poſſit ſuſcipere. Quapropter Eccleſia tenuitatem noſtrã videns, & quàm pueriles manus & orationes tendamus ad ſuſcipiendũ quidquid poſtulat, per Chriſtum Dominum noſtrũ poſtulat dari nobis. Illud autem, *Accepiſti dona in hominibus*, aliter Hugo Cardinalis interpretatur, quaſi dicat, dona, quæ tibi Pater contulit, omnia in hominibus conſtituta ſunt; ſicut eùm miſſus aliquis factus dicitur, qui totus in dulciariis erat. *a fulano le hicieren vn preſente en dulces, en Ieſyas, a Chriſto el padre en hõbres.* Vide quales ſumus, quos dignos ad regale munus, & miſſum Chriſto præſentandum reputat Pater. Quod, ni fallor, tanquã minimè prætereundũ in die pactionis Chriſti cum Patre expreſſum eſt: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes, hæreditatẽ tuam, & poſſeſſionẽ tuam, terminos terra.* Beda ſic explicat, dona videlicet, quæ Pater mittit ad filium, omnia in hominibus conſtituta, eos maximè, qui procul à fide erant, & ad terminos terræ longè à fide diſſiti; quare Pſal. 67. proſequitur, *Etenim non credentes inhabitare Dominũ Deum*, hoc eſt, facies vi donorum tuorum, vt maximè peruicaces & increduli ad te, qui Dominus Deus es, accedant, & tecũ in Eccleſia tua habitent. Ego verò ſecutus Hieronymum, aliter velim interpretari, dedit tibi Pater homines, quos tecũ in cælum poſſes aſſumere, & inſuper *non credentes inhabitare Dominum Deum, y de mas de eſos y por añadides te dara los que no creyan qua Dios eſtuuieſſe entre hombres* *.

Omnia à Patre dona per Chriſtum diſpenſantur.

Quanta ſint dona Dei per Chriſtum nobis collata.

Simile.

Ea dona quæ Pater dedit filio hominum eſt ſalus & animarum.

Pſal. 2. 8.

* Fauet textus Græcus, ſic legatur

11\. Itaque munus & miſſus Patris ad filium fuit in hominibus, qui, vt ait Beda, vocari poſsũt *termini terræ* extra terrenos mores poſiti, cæleſtibus, non terrenis legibus gubernati. Nunc venit intelligendũ illud ſignum magnum, quod apparuit in cælo poſt Chriſti aſcenſionẽ, mulier nempe amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, & corona duodecim ſtellarum in capite eius, quid mulier, niſi Eccleſiã ſignificat? quid aſtra, niſi Doctores & Apoſtolos? quid Solis radij, niſi Martyres? quid luna, niſi confeſſores? vnde mulier iſta eſt in cælo? nónne adhuc in terris eſt? quis iſte ſol, qui non abſcondit aſtra? quæ ſtellæ iſtæ, quæ etiam in meridie ſplendent? ſi in gloria eſt, quomodo habet dolores vt pareret? ſi adhuc puerpera eſt, quomodo iam vocatur ad gaudia cæleſtia? ſi in via eſt, quomodo ſplendet amictu patriæ? Sub Chriſti capite membra Chriſti fideles ſunt diuerſi pro muneris & meriti dignitate, hos

ſi Lorinus legit, *Aſcendiſti in altũ, cepiſti captiuitatẽ, accepiſti dona in hominibus, & eos qui non credunt Dñi inhabitare poſſe mortalibus.* Fauet nonnihil Chaldæus, ai ſuper rebelles proſelytos qui reuertuntur ad legẽ quieſcit maieſtas gloriæ Domini.

ſic aſſumit Chriſtus à terminis terræ, ſic à terrenis exuit conditionibus, ſic diuinis dotibus ornat, vt cæleſtes putes, & beatos, quos in terris adhuc degentes vides, & vndequaque gratiæ lumine reſplendent, vt iam peccati tenebras illis adhæſuras nunquam credas, & ſicut Chriſtus, ita & ipſi procul à peccatis, imò quadam quaſi impeccantia donentur, quod apertè ſatis oſtendiſſe videtur Magiſter noſter, cùm nos ad aſcenſionem, & ingreſſum in cælum præparat, dicens: *Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te,* &c. Domine, non ſat erit oculos demittere? minimè verò, *erue eum:* at ſaltẽ ſat erit auellere? nec hoc ſufficit, *ſed proiice abs te*, quàm longè à te ſit vt maneas, quaſi in impoſſibilitate peccandi, non illa quidem, qua beati illius ſummi boni viſione fruentes, & fluxu, torrenteque voluptatis potientes nequaquã alteri bono, nedum peccato, poſſunt acquieſcere; ſed illa impoſſibilitate, ſecundùm quam certis poſitis circunſtãtiis dicimus rem aliquam nequaquã poſſe facere. *poneos en tal eſtado y contra las circunſtancias que digais no puedo eſo no puedo pecar.* Sicut Ioſeph, qui tot aſtrictus beneficiis, contra Dominum peccare non poſſe reſpondit. *Quomodo poſſum,* &c. *agora como yo eſtoy no puedo.* Ita ſimiliter anima Chriſti ſponſa ſic in eius aſcenſione ſurſum extolli, & quaſi extra viã efferri videtur, vt quodammodo (vt inquit Bernardus) ſepulta videatur arbitrij ſui poteſtas in diuitiis gloriæ, rapiatúrque in ſpiritu ardoris, neſciens an in corpore, an extra corpus ſit, hoc ſolum ſciens quòd rapta eſt. Ideo ait, *Ad ſequendum autem te Domine Ieſu vix inuenimur, qui vel trahi patiamur; alij enim trahuntur, qui poſſunt dicere: Trahe me poſt te, curremus; alij ducuntur, qui dicunt: Introduxit me rex in cellaria ſua; alij rapiuntur, ſicut Apoſtolus raptus eſt ad tertiũ cælum; & primi quidem tenaces, quia in ſapientia ſua poſſident animas ſuas; ſecundi feliciores, quia ex voluntate ſua confitentur ei; tertij feliciſſimi, quia in profundiſſima Dei miſericordia, quaſi quodammodo ſepulta iam arbitrij ſui poteſtate, in diuitias gloriæ rapiuntur.* Has igitur animas à Patre accepit, & reddit Patri. *Inſuper autem*, vt ait Hieronymus, *non credentes in eum. ſan poco deſdeña a los idolatras antes cuida de ellos.* & de eorum ſtatu in comitiis hodie cum ſuis principibus agit. 12.

Viri ſpirituales à terrenis ſeparati cæleſti ſeruitute & puritate frui videntur.

Math. 5.

Aſcenſio ſpiritualis animam ab occaſione et rerum ne peccandi auferabit.

Bernardus ſer. 2. de aſcenſione.

Tres gradus ſpiritualis aſcenſionis.

Eunes prædicate Euangelium omni creaturæ. 13.
Noluit munus prædicandi, & reconciliandi animas Angelis, ſed hominibus concedere: *non Angelis ſubiecit Deus orbem terræ futurum, de quo loquimur.* Orbem futurum per metonymiam, omnes credentes in mundo intelligit; *futurus* dicitur, quia reſtaurandus per vos, & reſtituendus Deo. Vide quale onus humanis humeris impoſuit, ſed quare non Angelos ſibi ſubſtituit, ſed homines. Prima ratio, ne omnia lucra externi raperent, ſi munera apud externos referrentur; nam obligat multùm Deum, qui in ſaluandis animabus ſtudium, & operam collocat, nam ſi princeps mittit in regiam curiam famulum ad negotium peragendum, ſi interim ac negotium peragitur, ſciret rex famuli ſui res & vxorem malè habere, nónne teneretur eis ſubuenire, omnibúſque quæ famuli ſunt, proſpicere? Ita Deus proſpicit tibi, miniſter Dei, cùm tu diuinis lucris incumbis; imò ſicut graſſatores poſt multos annos, in quibus compilarunt omnes tranſeuntes, & ex inſidiis iter

Cur Angelos non in muneris prædicationis deputauit.

Prima ratio.

A ſimili.

agen

agentes nudauerunt, contigit arma in inimicos regni conuertere, procedere ad bellum, & ſubiugare regi ſuo rebelles populos, atque hoc pacto ſibi veniam à rege impetrare. Sic ego, mi rex, vt furta illa anteactæ vitæ meæ remittas, piiſſime, quia tui amoris, & honoris cauſa, peccator cùm ſim, contra dæmonem ad vindicandas haſce animas tuas prælium libenter adiui, in eóque ſum, itaque hæc lucra non externis, ſed hominibus dentur.

Secunda ratio.

Secundò, quia naturam hominum voluit exaltare, & honeſtare non vtili ſolùm, ſed nobiliſſimo munere elaborandi animas, ſicut pretioſas margaritas, & pretioſos lapillos, æternos, immortales: quali igitur putas gaudio efficietur rex, cui adamas in annulo perierat, & redditur ei; à quo accipiter abierat, & reducitur, à quo princeps filius captiuus ductus erat apud Turcas, & incolmis refertor. Ioan. 15. *In hoc clarificatus eſt Pater*

14\. *meus, vt fructum plurimum afferatis*; ingens lucrum Deo accedit, dum immortalis anima, & æternum laudatura Deum cum Angelis, ad

Tertia ratio.

optimum parentem reducitur. Tertiò etiam ad ſolatium veſtrum, nam veſtram ſanctificationem non ſubiecit Angelis, ſed hominibus vobis ſimilibus imbecillitate, & infirmitate, quare vt ſe reprehenſibiles norint, reprehendit, & vt ſciant orbis rationem reddituros. Quamobrem non leui ductus coniectura Origenes nomine illius, qui debebat regi decem millia talenta, eccleſiaſticum miniſtrum dixit ſignificari. Et Auguſtinus [a]: *Videte fratres qualem à nobis ſit exacturus vſuram, qui talem pro nobis dedit pecuniam. Lucro ceſſante, y daño emergente de vn mundo entero qual ſera? Euntes ergo prædicate Euangelium omni creaturæ.*

Habes infrà d.151.

a Ser. 114. de tempore.

Quarta ratio.

Sed quarta ratio quare ad hæc munera non Angelos deputauerit, ex ipſa muneris natura deſumitur, nam munus concionatoris & miniſtri euangelici eſt munus matris, vt inquit S. Methodius Martyr [b], & D. Gregorius [c]: *A quibus imperfecti, & qui diſcere incipiunt, parturiuntur, & formantur, tanquam à matribus, donec editi in lucem generentur*; Angeli verò nutrices ſunt animarum, & quaſi geruli filiorum Dei. Rogas tamen quare, ſi cuſtodia ſpiritualis, & corporis illis eſt demandata, non etiam matres vocantur, & nos filij ſpirituales Angelorum dicimur, ſicut cùm Paulus, *Filioli*

b In ſympoſio decẽ Virgi. apud Turtia. lib. de characteribus dogmaticis.

c In Iob lib. 31. & in Iob c. 19.

15\. *mei, quos iterum parturio*? an fortè ratio eſt, quia Angeli natura ſua infœcundi ſunt, & vnus alterum nec naturaliter, nec ſpiritualiter generat; Deus verò miniſtros ſuos non ſteriles, ſed nouorum filiorum Dei per fidem & charitatem parentes, aut genitrices vult? quod Canticorum 4. iodicaſſe videtur ſponſus: *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas.*

Angeli nutrices ſunt, non matres, miniſtri verò Chriſti matres.

Simile.

Certè ſi corticem litteræ ſpectamus, magis poëticè, & elegantiùs diceret quis candidos, æquales, & contiguos dentes comparari margaritis filo inſertis, vt paſſim Poëtæ noſtri dictitare ſolent: at Spiritus ſanctus ſub cortice ſimilitudinis ex paſtoritia arte deſumptæ munus prædicationis & miniſtrorum Dei complexus eſt. Ideo addidit, *omnes gemellis fœtibus*, quaſi dicas, pulcritudo dentium non ex candore ſolùm deſumitur, ſed ex ſitu & collocatione; primi enim ſuperioris ordinis maiores ſunt, & quaſi matres, & vnicuique eorum bini dentes paruuli ex inferiori ordine, quaſi agnelli ſubduntur, & ex ſuperioribus nullus ſine compare, nam primis primi, caninis canini, genuinis genuini ſubditi ſunt, nullus *eſt ſterilis*; igitur meliùs cõparantur ouibus, quæ aſcenderunt de lauacro fœtis ſimul & attonſis, quæ albæ, & mundiſſimæ, & ſibi inuicem cohærentes ſunt, & vnicuique duo gemelli rumis adhærent fœcunditatis teſtes, & eiuſdem candoris; nunc ergo intelliges, quare non Angelis delegauit munera iſta; nam licèt pulcri ſunt, vt margaritæ, puri, candidi, & ſuo ordine diſpoſiti: at deeſt eis quod in Doctoribus Eccleſiæ præclarum eſt, vt aiunt Græci Patres, & Latini * tradiderunt, nempe panem frangere, vt dentes, & paruulis præmandere, eiſque cibum in os ingerere, conterunt infideles, & malos, & vitia reprehendunt, quod Paulus vocat, *rectè tractantes verbum Dei.* Græcè, *rectè ſcindentes*, inſuper autem *ſterilis non eſt in eis*, hoc eſt, matres ſunt animarum, & non ſteriles, quales erant miniſtri legis veteris, ſed qui ſpirituali verbo Chriſto animas gignunt, & pariunt; quare quos videris inter Chriſti miniſtros ſteriles, & quorum ope ſpirituales filij debiles, macri, & imbecilles ſunt, crede verò non eſſe miniſtros, nec matres, ſed nutrices tantùm; *nam ſterilis non eſt in eis*, in quibus amor animarum verus viget, nec in cuſtodiendo ſicut Angeli occupantur, ſed in nutriendo & educando; *euntes.*

* Nyſſenus, Pſellio, Philo, Iuſtus, Greg Apoll. Hieron. Auguſt. &c.

Miniſtros ſteriles non vult Deus, ſed qui ſpirituales filios Chriſto pariant.

16\. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit.* Ecce iam exoneratur iugo legis regnum, quod nec nos, inquit Petrus, nec patres noſtri portare potuimus; quod ingenioſè explicauit Paulus eximius huius nouæ legis commendator: *Quicunque baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis*, id eſt, ipſius legem profeſſi eſtis; vſus autem eſt verbo induendi, vt ſignificaret, quòd ſicut indumentum nulli eſt oneri, neque veſtibus quis prægrauatur, ita vt eas pro onere ducat, imò pro honore: ita ſuaue iugum legis Chriſti onerosum minime eſt, imò ſuaue & decorum; legem verò antiquam vocat Auguſtinus [a] *ſarcinam innumerabilem obſeruationum*; neceſſaria tamen ſarcina, vt durus & peruicax populus in officio contineretur. Abſtulit etiam ſecundò ſeruitutem peccati per Baptiſmum, quæ ſeruitus omnium miſerrima eſt, quam tamen nos ipſi aſciſcimus, & ſerui non inuiti efficimur; ideo enim notat Chryſoſt. dixiſſe Paulum, *non regnet* peccatum in veſtro mortali corpore ad inſinuandum nos non neceſſitate, ſed voluntate peccare: at per Baptiſmum ad ingenuam & illuſtrem ſeruitutem traducimur, vt ait Auguſtinus [b], quare baptizatos vocat ſeruos charitatis. Vnde ob hanc cauſam lex euangelica vocatur *lex libertatis*, Iacob. 1. Sed quæ omninò non liberat ab obligatione non peccandi, vt acutè notauit Auguſtin. [c] *Ex parte*, inquit, *libertas eſt, & ex parte ſeruitus, nondum tota, nondum pura, nondum plena libertas, quia nondum plena æternitas. Eris liber, ſi fueris ſeruus, liber peccati, ſeruus iuſtitiæ, noli libertate abuti ad liberè peccandum, ſed vtere ad non peccandum; erit enim voluntas tua libera, ſi fuerit pia; prima libertas eſt carere criminibus.* Modò verò vel in hoc perfectio nouæ legis oſtenditur, in qua tanta liberalitate ſalutem Chriſtus impertitur. *Euntes prædicate baptizantes*, &c. quod ipſe denotauit, cùm claues regni cælorum tradidit ſeruo, quia tempore ſterilitatis claues horrei non ſolet Dominus cuique committere,

Abſtulit Chriſtus onera legis.

Galat. 5.

NOTA. Quam graue eſſet iugum legis, obſeruat Abul. in cap. 1. Ruth. q. 24. Vniuerſa legis præcepta erant ſexcẽta & tredecim, affirmatiua ſcilicet ducenta & quadraginta octo, negatiua trecenta ſexaginta quinque. Idem Galat lib 11. c 4 Burgẽſis 1 p. ſcrutinij diſt. 8. c 9.

a Serm. 9. de verbis Domini.

b Tract. 41. in Ioan.

c Ibidem.

NOTA. De hac miſera ſeruitute peccati vide Ambr. lib. de Naboth c 6. *Qui facit peccatũ.* Auguſt. tract. 41 in Ioan. *Omnis ſeruulus, ſeruus.* Chryſoſt. hom. 19 in 1. Cor. *ſeruus*, loquitur, &c.

neque iam *dat Dominus ſpiritum ad menſuram*, Ioan. 3. vide Tertullianus [a], *Deſtrui lex habuit ex quo vox Ioannis clamantis in eremo: Parate vias Domini, vt fierent rivi, & colles, & montes repleti.* & [b], legit Iſaiæ verba 52. *Quàm maturi pedes euangelizantium pacem.* Fuit enim lex vetus ſemen: at lex gratiæ maturos protulit fructus & veros, ſicut proſequitur idem Tertullianus [c], hinc etiam liquet quam ſibi quiſque per Baptiſmum libertatem nanciſci debeat, illam videlicet, quæ liberum illum efficiat, primò ne ſeruiat hominibus: *Nolite fieri ſerui hominum.* vbi Theophylactus Chriſtianum hominem inſtituit, vt nihil ad humanam gratiam factitet, neque illorum iuſſa, qui praua iniunxerint, exequatur. Et Chryſoſtomus [d], *Nolite fieri ſerui hominum, hoc eſt, nolite eis parere, cum turpia præcipiunt. Chriſtiana religio in ſeruitute libertatem elargitur, nemo te quidquam lædere poterit, cùm ſeruiles mores non habueris, quibus ſi obnoxius fueris, nulla eſt tibi libertatis vtilitas, etiamſi millies liber eſſes.* Vides igitur quàm verè per Prophetam dixerit, *& ſuſcitabo tabernaculum Dauid, & readificabo. yo hare vn edificio al romano el vemanaje los dones del Spiritu ſancto conſejo ſabiduria ciencia la angoſta circoncision ſe trueque en mar del baptiſmo, las ceremonias baſtardas y vaxilla groſera ſe trueque en ceremonias ſanctas.* Et gratia quæ ex opere operantis erat, & labore indigebat, fit iam *fons patens, & quaſi aquaductus*, vt ait Eccleſiaſticus. Quare ad hoc conuocant orbem Paulus *Rom.* 7. *Galat.* 4. & Zacharias omnia complexus eſt: ſed huius ædificij menſuram comprehendere nequeunt; nam *abſque muro habitabitur Hieruſalem*, & nomen tabernaculi Dauid commutatur in domum Dei viui. 1. Tim. 3. *Hæc tibi ſcribo, vt ſcias quomodo oporteat tibi verſari in domo Dei viui.*

a Lib. 5. cõtra Marcio. c. 3.
b Cap. 5.
c Lib. 4 contra Marcio.
Vera libertas quæ nam ſit.
1. Cor 7.
d Hom 19. ſup. 1. Cor. 7.
NOTA. Vide Hieron. in regulis monachorũ cap. de virtute humili, caue ne tumuſculos.
Eccli. 24.
Ier. 31.

18. *Signa autem eos qui crediderint.* Concedit iam regno tertium, quod poſtulauerat, inſigne & regium ſigillum nominis ſui, quo mandata regis, & miniſtrorum valeant apud omnes. Vis autem ſcire huius diuini nominis poteſtatem? conſidera orbem plenum omni languore, vitiis, infidelitatibus, quaſi tenebris obſitum, & inferni flammis exuſtum, vt deſcribitur ab Iſai. 34. ſyluam lethalibus ſerpentibus, brutiſque ſcatentem, vt ait *Ierem.* 16. Babylonicam confuſionem linguarum, & ſuperbiæ tumore, & errore, *Eſdra* 2. puteum ſerpentium, & locuſtarum, *Apoc.* 9. infirmorum noſodochium, *Ioan.* 4. ſolo *Ieſu* nomine in Paradiſum Angelorum, in cæleſtem conuerſationem, in diuinam curiam, in Carmelum pulcrum virginibus plenum, in domum ſalutis commutatum, vbi impletum vidimus Danielis vaticinium: *Confirmabit autem pactum multis.* Quòd ſi non diſſimilem mundum experimur, eaſdem ſalutis cauſas iteremus, & fontes aperiamus, Apoſtolos videlicet, concionatores, iudices, verba Dei, ſacramenta, & nomen auguſtiſſimum extollamus, & de ſpurciſſimo ore periurium detrahamus. Iſai. *Reſtituam iudices tuos ſicut fuerunt à principio.*

Regia Chriſti mandata ſigillo & nomine regio ſignantur.
Virtus nominis Ieſu ad ſanãdos morbos.
Dan. 9. 27. *Salus mundi & ſæculi noſtri in Ieſu nomine.*
Cap. 1. 26.

19. Quartò denique prouiſum eſt Eccleſiæ paruulæ, & quæ nondum vbera habet, vt ſub tutela maneat lectiſſimæ Virginis. O quis diſceſſum illum poſſet ſaltem contemplari, quo vultu, quanta cum benignitate ad ſponſam ſe conuertit, *qua habitas in hortis. Igleſia mia florida* (floribus enim & fronde redimitæ ſponſæ in nuptiali curru vehebantur de deſerto in domum ſponſi) *fac me audire vocem tuam*, hilatique vultu ſicut rex, qui egregiam fabricam templi, aut palatij maximo ſumptu feliciter conſummauit, ſpectat ſumma animi oblectatione, ſic Chriſtus ſuos quàm pulcros, quàm mirabiles, quàm horribiles dæmoni, quàm ſibi vtiles, quam ſpecioſos. *Qua habitas in hortis. Iardin mio ay os queda eſa eſcritura* (vt explicat Rupertus) quaſi viridarium regium, collige flores, carpe fructus, vellica poma ſuauiſſima, lilia honeſtatis, humilitatis violas. *habitas in hortis.* Gregorius, *Quando in fructificatione virtutum mentem verſas, fac me audire vocem tuam*; licèt à te diſcedam, audiam ego ſaltem vocem, oculos attolle eò, vbi ego & amici auſcultamus te. *Fuge*, inquit, *illa dilecte mi*, gaudeo propter te de diſceſſo, & licèt de tua præſentia purus erat amor, purior tamen erit, quo te in ſpiritu abſentem proſequar. En Domine terrena abiicio, in cælum oculos intendo; certa enim ſum nunquam miſſurum mihi pallium, quouſque ita in cælum intendero, vt nihil de terrenis mortali cernam oculo; tu verò *aſſimilare capreæ, hinnuloque ceruorũ*; poſitus enim in ſublimi throno ad vallem lacrymarum oculos conuertas ad Eccleſias tuas reſpiciendas.

Cõrſlũm cælum aſcenſus & à ſuis diſceſſus.
Viridarium Dei ſummi regis ſacra Scriptura.
Oratio iucundiſſima Deo.

Nunc tandem ad matrem conuerſus quæ putas præfatus eſt, quos dedit amplexus, quas lacrymis lacrymas miſcuit. O piiſſima mater eò iam peruentum eſt, vt vim amoris, quanta ſit, experiamur, remigrandi in cælum tempus aduenit, nec te mecũ migrare oportebit; adeſt ſponſa infirma, & imbecilla: *propter hanc igitur relinquet homo patrem & matrem ſuam*, te remanere adhuc opus eſt, quæ luna es in orbe Eccleſiæ, ne noctis tenebræ omnia occupent. Verùm hæc abſentia, quæ mors eſſe ſolet amoris, nihil nec de tuo amore, nec de tua detrahet gratia. *Quoniam ipſe, qui erat perfectio amoris, & gaudij, ita illam reficiebat plenitudine ſui, vt hoc ipſum ei ad amoris & gaudij augmentum magnopere fieret, quod ſe illic eſſe videbat, vbi Deum quem præ cunctis amabat, magis velle ſciebat.* Conuerte igitur animum ô piiſſima mater ad hos filios tuos, & dic eis, *Et hoc confidens ſcio, quia manebo & permanebo omnibus vobis ad profectum veſtrum.* Quid igitur Pauli animo dignius, ait Teophylact. *qui aliorum commoditatem prætulit propriæ vtilitati. quæ cum Chriſto eſſe poſſit, vt plenius iungatur Chriſto, conuerſationem ſuam cum Chriſto differens.* Vnum tibi ad hæc omnia, ô fili, reſponſum dabo, nullam animarum maiori deſiderio fruendi te filio meo Rege flagrare, verumtamen tanti eos facio, quos tuo peperiſti ſanguine, *vt quid eligam ignoro*: quanti autem ſit æſtimanda hæc voluntas, tu videris, & viderint ſapientes, qui te diligunt, & te, vt par eſt, colunt. Qua autem gloria tui auguſtiſſimi triumphi orbata ſim, cæleſtis aulæ ciues teſtes adhibeo; verùm tu magiſter animæ meæ vno edocuiſti verbo, dum in oratione duo illa verba ſimul efferri voluiſti: *adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua*; ego enim etiamſi bona cæleſtia, vt par eſt, exopto, eis verò nunc tuam antefero voluntatem. Exiſtimo, fratres, hoc ſummo & heroico actu maximã meritorũ Virginis accretionem factam, vt ponderauit D. Laurent. Iuſtinianus [a], docet enim quæ, & quali pretio in ſanctis viris æſtimare debemus: *Mirare in illis ſplendorẽ ſcientiæ, conuerſationis excellentiam, miraculorum inſignia, dona ſpiritus, contemptũ ſæculi, animarum zelum,*

Verba filij in diſceſſu ad matrem ſanctiſſimam.
20.
Anſelmus de excellentia Virgi. c. 7.
Philip 1. 21. 22. & 24.
Reſponſio Virginis in diſceſſu filij.
a Io concione ſancti Martini.

Reſolutionis & mortis deſiderium ſanctum dignum eſt commendatione & merito apud Deum.

zelum, virtutum profectus, charitatis incendium; vltimò denique quod difficilius eſt, *& reſolutionis corporis deſiderium ſanctum.* Habet quis amicum omni laudum genere commendatum, ſed tu, qui aſtutus es, ais ad illum, probaſtine, & expertus es equitem iſtum amiciſſimum in materia pecuniæ elargiendæ: *aucule probado en materia de marauedis?* Sic quidem omni commendatione laudatiſſimos ſanctos viros crede, illud autem tanquam extremam experientiam obſerua, *reſolutionis corporis deſiderium,* cùm videlicet verè, vt Paulus, aiunt, *Cupio diſſolui, & eſſe cum Christo.* Nunc igitur excellentiam huius actus Virginis, & manendi apud nos multis annis reſignatam voluntatem ex hoc diſces. Nam in illo hæc duo deſideria conuenerunt, & per mortem migrandi cum Chriſto, & propter nos manendi ſine Chriſto, hique duo amores duarum rerum, alterius terribiliſſimæ, & alterius beatiſſimæ in illo dulciſſimo pectore validiſſimè conflixerunt; vicit tamen amor noſtri amorem filij, & amorem gloriæ, imò non vicit, ſed victus eſt; omnia enim hæc in gloriam filij, & in gloriam referebat gloriæ.

VERBVM FILII.
Marci 16. v. 14.

Nouiſſimè recumbentibus illis vndecim apparuit: & exprobrauit incredulitatem eorum, & duriciem cordis, &c.

Mirabili arte hominem ſecum ad cælum ſuſtollit, corripit paternè diſcipulos, & prædicationis formam, ſignaque, quibus verba confirment concedit.

DISCVRSVS CLV.

1. QVAM bellè extrema Chriſti primis reſpondent: finis vitæ eius à primo ſuo aduentu non diſcrepat, *venit ſaluum facere quod perierat,* & quale principium res iſta habuit, talem ſortita eſt effectum. Ibis ibis vtique mortalis homo, remigrabis in patriam, patriæ peregrinæ cæleſtis, nec effugies iam illum, quem ſi cunctum non ſequeris, trahet & reuocabit fugientem, *attingit enim à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.* Didicerat à ſerpente terram comedere qui cælo natus eſt, & terrenis inhiabat bonis, & cupiditatibus diffluebat inſtar beſtiarum. Quanta molitus eſt Chriſtus vt humanas mentes ad ſublimia attolleret, & ad ſe raperet voluntates, conſidera, ſi vales, mirabile myſterium, audi & intellige Euangelium.

Perſuaſio efficax & decretorum cõſiliũ deferendi hominem omni arte & induſtria in cælum.

2. Myſterium quidem eò tendit, vt nos totos è terra compactos in cælum inuehat, mentéſque ſuſtollat. Quod primò cœpit per conuerſationem, ſecundò per amorem, tertiò per aſcenſionem, quartò per mirabilem reuolutionem; quæ omnia in Euangelio explicata, & his membris conſona, iam ſigillatim veniunt explicanda.

DIVISIO DISCVRSVS.

I. In primis enim mentes ad ſe rapere per

conuerſationem voluit, Quid enim eſt oratio niſi conuerſatio cæleſtis, quorſum nos his diebus orationi aſſiduè intentos voluit? quorſum cæleſti illo pane refecit, quare ſe ducem viæ noſtræ dedit, *vado ad eum qui miſit me,* & ſocordiam noſtram conqueſtus eſt, *& nemo ex vobis interrogat me, quò vadis?* Hæc quidem omnia ſtudium eius erigendi mentes noſtras, & nos etiam rebelles ad ſe pertrahendi oſtendit. Nam cùm principio terram comedimus cum ſerpente, terrenis adhæremus, vt bene notat Ambroſius, ſerpenti enim dictum eſt, *ſuper pectus tuum gradieris,* & legit Ambroſius, *& in vtero tuo ambulabis, & terram manducabis omnibus diebus vitæ tuæ.* Hic, inquam, ſerpens eſt delectatio terrena, quæ cùm amatur terrenos nos facit, hoc enim denotat inceſſus iſte ſuper pectus. nam quod inter pedes eſt, contemnitur, quod eſt in manibus, æſtimatur; quod verò in pectore eſt, maximi habetur, & diligitur. His ergo terrenis inhiare & inhærere eſt quidem ſerpentis more nimis ea æſtimare, & ſicut ille dæmon ex Angelo factus eſt, ſic homo in beſtiam tranſit. *Pectore autem & ventre ait reptare ſerpentem, non tam propter corporis figuram, quam quod propter terrenas cogitationes de illa cæleſti beatitudine ſit lapſus; pectus enim receſſus quidam frequenter accipitur ſapientiæ. Ergo ſi ſapientia diaboli feris immaniſſimis comparatur, quibus intra pedes pectus ſit:* & etiam homines *qui terrena ſapiunt, nec interiore affectu eriguntur ad cælum, vtero videntur reptare per terram,* addit remedium: *vtique ventrem animæ noſtra non corruptibilibus ſæculi huius implere, ſed magis Dei verbo ſatiare debemus.* & dum conuerſatio noſtra in cæleſtibus differtur, clamemus in oratione cum Dauid, *Humiliata eſt in puluere anima mea, adhæſit in terra venter meus,* adhæſit enim dum configuratur ſerpenti, ex his liquet ſerpentem haudquaquam noſtrum aſcenſum ad ſublimia & cæleſtia, vnde cecidit, iuuare poſſe, bene tamen Chriſtus qui deſcendit de cælo, & cæleſtia contemplari docet. Sicut ſi conſulis geographum qui in menſuris locorum & terrarum verſatur. O quàm vaſtam & latiſſimam dicet eſſe terram dum Aſiam ex vna parte, Americam nouam, & Europam atque Africam proponit & deſignat in charta. Si verò conſulis Aſtrologum, cuius eſt, cæli aſtrorúmque curſus obſeruare, & molem dimetiri, ſphæram omnium cælorum in altum efferens, oſtendet tibi in medio orbium cæleſtium terram nuci perſimilem, exiguam, ridendam; ſic ſi dæmonem conſulis cum tentat multa mentitur, & quia proxima ſunt nobis magna eſſe terrena putamus, *hæc omnia tibi dabo;* Chriſtus verò qui de cæleſtibus agit, terram cum cæleſtibus compoſitam quaſi nihil oſtendit, *non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur,* &c. Ideo tam ſolerter orationes noſtras ab Eccleſia Chriſtus aſcenſurus ad Patrem colligebat, vt nos noſtraque deſideria æternorum Patri præſentaret. Quod in Apocalypſi depictum video, *Et alius Angelus venit & ſtetit ante altare, habens thuribulum aureum: & data ſunt illi incenſa multa vt daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum Dei* Et quid per hanc oblationem intenderet, ſubdit, *Et accepit Angelus thuribulum, & impleuit eum de igne altaris, & miſit in terram, & facta ſunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræ motus magnus.*

Per conuerſationẽ & orationem conuerſationem cæleſtem ſicit hominẽ.

Delectatio terrena terrenos facit homines.

Ambroſius lib. de paradiſo c. 15.

Pſal 43.

3.

Dæmon non ad cæleſtia attollit, ſed deprimit animas, ſecus verò Chriſtus. Simile.

Quare aſcendente Chriſto impenſius orat Eccleſia, & orare iubemur.

nam Chriſtus aſcendens in cæluio obtulit orationes noſtras, & in nos miſit Spiritū ſanctum, ventum quidem & odorem noſtræ patriæ, qui nos ad cæleſtia illa petere & doceret & ſolicitaret, & quaſi igne vrgeret, vt ad ſublimia aſſurgerent. *no las pican los bienes celeſtiales es meneſter o que les de el ayre del cielo, o les pague fuego caido de alla que les haga ſubir a lo alto.* Hanc noſtram tarditatem & terrenum pondus erga cæleſtia videtur ſignificaſſe ipſe Chriſtus, dum ante Patris conſpectum adfuit, vt auſcultaſſe videtur Dauid Pſal. 15. *Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi.* quaſi dicat, Dominus idem præmium eadémque gloria mihi danda eſt, & hæreditati meæ, hoc eſt, Eccleſiæ meæ: nam ablata ex vna parte dignitate capitis, & mirabili modo fruendi Deo, eadem gloria nos manet, idem obiectum expectat animos noſtros, imò & corpora noſtra, *reformabit enim corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ*, hoc enim ſignificant verba illa, *intra in gaudium Domini tui.*

Tarditas noſtra vrgetur vt cæleſtia appetat, & ad ea aſpiret.

4. & illud, *& ſic intrare in gloriam ſuam*, non ſolùm eadem erit gloria ſerui & Domini, ſed talis erit vt Domini dicatur, quia tanta gloria non tam ſeruis, quàm Domino comparata videbitur. Eadem igitur erit gloria & pars hæreditatis meæ, at ea eſt ruſticitas mortalium, talis eos æternorum cœpit obliuio, vt cùm ego aſcendam in cælum, opus ſit vt tu mi Pater è capillis, vt aiunt, ad hæc bona rapias, *tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi*, & ego in cæleſti gloria accumbens inuitabo ad cæleſtes epulas. Vtinam & rogati conueniant, quod vix percipiemus, niſi quænam & qualis erat iſta gloria perpendimus; erat enim *pars* & præmium calicis Chriſti (*& calicis mei*) erat vtique pars quæ totam paſſionem Chriſti cumulatiſſime, amaritudinem calicis retribuebat, & præmio afficiebat. Hæc ergo gloria mihi tot titulis debita ſola voluntate & deſiderio obtinere poſſunt mei famuli, & in hoc ſic tepidi & inertes erunt, vt rogare opus ſit eos, & trahere rebelles eorū voluntates: ſed tu ita bonus es, vt pie attrahes etiā nolentes, *tu es qui reſtitues hæreditatē meam mihi*; currit enim pariter in hoc diuina largitas, & inurbanitas noſtra, & dum homines adhuc inuitati non veniunt, Deus apud ſe cogitat inuitis bona ſua dare. Quod mihi perſuaſi conſideratis verbis illius magni Regis *Matth.* 22. qui cùm plurimis inuitatis nemo ad cœnam veniret, gloriam videlicet (vt ait S. Hilarius [a]) miſit vocare inuitatos, excuſarunt ſe omnes, quid putas facturum eſſe Regem niſi ſuſpenſurum omnes, debitiſque ſuppliciis affecturum. Et meritò quidem, nam eo quòd Vaſthi & honeſta de cauſa (vt putant) ad conuiuium regis inuitata non venit, corona priuata eſt: at Rex noſter poſt longas moras in hæc erupit verba, *Per memetipſum iuraui*:

Beatitudinis amor vix tāgit mortales.

Deus etiam nolentes ad bona ſua blādè pertrahit.

a Can. 22. in Matth.

5. *Amen amen dico vobis, nemo virorum illorum guſtabit cœnam meam.* Et hoc apud te cogitabas Domine? certè putaueras ſi non venirent cœnam in eorum domos inferre etiam nolentibus, *no les entrara en el cuerpo eſo baſte por caſtigo*, ſic enim cupit ſuos ad gloriam deducere, vt ipſe etiam inuitos ad ſe trahere moliatur, vel claudos & mancos, & omni ſplendore deſtitutos. Ad hoc mittet ignem de cælo de thuribulo ſacro, vt ſolicitet corda mortalium. Quòd ſi per ignem non obtinet, ventus & Spiritus ſanctus quem mittet obtinebit, ideo Eccleſiam orationi inſtare voluit, vt ventum alterius vitæ attraheret, & ſuſpiraret ad cæleſtia. *Naſus tuus ſicut turris Libani.* cortex litteræ eſt optimam ſedem & bene à fronte diductum naſum laudare, *nariz alta ſeguida blanca en medio de los ramos y las flores de la corona como vna torre en medio de vna floreſta.* Sed eorum conditiones moréſque declarat, nempe qui ad cæleſtia nati ſunt, *vim habeant odorandi ſuperna*, & diſcretione ſpirituum præditi ſint, ſicut de ceruis fertur, certis temporibus mare traiiciunt, & aëra paſcuaque meliora quærunt, modus autem tranandi vnius in alterius corpore, capite impoſito, notiſſimus eſt; inquiro tamen, primus ille quo ferro, quo duce, qua ſtella ducatur? Plinius & Ariſtot. reſpondent à Cypro in Siciliam perueniſſe ſolo olfactu duce, ventum terræ excipientes, & eo duce in medio pelago pergentes, imò & nouum orbem ſic primis inuentoribus innotuiſſe fertur. Dauid ſaltem hoc ſpiritu duce ad æterna properabat. *Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectam, ſpiritus, la marea el olor de la tierra celeſtial,* & dum longiùs adhuc eſſet à patria Iob felicem ſibi viam promittebat, *Quia donec ſupereſt halitus in me, mientras viuiere, & ſpiritus Dei in naribus meis, en quanto me durare olor de Dios en mi, de ſus beneficios y de la gloria venidera, non loquentur labia mea iniquitatem, nunca en mi lengua ſe formaran mentira*; ideo ergo ſicut cùm ad ſe reuocare volunt aucupes accipitrem, carnem illi manu oſtendunt, vt ad manum veniat; ita Pater omnipotens vt filios ad ſe trahat carnem Chriſti veſtitam gloria in ſublime tollit, vt *videntibus illis* excitentur corda, vt ad cæleſtia ſuſpirent. Et hoc eſt quod Dauid cecinit, *Exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandaſti, & Synagoga populorum circundabit te, meſtiad que ſois alto buela la caſa a hombre digo a Dios y os lleuareis al genul tras vos, & propter hanc in altum regredere, y por vueſtra Igleſia y gloria velad al cielo, & propter hanc, y por eſta razon*, eſt enim Hebræa phraſis. *por eſta y por mill razones*, vt homines ad ſe per odorem ſui traheret, & ad Patrem reduceret. *coraçones humanos ſumidos en la temporal affecion dexad eſa vazeza que ya vueſtro bien eſta en el cielo. O culos deſplegados con tanta anchura y belleza, que me dice eſe ſilencio que mueſtra eſe al arde de antorchas brebe tan a la ſorda que eſas nubes entre quien eſtais broſlados con hebras de oro del ſol, ſino que alla eſta mi bien, belliſſimos campos de flores immortales, montes preñados de eternos y colmados bienes valles anchuras compueſtos de amor affecion y hermoſura que me decis ſino que en voſotros ſeſtea mi Señor, y dulce amado, Paz luz patria verdad deſcanſo ya ſe que eſta alla mi Dios alli le vieron ſubir los ojos alli me eſpera.*

Spiritus ſancti afflatu homines ad cæleſtia aſpirare docentur.

A ſimili in naturalibus.

Aſcenſu Chriſti corda rapiuntur ad cæleſtia.

Iob 27.3.

II. Amoris arte diuina nos ad cæleſtia euehere & rapere voluit. Quam artem calluiſſe videntur D. Paulus, & ipſa ſponſa Chriſti, ait enim Paulus, *Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur, cabeza de todos los fieles que ſubio en alto por ſerlo en ſus meritos por ſer pronida de todos los demas miembros y porque el ſin peccado puedo llegar la cara deſcubierta al padre.* Sed quia latet amor in his verbis, ipſa clarè loquatur ſponſa. *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Eſt, ait Ambroſius, hoc verbum aſpiratio quædā amoris plena Eccleſiæ poſcentis quod ei deeſt, ſpiritus

6.

Amoris arte nos ducit ad cæleſtia.

Epheſ. 1.23.

Malach. 2. 15.

a Lib. 12. de præpar. Euãgeli.

tus & vita, nam per Malachiam ſponſa dicitur dimidia pars ſponſi, *& hæc particeps tua, & vxor fœderis tui. Nonne vnus fecit, & reſiduum ſpiritus eius eſt: cuſtodite ergo ſpiritum veſtrum.* Quæ verba legiſſe videtur Plato, vt obſeruat Euſebius [a], licèt non approbet, Deum ab initio integrum condidiſſe, diuiſiſſe autem virum à fœmina, ita vt vnicuique dimidia pars deſit, quam ardenter appetunt, & vnum fiunt, cùm inuicem matrimonio iunguntur. Hæ igitur erant anxiæ cupiditates Eccleſiæ & Chriſti, ipſe enim corpus Eccleſiæ apud ſe habere volebat, Eccleſia verò ſpiritum & animam deſiderabat, & quia per oſculum vita infundi & hauriri videtur, vt ait Ambroſius [b], Eccleſia oſculum ſui ſponſi petebat, *oſculetur me oſculo oris ſui*, quo peracto per incarnationis myſterium, Chriſtus in cælum petit; quò Domine ſine corpore Eccleſiæ tendis? Reſpondet D. Paulus, & declarat Anſelmus, aſcendit vt ſit caput, *& ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam*, tam gentium, quàm Iudæorum. Certè Domine, ſi ſine Eccleſia tendis, dimidia orbatus es parte, corpore videlicet, & tu Eccleſia ſine animæ tuæ parte dimidia es, ita, verum eſt, ait Paulus, *quæ eſt corpus ipſius, la Igleſia es ſu cuerpo*; cupit ergo adimpleri Chriſtus: ita eſt, *plenitudo eius* eſt Eccleſia, & complementum Chriſti, adimpletur autem & perficitur cùm habet omnia corporis membra, nam, vt ait Theophylactus, Chriſtus, *quoad manũ impletur in homine miſericorde, quoad pedem in eo qui Chriſti amore peregrinatur, vel viſitat agros, quoad linguam in doctore*, & in futura vita Chriſtus omni gloria & omnibus ſuis electis membris implebitur, ait Hieron. Verùm diuinam iſtam artem amoris verba ſequentia denotant ſecundùm lectionem aliquorũ * ex Græco, *qui omnia in omnibus adimplet*, & ſenſus eſt, Putabis, ô Eccleſia, Chriſtum eo quòd caput eſt, & in ſublimia fertur, ita plenum eſſe, & ſaturatum, vt nulla tui mentionem faciat. Sed falleris, nam licèt in ſe perfectiſſimus ſit, & pleniſſimus, mancus, & quaſi membris mutilus dicitur eſſe, dum te non aſſumit ad cæleſtia, & ſibi non habet adiunctam, nam, vt ait Ambroſius [c], *plenitudo eius qui adimpletur per eos cùm ingreſſi ad confeſſionem flectunt genua Chriſto, adimpletur, quia recedentes videntur euacuare eum. Deſalmado acuerdate que tienes tu alma en el cielo*, & tu, mi Chriſte, memor eſto reliquiſſe in terra reſiduum ſpiritus, & medietatem corporis tui, & hac fortè de cauſa iraſcitur, & increpat Apoſtolos, quia cùm per prædicatores corpus eius perficitur, vt ait Paulus, *adimpleo ea quæ deſunt*, &c. ſi ipſi minus credunt, aut non ſe totos animarum conuerſioni impendunt, Chriſti corpus ea parte mancum eſſe dicitur.

b Lib. de Iſaac, cap. 3. Per oſculum adhæret anima Deo: per quod ſcilicet transfunditur ſpiritus oſculantis, ſicut & hi, qui ſe oſculãtur, nõ ſunt labiorum libatione contenti, ſed ſpiritum ſuum ſibi inuicem videntur infundere.

Chriſtus adimpleri dicitur in membris myſticis cum à fidelibus virtutum actiones exhibentur.

* Eraſmus ſic legit.

c Apud P. Salmeron hic.

7. *Aſcẽſio Chriſti & in cæleſtia attollit & in terra munimen.*

III. Per aſcenſionem dum nos deſerere videbatur, & ad ſublimia attollit, & in terris prouidentia munit. Quod licèt tectè Iob *cap.* 39. nobis adumbraſſe videtur; tacet enim Patriarcha, & audit Deum qui ſic noſtram confundit ignorantiam. *Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodij, atque accipitris* (alij) *ciconiæ, quando derelinquit oua ſua in terra, obliuiſcitur quòd pes conculcet ea, aut beſtia agri conterat, duratur ad filios ſuos, quaſi non ſint ſui, pues ſi vamos al Abeſtruz que yo hize que te cantàre de el no ves la marauilla que en la pluma y alas es aue y puede ſer tenido por aue como la cigueña e como el azor o gauilan? tiene pluma como los pompoſos y alegres, llama aſi la hebrea a los pauones mas no lo es en la piedad, porque dexa oluidad es en la tierra los huebos como ſi no fueran ſuyos y añade en va no trabaxo ſin forzarla temor es decir todos los animales aunque en ſi ſean fieros ſon blandos y amoroſos para ſus crias, mas eſte es an duro y tan oluidadizo que dexa a ſus hyos en vano trabaxò ſin forzarla temor ſin cauſa los dexa, no por temor como otras aue illas mas lo que le quite Dios de ingenio le dio en preſteza pues al tiempo que enſalza ſus alas ès carnecera del cauallo.* Prima illa verba intelligit Euſebius Emiſſen. [a] de Chriſti aſcenſu in cælum, & cum affirmatione interpretatur. *Penna ſtruthionis tunc ſimilis pennis herodij inuenta eſt, cùm Saluator cælorum* ſublimes plagas *aſcendens, terrenum corpus humile & graue diuinitate agente portauit.* O quàm bene agilitas Chriſti in ſtruthione denotatur, quæ cùm à diuinitate manabat, cum interrogatione legendum puto. Diuine Pater qui alas induis, & per latiſſima cælorum ſpatia explicas, cur ſic filios deſeris, cur in vanum laboraſti ſicut ſtruthio, cur roſtro percutis, corripis, duraris ad illos? vide quanto ſteterint tibi, ſi latus & plagas acceptas in corpore tuo luſtras; quid te cogit ergo in cæleſtia petere? Sed reſpõdet Dominus per os Patris. *Nunquid penna ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodij, accipitris, ſeu ciconiæ?* eſtne volatus & meus aſcenſus in cælum ſimilis ſtruthionis? Ego quidem aſcendo, ſed ſicut aquila filiorum amantiſſima quæ in rupibus & altiſſimis ſilicibus & montibus cuſtodit, verùm inſtante iam tempore volandi, quàm acri pungit roſtro, quanto cum diſcrimine probat oculos; ſic etiam Chriſtus, ideo enim *exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiem cordis, hijos degeneros ſin ojos de fee ea auolar, euntes in mundum vniuerſum.* Secundò accipitris ad inſtar noſtra corpora mentéſque rapuit, *hye preſſa denoſotros*, & eluſit artem dæmonis, vt ipſe loquitur per Epiphanium [b]. *Quid faciam infelix, omnes quos à ſæculo vinctos detinebam, lapſu incitatiſſimo inſtar accipitris aduolantis, mihi intercepit.* Quis enim crederet mundum ad ſe attractum iri his tantummodo verbis, *Qui crediderit, ſaluus erit.* Tertiò ciconiæ ſimilis ſum, quæ cùm à nido recedit, & aduolat, putares dereliquiſſe filios, nihil minus, quin vadit vt ſerpentes perimat, extinguat, purget terram à ſerpentibus, & ſatiet filios, ita dum putaret dæmon Deum dereliquiſſe terram, tunc mitto ſaluatores ſuper eam, *qui dæmonia eiiciant, ſerpentes tollant, & ſi mortiferum*, &c. & dum dereliquiſſe putas filios, Spiritum ſanctum mittere meditatur, qui eos in terram rectam perducat, hoc eſt, in cælum.

a Lib. 2. de præp. Euangel.

b Serm. de hoc feſto.

IV. Mirabilem reuolutionem, ſeu rotationem adinuenit, vt nos ad ſe raperet. Quod ſignificat Galilæa, vbi eos conuenit Chriſtus, ſignificat enim *volubilem*, ſeu *rotam*, ſemper enim rota & cum impetu & efficaciter operata eſt, ideo minatur Iere. 15. *Ecce ego ad te mons peſtifer euoluamte de petras, galga ayo te dexare deſgalgar deſde arriba, ſic loquitur Hiſpanus.* Quare perplacet mihi interpretatio auctoris noſtri (P. Caſtro) ſuper Iere. 10. *Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua*, &c. Hoc ipſum quod ad reges Iudææ aiebat Ieremias, quaſi triumphum agens de regibus & regnis, oſtendit Dominus Ezechieli, demonſtrans illi quatuor rotas, in quibus ſpiritus 8.

Mirabiles reuolutiones à Chriſto factæ vt nos ad cæleſtia eueheret.

Animalia Ezechielis quid denotent.

vitæ erat, & illud quadriforme animal, quod reges deſignat, vt ſignificaret nullam humanam rationem, aut induſtriam, nullam virtutem leonis, nullam patientiam & laborem bouis, nullam velocitatem aquilæ poſſe reſiſtere ſpiritui diuino, qui quocumque vult agitat, reuoluit & verſat celeri impetu animal, ſeu quemcumque regem, quantumuis pertinacem vt bos, quantumuis ſapientem & induſtrium vt homo. Abit igitur Ieſus frequenter in Galilæam volubilem, vt ibi, vt ait Gregorius [a], transmigrationem ad gentes denotaret, vel, vt ait alter Gregorius [b], in Galilæa Dominus *multiplicem fecit reuolutionem*. Prima enim reuolutio fuit cùm populus Iudæorum, qui erat primus populus, factus eſt vitio ſuo *non populus*, & non dilectus, contrà verò Gentiles, qui erant, non populus vocati ſunt, *vota nomen eius miſericordiam conſecuta*, Oſeæ 1. Rom. 9. *Non plebs mea vos.* Magna reuolutio cùm in regis palatio de miniſtris innouandis & accerſendis alijs agitur, *tiemblales la barba a todos de ver llamar criados nueuos, temamos noſotros no llame a otros.* Secũda reuolutio vocatio omnium gentium erat, & euerſio idolorum, hanc mirabatur D. Paulus rotam & mutationem. *Quomodo conuerſi eſtis ad Deum, à ſimulacris ſeruire Deo viuo, & vero.* Hanc reuolutionem notauit Niſſenus, ideoque ait, cùm ſtupore perfuſi eſſent Apoſtoli, ab Angelis hodierna die fuiſſe admonitos, *viri Galilæi qui debetis mundum reuoluere, & per quos gentes à falſis diis ad verum Deum conuertendæ ſunt*, quid hîc ſtatis, non eſt veſtra hîc manſio. Tertia reuolutio eſt morum mutatio, & cordium conuerſio ad Deum, cùm lupos in agnos, & leones in oues conuertit, metamorphoſis quidem diuina, *eratis enim aliquãdo tenebræ, nũc autem lux in Domino. eripuit vos*, la rueda os arrebato, *de poteſtate tenebrarum.* Debemus vnuſquiſque noſtrûm velocitate, ſplendore igneos illos & flammantes Cherubinos imitari, tarditas enim noſtra in cauſa eſt cæcitatis gentium, & gementes & mugientes pergimus, quia & vnctio ſpiritus non eſt in rotis, & nos ad lucra noſtra reſpicimus, vel vbi honoris ſplendor non eſt, quaſi per accliuem locum currum Euangelij trahimus. Hanc mutationem mirabilem prædicat D. Ambroſius [c], *Magna gratia quæ cælo terras mutauit, vt conuerſatio noſtra in cælis ſit, qui antè ſicut feræ errabam et in ſiluis.* Et vbi Paulus ait, *Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt*, Tertullianus legit, *Noſter autem municipatus in cælis eſt*, alludens ad Romana municipia, quæ ſuis legibus viuebant, ſed muneribus ac priuilegiis vrbis Romæ vtebantur. Quarta autem reuolutio eſt cùm ille qui ſedet ad dexteram Patris deſcendet ad vindictam inimicorum dæmonis, mundi & carnis, ſuperans omnes principatus per crucem ſuam: tunc itaque ad ſe trahet vniuerſa, aiebat magnus ille Archimedes, ſi ei libera daretur poteſtas ſiſtendi in aëre inter cælum & terram talem artem habere vt orbem terræ circumageret, & regna, vrbes & omnia in gyrum conuerteret. Teneo iam, mi Chriſte, arte tua traxiſti omnia ad te, vt ait D. Leo, in crucem ſublatus, illud vnum deeſſe videbatur, vt inimicos ad te traheres, vt mortales & terrenos eleuares: fit autem hoc, ait Chryſoſtom. [d] cùm Chriſtus noſter caput ſit omnium Eccleſiarum, à ſede enim Patris ſic rotas bene diſpoſitas ſacramentorum & verbi Dei circumuoluet, vt admirabundus dicat orbis, *Papa! quò rurſus & ipſam Eccleſiam vexit? aueis viſto a donde a ſubido ala Igleſia, quaſi quadam machina trahens in magnam ipſam ſublimitatem ſuſtulis, inque ipſum cæleſtem thronum ſedere fecit, nam vbi eſt caput, ibi eſt & corpus ſupra omnia viſibilia & inuiſibilia*: propter hanc igitur cauſam in altum regredere, *bien eſta lo hecho ſeñor ſi al fin arrebatais del hombre*, & attinges a fine vſque ad finem ſuauiter; ideo ſequitur in Euangelio,

a Hom. 21 in Matth.

b Niſſenus orat. ſecunda de reſurrect. Cardinalis Toletus in cap. ſecundum Lucæ, Miſſus eſt Angelus in ciuitatem Gal.

Prima reuolutio fuit remotio regni à Synagoga.

Secunda reuolutio vocatio gentium.

9\. *Tertia reuolutio fuit innouatio morum.* Coloſſ. 1.

c 2. Lib. de Spiritu ſancto.

Quarta reuolutio Iudicij venturi.

d In Paulum.

Recumbentibus vndecim diſcipulis apparuit illis Ieſus. Vt ſolemnior dies aſcenſus eius eſſet (nam de hodierno prandio, non de die reſurrectionis explicant Auguſt. & Greg.) conuiuium inſtituit Chriſtus, verum namque mihi videtur Domine quod vulgo dici ſolet, *No ay placer ſin comer*, ſuadet hoc exemplum Chriſti, qui in celebrioribus conuerſionibus Matthæi, Zachæi & Magdalenæ, & cùm ad mortem migrabat, & cum reſurrexit, & nunc aſcendens in cælum recumbit, & manducat cum diſcipulis. Certè Domine, lætitia cordis inter epulas ſeipſam prodit. Et cùm hodierna dies conuerſioni orbis dicata eſt, diſſimulare gaudium non potes. Verumtamen ſi ea eſt ſitis animarum vt tot modis ad te pertrahere cupias, nónne triſtitatis vel Iudæ memoria, cùm in menſa deſideratur, mœrore te afficit? Nequaquam, ait, cùm pro illo mori potui, vt ſaluum facerem libenter ſanguinem fudi, modò verò nullo euentu perturbantur gaudia mea, *Si peccaueris, quid ei nocebis; porrò ſi iuſtè egeris, quid donabis ei?* Suſpice cælum, vide Angelorum concentum, Chriſti epulas, nuptias agni, virginum choros; ſi tu in infernum deſcendis, putaſne ceſſabunt cantores, ſiſtent gaudia, & irrumpentur chori, & nuptiæ diſſoluentur; *Vſquequo tu luges Saul? no me llores no me plañas a Saul, mira pierdaſe cadeneſe que no hara pauſa la capilla del cielo ni ſe meſaran los Angeles ni ſe enlutaran los ſanctos.* Vndecim habet Chriſtus, & ſat habet ad mundi conuerſionem, vide ſi Iudam, aut Saulem, aut te peccatorem deſiderabit, *In verticem ipſius iniquitas eius deſcendet, ſobre vos llouera peccador que Dios no ſe turba ni empobrece antes come a placer ſin vos.*

10\. *Secunda pars diſcurſus.*

Peccatorum conuerſiones conuiuio celebrare conſueuit Chriſtus.

Nullo modo triſtatur beati de impiorum damnatione. Iob 35.

Recumbentibus. Neſcio Domine quàm opportunè veniat hæc tua viſitatio, potiùs tua præſentia gaudium conuiuij conturbabit; imò hac eadem de cauſa ne delicijs deliniaris, & cordi adhæreant, vinum delectationis temperat, & ſicut in conuiuiis, ad temperantiam & moderatè modeſtéque bibendum iubebat Deus vt Nazarenus adeſſet, cui non licebat vinum propinare, vt conſtat ex Prophetis, ita Chriſtus recumbentibus apparuit, vt alterius vitæ Magiſter, & qui iam non bibebat, mores eorum componeret, timent enim etiam robuſti & ſancti effrænatam lætitiam, & nimiam exultationem, Pſalm. 136. *Adhæret lingua faucibus meis, ſi non propoſuero Hieruſalem in principio lætitiæ meæ, pegueſe al paladar mi lengua ſi en el bãquete de mayor ſabor no entrare en primer lugar la memoria de mi Dios.* Cæterùm ideo inter epulãdum venit, vt ſcias non ſolùm diuinam viſitationem inter orandum expectare, ſed etiam in licitis & quotidianis occupationibus dici, ibi inuenitur à iuſtis, & ita viſitationem eius expectetis; ſicut cùm eques mittit famulum nunciare velle te viſitare, tunc vrbanitas poſtulat ne extra domum abeas,

11\. *Conuiua cautè facienda: & temperanda gaudia humana.*

Diuina viſitatio etiam inter epulas & menſa expectanda.

abeas, ſic anima expectet ſemper diuinam viſitationem,& vbique præparata ſit;ſum,dices, imparata aliis diſtracta rebus prophanis, nihil prohibet, iam Deus hæc omnia præuidit. *Audiuimus eum in Ephrata, inuenimus eum in campis ſiluæ.* Auguſtinus exponit. Habet quidem Deus ampliſſimum templum,& ibi coli, ibi apparere mirum non eſt, ſed quod noouum & inſolitum eſt, *Audiuimus eum in Ephrata*, nempe Deum apparuiſſe Turcis,& Indis,& Æthiopibus,& eis à quibus minimè expectabatur; ita tu ne deſperes diuinam viſitationem. *O que eſtoy como vna mora.* Nihil ad rem, in campis ſiluæ & recumbentibus apparet Ieſus.

12. *Correptio ſacerdotum penes prælatum ſit ſolum.*

Et exprobrauit. Quis eſt qui exprobrat ſacerdotibus & miniſtris? nemo niſi qui cibat illos, aut in honore poſuit, vel qui ad hoc manus habet ſtellis puriores. Vidit Ioannes Chriſtum inter lampades & candelabra deambulantem, ſeptem videlicet Epiſcopos Aſiæ, habet in dextera manu ſeptem ſtellas, enſémque limatum geſtat in ore. Nunc quidem opportuna erit correptio, cùm iam à reſurgente ſit, alterius enim ſæculi & impeccabilem virum exigit correptio ſeuera; vna inſuper manus plena ſit ſtellis, nam vt vna manus correptionis tundat & puniat peccantem, altera opus eſt ſtellis plena ſit, vt & opera eius clariora ſint ſtellis, & cæleſtes leges obſeruare credatur, vt rectitudo pari paſſu currat cum ſanctitate vitæ, hoc ſonant verba illa, *Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.* Virga eſt ſanctitas, & rectitudo ſine peccato, baculus eſt dignitatis inſigne: igitur pondus dignitatis tolerabile eſt, & non ægrè ferimus dum virga ſanctitatis, & vita recta elucet in prælato.

Blanda correptio & ex paterno amore orta.

Sicut porrò emunctoria aurea ad emungenda candelabra, nempe vt correptio ſit ex paterno amore profecta, & leui manu animaduertat, etiamſi ſtellas habeat in illa, *aunque le hagan tomar el cielo con las manos la mano de la reprehenſion ſea blanda y no apague ninguna de las lamparas.* Et, quod maximè decet prælatos, id quod emungunt extinguant ſtatim, ne odor vel fœtor peccati ad nares aliorum, ſi fieri poteſt, attingat, *no incienſe con la falta de ſubdito.*

Dyſtue ſacerdotum non ſunt peruulgandi.

Neminem denique corripiat quem non pane ſuſtentat, & quem vna manu punit, alia conſoletur & excitet. Sicut Saluator qui enſem geſtabat in ore, ſtellas in dextera manu, vt quem percuteret ore, manu leuaret atque ſanaret. Vnus erat gladius, & ſeptem erant ſtellæ, quia reprehenſio non multiplex, ſed vna ſit, conſolatio verò ſit multiplex, & plurimis promiſſionibus & verbis leniſſimis plena. Exemplo ſint ſeptem illæ conciones filij hominis ad ſeptem Epiſcopos habitæ *in Apoc.* 1. & 2. Et hoc dum recumbunt, vt ſciant ſacerdotes dum ſacro pane veſcuntur, & accumbunt menſæ ſacratiſſimæ, teneri in manſuetudine correptionem accipere. *A buen bocado buen grito, ſufran pues comen tal pan.*

13. *Cur Thomam blandè, hos verò ſeuerè corripit.*

Incredulitatem eorum. Quare Domine tam ſeuerè corripis horum incredulitatem, cùm Thomam incredulum tam blandè allexeris, tam ſedulò quæſieris? Et quidē Thomę de reſurrectione incredulitas maior fortaſſe videtur, habuit enim perſuaſores plurimos, & prædicatores veritatis, auget difficultatem communis legum ſententia, *Multitudini parcendum eſt*, vt patet in ſeditione exercitus, cùm magna pars militum tumultibus agitatur; *al exercito amotinado no le paſſan a cuchillo*, nec tota ciuitas rebellata punitur: conſultius ergo Thomas corripiendus foret, quàm tota diſcipulorum ſchola. Verùm conſultò factum eſt, obiter enim diſcipulos ſuos cæleſtem diſciplinam docebat, variam quidem pro munerum varietate confeſſarij, aut concionatoris. Nec enim fruſtrà cùm aſſumpſit eos vocauit piſcatores, *faciam vos fieri piſcatores hominum.*

Aliter ſe gerat confeſſarius, aliter concionator.

Nam multiplices piſcandi artes ad duas tantùm reduci comperies, vel arundine, vel retibus. *A ſimili.* Retia quidem tumultum, ſtrepitum, multitudinem poſcit, & vt aquæ perturbentur, nec enim ſine cauſa prouerbiola noſtra dixerunt, *a rio buelto ganancia de peſcadores*; arundo verò & hamus ô quantam poſtulat patientiam, longanimitatem, aquarum tranquillitatem & ſilentium; concionari igitur eſt retia prætendere, vbi licet voce, motu, actione, hyperbole & graui dictione vitia acriter & duriſſimè corrigere, nullo peccatorum deſignato, ſed ſicut qui rete expandit in flumine, At peccata audire, & nodos conſcientiæ in confeſſione exoluere, piſcatura eſt difficilis, & plena longanimitatis, vnus enim tantùm piſcis capitur, & huic cum ſilentio & ſuauitate opus eſt hamum ori affigere, & non ſubitò trahere, ſed ſenſim expectando. Ratio autem huius diuerſitatis eſt, quia quod in communi dicitur neminem lædit, priuatim verò corripere periculoſum eſt, nam vel ira accenditur, vel ſuperbia inflator, vel deſperatione deiicitur.

Varia arte vtatur confeſſarius & prælatus.

Cæterùm licèt ambæ artes difficiles & diuerſæ videantur, debet tamen vtraque pró opportunitate loci, temporis & perſonarum vti prælatus. *1. Reg 14.* Cùm iam fame premeretur Ionathas extremo ferro virgæ, quam in manu gerebat, alueare apum reſerauit, & pauciſſimo melle viſum vitámque recuperauit; *extenditque ſummitatem virgæ quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis, & conuertit manum ſuam ad os ſuum, & illuminati ſunt oculi eius.* Contrarium eſt quod Tobiæ contingit, qui cùm cæcus eſſet, felle per dimidiam quaſi horam oculis impoſito viſum recepit. Vides qua ratione diuerſa eundem effectū ſortiuntur; ideo igitur ſapientiſſimus magiſter melle curat Thomam, felle verò cunctam Eccleſiam, & ſcholam, vt confeſſarios mel, nos verò in concionibus fel adhibere diſcamus.

Euntes prædicate Euangelium. Non in deliniendis & mulcendis auribus ſiſtat concio, ſed Euangelio & acri dicendi genere mores comprimantur. 14.

Acri dicendi genere mores comprimat concionator. Simile.

Sunt aliqui concionantium, ſicut pictores, qui quidem imaginem & perſonam eximio artificio politiſſima arte & pænè ſpirantem exprimunt, ſed nudam, ſed indeuotam & prauos affectus & molles excitantem; præterea montes, rupes, valles, cælum, terram, mare latiſſimè & egregiis picturæ coloribus vmbríſque ſubductis ſingulari artificio perficiunt, & inter tot montes & arbores, Hieronymi, aut Magdalenæ ſimulacrum ita exiguum & minimum inuenies, vt non ſolùm deuotioni, ſed nec viſui aptum videatur. Certè vt artem oſtentemus, nihil dulce, nihil Apoſtolicum reſonat in ore, & dum prophana attingimus, Gentilium mores & ſententias explicamus, & magnificamus, diuina verò tenui dictione & vno furtim verbo attingimus, & prædicamus, nóſque manet ſupplicium non leue, vt ait Origenes [a]; furatus eſt Achā *linguam auream*, ſic enim legit ille quod nos, *regulam auream.* Rogat quo pacto potuit cunctus exercitus

a In Ioſ.

puniri

Digitized by Google

punıgi vnius tantùm delicto, & reſpondet myſterium indicare voluiſſe Deum, cùm enim concionator Chriſtianus ab hæreticis ſcolis, vel cæcis Ethnicis linguam auream & ſplendentem ſurripit, & Eccleſiam perdit, & ſe ſuóſque auditores maximi ſupplicij reos & obnoxios facit. Vnde Auguſt. [a] *Eloquentia quanto ſolidior, tanto vehementior, quanto purior, tanto terribilior.*

a 4. De doctrina Christian.

15. *Fides & opera commendantur.*

Qui crediderit. Nec ſola fide putent ſaluos fieri, quidquid viuit, ſuum habet vitæ principium, vegetatur planta de terra, bruta ſenſitiua forma mouentur, homo rationali anima, hæc omnia munera naturæ & vitæ exhibet, iuſtus verò vnde nam viuit? *Iuſtus ex fide viuit*, tanquam vitæ principio ſolùm, ſed ſicut quod mortuum eſt nequit vitaliter influere, ita neque fides, *quæ ſine operibus mortua eſt*, vt ait Iacobus, poteſt integrum vitæ eſſe principium & cauſa. Et ſicut cadauer horrorem incutit, ſic emortua fides tuam damnationem formidare & ſuſpicari cogit. Sunt quidam qui ſe fideles iactant (quid de hæreticis dicerem) ſicut ſtatua illa Danielis auteo quidem capite fulgens, ſed luteis pedibus propter peccata, *ſordes eius in pedibus eius*, cùm mortis lapillus percutit, tota in puluerem redacta eſt, & ſicut locuſtas Ioannis capite hirſuto horrentes, caudas verò ſerpentium habentes puteus abyſſi abſorbuit, ſic vos fidem & leonitiam fortitudinem iactatis, cauda verò peccati vos dignos æterna damnatione efficit. Et dum honorati eſtis ſicut Dagon iuxta arcam per fidem, ablatis manibus bonorum operum extra Eccleſiam proiici, & de numero fidelium deleri digni eſtis, & inter Ethnicos reputari, pro quo notat pulcrè Philo [b], Labanum hominem Gentilem ſcrutatum fuiſſe totam ſupellectilem Iacobi, quærendo idola, eadem tamen minimè repeiiſſe. *Quamuis*, inquit, *Laban ſcrutaretur totam animalem domum Iacob, non inuenit ſimulacra, plena enim erat negotiis, non ſomniis, & variis imaginationibus, nec enim in ea anima ſimulacra falſa & vana idola potuerunt inueniri, quæ tota poſita erat in negotio & operatione, cùm vera notitia Dei practica eſſe ſoleat, & dirigere ad operationem*, ideo hæretici multa ſomniant, quia nulla exhibent opera, & multa circa fidem ſcrutantur, & lingunt, quia ad opera bona torpent, & otioſorum hominum inuenta quærunt.

Fides ſine operibus mortua, &c.

b Lib. de profugis.

16. *Profecti prædicauerunt vbique*, etiam Iudæis, ea eis enim Chriſtus carnem ſumpſerat, vt ſic carne tectus fidei locum daret *in gratiam fidei, por ſeruir a tan gētil dama como la fee ſe diſfraco de carne*, & vt ſic mori poſſet, vt ait Auguſt. *Illi* verò *profecti prædicauerunt*. Montes vocat Auguſt. Prædicatores, quos non eſt dubium Deum feciſſe, & non ſeipſos conſtituiſſe. Pſal. 75. *Illuminas tu mirabiliter à montibus æternis, tu*, inquit, *es qui illuminas. Qui ſunt montes æterni, quos ipſe fecit æternos, qui ſunt montes magni, prædicatores veritatis*, quam veritatem ne quis putet ignoraſſe Dauidem dum ait, *Leuaui oculos meos in montes*, ideo ſubdit, *Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram, reſpectaldos pera con ojo al que los crìa*. Ideoque ſubditur,

Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis, vt Deo acceptam gratiam referant, & ab eo ob impenſam operam accipiendam ſperent gloriam.

VERBVM SPIRITVS ſancti. Epheſ. 1. v. 22. & 23.

Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius: & ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

Chriſtus in ſua aſcenſione Pontifex declaratur, verum tabernaculum conſtruitur in terra, & de tali Pontifice firma homini ſpes datur.

DISCVRSVS CLVI.

NON illa nox quolibet ſole ſplendior, in qua cæli Regina ex ſuis recens natum viſceribus ſummum Chriſtum Regem prima vidit, prima adorauit, nec aurora illa quæ nuntia attulit fauſtæ feliciſque reſurrectionis filij, ab inferni & mortis faucibus redeuntis atque triumphantis, cum hodierna poterit celebritate componi, in qua prætetitis iam quadraginta diebus, quibus ſe viſendum diſcipulis ſæpe præbuerat, præſentibus eiſdem ſociis, & matre ſanctiſſima Maria, propria ac diuina virtute in cælorū ſedes aſcendens, ſedem ad Patris dexteram fixit, Pontifex vtriuſque Eccleſiæ factus, & ſuper omnes Angelos conſtitutus. Nec illud ſuperbum & in plures menſes productum Aſſueri conuiuium, nec quod reciproco amore & vrbanitate plenum eidem retulit feliciſſima Eſther, cùm hodierno conuiuio poterit de felicitate & ſplendore contendere: eſt enim conuiuium matris ad filium, & proximè ad cælum propetantem, in die aſſumptionis eius in ſedem Pontificiam. Conuiuium item, in quo non iam Matthæi, Magdalenæ, nec reſurgentis Lazari conuerſio agitur, ſed vniuerſi orbis fides, prædicatio & conuerſio, Apoſtolorum voce peracta, celebratur. Erat in ſuo illo conuiuio Aſſuerus rex bene potus, & bene ſaturatus, & ad inuitantem reginam Eſther ait, pete à me quidquid placuerit, etiamſi dimidium regni poſtules, non negabo; ſi potens eſt vinum etiam in reges, quorum ſi ſemel frontem occupat, & mero calet caput, etiam regna quæ tantopere diligunt cum externis diuidere cogit, quid putas aget amor in Chriſti pectore, feruens in tali tempore erga talem conuiuantem matrem? Non dubium quin in hac die conuerſus ſummus Pontifex Chriſtus in matrem vt dona peteret in hac vltima menſa imperauit, conceſſitque etiamſi dimidium regni poſtularet. Videor videre te ô cæli Regina tuum adire Papam, & ad ſanctitatis filij pedes prouolui, vt nobis dona & gratias poſtulares, & indulgentias obtineres. Vnum ego à te poſtulo, ô mi Paſtor, & Pontifex, vt regnum tuum quod bipartitum eſt, mecum diuidas, *miſericordia & veritas præcedent faciem tuam*, habet enim duplicem partem, miſericordiam, & iuſtitiam: diuide ergo mecum ô fili, hæreditatem, pars vna iuſtitiæ tibi

1. *Ingens lætitia & ſumma ſolemnitas aſcenſionis Chriſti in cælum.*

Sūma Chriſti in hac die liberalitas.

tibi relinquitur in cælum vſque in extremam diem deferenda, miſericordiæ altera pars mihi concedatur; ſim ego dandi & conferendi gratias & mediatrix & inſtrumentum. Alterum etiam poſco vt cæleſti tua benedictione calculū vnum ſanctifices ac benedicas, nempe deuotionem quam erga me fideles animæ habent tibi gratiſſimam facias, vt omnes qui calculum iſtum piè ſecum erga me habuerint, peccatorum indulgentiam obtineant, *cuenta de perdones y ſeñal de predeſtinado la deuocion de Maria.* Vt habetur Apoc. *Dabo ei calculum candidum,* &c. hic eſt calculus piacularis & benedictus, imperatricis cæli Mariæ, quiſquis in eo orauerit indulgentiam obtinebit, & gratiam. Nunc ad myſterium ſummi Pontificis & Euangelij veniamus.

2. *Chriſtus Dominus caput Angelorum.* Eſt quidem Chriſtus Dominus caput Angelorum & hominum, vt ſcholæ Theologia fert, & ſummus in ea Decanus, in qua lauream & gradum magiſterij in theatro tertij cæli accepit D. Paulus. *Omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur,* vt in præcedenti diſcurſu vidimus. Quia licèt his duabus rebuſpublicis caput in principio conſtitutum eſt, Angelis Lucifer, Adam humanæ naturæ, verùm tam ſtultè & imprudenter ſe geſſerunt, vt aliud illis caput præponi operæ pretium fuerit. Cecidit Angelus ad infernum vſque præceps, miſer etiam homo ad fæces peccati & pœnæ deuolutus eſt, Deus autem ad vtriuſque gubernationem & hominis remedium caput excitauit vnum, cuius cùm munus ſit omnibus membris eminere, & ſupremum locum tenere, debitum & meliorem locum obtinet hodierna die, vt ait Thomas. *Super omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem;* en ſuperat

3. Angelos, *Et ſuper omnem Eccleſiam.* Ecce dominatur Iudæis & gentibus, & ſicut à capite animalium ſpirituum influxus in totum corpus dimanat, ſic à Chriſto omnis gratiæ influxus in homines, &, vt aliqui * putant, etiam in Angelos dimanauit. *Plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur.*

* Vide Suarez in tertiam partē. P. Cornelium a Lapide in hunc locum. Vaſques contrarium ſēcit 3. p tom. 1. q. 1. P. Viegas vide in Apoc.

Hebr. 8. 1.

Chriſtus in ſua aſcenſione locum capitis & ſedem Pontificiam ſumit.

Paulus igitur in ea quæ ad Hebræos eſt epiſtola nouam illis ſummi Pontificis aſſumptionem enuntiat, dicens: *Capitulum autem ſuper ea quæ dicuntur.* Audite iam præcipuum & maximum ad quod quaſi ad ſcopum referuntur, cætera quæ de Chriſto Pontifice dixi. *Talem habemus Pontificem qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cælis ſanctorum miniſter, & tabernaculi veri, quod fixit Dominus, & non homo.* Hæc verba continent qualitates & dotes noſtri Pontificis; priùs autem qua ratione in ſedem Pontificiam aſcenderit ediſſeramos.

4. PARTITIO DISCVRSVS. Sedet ex hac die ad Patris dexteram (hoc eſt, in meliori ſede quæ in cælo eſt) & in hac actione debitæ & eccleſiaſticæ ceremoniæ obſeruantur. Ponit primò pedes ſuper aſtra, *exaltare ſuper cælos Deus,* hoc enim eſt poſſeſſio, pedum ſeſſio, ſeu poſitio. Secundò fores cæli aperit, & claudit iterum, ſola enim ab eo data facultas per eas ingreſſum habet. Hoc claues Petri denotant, per illas ſolùm patet aditus. Tertiò ſedet ſicut Angelorum hominúmque caput *in ſede magnitudinis Dei, en ſilla de Mageſtad.* Quartò dona diſtribuit, *dedit dona hominibus,* Spiritum ſanctum flammantes linguas, *diſpertitæ linguæ,* Quibus chorum tam cæleſte, quàm terreſtre, in quo Eccleſiæ principes conſedebant, lætitia perfundit, & in cardinalium numerum adſcribit.

Communis lætitia de Chriſti aſcenſu. Hæc eſt ratio cauſaque illius maximè lætitiæ, quam prædixi tibi, hodierna enim gaudia Angelos & homines omnémque familiam peruaſit. *Simile.* Sicut eū ad Cardinalis famulos illa vox venit, veſter dominus Pontifex creatus eſt, omnes pænè deſipiunt gaudio, & omnes Papas ſe eſſe putant, mater, fratres, amici, famuli, vt ait Bernardus, *Omnis familia epiſcopata eſt, nueſtro amo y ſeñor es Papa.* Omnes ad ſpem vocat hæc noua Domini noſtri aſſumptio plena dignitatis & gloriæ.

Cæterùm quia honores mutant mores, poſſemus vtique mortales vereri ne noſter denuo aſſumptus Pontifex mores mutauerit cum dignitate, nec humanæ naturæ curam gerat. De hoc certos facit Paulus Hebræos. *Talem,* inquit, *habemus Pontificem,* Qualem Paule? *Talem,* inquit, nec plura velim addere; multa enim vno hoc verbo emphaticè intelliguntur. Sicut cùm quis ardentiſſima febre ſitit, in omnem ſe verſat partem, mirantur adſtantes, ait autem medicus, tali febre corripitur, *tal calentura tiene,* plura inuoluit illo vnico verbo, quàm ſi multa congereret. Sicut cùm D. Petrus de Dominica paſſione agens ait, *Talem à peccatoribus ſuſtinuit cōtradictionem, Tal paſſion tal muerte padecio.* Eſt ne idem atque antea? ipſiſſimus eſt, ait Paulus, *Talem* vidiſtis eum ô Hebræi in cruce morientem, & orantem pro vobis, *Talem habemus.* Vidiſtis eum ſepulcro amandatum, & inde reſurgentem? *Talem habemus,* in dextera Patris tanto amore flagrantem, vt ſi opus eſſet alia morte, aliam libentiſſimè ſubiret. Vidiſtis eum pro inimicis rogantem Patrem, *Talem habemus,* orat vtique Patrem, vel lingua, vel (ſicut bona fert Theologia *) ſaltim vulnera, faciem, amorem & poſtulationes iam antea Patri factas repræſentando. Cùm denique pios vexat animos tot peccatorum colluuies quibus mundus exundat, tot maculæ quibus animi polluuntur & ſordent, quis tot crimina condonat? quis tot expiat maculas? quis tot peccata abſoluit? Placide reſpondet Paulus, ſunt quidem multa abſoluenda & diſſimulanda, cæterùm, *Talem habemus Pontificem, tal Papa tenemos.* O corda languida & proſtrata; quos animos vobis non addit hoc verbum, quem non ſuſcitat peccatorem; confirmamini molles animi, hoc vno verbo excitati & erecti armamini; etiamſi ſcateat orbis peccatis, etiamſi malorum fluctus ingruant, etiamſi periculorum vndis merganmit, omnia hoc vno verbo ſanantur, roborantur, pelluntur, *talem habemus Pontificem, talem Paſtorem,* talem peccatorum condonatorem. Vnde ille leproſus qui adire iuſſus eſt à Chriſto ad ſacerdotem, vt vidit, quia mundatus eſt, *vioſe en vn puncto ſalir del purgatorio de la lepra,* regreſſus eſt cum magna voce magnificans Deum. *Talem habemus Pontificem,* & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens, cur tu cum reliquis non adiſti ad ſacerdotem? Talem inuenit Pontificem, ait Tertullianus a, talem hoſtiam obtulit gratiarum actionis. *Samaritem miratus, non mandat offerre munus ex lege, quia ſatis id obtulerat gloriam Deo reddens, ideo addit* (Pontifex) *fides tua te ſaluum fecit, quia intellexerat veram ſe Deo omnipotenti oblationem, gratiarum ſcilicet actionem apud verum templum*

* P. Vaſquez in 3 part.

Benigniſſimus Pontifex Chriſtus adhuc in cælo.

5.

Animi ad ſpem in tali Pontifice excitantur.

6.

a Lib. 4 contra Mar. 10. c. 35.

templum, & verum Pontificem eius, *Chriſtum facere ca bere, ya tenemos Papa no ay que buſcar otros ſacerdotes. Talem habemus.*

6. *Qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cælis.* Sedes magnitudinis dicitur thronus maieſtatis, ſedes anguſta & ſummæ gloriæ *in cælis*, en vobis ô mortales Romam & metropolim, quam ſibi elegit in ſempiternum, vt ſciant negotiatores, & qui res animarum tractant, quo ſuadelaturi ſint negotia, ſpes, poſtulationes. Nolite, ô fratres, prophanorum auxilia principum quærere, noſtra negotiatio in cælis eſt, illa eſt curia filiorum Dei, illos cæleſtes ciues litteris noſtris inuocemus. *Conuerſatio noſtra in cælis eſt*, de cælo petenda auxilia, remedia, promentus eccleſiaſtici, & dignitates quærendæ, & ſicut vacante præbenda citatiſſimi mittuntur tabellarij ad obtinendam gratiam, ne nos ſocordes & inertes ſimus in obtinendis à Pontifice noſtro cæleſtibus donis, ſicut cùm raptus eſt ab hominibus Elias, diſcipulus qui in terra manebat, curſorios equos & orationes celerrimè mittit in cælum, *fiat mihi ſanctiſſime Pater, fiat in me ſpiritus tuus duplex, ſuplicome des el eſpiritu de eſe hombre que ſale del mundo.* Et quia ad ſactam accurrit ſedem, ſtatim *fiat* accepit, & pallium dignitatis; ſic tu Chriſtiane cum audis exceſſiſſe virum virtutibus & donis exaggeratum, vel concionandi, vel luctandi animos peritiſſimum, vel zelo reipublicæ præclarum, accurre & anteuerte omnium celeritatem, & eas virtutes tibi poſtula, ille ô Chriſte deſeruit ſuam te ligionem, fiat mihi gratia, detur mihi ſpiritus qui illum fouebat, ornabat & viuificabat. Et bene ſedes *in cælis* fixa dicitur, vbi electio ſecundùm merita fit, vbi dignior præcedit, vel per gratiam dignior fit. *In cælis.*

Roma est ſua ſedes Chriſti in ſempiternum.

In morte miſtrorum eorum virtutum hæredes fieri curremus & poſtulamus.

7. *Sanctorum miniſter.* Ne putetis Altiſſimum de ſede maieſtatis non demitti ad homines, titulus benignitatem & facilitatem denotat, *ſeruus ſeruorum Dei.* O virtus quanta eſt gloria tua quam ſic honorat ſummus Pontifex ad Patris dexteram ſedens. Sicut cùm ſummus Chriſti Vicarius peregrinorum pedes abluit, & menſæ accumbere facit, & cibos diſtribuit, ſtupent ad tantam pietatem, & quaſi ſenſibus emoti non cibos curant, non vident adſtantês, ſuum mirantur Parentem, & Chriſtum in terris; quid ergo in cælis erit? cùm latro poſt peccatorum indulgentiam Chriſtum videt coronatum & miniſtrantem, *& tranſiens miniſtrabit illis.* Vide'n fili, vt ſim memor promiſſionis factæ. Videte ô prælati quæ ſit vera maieſtas, vera celſitudo, & gloria, demitti quidem ad pauperum ſedes, ad ſua negotia, & menſas; *ſanctorum miniſter.*

Chriſti facilitas, benignitas.

8. *Et tabernaculi veri quod fixit Dominus, es Papa de Igleſia verdadera no hecha por Moyſen ni por los hereges que ſuenan Igleſias, y mudan la fee como la camiſa.* Vocat autem tabernaculum etiamſi fixa eſt Eccleſia, vt in quo differat à triumphante declaret. Hæc enim noſtra militat, & inſtar tabernaculi humeris ſacerdotum vehitur. Sicut cùm viam agebat per deſertum, non enim putandum eſt vobis tabernaculum integrum in humeris geſtari, ſed per partes diuiſum à diuerſis vehebatur, ita non Eccleſiam putetis in his lapidibus conſiſtere, vnuſquiſque noſtrûm partem ſuam portat; quare vbi ab hæreticis Germaniæ vexatur, pergit ad Indos, vbi Anglicano ſchiſmate & hæreſi pellitur, ad Iaponios migrat. *Si perſequuntur vos in vna ciuitate, fugite in aliam.* Itaque videant ſacerdotes & prælati quale ſubeant onus. Bernardus [a]. *Meditantibus honores blandiuntur, ſed onera penſantibus tædio ſunt, atque formidini.*

Tabernaculũ fixum Eccleſia & firma fides.

a Epiſt. 42. ad Archiep. Senonſem

Quod fixit Dominus, & non homo. Homo enim ædificat vt homo, domos luteas, ait Iob, Deus verò vt Dominus, *edifica como Rey y ſeñor, in cælis parauit ſedem ſuam*, ampla ibi ſunt palatia. Angit regium animum, ait Chryſoſtomus, anguſta domus, & antiqui parietes maiorum, inter quos etiamſi videt maiorum fumoſas imagines, aula autem anguſta eſt, & depreſſa, oſtiolum paruum, & quod caput demittere cogit, & qui imparati intrant capite feriuntur: compluuia & atria deſerta, ciſternæ diſruptæ, & diſſipatæ, fontes ad ornatum tantùm poſiti ſine aqua, putei alti & ſitientes, ſcalæ gradibus plurimis quæ feſſos & imbecilles nimis fatigant, & vertigine afficiunt capita. Aulæ cæcæ & obſcuræ, anguſtiſſimæ quaſi mœniorum feneſtellæ. Apage ſint à tanto Principe iam iſtæ antiquatæ ædes, fiat noua arte conſtructum regium ædificium, & peramplum, quod omnem capiat familiam. Ita ſimiliter cùm Pater tabernaculum verbo ſuo in terris fixit, cùmque verbum illud Inſtrauit oculis, & Synagogam intrauit, nobile quidem videt opus, & præclaris maiorum ſtemmatibus, & imaginibus, verû *quòd fixit homo*, templum enim Moſayco opere erat elaboratum, oſtiolum quidem ita anguſtum, vt mox ingreſſi pueri gladio circuncisionis læderentur, ſcalæ, ne dicam cochleares, trecentis aut quatuor centenis præceptorum quaſi gradibus conſtantes, quæ ſat erat, inquit Gregorius, memoria retinere. Putei alti, ſacramenta egena, & ſine aqua gratiæ, niſi eam à Chriſti ſanguine, fide emendicatam, haurirent. Vmbris plena domus, figuris, typibus iam penè collapſis, ruant hæc omnia, & demolita cadant. Aliud ampliſſimum opus ſurgat Romano opere, vero, atque diuturno, *Tabernaculi veri, templum non manu factum.* Non hominis arte, ſed Dei ſapientia, & filij impenſo ſanguine, & conſummet opus Ieſus, vt ait Paulus, *reſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum.*

9. *In quo ſuperaſtas Eccleſia Synagoga. Simile.*

Quæres tamen, quare opus tam lentè egit, qui ſine mora & cunctatione poterat conſummare? Ratio ea eſt, quia omnes illæ imagines & figuræ, quæ in antiquo palatio erant, ad viuum, vt aiunt, & verè transferendæ erant ad nouam noſtri Pontificis domum. Quod vt liquidum fiat luſtrate mecum oculis quod in hoc noſtro templo peramplius & perfectius inſtauratum eſt. Quid quæris oracula, & ſanctorum ſancta, nónne meliùs loquitur Spiritus ſanctus qui mentem erudit, & corda vera lætitia conſolatur? *Spiritus ſanctus qui loquitur in vobis* qui interiùs docet, *vnctio eius docet nos, ille vos docebit omnia.* Quid quæris, ait [b], tabernaculum & arcam fœderis. Quænam melior, quàm Chriſtus area gratiarum ex auro diuinitatis & incorruptibili materia humanitatis, in qua virga legiſlatoris & mãna piiſſimi

10. *Cur tandiu durauit opus renouationis Eccleſiæ. Omnia in Eccleſia præſtãt antiquis. Oraculũ pars intima templi corda noſtra in qua diuinus ſpiritus ſecretiſſimè colabitur, loquitur, monet, ſperat. Area Chriſtus.*

b Lib. 9. de adoratione.

Patris

Patris pœna & præmium non in typo, ſed verè continentur? Quid quæris duos Cherubinos verſis vultibus ad populum, & ad inoicem ſe reſpicientes? hi ſunt duo hæc teſtamenta, quæ ſibiipſis conſentiunt, vt liquet ex hac comparatione. Quæris etiam propitiarorium, ait Cyrillus, vbi Deus mitem & placabilem ſe monſtrabat, ipſe eſt Chriſtus propitiationis locus, *ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris*. Quid ais, ait Paulus. Nemini niſi ſacerdoti conceſſum in ſancta ſanctorum introire. Ita, verum eſt, nam donec Chriſtus ſanguine ſuo fores cæli reſerauit, nemini dabatur ingreſſus. *Chriſtus autem aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius, &c. introiuit ſemel in ſancta.* Quid hic deſideratur? ſintne parietes iſti auri laminis contecti, & veſtiri; nónne melius eſt aurea proximorum dilectione corda cælari, ornari, & flagrare? Menſam thymiamatis quæris, ait Gregorius, & incenſi thuribula? O quanto præſtantiora erunt ad ſuauiſſimos odores efflandos corda fidelium deſideriis, & orationibus cæleſtium bonorum intenta, quæ ab Angelis collectæ Deo optimo præſentantur, *quæ ſunt orationes ſanctorum*. Forſitan deerit panum propoſitionis menſa? nónne in illo altari panis facierum Patris & filij eſt o-

Cherubini ambo duo teſtamenta, Gregorius homilia 6. in Ezechielem

Ioan 2. Chriſtus mediator, propitiatorium, Auguſti q. 105. in Exod. Hebr 9. 3. Reg 6.

Altare thymiamatis, Gregorius. Cæleſtes viros deſideriis cæleſtiũ inflammatos, Origenes hom. 10. Apoc. 5.

II. mnibus propoſitus ac preparatus. Candelabrum aureum ſeipſum prodit. Saluator quidem, ait Gregorius [a], Cyrillus [b], & Clemens. Quòd ſi lumina plurima quibus diſtinguebatur petis, Doctores audi diſtinctis in locis lumine doctrinæ tenebras ignorantiæ propellentes. Feneſtellas illas ne memineris, nónne amplior & ſplendidior eſt Chriſtiana doctrina, quam palam docemus, & in plateis omnibus prædicamus, *præceptum Domini lucidum, illuminans corda & ſapientiam, præſtans paruulis*. Quid velum, niſi fidei obſcuritas, quæ obnubit oculos cũ ſumma certitudine temperata? Quid columnæ redimitæ coronis? (ait Rupertus [c]) niſi Chriſtiani reges qui humeris pondus cũ honore ſuſtinent, & lilia honoris, & retia & catenas pœnę oſtentãt; *& fortitudo & ſtabilitas* nuncupantur. Quod eſt atriũ plenum victimis, niſi altaria? vbi mare æneum, niſi vbicumque Baptiſmus in ſalutem datur? vbi eſt cloaca ſecreta per quam immundę ſordes ſacrificiorum demittebantur, niſi confeſſariorum ſedes, vbi peccatorum ſordes & capiantur, & ſigillo firmiſſimo abſorbẽtur atque delentur. Cubicula quænã meliora, quàm monaſteria? virgines excubantes quænam niſi moniales? Qui ſacerdotes illi ſanguinantes ſi cum noſtris componantur, non hædis aut vitulis ſaginati, ſed cæleſti pane nutriti. Si ergo hæc omnia transferenda erant ab antiqua domo ad nouam Eccleſiam, cunctatione opus fuit, vt opus tam firmum & ſtabile extrueretur. *Quod fixit Deus, & non homo.* Migrat igitur ſanctitas Chriſti in ſuam Romã cæleſtem, eiúſque aſcenſum refert euangelicus textus Marci, & Lucæ hiſtoria in Apoſtolorum actibus.

a *In Matth. vos eſtis lux mundi*, & de Chriſto hom 6 in Ezechielem. b Lib. 9. Abulenſis feneſtras ſic explicat 3. Reg. 6. perſpectiuas vocat, quia proſpectus per ipſas patebant. c Ex opinione Hebræorum in lib. 3 Regum. Cætera vide apud P. Barrad tom 2. vbi de Templo agit.

12. *Recumbentibus vndecim diſcipulis.* Ante diſceſſum recumbit Chriſtus cum diſcipulis, vt dulciùs & iucundiùs præcepta & arcana manifeſtaret, *& conuiſcens præcepit eis*. Inprimis nomen quod in ſua aſſumptione aſſumpſit oſtendit, *Dominus Ieſus, Pro primero de eſto nonbre, qui condolere poſſit*, &c. in quo nomine Eccleſiæ remedium, ſolatium & arma dedit, & ita addit ſingulare quid, & nulli ea Pontificibus vſitatum, nemo enim aliis annulum Piſcatoris dat: at Chriſtus noſter annulũ ſuum, hoc eſt, virtutem mirabilia operandi conceſſit, *In nomine meo dæmonia eiicient, ſerpentes tollent, &c. ſuper ægros manus imponent*, &c. O nomen diuinum *Dominus Ieſus*, honor Eccleſiæ, vox miſericordiæ, ſtemma magnitudinis Dei, quod in ſuis vexillis præferẽt duo illi Ignatij, vterque tui honoris & vindices & duces præclariſſimi. Tunc ô piiſſime Pater præuidiſti eos qui ſub tam præclaro vexillo tibi nomen daturi erant, tuam gloriam vbique terrarum exquirentes, anguſtum æſtimantes orbem, maria exſorbentes, immenſos labores exantlantes, omnia pericula, tempeſtates & barbaras gentes hoc vnico nomine ſuperantes. *In nomine meo: cõueſcẽs igitur præcepit*; quia pręſul qui ſuis eũ ſubit ouibus quàm bellè poteſt increpare nullo morſus periculo, canis enim quem tu alis, etiamſi fuſte percutias, demiſſo capite patienter tolerat, à quo verò nuſquam panem accepit, dentes columellares oſtentat, nihil mirum: pergat igitur ad ſuos ſicut Dauid, cùm dixit pater ſuos Iſai. *Accipe fratribus tuis ephi polenta, & decẽ panes iſtos, & curre in caſtra ad fratres tuos, &c. & fratres tuos viſitabis.* O curiæ! ô aulę regiæ! ô Eccleſiæ! quis inter vos auderet futuri iudicis poteſtatẽ inquirere, in qua re tot millia nummorũ, tot annui prouẽtus, vel pręlatus, vel princeps, vel Archidiaconus impendit. Certè niſi in erogãdis eleemoſynis inſumuntur, neſcio quam poterũt iuſtam rationem reddere. Deuoret familia mille octo pẽſiones, tantũdem valeant, publicis eleemoſynis quatuor mille diſtribuantur, reliqua triginta millia, vel quadraginta vbinam ſunt? Diſponant obſecro ſermones ſuos in iudicium Dei, ſciant quid reſpondeant, & ab illo magno duce regum Catholicorum diſcant reſpondendi rationem, qui quæſitus Neapoli vt rationes redderet, in qua re tot myriadas ducatorum conſumſiſſet, aliquot centum millia in bello inſumpta dixit, reliqua in mittendis & conſeruandis ſecretis exploratoribus penitus fuiſſe impenſa. Certè ô Patres, niſi in eleemoſynis vel largitis eleemoſynis veſtrorum bonorum impenſam feceritis, vt viam cæli exploretis, neſcio quam iuſtam excuſationem prætendere poſſitis; ſit igitur in vobis pietas in largiẽdo, vt dulcis fiat acerbitas in corrigendo, ſit in vobis manna dulcis, & virga in ſupplicium, ſit vinum & oleum quibus vulnera curauit Samaritanus, *dulcis & rectus Dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via.*

Ieſu nomen diuiniſſimum.

Corripiat qui paſcit oues. Simile.

1. Reg 17. 17. Viſitatio Epiſcoporum ſiat panis & virga.

Ad Petrum tandem conuerſus, quem vicarium 13.
ſibi cõſtituerat, annulum Piſcatoris dedit, virtutem videlicet mirabilia patrandi, hoc ô Petre taoquam firmiſſimo ſigillo conſignata manebit fides quam prædicatis, *Signa autem eos, qui crediderint hæc ſequentur, ſello pẽdiente del ſermon que predicaredes.* Quòd ſi iam nõ tam frequenter vocem prædicatoris miracula ſubſequuntur, ideo eſt, quia iã etiam ſine ſigno verba Dei fideles reuerẽtur. Verùm ô quàm opportunè ſubdit, *in nomine meo*, ne Petrus eiúſque ſucceſſores & Apoſtoli ſibi gloriã miraculorũ arrogarẽt. Hac enim de cauſa Deus Moyſis dextrã, cui diuinã poteſtatẽ indiderat, lepra priùs infecit, cuius rationes reddit Theodoretus [a]. Dextera quæ admiranda illa perpetrauerat, cùm priùs fuiſſet lepruſa ſignis diuinis inſeruiuit, & elementa mutauit, quę res Moyſem etiam admonuit, non ſuperbire debere, ſed agnoſcere naturam cum recordatione dextræ

Miracula ſigna ſunt verbi Dei & regij ſermonis.

Exod 4. 6. a Quæſt. 10. in Exod. *Humilis ſit Dei miniſter etiamſi miracula faciat.*

lepra priùs infectæ. Nõ magna efficere non magnũ, multum autem & mirabile eſt, ait Chryſoſt. [a] demiſſè de ſe ſentire, cùm mirabilia per aliquem patrantur. *Minimũ de ſe ſentire*, inquit, *tam magnum eſt, quàm magnas res feciſſe, ſi bona tam magna vis facere, noli ea magna putare, aliter enim magna eſſe nõ poſſunt.* Quorſum enim putas Moyſes (verè de humilitate commendandus) dum filij Iſrael cum hoſte congrediuntur, *ipſe eleuauit manus ſuas ad Deum*, veluti omnem præueniens laudem, ſuo quaſi digito præſentem Deũ oſtendens, cuius Numine & nomine res feliciter gerebatur, ne ſibi aliquis locus arrogantiæ remaneret. Itaque Chriſtus quos fecit magnos, humiles item fecit, quia nomini ſuo, nõ nobis, gloriã dedit. Quod Ioſue vmbra Chriſti adumbraſſe videtur, dum, monente Domino, *Leuauit clypeum contra vrbem Hai, quoniam tibi tradam eam; cùmque eleuaſſet clypeum, ex aduerſo ciuitatis inſidiæ quæ latebant ſurrexerunt, Ioſue verò non contraxit manum, tenens clypeum, donec interficerentur omnes habitatores Hai.* Vides vt habet otioſum Ioſue Dominus ſolum in ſuſtinendo clypeum occupatum, quorſum rogo niſi vt non ſibi gloria, ſed nomini ſuo, *Ieſu*, quod gerebat, tribueretur. Attigit hoc ingenium Auguſtini [b], *vno loco otioſum voluit magna cauſa indicium eſt, cùm enim dux ipſe nihil ſua virtute patrat, ſed feriatus à pugna, & manum modò versùs vrbem hoſtilem protendens, veluti digito præſentem Deum oſtendit, cuius nomine res feliciter geratur*, ad hoc ſemper duces maximos & vexilliferos ſui nominis, in lucẽ edidit, vt non ſibi, ſed diuino Ieſu nomini gloriam eorum quæ patrantur facinorum, aſcribant.

a Hom. 3. in Matth.

Humiles ſic miles Chriſti & nomini Ieſu gloriam aſcribat.

b Serm 93. de tempore Vide Maſſiũ in Ioſue 8. Paez in Cãt. Moyſi verſu 1. annot. 2.

14. Finita vltima cõcione omnes ad Pontificem adorandum tandem ſuo ordine veniunt. Quis poterit quæ tũc contigerunt ſine lacrymis enarrare? Accede Petre, primus Romanus Pontifex tu, eum, a quo delegatam habes poteſtatẽ, adora: tange petra viuam illam petram. O quales amoris & fidei erumpebant ſcintillæ! ô pedes diuinos mihi & orbi venerandos, à quibus meũ caput ter maximam accipit coronam, vos veſtraque veſtigia dum viuam ſequar, etiamſi cruci ſuffigi opus ſit, vt vos comprehendam. Accede dilecte mihi Ioannes, tu pectus, tu latus amaſti, nunc pedem oſculare, ne plores diſcipule mi, qui à ſecretis meis fuiſti, ne lugeas, tibi maiora ſecreta reſeruo; protectio, filius defenſio es matris meæ dilectiſſimæ, meæque charitatis præco vocaliſſimus. Accedunt & reliqui purpurati Patres, veniunt & deuotiſſimæ mulieres, inter quas vna viuæ vocis oraculo ſuorum indulgentiam culparum acceperat, eóque ardentior in amore, feruentior in diſceſſu, quæ ſibi ſine dubio veniam & aliis peccatoribus indulgentias poſtulauit.

In diſceſſu Chriſti & lacrymæ & dulces affectus.

15. Iam meridiano tempore, ſol Dominum expectabat, vt aërem, nubes, cælos, nouo ſplendore veſtiret, & varietate decoraret. Iam arbores patulis ramis, vmbras floribus terram conteſtierat, Palma, vlmus, & laurus in terrã vſque depreſſis ramis, reuerentur. Cùm Pater futuri ſæculi & totius Eccleſiæ mater, ſuis ſtipatus diſcipulis, claues poteſtatis geſtantibus, in prædictum montem conſcendunt; non illi ſolùm intentis oculis magiſtrum aſpiciunt, ſed omnis etiam orbata oculis creatura, multocula fit, flores foliaque explicant plantæ, ramos ad ſacros pedes prouoluunt. O quàm celeri curſu aquæ beari cupiunt candidiſſimis Saluatoris veſtigiis, iam aues à regia Aquila euocatæ venerant polymitis & variis coloribus pictæ peruolando, feſtum in aëre præueniendo, iam Pontificia ſedes nubia periſtromate Damaſceno opere variegato Solis radiis fulgentiſſimis aurea quaſi tela diſtincta, iam cæli ciues occurrunt, inſignia Pontificis præferentes, hic tiarain affert trinæ coronæ, gratiæ & donorum, quæ in incarnatione accepit, ſecundã prædicationis & maieſtatis, tertiam immenſæ ſuæ gloriæ. Hic ſedem magnitudinis, ille claues triumphantis Eccleſiæ, alter ſtemma quinque plagarum in argenteo clypeo affert, ſubſcriptis illis litteris, *Propter quod*, baculum ille Pontificis; alter annulum porrigit. Crucem præire videas, omnéſque ſumma circumfundi lætitia veniunt ad montem, omnes lacrymantes, Virgo innixa ſuper dilectum ſuum nullum de diſceſſu verbum efferens.

In aſcenſione Chriſti gaudia totius orbis.

Vbi ad verticem veniunt, iam amor debitum exigebat extremum, mutuò ſe mater & filius aſpiciunt, & ad vltimum amplexum properant, támque citò lacrymas, quam verba dederunt. O pars vnica triſtiſſimæ matris! ô ſpeculum meis oculis gratum! ô fili, quò ſine matre properas, vna eadémque die filium, ſponſum Patrẽ amittam? Quid mirum te diſcedente meus diſcedat animus, doloreque diſrumpar? quem patrem eligam in tutamen? quem filiũ in delitias? quem ſponſum in lætitiam? conuerte oculos, ô fili, vide vbi me derelinquas, in exilio, in vanitatũ ſchola, in platea doli & mẽdacij. Quid eſt quod hîc me, de tua poſſit abſentia, ſolari, quæ bona non falſa, quæ mala non vera, quies ſine ſeueritate, ſecuritas ſine fundamento, timores ſine cauſa, labores ſine fructu; lacrymæ ſine propoſito, terra denique peccatorum, quæ videre & audire neceſſe erit, mederi autem difficile. Quis ergo me à tantis malis proteget? inermis iſta & infirma diſcipulorum turma! ô quantum indigent ipſi cõſolatione. Putaueram ego, fili, nuſquã me vſque ad exitum deſerturum, & dolorem quem in cruce te moriente accepi, pari amore & officio me è viuis cedente, compenſaturum; verùm te abſcedente ingruent in me omnes anguſtiæ, mors mihi acerbiſſima erit; hæc, quod ad me attinet, dixerim, nam quod tua intereſt gaudeo, vt in ſummam gloriam & ſedem aſcendas. Abi mi Pontifex, cuius nutui obtemperans vbique fui, & in æternum ero, tuam ſuper me extende manum, quæ me ab omnibus aduerſis facile protegat. 16.

Filij & matris ſanctiſſima in diſceſſu colloquia.

Si poſſet cor meum, (ô mater, & Domina) ſenſu & dolore tangi, haudquaquam tuas amoris querelas expectaſſem: debitor tuus ſum in multis, ſed minime ſoluendo, *eneſta partida en que tanto gano, os quedo adeuer en la cuenta.* Sed omnia in mea ſcripſi memoria, imò te in corde fixam habeo, totúmque quantũ es, tu vna occupas. Diſcedo igitur; ſed præcedo, vt regnorum vitæ poſſeſſionem adeam, in quibus præcipuam ſedem tibi præparem. In aram illam cæli conſcendo, vt ibi ſacrum Patri offeram mei corporis & ſanguinis in honorem matris à qua hæc accepi. In ſupremum illud conſilium abeo, vt in eo plagas Patris mei cauſa acceptas manifeſtem, vt tibi & mihi gloriam meritam obtineam. Sumat animos cor tuum tanti boni expectatione. Nunc manes in ſolatium orphanorũ magiſtram 17.

in

in dubiis, aduocatam in litibus, exemplar religionis & pietatis. Quod ad tuam attinet mortem, non opus eſt me expectare, ſomnus, non mors erit, nec in te vires & audaciam habet infernus, iam baþum beſtiarum dentes confregi, iter ego complanabo, reſerabo fores, manum porrigam & auxilium. Eia igitur Domina mea, iam diſceſſus hora adeſt, mutuo nos complexu & amore prendamus. Vale mater, vade fili, à quo etſi corpus diuiditur, nullo pacto diſcedit ſpiritus, mutuò ſe iterum aſpiciunt, ſilent, lugent, & debita reuerentia vtrinque exhibita ſeſe in cælum efferre cœpit humanitas illa glorioſa, ſublatis brachiis, tenſis manibus, nubis charitate circumfuſa, viſenda ſpecie atque maieſtate tanquam in deaurato curru, ſpoliis atque manubiis ornato aëris regionem ſenſim prætetit, cæleſtis iam perſonat harmonia, præeunt ſanctiſſimi Patres, reges clariſſimi diuini vates ex inferorum ſedibus liberati, ſubminiſtrant illi pontificalia paramenta, lucis pallium, tiaram gloriæ, ſceptrum & baculum poteſtatis iudicis & Pontificis, hîc *ſanctus*, ibi *ſanctus*, illic *Dominus*, iſtic *Dominus*, *benedictus qui venit in nomine Domini.* En ſummum Pontificem qui cælos penetrat, quæ mens aut cogitatio capere poterit gloriam & lætitiam infinitam, plauſus pompam ingredientis Chriſti.

Vos ergo viri Galilæi quid hîc ſtatis, ite prædicate & dicite, *Talis talis decebat vt nobis eſſet Pontifex, tal papa hauiamos meneſter, ſanctus, innocens, impollutus,* qui penetraret cælos, gratiam daret, & conferret gloriam.

QVALIS ERGA SVBDITOS PRÆSVL, quanta vigilantia, zelo, exemplo ac prouidentia, quanta erga eum obtemperantia, cultu & obſequio, ſubditus eſſe debeat.

INSTITVTIO LIII.

Ambroſ. de dignitate ſacerdot. lib. vnico cap. 1. & 2.

NON iam ad ſubditum loquor vulgus, quod iugiter monere conſueui, 18.
ſed ad ipſos iam prædicatores vulgi mea verba conuerto, & meis conſeruis, velut obediens ſeruus, audacter prædicare ſalutis communia non verebor. Nec prærogatiuā mihimet ſcientiæ vendicabo, aut vitæ perfectæ me eſſe fateor, cùm de vita perfecta alios moneo, ſed potiùs cùm hæc ad illos loqui audeo, ſimul cum illis quæ loquor audiā. Audite me beatiſſimi Patres, &, ſi dignum ducitis, ſanctiſſimi fratres. Audite me ſtirps Leuitica, germen ſacerdotale, propago ſanctificata, duces & rectores gregis Chriſti; audite me rogantem vos pariter, & timentem, & honorem Epiſcopatus demonſtrare volentem, vt cùm honoris vobis prærogatiuam monſtremus, merita etiam congrua requiramus, nec falli poſſumus in opere qui cognoſcimus veritatem, imò loquentem audimus, *Ego ſum Paſtor bonus, & cognoſco oues meas.* Quibus verbis qualis debeat eſſe præſul oſtendit; *& cognoſcunt me mea*, qualiter erga Paſtorem oues ſeſe gerere debeant declarauit, quæ duo in Paſtore noſtro, eiúſque mirabili cura, zelo, exemplo, conſilio ac prouidentia iam diuerſis in locis contemplati licebit.

Exordium ad eruditionem prælatorū & ſacerdotum.

Hebr. 13. 17.

Obedite (ait Paulus) *præpoſitis veſtris, ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus* 19.
veſtris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes; hoc enim non expedit vobis. Vigilare inprimis penes prælatos eſſe, dignitas & nomen oculorum oſtendit; oculus enim in corpore locum obtinet præ cæteris eminentiorem, vt ſciant prælati, vt ſicut præcedunt alios ſtatus ſui dignitate, ſic & vitæ excellant ſanctitate. Vnde Bernard.[a] Audi canticum minus ſuaue, ſed ſalubre. *Monſtruoſa res eſt, gradus ſummus, & animus infimus, ſedes prima, & vita ima: lingua magniloqua, & manus otioſa, ſermo multus, & nullus fructus.* Reſonare debet ſæpius in aure prælati illud verbum Donati. Præpoſitioni quot accidunt? vnū; quid? caſus tantùm; & quot caſus? duo, accuſatiuus & ablatiuus, hoc enim debet prælatus timere, accuſari de crimine, & auferri de regimine, & ſic turpiter cadere. Oculus porrò in alto poſitus inferiora modica eſſe iudicat, ſic timendum eſt valde, nedum ab alto ſubiectos conſiderat, per ſuperbiam euaneſcat, & ſic ſpiritualiter cadat. Eccleſ. 32. *Rectorem te poſuerunt, noli extolli, eſto in illis quaſi vnus ex ipſis.* Et quia in humano corpore oculus eſt ori ſuprapoſitus, & ore vnico exiſtente oculus eſt geminus, informatur prælatus vt principalius & amplius intendat circunſpectioni, quàm locutioni, vnde & *Epiſcopus* interpretatur *ſuperintēdens*, hoc ipſum in manibus videre licet, quæ duæ ſunt ad largiendum, os vnum ad loquendum, aut edendum. Vnde à D. Gregorio ſanctiſſimè ſcriptum & ſtabilitum habemus. Fuerat Marianus monachus, & ſanctis exercitationibus vacabat iam Epiſcopus. Ad quem

[a] Ad Eugenium.

Prælatus circumſpectior potius quàm loquax.

Decret. 1. p. diſt. 84. c. 2. nuntiatum eſt nobis. & diſt. 86. 1. p. cap. 6.

Largus habēdi manus.

ſcribit Gregor. *Fratrem noſtrum Marianum Epiſcopum verbis quibus vales excita, quia obdormiiſſe eum ſuſpicor. Dic ergo ei vt cum loco mutet & mentem, non ſibi credat ſolam lectionem & orationem ſufficere, vt remotus ſtudeat ſedere, & de manu minimè fructiſicare. Sed largam manum habeat, neceßitatem patientibus concurrat, alienam inopiam ſuam credat, quia ſi hac non habet, vacuũ Epiſcopi nomen tenet.* Itaque optimi prælati nomẽ obtinebit ſi fecerit optima, & locutus fuerit pauca. Secundò vigilans ſit, quia oculi ſpeculantur pro totò corpore, munus quidem ſpeculatoris Epiſcopi, & prælati germanũ. Cæterùm Ber- Ezech. 33. a Serm. 3… in Cant.

20. *Vigilans ſpeculator ſit.* nard.[a] quid dicat audiant. *Parum eſt noſtris vigilibus quòd non ſeruant nos, niſi & perdant, alto quippe demerſi obliuionis ſomno ad nullum dominicæ comminationis tonitruum expergiſcuntur, vt vel ſuum periculum expaueſcant,* &c. Sunt etiam vt Heli cæcutiẽtes, in otio reſidentes, & de exercitu domini rumores tantùm excitantes. *tratan de nueuas y gazetas y no acuden anada.* Sunt etiam velut alter Lamech quaſi cæci, qui dum feram ſagittare

Affectu etiã nimio obcæcari ſolent. putauit, hominem interfecit: ſic & ipſi pleru mque cùm creduntur alicuius perſequi culpam, reuera perſequuntur perſonam. Addam quod ex Cyrillo deprompſi, iſte Lamech ſecundùm veritatem Hebraicam (inquit) legitur primus oculorũ caliginem incurriſſe, & bigamiam primitus induxiſſe, & ex prælatorũ cæcitate certum eſt ſpiritualem bigamiam in Eccleſia originem habuiſſe, vnde legitur 2. *Reg.* 5. Iebuſæos dixiſſe ad Dauid, *Non egredieris huc niſi abſtuleris cæcos & claudos, dicentes: Non egredietur Dauid huc,* & ſequitur, *Cæcus & claudus non intrabunt in templum.* Cæci qui ſint patet, claudus verò dicitur, qui obtentis duobus beneficiis in duabus Eccleſiis cùm ſimul in ambabus non valeant reſidere, inſtar claudi videntur ſpiritualiter claudicare: cæcus etiam, Cyrillus de oculo morali.

Propriis defectibus reſpiciat. quia vtrumque beneficium videre non poteſt. Iſti verò dicuntur in muris Hieruſalem poni, & prohibere Dauid ne valeat templum ingredi, tales enim conſueuerunt hodie

21. in prælationibus ſtatui, & impedire ne bonus aliquis poſſit in Eccleſia promoueri. Tertiò oculus non videt ſibi proxima, ſed ab eo diſtantia. Sic & prælati aliorum vitam diſcutiunt, ſed mores ſuorum collateralium & familiæ propriæ non conſideraut, nec attendunt. Hieron.[b] *Solemus mala domus noſtræ ſcire nouiſſimi, ac liberorum & coniugũ vitia vicinis canentibus ignorare.* Quartò oculus debilitatur corpore ſeneſcente, ſic Eccleſiæ oculos caligaſſe & deteriores laicis eſſe aliquando comperimus. *Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos.* Quintò oculus cæteris membris dolentibus quaſi compatiens lacrymatur. Sic & prælatus inſpectis ſubditorum miſeriis fundere debet lacrymas compaſſionis. Sicut Iob, *Flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat, & anima mea compatiebatur pauperi.* Narrat Valerius Maximus[c] quòd Marcellus captis à ſe Syracuſis aſcendit in ciuitatis arcẽ, vt inde ciuitatem opulentiſſimam, nunc afflictam poſſet aſpicere, cuius & caſum lugubrem intuens fletum non potuit prohibere, quem ſi quis ignarus rei vir aſpexiſſet, alterius eſſe victoriam credidiſſet. Itaque Syracuſana ciuitas hoc ſaltem in tua clade maximè ſolamen habuiſti, quia etſi incolumis ſtare non poteras, tamen ſub victore clementiſſimo cecidiſti. Ploret iudex cùm damnat ſontes, & multo magis prælatus qui & peccata dolere, & necem ouis ſentire debet impenſiùs. Sextò, magna in oculo macula reputatur quæ interdum in membris cæteris modica cenſetur. Sic idem peccatum maius eſt in prælato, quàm in ſubdito: & periculoſius eſt ſi quis dormiat ſuper equum, quàm ſupra lectum, ne dormiat Heli ſacerdos, ne corruens de ſella vitam inopinatò finiat.

b Ad Fabricianũ Epiſt. Iſai 24.

c Lib 5.

22. *Zelo prudenti ardeant.* II. Sed quia quæ viderint, punienda & corrigenda ſunt, ideo diuino & ex amore nato zelo ferantur ad correptionem, & paternæ pietatis memores ſic plectant vt amplexentur, ſic ſupplicio tradant vt peccatorem ad ſe trahant. Chriſtus enim cùm quadam die opus fuit flagellum arripere, ex funiculis confecit, quibus agni ouéſque ad templum vincti inferebantur. Inſtrumentum quidem quo facilius eſſet vincire, quàm acriter aut ſeuerè punire. Similiter etiam cùm occurrit Iacob iter agenti in tale genus pugnæ laceſſiuit, vt ferro non eſſet opus, ſed brachiis, & amplexibus: nam funda, haſta & gladius vocant in diſcrimen vitam hoſtis, lucta verò ad ſe rapit, ſibi coniungit atque deuincit. Vnde Petrus Chryſologus[d] miratur quare Iudæi ſic puniti non ad eum qui puniebat conuertebantur. *Si Dominum fugitis; quare non refugitis ad Parentem?* Vnde ſi ſplendor diuinitatis, & maieſtas quæ lucebat in facie, vt ait Hieron. fugat vos, reuocet paterna pietas, *quare non refugitis ad parentem, ſiempre quando caſtiga el ſuperior dexe vn aſidero y vn cordon de atar corderos de donde ſe aſga el caſtigado y el le trayga aſi.* Rogo enim quorſum ſeptem præmiſit Ægypto annos vbertatis, & poſt illos Ioſephum inclytum & prudentem diſpenſatorẽ, qui illam vbertatem in vtilitatem Ægyptiorum & *Pia correptio ſit.* fratrũ conuertat: *vt eſcas ad viuendũ habere poſſitis,* vt ipſe ait Ioſeph. Nam ſi eſcas pro- Gen. 45.

d Serm. 108.

uidere

uidere intendis, communes anni terræque prouentus ſatis eſſe videbantur; ſi verò fame torquere & punire vis, quare ſterilitatem ſeptem antè annis compenſas, & præmittis inſuper Ioſeph, cuius prouidentia nihil illis deſit. Si denique non vis punire, anni non permittantur ſteriles. Cæterùm alia via non ſimul amor Dei & peccata eorum manifeſtarentur. *Fiat ergo ita vt ſterilitas delicta, prouidentia amorem oſtendat, fames inficiatur, Ioſeph defendat à fame*, & dum à ſe propellere, & à Rege videtur, vinciat fratres, &

a Epiſt. 37.

ſeruos faciat reges omnes Ægyptios. Ita, inquit Auguſt. [a] ordinata eſt poteſtas à Deo, vt cùm iudices terrent eos, ament ſubditi, & porrò ipſi dum terrent ament. *Sicut dilectionem iuſſi ſunt terrentibus reddere qui timent, ita dilectionem iuſſi ſunt timentibus debere qui terrent*: vt impleatur quod ait Ioannes, *Nemini quidquam debeatis niſi vt inuicem diligatis*. Ouis diligat paſtorem, paſtor ouem; ſit itaque ſupplicium tanta cum pietate & charitate mixtum, vt punitio cedat in ſalutem & lucrum eius qui punitur, vt D. Gregorius Nazianzenus de Ionæ fugientis ſupplicio aſſerebat. *Fugiebat Ionas à facie Domini, vel fugere ſe putabat, verùm à mari & tempeſtate, à ſorte cetique ventre, nec non triduana ſepultura maioris myſterij figuram gerente comprehenſus, atque abreptus eſt*. Hæc triſtia ſunt, cæterùm cùm poſt tres dies incolumem euaſiſſe videmus in littore, credimus ſaluum fuiſſe factum per ſupplicium, atque adeò paternum fuiſſe; ſic & vos in vincula, in exilium, in verbera denique damnate, ſic tamen vt ex his amor erumpat, & ſcintillæ charitatis & lucra in caſtigato reſplendeant, & à paterno amore pœnam fluxiſſe demonſtrent.

III. Præcedant etiã exemplo, vt obedientiæ onus faciliùs toleretur à ſubditis; quis 23.
enim credat, mihi gratũ & dulce futurũ ab aliena voluntate duci, niſi ſuperior præeat exemplo. Quod tantummodo obtinere poteſt paſtor qui gregẽ præcedit; hæc enim eſt

Præcedant exemplo oues.

Ioan. 10. 11.

boni paſtoris deſcriptio, *bonus* paſtor (cuius propriæ ſunt oues, mercenarius enim non habet proprias oues) ducit eas, & ipſe cognoſcit eas, ab eiſque cognoſcitur. Cùm enim paſtor ducit gregẽ, remouet impedimenta, proſpicit offendicula, vbetiora paſcua ſpeculatur, & lupum aut etiam leonem venientes fugat, aut infringit & interficit; mercenarius verò non ducit, ſed ſequitur, minatur voce, funda, baculo, & per vim qualicumque via ad paſcua abire cogit: vult enim ſolum vellus extorquere, & lac emũgere, nihil de incolumitate gregis curans. Hoſtilis quidẽ regendi paſcendique modus quem

Thren. 1. 6.

indicat non ſine lacrymis Ieremias, *Facti ſunt principes eius velut arietes non inuenientes paſcua, & abierunt abſque fortitudine ante faciem ſubſequentis, paruuli etiam ducti ſunt in captiuitatem ante faciem tribulantis*: itaque tyranni & inimici ac mercenarij, non paſtoris eſt, per vim & minas gregem impellere, quæ omnia D. Petrus nos admonens videtur comprehendiſſe 1. Can. 5. 3. *Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundùm Deum*, & hoc eſt primum; addit ſecũdum, *neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè, neque vt dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo*, quæ qui non præ-

b Oratione in laudem Athanaſij.

ſtant, ait Nazianzen. [b] ſimiles ſunt cocliti, qui cùm altero oculo caret, defectus eius prauè & ineleganter aſpicit, contorquendo caput, & ſtatim eius deprehenditur defectus, nam cùm ſedes oculi eſt ibi, oculus autẽ deeſt, fœdiſſimus fit vultus ſpectantibus; ſic cùm in prælato aut in cõcionatore verba videmus, & ſpecioſum dicendi modũ, ibidem alterum oculum exempli & bonorũ operum deſideramus, *aqui venia bien el obrar conforme a eſte decir, ven en vos la doctrina y no las obras el lugar del vno delos ojos y no el*

Verbo & opera præluceant paſtor.

c In Pſalm. 118.

miſmo ojo, a feaſe y vermos le feo: quem defectum clariſſimè expreſſit Ambroſ. [c] *Vita bona ſine doctrina gratiam habet; doctrina ſine vita integritatem non habet*: vnde iſti iam iudi-

d Hom 42. in imperfect. & habetur in decreto diſt. 40 c. multi.

cati ſunt, ſuum ipſum defectum oſtentantes, vt notat Chryſoſt. [d] *In iudicio quidem ſi bene vixeris, & bene docueris, omnium iudex, ſi autem bene docueris, & malè vixeris, tui ſolius condemnator es: nam bene viuendo, & bene docendo, populum inſtruis, quomodo debeat viuere; bene autem docendo, & malè viuendo, Deum inſtruis, quomodo te debeat condemnare*, quæ quia communiora ſunt prætermitto.

IV. Subditorum porrò onera ferre debent, nec honore ſolùm contenti ſint, more 24.
Phariſæorum, quorum Dominus errorem deſcribens & exprobrans ait, *alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt ea ſuper humeros hominum: ipſi autem digito nolunt ea mouere*. quæ verba mirificè quorundam prælatorum ſeueritatem in imperando, molliriem in cooperando declarant, *alligant enim onera grauia*. Certè Domine ſi onera grauia ſunt, non mirum ſi poſtea nec ipſi prælati digito poſſint mouere: quòd ſi digito poſſent, non ſunt grauia? Audite: alligant quidem onera grauiſſima, nam explent omnẽ modum, regulas, præſcriptiones, cùm aliis onus alligant, ieiunet, inquiunt, ſileat, impleat obligationes hominis Chriſtiani, religioſi, & talis religionis, nihil ſit otioſum,

Simul etiam onera ferant cum ſubditis.

alligant itaque grauiſſimum onus, ſibi verò nullum, nam licèt graue hoc onus poſſent ipſi portare, tamen *nolunt ea mouere*, non dixit, non poſſunt, ſed nolunt. Ecce inæqualitas,& eo maior, quia volunt cæteros toto corpore & membris humeríſque onus ferant, ipſi verò minima parte ſui, qualis eſt digitus, nolunt illud mouere. Alia etiam iniquitas eſt, quia cùm vires habeant ad alligandum onera, non habent ad ſupportandum, nam eodem ſtudio quo ambitionem & faſtum ſuſtentando,& cutem curando inſudant, eodem & minori virtutis operibus poſſent incumbere. Aliud etiam gubernationis vitium eſt, quia opera virtutis humeris quidem imponenda ſunt, non digitis; hoc eſt, non infirmioribus, ſed valentioribus onera commendanda ſunt. Porrò humeri in Eccleſia & familia religioſa viri graues ſunt,doctiores, ſeniores, nam tyrones & iuniores ſunt quaſi digiti, vnde quid eſſe poteſt iniquius, quàm onus humeri & brachij vni digito commendare? aut quid inde ſpectari poteſt, niſi vt languentibus digitis præ grauitate ponderis languere incipiat tota familia, & relaxari diſciplina: nam in bene gubernata domo, verba Redēptoris ad literam obſeruantur. *Alligant enim onera grauia*, & (iudicio hominum) *importabilia*,ſed *imponunt* ea in humeros hominum,hoc eſt,virorum & ſeniorum: *digito autem ſuo*, hoc eſt, opera nouitiorum & tyronum, *nolunt ea mouere.*

25. *Prouidentia in ſubditos.* V. Prouidere in omnibus debent gregi ſuo noſtri paſtores, vt mutua ac reciproca obedientia oues paſtores ſuos ſequantur, & libentiùs obſequantur,& in eundē finem pariter tendant. Nam temporalis reipublicæ finis eſt pax & abundantia, atque adeò quando vrbis Rector victū prouidit abundè, & iniquos profligauit, puniuitque latrones,expleuit munus ſuum. Noſtri verò præſules cùm Eccleſiæ finis nō ſit temporalis cōmoditas,*operamini nō cibum qui perit*,&c.ſed animarū ſalus,vt minus principale quod tēporale eſt,& cuius cura penes Deū eſt, reſpicere debent.*Primùm quærite regnum Dei,*
Curam verò ſpiritualium habeant imprimis. *& hæc omnia adiicietur vobis.* Quòd ſi iſte eſt finis Eccleſiæ,& religionis, ad eundē reſpiciet ſuperior. Inprimis attendet ſaluti animarum ſubditorum.Secundò vt ſubditi alios ad Dei gregem congregent. Tertiò tāquam additamentū commoditatem temporalē, hoc eſt,ſufficientiā prouidebunt.Quòd ſi hoc tertium tantę ſolicitudinis,tanti negotij plenum eſt, quantæ putas curæ erit cunctorum ſalus, virtus, ſanctitas,morum correctio,abuſuum extirpatio.Vnde D.Paulus cùm poſſet vrgere ſubditos ad obedientiam, noluit, quia temporalis eſt, hanc afferre rationem, nam ratione victus multi etiā dominis carnalibus & Ethnicis obtemperant, ſed ſpiritualem ſubdit; *ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri*,& per hoc ſatis ſupérque laborē prelatorum exaggeraſſe putauit,*vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes;hoc enim non expedit vobis.*

26. *Subditi obtemperantiſſimi nequaquam in ſuperiorē iram oſtendant.* Ex his autem quales ſubditi erga prælatos eſſe debeant elucet. Inprimis obtemperare debent,etiamſi ipſi negligentiores ſint: nam locū Dei tenent, & gratitudo id exigit, primò propter ipſos, *vt non gementes, ſed cum gaudio faciant*: ſecundò propter nos ipſos, *hoc enim non expedit vobis,no os eſtan bien palabras preñadas ni quemaçones.* Sed quia hoc verbū Pauli blandè cōminatur,quid in eo lateat aperiamus. *Mirad que no os eſta biē anojar al ſuperior.* hoc duplici exēplo patefaciam.Habuit quidam ingentem ſummā pecuniæ regis, vocatur ad rationem reddendam, & eum vrget rex, abit ipſe ad amicos ſuos, quibus pecunias mutuas dedit, & orat vt ſoluāt ipſi, ſoluite mihi ne gemā tanto ære alieno regis oppreſſus,*pagadle al contador del rey no vaya gimiendo y quiebre que a vox no os eſta bien que quiebre porque hecharan mano de vos.*Nā cùm ille ſoluendo nō ſit,tu qui debitor eius es,opprimeris à iudice, & per vim extorquebit quod ex gratitudine non reddis. Rationē, inquit Paulus,reddituri ſunt prælati,cûmque non valeant animarum veſtrarum rationem reddere, veſtra intereſt illorū onus leuare,ne gementes ſub ære alieno vobis culpam refundant,& iudex qui ſuperiores vexabat,opprimat ſubditos,& ipſi liberi euadant. Habeo ô ſupreme iudex cauſam ſatis perſpectam, exigis rationem Petti,aut Franciſci:ego vtique,vt benè noſti, eius cauſa labores,vigilias,ſtudia,exhortationes & orationes impendi, quæ cùm nihil profecerint, ego libero animam meam, & manus lauo: tu videris quid de eo faciendum ſit; *igitur non expedit vobis.* Alterum ſimile ex Euangelio deſumam. *Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea* Luc.13 6.
ſua. Vinea hæc eſt Eccleſia, vel etiam religioſa familia, beneficium autem hoc vocationis ad fidem ſeu religionem ſemper in memoria eſſe debet, arbor enim non ſecura eſt, donec altè defoſſa radices mittit in terram, ex cognitione huius beneficij
27. firmitas in fide, & perſeuerantia in religione dependet. Hóc indicat verbum *plantatam*, non ibi natam, ſed aliena induſtria aliunde adductam, *no le hagamos cargo adios de eſtar en la fee o religion.* Beneficium fuit, non obſequium, *non vos me elegiſtis, ſed*

ego

ego elegi vos. & hanc nobis penſionem iniungit, *vt fructum plurimum afferatis*, ſequitur, *& venit quærens fructum*; quaſi debitum exigens, non immemor obligationis, priùs enim videndum eſt an floruerit vinea, *mane ſurgamus ad vineam, videamus ſi floruit vinea noſtra, ſi flores fructus parturiunt.* O miram ſolicitudinem! videntur ſuis oculis velle flores & fructus præmaturos elicere, imò & vinum exprimere, & non qualecumque, *ſed dignum dilecto meo, ad potandum.* Flores vocat catechumenorum & puerorum fidem, & tyronum virtutes; quæ floſculis comparantur, odore & pulcritudine, ſed ſine fructu, in aliis requirendus eſt fructus luſtrandi parochi, viſitanda templa, concionatores audiendi, cellam vinariam probare, ſolet enim vbi merum eſſe deberet acetum abundare. Probate an adoleſcens odorem aut ſaporem habeat ambitionis, auaritiæ aut gulæ, vt qualis in poſterum futurus ſit libeat coniectari: nam ſicut gloriatur quis cùm videt vitem floruiſſe, & minutulis racemulis ſcatere, etiamſi magnitudinis ſinapis grana ſint, vberrimis fructibus iam onuſtam dicit; ſic cùm puerum videmus pium, miſericordem, atque obtemperantem, ô quàm vberes fructus in poſterum auguramur; ſecus verò etiamſi ambitionis grano ſinapis, aut auaritiæ, aut negotiationis alteriúſve vitij, afficiatur, meritò acerbos mores & acres racemos futurum ſuſpicamur. *Si flores fructus parturiunt. Hæc vitia vocat ſponſa vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas.* Sed poſt labores & induſtriam, *fructum quærens non inuenit*, hîc iam impendet lex boni illius agricolæ, *omnem palmitem non ferentem fructum, tollit eum, vt fructum plus afferat.* Ars nouæ agricolationis ſi non dat, auferre vt det, amputare vt creſcat, mortificare vt reuiuiſcat, minuere vt augeatur, exterminare vt ſeruet; vt eleganter ponderauit Tertullianus [a]. Vnde error deprehenditur aliquorum prælatorum, qui miniſtrorum peccata & vitia tolerant, quia aliàs in negotiis & miniſterio ſoliciti & laborioſi ſunt, *Pues trabaxan y hazen fruto permitamosles eſto o aquello, y los ſubditos dicen pues trabaxamos en lo mas ſufranlo que es menos.* Prouerb. 24. *Per agrum hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti, & eam totam repleuerant vrtica, & operuerunt ſuperficiem terræ; ſpinæ* itaque naſcuntur, vitia quæ terram occupant, & fœdant, & inſuper virtutem furantur vitibus, quæ damna ſi non anteuertit, ſtultus eſt, ſi non occurrit eis, piger eſt, atque adeò opus eſt amputare & euellere.

Cant. 5.

Viſitatio paſtoralis ſubditorum.

Ex primordiis ætatum mores futuri dignoſcuntur.

a Lib. de reſurrectione.

Dixit Dominus ad cultorem vineæ. Nota, negotia hæc non arbori, ſed agricolæ 28.
communicantur, putant enim aliqui prouentus & fructus vineæ eis tribuendos; minimè, ſed prælatis & ſuperioribus, hos conuenit Deus, hos vocat in conſilium, *ecce anni três.* O mira exactio! poſt tres annos rationes exigis? ideo tres annos morè Scripturæ numerat, vt denotet eximiam patientiam, & longanimam expectationem, in expectando fructus. *Succide ergo illam:* illud *ergo*, nota eſt conſultantis & ſtatuentis, vocatur enim in conſilium Dei ſuperior, non ſuper qualicumque negotio, ſed ſalutis animarum cauſa, vt vel hac de cauſa eum reuereare quaſi magni conſilij Angelum. *Vt quid etiam terram occupat*, non in crimen vocatur aliquid delicti, ſed nihil bonis operis exhibiti, nempe iuſti & optimi viri locum otioſè occupare, veſtem, munus, ſedem, Eccleſiam. Hæc omnia exiget & extorquebit qui terram inutiliter occupatam dolet, & in rationes adducit.

Dimitte illam & hoc anno, vſquedum fodiam circa illam, & mittam ſtercora, 29.
& ſiquidem fecerit fructum; ſin autem, in futurum ſuccides eam. Nota in primis rationem prælati, qua ratione excuſat ficulneam, & ſibi aſcribit culpam, quia nempe non vt par erat coluerat, *donec fodiam.* Nota ſecundùm, aliud eſſe fodere circa eam, aliud eſt eradicare, aut ſuccidere, hoc intelligant qui quacumque de cauſa queruntur, dicentes, ſuperiores ſibi manus vímque operandi & laborandi fregiſſe, quia correxit, vel leuiuſcula quædam peccata exprobrauit, in ſuperficie erat planta, quæ cùm foderet circa eam agricola, omnino exaruit. Tertiò nota id quod in principio intenderam explicare. Ecce vita arboris ex conſultatione iſta Dei & agricolæ dependet, nam ſi hortulanus non veniam & ſpatium poſceret, actum erat de vite, multum crede mihi de negotiis ſalutis tribuit Deus hortulano tuo, in oratione optimum erit habere eos aduocatos atque patronos coram Deo, *Dimitte illam hoc anno.* Ioab orauit etiam pro Abſalon, quem poſtea contra iuſſa regis tribus confixit lanceis, quia cùm ipſe defendiſſet, ſi poſtea occaſionem necis inferendæ præteriiſſet, non ſe coram populo poſſet ſuſpicionis liberare, nec reſpexit ad mandatum regis, putans intercceſſionis ab eo factæ cauſa filium velle ſuſpicione liberare, cùm verè morte dignum iudicaret,

ret, quod valde notandum eſt, vt ſciant ſubditi quod Paulus ait, *magni momenti eſſe vt non gementes, ſed cum gaudio faciant, hoc enim non expedit vobis.* Noſtra denique ſalus tam ex ſuperioribus, quàm ex nobis dependet, & quaſi connexa eſt, ſicut mundi ordo vitaque mortalium ex cæli motu pendet, qui æquabilis eſt, quia ab intelligentia prouenit, & virtutes influxúſque: hanc intelligentiam expectant; ſic ſubditi omni ſint virtute prædıti & idonei, ſed ſeipſos non applicent ad munera, quid confert talentum habere, niſi gubernes illud; lucidiſſimus planetarum eſt ſol, & tamen fabulantur poëtæ, cùm quadam die currus eius auriga inexpertus regeret, mundum incendit, & ipſe interiit: nos ſubditi vocamur, vt in obedientia degamus, & talenta ab alio gubernentur; ſic enim minima ſtella, hoc eſt, quodlibet donum & minima gratia in totius orbis vtilitatem redundabit, ſecus verò ſol mortem orbi afferet.

VERBVM PATRIS.

Abdiæ verſ. 17.

Et in monte Sion erit ſaluatio, & erit ſanctus: & poſſidebit domus Iacob eos qui ſe poſſederant.

A paſtore optimo exturbantur idola, nunciatur vera fides, vnum ouile colligitur, vigilantiam, ſapientiam & manſuetudinem paſtores ſuos Chriſtus docet.

DISCVRSVS CLVII.

1. *a Lib. de diuinis nominib. c. 1.*

PER *diuina nomina quæ nobis in ſacro eloquio traduntur* (ait D. Dion.[a]) *duo cognoſcimus, & ſancti luminis diffuſionem, & ipſum principiũ eius diffuſionis.* Sicut cùm audito hoc nomine, *Creatoris*, in quo ſignificatur eſſentia creaturarum à diuino fonte mutuata, recurrimus ad huius diffuſionis fontem, ibique omnipotentiam inueſtigamus: at verò hodierno diſcurſu, vbi Chriſtus ſe paſtorem nuncupari voluit, ad omnia eius attributa perſcrutanda vocamur, hæc enim & paſtoris munus, & Euangelij verba quaſi intento digito oſtendunt, vt in ipſo iam videre libet, & ad extremum verba Abdiæ latiùs explicabimus, in quibus noui Paſtoris Iacob nuncia affert lætiſſima, & ſalutem in domo boni paſtoris diſpenſandam prædicat, non Iudæis ſolum, ſed Gentilibus etiam, *& in monte Sion erit ſaluatio, & erit ſanctus, & poſſidebit domus Iacob eos qui ſe poſſederant*; & quia ab optimo paſtore tanquam ab exemplari veri Eccleſiæ paſtores, & non mercenarij excitandi ſunt, addit, *& aſcendent Saluatores in montem Sion iudicare montem Eſau, & erit Domino regnum.* Primò igitur paſtorem bonum ex Euangelio deſcribam, deinde quales ad eius normam & exemplar debeant eſſe paſtores & prælati explicabo.

Per diuina nomina Dei eſſentiam & attributa inueſtigamus.

Paſtoris nomẽ Dei attributa comprehendit.

Abdiæ v. 17.

DIVISIO DISCVRSVS.

2. *Ego ſum paſtor bonus.* Res quidem ſolerti conſideratione digna, poſt ſanguineũ paſſionis triũphum, poſtquã inimicos profligauit, & arcem Eccleſiæ recuperauit, poſtquam ſtrenui ducis ſpecimen dedit in reſtaurandis & reficiendis militibus, mœniis, turribus, & cordibus Apoſtolorum excitandis, poſtquam eoſdẽ in præſidiũ & cuſtodiã Eccleſiæ deputauit, *ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos*; ego enim veni vt expugnarẽ vos, mitto vt retinere, & conſeruare, partaque tueri ſtudeatis, ac denique poſtquam armis inſtruxit, muniuit gratia, pace ſtabiliuit, qua inter ſe conuiuere poſſent, *pax vobis*, & ſpiritum impertiuit ad propellendos hoſtes, *accipite Spiritum ſanctum*, quo quaſi igne totus ardebit exercitus aduerſarius, vt idem Abdias prædixerat, *& erit domus Iacob ignis, & domus Ioſeph flamma, & domus Eſau ſtipula, & ſuccendentur in eis, & deuorabunt eos.* Poſt tam inſignem victoriam nulla alia ſpolia ſibi Chriſtus aſſumit, niſi in clypeo albo ſacratiſſimi corporis inſigne illud quinque plagarum, hoc ſtemmate & titulo ſubſcripto, *Ego ſum paſtor bonus*; inſigne quidem quod alta indiget ponderatione, maximè cùm in Græco intento digito, *ille*, paſtor bonus maximè denotetur.

Inſigne Chriſti & ſtemma quod ſit.

Paſtor. Præclarum munus à ſacris Patriarchis non illuſtratum ſolùm, ſed conſecratum, & quaſi quid beatum & à crimine alienum Deo dedicatum. Quid enim vtilius reipublicæ, quàm triplex illud munus Patriarcharũ vineas plantandi, ſicut Noë, *cœpit Noe vir agricola exercere terram*; ſeminandi, ſicut Iſaac, *ſeuit Iſaac in terra illa*; paſcendi greges, quo frequẽtiùs vſi ſunt, vt Iacob Ioſeph & fratres eius ingenue faſſi ſunt. *Paſtores ouium ſumus*, munera quæ in orbem inferunt, panem, vinum & carnem, pura quidem negotiatio, quæ penes Deum habet prouentum, & eius nititur prouidentia, mercator enim cum mundo negotia tractat, & aliquando cũ diabolo, paſtor verò & agricola Deo familiariùs, & cælo confidit, lucraque expectat, non tam induſtria, quàm fide comparata. Nec enim agricola lucris inhiat, nec ex fœnore viuit, nec vſuratio contractu rem ſuam auget, ſed ita eſt ſincera eius negotiatio, vt Deus in terris poſitus nullum aliud obire munus voluerit, quàm ſeminandi, *Luc.* 8. plantandi vineas, *Matth.* 7. & paſcendi oues, vt videmus *Ioan.* 20. Nam amore, ſolicitudine & labore ſuperat paſtoritia ars aliam quamcumque, ſemel enim terræ amãdato ſemine, & plantata vite, Deus eſt potiùs agricola, *nam neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.* Agricola etiam vrbem accolit, plateas adit, & tribunalia, vnus verò eſt paſtor quem cura gregis abſorbuiſſe videtur, gregis ſui bono ſẽper intẽtus, & rei addictus. Tu enim mi Chriſte, totus es in ouium tuarũ cura, cor tibi ſurripuiſſe videntur, *Quid eſt homo quòd memor es eius, aut quid apponis erga eum cor tuum.* Superat item paſtor

3.

Munera vtiliora reipublicæ obierunt Patriarchæ.

Gen. 26.

Mercatura periculoſa.

Sincera agricolarum negotiatio.

Apud Chriſtũ nomen paſtoris competit.

ratione

ratione oues, etiamſi animal eſt, ſic Chriſtus Paſtor noſter digne ſit, qui homo cùm ſit, ſuperat diuinitate oues ſuas, qua potuit in cælum perducere, *In intellectibus manuum ſuarū deduxit eos.*

4. *Ille*, ait Græcus textus, *ille*, præſignatus à Prophetis, ſcribunt ſapientiores Hebræi in ſuis analibus memoriæ proditū, cùm Populus erat in Ægypti ſeruitute, templum, altare ac Deum, vt poterat, coluiſſe, Deum autē paſtoris forma pelle, baculo, & oue ex vna parte, ex alia digito ad paſcua intento, præfixo in eius fronte nomine *Iehoua*: nunc ergo ait ad Iudæos: Ego ſum, *ille paſtor, ille bonus*, quod ex Euāgelio probat, primò quia homo eſt & Deus, in quo excedit oues; & ſuperat paſtores qui homines tantùm erāt. Deus autē verus eſt paſtor, vnde Plato [a]. *Sicuti beſtiæ nequeunt à beſtiis duci feliciter ſine homine, ita nec homines ab homine ſine Deo*, ideo dixerat, *Suſcitabo ſuper eas paſtorem vnum*, qui ſolus eſt verus paſtor, quia Deus eſt, & ita addit, *vos autem greges mei, oues paſcuæ meæ homines eſtis. Ille*, qui vere ſolus eſt, *qui animam poſui pro ouibus meis*; cæteri namque pro Chriſto potius, & pro ſeipſis, quàm propter oues mortem ſubierunt; ideo cum D. Leo, *Non dedere Martyres, ſed accepere coronas*, ille qui *bonus* nuncupatur, vt explicat Rupertus, ex aliis verbis Chriſti Domini, *nemo bonus, niſi vnus Deus*; nam ſicut multi boni ſunt, ſed nemo ſic bonus vt Deus, ita multi boni paſtores fuerunt, qui animas ſuas pro ouibus dederūt: ſed eo modo quo Chriſtus bonus eſt paſtor, animámque ſuam pro ouibus poſuerit, nemo præter illum bonus fuit paſtor; atque adeò ego ſum *ille paſtor, ille bonus*.

Vere Deus paſtor & ſanctus.

a Lib. de regno.

Ezech. 34.

5. *Bonus.* O quam facile probat hoc D. Dionyſius! bonum enim eſt ſui diffuſiuum; quid ergo ſui retinuit bonus hic paſtor, in primis paſcua vbertima & latiſſima dedit, ſicut declarat Ambroſ. [b] *Illa verba: Ecce dedi vobis omnia quaſi olera virentia, eſtas criaturas os doy por principio y como por enſalada del conuite que os daré.* Vnde errant, inquit Auguſtinus, qui in his multū immorantur, & creatura fruuntur tanquam vltimo fine. Iſai 32. *Gaudium onagrorum, paſcua gregum, donec effundatur ſuper nos ſpiritus de excelſo, para deſpertar el appetito de las viandas eſpirituales nos dieron lo temporal*, ipſi verò his ſaturantur tanquam qui ſpem non habent alterius cibi præſtantioris. Iudas, *Quæcumque ignorant blaſphemant, quæcumque autem naturaliter tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur.* Dedit etiam fontes aquarum, *Super aquam refectionis educauit animam meam, conuertit, tal agua medio en ſu abreuadero que me voluio el alma al cuerpo.* Doctrinam intellige & ſacramenta, ait Niſſenus [c], *aqua ſapientiæ potauit eos.* Medelam inſuper ouibus attulit. Sicut paſtor ſolet in cornu oleum impetri deferre, *erexit nobis cornu ſalutis noſtræ*, ſacramenta nempe, vt exponit Origenes [d], *Acuas al paſtor que ſuela guarda no ſe os ſuba la modorra ala cabeza.* Oculos inſuper ſuæ prouidentiæ conuertit ad inſtar vigilantis paſtoris, qui cùm pulcras & pingues videt oues, lætatur. Sic Chriſtus, *cognoſco oues meas*, & in quamcumque partē conuertit oculos, & quamlibet ſigillatim inſpicit, *firmabo ſuper te*, ſuper quem Domine, ſuper te, & ſuper omnes, *oculos meos; a cada vna mira.* Et qua ratione retribues ei? ſi ipſum reſpicias, *& cognoſcunt me meæ.* Manus deniq; & humeros in hoc munere collocauit; cum perditā quæſiuit cōfectā ſanauit, *con cierta ala pierna quebrada y cojal. Zata entre*

Bonum paſtor eſſe probatur Chriſtus.

b Lib. de Noë & arca, c. 25.

Bona temporalia non ad Saturitatem data.

Verſ. 24.

c In Cant. c. 5.

d Super Iſai. 37.

Oculi prouidentiſſimi paſtoris optimi.

Manus liberales & manſuetæ commodi occupantur.

cañas la canilla, & quam à ſe longiùs receſſerat reuocauit. Sed ſupereſt aliud boni paſtoris ſignū:

Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. 6.

Poſt hæc omnia cum vita profudit, opus quidem vnico & bono paſtore dignum. Deſcripſit hunc in ſummo ſacerdotis ornatu, in quo, vt notat Gregorius, nomina filiorum Iſraël tam humeris, quam pectore inſeruit, ne poſſet in vllam partem oculos conuertere, vbi ouiū ſuarum nomina curam paſtoralem refricarent, maximè autem in corde vigeret memoria & amor eorum, in fimbria autem veſtis cymbala concrepantia appendit, vt vbi pedem figat ſacerdos conſideret, ſentiunt enim & perſonant vbique inceſſus eius, *ſon paſos cāpanudos y que hacen ruido los de los prelados.* Sed vt nouo inſigni onus ſacerdotij denotaretur malogranata inter cymbala pendebāt, quaſi dicat Chriſtiano præſuli nulla alia ſeminata aptiora, quā malum granatum, quod inter alios fructus corona inſignitū eſt, *fruta ennoblecida que todas las demas eſtan deſlocadas delante de ella.* Sed in eo cæteris præſtat quòd medium ſcinditur vt creſcant grana, & in fragmenta rumpitur ne viſcera anguſtias patiantur, *rebienta ella por que engorden ſus granos.* Dignum quidem boni paſtoris exēplar qui à delitiis abſtinet, & attritis veſtibus vtitur, vt oues paſcātur, nutriantur pauperes, faſtū & externum cultū à ſe auferens, vt eius honorē poſſit ſuſtentare; talis paſtor dignus eſt corona, & boni paſtoris nomē meretur. Eius autem conſummata perfectio eſt, cùm omnia etiā animā pro ouibus ponit; ſicut Saluator noſter: nam oſtium ſe nuncupauit, ſed nō dixit *bonum*, lucem, ſed non bonam, nā qualecumque ſit oſtium, qualiſcumque lux, ſufficit; paſtor verò bonus eſſentialiter debet eſſe, nam vna deficiente bonitate, diligentia erit cupiditas, ſapientia erit aſtutia, iuſtitia erit ſæuitia, miſericordia remiſſio, grauitas, prophana & ſecularis: at ſi bonus ſit vndequaque eſt cōſummatus, eiúſque munus boni certaminis nomen meretur. *Bonum certamen certaui.* Nā omnes expleui partes, quas tu non prætermittas, *argue*, ſicut Baptiſta, *obſecra*, vt Ieremias, *increpa* cum Helia, *in omni patientia*, ſicut Michæas, qui ad alapam tacet, *& doctrina*, vt Iſaias, qui iam ad principes, iam ad miſeram plebeculam verba accommodabat; tu verò vigila ſicut Ezechiel. *Speculatorem dedi te, in omnibus labora ſicut Moyſes.* Et hoc eſt bonum certamen, & boni paſtoris opus, quaſi malumgranatum corona inſignitum, *In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ.* Super hæc autem omnia exemplum ſummi Paſtoris conſidera, qui perfectis omnibus meritò dixit, *Conſummatum eſt: aqui ſe remata la labor y forma de vn buen paſtor*, quum videlicet *animam dat pro ouibus ſuis.* Renuebat mors accedere ad extinguendam vitam, ideo vocat eā, veni mors,

7. iam quæ mei muneris ſunt peregi, *conſummatum eſt*, vt diſcant paſtores, ne opus imperfectum relinquant, vel labori ſuperſedeant. *Miniſterium tuum imple*, in nullo deficias, per hanc enim partem mors tibi ingruet æterna. Cùm eques cataphractus in bellum prodit, ſi inter præliandum pars armorum aliqua vel fibula diſſoluitur, ſumma ſolicitudine premitur, ne in eam partem haſtam vel ictum gladij vibret inimicus. Videat prælatus vbi mordeat conſcientia, vnde angor animi naſcatur, ibi enim imperfectus eſt, & inermis, *allí le falta pieza*; ſi verò quiete animum poni debet, ex eo ſit quòd ſe vndique

Suam poſuit pro ouibus ſuis.

Inceſſus compoſitus & cautus prælatorum.

Symbolum pietatis prælatorum.

Integrè bonus ſit paſtor.

Integritas prælati.

inſtructum videt, *Miniſterium tuum imple, tunc non confundar cùm perſpexero in omnibus mandatis*
Pſal. 118. *tuis.* Quare cùm bonum ſit ex integra cauſa, & malum ex quocumque defectu, Christus Dominus qui præ omnibus tuos adimpleuit boni Paſtoris nomē promeretur, & corona quaſi malum granatum deſignari, & inter reges titulo inſignari: quamobrem etiamſi in crucem quaſi latronem egerint, cùm tamen ibi quaſi malumgranatum viſcera & latus aperuit, vt tam pro amicis, quàm pro inimicis oraret, opportunè ſatis titulo Regis donatur, & in facto ſuo perſiſtit Pilatus, *Quod ſcripſi, ſcripſi.* Rectè quidem verbo & opere probauit hîc bonum eſſe Paſtorem, ſiuite, ſic enim trahet omnia ad ſe, nec enim myſterio vacat in templi columnis malogranata iuxta retiacula & catenulas collacata fuiſſe, niſi vt oſtenderetur cùm hæc malogranata, nempe Chriſti vulnera pateſiant, quæ corda non ad ſe trahet, quas animas in retia ſua non coget, quos non deuinciet, & in catenas coniiciet homines? trahet quidem ad ſe oues omnes, etiamſi apud Indos vltra Oceanum deliteſcant, *vt fiat vnum ouile, & vnus paſtor.*

Apud in cruce Regis nomen Chriſto datū.

Chriſti vulnera ad ſe rapiunt animas.

8. Vidimus boni Paſtoris exemplar in Chriſto ſatis expreſſum, operæpretium erit ſecundum hoc exemplar boni Paſtoris & concionatoris imaginem efformare: in qua illa tria, vel quatuor Chriſtum maximè referre videntur, *vox*, hoc eſt, doctrina, *manus* rectę operationis, *oculi* ſapientię, & prouidentiæ, & virga directionis & correctionis. Quum itaque Chriſtus tales habeat paſtores, meritò ab Abdia Saluatores vocantur, & ad Chriſti ouile gentes pertrahent vniuerſas.

SVADIVISIO DISCVRSVS.

9. I. *Et vocem meam audiunt.* Meritò boni paſtoris munus à voce, & munus ouis ab auditu incipit. Nam ſine voce & doctrina verbi paſtor eſſet & Idolum, quod os habet & non loquitur, inde in ſacro eloquio paſtores & Doctores coniunguntur. *Conuertimi* (inquit per Ierem.) *ego vir veſter dabo tibi paſtores iuxta cor meum, qui paſcant te ſcientia, & doctrina.* Et per Iſai. *Non vocabitur vltrà is qui inſipiens eſt, princeps,* &, vt ait Varro [a], Magiſtratus vocantur quaſi magiſtri, & D. Chryſoſt.[b] *Multum* (inquit) *ad Eccleſia ædificationem confert, ſi præſules doctrina gratia polleant, quæ niſi adſit, plurima eccleſiaſtica diſciplinæ peribunt.* Munus autem ouis ab aure incipit, ideo enim, vt obſeruat Ambr.[c] populo dicitur Deut. 6. *Audi Iſrael, Deus tuus Deus vnus eſt. Prima vox Dei dicit tibi, audi, ſi audias cuſtodies vias tuas, & ſi lapſus es citò corrige, non dicit loquere, ſed audi. Ideo Eua lapſa eſt, quia loquuta eſt viro quod non audierat à Domino Deo ſuo:* vnde ouis illa quæ quondam errauerat, ait, *Aures autem perfeciſti mihi*, id eſt, me promptum ad audiendum reddiſti, & Chaldaicè habetur, *aures ad auſcultanda præcepta tua formaſti mihi*, ne iterum perire contingeret; quod ſi contingat, ſpes adhuc reliqua eſt ſi eſt auris obediens verbi Dei, ſic enim tropologicè explicatur Amos, *Quomodo ſi eruat paſtor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, ſic eruentur filij Iſrael.* Rugiat licèt leo, imò deuoret, ſi tamen adhuc extremum auriculæ remanſerit extra os leonis, adhuc, inquit Deus, hæc ouis omnino non periit, poſſum enim ego diuinus paſtor ad aurem clamare, imò per eam, totam ouem extrahere, dum enim ſupereſt auris ad auditum, adhuc ad vitam poteſt reuocari. Vnde Bern.[d] de Centurione ad vocem Chriſti clamantis, conuerſo ſic ait. *Si attenderet quod apparebat, quid niſi deforme & nigrum oculis ſpectantium occurrebat? & ſolus erat riſus, qui ſolus potuit eſſe terrori, ſolus honori eſſe debuerat? vnde igitur aduertis pulcritudinem, videns quòd ſic clamans expiraſſet; ergo ad vocem credidit, ex voce cognouit, erat enim forſaſſe ex ouibus eius, de quibus ais, vocē meā audiunt.*

Paſtor ſit & Doctor.
Coloſſ. 4.
Cap. 3.
Cap. 32.
a Lib. 4. de Latina lingua.
b Hom. 15. in 1. ad Timoth.
c 1. Officiorum c. 2.
Ouis munus eſt audire & obtemperare.
Cap. 2.
d Ser. 28. in Cant.

II. Manus ori & doctrinæ conſentiant, ne ſit vox Iacob, manus autem Eſau. Nam, vt ait Hier.[a] *qui idoneus eſt ad ducendos fideles,* priùs debet oſtendere ſe aptum, vt exemplo doceat, quod eſt totius Eccleſiæ fundamentum, idque efficaciſſimum. Et Nazianz.[b] de patre ſuo ait, *Ferinos hominum mores haud magno negotio mitigauit, tum paſtoralis artis ſermonibus, tum etiam quod ſe velut ſpiritualem quandam ſtatuam ad optimæcuiuſque actionis pulcritudinem expolitam ad imitandum proponeret;* & Bernardus [c], *Locus ſummus, & animus infimus, ſedes prima, & vita ima, lingua magniloqua, & manus otioſa, ſermo multus, fructus nullus.* 10.

a In cap. 13. Ierem.
b Orat. 19.
c 2. De conſiderat.
NOTA
Vide Naz. Orat. 1. Apolog. & oratione 11 & epiſtol. 64. Tert. lib. de pallio, & lib. de ſpectaculis, Cypr. epiſt. 4. D. Bern. epiſt. 205 & 58. & 59.

III. Oculi ſapientiæ, inſpectionis & vigilantiæ, paſtorem eccleſiaſticum denotant, ideoque hanc allegoriam exactius, quàm ſolemus, proſequemur. Primò enim oculus in corpore locū obtinet præ cæteris eminentiorem, vt inſtituantur prælati, vt ſicut præcellunt alios ſtatus dignitate, ſic & vitæ ſupereminieant ſanctitate; nam, vt ait Gregor.[d] *Moribus debet eſſe conſpicuus qui cæteris præmittitur, vel præponitur imitādus.* Et Bern.[e] vt ſuprà modò dicebamus, *Monſtruoſa res eſt gradus ſummus, & animus infimus,* &c. timeant tamen caſum qui in alto ſunt poſiti, ſicut ad Eugenium ſuū aiebat Bern.[f] *Factus es de filio meo Pater meus Eugenius, magna prorſus mutatio, qui poſt me venit ante me factus eſt, fateor, non inuideo, conſidero namque gradū, & vereor caſum.* Reſonet ſæpius in auribus prælati illud verbum Donati: Præpoſitioni quot accidunt? vnum; quid? caſus tantùm; quot caſus? duo, accuſatiuus, & ablatiuus, hoc enim debet prælatus timere, accuſari de crimine, & auferri de regimine, & ſic ignominioſè cadere, vnde cùm os vnum tantùm ſit, oculi gemini ſunt, vt paſtor principalius & amplius intendat circonſpectioni, quàm locutioni. Vnde Ariſt.[g] ait, *Spetioſum eſt & honorificum in rege abſtinere à multiloquio, niſi neceſſitas id expoſcat.* Secundò oculus ſpeculatur pro toto corpore, ſic etiam prælatus in Eccleſia habet ſpeculatoris officium, Ezech. 33. *Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael.* Sed audiant noſtri vigiles quid de eis dicat Bern.[h] *Inuenerunt me vigiles qui cuſtodiebant ciuitatem. Parum eſt* (inquit) *noſtris vigilibus quòd non ſeruant nos, niſi & perdant: alto quippe demerſi obliuionis ſomno ad nullum dominicæ comminationis tonitruum expergiſcuntur, vt vel ſuum periculum expaueſcant, inde eſt vt non parcant ſuis qui non parcunt ſibi, perimentes pariter, & pereuntes. Quem dabit mihi de numero præpoſitorum, qui non plus inuigilet ſubditorum vacuandis marſupiis, quàm extirpandis vitiis.* Sunt tamen velut Iacob cęcutientes, qui in formā crucis cancellatis manibus dexteram ſuper Ephraim ponunt, quoniā principales intentiones & operas terrenis infigunt, & per Ephraim, quod interpretatur *frugifer*, deſignantur; ſuper Manaſſem verò qui interpretatur *obliuio*, & ideo ſignificat cæleſtia quæ ſunt à multis obliuioni tradita, ſiniſtram manum collocant, quoniam ſecundarias intentiones & ſtudia æternis & cæleſtibus applicant.

Vigilans ſit.
d Moralibus.
e Ad Eugenium.
f Ibid.
Vitia prælatorum quænam ſint à ſimili oculorum.
11.
g In libris de ſecretis ſecretorum ad Alex.
h In Cant. ſer. 57.
Hæc eadem habes ſuprà breuius ſ. mis.

Sunt

Sunt etiam cęci velut alter Lamech, qui dum feram ſagitta transfigere putauit, hominem interfecit: ſic & ipſi plerumque cùm creduntur alicuius perſequi culpam, reuera perſequuntur perſonam. Iſte Lamech fuit primus (ſi Hebræa conſulimus) qui oculorum caliginem incurrit, & bigamiam primitus induxit; cæcus enim prælatus eſt, qui dum beneficia obtinet, & bigamus, qui ea poſſidet: hi cæci & claudi non debent intrare in templum, vt Iebuſæi dixerunt ad Dauid.

a Reg. 5.

Quid enim præſtat ſi oculos habeant ſicut pauones, ſi illis nihil vident.

12. *Familia ſua vitia corripiat prælatus.*

Tertiò oculus non videt adhærentia ſibi, ſed ab eo diſtantia. Sic & paſtores aliorum vitam & vitia ouium diſcutiunt, ſed mores ſuorũ collateraliũ & familiæ propriæ non conſiderant, nec attendunt, vt verè poſſint dicere illud Pſalmi, *Lumen oculorũ meorum & ipſum non eſt mecum*: nam, vt ait Hier.[a] *Solemus mala domus noſtra ſcire nouiſſimi, ac liberorum & coniugum vitia vicinis canentibus ignoramus.* O vtinam oculi in ſeipſos reflecti poſſent, vt ſuorum vitam & mores inſpiceret, viderent ſiquidem in domo ſua ſuperbiam, iuxta illud Iuuenalis,

a Ad Fabricianũ epiſt. 66.

Vitia domeſticorum præſulis & paſtoris.

Maxima quaque domus eſt plena ſuperbis

Inueniret etiam domi homines ſeipſos odio proſequentes, & inuicẽ inuidentes. Vnde Poëta,

Claudianus.

Regales famuli ſocium ſpreuere ſuperbi.

b Ad Eugen.
Gen. 30.

Et Bern.[b] *Curia bonos recipere ſuccilius quàm malos conſueuit.* Dicat igitur cum Iacob, *Iuſtum eſt igitur vt etiam aliquando prouideam domui meæ*; ſicut enim ſol non poteſt illuminare remota, niſi illuminet media, ſeu propinqua; ſic nec prælatus, qui eſt vt ſol in Eccleſia, poterit bene illuminare ſibi commiſſam Eccleſiam, niſi illuminet propriam familiam; & Poëta,

Dat dominus domui viuere more ſui.

Caligare ſolẽt oculi Eccleſia.

Quartò, oculus debilitatur corpore ſeneſcente, ſic proh dolor! Eccleſia ſeneſcente oculos caligaſſe videmus, & ſicut in Iacob ſolus viſus defecit, ſic in Eccleſia ad guſtum, ad tactum, ad auditũ viget ſenſus, oculi autẽ defecerunt. Quintò, oculus cæteris membris dolentibus quaſi compatiens lacrymatur, ſic & paſtor inſpectis ouium ſuorũ miſeriis erumpere debet in lacrymas compaſſionis, Ier. 13. *Plorans plorabit, & educet oculus meus lacrymam, quia captus eſt grex Domini.* Sed longè aliter ſe res habet, ait Bern.[c] *Cùm prælatorum quotidianas expenſas quotidiano reciprocamus ſcrutinio, & continua dominici gregis detrimenta neſcimus: de pretio eſcarum, de numero panum quotidiana cum miniſtris diſcuſſio eſt. Raro admodum cum presbyteris colloquia celebras de peccatis populorum. Cadit aſinus, eſt qui ſubleuet: perit animus, & non eſt qui reputet.*

c Ad Eugen.

Mediocribus ſint contenti prælati.

Sextò oculus pilos habet in palpebris, quorũ quantitas non augetur proceſſu temporis. Pili temporalia ſignificant, quæ ornant & ſuperfluunt, vt ſciant paſtores non debere temporalia multiplicare, ſed mediocribus ſint contenti. Sed ô crimen, iam piloſi facti ſunt, & *piloſi habitabunt ibi*, in Eccleſia videlicet. *Piloſi* ſunt homines diuitiis temporalibus inuoluti; & *piloſus clamabit alter ad alterũ*, hodie nãque videmus in Eccleſia quòd piloſus piloſũ vocat, quoniã diues diuitem inuitat, cùm tamen dicatur, *Cùm facis prandium, aut cœnam, noli vocare diuites, ſed voca pauperes.*

Iſai. 13.

Matth. 13.

Septimò magna in oculo macula reputatur quę interdũ in membris cæteris modica cenſeretur; ſic & ſpina plus lædit oculum quàm manũ, nec enim fruſtrà peccante populo, principes iubet Deus in cruces tolli contra ſolẽ, & auertatur furor meus ab Iſraël. Vnde ſapienter auctor naturæ prouidit, vt in ſole nõ eſſet macula, ſicut eã eſſe videmus in luna, & rarò, aut nunquam in ſacra Scriptura de obſcuratione Solis fit mentio, quin ſtatim ſequatur lunæ, & ſtellarum obtenebratio[a], quia prælato peccante conſequenter peccant ſubditi.

a Iſai. 13. Obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo
Ioel 2. Sol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum.
Ioel. 3. Sol cõuertetur in tenebras

IV. Virgam habeat duplicem quam deſcribit Zacharias, *Alteram vocaui decorem, alteram verò vocaui funiculum*; decet enim paſtorem manſuetudo & lenitas, quibus dulcoratur prudẽtia, vnde *Apoc.* 7. de Chriſto dicitur, *Agnus qui eſt in medio throni reget eos, & deducet illos ad vitæ fontes.* Mirabile quidem munus ducendi agno conceſſum, non paſtori, ſed quidem idem agnus paſtor eſt, ſed agnus dicitur ducere, quia manſuetudine & benignitate quẽ non alliciet, quis non imitabitur, cùm ſummum præſulem ſic mitem videat, vt agnus nuncupetur; ideo S. Baſilius[a], *Maximam omnium virtutum manſuetudinem*, nuncupauit, & ad conciliandam Dei & hominũ gratiam præſtat vniuerſis, vt ait Chryſoſt. *Neque Deus ita diligit propter virginitatem, ieiunium, contemptum diuitiarum, vt propter mites mores*, ſicut Pater amat filium qui magis patriſſat, quàm matriſſat; hæ quidem virtutes magis à gratia ſunt, & ei ſimillimæ, mitias verò Patris diuini naturam & mores exprimit. Quare dum prælatus ad ſuſcitandum ſubditum baculum præmittit, non eſt vox, neque ſenſus, vt notat Petrus Damianus[b], ſed quem terroris virga ſuſcitare nequiuit, dum ſe demiſit, & paruulo accommodauit, facilè ſuſcitauit. Sed aliquis rigor immiſcendus eſt manſuetudini, vnde Rupertus[c], *Sicut clementia honor eſt principis, ſic & honor Regis qui iudicium diligit, etenim vbi totum punitur, regia ſeueritas crudelitate polluitur, vbi verò totum remittitur, facies maieſtatis ſine metu diſciplina contẽnitur.* Vnde apud Ægyptios regni hieroglyphicum erat *apis*, vt oſtendit Pierius[d], vtpote quia aculeum habeat & dulcedinem, quod ipſum in Deo laudauit Dauid, & diſſerit Auguſtinus[e]. *Dulcis & rectus Dominus, ama quòd dulcis eſt, time quòd rectus eſt.*

Manſuetudo & lenitas cũ ſeueritate cõiũcta.
a Hom. 9. in Pſal. 33.
b Lib. de cõtemptu ſæculi, c. 28.
c Lib. 5 in Gen. c 37.
d Lib. 27.
e Lib. 5. de ciuit. c. 24. Felices eos Imperatores dicimus, &c.

14. *Oues per nouũ orbem diſperſas colligendas in ouile Chriſti.*

His igitur dotibus qua ratione Paſtor omnes oues non trahet ad ſuum ouile? *Erit vnum ouile, & vnus paſtor.* Sed quomodo fiet vt ouile illud ſatanæ creditum, & ſub immenſis Oceani aquis deliteſcens, eiuſdem paſtoris vocem exaudiat, eſt enim quæſo in Prophetarum oraculis illius noui orbis vel ſaltim veſtigium? Certè Abdias diſertiſſimè & clariſſimè loquitur; audiamus verò Sophoniam, *Dixi attamen timebis me*, &c. *Quapropter expecta me, dicit Dominus, in die reſurrectionis meæ, in futurum, vltra flumina Æthiopia, inde ſupplices mei filij diſperſorum.* Arias Montan. & Lyra caput iſtud de negotio euangelico agere affirmant. *Quia iudicium meum, vt congregẽ gentes, & colligam regna*, cogitaui facere vnum ouile, & diſperſas gentes congregare, &c. *Vltra flumina Æthiopiæ, inde ſupplices mei*, hoc opus, hic labor eſt, nam eorum ſententiæ minimè ſubſcribo, qui vllam ſub his & aliis verbis noui orbis mentionem fieri negant. Nam non oportuit Spiritum ſanctum hanc præclaram inuentionem præteriiſſe. Sicut nec Galenum naturam cerebri, quod ipſe præcipuã exiſtimat inter humani corporis partes, & quidẽ minutè egiſſe videretur Thomas, ſi dum agit de virtutibus, quæ in ſua ſententia inter omnes tenet principatum, videlicet charitatẽ, prætermiſſet; putáſne ſapientiam ſummam ſpiritus quartam orbis partem & quidem mirabilem, & latiſſimã, quaſi ignoraſ-

Soph. 3.

ſet

ſci ſubticuiſſe? lege ergo Iſai. 18. capite, *Va terra cymbalo alarum*, Hebraicè *hoi*, vox vocantis, *Heus, ela Eſpaña la de los grandes nauios que telleuan al oriente, trans flumina Æthiopiæ* *. Huius noui orbis deſcriptionem, aliquando, ſi Deo placet, in libro Iob expreſſam, & quaſi digito deſignatam explicabo; vide interim c. 28. *Iob*. Vides igitur qua ratione nomen Paſtoris, bonitatem, ſapientiam, benignitatem, ſeueritatem manifeſtat; hic ergo bonus paſtor *aſcendere fecit Saluatores in montem Sion, iudicare montem Eſau*, hoc eſt, Gentiles, *& erit Domino regnum*, fiétque vnũ ouile tali duce, tali paſtore, qui oues ſuas voce compellat, oculis proſpicit, manibus regit, humeris ſuſtentat, pedibus errantes quærit, gratia munit, paſcit carne ſua, ſanguine ſignat, & ad æterna & quæ nunquam marceſcunt paſcua perducit.

* Quæ ſequuntur explicat Fridericus Lũnius lib. 2. de extremo Dei iudicio c. 4. de noſtrę ſo pietatis miniſtris, *Ite Angeli veloces ad gentem conuulſam & dilaceratã*, & *conculcatam*, i. propter humile ingenium Indorum, vel quia in Hebræo eſt, *lineatim*, ſiue ad perpendiculum coaculeatam, *los antipodas*.

VERBVM FILII.

Ioan. 10. v. 14.

Ego ſum Paſtor bonus: & cognoſco meas, & cognoſcunt me meæ.

Paſtor animarum, pietatis, bonitatis & ſapientiæ plenus à Dauide prædicitur, à Patre deſignatur, à Chriſto Domino deſcribitur, & qualis debeat eſſe monſtratur.

DISCVRSVS CLVIII.

1. VSV rerum peritiſſimus & diuinam erga ſe prouidentiam expertus Dauid, Pſalmum illum præclarum in laudem diuini Paſtoris dedicauit, *Dominus regit me, nihil mihi deerit in loco paſcua, ibi me collocauit*. Et quis eſt qui paſcit te? qui eſt paſtor tuus? (vt legũt aliqui) *Dominus*, qui verè Dominus eſt, homines enim nõ auſim dicere dominos, quorũ dominiũ nihil reale eſt, ſed vel ex natura, vel ex electioοe quædam externa deſignatio, quæ nihil confert reale electo ad cæleſte Dei dominium, hoc eſt, imperare poſſe. Reale quid eſt, in Deo, & ipſum Dei eſſe, io quo eſſentialiter includitur ſublimis illa dignitas, qua omnibus rebus etiam poſſibilibus altior & eminentior eſt. Ex quo fit, vt ſi in terrenorum principum prouidentia tuam ſpem collocas, amas quidem qood æquè miſerum eſt, vel quod te inferius & deterius eſt. Nam ſi rem minutiùs concidamus, reperiemus quidem duo in quolibet principe, & naturam humanam, & dominium: in primo autem tui eſt omnino ſimilis & æqualis per omnia, & mortalitate & periculis, calamitatibus & delictis, mitto ægritudines, in quibus ſeipſos luxuriis & conuiuiis inſerunt: mitto labores & inanes fatigationes, quibus à communi prandij & ſomni tempore priuati ſunt. Si amas dominium, aliqnid, quod multò eſt teipſo inferius, diligis, nam nec dominium, nec anima eſt, nec mens, nec intellectus, nec voluntas, aliàs omnes homines domini eſſent, qoia anima conſtant, multóſque æquum eſſet dominari, qui mente & intellectu pollent, quod ſecus eſt. Cùm ergo in homine nihil ſoblimius ſit anima, ſi dominium anima non eſt, inferios quidẽ eſt homine dominium; quamobrem mirabile quidem eſt qoantum ſibi arroget dignitatis homo ex dominio quod nihil eſt, ideo fortè hoc permittit Deus vt prudens animus hoc magis, vel minus, quod ex dominio accreſcit, facile ſpernat, tanquam inferius quid, & deterius, quod cùm in Deo non reperiatur, nihil enim eſt in illo quod paruum vel minos ſit, dominium eius infinito modo ſuperat omnẽ alium quemcumque dominatum. Secundò Dei dominium ab humano differt, in eo quòd eſt omnino ad omnia ſufficiens, ita vt qui Dominum tenet, nihil illi deeſſe videatur; contrà verò humanum dominium, vtpote minus homine inſufficiens eſt, & per ea conſeruatur, quæ homine inferiora ſunt: nam ſubditum & vaſallum eſſe, minus eſt quàm regem eſſe, ſed quoties, obſecro, fit vt rex à plebe & à ſuis ſubditis eligatur? Ecce qua ratione qnod minus eſt, maius quid ſeipſo facit, & vaſalli regnũ adaugent. Quid enim eſſet rex ſine plebe, *ſeria Rey de anillo*. At cùm in Deo quod minus eſt oritur, ex eo, & quod maius eſt, nã Dei eſſentia non ex creaturis, creaturæ autẽ ex Deo, & à Deo dependẽt; verè Dominus eſt, & qui Deũ tenet omnia poſſidet, *Dominus regit me*: ex qua veritate euidens alia cogitur, nempe, *nihil mihi deerit*. Claudicat inſuper ex alio capite humanũ dominiũ; principum enim dominatus duas exigit conditiones. Prima eſt ſcientia & ſapientia, ad operandum: ſecunda booitas & voluntas, qua rectum apprehendat; inſipiens enim iniuſta peraget, & impius ac malè affectus iuſta non aget. In hoc igitur principũ infelicitas eſt, quòd ſapientia & iuris ſcientia non eſt in ipſis, ſed in eorum ſubditis; rex enim non eſt Iuriſconſultus, ſed potiùs indiget Iuriſperitis, qui vel iuſta ipſi proponant, vel decernant; quare regis ſapientia eſt in eo qui non eſt rex, in rege autem eſt poteſtas & voluntas exequendi rem, quòd ſi ſine conſilio ſapientum res diſponit, cæco modo ſe gerit, & dutum quidem eſt, cùm merita ſubditorum & ponderare, & præmio afficere decernit, & voluntas bene affecta eſt, merita tamen alienis oculis conſiderat, atque adeò poſtquam regem bene erga me animatũ habeo, oculos eius, hoc eſt, iudicium ſapientum, non habeo, & ita longè abſum à conſecutione præmij. In te autem, ô mi rex, hæc duo, bonitas & ſapientia, pariter in meam vtilitatem conſenſerunt, tibi liberum eſt velle, tibi naturale eſt ſapere quod iuſtum eſt; quare ſi te habeam, *nihil mihi deerit*, ſed erit felix anima, *cuius Dominus Deus eius eſt*. 2.

Deus verus Paſtor & Dominus.
Sancti ſic legunt quos refert Lorinus.
Dominium terrenum in multis differt à diuino.
Dei dominiũ ad omnia ſufficiens.
Inſufficiens eſt humanũ dominium.

Hic ergo *Dominus*, ait Dauid, mei curã gerit, *paſcit me*, vel *paſtor meus eſt*, & paſtoris nomen inculcat, vt quid oues eius erga paſtorem agere debeant ediſcant. Ne vana ſit cura tã ſoliciti Paſtoris, illud in primis ne aliam à Paſtore voluntatem habeant, quacumque ipſe velit ſequuntur illum, etiamſi ad macellum ducat eas, apud ſe ſtatutum habentes, quanto amore, quanta ſummi Paſtoris prouidentia gubernantur, illud ſolũ certiſſimum habentes, *Nihil mihi deerit*, Deo enim plena eſt anima, & ſatorata, ſine Deo vacua omnino eſt. Cuius vacuitatem vnus Deus explet, in explenda aotem Dei honos agitur, ſecus enim aut plurimi eſſent dij, aut creatura in multis æquaret creatorem, ſiquidem Dei vacuum expleret, & eius loco ſubſtitueretur. *Pſ.* 41. ſecum hoc ipſum conſiderabat Dauid, *Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me*, & loco animæ Auguſt.[a] reſpondet, *Quare conturbo te? niſi quia non ſum ibi vbi eſt dulce illud quo ſic rapta ſum, quaſi per tranſitum, nunquid iam bibo de fonte illo, nihil metuens? iam nullum ſcandalum pertimeſco? non vis vt conturbem te poſita* 3.

Ouis Chriſtiana proprietates.
Dei honor agitur in ſaciãdo humanæ cordis appetitu.
a Ibid.

in

Mundus promiſor, fallax.

in ſæculo, & perregrina adhuc à domo Dei mei? tratando con vn mundo lleno de falſias y vanos prometimientos: vt idem ipſe Auguſtinus [a] ſcribebat.

a Ser. 31. ad fratres in eremo de fallacia mundi.

O munde proditor, qui cuncta bona promittis, & cuncta mala profers; promittis vitam, & donas mortem; promittis gaudium, ſed largiris mœrorem; promittis quietem, ſed ecce turbatio; promittis ſtare, ſed cito recedis: non ergo dicendus es mundus, quoniam omnino tranſis, & concupiſcentia tua velut fumus euaneſcit. Quamobrem fames non deerit vbi Deus abeſt, mundus enim ſolùm promiſſa & inania verba donat, nec opera adæquant promiſſis, ideoque totus quantus eſt mundus concupiſcentia nominatur *carnis, oculorum, & ſuperbia vitæ*, nec aliter viuitur quàm fameſcendo, ieiunando, ſpectando atque tolerando, pœnam videlicet acerrimam deſideriorum quæ affligit animam, etiamſi Dei videndi deſiderium ſit, vt ait Gregorius [b], *Si flagellat occidat ſemel, & non de pœnis innocentum rideat, cunctis liquet quod omne deſiderium pœna eſt, Salomone atteſtante: Spes quæ differtur affligit animam, pœna innocentum ſunt deſideria iuſtorum; quouſque ergo electorum ſuorum vota Dominus non compatiens diſtulit, quid aliud quàm innocentium pœnas riſit*; nunc ergo quæſo ſi deſiderium iuſti iuſtum eſt, & quod aliquando certiſſimè explebitur torquet adhuc animum, eorum deſiderium qui mundo deſeruiunt, quod ſæpius iniuſtum eſt, & nunquam ſatiandum, qua ratione felices vos, & non potiùs ſummè infelices efficiet.

b Iob 9. moral. c. 15.

4.

Iuſtitia ſunt humana deſideria.

Pingebant peringenioſo hieroglyphico antiqui mundum fœminea forma, præfixo in fronte titulo, *Mecum pulcritudo*, alio in pectore, *Mecum dilectio*, alio in dextra, *Mecum regna & imperia*, alio in ſiniſtra, *Mecum diuitiæ*; ſed ſordidos pedes habebat domina iſta, eiſque hi affixi characteres, *Reſpice finem.* Infirmitas quidem fœmineo genere denotatur, ſed forma tegit infirmitatem, *formoſis leuitas ſemper amica fuit, hijas de vn parto hermoſa y liuiandad.* Vide quantum periculi ſit in illo priori titulo, fuerunt namque multæ eximiæ pulcritudinis fœminæ, ſed reſpice finem, Prou. 31. *Fallax gratia & vana eſt pulcritudo*, ſit in exemplum Abſalon, de quo dicitur, *Porrò ſicut Abſalon vir non erat pulcer in Iſrael*, reſpice finem. *Mecum dilectio*, eſt quidem amor in mundo, ſed cùm mundanus eſt amor, reſpice finem, reſpice Sichem, depereuntem Dinam *Gen.* 33. cuius amore flagrans in interitum vſque cum vrbe vniuerſa ruit. *Mecum regna*; regnarunt quidem plurimi, ſed reſpice finem, & Nabuchodonoſoris ſuperbiam conſidera, cuius finis fuit, *ex hominibus ablitus eſt, & fænum tanquam bos comedit, que de ordinario para en beſtia el que deſea ſer como Dios, comparatus eſt iumentis inſipientibus*. *Mecum diuitiæ*, ſed reſpice finem; fulget quidem diues diuitiarum ſplendore qui rapit oculos, & amicos ſæculique delitias; ſed ô quàm velox fortuna compilat omnia, & diripit, ita vt rogare liceat cum Propheta, *Vbi ſunt principes gentium qui theſaurizant aurum.* & reſpondet, *Exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt.* reſpice finem.

Fallacia mundi detegitur.

2. Reg. 14.

Baruch 3.

Me autem, ait Dauid, Dominus regit, nihil mihi deerit. Quod quàm verum ſit ex Euangelio diſcere poſſumus. *Ego ſum paſtor ille*, ille, inquam, quem deſcripſit Dauid, *bonus*, qui bona cupit ouibus ex bona voluntate, ſapiens inſuper, & qui in ſeipſo habet ſapientiam, *& cognoſco oues meas*, & ſic carū amorem conciliari, vt ab eis diligat; *& cognoſcunt me meæ.* Porrò autem quanta ſolicitudine illarū vitæ conſulam, id maximè oſtendit, *quòd animā meam pono pro ouibus meis.* Quid autem eas erga me agere oporteat ex me diſcent, & ex nomine ipſo ouium, ad omnes enim æquali amore feror, etiam in eas quæ à me longè abeſſe putantur, quas ego reducam, & *fiet vnum ouile, & vnus paſtor.*

SVMMA EVANGELII ET DISCVRSVS.

Ego ſum paſtor bonus. Noua vtitur compellatione, cùm ſe paſtorem bonum dicit, qua non vſus eſt cùm ſe veritatem, viam & lucem nuncupauit: hac quidem de cauſa, quia ad paſtorale officium bonitas veluti fundamentum requiritur. Nam ſi malum contingat eſſe, quis medelam afferet ei? ideoque obſeruo cùm almus Spiritus ad inſtruendos & cōfirmandos Eccleſiæ paſtores venit, apparuit in linguis diſpertitis, ſeditque ſuper capita eorum, & in primis rogo quare linguæ ſuper capita ſunt delapſæ, ſecūdò quare non in ore inſederunt. Vtrique interrogationi vna eadémque reſponſio ſatisfacit. Scitis iam in canis lingua vniuerſam ſuorū vulnerum medicinam ſitam eſſe, ſi verò vulnus in capite eſt, certus eſt canis interitus, nec alterius lingua id quod propria præſtare poteſt: ſit ergo bonus Epiſcopus & concionator, nam qui ad medelam vulnerum Eccleſiæ datus eſt, ſi plagam accipiat, aut vulnus in capite gerat, quis medebitur ei? lingua igitur de cælis datur, quia nulla niſi cælitus delapſa poteſt vel mederi, vel detrahere præſuli, & Epiſcopo; quamobrem bonus ſit vt impiorum ora obtrudere & vulnera curare valeat.

5.

Ioan. 14.
Ibid. 11.

Bonus ſit paſtor vt malis mederi poſſit.

Quaſi immedicabilis eſt plaga prælati.

Bonus item paſtor dicitur, quia benignus & Pater eſſe debet: ſicut de Deo optimo maximo ſentire iubemur, *ſentite de Domino in bonitate*, hoc eſt, date, obſecro, Deo quod parenti optimo, fidem, ſpē, charitatē, *confidad en el prelado como en Padre y el lo ſera para voſotros.* Vnde *in lib.* 3. *Reg.* 12. Deus, vt notat Caietan. [a] reges patres vocat, quia quaſi patres ſuorum proſperitatem & vtilitatē proſpicere debent a die qua eliguntur in regnū, imò & eorū mala dolore, paterno affectu, vt alibi ex Caietano notauimus; cùm enim Deus Pharaoni multas comminatus fuiſſet plagas, dicens, *In hac vice mittam omnes plagas meas ſuper cor tuum, & iterum extendens manum percutiam te, & populum tuum peſte*, poſtea verò nullam plagam ei in propria perſona immiſit, niſi quando eum demum ſubmerſit in mari rubro. Quid ergo dicendum, an fuiſſe comminatoriam ſententiam, non aſſertiuam? Pharao, inquit Caietanus, licèt impius rex fuerit erga Deum, adhuc tamen in corde ſuo geſtabat ſubditos, vnde quas illis Dominus plagas inferebat, non minus dolebat de illatis malis ſuis ciuibus, quàm ſi in ſeipſo eadem pateretur.

Pater benignus ſit præſul.
a Ibid.

Exod. 9.

Qui cognoſco oues meas. Bonus dicitur, quia cognoſcit oues, ſapientia enim prælati non debet ab eius bona voluntate ſeparari: ſit bonus, vt bene operetur, ſit ſapiens, vt rationales oues ducere poſſit, Eccli. 1. *Dedi cor meum vt ſcirem prudentiam, atque doctrinam, erroréſque, ac ſtultitiam*, & ex Hebræo Caietanus vertit, *Ad ſciendum intricas & ſtultitiam.* Doctor enim & magiſtratus rerum quoque malarum notitiam, vt dedocere atque corrigere poſſit, habere debet: liquet hoc maximè in epiſtolis Apocalypſis, quas miſit Ioannes, ſed, vt notauit Hieronymus [b], ad diuerſas plagas orbis mittens illas vniuſcuiuſque gentis vitia ſigillatim carpit, & virtutes probat.

6.

Bonus & ſapiens ſit prælatus.

Cap. 1 & 2.
b In procem. comentar. epiſt. ad Epheſ.

Et ſanctus Apoſtolus Paulus per ſingulas Eccleſias vulneribus medetur illatis, ne ad inſtar imperiti medici vno collyrio omnium oculos velit curare. Tales optabat Eccleſiæ paſtores Bernardus [a]. *Quis dabit mihi homines literatos & ſanctos in Eccleſiis Dei praeſſe paſtores? ſi non in omnibus, certè in pluribus, certè in aliquibus.* Talem etiam concionatorem expetebat Greg. [b] *Qui ad vera prædicationis verba ſe preparat, neceſſe eſt vt cauſarum origines à ſacris paginis ſumat, vt omne quod loquitur ad diuinæ authoritatis fundamentũ reuocet.* Hunc vocat Iſai. *prudentẽ eloquij myſtici.* Theudotion vertit, *prudentẽ incantatorem.* nam incãtator mihi videtur (ait Hieron. [c]) eruditus & exercitatus tam in lege & Prophetis, quàm in Euangelio, & Apoſtolis; nec enim repentè artem incantandi vel diſcit, vel adinuenit, ſed magiſtro opus eſt. Vnde abſurdum valde eſt velle magiſtrum fieri qui nec diſcipulus eſſe meruit. Vnde notat Philo [d] cùm Deus vellet Ioſephum præficere toti Ægypto, & Doctorem principum conſtituere, ſicut clamabat populus, *Abrec, Doctor tener, paſce ſufficienter,* priùs gubernandi & adminiſtrandi artem didicit, poſtquam venditus eſt in eadem Ægypto, domui enim ſui domini vniuerſæ præfectus eſt. *Oportebat enim futurum adminiſtratorem reipublicæ praexercitari in rebus œconomicis, nam & domus quædam parua ciuitas eſt, & œconomia compendiaria reipublicæ.* Hoc ipſum in Moyſe obſeruat Clemens Alexandrinus [e], *Moyſes ex Ægypto fugit, & oues paſcit, vt qui ad paſtorale principatum prius erudiretur, ei enim qui manſuetiſſimo hominum gregi eſt præfecturus, neceſſaria erat praexercitatio, & ouium pa-*

7. *ſcendarum ſcientia.* Vnde ait Bernardus [f], etſi ſubitò quidem Chriſtus plures conuertit, eoſdem tamen non ſubitò Doctores creauit; aliud eſt enim celerem adipiſci veniam peccatorum, aliud peccatores erudire, *quamuis Matthæus de telonio vocatus fuit ad Apoſtolatus culmen, non priùs audiuit cum ceteris Apoſtolis: Ite in orbem vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ, quam egerit pœnitentiam multo tempore ac labore ſequendo Dominum, quocumque iret.*

a Epiſt 249.
b 18. Moral. c. 14.
c Lib. 2 in Iſai.
Vide Bernardum ſer. 18. in Cant. Ne velis ante effundere, quam infundi.
Diſcat ſeruire qui dominus futurus eſt
d Lib. de Ioſeph.
e 1. Stromat.
f Epiſt 8.

Paulum tamen mihi obijcis qui ſubitò factus eſt vas electionis, & paucis pòſt diebus quàm ab Anania eruditus eſt, ingreſſus Synagogas Ieſum prædicauit? Reſpondet Bernardus [g], examinemus verba illa, *ſubitò circumfulſit eum lux de cælo. O vera* (inquit) *inæſtimabilis diuinæ pietatis dignatio illuſtrat cæleſti fulgore vel à foris, intus adhuc luminis incapacem: etenim tanta requirebatur lux & ſapientia de cælo in eo quem tam citò Deus volebat conſtituere magiſtrum, & creare Doctorem gentium, vt vel etiam exteriùs luce repleret, & ab eo quaſi redundaret, antequam interiùs luce perfunderetur.* Vides quàm difficile ſit ſubitò magiſtrum fieri? Vnde Nazianzenus [h]. *Nunc* (ait) *periculum eſt ne ordo omnium ſanctiſſimus omnium maximè ſit ridiculus, non enim virtute magis, quàm maleficio & ſcelere ſacerdotium paratur, nec digniorum, ſed potentiorum throni ſunt. Samuel inter Prophetas, ille, inquam, futura proſpiciens, ſed & Saul vilis ille & reiectitius. Roboam Salomonis filius inter reges, ſed & Ieroboam ſeruus & apoſtata, cúmque nec medici nec pictoris nomen quiſquam obtineat, niſi priùs morborum naturas conſiderarit, aut multos colores miſcuerit, variáſque formas penicillo expreſſerit; antiſtes contrà facilè inuenitur, non elaboratus, ſed recèns, quantum ad dignitatem ſimul ſatus & ortus, quemadmodum Poetæ gigantes fabulantur* *. & oratione prima Apologet. *Papæ! quàm egregia præfectura, quam excelſus animus, protinus ſapientes ſumus, & præceptores, & rerum diuinarum cognitione ſublimes, & ſcribarum & legiſlatorum primi, nóſque ipſos cæteris noſtræ cæleſtes deſignamus, ac vocari ab hominibus expetimus.* Lege Bernard. epiſt. ad Henricum Epiſcopum Senonenſem. *Curritur paſſim ab omni ætate,* &c. & *epiſt. 11. ad Carthuſienſes, & epiſt. 42.* Hoc apud ſe meditari cogebat Quintus Cicero Marcum Tullium Ciceronem conſulatum petentem, *Nouus ſum, conſulatum peto. Roma eſt.* Longiuſculè eadem ſua ſententia Seneca [a] comprehendit, *Inſpicere debemus primò noſmetipſos, deinde quæ aggredimur negotia, deinde eos quorum cauſa, aut cum quibus agendum eſt, & ante omnia neceſſe eſt ſeipſum æſtimare, quia ferè plus nobis videmur poſſe quàm poſſumus.* Vnde non ſatis eſt ad paſtoralem curam (inquit Chryſoſtomus) *ſiquis magnam habeat charitatem,* vitæque innocentiam; vide eum *lib. 3. & 6. de ſacerdotio.* Sit ergo ſapiens.

Actor. 9.
Nemo repentè magiſter fit.
g Ser. de cõuerſione S. Pauli.
h Oratione 20.
* Fabulātur Poetæ de Cadmo Agenoris filio dracouis a ſe interfecti dentes ſeminaſſe, vnde ſtatim gigantes pullularunt a capite vſque ad femur armati quibus, dem... to prælio... ipſos mutuis vulneribus confecerunt.
a Lib. de tranquilitate c. 4.
Nota.
Vide Greg. in 1 Reg. D...

8. *Et cognoſco oues meas.* hoc eſt, diligo eas, & earum vtilitati proſpicio, non propriæ, paſtorale enim munus aſſumi non debet intuitu propriæ vtilitatis, nec ſcientia boni & mali perdiſcenda eſt, vt ſicut dij euehantur, & adorentur, talis enim ſcientia diabolica & à ſerpente perſuaſa eſt. Talis enim, ait Origenes [b], debet eſſe cura paſtoris, vt proprij ſit immemor commodi; nonne illa verba animæ gubernantis eſſe videntur, *Poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodiui, quæ propriam vtilitatem non cuſtodit, nec peculiare commodum curat,* & Hieron. [c] explicans verba illa, *qui paſcitur inter lilia,* Hebraicè legendum putat, *qui paſcit inter lilia,* vt ſic magis oſtenderet diuinus ſponſus vtilitatem noſtram ita curæ eſſe diuino paſtori, vt dum oues inter lilia paſcit, ipſe ſimul cum eis paſci videatur: vnde triumphum & titulum regis tunc ſolùm viſus eſt accepiſſe, quando pro ſuis mortem obibat, vt eis vitam largiretur, quod oſtendit Zacharias, cùm dixit, *Rex tuus venit tibi,* non ſibi. Quamobrem, ait Bernardus [d], Chriſtus Dominus dixit Petro, *Paſce oues meas. paſce, dixit, non mulge, nec tonde: ſperet ergo diſcipuli locum, gradum miniſtri qui Dominicum paſcere gregem ſatagit, potius quàm tondere.* Et Auguſtinus [e], *Quid eſt aliud (diligis me, paſce oues meas) quàm ſi diceretur, ſi me diligis, non te paſcere cogita, ſed oues meas, & ſicut meas paſce, non ſicut tuas: gloriam meam in eis quære, non tuam.* Et Bernard. [f] *Paſcendas vtique oues* (ô Pater Eugeni) *non premendas ſuſcepiſti: tu præſis vt prouideas, præſis vt proſis, vt des illis eſcam in tempore.* Et hoc puto eſſe *cognoſcere oues,* diſcernere non ad vtilitatem, ſed ad ſubleuandam infirmitatem; vnde cùm Chriſtus Dominus oues ſuas Petro commendat, priùs eum de amore examinat, *Petre amas me*; cùm verò agnos commendat, ſemel & iterum hoc interrogat, *amas me?* Chryſologus [g] rem attigit, *Ideo repetit vt tenuia reddat in primordia non cogeret poteſtate, ſed pietate portaret, etenim cùm ex agnis nec lana deſumatur, nec lac eliciatur, nihilque vtilitatis paſtori proferant, ideo eos accuratiùs commendatos vult eſſe, quia Eccleſiæ paſtores non commodum curare debent, ſed ſubditorum vtilitati & imbecillitati conſulere, idque proprium commodum ducere*; ex hoc amore quid iam ſequatur audiamus.

Dixit Dominus ad Heli, honoraſti filios tuos magis quàm me: propterea, &c.
Nemo ſuperior fiat vt propriæ vtilitati conſulat.
Cant. 1.
b Lib. duarū homil. in Cãt hom 1.
c In hæc verba Cant. 1.
d In declamationibus ſup. Ecce nos reliquimus omnia.
e Tract. 123. in Ioannem.
f 2. De conſideratione, & lib. 3.
Non proprio commodo ſed ſubditorū attendat.
Ioan. 10.
g Ser. 6.

Et

9\. *Et cognoſcunt me meæ.* Opus eſt vt ſuperior facilè cognoſcendum ſe præbeat, vt & amari poſſit à ſuis ſubditis, ne more principum arcana & regia auctoritate ſe a ſuis abducant, vt oues diuinate cogant, per quàm viam poſſint aditum ad eos inuenire, *no hagan eſtado de grandezas y cifras que obligan a los ſubditos a andar adiuinando por donde les entraran.* Præbeant ſe cognoſcibiles, nullam duplicitatem animi, ſed paternum affectum oſtentent, quem cùm ſic manifeſtum vident, oues ſi non ſuſpicerent peccatum eſſet, ſicut graue crimen eſſet regem in diademate & maieſtate non revereri. Sunt in aula regia famuli, quos regios eſſe famulos nouimus ex frequenti reuerentia & cultu quo ſemper præſentē regem proſequuntur; alij abſentes ſunt à curia, quos minimè cognoſcimus, niſi cùm ipſi regia diplomata & præſcripta ſuper capita tollunt, & obtemperant, vel cùm inter loquendum Dominum memorant, *el duque mi Señor.* Angeli qui aſſiſtunt Deo in cælis, in illa demiſſione; cultu ac laude, qua Deum adorant, cognoſcuntur famuli; homines verò qui abſentes ſunt, dignoſcendi ſunt in reſpectu, obedientia, & Domini ſui compellatione. *Quis ſicut Dominus Deus noſter, quien como Dios mi Señor;* & inſuper dum eius iuſſa peragimus, & mandatis obedimus, quæ ſi deſint etiamſi ore profiteamur Dominum noſtrum, mentimur. *Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt.*

Facilem ſe præbeat & agnoſcibilem prælatus.

Obſeruantia maiorum.

A ſimili.

1\. Ioan. 2.

10\. *Sicut nouit me Pater, & ego agnoſco Patrem.* Cyrillus [a] optimè duas eſſe ſententias, & duas comparationes. *Sicut nouit me Pater, & ego agnoſco Patrem*; ita, *ego cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ.* Tantus enim amor nullam in terris ſimilitudinem inuenit amoris, ſolicitudinis & cognitionis, niſi ad diuinam Patris cognitionem accurriſſet. Auarus nónne numos ſatis nouit, numerat, obſeruat? Ambitioſus quid nouit niſi honoris ſui obtinendi & obſeruandi rationes? minime, ait, venit comparanda iſta cognitio, niſi cum diuina & paterna, in qua cognoſcendo me generat, & diuinum eſſe communicat, inde conſequens eſt, vt tantus amor & cognitio me ad mortem adduceret voluntariam, *& animam meam pono pro ouibus meis.* Notat S. Fulgentius [b], non dixiſſe, *corpus meum*, ſed *animam*, quod eſt proprium dilectionis, animam effundere, nam,

a In Catena Græcorum.

b Lib. 3. ad Monimum. 98.

11\. *Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.* Opportunum remedium, & ponderatione dignum, nam ſi aduertas inuenies, lupi vnum canem eſſe inimicum, elephanti draco inimicatur, contra ouem verò vtilem & mitem omnes furias coniuraſſe videntur, lupi, leones, fures, mercenarij, milites, & tandem macellum & gladius, facta eſt in deprædationem, & deuorationem omnium beſtiarum agri. Sic contra virtutis ſtudioſum omnia mouet arma mundus, ipſe verò inermis iubetur à Chriſto alteram maxillam percutienti dare, & diripienti veſtem pallium dare, atque eſurienti inimico cibum porrigere. Inimicam denique carnem non omnino extinguere, ſed alere, etiamſi ad hoc fodere terram opus ſit; quid ſi in manus dæmonis, vel mercenarij incidat, qui vtilitatem propria omnia metiuntur, hi ſunt amatores tui, ait Dominus per Ezechielem, & Ierem. *Aquam noſtram pecunia bibimus*, ſicut de quodam Athenienſi

Opportunum remedium infirmitatis noſtræ talem habere paſtorē.

Ezech. 16.

refertur, qui veneni vas, quod illi propinabatur, emere coactus eſt, ſicut cùm carnifex poſt verberationem ſtipendium extorquet à miſero homuncione quem diuerberauit. Omnes contra vnam ouem inſurgunt, ſolus Chriſtus verus paſtor refugium eius eſt, *Qui habitat in adiutorio Altiſſimi*, &c. qui ſic defendit gregem vt vitam pro ouibus poſuerit, *eramos ouejas de muerte y para librarnos de ella murio el ſolo.* Vnde colliges iuſtis hominibus & prælatis incumbere, errantes oues corrigere, quærere, defendere, & ad viam veritatis reducere. Vide quàm ſedulò & opportunè iuſtus Iacob dum impius Eſau ingreſſus eſt viam viuentium è ventre matris exiit, & iſtius plantam tenebat manu, vt inde iam intelligeretur pij & iuſti viri proprium munus eſſe impiorum greſſus dirigere, & reducere ad viam rectam ſi aberrauerint. Vnde Paulus dixit, *Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum, contemplantes, ne quis deſit gratiæ Dei*; quaſi dicat, non ſolùm hoc quæro, vt vos adſitis gratiæ, ſed vt alios adducatis, immò ſi declinauerint à recto, reducatis; ideo Chryſoſtomus ibidem ait, *Sic eis loquitur Paulus quaſi in numeroſo comitatu viatorum longa itinera permearent, velati ſi diceret: Attendite vobis, ne quis veſtrùm remaneat, & in latronum manus deueniat, non hoc tantùm requiro, vt vos ſoli perueniatis, ſed etiam vt inſpiciatis, & cæteros ne quis deſideretur.* Licèt autem hæc cura penes iuſtos eſt, magis autem ſpectat ad præſules & paſtores, qui edocti ab illo primo ac vero Paſtore, qui centeſimam ouem perditam quærens inuentam ſuper humeros impoſuit, & ad caulas reportauit, ſibi commiſſas oues debent ſeruare, educere & reducere, ne aliqua pereat. Ad quod alludit pallium ex agnina confectum lana, quod primi illi Archiepiſcopi geſtant ſolemnioribus diebus *. Pietatem hanc laudat Bernardus [a], *O quàm leni, & dulciſſimo ſpiritu imbutus eſt ſpiritus illius qui nouit in ſpiritu lenitatis peccantem inſtruere, ſuſpendere vindictam & affectuoſis viſceribus inuiſcerare ſibi peccatorem donec via reddatur*; viſcera autem pietatis commouet genus erroris, quando ſicut oues aberramus, non verò ſicut cùm aliqua inſenſibilia pereunt, monile enim aut numi aurei vel drachma in loco vbi ceciderunt, ibi remanent, donec tandem inueniantur. Vnde mulier quæ domi drachmam perdidit, eam totam domum euerrens quæſiuit, non verò extra domum, donec ibi eam inuenit: at verò quæ viuentia ſunt, & loco mouentur, quo plus à via diſcedunt, eo magis implicantur, & à recto longiùs abeunt. quod videtur voluiſſe Dauid cùm dixit, *Erraui ſicut ouis quæ periit, quære ſeruum tuum*, quaſi ex eo magis diuinam imploret & commoueat clementiam, quo magis à via recedit velut ouis perdita.

Simile.

Iuſtus impiū aberrantem reducat.

Hebr. 12.

Luc. 15.

Pietas in ſuſcipiendo peccatorem.

* Obſeruat Iſidorus Peluſiota lib. 1 epiſt. 136.

a Ser. de ſancta Maria Magdal.

Luc. 15

Si verò tardior ſit ouis, aut paſcuis adhæreat delitiarum, vtatur baculo, ſeu virga, vt ouem reducat, ſit ſicut Elias *currus Iſrael*, nimium tolerando, ſit tamen etiam *auriga eius*, rebelles comprimendo atque frænando, ne præcipites agantur, humeris itaque portabit, ſed virga corriget, aliàs enim & grex & paſtor vnà pereunt: ſicut cùm Moyſes pepercit virgæ, nec populum ad contritionem vocauit, ſed pauca quædam & ſubobſcura locutus eſt, vt ait Dauid, *non diſtinxit in labiis ſuis*, hoc eſt, non 12.

Seueritas paſtoris opportuna.

palàm & ſeuerè locutus eſt, tunc à Domino ſupplicium proſeruitur, vt notat Gregorius Nyſſenus [a], pulcra enim eſt ſponſa, ſed erga filios nigram ſe debet exhibere, vt ait Bernardus [b]. *Vt remiſſis (inquit) molibus & fugitantibus diſciplinam, non candorem ſerenitatis, ſed obſcurum ſeueritatis zelum exhibeat.* Vnde Paſtori noſtro optimo ait Clemens Alexandri. virga non denegatur in Scripturis, *Virga oris ſui interficiet impium*, vt quibus verbum ſuadens & admonens non medetur, eis minæ medeantur, quibus autem non medentur minæ, virga medebitur; quibus verò virga non medetur, eos ignis depaſcet. O quam ſeuere hoc à Prophetis denuntiatum audiuimus, Micheæ 3. *Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum deſuper excoriauerunt, & oſſa eorum confregerant, & conciderant, ſicut in lebete, & quaſi carnem in medio ollæ, en partes diuidet, hara te quartos, exaſabit eum Nabuchodonoſor rex, pondra vn quarto en vna eſcarpia y otro en otra, diſſipata eſt & diſciſſa, & dilacerata, & contabeſceas, el cuerpo en la ſepultura que ſe pudra, y el alma en el inſierno.* & in lebetes inferni mittet, Amos 4. *in cineri & ollis feruentibus.* Ac denique carnes tuas & animam in cibum feris inferni ac dæmonibus dabit. *como a las fieras les dan razion los ſeñores en ſus mazmorras vendras aſer racion y paſto de demonios*, Ierem. 15. 1. & Apoc. Quid tunc ages in tantis anguſtiis conſtituta? O bone Paſtor, qui ſerpentem tortuoſum potenti manu extrahere potes, & inſtar Dauid ouem de leonis dentibus & faucibus eruis: educ, obſecro, animam illam peccatricem blando ſibilo tui verbi à monte iſto, in quo eius ſalutis cauſa vitam profundis, quòd ſi rauca vox eſt, & diu in clamando laboraſti, raucedo iſta vim habet ad permouendos affectus; ſi verò vox nihil præſtat, ſi pietas quam promittis non allicit, quam ſi prætermittit, *non eſt qui redimat*, neque qui ſaluum faciat: occurre Domine, & virgam in illas proiice, cruce tua percute, ærumnis & tribulationibus affice, ſatius erit vno pede claudicando in cælum intrare, quàm duos pedes habentem mitti in ignem æternum: melius illi erit plenam mœrore cælo aſcribi, quàm riſu & delitiis æternis cruciatibus deputati: verte fundàm mi Paſtor, & vno ex quinque vulneribus quaſi limpidiſſimo lapide de ſtatu ſuo deiice. O pretioſi lapides! ô dulces labores! ô arma boni paſtoris, ego à tanta pietate, ſapientia & bonitate profecta quaſi pretioſos lapides cordi meo inferam, quibus gratiam merear, & gloriam obtineam ſempiternam.

a In vita Moyſis.
b Ser. 18. in Cant.
c 1 Pædag. c. 7 Iſai 11.
Ierem. 50.
Arma boni paſtoris lapides tribulationis opportunè proiecds in oues.

Verbo Abdiæ Saluatores prædicuntur, diuina præſignantur, electione poſtulante, & orante Chriſto, Apoſtolorum nomen ſortiuntur.

13. Nouum quid, & miraculo proximum, ſolique diuinæ ſapientiæ reſeruatum putauit Sapiens fidelem legatum vel reperire, vel denuo creare atque eligere. *Sicut frigus niuis in die meſſis, ita legatus fidelis ei, qui miſit eum, animam ipſius requieſcere facit.* Primò enim raritas ſignificatur, ſicut rara eſt niuis copia in æſtu, quòd ſi contingat de cælo cadere, quis inficietur miraculum eſſe. Eſt prætetea ſumma iucunditas ſicut potus frigidæ in æſtate, ſumma vtilitas, quam explicat Sapiens illis verbis, *Animam ipſius requieſcere facit*, vel, vt Septuaginta, *animam iuuat*, & alij, *recuperat animam, bidacle el alma al cuerpo.* Volens ergo Chriſtus non vnum, ſed duodecim vna die in orbem totú legatos ſalutis mittere, quàm rari ſint, quam vtiles, quamque plena ſalutis nuncia in orbem ſint delaturi, ſumma in táto negotio cura, ſeceſſu, oratione, quantum in re difficultatis, quantumque ſolertiæ, induſtriæ & perſeuerantiæ in hoc noſtro negotio impendere debeamus, oſtendit.

Prou. 25. 13.
Fidelis legatus iucundiſſimus regi.
Summa ſolertia in negotio ſalutis.

Exiit Ieſus in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Seceſſit in ſolitudinem qui efformare volebat miniſtros ſalutis in primis, vt doceat nos quòd ſolitudo eſt, vt ait Baſilius [a], *Fornax vbi cæleſtis Regis vaſa formantur, officina ſpiritualis exercitij, ſacra militia tabernaculum.* Sicut ergo deſcribit Sapiens *fabrum ferrariam ſedentem iuxta incudem, concertantem in calore fornacis, conſiderantem opus ferri*, ex quo pretioſa vaſa conflaturum ſperat, ſic in ſolitudinis ſeceſſu Spiritus ſanctus, qui omnium artifex eſt, quaſi conſideratiùs & attentiùs nouum hominis opus perficit, ibique omnes ſanctos iuſtóſque viros quaſi in officina formauit, forma tamen quam dat ſolitudo, diuina eſt, vt ait Ambroſius [b], *Cum ſoli ſumus, tunc nos offerimus Deo, tunc mentem ei noſtram aperimus, tunc amictum fraudis exuimus; alli dexamos la exterior meſura conque engañamos alos hombres. Solus erat Adam quando in paradiſo conſtitutus eſt, ſolus erat & quando ad imaginem Dei factus eſt, ſed non erat ſolus quando de paradiſo eiectus eſt. Solus erat Dominus Ieſus quando mundum redemit, non enim legatus, neque nuncius, ſed ipſe Dominus ſolus ſaluum fecit populum ſuum.* Igitur tria præſtat ſolitudo operi ſalutis & perficiendis & expoliendis miniſtris verbi, primùm, *quia tunc nos offerimus Deo, & ſolitudini quaſi innocentiæ, immo Deificationis, & diuinæ aſcenſionis matri*, vt aiebat Nazianzenus [c], quare ſicut ad amicam ſolitudinem amicam & amicos vocat, *ducam eam in ſolitudinem & ibi loquar ad cor eius*, ibidémque magna myſteria patrata ſunt, *ſola erat Maria, & loquebatur cum Angelo, ſola erat quando ſuperuenit in eam Spiritus ſanctus, ſola erat & operata eſt mundi ſalutem, & concepit redemptionem vniuerſorum. Solus erat Adam, & non eſt præuaricatus, quia mens eius adhærebat Deo; poſtquam vero ei mulier adiuncta eſt, non potuit inhærere mandatis.* Quòd ſi poſtea dixit, *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum*, non improbat ſolitudinem, ſed vel ait, non conducit orbi quòd Adam ſolus maneat, ipſi enim ſatius foret eſſe ſolum. Vel cùm ſemel decreuimus eum in manu conſilij ſui ponere, certe ſi in ſolitudine manet, ea eſt innocentiæ, & inculpatæ vitæ mater, vt nunquam labi contingat, & quaſi impeccans reddendus ſit, *hariamosle impeccante en dexar le ſolo.* Secundò in ſolitudine reformat hominem vt eum ad formam primæ & diuinæ imaginis refingat, ſolus enim erat Adam quum ad imaginem Dei factus eſt, cuius attributum proprium eſt, vt ait Auguſtinus, *ſolitudo.* Tertiò tandem cùm miniſtros ſalutis efficit, ſolus & ſolos facit, qui ſolus potuit orbem redimere: nam qui neque Angelum, neque hominem ad opus redemptionis aſſumpſit, homines ſolitarios ad reformationem elegit, vnde ait Ambroſius [d], *Solus erat Petrus, & totum per orbem conſecrandarum gentium*

14.

Solitudinis commodo.
a De laud. vitæ ſolitariæ.
b Lib. 6. epiſt 42.
Tria bona ſolitudinis.
c Habes citatũ inſtr. 15. d 42 26.
Ambr. ſup.
Ad vitandã culpam opportuna eſt ſolitudo.
d Vbi ſup.

tium cognouit myſteria, & Iob 14. *Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine, nónne tu qui ſolus es. Solus ergo erat Dominus Ieſus quando mundum redemit. Soli ergo ſimus.*

15. *Et erat pernoctans in oratione Dei.* In Chriſti anima duplex genus orationis reperies, ſecundùm duplex genus cognitionis quod Theologia diſtinguit: alterum ſupra omnem rationem eleuatum, quo diuinam eſſentiam atque naturam cognoſcebat: alterum naturale, quo mens illa ſacratiſſima illuſtrabatur ex dulci experientia rerum quas ſenſu percipimus. Et licèt vi primæ cognitionis, quæ ſcientiam beatam amplectitur, ortum habuit ab inſtanti conceptionis, nunquam ceſſare à contemplatione idearum, rerum creatarum & omnium veritatum quæ præterierunt, & futuræ ſunt, quæque in ipſa Chriſti mente clariſſimæ impreſſæ ſunt, at ſcientia illa creata, & à nobis acquiſita, quæ nos ad experientiam rerum ducit, & veritates paulatim manifeſtat, in Chriſto etiam fuit perfectiſſima; qua tamen pro libito vtebatur. Sicut quum quis non indigens ad conſpiciendum, pulcra tamen conſpicilla in thecis ſuis reſeruaret, vt cùm vellet res per conſpicilla inſpiceret; ſic Chriſtus hac ſcientia vtebatur, quæ vt quietiùs & placidiùs contingeret, vtque perfectior eſſet oratio ſic facta, à tumultu ciuitatum remotus ad ſolitudinem pergit: vbi oratio illa *Dei* dicitur, quia profundiſſima, quia altiſſima, *ſicut montes Dei*, quia Deo digna erat: ideo namque, vt alibi notauimus, nuſquam ecſtaſis, aut raptus mentis de Chriſto & beatiſſima Virgine narrantur; hoc enim tyronum eſt *; filij autem Dei oratio, licèt altiſſima, non manus, nec labiorum adminiculo, non ad attentiorem mentis exceſſum alienatione à ſenſibus indigebat: qui ergo non his indigebat, ſecedit in ſolitudinem, vt *quid pro ſalute tua facere oportet* intelligas, tu qui imperitus es artis muſicæ tyronem imiteris, qui ne diſſonantiæ eius audiantur, ſecedit in intimam domum, ibique in ſecreto orat: *tu autem cùm oraueris claude oſtium, vos que no ſabeis orar como yo cerrad la puerta.*

Orationis genera & quo vſus eſt Chriſtus.

Oratio Dei quare dicta & Chriſtus & Maria ecſtaſim paſſos non dicuntur.

** El principiante en la muſica con la atencion lleuaria el cuerpo labios ojos y pies. el gran muſico penſando en otras coſas puntea en la cuerdas principiantes reſpecto de Chriſto los que ſe arrobauan en oracion.*

16. *Pernoctans in oratione Dei.* Hunc locum deſertum vt acceptabilem ad orandum & poſtulandum eligit, vt legatos ad Gentilem populum mittat: *poſtula à me, & dabo tibi gentes*, nam per orationem volo tibi regna dare, & tu per orationem duces eligere debes. Quare *Dei* dicitur oratio illa potentiſſima eligendi duces mundi expugnatores, qui in cinerem redigere ſuperbiæ arces, luxuriæ domos, gulæ menſas & amœnitates ſeculi poſſint; itaque *oratio Dei* dicitur, quia nihil niſi noſtram vtilitatem Chriſtus meditatur. Dei etiam dicitur, quia fores diuini palatij, & cæleſtem aulam nobis reſeratam, quæ poterat niſi oratio filij Dei & Principis noſtri penetrare? vt bene Epheſina Synodus [a] adnotauit, *vt noſtras preces Deo redderet acceptas, ipſe primùm rem exorſus eſt, paternas aures hac ratione humanæ naturæ quodammodo aperiens dilatáſque., eſtaban detenidos los memoriales y cerrados los oidos de Dios y al ruido de la artilleria de nueſtros peccados parece auia enſordecido el cielo.* Intrauit autem principalis oratio & digna Deo, cui fores auréſque paternæ patuerunt. Vnde orationis neceſſitas probatur, nam oratione Chriſti quid potentius, quid dignius vnquam fuit? audi tamen quid de illa

Locus acceptabilis ad orandum ſolitudo.

Sola oratio Chriſti palatij Dei fores reſerauit.

a Tom. 1.

Orationis neceſſitas.

aſſerit Tertullianus [a]. *Ab ipſo* (nempe Patre) *ordinata religio orationis & de ſpiritu ipſius* (ſancto videlicet) *iam tunc, cùm ex ore diuino* (Chriſti) *ferretur animata ſuo priuilegio aſcendit in cælum, commendans Patri quæ filius docuit; deſde el punto que nos enſeño a orar Chriſto lleuo la oracion enbuelta la mageſtad de las tres perſonas y con eſe priuilegio entro en el cielo*, Vel ſenſus eſt, cùm iam eſſet Chriſti vniuerſale ſceptrum, & poteſtas, cúmque ſanguis eius clamore valido ſicut ſanguis Abel infinito pretio iuuaret ad redemptionem, oportuit adhibere orationis vim, vt non per ſanguinem ſolum, ſed etiam per orationem tanquam per conditionem fieret redemptio, & ideo ei dicitur, *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam. Principe ſois y ninguno os quitara el derecho pero dad memorial hijo mio*, vt electio ritè facta credatur, & tam orationi, quàm ſanguini tribuatur. Si igitur in negotio ſalutis Chriſto mediatori noſtro oratio neceſſaria eſt ad rem ſibi conceſſam, promiſſam, & pro ſua reuerentia & dignitate debitam, quanto magis ad eandem ſalutem obtinendam nobis erit orandum. Vide Dei benignitatem, qui vt nobis plurima bona largiretur, hoc medium ſolum quòd plurima & pluries poſtulemus elegit, & loco ſeruitij & meriti reputat ſupplices libellos offerre, imò tanquam donum & munus æſtimat ſibi factum, ſi orationes fundamus; quare ſacra Scriptura petitionem vocat donum Deo factum, vnde vbi Vatea legit, *reges Arabum, & Saba dona adducent*; Iſai. ait, *Adorabunt, & deprecabuntur*, habuit enim vicem doni ipſa oblatio Magorum, & beneficij locum obtinet ipſa deprecatio. Vis ergo, ô homo, plurima Deo offerre munera, plurima ab eo poſtula, & vide quàm vtilis ſit oratio quæ vim habet beneficij & obſequij erga Deum.

a Lib. de orat. c. 9.

Oratio vicem doni habet erga Deum.

Et cùm dies factus eſſet. Omnia requiſita ad electionem rectè faciendam paucis explicat verbis Euangeliſta; in primis, deſertum & montem orationis petit, vbi ſine praua affectione animi res conſiderantur; nam in vallibus vaporibus lux offunditur, ſic dum electores terrenis affectibus ducuntur, nec mentem eleuant ad ſupernas rationes & legem Dei, propriis affectionibus falluntur. Sicut ſol oriens immenſæ nobis magnitudinis videtur, at cùm paulatim ab Oriente in altum tollitur, iam minori quantitate apparet, in ortu enim vapores rotam eius ampliorem & craſſiorem efficiebant, ſic cùm primùm candidatus apparet, vel tibi proponitur, ô quàm ſplendidus, quàm meritis exaggeratus, & quaſi ſapientiæ monſtrum apparet; at ſenſim in ſublimi poſitus minor apparet, & vnde quæſo illa laus, illa proceſſit admiratio? vtique ex vaporibus prauæ affectionis. Igitur in monte, in religione, in ſeceſſu & in oratione res vt ſunt contemplamur, nec ita facilè oculi mentis propriis affectibus eluduntur: ibi enim vtpote in eminentiori loco res cæleſtes & diuinæ magnæ videntur, terrena verò & temporalia minima reputantur. Secundò *cùm dies factus eſſet*, ne pararetur caſu, temerè aut in tenebris facta electio prælatorum, ſed meridiana luce: nam ſicut Aſtrologi in nocte aſtrolabio vtuntur, & illo magnitudinem immenſam aſtrorum æſtimant, ſed nocturnum quidem inſtrumentum eſt, quid mirum ſi electores errant toto cælo aliquando,

17.

Electio rectè facienda exemplo Chriſti.

Proprij affectus excæcant electores.

Magnitudo & qualitas candidatorū diuina luce cognoſcenda & poſtulanda.

do, quum non lege Dei, & mente pura, rectáque intentione ducuntur. Nónne ita errarunt ſacerdotes, & Leuitæ, qui abiecto aſtrolabio ſacræ Scripturæ, & meridiano lumine miraculorum Chriſti, ad ſtellam, imò ad lucernam Ioannis concurrunt, & dum altitudinem Meſſiæ metiri deberent, ſtellam quaſi ſolem æſtimant. *Cùm dies factus eſſet*, & quidem meridiana luce opus eſt, ne dum ſapientem & grauem virum eligis, in lapidem offendas, & relicta arca Dei ſuffragium feras ligno, aut lapidi, ſicut Philiſtæi qui dagonem arcæ præpoſuerunt. Inde puto ortam

Prou 26. 8.

illam electionem, quam deſcribit Sapiens, *Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij; ita qui tribuit inſipienti honorem.* Primò explicant Beda, & Simplicius, genus eſſe idololatriæ, ſtultum & ignarum in ſedem euehere, ſicut qui obſequij & deuotionis cauſa ad aceruum in quo

Error praue eligentiū deſcribitur.

eſt ſtatua Mercurij lapidē adijceret, nam idololatra dat honorē ei qui minimè Deus eſt, elector verò iniquus ei dat honorem qui non meretur. Hebræa verò dictio *margema*, iniuſtitiæ peccatum denotat, conferre enim honorem ei qui non meretur, perinde eſt ac ſi in aceruum lapillorum pretioſorum communem lapidem mitteres, pudet enim electum ibi inter ſapientes commorari. Sed quia dictio Hebræa etiam purpuram ſignificat, videtur alluſio fieri ad regiam purpuram, & ita legit ex Hebræo Vatablus, *ſicut incluſio lapilli in aceruo lapidum*, eſt enim quaſi in gemmata veſte regia lapidem rudiſſimum inſerere. Alij putant ignorantiam craſſam ele-

Ignorantia electorum.

ctoris deſcribi. Sicut enim nihil leuius videtur quàm lapillum, qui in itinere offendere facit, verſùs aceruum Mercurij mittere; ſic elector ignarus leuiſſimam rem exiſtimat ſuffragium in indignum mittere, cùm reuera grauiſſimum ſit

18. peccatum. Eſt præterea cæcitas intoleranda, nam ſuffragia ferri ſolebant lapillis nigris & candidis: qui ergo ſine delectu eligit, certè cæco

Non excuſat ignorantia electores.

a Lib. 4. de ſacerdotio.

ſimilis eſt, qui de coloribus non iudicat, vt eleganter proſequitur Chryſoſtomus [a], *Neque eos qui elegerint ſubleuare quicquam poterit ſi dixerint ignoraſſe eum quem elegere; verùm vel ex hoc ipſo crimen grauius efficitur, quòd quem ignorauere perduxerint, aut certè quæ illis videtur excuſatio ac-*

Stultitia electorum.

cuſatio eſt. Alij ſtultitiam electoris interpretantur his verbis taxari, aiunt enim plurimi ex electoribus, vnicum eſt meum ſuffragium, igitur in illum inclinabo, in quem aceruum ſuffragiorum concurrere perſpexero. O ſtulte, ſi indignus eſt quem omnes alij eligunt, nónne conſultius eſt te extra chorum eorum digniorem tuo ſuffragio honeſtare, & aliorum improbare ſtultitiam. Alij, vt Pagninus, & Septuaginta. *Sicut qui ligat lapidem in funda, ſic qui inſipienti dat honorem*, in quo iam incommodum prauæ electionis denotatur; erat enim quaſi lapis inſipiens, ſed tacens, & in ſua ſede quietus, quaſi in centro, at auxilio alicuius potentis quaſi lapis in funda alligatus in ſublimia euectus eſt, certè graue illum incommodum ſequitur: omnes enim admirabundi rogant, quis extulit lapidem illum? *Señor necio es maſtubo vn buen brazo que le leuanto tubo fauor.* Ambroſius, Gregorius, cum Septuaginta. *Sicut qui ligat lapidem in funda, ſimilis eſt ei, qui dat imprudenti gloriam*; damnum electoris interpretantur, putat enim ſibi alligaſſe hominem, & deuinxiſſe beneficio electum, at ipſe mutat vices, & ſicut lapis in funda conuertitur, & primus quem percutit eſt elector eius, nam dum putat amici gratiam conciliaſſe, eſt inimicus, & contrarias partes ſequitur. *Haceſe del vando contrario y eſtrellale en la frente la piedra que el eligio.* Vatablus iterum, *Sicut incluſio lapilli*, & Pagninus, *ſicut qui ligat lapidem*, honor enim in indigno, vel indignus in honore, non minus violentus eſt, quam lapis in ſublime poſitus non diutius perdurabit, conuertit enim fortuna ſortem, & leuiori ratione, quam funda circumagitur, lapidem, hoc eſt, indignum in locum ſuum & centrum conuertet; ideo Euangeliſta diem factum eſſe dicit cùm elegit duodecim ex ipſis.

Quare Domine Iudam eligis? Reſpondet in 19.
primis, vt nemo ex dignitate ſibi inanem ingeneret fiduciam nunquam decidendi. Secundò, vt notum faceret Deum ſecundùm præſentem iuſtitiam & merita quemque iudicare, nec nobis eſſe diuinandum quid quiſque futurus ſit, ſed perſpiciendum quod nunc eſt. Tertiò, inquit Chryſoſtomus [a], inter hæc extrema, *Iudas proditor, latro pœnitens*, miſericordia ad fiduciam vocat peccatores, & iuſtitia timore percellit iuſtos. Et vt oſtenderet ex ſe quanta ſit eius miſericordia ex nobis, quanta ſit humana malitia, *por lo que a mi toca yo te hago Apoſtol y te pongo en el numero de mis diſcipulos pero ſi te pierdes ſera viſta tu monſtruoſa malicia*; alias ex Ambroſio rationes vide diſc. 149.

a Hom de proditio. Iudæ.

S. Chryſoſt. hom de ieiun. tom 5.

Noſtrum verò Bartholomæum elegit, quem *diuiniſſimum* appellat Areopagita [b], cum affirmat Theologiam diuinitus inditam Origenes (citatus à P. Lorino in Acta) non minus clarùiſſe virtutibus, quàm Petrum. Idem eſſe putatur Nathanael ille verè Iſraelita, ideoque Philippo coniungitur, vt notat Lorinus, qui vna manu tenet gladium, altera pellem, quia ea facilitate, qua tu chartam das, pellem pro Chriſto dedit, extendens cælum ſicut pellem, & ſicut qui inter rixantes pallio obuoluto in brachio pacem mittit, ſic inter Deum iratum, & peccatores pacem mittit, pelle & gladio ſedat iras, frænat peccatores, gratiam obtinet & gloriam.

b 1. De myſtic. Theologia.

VERBVM SPIRITVS ſancti. Rom. 1. v. 7.

Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.

Legati ſalutis mittuntur, Trinitatis perſonarum in vna Deitate arcanum in Baptiſmo reſerantes: quales ipſi erga homines, & quales homines erga Deum trinum & vnum, fide, ſpe, & charitate, ſe debent exhibere oſtenditur.

DISCVRSVS CLIX.

PLVRIMVM inter ſe differunt ea quæ Deus Opt. Max. nobis credenda propoſuit, & ea quæ in lege implenda mandauit: credenda namque non manifeſtam ſui afferunt rationem, hæc enim apud ipſum Deum abſcondita manet: præcepta autem apertam ſuæ æquitatis rationem præferunt. Cæ-

Multum intereſt inter credenda & agenda.

terùm

verùm & obſcuritas illa, & claritas iſta in noſtrã vtilitatem redundarunt: nam illa quæ Dei ſunt neceſſe fuit obſcurari, & non apparere, vt obſcuritas iuuaret ad cognitionem; & in illis præceptis ſumma claritas opportuna erat, vt de æquitate legis omnibus valdéque diuerſis Dei famulis conſtaret.

Simile.

Sicut cùm princeps familiari congreſſu famulo pectus ſuum reſerat, & quæ circa ipſũ ſunt conſilia & arcana pandit: nam tunc famulus nequaquam illatum rerum cauſam modumque perquirit: ſecus verò cùm aliquid eius induſtriæ commendatur, tunc opus eſt minutius ea concidere, perquirere & examinare.

Credenda non curiosè examinanda.

Eccli. 3. 24.

Noli ſcrutari multiplicitur plurima, iuxta ſenſum hominis oſtenſa ſunt tibi: tomad las coſas de la fee como os las da vueſtro ſeñor. Mandata verò vtpote executioni ab ipſo homine mandanda ſuam ſecum afferant claritatem.

Pſal. 18. 10.

Iudicia Domini vera iuſtificata in ſemetipſa, tan iuſtificados en ſimiſmos que es impoſſible que el hõbre halle raçon para no guardarlos. Primò igitur dicendum nobis eſt, qua ratione obſcuritas iuuet ad cognitionem ineffabilis Trinitatis. Secundò qua ratione in Euangelio eadem nobis Trinitatis fides intimetur, & bona opera iuxta fidem trium perſonarum iniungantur.

PRIMA DIVISIO DISCVRSVS.

2. Tria igitur ſunt omnia. Tres enim authores duces erunt noſtri in rerum ſempiternarum tenebris denſiſſimis; tres perſonas ſub triplici velo hominum & Angelorum in vna deitate venerabimur; tres inueſtigandi modos ex rebus humanis & diuinis conſtituemus; tria hæc attributa ſub triplici Euangelij parte collocabimus & expendemus; tria ad implendam legem adſternemus, fidem, ſpem & charitatem; tria etiam fugienda crimina deſcribemus, quibus tribus perſonis maximè offenſi ſumus, vt verum eſſe dictũ à Paulo comperiamus, videre nos modò diuina tanquã in ſpeculo, in quo duo ſingulariter reſplẽdẽt, & obſcuritas dẽſi corporis, qua res cerni poteſt, qua opacitate ablata minime cernerentur: & manifeſtatio vultus, vt, quid colere, quid extergere, quid fugere oporteat intueamur.

3. *Multum præſtat obſcuritas fidei ad cognitionem.*

Quanta ſit obſcuritatis vtilitas ne mens noſtra in diuinos radios incurreret, & à ſplendore Trinitatis perſtringeretur, ex D. Gregorio Nazianzeno [a] accipiamus. *Tota Trinitas in vnitate collecta adoranda, mundo ſublimior, tempore ſuperior increata, inuiſibilis, Sola quidẽ, quo erga ſe ordine ſit, intelligens, nobis tamen ex æquo veneranda & adoranda. Sola etiam in ſancta ſanctorum penetrans, res autem omnes conditas foris relinquens, alias primo velo, alias ſecundo interclusas atque diremptas, primo nimirum cæleſtes & angelicas à Deitate, altero verò naturam noſtram à cæleſtibus.*

[a] Orat. 12. in fine.

Duplex velũ præpendẽs ante Trinitatem.

Audiſti Theologũ velum vnum & alterum ante Trinam deitatem prætendentem, putabis his quaſi velis ineffabili ſe caligine ac dẽſiſſimis tenebris circumfundere velle, ne omnino agnoſcatur; apage ſit, imò potiùs hac nos obſcuritate illuſtrare mentéſque conuincere & captiuare voluit. Iuſſit enim Deus *Exodi* 26. vt ante arcam velum præpenderet, quod Deum & homines diuideret, in ea autem parte quæ populum reſpicit candelabrum variis lampadibus ſplendens præfulgeret quæ licèt cõtraria prima ſpecie videntur, lux & obſcuritas, abſconſio ſub velo, & manifeſtatio ſub candelabro, mira tamen conſenſio inter vtromque reperitur, hac enim ratione in obſequium fidei omnium cæleſtium & terrenorum mentes ſuperauit. Victoriam iſtam deſcripſit quondam Eliud, cùm dixit, *Omnes homines vident eum,* licèt obſcurè & indiſtinctè, procul, imò ab infinitè diſtãte veſtigio creaturarum, *vnuſquiſque intuetur procul,* difficultatẽ autem ex eo eſſe, quia opus erat in vna deitate plures internoſcere perſonas, oſtendit in his quæ ſubdit, *Ecce Deus magnus, vincẽs ſcientiam noſtram,* vbi Septuaginta legunt, *Ecce fortis multus, & non cognoſcemus, elo al vno y muchos.* Vix proponetur cognoſcendus cùm deficiemus, ſatius erit faces illi ſubmittere, concedere victoriam, *vincens ſcientiam noſtram.*

Iob 36.

4. *Vincit ſcientiam noſtram Deus luce, augët tenebris.*

Hanc victoriam vt compararet iubet velum prætendere obſcuritatis, verſùs populũ antẽ candelabrum ſiſti, quod apud Zachariã *dominator terræ* dicitur; quia Deus vincit & præbendo ſe cognoſcibilem, & ſe à cognitione ſubtrahendo. Vincit enim inprimis lumine, ſit in exemplum candelabrũ Solis, quem magnus Dionyſius Areopagita [a] clarã Dei imaginẽ vocat, *Clara expreſſaque diuinæ bonitatis imago eſt magnus hic ſol, totus collucens, ac ſemper ſplendidus,* cuius ſtatim radiis mẽs deuicta cedit, & nimio ſplẽdore perſtricta caput faciémque demittit, fitque quod Salomon prædixerat, *Qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria.* De qua antẽ maieſtate loquatur, ipſe declarat *, *Qui ſcrutator eſt maieſtatis eorũ, opprimetur à gloria,* eorũ, inquit, ſuppoſitorum, & perſonarũ, lumen intendens opprimetur, & quaſi in ignorantiæ abyſſo ſubmergetur, & ſicut papiliones ad fulgorem huius candelabri ingreſſi ardore flãmarum exuruntur: & ſicut Arius, Sabelius & alij in terram & in inferna cadunt.

[a] 4. De diuinis nominibus.

Prou. 25.

* In Hebr.

5. *Humilium mentes tenebris illuſtrat.*

Humiles verò ipſa fidei obſcuritate vincit, atque ad hoc velũ præpendere iubet inter ſeipſum hominúmque mentes, vt hæc ipſa obſcuritas ſicut in ſpeculo iuuet ad cognitionẽ, vt Pauli diſcipulus † elegãter anõtauit, *præfulgẽte ſilentij obſcura docentis caligine, ſiruiendo la eſcuridad de no entenderle, de reſplandeciente luz para mejor atinarle. Quæ licèt caligo vbi maximè videtur obſcura ibi ſupra modum lucem profert exuberantẽ; illic ſane quod tangi videríque nullo modo poteſt, ſplendoribus plusquam pulcris ad exuberantiam implet omnes quaſi capitis oculis intellectus. La miſma eſcuridad haze officio de luz.*

† Dionyſius c. 1. de myſtica Theologia.

Simile.

Sit in exẽplum nõ iã velũ tẽpli, ſed cortina aliquáve nubes quæ Soli opponi ſolet, quæ, inquit Ariſtoteles, tali partiũ æqualitate, talique loco conſtituitur, vt cùm verſùs ſolẽ ſit clara, obſcura verò & opaca verſùs aliã partẽ, ei quaſi ſpeculũ inſeruit, in quo faciem ſuã poſſet inſpicere, & vbi per reflexionem ſpecierũ ita Solis ſpecies expreſſa refulget, vt putauerit orbis duos iam habere ſoles, imò & tres, vt non infimæ notæ autores referunt. Qua, obſecro, ratione, in hoc caſu poterunt mortales internoſcere, verúmque ſolẽ ab illo qui ex reflexione fit diſtinguere? (ecce quomodo obſcuritas illuſtrat oculos corporis & mentis,) ſi enim cùm tu ſolẽ aſpicis qui apparet in nube, & facilè intueri poſſe experiris, quin à ſuo fulgore perſtrigãtur oculi, euidens quidem argumentum eſt ſolem iſtum non verum eſſe ſolem, ſed vmbratilẽ Solis formam in nube apparentem. Si verò è contra ſol alter qui in cælo eſt perſtringit oculos, vt antea, & cortinam quaſi ante oculos ponit, ne videatur, tunc veriùs certiúſque comperies verum eſſe ſolem à quo per obſcuritatem deuinceris, & illuſtraris dum caligare videris. Ita ſimiliter cùm cæca Gentilitas adorandos proponit ſoles apparentes, Iouem tyrannum, Venerem meretricem, Saturnum homicidam,

Dionyſius lib. 47. Aug. epi. 80. Zonara in Vitel. Plinius lib. 2. c. 31.

Ex eo ſe quòd aliquid Deum eſſe & vidiſſe putas Deus verus non eſt.

micidam, & ſanguinantem Martē, eo ipſo quòd lumini naturali intellectus cognoſcibiles ſunt falſi, & ementiti ſunt reputandi, & pro nihilo habendi, de his enim Dauid canit, *Omnes dij Gentium dæmonia*, Hebraice, *Deiculi nihil*, *Dieſecillos non adulas*, at cùm Orthodoxa fides credendum tibi verum iſtum vnum in Trinitate Deum proponit, eo ipſo quòd nimio ſplendore nobis perſtringit oculos, verus Deus agnoſcitur ac deprehenditur, ideoque velum obſcuritatis non minus iuuat ad cognitionem, quàm lux candelabri, non vt penitus comprehendamus, ſed *ex parte* (vt ait Paulus) *cognoſcamus*, & quaſi in ſpeculo; ſed quia *res etiam conditas*, vt aiebat Nazianzenus, foris relinquit, alias pro primo velo, alias ſecundo velo, nunc libeat hæc vela & cortinas eleuare, & quid ibi lateat reuerenter inſpicere, authore & duce Magiſtro ſententiarū, cuius authoritate fretus irrumpam, & in diuinitatis abdita myſteria penetrabo.

Pſalm 95

6. Pluribus modis (inquit Magiſter ſentent. [a]) cognoſcitur veritas Dei per ea quæ facta ſunt. *Primò * enim per ea quæ facta sũt ex magnitudine creaturarum intelligitur creator omnipotens.* Sicut qui ædificat, excitátque aliquam molem in pondere & menſura, *potentiam* manifeſtat. *Secundò ex ordine & diſpoſitione ſapiens intelligitur*, quemadmodum cùm ingenioſum opus vides, ſapientiam laudas authoris, in quo maximè perſona filij declaratur. *Tertiò ex gubernatione bonus deprehenditur*: ſicut qui ædificat ad ſe, & alios protegendos, & ſuſcipiendos bonitatem declarat; in qua maximè cōmunicatio tertiæ perſonæ, qui amor eſt, & primum donum à nobis cognoſcitur. Hinc oritur, inquit Rupertus [b], alia virtutum trinitas, per quas maximè diuinæ Trinitati ſimiles efficimur; ſpes enim nititur in omnipotente Patre, fides in ſapientia filij, charitas in bonitate Spiritus ſancti. Hinc etiam differentia peccatorum triplex oritur; diffidentia enim, aut *deſperatione* maximè offenſi ſumus Patri, vel quia omnipotentem non oramus, vel deſperantes auxilia eius deſerimus. Secundò filium offendimus, quia vel ſapientiam non poſtulamus, ſed ſupina *ignorantia* torpeſcimus, dum nec ad eius exempla, nec eius excipienda verba properamus. Tertiò ex *malitia* perſonam Spiritus ſancti, eiúſque bonitatem maximè lædimus; quamobrem grauis denunciatur ſententia ſic offendenti ex malitia, quia cætera crimina vel ignorantia, vel imbecillitate ſecum indulgentiæ cauſam afferunt, malitia verò nullam excuſationis viam habet in diuino tribunali, ideo Paulus indulgentiam obtinuiſſe refert, qui etiamſi perſequutor fuerit Eccleſiæ, deliquit tamen ex ignorantia; ne tamen ob hoc putes peccatum irremiſſibile dici ex parte Dei. Hinc etiam noſtri Euangelij partitio ſumitur, nam cùm ait, *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra*, Patris potentia declaratur; cùm dicit, *euntes ergo docete*, filij manifeſtatur ſapientia; cùm verò ſubdit, *euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos*, ſummam bonitatem almi Spiritus apertè declarat; vt iam in diſcurſu libet expendere, ſi triplicem iſtam cortinam obſcuriſſimi myſterij ſenſim leuamus.

a Lib. 1. diſtinct. 2.

* Eſt diſcurſus B. Gregorij Niſſeni oratione Catechetica cap. 20. Cōſtat ergo apud omnes, oportere credere Deū non ſolùm, eſſe potentem, ſed & iuſtum, & bonum, & ſapientem, nullū enim per ſe ex his ſublimibus nominibus ab aliis diſiunctum, ſigillatim eſt virtus, neque bonum eſt verè bonum quod non eſt ordine collocatum cum iuſtitia, ſapientia, & potentia, &c.

b Lib. 7. de glorificatione Trinitatis per tota c. 14. 15. 16. vbi multa ponderanda inuenies.

Matth. 12.

PARTITIO DISCVRSVS ET EVANGELII.

7. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.* Cùm vna ſit (inquit Theophanes Nicææ Epiſcopus [c]) Eccleſia militans cum triumphante propter vnitatem ſpiritus & poteſtatis gubernantis, quod non obſcurè ſignificauit, dicens, *in cælo & in terra*; ideo Saluator, qui cæleſti iam gloria potiebatur, & à terra glorioſus euaſerat, & Eccleſiam regnum conſtituerat, conuerſus hodie ad ſuos Apoſtolos nuncios ſuæ poteſtatis & Pontificatus eligit, & in orbem mittit, ſicut ipſi fatentur, *legatione fungimur pro Chriſto*. Et ad Romanos ſub his verbis obſcuriſſimis affirmat, & præfatur Paulus, *Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro & Domino Ieſu Chriſto*, qui prædeſtinatus eſt, hoc eſt, (vt explicat Athanaſius) declaratus eſt *filius Dei in virtute*, hoc eſt, non ex carne quam de Dauidis duxit ſtirpe, ſed per virtutem Spiritus ſancti, *ſecundùm ſpiritum ſanctificationis*, & hæc declaratio facta eſt maximè *ex reſurrectione mortuorum*, id eſt, poſtquā redux ad vitam ſe viuum manifeſtauit. Quæ verba ex aliis explicantur. *Non eſt veſtrùm noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate, ſed accipietis virtutem*, ecce vnum verbum, *Spiritus ſancti in vos*, ecce alterum, *& eritis mihi teſtes*, en tertium verbum, quo declaratus dicitur Chriſtus. Ab hoc igitur Patre, ab hoc filio, ab hoc Spiritu ſancto, ab hac denique ſuprema poteſtate, *gratiam accepimus, & apoſtolatum, euntes docete omnes gentes.*

c In illa verba Pauli, *acceſſiſtis ad Sion montem viuentis.*

Patris potentia declaratur & perſona diſtinguntur.

Rom. 1. ibid. Toletus

8. *Data eſt mihi omnis poteſtas.* Poteſtatem iſtam plenam putat Thomas [a], à Patre per æternam accepiſſe generationem, Chriſto verò datam in ipſo ſuæ conceptionis inſtanti, in reſurrectione autem hanc omnipotētiam ſimul cum executiua facultate monſtraſſe, ſicut cùm infans naſcitur à regina princeps & hæres, executiua autem poteſtas non illi committitur, vſque ad decimumquartum annum; ita Chriſto poſt reſurrectionē. Verùm nec minus verè, nec minus eleganter explicatur à Theophylacto hæc poteſtas. Duplex, inquit, eſt in Deo poteſtas, coërcitiua vna, qua ab ipſis iniquis & dæmonibus obtemperatur; altera voluntaria, qua blandè allicit, trahit, & ingenuè cogit, hoc eſt, efficaciter ad ſe rebelles compellit voluntates. Prima illa ſatis ante crucē eius mundo innotuerat; ſecunda verò poſt mortem maximè claruit. *Ego*, inquit, *ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum*: nunc igitur poſtquam in crucem aſcendi, omnia mea ſunt, ite, vocate gentes, nulla enim tam barbara gens, nulla tam agreſtis & ingrata, quæ cùm me ſui cauſa in cruce obiiſſe cognouerit, meæ non ſubiciatur poteſtati, & tunc maximè, cùm à cruce in cælum conſcendo dona hominibus do, & ſaluationem prædico. Itaque antea obſecundabant homines Deo quaſi coacti & inuiti, nunc verò omnes ſuos famulos voluntarios habet, & amoris potius vi allectos, quā timore perculſos. Vtriuſque huius poteſtatis inſignia ipſe glorioſus ia Chriſtus præfert in Apocalypſi 1. vbi viſus eſt gladium geſtans in ore, in dextera autem ſeptem mundi gubernatrices ſtellas; en legis gratiæ ſymbolum, ante iſtā enim, in lege ſcripta, vtebatur Deus gladio, & coërcitiua virtute, enſémque in dextera geſtabat, & frequenter minabatur. *Euaginabo gladium meum*, imò contra ipſos irrumpebat. *Vbi nam ſunt*, nec vſquam niſi præcinctus enſe incedebat. *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.* Voluntaria tamen & paterna poteſtas tota conſiſtebat in promiſſis verbis & pollicitationibus, tunc enim ſtellas geſtabat in ore, verùm quid nō amor inuertat? vix moritur, vix ad viuos redit cùm fidem ſuam liberat, & inſignia commutat. Nam enſem in ore geſtat, noua & inſolens geſtandi ratio, & aſtra in manu tenet;

a Super hūc locum.

Poteſtas iſta Chriſti quæ nam ſit & quando illi data.

Voluntaria & benigna poteſtas Chriſti efficacior ad pertrahendos animos.

Amatoria poteſtas efficaciſſima.

Antiqua verbi Dei poteſtas coercitiua.

nam

uam hoc tempore totus in minas abit. *Hic Ieſus qui aſſũptus eſt in cælum ſic veniet*, nam pietate paterna monet *vt fugiant a facie arcus*, ſeueritatem verò punitionis in extremam reſeruat diem, manus verò ſtellis plenas gerit, quia nos ex hac die in poſſeſſione cæleſtium bonorum collocat, iubétque animos & oculos ad cæleſtia attollere.

Cogit animos & ad cæleſtia ſuſtollit æternorum manifeſtatio.

Vide o anima, quia nulla tibi maior inferenda vis quam aſtra, hoc eſt, æterna monſtrare, ad hoc creata vt ſuper aſtra aſcendas, vt æternam adeas hæreditatem, illac tibi eundum eſt. ego pandam iter, fores attollam, & altiores ampliorésque efficiam, elige de duobus vel enſem in ore, vel poteſtatem in manu, integrum tibi eſt mihi voluntarie inſeruire, quid formidas tẽpora, coẽtus, aſtra, ...os influxus & mortem, ne formides, ecce ego poteſtatem habeo ſuper aſtra, en in manu gero ſeptem gubernatores orbis, ego miſceo influxus, ego corrigo, impẽdeat licèt mors, nihil tibi damni afferet, omnis enim in mea manu poteſtas eſt, ecce *claues* in manu, ecce aſtra in dextera ſunt, hæc eſt *omnis poteſtas in cælo & in terra.*

9. *In cælo & in terra.* Si quod minus eſt à maiori continetur, quare cælum memoras prius quàm terram, nónne melius & elegantius per gradus aſcenderes, *in terra & in cælo*: Docet nos Chriſtus nullo modo gloriari oportere de terrena poteſtate, niſi eam in cęlo teneamus gratia Dei & bonis actibus acquiſitam. Nam hæc æternum dominatum, illa verò tẽporale & caducũ ipſis brutis animantibus comparandum, conſtituit. Vnde ſub ſpecie quatuor animantium quatuor imperia mundi ſpeculatus eſt, & coram ipſo eminentiori & maiori beſtiæ ſubtracta eſt poteſtas & gloria, quæ viſio Danielis quia maximè omnipotentiam perſonæ Patris declarat, valde notanda eſt.

Cæleſtia ante ferenda terrenis.

Dan. 7. 9. *Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit.* Deſcribit Daniel diuinam maieſtatem de regibus & regnis iudicantem, ad hoc autem perſonam Patris habitu indicãtis deſcribit. Nam poſtea *verſu* 13. Patrem ab alio *quaſi filio hominis* diſtinguit, & aptius Pater index in hoc caſu conſtituitur, quia cauſa filij agebatur, certabãt enim monſtra iſta cum Chriſto de regno, & nemo ſolet in ſua cauſa iudex eſſe. Vocatus eſt in iudicium Nabuchonotor cùm quietus erat in domo ſua, & florẽs in palatio ſuo, ſiſtitur ante tribunal, & quia Deum ſe fecerat & magnitudo eius creuerat vſque in cælum, vt ait Daniel, iubetur eijci ab hominibus, vt cũ beſtiis ſit habitatio eius, & fœnum vt bos comedat. Quánam obſecro de cauſa in beſtiam cõmutatur rex? prima eſt quam dixi, nempe quia ſtatuam ſibi erexerat, in qua ſicut Deus coleretur, ideo deprimitur ad gradum brutorum. Secũdò, quia quando reges & principes non deferunt Deo honorem, gratias & obedientiam, meritò iumentis inſipientibus comparantur. notat hoc Rupertus [a] nõ ſemel, maximè autem *lib. 2. in Gen. c. 39.* quare primus parens inter iumenta eſt deputatus? Reſpõdet: Animaduertendum eſt quàm pertinaciter primus homo terrenus à creatoris laude mutus deſtiterit, quã obſtinatis labiis ab omni gratiarũ genere abſtinuerit, & ingratũ Domino Deo ſilentũ dederit, formante Deo, & inſpirãte ſpiraculum vitæ, non ſuſpirauerit eodem ſpiraculo vitæ acceptæ in plaſtę ſui faciem vt adoraret, & eum glorificaret; itaque quaſi iniuria perſonæ Patris illata, & bona omnia amittere, & aſſimilari beſtiis meruit, *comparatus eſt iumentis inſipientibus*, ideo ſummus

Principes gẽtium beſtiarum ſymbolis deſignantur.

Perſona Patris innoteſcit in ſupplicio principum.

Dan. 4. 19.

a Lib. 2. in Gen. c. 39.

10. Princeps Chriſtus poteſtatem acceptam refert Patri, vt omnia nos doceat omnipotentiæ eius referenda eſſe. *Data eſt mihi omnis poteſtas.* Siſtũtur ſecundò quatuor regna coram antiquo dierum, de illorum autem infauſta ſententia hoc ſolum aſſerit Daniel, *& vidi quoniã interfecta eſſet beſtia, & periſſet corpus eius*, & traditum eſſet ad comburendum igni, *aliarũ quoque beſtiarum ablata eſſet poteſtas, & tempora vitæ conſtituta eſſent.* Quare Domine per beſtias occiſas regna adumbras, & quare omnis beſtiarum poteſtas ablata eſt? Reſpondeo, beſtiarum forma terrenam poteſtatẽ ſine cæleſti denotari, vt diuerſitas inter Chriſtianas poteſtates & Gentiles exprimatur. Nam ſicut cũ beſtia moritur, penitus omnia interiiſſe videmus, tam corpus quam informantem animam: ſic cùm diem obit ſuum princeps Ethnicus, perit omnino eius poteſtas, quæ vſque ad tempus determinata eſt. Eccli. 10. *Omnis potentatus breuis eſt vita.* Sex annis tenuit Alexander Monarchiam Aſiæ, quatuor tantùm tyrannidem orbis Iulius Cęſar exercuit, longior in principatu fuit Octauianus per quinquaginta ſeptẽ annos imperando, quia tamen nullam in cælo poteſtatem habebat, omnino more beſtiarum interiit, & 1616. anni elapſi ſunt, ex quo apud inferos tormentis excruciatur æternis. Chriſtiana vero poteſtas non vita finitur, quia *in cælo etiam eſt*, quin potiùs cùm à nobis migrat princeps, ſperamus certam ſedem in cælis illi deputari, ſicut orat Eccleſia, *Collocet eum Dominus cum principibus populi ſui.* Iuſti verò cum caducam & periturum poteſtatem terrenam nouerint, fauores applicãt, & orationes, vt duratura illis aſſignetur cæleſtis potentia; ſicut regis familiaris cùm videt inſigne aliquod alicuius ordinis vacaſſe, & tenuem eſſe adminiſtrationem & prouentũ, prætetire ſinit, & quaſi miſsã facitat cũ alia pinguior & opulẽtior occurrit, tunc gratiam a rege obtinere nititur; ſic iuſti terrena vt modica prætetire ſinunt, nec inuident regi, nec duci, Dei enim gratiam ſuper omnia ducunt, & expectatiua gaudent æternæ beatitudinis, & apud ſe recolunt Redemptoris verba, *Regnũ meũ non eſt de hoc mũdo.* Et in Euãgelio, *Data eſt mihi omnis poteſtas, in cælo, & in terra.*

Iudicium alterum in quo perſona Patris dignoſcitur. Cap. 7. 11.

Regna etiam beſtiarũ ſymbolis denotantur.

Breuis eſt & exigui temporis terrena potentia.

Simile.

11. Vis autem potentiam Patris intelligere, vide non ſolùm qua ratione reges & regna conuerterit in beſtias, ſed qua ratione infirmos homines diuina ſua armauit potentia. *Impius enim fugit nemine perſequente.* quem fugis peccator? ecce ſuam conſciẽtiam, fugit ſagittam, qua gerit cor tranſfixum. At iuſtus hac armatus poteſtate diuinam induit potentiam & diuinitatem, ideo *Exodi* 7. dicitur Moyſi, *Conſtitui te Deũ Pharaonis* Hebraicè, *Helohim Pharaonis*; poſſet, inquit Lyra, dicere, *Iehoua*, in ſingulari, ſed *hic*, & *Pſal.* 81. & *Ioan.* 10. ſemper in plurali ponitur, & poſſet etiam Vulgatus in ſingulari conuertere, at in plurali emphaſim habet, *yo te hare Dioses de Pharaon*, hoc eſt, ſic te vnum quaſi cunctos Deos ſuos formidabit. & multo plus, vt cùm Eccleſiam conſtantia Martyrum glorioſam videritis, & confeſſorum patientia atque potentia Romam ſubiugatam, & orbẽ videritis, non dubitetis perſonam Patris ſuam commendaſſe potentiam, vt etiamſi ſub velo ſit Deus agnoſcatur.

Iterum potentia perſonæ Patris manifeſtatur.

12. *Docete omnes gentes.* Iã ſecundæ perſonæ *ſapiẽtia* affulget mundo, nam verbum, quod erat apud Patrem, ſuam apud homines ſapientiam manifeſtauit, oſtenditque omnes qui animatum cu-

Perſona Verbi per ſapientiã innoteſcit mundo.

ſas

ras ſuſcipiunt omni inſtructos diſciplina eſſe debere, vt notauit Philo[a]. Nō temere, inquit, Deus ſummo ſacerdoti duas ſtolas attribuit, *ſed volens nos per hæc ſigna docere virtutes vtriuſque ſpeciei. Debet enim vir ſapiens & intus in anima inuiſibili, & in externis actionibus, ornatus eſſe, prudentia omni auro pretioſiore.* Similia habet Nazianzen.[b] & D. Chryſoſt.[c] *Malum, inquit, ad Eccleſiæ ædificationē confert, ſi præſules doctrina gratia polleant, quæ niſi adſit, plurima eccleſiaſtica diſciplina peribunt. Neque verò eum ſermonem laudauerim qui factus tumidus externa peritia iactantiam ſequitur, ſed qui virtutis ac ſucci habeat plurimum, qui ſenſibus grauis ſit, & ſapientia plenus, nam, vt ait Salomō, multitudo ſapientium ſanitas eſt orbis terrarum*, non dixit *eloquentium*, (notat Auguſtinus[d]) ſed ſapientiam, ne intelligeremus orbis ſanitatem in ſolis verbis, ſed in recta vitæ ratione ſimul cum doctrina conſiſtere. Vir ergo hac inſtructus diſciplina debitor eſt totius orbis, & ad docendum debet mitti, ſicut Verbum Patris ad nos deſcendit, ideo namque Philo[e] vocauit Adam ſapientiſſimum *mundi ciuem*, quo, inquit, nomine digni ſunt qui doctrina præſignes ſunt, & forma viuendi. Noſtérque ſecundus Adam ſe *lucem mundi* nuncupauit, & hæc eadem axiomata & cognomina dedit ſuis Apoſtolis, *Vos eſtis lux mundi, docete omnes gentes*, & Nazianzenus philoſophū præclarū laudans ait, *Si ratio ſapiētiæ habeatur, totius orbis ciuis eſt, nec enim Cyniciſmus exiguis finibus circunſcribi ſuſtinet*; obligat enim ſapientia & Cynica doctrina Diogenis, vt non à condiendis cordibus ſale ſapientiæ ſe ſubtrahat, *que los ſabios ſon para todo el mundo el necio ni aun para vn rincon.* Ratio huius eſt, quia rogatus ſemel Diogenes Cynicus vnde eſſet, totius orbis ciuē eſſe reſpondit. Quòd ſi hæc à ſuis poſcit Cyniciſmus, quid, obſecro, à ſuis exiget Chriſtianiſmus, vel quā rationem æterno Iudici reddent qui tot impenſis laboribus ſapientiam didicerunt, vt otio langueant, & eccleſiaſticis redditibus addictam habeant.

a Lib. de temulentia.
b Oratione in diuum Athanaſi.
c Hom 15. in 1. Tim.
Sap 6.
d 4. De doctri Chriſtiana. c. 5.
e Lib de creatione mundi.

Vis autem huius ſecundæ perſonæ ſapientiam contemplari, vide qualem in humilitate gloriam, in patientia requiem, in mortificatione reſurrectionem abſcondit. Vis ſcire, inquit Nazianzen.[f] quid in hac re contigerit mundo, idē certè quod mihi, qui cùm apud Athenienſē academiam eloquentiam quærerem, mirabilem vitam & theſaurum ſapientiæ in Baſilio comperi, nō ſciens atque Sauli euenerat, qui cùm aſinas quæreret, regnum inuenit. *Cùmque eloquentiam quærerem felicitatem retuli: & licèt per modum alium, idem tamē mihi euenit quod Sauli, qui cùm patris quæreret aſinas regnū inuenit*; quis ergo à ſapientia Verbi quod ad nos deſcendit factum non videt, vt cùm mundus ſapientiam & diuitias quæreret, in regnis, in magiſtratibus. Chriſtus inter paupertatem diuitias, inter ſtercora cælum, inter abiectionem gloriā, & inter piſcatores ſapientiam collocauit, eſt vtique Deus Verbum, & ſecunda perſona, quæ ſic per ſtultitiam mundum erudiuit, *euntes docete omnes gentes.*

f Oratione de obitu Baſilij.

13. *Euntes ergo docete omnes Gentes, baptizantes eos.* Notanda verba, in quibus Spiritus ſancti bonitas in nos diffuſa reſplendet. Quid enim ſignificant verba illa Dei ad Abraham, *tibi & ſemini tuo poſt te dabo terram Chanaam in poſſeſſionem ſempiternam, & ero eorum Deus? Quid eſt* (inquit Chryſoſtom.[g]) *ero illorum Deus?* & reſpondet, *Multam me eorum curam habere oſtendam, & meum ſubſidium illis præſtabo, quod & diuinam bonitatem oſtendit, & Dei liberalitatem in homines apertè probat, quando venga la perſona del eſpiritu ſancto al mundo ſe dara a conocer ſer Dios porque vendra a hazer bien.* Quamobrem cùm exclamaret dæmon Luc. 4. *Quid tibi & nobis Ieſu Nazarene veniſti perdere nos?* vbi Tertullianus[a], *Increpuit illum Ieſus plane vt inuidioſum, & in ipſa confeſſione petulantem, quaſi hæc eſſet ſumma gloria Chriſti, ſi ad perditionem dæmonum veniſſet, & non potius ad hominum ſalutē, no ſe queria gloriar de hacer mal aun a dæmonios a ſaluar viene primeramente.* Et hunc eſſe ſpiritum Chriſti, liquet ex Euangelio, *qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit; qui verò non crediderit, condemnabitur.* Nam ex ſe ſalutem promittit, damnationem, ſolùm poſita incredulitate, minatur. Vnde hæc bonitas ſibi videtur intuliſſe vim quandiu ſeſe mundo liberaliter non diffuderat, ſicut notauit Guerricus[b], *Omnium humanarum infirmitatum, vel iniuriarum quas pro nobis pertulit diuina dignatio, ſicut tempore primam, ſic etiam humilitate ferè maximam exiſtimo: quod in vtero nouem menſium tempore maieſtas illa incircumſcripta paſſa eſt contineri, quando ita penitus à ſeipſa defeciſſe viſa eſt. Tanto tempore nihil illa ſapientia loquitur, nihil illa virtus manifeſtū operatur?* Quamobrē cùm perſona Spiritus ſancti ſe mundo manifeſtauit, quaſi ex anguſtiis prodiēs, multis cœpit linguis loqui, multos nuncios in orbem miſit, multos vna die peperit filios, & quencumque craterem & canalem Baptiſmi quaſi muſta ſiti noſtræ ſalutis ſeſe immiſit, imò eius bonitas diffuſſa eſt, ſicut aqua, *eūtes baptizate eos*, dat enim, & affluenter ſe communicat, vt aiebat Iacobus.

Tertia perſona per bonitatem cognoſcitur.
Gen. 16.
g Hom 37 in Gen.
a Lib. 4. contra Marcio. c. 7.
Mat vltimo.
b Serm 1 de annuntiat.
Iacob. 1 5.

Vis denique perſonam Spiritus ſancti atque 14.
Dei bonitatem cognoſcere? vim obſecro illius particulæ, *ergo*, perpendamus. Domine vnde, obſecro, vim habet illa particula *ergo*? vnde? ex præmiſſis, nónne liquet ex dictis me potētem & ſapientem eſſe? ergo ſim etiam bonus, & munificus, & facilis ad indulgēdum? imò potiùs Domine nunc quia potens es debes vindictam ſumere de mundo qui te non cognouit. Aberras, inquit, nam ex ſumma potentia, & ex ſumma ſapientia non infertur vindicta, ſed venia, & bene facere his qui oderunt me. Saltem hoc de Chriſto prænuntiarunt Prophetæ, *cornua in manibus eius, ibi abſcondita eſt fortitudo eius, al tiempo de vudir ſus enemigos enbaynō ſu poder. Diabolus ante pedes eius, ante faciem eius ibit mors, con ſer eſtes aos los mas dañinos y atreuidos ſe contentara con rendir los a ſus pies* Ad quid ergo cornua in manibus? vt oſtendam ex potentia rectè inferri in Deo eſſe bonitatem, nam ſicut in naturalibus, vt ait Plinius, cornua, ſicut in capreis planum eſt, cauſa ſunt vt minoris ſucci ſint, & minus lactis procreent, nam quæ cornibus carent fœcundiores & vberioris lactis ſunt, ſic etiam qui à natura nobiliores & potentiores ſunt, plus benignitatis habent cùm abſcondunt fortitudinem, nec cornua potentiæ oſtentant, nec diſſimulant iram, tempus vindictæ opportunius expectantes, quemadmodum Eſau, qui dixit, *Venient dies luctus patris mei.* poſt quos vindictam ſumam, tempúſque obſeruabo. Contrarium docet Spiritus ſancti bonitas, nam cùm inſtat tempus vindictæ, tunc magis ſuam effundit pietatē; ſicut ſi iudex ira inflāmatus in reū cùm ſententiā deberet dicere, ad iucūdum diuerteret, eum amicis delitias reputādo non ad extremū ducere irā, ſed abſtinere à vindicta. Nūc intelligemus Dauidem, *Expectat Dominus*

Potentiam non decet vindicta ſummarum exempla tres & amorem Spiritus ſancti.
Abacuc. 3.
Verè bonus eſt qui cum poteſt atque ſit neſcit vindictam ſumere.
Gen. 27. 41.

vt

vt miſereatur, eſt e en acecho de las occaſiones de perdonar, & ideo exaltabitur, parcens vobis, y dice que le va ſu honra en hacer actos de eſa piedad, quia Deus iudicij eſt, porque aunque eſtan juſto como bueno a las horas de audiencia ſe va a jugar, ita vt omnino immemor muneris iudicandi videatur. (*Deus quando ſit a parcit.*) Quòd ſi ſemel vindicauit ſe, nempe contra Sennacherib, ideo ita factum eſt, inquit Dauid, vt terribilis & fortis appareret, *tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi*, & intelligeremus qualicumque tempore poſſe ad vindictam procedere, parcere tamen, & indulgere ei, maximè proprium eſſe, & hoc eſt quod ſequitur, *ex tunc ira tua*, Hebr. *ex omni tunc ira tua*, vbi Caietan. explicat, homini non ſemper liberum eſt vindicare ſe cùm deſiderat, tu verò cùm integrum ſit quocomque tempore iram effundere, tunc maiorem miſericordiam oſtendis, & concinunt chori laudem, *Deus vltionum, Deus vltionum, liberè egit*, inde in Dauidem benignitas iſta manauit regē digna, quam valde miratus eſt Saul cùm de ſpelunca libet euadens ait, *Quis cùm inuenerit inimicum ſuum, dimittet eum in via bona? & nunc ſcio quòd certiſſime regnaturus ſis, & habiturus in manu tua regnum Iſrael*, regij enim animi eſt vindicta abſtinere: vnde cùm mirarentur Iſraelitæ quòd de Semei vindictam non ſumeret, cùm iam data illi eſſet regni poteſtas & thronus, reſpondit, *Cur efficiemini mihi in ſatan, an ignoro hodie me factum*
15. *regem?* Læditur enim recens accepta poteſtas ſubita vindicta etiam nocentiſſimorum. Hinc eſt quòd Salomon delicatum ſe vocauerit, & denuo vnctum regem, nihilque mali intulit Adoniæ fratri, imò illi pepercit dum regnum viuente patre affectauit; poſtquam verò Abiſach in vxorem petiit, illum iuſſit occidi. Rationem reddit Abulenſis [a], vt nempe iuſtificaret actus ſuos, maxime in principio regni, nam ſi propter primum crimen occidiſſet Adoniam, videretur hoc feciſſe ſolùm ex vindicta, quæ quidem dehoneſtaret regni primordia, & deturparet thronum excelſum nota illa ſeruili & ignobili vindicandi ſe. Nam poteſtas vindicandi ſe, ſi abſtines à vindicta in maiorem tuam gloriam cedit. Oſtendit hoc grauiter & acutè Ambroſius [b] in ea verba *Luc 22.* vbi præcipit Dominus, *Qui non habet vendat tunicam ſuam, & emat ſibi gladium. O Domine* (inquit Ambroſius,) *cur emere me iubes gladium qui ferire me prohibes? cur haberi præcipis quem vetas promi? niſi fortè vt ſit parata defenſio, non vltio neceſſaria, & videar potuiſſe vindicari, ſed noluiſſe: non iniquus Dominus qui cùm ſe poſſet vlciſci maluit immolari.* Itaque bonitas Dei in hoc maximè reſplendet, cùm à vindicta abſtinet, tunc cùm data eſt *illi omnis poteſtas in cælo & in terra.* Hæc ſpiritualis lex à Spiritu ſancto qui ſumma bonitas eſt inter homines ſtabilita, qui extremam delectationem ducunt in iniuriarum vindicta ſitam eſſe. Vnde ad eos qui ignem in Samaritanos mittere perſuadebant, ait Chriſtus, *Neſcitis cuius ſpiritus eſtis, callan que el eſpiritu ſancto es vueſtro padre y mueſtra quien es en perdonar y en enſeñaros a perdonar agrauios.*

(Margin: *Benignitas Dauidis.* — Pſal. 75. — 1. Reg. 24. — 2. Reg. 19. — 3. Reg. 1. — a 3 Reg. 1. q. 45. — *Seruile quod & abiectum vindicta ſit.* — b Lib. 10. in Luc 22.)

16. *In nomine Patris, & filij, & Spiritus ſancti.* Iam ſine velis ſancta ſanctorum penetrauimus, te duce, ô adoranda Trinitas; verùm ibidem Cherubinos reperimus, qui ore quidem *ſanctus, ſanctus, ſanctus*, de te prædicant, alis tamen oculos contegunt, faciéſque demittunt, *diuinum nuntiantes ſilentium*, nec diſſimili affectu ſcripſerunt & Cyprianus, qui ait, *certè ſibi ſoli nota eſt beata Trinitas*, & Baſilius [a], *Dei quidem continuò reminiſcendi apud pias atque deuotas animas nulla ſatietas, quæ autem Dei ſunt ſermone proſequi, audax profectò facinus*: ego igitur nec auſim dubitare de Deo an ſit, nec quærere quid ſit, nec diſtinguere eſſentias, nec confundere perſonas, nec aliud à Domino meo quærere, quàm quod ipſe dignatus eſt reuelare.

(Margin: a Serm. de Trinitate. — *De myſterio Trinitatis ambibus egimus & inter ænigmata collocauimus.*)

Docentes eos ſeruare omnia quæcumque dixero vobis. Nónne ſatis erat Baptiſmus ad ſalutem, cur 17.
fidem tam obſcurè proponis, & difficilia ac ſupra rationem credere iubes, & ea quæ facto opus ſunt tam clarè iniungis? Reſpondeo ideo doctrinam cum bonis operibus coniunxiſſe, vt oſtenderet veram Eccleſiam hanc ſuam eſſe, cæteras verò non matres fidelium, ſed meretriculas receptas factas, nulla enim ſine obedientia & bonis actibus conſtare poteſt Eccleſia, hoc indicauit ipſa, cùm *Canticorum* 8. ab ſponſo informari poſtulat, *Quis te det fratrem meum ſugentem vbera, &c. Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & muſtum malorum granatorum meorum*; quaſi dicat, vt exponunt tres Patres Græci [b], etiamſi inueniam te foris, & dicatur mihi, ecce in via eſt Chriſtus, ecce in penetralibus, non credam, etiamſi videaris tu reuelaſſe mihi glorias, myſteria, Trinitatis arcana, non credam, donec *introducā te in domū matris meæ.* hoc eſt, in veram, vnicam & catholicam Eccleſiam, vbi in aqua per Baptiſmum genita ſum, *ibi me docebis*, ibi enim in obedientia ſemel conſtituta genetricis meæ, ibi vera, erit doctrina, verus ibi Chriſtus, vera ſancta & vna Trinitas, ſint, quaſi diceret, in Eccleſia reuelationes, ſint litterati viri, proferantur libri, redundent diuinæ conſolationes, ea tamen tunc credam, libentérque ſuſcipiam, cùm ibi à te accipiam, nam & doces & imperas ſeruare omnia, atque ſemel in vera domo matris Eccleſiæ conſtituta retribuam facilè, & rependam amorem tuum, *dabo enim tibi poculum ex vino condito*, ſanguine videlicet tuo, fide tua, non ſola, ſed condita aromatibus charitatis, & bonorum operum, quibus maximè oblectari te ſentio.

(Margin: *Eccleſiæ conſecte ab hæreticis meretriculæ ſunt.* — *Fide & bonis operibus conſtat Eccleſia.* — b In Cant. apud Theodoretum. — *Cooperatio noſtra fidei adiungenda.*)

Aquam autem & ſolam fidem minimè ſufficere ſatis ex dictis à Chriſto liquet, nam ſicut in 18.
Veneta republica cùm libera domum ædificādi facultas datur, reſpublica ſubtus aquam prima iacit, & excitat fundamenta, in quibus ſuperædificat ciuis, ſic, inquit, Paulus Chriſti gratuita liberalitate iecit prima fidei fūdamēta, poſt quæ vnuſquiſque debet ſuperædificare, quo verbo ſæpiſſime vtitur Paulus, quod in ipſo cratere, in quo Baptiſmum adumbratum vidimus, libet intueri, dicitur enim fuiſſe rotundum in circuitu, habebátque, ſicut teſtatur Ioſeph [c], hemiſphærij ſchema, ſeu dimidiæ ſphæræ figuram, ita vt ſi alterum vas illi imponeretur, integra atque perfecta ſphæra remaneret. Quod ad rem ſatis exponit Eucherius [d], nam fidem ſignificabat quæ in Baptiſmo recipitur, non ſufficere ad complendam Chriſtiani vitam, niſi accedat in adultis obſeruatio mandatorum, operúmque executio tanquam media ſphæra imponenda alteri mediæ ſphæræ, ad quæ etiam reſpexiſſe videtur Paulus cùm vocat *plenitudinem fidei* fidem, cum mandatorum obſeruatione. *Accedamus*, inquit, *cum vero corde in plenitudine fidei*; nec enim accedere

(Margin: Fidem non ſatis eſſe ad ſalutem ſine operibus. vide apud Maldonat Ioan. 3. verſu 15. efficaci ratione & ad hominē vt aiunt cōtra hæreticos. — 3. Reg. 3. & 2. Paralip. 4. c 8. Antiquit. ta. c. 3. — d Lib. 3. in lib. Regum 21. — *Dimidiata eſt fides ſine operibus.* — Hebr. 10.)

Digitized by Google

cedere ſat eſt; ideo ſubdit ad Rom. 6. *Quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Quid eſt in nouitate vitæ ambulare?
a De verbis Apoſtolicis. Reſpondet Auguſtinus [a], *Breuiter dico, eſt perficere, ne forte non intelligatis, & pigrius ambuletis: ſemper tibi diſpliceat quod es, ſi vis peruenire ad id, quod non es.* Itaque migrare ad cælum oportet, vel pedibus bonorum operum, vel alis charitatis, aqua enim Baptiſmi & fides ſola tibi qui iam adultus es nō ſufficit ad ſalutē, etiamſi mergaris in aquis, & natare præſumas. Quod videtur
Iob 11. dixiſſe Sophar, *Vir vanus in ſuperbiam erigitur*, vbi *vanus* idem eſt quod vacuus & inanis, qui nudus eſt bonis operibus, ſola fide contentus; hic tamen Septuaginta legunt, *Homo fruſtrà natat, ſermonibus* videlicet, fruſtrà conantur traiicere verborum tantùm adminiculo, & argumentationum, conſcientiam bonam repellentes fit vt demergantur. *Quiere nadar con cala baças y otras coſas llenas de ayre mas todo es ayre y fee mal ſegura ſin buena conciencia ſin la qual, iuxta fidem naufragauerunt.* Sed non fruſtrà mare vitreum ante vrbem cæleſtem depingitur, traiiciendum quippe, non aliena ſolùm ope, ſed manibus noſtris remigando, non ſolis ſermonibus, etiamſi in illis perſonas Trinitatis diſtinguamus, ideò fortè
b Can 6. in Matth. dictum ab eodem Chriſto eſt, vt expendit Hilarius. [b] *Neque qui dixerit, Domine, Domine, heres illius erit*, Matth. 7. *Quid enim meriti eſt dicere Domino, Domine, Domine, nunquid Dominus non erit? & quæ officij ſanctitas eſt nominis nuncupatio?* cùm cæleſtis regni iter *obedientia* potiùs *voluntatis Dei*, non nuncupatio reperta ſit. *De noſtro igitur eſt beata illa æternitas promerenda, præſtandumque aliquid ex proprio, vt bonum velimus, malúmque vitemus.*

Sed cùm tanta ſit huius ineffabilis myſterij 19.
profunditas, ſilendum monet cæleſtis huius
a. De myſtica Theologia. Theologiæ magiſter Dionyſius [a], *Arcanum diuinitatis ineffabile & caſto honoremus ſilentio*, imò
Deret ſilentium myſterium Trinitatis. & ipſa Dei Eccleſia quæ cùm feſtum & honorem Trinitatis oratione vltima Chriſti Domini vellet exornare, repentè auertit orationem, & ad illa feſtinauit quæ nos obſeruare oportet, *docentes ſeruare omnia quæcūque dixero vobis.* Cuius tamē Euangelij ſi rectè verba perpendimus, Trinitatis veſtigia in ſeipſis inuoluunt. *Data eſt mihi poteſtas*; tria enim in vna poteſtate reperies, potentiam, ſapientiam ac bonitatem, quæ in vno Deo reperiri ſatis ex diſcurſu liquet. *In cælo* nónne vno eodémque lumine tres lampades illuſtrantur, ſol, luna & aſtra? *in terra*; nónne in terra tres maximè gentes mundum diuiſiſſe videntur, Hebræi, Græci, Latini: hos tamen vnus crucis Chriſti titulus continet. Tria alia in *nomine*, tria in *doctrina*, tria in *Baptiſmo*, tria denique ſuppoſita in *vna deitate* colimus, veneramur, & vtinam fruamur in æternum, Amen.

SPIRITVALIS CÆCITAS POST AGNITIOnem veritatis timenda; quot modis contingat, quáue medicina curanda.

INSTITVTIO LIV.

20.
Peior eſt cæcitas in Chriſtiano, quàm in infideli.
MINVS laboris atque negotij cæcitas tua natiuitate mihi & verbo Dei attuliſſet, quàm hæc tua miſeranda caligo, qua dæmon poſt cognitionem veritatis, poſt tot in tuum conſpectum adducta ſpectacula, poſt Chriſtum cognitum oculos tibi eripuiſſe, aut ſaltem tenebris offudiſſe videtur, vbi eſt illa lyncea oculorum acies? quis eam adeò perſtrinxit, aut quis ita retundere potuit, vt inſtar illius cæci à natiuitate appropinquante tibi ſole, hoc eſt, verbo Dei, neque clamas, neque viſum poſtulas, nec ſaltem in ſignum deſiderij palpebras moues, ſed tanquam quid inanime & proiectum in via & voce Domini & oculorum inunctione debeas excitari. Sed heu ab hoſtibus in ipſo vitæ initio captus es, oculis euulſis excæcatus es, virtutibus & iuſtitia ſpoliatus, innumeris plagis vulneratus, totúmque corpus tenebroſum factum teipſum inſpicere & cæleſtia intueri non ſinit. Et quia ſicut illa ancilla Senecæ cæcam ſe eſſe negabar, ſed in obſcuro loco detineri aiebat, ſic tu cæcitatem tuam inprimis ignoras, PARTES INSTITVTIONIS.
ideo quid cæcitas ſpiritualis, quis primus in humanum genus induxerit, quot modis contingat, & quænam niſi cæcus eſſet maximè deberet contemplari, & cætera quæ ad ſpiritualem viſionem pertinent, ſigillatim aperiamus.

21. I. Spiritualis itaque cæcitas ad inſtar corporalis cōtingere ſolet, ait Bernard. [a] & tria a Ser. 5. in aſſumpt. B. Mariæ.
ſunt quæ ſpiritualem oculum impediunt, *tenebræ, humor concretus, puluis iniectus. Hæc igitur tria ſunt quæ oculum intelligentiæ confundunt, atque in contemplatione veri luminis excludunt.* Primò illo morbo *turbatum ſe plangebat Propheta, cùm diceret: Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.* Item, *ſecundò ſe grauari ſentiebat, cùm dicebat: Conuerſus ſum in ærumna mea dum configitur ſpina, recordatione nempe* Pſal. 37.
Primus fuit dæmon qui cæcitate læſit hominem. *peccatorum.* Tertiò *occupari ſe conqueritur, cùm dicit, quia cinerem tanquam panem manducabam, curam videlicet terrenorum actuum.* Primus igitur dæmon cæcitate hominem læſit, & poſt errorem ſuum genus hominum in errorem induxit, nam ille in media luce cæcutire

curire incipiens inde cæcitatem contraxit, vnde acrem videndi & intelligendi aciem obtinebat. Nam, vt ait Thomas [a], *diabolus abſque dubio peccauit appetendo eſſe vt Deus.* Nam primò oculos fidei & ſpei aperuiſſet, in ſecundo inſtanti ſuarum perfectionum ſplendore ſuffuſus ſeipſum dilexit, & dum deitatem æmulatur, *in veritate non ſtetit.* nam cæcutire incipiens ait, *Aſcendam in cælum, & ero ſimilis Altiſſimo*; &, vt Auguſtinus [b] putat, *elatione inflatus voluit dici Deus*, ſimilitudine ſaltem, etſi non æqualitate: vide autem quàm ſubtiliter, & quàm delicatè cæcitatem iſtam incurrerit, noluit æqualitatem cum Deo, quam ſciebat impoſſibilem, ſed voluit eſſe ſimilis vno è duobus modis, nam reſpiciens bona æterna, & ſupernaturalem finem, voluit eſſe ſicut Deus, quia in beatitudinem ſine meritis, ſine certamine, voluit aſſumi, Deus enim eſt natura ſua beatus, qui neminem ſupra ſe habet, à quo mereatur, neminem cum quo decertare poſſit. Vel voluit eſſe ſicut Deus ſiſtendo in ſeipſo, & ipſis perfectionibus inhærendo, nec eas Deo, à quo acceperat, referendo, *in hoc appetiit eſſe ſimilis Deo, quia appetijt vt finem vltimum beatitudinis id ad quod virtute ſua naturæ poterat peruenire, auertens ſuum appetitum à beatitudine ſupernaturali, quæ eſt ex gratia Dei.* Quam culpam & errorem angelicum, meliùs dicam diabolicum, primam mentis cæcitatem dixerim, nulla enim eſt culpa quam aliquis error & ignorantia non comitetur; nulla enim maior cæcitas quàm peccare, & qui grauiùs peccat, grauiorem cæcitatem incurrit. Sed ô mira cæcitas Angeli in illo intellectu, in quo nec fiat ignorantia, nec in voluntate praua affectio, per quas peccato pateret ingreſſus; nihilominus error inuenitur in opere, nempe in ſuipſius cognitione falſus eſt, dum eas perfectiones in Deum non retulit, & ita leuiſſimè & facillimè hæc cæcitas contrigit, dum ſcilicet oculos conuertit inconſideranter ad creaturas, quarum decore & amore diſtractus adeò auerſus eſt, vt in ſempiternum ad eum oculos non conuertat. O triſtiſſimam orbitatem oculorum! ô faſcinatio creaturarum formidabilis, ſi vos mentem angelicam ſola inconſideratia finis vltimi, & ad vos conuerſione ita cæcitate vulneraſtis, & tenebris æternis obcæcaſtis, quantum timeant opus eſt mortales, ne à vobis in miſeram cæcitatem inducantur.

Margin notes: a 1. Parte quæſt. 63. a. 3. in Cor. 1 & q. 62. art. 4. — b Lib. quæſtio veter. & noui, q. 113. tom. 4. — *Quænam fuerit Angeli culpa.* — *Nulla maior cæcitas quàm peccare.*

II. Cæcus iſte primus, cuius oculos ſpecies & ſplendor creatus perſtrinxit cæcorum, dux factus in quatuor miſerandas foueas orbem totum inuexit. *Deus huius ſæculi* (ait Paulus) hoc eſt, dæmon, *excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij, gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei, eòque fit* (commentatur Nazianzenus [c]) *vt tenebroſis actionibus continenter oblectetur, tetrique & caliginoſi vitij, principatum terræ teneat.* Cæterùm per eandem viam, per quam ipſe cæcus factus, cauenda nobis eſt cæcitas, atque curanda Quidam enim ſunt cæci, vt nihil videant, nec Deum, nec mundum, & hi quidem in peſſimum teterrimúmque locum deſcẽderunt, nam Deum quem non vident non verentur, & eùm mundum non vident non erubeſcunt, nec ſaltem pudet illos peccare, quamobrem ſine fræno omni ſe vitiorum labe & ſordibus turpant, ſicut *Luc.* 18. refertur, *Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, nec hominem verebatur.* Vide, inquit, quantum importunitas valeat, gratiam & veniam extorſit ab homine, qui nec fidem, nec Deum, nec hominum iudicia formidabat. Alij ſemicæci ſunt qui omnia circunſpiciunt, & cognoſcunt, Deum tantummodo non vident, qui quidem paulo meliores ſunt, imò ablata Dei cognitione in vitiorum omnium colluuiem immerguntur. *Non eſt Deus in conſpectu eius, inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore: auferuntur iudicia tua à facie eius, omnium inimicorum ſuorum dominabitur.* Cæterùm iſtis patet aditus ad vitam, nempe per pudorem ſaltim mundi quem vident, & aliquando hominum conſpectum reuerentur. Alij porrò ſunt qui etiamſi mundum vident, & terrena amant, etiam Deum vident, quod multo minus malum eſt: nam Dei aſpectus poteſt creaturæ malis mederi, etiam eis quos inſert creaturarum aſpectus. Alij denique quibus reditus ad ſalutem datur, etiamſi in peccata labuntur, ſubitò cæci ſunt ad creaturas ſpectandas, & ſolum Deum cupiunt ſpectare, qui ſtatus veræ conuerſionis eſt, vt notat Auguſtinus [d]. *In eo tempore quo* (Saulus) *cætera non videbat, Ieſum videbat. Optimus itaque modus conuerſionis quiſquis in Chriſtum credit, ipſum intueri debet, cætera creatura vileſcat, vt creator in corde dulceſcat.*

Margin notes: 22. — a. Cor. 4. — c Orat. vbi animi ſui calamit. deplor. — *Primus cæcus dæmon in errorem nos inducit & cæcitatem.* — *Varia diſtinctio cæcitatis.* — Pſalm. 9. — d De conuerſione S. Pauli

III. Sin minus credis cæcum eſſe, ex hoc deprehendes, videlicet ſi vnum ex quatuor vales contemplari, nam ſi hæc quæ magnæ molis ſunt viſu non percipis, certè omnino cæcus eſſe videris. Quatuor enim ſunt quæ debent ſpirituales oculi contemplari; primum fœditatem & grauitatem peccatorum, ſecundum cala- 23.

mitatem præſentis vitæ & proximorum, tertium acerbitatem pœnæ perpetuæ, quar-
Cæcitas ſpiritualis quo pacto poſſit deprehendi. tum remunerationem vitæ beatæ. Quis enim propriam culpam ſaltem cùm commit-
tit non videt, vel poſtea, Ierem. 3. *Leua oculos tuos in directum, & vide vbi nunc proſtra-*
ta ſis & paulo antè, *Scito & vide quàm malum & amarum eſt dereliquiſſe te Dominũ Deum*
tuum. O homo (inquit Deus per Auguſt.) *ſi te videres, tibi diſpliceres, & mihi placeres, nunc*
autem quia te non vides, tibi places, & mihi diſplices. Veniet tempus in quo & tibi & mihi
diſplicebis, mihi cùm iudicaberis, tibi cùm ardebis; nunc enim peccatores non vident peri-
culum ſtatus ſui cùm cæci ſunt, nam dæmon, vti diximus, primùm nititur hominem
excæcare, vt peccatũ ſuum non poſſit videre, ſicut latro domum ingreſſus conſueuit
Simile. primò lumen extinguere, vnde & Antiochus templum ingreſſus legitur candelabrum 1.Mach.1.
Totus homo tenebroſus fit peccando, & turpiter labitur in infanda crimina. abſtuliſſe. Peccando enim totus homo tenebroſus fit, inprimis enim non niſi magnas
moles percipit, *lo abuetodo los bultos*, nam iam non leuia curat vitare crimina, ſcrupulos
& angores animi pellit, ingentia ſolùm peccata dum committit cognoſcit, paulatim
autem decreſcit virtus, & iam omnia peccata æqualia dicit, vt talpæ noſtri ſeculi hære-
tici, quaſi viderent, aſſeruerunt, ſenſim deinde peccata nõ eſſe nefanda crimina mori-
bus ſaltẽ & corde ſentit, etſi ore non profert, mox iudicium diſcretionis amittit, ſicut
Sodomitæ; *Qui percuſſi cæcitate oſtiũ Loth non potuerunt inuenire*, Loth enim interpretatur Gen 19.
declinans, & ipſi à peccato neſciunt declinare. nam ipſa fœditate & immenſitate delicti
territi fores diuinæ miſericordiæ ſerò intrare poſſe ſentiunt, ac deinde in omnium
malorum foueam & centrum atheiſmum ruunt, nec Deum eſſe, nec gloriam, quia
non vident. O cæcitatem deplorandam! ô Sanſon quis eruit oculos tuos! ô Nazare-
ne qui nutriebaris in croceis, quomodo in cœnum & caueam omnium ſcelerum
incidiſti?

24. Hinc oritur impudentia cæcitatis comes, quæ vel teſtes nollet adeſſent, vel dum
Ambulabat Ieſus in Galilæa. ſunt contemnit, quod gentilitium eſt & barbarum. Vnde mundus cùm immundus Ioan.7.
eſſet, & omni genere vitiorum ſordidiſſimus, horruit filij Dei aduentum, quaſi lu-
men ad reuelationem errorum, & teſtem ſuorum criminum, vellent enim non fuge-
re teſtes ſolùm, ſed Deum ipſum cæcum, vel non attendentem ad noſtra facere: li-
quet hoc ex eadem hiſtoria Loth, cùm enim exprobraret Sodomitis prauam illam in-
tentionem, & petulantem cum Angelis congreſſum, ipſi cohibent ne ſe iudicem eo-
rum conſtituat, *Ingreſſus es vt aduena, nunquid vt iudices, a caſa vendra quien de caſa nos* Gen.19 9.
heche, ſi por cierto el de ayer aca venido quiere ſer nueſtro jues, imò nec teſtis erit, quod vt
obtineamus complicem noſtri delicti (ni taceat) efficimus; *te ergo ipſum magis quàm hos*
Odit teſtes luxuria peccatum. *afficiemus*. Nam cæcitas amórque tenebrarum ad tegenda eorum crimina duos contra-
rios & excitauit & coniurauit affectus, alterum amoris erga Angelos quos deperibant,
& inquirebant, alterum odij quo Loth adeſſe nolebant: ſed quia vellent non habere
teſtem, odium in amorem conuertebant, & ipſum etiam turpi ac nefando modo vel-
lent dehoneſtare, hac enim de cauſa etiam cæca hera Ioſeph, & inſani ſenes Suſannæ
cùm ſociam non poſſunt facere ſuæ concupiſcentiæ, teſtem nolunt eſſe, ſed extin-
guere volunt, ſicut mundus Chriſtum: *Me autem odit, quia ego teſtimonium perhibeo de*
illo. Quid, *opera eius mala ſunt*, & ſicut malefactores odiſſe lucem, ait Iob, quia eorum
opera reuelat, ſic impij omnium oculos, eruere vollent, ne teſtis ſupereſſet ſuorum
ſcelerum. Nam qua de cauſa Cain oderat Abelẽ, niſi quia *opera illius mala erant, fratris*
autem bona; nullus enim verior teſtis iniquitatis, quã virtus aliena, hæc enim eſt quaſi 1.Ioan 3.12.
regula: at iniquitas deflectit à ratione, quare nequeunt inter ſe conuenire plus quàm
recta virga cum peruerſa & arcuata. Vnde quaſi bonum auſpiciũ & ſpem melioris fru-
gis aiebat Chryſoſt. [a] eſſe, ſi quis peccator non odium habeat virtutis, *etenim quamuis* a Hom.1.de Lazaro.
non ſectemus virtutem, ſi laudemus tamen virtutem, omnino poterimus ad illam pertingere;
ſic etiam licèt non fugiamus malitiam, ſi tamen vituperemus malitiam, ſine dubio poterimus
illam effugere, nam iſta non vulgaria ſunt bona mentis argumenta; ſic enim odio habent
iniqui virtute præditos quaſi teſtes, & accuſatores, ideo aiebat Cyprian. [b] *Eſſe iam inter* b Epiſt 1.
nocentes innoxium crimen eſt; malos quiſquis non imitatur, offendit. Sicut cùm fœda mulier
ſpeculum intuetur, ſic peccator iuſtum, & plus quidem odit iuſtum, quàm fœ-
dat ſpeculum, imò hæc credit ſpeculo, & fœditatem cultu & induſtria corrigere ſtu-
det, impius verò odit ſi vera dicit iuſtus, & cùm faciliùs eſſet fœdos mores corrigere,
damnat & odit ſpeculum, & magis punire deſiderat in iuſto peccata ſibi obiicienti &
25. repræſentanti, quàm in ſeipſo, hoc in Herode & Ioanne Baptiſta alibi notauimus. Mo-
dò Chryſologum [c] audiamus. *Herodes, tu adulterium facis, & in carcerem vadit Ioannes?* c Serm.127.
itaque in Ioanne tibi diſplicet adulterium reprehenſum, meliùs dicam in ſpeculo
repræ

repræſentatum,& in teipſo non diſplicet; vbi ergo lex, vbi iuſtitia, vt tu ſis qui committas adulterium, ille ſit qui ſoluat pœnam, nam ſi adulterium ſupplici meretur, non dicens, ſed faciens pœna dignus eſt. Sed iam rem teneo, peccator eſt qui primam contra ſe dicit ſententiam, & quaſi in ſimulacro & effigie delinquentis ſeipſum in actionem publicam educit, & cauſam contra ſe actam & concluſam ad diem iudicij ſeruat.

Nollet teſtes ſui delicti habere peccator.

Prou. 7. Vis autem ſcire hæc omnia cæcitatis eſſe argumenta, audi Sapientem. *Qui erudit deriſorem, ipſe iniuriam ſibi facit: & qui arguit impium, ſibi maculam generat.* qui impium, & qui deprauato animo perpetrat mala, condocefacit, ſibiipſi maculam aſpergit.

a Pædago. cap. 9. Clemens Alexandrinus [a] prædicta ſpeculi ſimilitudine officium admonentis expreſſit. *Quemadmodum ſpeculum non eſt malum deformi, eo quòd ipſum oſtendit, qualis ſit; ita neque is qui reprehendit ei malè vult qui laborat animo.* Quibus conſonant verba Plu-

b Apud Stobæum. tarchi, [b] *Pertinacem in delicto monere perinde eſt ac ſpeculum cæco obiicere.* Nam ſi ſpeculum cæco propiùs admoueatur, fiet vt cæcus maculas quas non videt minimè expurget, aut eluat; ſpeculum verò propiùs admotum ex tetro illius halitu maculas trahit. Vides quo pacto tua peccata & pertinax ad correptionem animus cæcitatem tuam manifeſtat?

Eccli. 4. Secundò inſpicienda eſt proximorum miſeria, Eccleſiaſtici conſilio. *Oculos tuos ne tranſuertas à paupere*; & iterũ, *Ab inope ne auertas oculos tuos*; oculus enim qui eſt in lumine, non videt eũ qui eſt in tenebris, ſic & diues in ſplendore & diuitiis poſitus pauperem non videt qui eſt in caligine paupertatis: vnde & pincerna Pharaonis quandiu 26.

Secundò cæci non ſimus erga proximi miſerias.

Gen. 40. fuit in tenebris carceris, Ioſeph afflictum nouit, & ſocius fuit; ſed egreſſus ad fulgorem proſperitatis oblitus eſt pincerna interpretis ſui, pauperis enim non miſeretur niſi qui poſtquam eis per compaſſionem ſe coaptauerit compatitur in mente, ſicut illi patiuntur in corpore. Sicut *Exod.* 3. vbi legimus Moyſem vidiſſe viſionem illam magnam rubi ardentis, ait illi Dominus, tolle calceamenta de pedibus tuis, quaſi diceret, hanc viſionem videre non poteris, niſi priùs calceamentis depoſitis, quæ poſtquam depoſuit ad videndam viſionem, quare rubus arderet, & non combureretur, acceſſit. Rubus ardens & non combuſtus eſt pauper, vel infirmus in paupertate & miſeria per impatientiam non fractus, quod diuites calceati rem admirabilem & magnam reputant viſionem: hunc rubum non valet videre diues oculo compaſſionis, ſtipatus delitiis & nullis aduſtus incommodis, niſi tanquam ad rem mirabilem ſoluerit calceamenta, pedes ab offendiculis & incommodis protegentia, id eſt, carnis nutrimenta, quibus impediuntur affectus mentis, ne procedant ad opera pietatis. Vis videre cæcum in ſplendore diuitiarum pauperem contemnentem, vide epulonem qui iacentem pro foribus Lazarum non reſpiciebat.

Ierem. 13. Tertiò inſpicienda eſt gehennalis pœna, & ſedulò quidem præuidenda. *Leuate oculos veſtros, & videte qui veniunt ab Aquilone.* Et quid vidiſti venire? *ollam ſuccenſam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis.* hæc pœnæ præmeditatio iuſtorum corda ſolicitat, 27.

Proſpicienda & timenda inferni pœna.

c Libello de oculo morali. vt ait Hieron. [c] *Cùm conſidero Iob ſedentem in ſterquilinio, Ioannem eſurientem in eremo, Paulum occiſum Neronis gladio, Petrum ſuſpenſum in patibulo: tunc cogito quid in futuro reprobis faciat, qui in præſenti ſic affligit quos amat.* Impiis verò cùm improuidi & imparati ruunt in flammas illas æternas, ô quàm ingens malum experiuntur. Pœna enim quaſi vmbra corpus, ſic ſequitur culpam, & eo grauior quo minus à cæco peccatore percipitur, vt notauit Auguſtinus [d], *In ipſo autem animo, vbi appetitus voluntatis eſt humanorum menſura factorum, continuò pœna ſequitur culpam, plerumque maior non ſentientis cæcitate grauiore*, appetitus enim voluntatis vbi ſenſus reſidet, & humanorum actuum menſura excæcari ſolet, ita vt priùs incurrat quam videat pœnam, atque ita cùm comperit voluntas ſe ſine Deo eſſe, tanto dolore tamque ingenti triſtitia afficitur, vt hæc pœna omnibus inferorũ cruciatibus grauior ſit: quem dolorem quoties in culpam lethalem labitur haberet ſi cæca mens Deum amiſiſſe ſentiret, vnde regnum dæmonis & tenebrarum dicuntur peccatores, quia ipſe in eorum mentibus dominatur, & cæcorum dux factus eſt, aliquando puniendo eos pœna *grauiore non ſentientis, pierden el ſentido del mal y van ciegos a la pena y hallan ſer mayor de lo que penſaron.* Hoc ipſum nempe plus pœnæ inuenire quàm exiſtimarat, cõtingit peccatori cùm peccat, grauius enim delinquit, quàm putat, ſicut cæcus & ignorans. Sicut cùm Iudas videns vnguenti largam illam profuſionem dixit, vt quid perditio hæc, venditionem Chriſti meditatur, ex qua poſſit pretium illud reſarciri, quod ipſe ſi venundaret vnguentũ, ſine dubio ſurripuiſſet: machinatur igitur venditionem, nolẽs vt Chriſtus moreretur, vt conſtat, quia cùm ad crucem rapi videt, abit, & triginta argenteos reddit, & laqueo ſe ſuſpendit;

d Epiſt. 49. in illa verba Matth. 7. *In quo enim iudicio iudicaueritis.*

Cæcus peccator grauius delinquit quã putat.

itaque peccauit Iudas pluſquam putauit, nimia cupiditate obcæcatus. Atque hoc modo frequenter peccant cæci peccatores, vt Dauid deflet Pſ. 18. *Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo*; quia vt perſona priuata habebat culpas, & vt rex aliorũ crimina ſibi imputari timebat, ſed verbum illud *occultis meis*, aliquid indicat quod ipſi nondum cognitum erat, nemo enim niſi Deus grauitatem culpæ comprehendere poteſt, quod non obſcurè Deus ipſe indicat Ezechieli, nam cùm in conſpectum Prophetæ abominationem templi & idolum zeli, attentis oculis ſpectaret, Deus ipſe ait, *Putáſne vides tu quid iſti faciunt abominationes magnas quas Domus Iſrael facit hic?* nõ credas te comprehendiſſe ingens hoc malum, quaſi diceret, hoc impoſſibile eſt tibi. Quemadmodum apud eundem Ezechielem loquitur oſtenſis in campo innumeris oſſibus. *Putáſne viuent oſſa iſta?* crede impoſſibile eſſe naturæ viribus horum corporum reſurrectionem. Simili admiratione de re quaſi deſperata loquutus eſt rex ad Danielem, *putáſne verè potes mihi indicare ſomnium*, quod tot ſapientes interpretari nequieuerunt, audes tu mihi exponere? ita ſimiliter Deus, *Putáſne tu, penſais vos tener ojos para ver vna culpa infinita anda que ſois ciegos.* Ideo igitur Dauid omnia peccata occulta vocat, multa enim inuoluit peccatum, quæ quidem cæca mens nedum perſpicax Angelorum cognitio poſſit attingere.

Ezech. 8. 6.
Ezech. 37. 3.
Dan. 2. 26.

28. Gloria nobis ſemper in conſpectu mentis eſſe deberet, cæterùm quid horribilius hac cæcitate quæ lumen cæli prohibet. In hanc intentus erat Moyſes, aſpiciebant enim in remunerationem. hæc enim eſt ciuitas illa quam deſcribit Iſai. *Oculi tui videbunt Hieruſalem ciuitatem opulentam*, de qua etiam Bernardus [a], *O ciuitas cæleſtis manſio, ſecura patria, totum continens quod delectat. Incolæ quieti, populus ſine murmure: quàm glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.* Cæterùm cùm habent oculos in terram defixos, cæleſtia non curant, vaniſſimarum rerum ſtudio diſtracti nunquam ad cæleſtia & æterna dirigunt mentem, & quaſi cæci ſunt ad diuina, ideo Dominus, *Hypocritæ faciem cæli & terræ noſtis probare, & quomodo tempus iſtud non probatis.* Habetis oculos ad ſpectanda aſtra, & eorum curſus conſiderandos ortus nubium, ſtellarum naturas, plagas orbis nimia curioſitate obſeruatis, & tempus ſalutis veſtræ, nullis ſtudiis, nullis indiciis nitimini agnoſcere? Vnde Chryſologus [b], *Oculus effuſus perdit lumen, quia tota hominis intra pupillam viſio continetur; ne ergo ſtudeas videre multa vt videas temetipſum: ne præſumas excelſa contueri, nec longinqua ambias conſpicere, quia anguſtus oculus non capit multa, non penetrat excelſa, longinqua non perſpicit, atque ita videt nihil qui videre exiſtimat totum: agnoſce ergo diem ſalutis, tempus acceptum per Chriſtum.*

Gloria cæleſtis ſemper in cõſpectu haberi deberet.

Leuit. 11.
Iſai. 33.
a Lib. meditat.
Luc. 12.
b Serm. 164.

29. V. Sed vt tandem de remedio agamus, paulatim & ſenſim morbus oculorum pellendus eſt, ſicut enim non repentè fit cæcus homo; ſed nubecula illa & cataractæ ſenſim incraſſatæ obnubunt, & obducunt pupillam, ſic mentis cæcitas ſenſim in animæ oculo generatur, ſicut ad Eugenium ſcribit Bernardus [c], *Primum tibi importabile videbitur aliquid, proceſſu temporis ſi aſſueſcas, iudicabis non adeò graue, paulo pòſt & leue ſenties, paulo pòſt nec ſenties, paulo pòſt etiam delectabit, ita paulatim in cordis duritiam itur, & ex illa in auerſionem.* Vnde ille Epiſcopus Laodiceæ priùs incidit in nuditatem quæ ad ignominiam pertinet, *andar a la verguenza ſin hecharlo de ver*, inde ad cæcitatem venit, id eſt, ad ſtultitiam, ac tandem in tepiditatem & duritiam cordis. Remedium autem ac ſalutarem medicinam ſubdit Spiritus ſanctus, *collyrio inunge oculos tuos vt videas*, hoc eſt, quære medicamentum oculorum proprium, nempe attentam diuinorum meditationem quæ oculos animæ aperit, vt cernant ea quæ Paulus ad Epheſios ſcribit, & interpretatur Auguſt. [d] *quæ ſit latitudo*, quæ in corde ex pura conſcientia naſcitur, qua animus ambulat in latitudine, *quæ ſit longitudo*, hoc eſt, quantum præſtat perſeuerantia vſque in finem, *quæ ſit ſublimitas*, promiſſionum & remunerationis diuinæ in gloria ſempiterna, *& profundum*, nempe iudiciorũ Dei; quàm diſtrictè iudicabit & puniet otioſum verbũ, inferni etiã profunditatẽ, & peccati quod tali pœna dãnatur, quæ omnia ſola cõſiderationis medicina, mens poteſt cognoſcere, ea autẽ ablata orbis totus tenebroſus fit, vt optimè D. Thom. [e] de inſtitutione principis aiebat, *In minori mundo, ſcilicet homine, id eſt, defectus conſiderationis, quod in maiori mundo eſt defectus illuminationis. Tria ſunt in maiori mundo ab illuminatione, ſcilicet decor, directio, & ſecuritas; deficiente illuminatione deficit decor, quia non videtur, & eſt confuſio & inordinatio, & nulla ſecuritas; ſic in homine ſi deſit conſideratio.* De vtilitate huius medicinæ vide Buſæum verbo *Meditatio, Conſideratio*, & alios.

Cæcitas paulatim fit, paulatim pellitur.

Rerum diuinarum attenta meditatio remedium eſt cæcitatis.

c Lib. 2. de conſiderat.
Primaſius & alij.
d Lib. 50. hom. hom. 3.
e De inſtit. principis lib. 3. c. 4.

VERBVM

VERBVM PATRIS.

Ionæ 1. verſ. 1.

Factum eſt verbum Domini ad Ionam filium Amathi, dicens: Surge, & vade in Niniuem ciuitatem grandem, & prædica in ea: quia aſcendit malitia eius coram me.

Argumentis damnationis vrget & perterret hominem, ſigno verò Ionæ in ſpem veniæ erigit.

DISCVRSVS CLX.

1\.

Difficile conuertuntur qui verbum Dei reſpuunt.

SERÒ, aut nunquam ad meliorem frugem redeunt ob miracula patrata, qui cùm multis flagitiis contaminati ſint, verbum Dei reſpuunt, & neglectui habent concionatoris vocem. quod verum eſſe vt conſtet, multis efficiam argumentis; vnum tamen argumentum premam, vnam, quia diuini Magiſtri eſt, rationem aſtringam. *Signum non dabitur eis, no les dare milagros, niſi ſignum Ionæ Prophetæ, ſino el argumento de ſu condenacion.* Vſus enim eſt Chriſtus Dominus amphibologia nominis *ſignum. no ſe les dara ſeñal ſino ſeñal o argumento de condenacion.* Non ergo concedam expetitum miraculum, quo ipſi putarentur conuertendi, quin potiùs ea argumenta de Ionæ hiſtoria ſumam, quibus ſe timeant damnandos fore. Otioſorum hominum mos eſt curioſis, nouis, & à longè petitis rebus gaudere, non verò domeſticis, & quæ ad manum ſunt. Delatus eſt itaque Seruator noſter magno ſtrepitu atque tumultu ad Herodem regem, curiámque eius ſpectantem, rogauit illum, & refricauit in memoriam ea, quæ pater eius in tot puerorum innocentium nece geſſerat, vt illum comprehenderet. *tu deues de ſer por quien mi padre dio muerte a tantos innocentes.*

Vide P. Maldonatum in hæc verba.

Silentij Saluatori coram Herode ratio.

Æquum erit dum ſaluos & incolumis es, aliquod ante me edas miraculum, quo ego & vniuerſa curia credamus, & tuis rebus aſſenſum præbeamus: *at ille tacebat.* Quare nunc taces Domine? vide quàm multi & aulici viri cum rege Verbum expectant. Nequaquam (reſpondet) non hi expectant verbum, ſed ſignum aliquod; iſti enim vitiorum labe conſpurcati, impudici, & adulteri, mirabile eſt ſi verbis Dei gaudeant, non placent illis verba, ſed ſigna; verbum autem nō habeo. Quid ais Verbum Patris? vocem non habeo; vocē non habes? abſtulit iſte rex vocem, dum tulit de medio Baptiſtam. Placet reſpōſum; verumtamen quare mox ad Pilati verba vocem habes, quam ſubtrahis Herodi? Reſpondeo Herodem in maiori crimine eſſe: *nam ex multo tempere deſiderabat me videre*; deſideria autem audiendi me, & verba mea diu protelata putreſcunt, quia etiamſi reges ſint, ipſi adire debent ad communes fontes doctrinæ, non ſecretioribus, nec nouis, & exquiſitis concionibus, aut ſignis adduci, quia cùm ſemel deſpectui eſt verbum Dei, difficile miracula, ſalutem, & fidem afferunt, quin potiùs damnationem. Vide cauſam mortis Chriſto illatæ, eam nempe, quam ipſi in concilio aſſignant: *hic homo multa ſigna facit*, & ob hæc ſigna, in cruce ſuſpenditur. Finitur hîc hiſtoria? minimè. Nam cùm in cruce penderet, vna voce ſignum petunt: *Si rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei*; *nunc* coram principibus, *nunc* noſtri gratia, *nunc* nouum edat & inuſitatum. Non deſcendit; quare non deſcendis? quia nec ſic credent. quod vt probem, reducite in memoriam, quæ in domo Lazari contigerunt; vocem enim audierunt Iudæi de cælo ſonantem, & alij dixerunt tonitruum eſſe, alij Angelum locutum fuiſſe, & Chriſtus aſſerit: *Non propter me hæc vox venit, ſed propter vos. auiſo que yo no hauia meneſter eſte milagro por voſotros es.* Hoc autem miraculo audito ac viſo quàm propè eum in crucē adegerunt, vt ex hoc colligere poſſis quomodo credituri fuiſſent ſi è cruce Chriſtus deſcendiſſet? hoc idem nobis oſtendit, quod in deſerto petenti dæmoni miracula reſpondit Dominus, ne noua & inuſitata poſcas; hoc enim dæmonum proprium eſt, qui nec ſic conuertentur; ſed ad verba Dei conuertere, quibus, qui ſaluandi ſunt, credunt, & qui Scripturam contemnit, inſtar tui erit quaſi inconuertibilis. Horum ergo remedia, & ſalutis inſtrumenta communiora ſunt, his, non aliis, ſalus procuranda; ſicut cùm Ezechieli præcipitur, vt ad peragendam grauem concionem coram omni populu *ſartaginem* ſumat. *pues ſeñor no ay otra alhaia en todo vueſtro menaje mas curioſa?* non curioſis, ſed vtilibus, & domeſticis vti oportet, nec lungè petitis, nec alterius ſæculi viſis & portentis. Nouerat diues in inferno aulicorum & diuitum mores, ideo vt omninò conuerterentur fratres, mitti rogat aliquem de Abrahæ ſinu qui de tormentis certa & explorata narraret, ita vt fides daretur ei. Falleris, inquit Abraham, habent libros Moyſis, & Prophetarum verba; qui his non obedit, non credet, etiamſi Lazarus, aut quiuis alius miracula ederet, vt conuerterentur. Quare ex his efficitur his & ſimilibus Deum ſolere non ſolùm miracula non dare, ſed illa præbere ſigna, quæ non ſigna, ſed argumēnta condemnationis ſint. Loquatur hiſtoria.

2\.

Quare nō ſilens corā Pilato ſicut coram Herode.

Deſideria & inſpirationes ſi dumius differantur putreſcunt.

Curioſi non curioſis curātur, ſed communioribus remedijs.

Signū non dabitur eis niſi ſignū Ionæ. Fugit Ionas, ne adeat Niniuem, putans diuinam ſicut terrenam declinari poſſe poteſtatem nullis cuntemā 3.

Hiſtoria Ionæ commemoratio & moralis doctrina.

limitibus; quia tu vt effugias Philippum conferſ te ad fines Gallorũ; fugit Dauid Saulem, & pergit ad regem Geth. Hieroboam ſimiliter vt ſe à Salomone eripiat, aſcendit in Ægyptum; per quam autem viam Deum effugiat peccator? *el reyno de Dios no tiene mojones. & inuenit nauim,* intrat mare, illud autem ſtatim ibat, & intumeſcebat, quo cùm vectores & gubernatores perturbantur, fluctus fremitu horribiles in cælum attolluntur, & continuò in imam deprimuntur voraginem, vt in profundum velle viderentur nauim demergere, & abſorbere, neque vectoribus animus adeſt, neque præ obſcuritate poteſtas, neque per vim aquarum facultas, malos conſcendunt, foros curſitant, vela contrahunt, hauriunt ſentinam, & iamiam perditos deplorant. *el fugitiuo Ionas ni ſe halla ſeguro en popa, ni ſe quieta en la proa dexa los a todos en el ruido y peligro alza la compuerta y baxa ſe abaxo y acueſta ſe a dormir a ſueño ſuelto*; cùm ſit ille, cuius cauſa nauis periclitatur. Sic hodie contingit, agitatur nauis Eccleſiæ tribulationibus, & ij, propter quos tẽpeſtas venit, ſoluti omni cura dormiunt. Non propter Gentiles orta eſt tempeſtas, non propter Turcas, nec propter barbaros, ſed propter eos, qui credunt, & Chriſtiani dicuntur, non propter ſeculares, ſed propter aliquem ſacrilegum eccleſiaſticum, & rebellem prophetã, aut Epiſcopum, qui naui periclitanti non ſubuenit. Quid tibi faciemus? nam ſi de eccleſiaſtico viro lux & medicina non venit, à quo petenda remedia ſunt? *quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur?*

Non eſt quo, aut qua via Deum effugias peccator.

Nauis Eccleſiæ agitatur peccatorum cauſa dũ ipſi nihil curant.

Eccleſiaſtici praui cauſa ſolet Eccleſia vexari.

4\. *Mittite me in mare*, quod priuſquam exequantur etiam barbari, orationi ſe dedunt: *Quæſumus Domine ne pereamus in anima viri iſtius, & non des ſuper nos ſanguinem innocentem. Señor noſotros quiſieramos ſaluar a eſte hombre, el mar brama, el confieſſa ſu culpa, ſeñor ſeñor no vaya ſobre noſotros ſu vida.* Egregium quidem iudicibus documentum, qui vix virgam regiam tenent, cùm vitæ & mortis claues habere putant. Tempus iã eſt, vt Deus mirabilia operetur, quibus fugitiuum contineat, & incredulum conuincat. Hæc autẽ ſigna, vtpote de cælo, ſemper terribilia ſunt, & quæ excedunt vires hominum, vt bene notat D. Chryſologus [a]: *Calũ mouet, ſed cùm cælum mouerit, cæli pondera non poterit ſuſtinere. pedir y pedir alborotar el cielo y todo ſera para ſu mal.* Signa cæli expetunt, non conſiderantes mortem ſibi imminere: nam ſi ignis à cælo venit 4. *Reg.* 1. quis de aſtantibus cõmemoret, cùm ferè omnes perierint? Grando maxima cecidit *Iudic.* 5. at illa Siſaræ exercitum deuaſtauit; tonitrua & fulgura nec ferre poterant, nec audire Samuelis tempore, 1. *Reg.* 7. armati homines in aere apparẽt, & armorum fragor: at audientes plorant, & orant in bonum fatalia monſtra conuerti. Vnde oritur hæc mirabilium inſatiabilis cupiditas in peccatoribus? ex eo nempe, quia Deum exiſtimant aliqua poſſe, non tamen noua & grandiora patrare. Qua de cauſa putat Theodoretus [b] Pharaonem diutiùs detinuiſſe populum, *exiſtimans Deum non poſſe illum grauioribus afficere ſupplicijs. ranas y moſquitos podra haçer pero no mas.* Attamen ſupererat ſignum maximum, nempe ſcindi in duas partes mare, & abſorbere illum. En grande miraculum. Audẽt Philiſtæi captiuam tenere arcam, hoc vno freti, nempe iam Deum in punienda Ægypto omnem exhauſiſſe plagam; dicunt enim 1. *Reg.* 4. *Hi ſunt Dij, qui percuſſerunt Ægyptum omni plaga, conſortata*, &c. *es animo que Dios ya gaſto todas ſus fuerças en Ægypto.* At nihilominus percuſſit eos teterrima, & miſerabili plaga, ita vt vel ipſi fateantur; *Dura eſt manus eius ſuper nos, & ſuper Dagon Deum noſtrum*, 1. Reg. 5. 7. Conſtituit Dominus Ionam in naui, vbi tempeſtas oborta peccata confiteri coegit, & Deum eſſe, qui mirabilia in mari operatur, & poſtea præparat illi Dominus repentè hederam, quæ aſcendit ſuper caput Ionæ, vt eſſet vmbra ſuper caput eius, neque hoc ſufficit, vt credat Dei verbo. Faciamus, inquit Deus, miraculum grande, ecce mittitur in mare: *& præparauit Dominus piſcem grandem, vt deglutiret Ionam, & erat ibi tribus diebus*, &c. Ecce grande miraculum, *& ſignum Ionæ*: at non vides argumentum eſſe tuæ damnationis? ſic argumentor. Pharaonis incredulitas, Philiſtinorum, & Ionæ inobedientia portentis maioribus maris & terræ punitur, & ſigna, quæ poſtulant, vltima damnatione clauduntur. Tu, cuius cauſa eadem, peccata fortè grauiora, quare expectas miracula maiora, quæ te ad veram conuerſionem moueant? caue ne vltimo ſigno damnationis conſummentur, quæ in vita tua pro ſalute animæ operatus eſt Deus. *hechando en el mar donde le recibio la ballena donde ore a Dios que donde quiera ſe puede hacer eſe officio y no digais que no podeis ayunar que el peſcado os mata. veis a qui que el peſcado le Dio la vida a Ionas y el penſo que le auia de matar y le rindio viuo en la ribera. Domini eſt ſalus.*

Ne nimium ſeueri ſint iudices.

a Ser. 90.

Matth. 16.

Inſatiabilis cupiditas miraculorũ vnde in peccatoribus oriatur.

b Quæſt. 21. in Exod.

Signum non dabitur eis, niſi ſignum Ionæ. Intrat Niniuem ciuitatem populoſam, & opulentam, 5.
viginti leucas in circuitu habentem (vt inquit Diodorus) muris altiſſimis circumcinctam, centum & quinquaginta turribus munitam, regibus ſic potentem, vt Oſeæ 5. *vltores vocentur*, *los vengadores, el azote del mundo.* Sic tamen rex eius tunc delitiis diffluens, luxuriæ & indulgentiæ vacans, vt inter amicas & concubinas inſtar earum fuſo filum traheret. Quid mollius, quid abiectius dici poteſt? perſonat vox Prophetæ ad eius aures: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur.* Cui protinus Epicurea ciuitas nimiæ indulgentiæ dedita credidit, & pœnitentiæ opera amplexa eſt. *Et crediderunt viri Niniuitæ, & prædicauerunt ieiunium*, &c. hoc inter ſe meditantes: *Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus?* dubitant, & meritò, an placandus ſit Deus, nam & ipſe Dominus ſub dubio etiam noſtram indulgentiam proponit, vt extorqueat pœnitentiam; mittens enim Ieremiam ad prædicandum ait: *Noli ſubtrahere verbum, ſi fortè audiant, & conuertatur vnuſquiſque à via ſua, & pœniteat me mali, quod cogo facere eis. No ſe te quede palabra de las que me as oido, diselas todas a ver ſi por ventura te oyen.* Volo ego pœnitere de malo antequam facturus ſim (etiamſi ſit ſummæ iuſtitiæ opus) vt illi de malo iam facto diſcant pœnitere, & non ſolùm volo pœnitere, ſed etiam fortè illos pœnitebit. Quid dubitas Domine? dubius eſt, qui omnia præcognoſcit? cognoſcit vtique nunquam pœnitentiam acturos, ſed tamen ſic vrget illum hæc cognitio, vt quaſi apud ſe non ſatis ſtatutum velit, nec ſatis credat futurum; vt non illos pœniteat, atque adeò dicit, *ſi fortè, porque a penas ſe cree lo que mucho ſe ſiente como la eſpoſa que tiene en los*

Pœnitentia Niniuitarum damnat ſocordiam noſtram.

Vix credi poſſet tot ſignis & ſupplicijs exhibitis peccatores nunquam pœnitentiam acturos.

braços a ſu marido muerto a puñaladas, ſois vos ſeñor nos es poſſible ſer vos. Et de D. Thoma Apoſtolo ponderat Cyril. Alex.[a] *Non credam, no creo tal que el ſeñor a reſuſcitado, no creo que ſea yo tan deſgraciado y deſfauorecido de mi maeſtro que eſperaſſe a venir quando yo no le vieſſe.* Ideo totum hoc negotium ſub dubio manet, vt vere adhibeantur diligentiæ, ſicut Niniuitæ exhibuerunt, nam clamabant in fortitudine, *& conuerſi ſunt de via ſua mala*; nam & inimicis iniurias remiſerunt, & qui aliena retinebant, reſtituerunt; delitioſus & cupidus ſuis vtilitatibus vale dixerunt, hoc ſolum meditantes: *Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus.* Nunc ergo ſic argumentor. Dubitat Deus an fortè conuertantur Niniuitæ, vt ex parte ſua omnem diligentiam collocet, ideo dicit,

6\. *Noli ſubtrahere verbum*; dubitant Niniuitæ an fortè conuertatur Deus, & ſub hac dubitatione omnem diligentiam adhibent. Vos ſub eiſdem peccatis, & ſub eiſdem dubitandi rationibus nullam pœnitentiã exhibetis; ergo habetis ſignum Ionæ, hoc eſt, damnationis argumentum. Probo conſequentiam, quia ideo dubitat Deus, vt vos dubitetis ſicut Niniuitæ, & dubitatio extorqueat à vobis pœnitentiam, hanc non egiſtis, neque agitis, neque fortè agere poteritis: ergo Deus, qui dubitabat, iam non dubitat de veſtra damnatione. Negas te non acturum pœnitentiam, quod ego ſic probo, quia qui tot ſignis, tam longa expectatione, tam paterna admonitione non egit, dignus eſt, qui vltima damnatione puniatur, quod & exemplo & authoritate ſic probo. Decreuerat Deus eluuione illa mundum delere; ſi tamen fortè conuerterentur, præcipit Noë fabricationem arcæ, quam centũ annis exſtruxit, & cùm voces malleorũ tot annis ad pœnitentiam euocarent, non reſipiſcunt, monet illos Noë, ſed nihil præſtat. Ecce Deus, qui hucuſque dubitare videbatur, certus de eorum impœnitentia cataractas cæli diſrumpit, pluit multis diebus, ita vt cælum effundi videretur. Siſte, expecta Deus omnipotens, vnde ſcis pœnitentiam nõ acturos? ſcio, inquit Deus; quod vt experientia conſtet, videte. Nam tonante, & ruente cælo, inundante terra aquarũ & gurgitum multitudine, perſiſtente adhuc in terra arca illa immenſæ capacitatis, ſic vecordes ſunt, ſic pariter cũ prudentia ſenſum amittunt, vt ad arcam illam in diem illum exſtructam nequaquam confugiant. Stupidi & inſenſati mortales quolibet defluente imbre ad tugurium paſtorum vos recipitis, & in fœdiſſima tempeſtate & totius orbis eluuione, quæ vniuerſis mortalibus proximũ exitium minatur, ad arcã non confugitis? vel ſaltem ad pœnitentiam? inconſiderantia hæc fuit, & vltima temeritas, qua dignè punitur inſipientia veſtra, & eorum, qui putant, cùm velint, ſe pœnitentiam acturos; qui tamen etiam vocati, inuitati, & à confeſſario admoniti, neſcio qua ratione adeò torpeſcunt animo, vt denique non confiteantur, ſed à Deo eiiciantur, Auguſtino præconium dicente, *Hac animaduerſione punitur peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dũ viueret, oblitus eſt Dei.*

7\. *Signum non dabitur ei niſi ſignum Ionæ.* Argumentum alterum Ionæ ponderat D. Chryſoſt.[b] duritiem, incredulitatẽ & ingratitudinem eorum redarguens, exemplo non ſolùm Niniuitarũ, qui vitia deſtruxerunt, ne homines perirent exemplo vectorum & gubernatorum nauis, exemplo maris, exemplo ceti irrationalis, qui ſic bene ſuſcepit hoſpitem, & incolumem conſeruauit. *Et ecce plus quam Ionas hic. Nautæ non à principio, ſed pro multa neceſſitate ipſum Ionam prodiderunt. Nautæ mari tradiderunt, mare ceto, & ecce plus quam Ionas hic.* Vlteriùs ne cogitetis futuros eſſe, ſicut fuerunt Niniuitæ, quibus ſola comminatio facta eſt, & non ſupplicio affecti. Sumite argumentum, *& ſignum Ionæ*, hoc eſt, mortis meæ, crucis, & ſepulcri; vos enim ſeuera expectat punitio. Sic autem ſumit argumentum Chryſoſtomus[a]. Illi homines nec lege inſtructi, nec fide vnius Dei edocti rem incredibilem audientes ab homine externo inculto, intonſo, ſqualore & ſpumis fœdato, nec fidem perſonæ, nec teſtimonia exhiberi petunt, nec comprehendunt, nec (ſicut Michæam quidam) illudunt, nec vt blateratorem reiiciunt; quinimò pœnitentis vultum, vocem horrendam timent, reuerentur, & obediunt. Vos quid de diuino & extremo expectatis iudicio? *Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta*, nempe *Iudæorum*. Si Niniuitæ condemnabunt Iudæos, quanto vrgentiori ratione condemnabunt Chriſtianos: *Accedite gentes, & populi attendite, ſilentio mortales venid a juicio; viri Niniuitæ ſurgent in iudicio, regina Auſtri ſurget in iudicio, quia ecce plus quam Ionas hic, Ecce plus quam Salomon hic.* Hoc ſolo verbo omnem illam Iudæorum generationem æternis tormentis addicet. O argumentum formidandum. 8. *Pregunto yo ſi la ſombra de vna eſpada ſola la vieſſedes entrar por vn exercito cortando braços, abriendo cabeças y deſarmando caualleros y cortando a cerçen los cuellos de los cauallos, que hiciera la miſma eſpada relumbrante de lindos filos y mejor temple en manos de vn valiente., ſi con ſombras hara Chriſto tales caſtigos como cortar de ſi todo el pueblo Hebreo, que hara el miſmo Chriſto, ſu poder, ſu ſaber, ſu voz, ſu ſentencia.* Si vmbra ſolùm gladij per medium exercitum graſſaretur, cædes maximas hoſtiũ faciens, omnes ad internecionem vſque delens, gladius ipſe exacutus & limatus in manu ſtrenui & acerrimi ducis quam ſtragem, quam cladem hoſtibus non afferret? at Ionas vmbra tantùm erat Apoſtolorum, & concionatorum, Salomõ ille ſapientia inſtructus, maieſtate ſplendidus, diuitiis opulentiſſimus, *erat vmbra futurorum, corpus autem Chriſtus.* Et hæc ſola vmbra ſic longè diſtans tempore, loco, & dignitate à Chriſto carne tecto, & vero Dei filio, & Niniuitas perterruit, & reginæ Saba ſpiritum auferebat, & in die iudicij à Deo ſuo, & diu deſiderato Meſſia integrum illum populum ſcindet, diuidet, abiiciet, & in æternum exturbabit: cùm ergo non vmbra digladietur, nec ludat figuris, ſed verus Dei filius diſtrictus, iratos, extremo furore accenſus, in te Chriſtiane deſæuiat & animaduertat, in quod inferni barathrũ præcipitabit maximis beneficiorum vinculis aſtrictum? *Quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem? Ecce ſignum Ionæ.* Ecce tuæ damnationis argumenta, ſed plura adhuc ſuperſunt.

Generatio mala & adultera ſignum quærit. Scio magna vos teneri admiratione, Niniuitas ſic facilè Ionæ credidiſſe, Iudæos autem poſt tot miracula ſigna poſtulaſſe, & adulteræ generationis nota inſigniri: ſed iam tribus dubiis vno reſponſo ſatisfaciam. Meminiſtis bene Infamis mulierculæ, quæ de Samaria ad puteũ exiuit, quæ cùm quatuor viros habuiſſet, tunc etiam cum altero 9.

Marginalia:

a Lib. 12. in Ioan. c. 54.

Dubium circa ſalutem & indulgentiam cõfert vt cautelam & ſolicitudinem addamus.

Argumentũ damnationis eſt in dubio ſalutis & remiſſionis diuina nihil pro ſalute agere.

Confirmatur exemplo.

b Hom. 14. in cap. 12. Matth.

Alterũ argumentũ damnationis.

Chryſoſt. hom. 5. ad populum.

a Hom. 30. in Matth.

Iſai. 34

Ad Col. 2

Dubia circa pœnitentiam facil. m Niniuitarum.

turpem habebat conſuetudinem. Cõſiderate ergo in muliercula iſta humanam natura quinque vitiis ſubiectã, & a vero Deo per adulteriu ſeparatam. Viri autem iſti ſunt monarchiæ quinque, quæ in deſideriis ſuis abierunt, & quo magis a Deo recedebant, magis deficiebant. Prima fuit Aſſyriorum, cuius metropolis fuit Niniue *Gen.* 10.11.ſecunda Chaldæorum,tertia Medorũ,atque Perſarum,quarta Græcorum,& quinta Romanorum. Græcorum monarchia,quæ quarta eſt,maximam habuit diuitiarum æſtimationem. Chaldæorum,quæ ſecunda eſt,ſapientia & litterarum æſtimatione excelluit. Tertia Medorum & Perſarum delitioſam vitam,& corporis blandimenta ſecuta eſt.Supereſt prima & vltima;prima ergo fuit iſta Niniuitãtu,cui amor iuſtitiæ obtigit, & optimæ gubernationis cura, quæ licèt tunc tantopere in luxum inclinata fuit, tamen in magno pretio habuit ſanctitatem, quandoquidem tantam ad Ionæ vocem egerunt pœnitentiã, ſaccos induerunt, ieiunia inſtituerunt, ac denique Deum placauerũt. *Sin pedir mas milagros ni otras medicinas ſino ſimple palabra de Dios lagrymas ayunós y dolor.* Quinta denique Romanorũ, quæ ſub ſe habebat Synagogam,ſuperbiæ vitæ data fuit, & idololatriæ, quæ fornicatio dicitur & adulteriũ, atque adeò Synagoga sẽper in deterius ruit; ita vt non ſolùm mores gentilitios imbiberit,ſed religione & pietate,& gubernatione facilè ſuperata fuerit à prima illa monarchia,quæ ſolo verbo Dei credidit, & qualicumque Prophetæ non expertus ad credendu ſignis.Quare optime Ezechiel obiicit illi mores gentilitios, *Non eſt præciſus vmbilicus tuus in die quã lo nataes, toda via tienes coſtumbres de tu madre gentil*, per vmbilicum enim alitur puer dum eſt in ventre. Et Chriſtus Dominus vocat *generationem malam & adulteram*,

Quinque viri Samaritana quinque annua ſ monarchiæ.

Prima Aſſyriorum monarchia licèt in luxum inclinatum in magno pretio habuit ſanctitatem.

Ruit Synagoga in gentilitios mores.

10. vt nos interim perpendamus, cùm peccata ob diuturnitatẽ obcalluerunt, & quaſi innata ſunt, & in anima radicata,in talẽ imbecillitatẽ & infirmitatem incidit anima,vt auxilia ordinaria ex ſe ſufficientia,vt à peccato liberaretur,ſentiat nihil illi præſtare, *ſiente que no le haçen al caſo.* Sicut ſi in noſodochio vbi viginti amplius tertiana febri laborant,vnus hectica febri teneretur, & conſiderans neque meliori cibo refici, neque maiora remedia, & pharmaca præſtantiora ſibi præ reliquis adhiberi, facilè credit ſe moriturum, & inquit,non hac ratione conualeſcam,niſi noua ratio adhibeatur conuenientior;cui reſpondet medicus,frater in hoc noſodochio non tenemur ad maiora,nec ad plura & fortiora medicamenta,ſi tu nouis auxiliis indigere ſentis, migra in aliud noſodochium. Datur quidem omnibus à diuina miſericordia cibus, & ſpiritualis medicina ſufficientis auxilij ad ſalutem;continget autẽ ſic vos in peccatis corruptos,& quaſi hectica febre conſumptos,vt præſentiatis nihil vobis præſtare ordinaria auxilia, licèt verum ſit poſſe ſi vultis,tũc ſtatim noua auxilia,nouaque ſigna,& extraordinaria petitis.Dan. 3. *Fac nobis ſecundùm multitudinẽ miſericordiæ tuæ, & libera nos in mirabilibus tuis, vn marauilloſo modo y ſeñal del cielo he meneſter ayudad me ſeñor.* Si velit dabit Omnipotens, ſicut multis concedit, & poterit reſpondere, fili iam quod ex communi miſericordia ſtatutum eſt,dedi tibi,& ſicut promiſi,adimpleo, quod ampliùs eſt,ex mea pendet voluntate,quod tu ſic ſegniter vtens ordinario auxilio, nõ videris dignus nouo & efficaciori:quære alium Deum opitulantem ſi

In magnam imbecillitatẽ incidit peccator auxilia Dei deſpiciẽs.

Simile.

Peccator efficitur indignus efficaciori auxilio.

fortè eſt? Deut. 32. *Vbi ſunt dij eorum, ſurgant, & opitulentur vobis,& in neceſſitate vos protegant. Mirad que no ay otro hoſpital: videte quod ego ſim ſolus,& non ſit alius Deus præter me,& ego occidam,& ego viuere faciam,mio es dar os ſocorro con que os leuanteis,y mio es cerrar la mano, y no hacer eſos milagros quando no quiero.* Quibus autẽ (rogo) præſtat Deus hæc mirabilia? Reſpõdeo alia eſſe miracula,quæ non naturæ rei contrariantur,vt ex pauco oleo multum olei efficere Eliſeum, infirmum ſanare;alia contra naturam ſunt,vt 4.*Reg.* 1.præcipere igni deſcendere,proximum eſſe manuã;&
non liquare illud: *vt nutrirentur iuſti ignis ſua virtutis oblitus eſt.* Et Dan. 3. *Fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem.* Eadem pariter ratione quoſdam ſuſcitat Deus peccatores inueteratos, & obduratos,qui tamẽ bene auxilio Dei vtentes & peccatis abhorrent,& delinquere deſinunt,atque ab occaſionibus paulatim abſcedunt,quę tamen licèt non ſufficiant, maiora auxilia merentur,& impetrant,quibus virtus animæ accreſcat, ſicut pater lunatici fidei augmentum poſtulat; *Credo Domine,ſed adiuua incredulitatem meam*;alij autem ſunt obſtinatiores, ſic à mente & à gratia alienati, vt nullo fundamento ex ſua parte exhibito,quin potiùs in ipſa cruditate, & contrarietate vitiorum perſiſtentes volunt mirabiliori ſigno ad gratiam traduci,& vt ignis in rorem mutetur. Pauci iſtorũ ſaluantur,vt Magdalena,Paulus, &c.quis enim medicus etiamſi periti ſſimus ægritudine liberabit illum,quem ex plenitudine cibi alicuius ægrotaſſe nouit,& non ceſſat eodem cibo exſaturari:Difficile hoc eſt,inquit D.Baſil.[a] *Sicut fieri non poteſt,vt quis ſanitatem recuperet morbo non immutato; ſic eum, qui ſanctam vitam acturus eſt,oportet ab omni malo prorſus abhorrere. Piden a Dios ſeñor dad me vn auxilio grande, que cure mis exceſſos que voy haciendo y de repente bueluami mala vida en buena: anda para loco dira Dios que yo no eſtoy obligado a eſo, ſignum quærit,& ſignum non dabitur ei,niſi ſignum Ionæ: mirad ſi os baſta palabra de Dios como les baſto a los Niniuitas que yo no doy milagros a ſynagoga tan ethica en ſus males y tã deteriorada que merece nombre de Adultera,ſignũ quærit.*

11.

Bonus auxilij vſus maiora auxilia meretur.

Probatio à ratione.

[a] Orat.4. de pœnit.

Signum non dabitur ei,niſi ſignum Ionæ. Petunt 12.
quidam grandiora miracula,non cuiuſuis generis,ſed diuina omninò, & quibus ſancti efficiantur,nulla ex parte ſua adhibita diligentia: *volumus à te ſignum videre; haga ſe que yo ſea ſancto pero a vueſtra coſta no la vueſtra.* Quare illi nec de ieiunio, vt Niniuitæ, nec de mortificatione cogitãt,nec de medio vllo,quo maior illis ſanctitatis acceſſio fiat,& de confeſſario ſuo pendent,ſicut qui aſſident ludentibus, & inſpectant ludum, & fortunam aliorũ, hoc ſolo contenti vt aliquid gratis poſt ludum ſibi detur: *contentos con la eſperança de que les daran barato.* Ego nihil boni ago; ſum tamen amicitia coniunctiſſimus cum Patre religione, & ſanctitate præclaru, hoc ſatis ſibi putant non ſatis intelligentes gratiores Deo futuros, ſi in ſilentio paſſiones cohiberent, carnem domarent, & rei familiari conſeruandæ & augendæ inſudarent. Paulus hos videtur deſcribere: *Ducuntur variis deſideriis ſemper diſcentes,& nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes.* Quędã animæ ſunt(ſiue vel nõ ſint fœminæ)quæ ducuntur variis deſideriis, *antojadizas y nouelerias*, habent à multis annis confeſſariũ expertum & ſatis probatũ,& quia ille alter neſcio vnde venit in vrbem, quàm properè ad illum accurrunt totius

Signa quærẽs peccatores quibus repentè ſanctificant.

Simile

2.Tim 3.7.

Fœminarum curioſæ auiditas corripitur.

tarius anteactæ vitæ recenſitis operibus, viſionibus, & virtutibus vana oſtentatione proditis. *Semper diſcentes*, mirabile quidem iis nunquam de quo loquantur, aut inquirant deſiderari, volunt proficere, & profectus vnicam viam, tacendi, videlicet, nequaquam arripiunt. Quare fit, *& nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes: que dan vna en el clauo y ciento en la herradura.* Vacant diuinis precibus, omnes pios libellos euoluunt, adeunt ad omnem ſupplicationem, luſtrāt omnia longè diſſita templa, omne iubilæum, & loca pia viſitant, rapi & abſorberi mente à diuino ſpiritu ſæpiſſime audies. Quę licèt optima ſint, non tamen ſic eis congruentia, nec vtilia, nec veritatem attingunt, neque quod illis competat audire volunt. Diutno pane quotidie refici volunt (nec enim magnus labor eſt labia & os aperire) & errant valde, aliquibus enim opportunius eſſet, occludere os, obedire patri ſpirituali, & mariro, delicias ſacrarum epularum, & orationis intermittere, atque animi appetitiones ieiunio, voluntatis abnegatione, verberatione corporis comprimere, atque frænare: inde fit, vt nimia ſiccitate animi premantur. Pſ. 42. *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: amaſte la ſantidad y aborreciſte el peccado; propterea vnxit te Deus, por eſo te dio Dios la vncion interior de la deuocion.* Bonum quidem, & Deo gratū ſacrificium eſt horarium B. Mariæ percurrere, adeſſe quotidie ſacro; his tamen admiſcēte aliquid acre & aſperum, *algo que duela.* Nec in Deum omnem curam renunciatis; videte quid de Chriſto Domino D. Paulus aſſerat ex *Pſ.* 39. Ad Hebr. 10. *Hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem adaptaſti mihi: heche de ver que no guſtauas de los demas ſacrificios, et en fin coſta las cuchilladas, las llamas y el derramar ſangre, veſtiſtes me vn de cuerpo en que pudieſſe recebir el açote duro el agudo claue y la bofetada affrentoſa y*

Quæ delitias ſpirituales auidiſſimè expetunt, & nullā opera exhibent, reprehenſibiles ſunt.

Corporalis aſperitas commendatione.

13. *la cruz infame.* Cogitauit hoc Petrus Damianus [a]. *Quod ſi veſanum & abſurdum eſt credere illud pœnitentia genus Dominum in afflictione noſtra deſpicere, quod in ſemetipſo dignatus eſt pro noſtra ſalute perferre; quid mirum ſi puniendo commiſſa ſnimet ſe exhibeat homo tortorem, & ad euadendum iudicium ſibi ſe conſtituat iudicem? dicente Apoſtolo: Si noſmetipſos iudicaremus,* (id eſt, ſupplicio, & pœna afficeremus) *non vtique diiudicaremur,* hoc eſt, non ſeria indignatione ſuppliciis deputaremur æternis. *No os engañeis, lo que en Chriſto nueſtra cabeça le agrado al padre eſſo le a de agradar en vos otros.* Flagellationes, ieiunia, plagæ, deſpectus ſui, & diuinæ voluntati mancipatio Deo iucundiſſimæ ſunt; ſicut cùm Chriſtus, qui ſe ſeruum prædicat, *Deus meus volui, tunc dixi, ecce venio, aures autem perforaſti mihi, corpus autem adaptaſti mihi.* O miſerum & fragile corpus, quod vita decedit, & ſepulcro amandatur, nulla Chriſti plaga accepta, nullo ſerui Dei ſigno notatum. *Son como eſtos pintores que les pedis que os pinten vn ſaluador en la colunna y ellos por moſtrar el arte os le pintan galan, hermoſo diſpueſto las medidas muy riguroſas el talle el color la poſtura propiſſima executada la anotomia que podeis contar nieruos y hueſſos pero las llagas los cardenales eſſos quedaronſe en la officina. Señor borraraſi la imagen? aſi ſon los Chriaſtianos deſte tiempo Chriſtianos viejos eſo ſi (quien oſara dezir menos) medidos con la medida de la fe que no ay articulo que no le crean pero ni vn rapelon ni vn pellico quedan a ſu carne ny ay de ſus cuerpos a los de gentiles diferencia.*

a Lib. 5. ep. ad clericos.

Simile.

Videas iſtos pictoribus perſimiles, qui Chriſti ſimulacrum nudum & columnæ alligatum effingunt, exquiſita quidem arte, præſtigiū forma adoleſcentis, quanbet eius parte ad viuum expreſſa, figura, & colore, & candore conſpicuo, & elegaon. Vbi tamen ſunt verberum ſigna, liuores, vibices, pallor ille corpori ſuffuſus: Hæc, inquit, prætermiſi, quia rudiora ſunt, & artis elegantiam ſitturis inficiunt, ſic videas Chriſtianiſſimos viros fide & articulorum profeſſione exactos nimis, corpus autem Gentilium, & qui videntur in Venerem & in Apollinem credere, non in flagellis cæſum, & clauis ſuffixum. Proh dolor! oues occiſionis præſcitæ in gethunam timeo vobis bene paſtis, bene ſaginatis; nullo tamen veri paſtoris ferro inuſtis, neque ſigno rubro notaris, *ay enejuelas de muerte engordadas y regaladas ſin la pegunta y marca del ganado de Chriſto como penſais ſaluar os?* hoc ſolo verbo, *volumus?* Apage iis verbum hæreticum à Chriſti Eccleſia: *à se ſignum videre, ya Chriſto hize penitencia por todos*, hoc etiam nefas eſt. Chriſtus vtique mala noſtra pertulit, ſed tamen oculos conuertit in eos, qui ſuus dolores & ærumnas amplectuntur; *ad quem reſpiciam, niſi ad humilem, & trementem*, &c. Hebr. *ad flagellatum.*

14. His tamen nihilominus poſitis argumentis aliud ſignum Ionæ, aliud non iuſtitiæ, ſed miſericordiæ ſupereſt argumentum. Nunquam enim ſic te premere argumentis velim (ô peccator) vt ſpem tibi adimam vnici Redemptoris. Quòd argumentū vt conficiam, ſtatuo primò in tota hac hiſtoria intendiſſe Deum ſummam miſericordiam oſtendere erga barbaros, & infideles, vt inde magnam ſpem nobis ſalutis iniiceret, tanta enim eſt diuina clementia, vt etiam in ipſa comminatione pietatem ſubodorari ſiui Niniuitæ, ſic enim tegit ſuam clementiā quandoque ſub ſpecie comminationis. Notat D. Theodoretus [a] in illa verba *Exod.* 34. vbi Deus ſtatuere videtur peccata parentum tranſire ad filios, & nepotes vſque in quartam generationem; ſub hac tamen ſeueritatis ſpecie oſtendā vobis (inquit Doctor) eximiam Dei clementiam latere, *verius puto clementiam diuinam comminationes præſeferre.* Signat tamen quos filios, quoſve nepotes puniturus ſit. *His qui oderunt me: largo lo lleuais ſeñor; para caſtigar a los padres, eſperareis a que el vizmieto ſea malo?* Si peccata parentum pœnam merentur, quare in filios differre cogitas? vtique vt parcas parentibus, in filios ſupplicium reiicies, & quia iſti proximiores ſunt, in nepotes refundes, & ſi fortè poſt illū alij nequiſſimi ſint, in iſtos animaduertes. *Patientia vtar erga patres,* quòd ſi hi mali ſunt, *idem erga filios.* hoc argumento euincere contendit Moyſes à Deo miſericordiam, cùm *Num.* 14. 17. ait: *Magnificetur ergo fortitudo Domini, hecheſe de ver que mi Dios ſe ſabe hazer fuerça y eſtarſe en ſu palabra: ſicut iuraſti, dicens: Dominus patiens, &c. qui viſitas peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem: agora es tiempo de monſtrar que ſois vos el que dexa el caſtigo de los peccados de los padres* 15. *para los nietos y viſnietos.* Quod ita factum eſt, nam ſi animaduertit in eos, qui vitulum adorauerunt, iam indulgens fuerat patribus, & progenitoribus eorum tertiæ generationis, qui idola coluerant in Ægypto. Vnde Niniuitæ etiamſi modò luxurioſi, & otio diffluentes, aliquali tamen maiorum ſuorum exemplo æquitatis &

Aliud miſericordia argumentum

a Quæſt. 40. in Exod.

Fidelis Deus in ve bo miſericordia.

pietatis

pietatis imbuti in eam ſpem adducti ſunt, vt etiamſi peccatotes eſſent, Deum ſibi benignum fore ſperarent, qui parentibus ſe clementem præbuerat. *No ay duda ſino que pues a tardado tanto en caſtigar toda eſta monarchia, agora tanbien podemos eſperar perdon.* Vnde colligitis hæc verba, *adhuc quadraginta dies. & Niniue ſubuertetur*, non itam, ſed comminationem prætendere? Reſpondent, nam ſi Deus ſupplicium irrogare vellet, non comminaretur: at cùm ille minas iactat, diſtringit enſem, & clamat Ezechiel 21. 9. *Gladius exacutus eſt, & limatus, vt cadat victimas exacutus eſt*, non eſt vt ſupplicium inferat. Quorſum ergo limatus? quorſum exa-

Teſtentat iras & minatur Deus. cutus? *Vt ſplendeat limatus eſt.* Verba quidem ruinam, mortem, & cædem intentant. *amagan eſas palabras y ſuenan muerte*; ipſe tamen ſeipſum manifeſtat ſolùm velle terrorem incutere, *ideo vt ſplendeat limatus eſt*; ideo etiam Niniuitæ ſub ſpecie comminationis miſericordiam conſecututos ſe ſuſpicantur. Vnde ſumitis argumentum ſperandi barbari, & infideles Niniuitæ? Reſpondent & optimè, antequam mitteret Ionam ad nos, pepercit eidem Ionæ; ergo & nobis veniam vult dare. O noua argumentandi ratio, premite vrgentiùs rationem, quod hac ratione efficiunt, poſtquam Deus ſummè liberalis in aliquem beneficium aut miſericordiam contulit, omnes eandem gratiam quaſi de iuſtitia poſſunt poſtulare. Hac ratione vrgebat Deum ſtrictiſſimè ſeruus eius Moy-

Exod. 32. ſes, vimque rationis ſenſit, vt expoſuit Rupertus Abbas [a]; ait enim Moyſes, *aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.* Peccauerat populus adorans vi-

16. tulum, ſicque intercedit pro illo Moyſes, elige mi Domine vnum è duobus, aut dele me de libro viuentium amicorum, & vt mortuum, & terræ amandatum computa, aut eis indulge. Quid conſequentiæ eſt in his, inquit Rupertus, aut indulgendum illis, aut delendum te de libro? Reſpondet, *videlicet quia ego peccator ſum, porque tambien yo ſoy pecador.* Et tibi offenſam exhibui aliquando, quòd ſi in te viſcera miſericordiæ ſunt, his debent eſſe propitia; ſin minus, neque mihi veniam dabunt: *Si non eſt apud te propitiatio, ſi iudicium apud te eſt ſine miſericordia, conſequitur vt & me de*

Ionæ liberatio argumentum eſt diuinæ clementiæ Niniuitis. *libro tuo deleas: yo puedo temer que no eſtoy perdonado.* Sed ego adhuc inter viuos ſum, & in numero amicorum conſcriptus; habet ergo etiam adhuc Deus miſericordiæ viſcera erga alios. Videas ergo vim argumentandi Niniuitarum, quam etiam Nazianzenus attigit [b], *Fugiebat quoque Ionas, vel potiùs fugere ſe putabat.* Miſit Deus hunc hominem prædicare ruinam, attamen nolentem coëgit, miſſum in mare ſeruanit, in pœnam peccati ceto deglutiendum dedit; inde tamen incolumis pœnam & ſupplicium prædicat. Ergo ille, qui iuſſit ruinam poſt quadraginta dies prædicari, habet adhuc viſcera miſericordiæ, quibus placari queat, nec denuntiatio iſta mortis eſt, ſed comminationis. O docti Niniuitæ, meliùs vos de diuina bonitate ſentitis, quàm Ionas, qui cùm ſuperabundaſſe diuinam pietatem videret, ſic aduersùs Deum verba iactabat: *Nunquid non eſt hoc verbum meum? no lo decia yo? quia tu clemens & miſericors es, & patiens, & multæ miſerationis, & ignoſcens ſuper malitia: que vos ſeñor ſois demaſiado de piadoſo demaſiado en perdonar?* Ecce, inquit Auguſtinus, melius iſti ſentiunt de diuina bonitate, quàm Ionas; atque adeò quando aliquis, qui veniam accepit à Deo, vobis vltionem ſolùm Domini prædicauerit, dicite illi: *Quomodo autem tu quando faciebas, ideo vixiſti vt poſtea non faceres? como os perdono Dios y os dexo viuo deſpues del peccado? ſois co-* *Audiendus non eſt qui miſericordiâ conſecutus aliis ſpem adimit indulgentiæ.* *mo el que entra en el caſtillo y en entrando ol alza la puente leuadiza para que no entre ninguno. Noli quia tu tranſiſti velle miſericordiæ Dei pontem ſubuertere, neſcis illuc multos tranſituros quò tu tranſiſti?* Expecta Iona, nònne tibi Deus pontē ſublitium præparauit in magno pelago, quod ſecurus tranſiſti? nònne mundo vniuerſo in mari rubro mortis, & peccati crucem vt pontem conſtituit, & ſe in medio ponte quaſi ductorem poſuit? Quare ergo ſubleuas pontem? ſuſtine, *neſcis enim multos tranſituros, quò & tu tranſiſti?* Tranſite Niniuitæ ad indulgentiam, tranſite peccatores ad gratiam, tranſeat latro ad veniam, tranſeant Iudæi ad fidem, tranſeant, qui noua miracula poſcunt, ſed quàm velociſſimè fiat tranſitus, nam exaltabitur pons, *exaltare qui iudicas terram, tene os incredulos que no ay mas puente*; quia tenuerunt humilē, tenebunt excelſum, quia iudicauerunt mortalem ab immortali iudicabuntur, quia Deus vltionum Dominus, verùm Deus etiam miſericordiarum; quarum non eſt numerus, quis enim minuat eius gratiam? qui tam vecors, vt deſperet gloriam?

VERBVM FILII.
Matth. 12. v. 38. & 39.

Magiſter volumus à te ſignum videre, &c. niſi ſignum Ionæ Prophetæ, &c.

Obſtinatam Iudæorum ſententiam obiurgat, ſeuera ira flagrat, defigit in oculis omnium eorum crimina; ſe verò Salomonem verum prædicat.

DISCVRSVS CLXI.

OMNIBVS retro ſæculis ſigna, & miracula certa, & clara teſtimonia fuere 1.
diuinitatis veræ, & quoddam quaſi regale ſignum, quo diuinæ litteræ, & *Miracula ſigna diuinitatis.* diplomata ſignabantur, & à mortalibus obſeruabantur. Ideo cùm quis à Deo ad munus aliquod vel verbi vel adminiſtrandi populi deſtinabatur, ipſo in limine officij ſigna & miracula poſtulabat. Præfecit populo Moyſem ab Ægypto educendo, litteráſque ſui muneris obſignat, data virga quæ in terram proiecta ſerpens fiebat, reſumpta verò iterum ad formam virgæ redibat. Ducem eligit, & populi vindicem, ac iudicem Gedeonem reueretur, ille litteras, & tantam admiratur gratiā, ſed oro, inquit, maieſtatem tuam, vt tuo munias ſigno regio, & diuino: *Si* Iudic. 6. 17.
inueni gratiam coram te, da mihi ſignum, quòd tu ſis, qui loqueris ad me. Sit ita, offert ſacrificium, tetigit illud virga Angelus, & aſcendit ignis de petra, qui carnes & azymos panes conſumpſit, ponit vellus lanæ in area, & facta in terra ſiccitate rore madet vellus, & ipſe quaſi minutiſſimas margaritas in concha ſuſcipit. Hinc factum eſt

vt

[a] Cap. 29. lib. 4. in Exod.

[b] Apolog. 2.

Eccli. 36. 6.

vt homines miracula peterent quaſi diuinæ promiſſionis ſigna firmiſſima: *Innoua ſigna, & immuta mirabilia, glorifica manum & brachium dextrum.*

Miraculum pauor dicitur, quia pauorem generat.

Miraculum in primæua lingua ſignificat *ſecretum, pauorem, engrandecimiento y eſpanto*; quare opus illud incarnationis Verbi, quod futurum erat ſecretum abſconditũ à ſæculis, exaltatio hominis, & pauor mundi, *pauebunt ad bonum eius*, hoc quaſi mirabile opus multis obſignauit ſignis, vt ſecretum non reſeratum crederetur, & pauor non terreret, aut debilitaret, & magnitudo rei exploratis ſignis firmaretur, dum non fabulis, & mendacijs oſtebatur, ſed vita & miraculis Chriſti, quibus eius incarnatio quaſi ſubſecutis ſignis conſignabatur, vt optimè notauit Tertull.* Nam poſt incarnationem in vita Ieſu omnia antiqua ſigna & mirabilia innouata ſunt: nam virga Moyſi primitùs figuratus eius in terras aduentus, mortem & reſurrectionem apprimè adumbrauit. Vellus Gedeonis nónne renouatũ, cùm ros diuinæ cognitionis, & fidei Chriſti, qui priùs in breui vellere Iudaici populi ſine ſtrepitu deſcenderat, poſtea aream omnem, aridámque gentilitatem fœcundauit? Ezechiæ ſol nónne etiam viſus eſt retrogreſſus, cùm nouem lineis Angelorum prætermiſſis, ad decimã nempe humanam naturam veniente ipſo, ſalutem mundus promiſſam comparauit? Iridis etiam varij colores, qua pacis fœdera ſanxit Deus, nónne in atris nubibus viſi ſunt, cùm Patris ſplendor crucem ſubijt, pallido & mortali colore rubro cum ſanguine mixto, & cæruleo vulnerum & colaphorum cæleſti colore iram mitigauit Patris? Verùm non ſolùm renouata ſunt mirabilia, ſed immutata: *otras ſe hicieron al reues, immutata mirabilia.*

Oſeæ 4.

In myſterio incarnationis omnia antiqua ſigna innouata.

2.

* Apologet. aduersùs gẽtes, cap. 21. quem igitur ſolũ hominem modò præſumpſerant, de humilitate ſequebatur, vti magnũ æſtimarent de poteſtate, cũ ille verbo dæmonia de hominibus excuteret, cæcos illuminaret, &c.

Mirabilia etiam immutata in myſterio incarnationis.

Nam ſi quondam dormiens luctator Iacob ſcalam vidit ad cælum pertingentem, Deúmque innitentem ſcalæ, & hominem infra iacentem, iam hæc omnino immutata vides, ſiquidem Deus ille per gradus ad hominem venit, manúmque porrexit homini, illúmque ad ſuprema tendere, diuinamque ſedem tenere effecit: *glorifica manum; & brachium dextrum, mueſtra tu braço de carne poderoſo.* Denuda brachium, videant homines etſi carne tectum, os autem diuinitatis diuina vi eſſe munitum ad mirabilia patranda. Quod appoſitè ſatis obſeruauit ſponſa, quæ cùm dixiſſet, *Caput eius aurum optimum*, ſtatim manus perſimiles laudat, *manus eius tornatiles aureæ*, hoc eſt, ſi diuinitas in capite reſplendet, pariter etiam in eius manibus videre licet diuinitatis ſplendorem, opera digna Deo.

Cant. 5. 11.

Tunc igitur cùm tot à diuina manu oſtenſa viderãt diuinitatis inſignia, Scribæ, & Phariſæi arrogãtiſſimè & impudẽtiſſimè noua ſigna poſtulaturi veniunt, eóque maior eſt eorum pertinacia, quo Chriſtus à Patre multimodè fuerat præſignatus, & intento digito deſignatus, *hunc quem Pater ſignauit Deus*; ſignare enim fuit humanam in diuina ſuſtentare naturam, vt ait Chryſoſtomus, vel in eo tanquam in cera characteriſticam Patrem indidiſſe ſubſtantiam, quam figuram vocat Paulus, vt vult D. Hilarius, vel in illo mirabile perpetrando, vt putat Euthymius, & Theophylactus, & in Thabore atque in Iordane voce quaſi digito deſignauit: *Hic eſt filius meus dilectus*, &c. ideo enim miracula, *digitus Dei* vocantur, quia quaſi digito Deum ibi adeſſe, ibi operari demonſtrant, & ipſe magiſter Chriſtus ſua opera iſto nomine nuncupauit: *Si in digito Dei eiicio dæmonia, ſi en mis obras ſe mueſtra diuino poder y ſello real como no creis que ſoy dios?* Cùm igitur Saluator eſt ſic ſignatus, præſignatus, & tot miraculis declaratus, proterui illi intellectus, & obcæcatæ mentes audent et noua & non viſa poſcunt miracula fieri. *Volumus à te*, &c.

Temere & audacter à Chriſto ſæpius ſignato ſigna quærunt.

Ioan. 6.

Exod. 8.

Volumus a te ſignum videre. Quoties in poſtulationis iſtius cogitationem venio, video in eodem eſſe errore noſtri ſæculi peccatores, dum noua & mirabilia à Deo volunt in conuerſione ſua, vt ad meliorem vitæ frugem vi quadam diuina permutentur, nouitates quaſdam & exceſſus diuinæ miſericordiæ ſibi ſigillatim fieri præſtolantes, vt nouam ordiantur telam, omninò immemores tot animaduerſionum, quibus eorum prauum viuendi genus, & effrænes appetitus cohibere atque comprimere non ceſſauit. Quæ voces, & diuinæ admonitiones miracula cum ſint, ſigna quædam, & naturales ac fortuiti caſus ab ipſis reputantur, & quod alto & diuino conſilio prouiſum eſt, effectum vocant naturalem. Vide quoties prohibuit tale iter, vel viam, in qua inſtruxerat inſidias tibi inimicus, vt mortem de nocte machinaretur, vbi pænè occiſus eſſes, niſi obſtitiſſet Deus, vt ait Iob, *Liberans animam eius ne tranſeat in gladium.* Et tu putas caſu & fortuitò per aliam declinaſſe viam? Dum flumen tranſites iam te totet mortuos numeraſti, nihil fuit propius quàm vt perires; & cum iaculato fulmine proximus periit, tu qui propè eras, caſu etiam dices te euaſiſſe incolumem? O ineptiæ! nónne tu hæc ipſa miracula vocaſti? nónne iſtæ piæ ſunt animaduerſiones, quibus præcipitem temeritatem vitiorum Deus cohibere conatur, caſu hæc acciderunt, Deus noua operabitur vt conuertar? ita fiet, audi, eò quòd manus iniecerant in Dei arcam Philiſtæi (vt ponderat Theodoretus) tanti ſceleris dignas ſubiere pœnas, & ſtultitiæ ſupplicium fœdè & miſerè experti ſunt. Ab Azoto enim, vbi hæc animaduerſio facta eſt, nomen Hiſpanum verberum, *azotes*, fortè dimanauit; ſed vt tanti mali medicinam pateat, noua mirabilia volũt & ſperare, & experiri; arcam videlicet in nouo plauſtro collocantes, & duas vaccas, quæ lactabant vitulos ſuos, quibus non eſt impoſitum iugum, iungentes in plauſtro, recluſis vitulis earum domi, *& aſpicietis*, inquiunt, ſi rectà aſcenderint in Bethſames, ipſe fecit nobis hoc malum grande, ſin autem, minimè: *Sciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos, ſed caſu accidit.* O inſaniam! percuſſerat Deus vniuerſam plebem communi, repentina, noua, & immedicabili ægritudine, & fœdiſſima plaga quæ non poterat non miraculo tribui, & inſuper nouum expectant, & experiuntur miraculum? Sed non ſolùm infidelium hoc crimen eſt, ſed fidelium; petierunt in deſerto filij Dei noua eſt inaudita mirabilia, *Quia percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, numquid poterit nobis panem dare, aut parare menſam in deſerto? penſais que eſte que con ſu vara a abierto fuente en el peñaſcò nos podra dar pan reciente en el deſierto?* Quaſi dicerent, plena erat rupes illa aquis; Moyſes autem ſemel & iterum ictam erumpere fecit in aquas; noua, noua expectamus, menſam in ſolitudine collocet. *Putabant enim*, inquit Euthymius, *caſu hæc & fortuito contingere: vidit Dominus* (tantam impudentiam *& ad iracundiam concitatus eſt*, & vehemen

3.

Noua ad ſuã conuerſionem mirabilia expectant peccatores.

Iob 33. 18.

Diuino conſilio hortamenta peccatori data, caſu accidiſſe & obueniſſe putat.

Confirmatur exemplo.

1. Reg. 6. 6

4.

Stultitia peccatoris deſcribitur.

Miracula aut Deus aliquãdo, ſed in ſupplicium.

vehementer ſubiratus quærit, *Vbinam ſunt donde eſtan eſtos maluados? & diſtuli, pero callad que yo eſperare la mia.* Iſti núnc miracula poſcunt? menſam in deſetto poſtulant? dabo libenter. Pluit illis repentè carnes coturnicum (præſtantius quidem miraculum quàm panes dare) ſed dum ad epulas accedunt, dum auidè carnes deuorant, dum adhuc eſcæ ſunt in ore, animas è corporibus exhalabant. *Adhuc eſca eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei deſcendit ſuper eos.* En miraculum. Plurima videt mirabilia Pharao, & omnia in caput eius conuertuntur, expectat vltimum mirabile, & vtique maximum, & inauditum: ſciſſum videt mare, & Dei exercitum ſicco pede tranſeuntem, ſubſequitur ille cum exercitu ſuo, ſerò tamen, quando omnes ab
5. aquis pariter abſorbentur. En miraculum. Mittitur ad prædicandum Ionas, & ad vitandum æſtum vireſcentem repentè videt hederam multiplici lapſu ſerpentem, clauiculis quaſi manibus fultam, & foliis patulis Solis aditum præcludentibus, non putat eſſe miraculum; ſed ecce intumeſcente mari piſci traditur prægrandi, ampliſſimos eius ſinus incolit, & in profundo illo carcere prodigium vel inuitus experitur, en miraculum.

Probatio ab exemplo.

Caue peccator, caue vltima mirabilia, ne tua improbitas vehementiſſima mulctetur pœna, rapit illum repentina mors, & tu accuſas immoderatum cibum, imperitum medicum, itaque mirabilia expetis & miracula? *diſtulit: dexa los Dios,* & contigit vt eadem nocte mortuum ipſum ſanguine perfuſum de media platea in domum referant, erumpunt omnes in lacrymas, vocantur medici, vulnus quærunt chirurgi, & reperiunt (ô miraculũ) punctim enſem particulam capitis vix pupugiſſe, *que no entro el eſte que mas que la punta de vna bellota,* interim ille in peccatis obiit, & propter concubinatus ſuſpicionem interfectus eſt. *milagro que por tan pequeña herida vaya vna alma al inferno.* Incidit in febrim iuuenis, quæ caput occupat, ſenſus peruertit, nec audit, nec videt, medicus grauitatem morbi accuſat, & pertentato pulſu morbo illo extingui fatetur, ſed quem nec Auicenna nouit, nec Galenus ſcripſit, nouo, & inaudito. Ecce aliud miraculum. Interim ille nec valet crimina fateri, nec ſacramentis muniri. En tibi miraculum. Sed ô quàm ſerò venis, cùm iam deſperata eſt non temporalis, ſed æterna ſalus. Iam hoc in more eſt peccatoribus, inquit D. Chryſoſt.[a] Sicut enim ſemper adire ſcholas, & nonquam ediſcere bruti ingenij eſt; *ſic ſemper petere ſignum teſtimonium eſt nunquam velle credere: pedir milagros es no querer creer, ſino dar largas como el trampoſo.* Sicut cùm Ezechiel è Babylone contra regem Iuda ſcribebat, *& adducam eum in Babylonem terram Chaldæorum, & ipſam non videbit.* Hoc ipſum dicebat Ieremias in Babylonem migraturum; rex autem mendaces ambos aiebat, quia ille non viſurum Babyloniam prædicebat, iſte aditurum in illam affirmabat. *No veis como ſon trapaças de malos pagadores.* Implet Deus verba Prophetarum, dum iuxta Iericho captus, & in Reblatha oculis orbatus Babylonem ducitur, intrat in illam, & non videt illam. Ecce miraculum.

[a] In hunc locum.

Confirmatur exemplo Scripturæ. Ezech. 12.

6. *Magiſter volumus.* Breuiſſima verba magnam inuoluunt contradictionem; poſtrema enim prioribus contrariantur, mendaciique coarguunt priora. Semper mentitur adulator, ſed non ſemper eius deprehenditur falſitas. Euoluamus hæc ita vt in facie eius facilitas perſpiciatur.

Contraria aſſeris peccator male affectus.

Chriſti Domini magiſterium obedientia eſt, in qua diſciplina *conſummatus eſt factus* (inquit Paolus.) *In capite libri ſcriptum eſt de me vt facerem voluntatem tuam, tunc dixi: Ecce venio, luego al punto puſe los pies en el mundo quando ſupe que era la voluntad de mi padre.* Et meam deponens voluntatem tuæ obſecutus ſum, & in medio cordis mei legem exaraui, & inſculpſi.

Obedientia. Pſal 39.

Sed non ſolùm affectum, ſed & intellectum, & ſcientiam, iudiciúmque omne Patris iudicio ſubmiſiſſe videtur in re omninò difficili & ardua, qualis fuit mori. Et hoc eſt quod dixit, *Pater ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte.* Neſcis tu Domine ſitne poſſibile? vbi illa eſt infuſa ſcientia? vbi beata? vbi reuelata? ſcio vtique ait, & multipliciter rem omnem teneo, me tamen nihil interpono. Videat Pater ſitne poſſibile, an non. *Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu, no mi quiero ſino el vueſtro, no eſpero otro ſino vueſtro parecer.* Hoc eius exemplum eſt, quo non minus clara & illuſtris eſt doctrina.

Conformitas cum diuina voluntate.

Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, &c. Agite filij, in hac noſtra ſchola omnes abdicant propriam voluntatem. Cùm igitur hæc ſit Chriſti doctrina, & cùm ex vna parte ſe diſcipulos profiteantur, dicentes, *Magiſter,* ſtatim propriam voluntatem interponunt, *volumus;* non igitur eſtis diſcipuli? igitur adulatorium eſt nomen, *Magiſtri?* ortum habet malitia hæc, & audacia ex cordis profunditate, & duplicitate, (vt ita dicam) *in corde & corde locuti ſunt, tienen vn coraçon y otro coraçon, tienen lengua y lengua;* vno enim deſpiciunt, iudicant, damnant; vna lingua laudant, approbant, extollunt, & magnificant res tuas apud iſtos, alia è veſtigio apud alios abiiciunt, obſcurant, infamant, conculcant. *Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? ego Dominus: Dios es meneſter que le de alcance. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus: pienſe el hombre eſconda en lo profundo ſus penſamientos que Dios entra en lo mas ſecreto.* Dei munus eſt mendaces, & fictos capere; adulatorem

In Chriſti ſchola propria eſt abneganda voluntas.

Cordis humani profunditas audaces facit ad peccandum impios.

autem nos etiam poſſumus comprehendere, ſi 7.
eorum obſeruemus verba, nam poſt pauca ſibi contraria dicet; lingua enim eſt quaſi pulſus cordis eius, quare pertentato pulſu poteris cor etiam cognoſcere. Antiqui ſapientes peringenioſè ad hoc ſignificandum malum Perſicum cum folio* eiuſdem arboris depingebant; malum iſtud figuram habet humani cordis, & corpulentia, & duritie, & extremitate acuminata; folium autem linguæ perſimile videtur, vt per hoc ſignificarent, dum volumus adulatorem deprehendere, vt eius verba attentè obſeruemus, & conſeruemus; inde enim venari licebit cor, & Deus ipſe tandem manifeſtabit, qui ſolus ad hoc potens eſt. Sap. 7. 22. *Eſt enim in illa Spiritus intelligentiæ ſanctus, omnem habens virtutem, omnia perſpiciens, & qui capiat omnes ſpiritus.* Tunc licet videre adulatoris verba coram te dulcia, pretioſa, ambroſia plena & margaritis; te verò abſente amarulenta, odioſa, & diabolica, ſicut iſti, qui ore quidem dicebant, *Magiſter;* in corde autẽ dicebant, *minimè Magiſter.* Probo, quia cæcum à natiuitate, qui putabat eos velle Chriſtũ vt magiſtrum audire, abire in malam rem iuſſerunt, dicentes,

* *Vn durazno con vna hoja ſuya encima ſimbolo del coraçon y lengua.*

Spiritus ſanctus fictos in ſuo mendacio comprehendit.

Adulatoris verba ficta & falſa.

centes, *Tu diſcipulus eius ſis. vos que ſois vn ruin ſereis ſu diſcipulo. Signum videre*, vt ſigno nobiliori conuicti etiam tuam diſciplinam profiteamur; in corde autem dicebant, vt conuictum crudeliter occidamus. Probo, ſiquidem ad hoc tantùm ineunt concilium, vbi vna hæc vox inuidiæ auditur: *Hic homo multa ſigna facit.* O mortales! ô fallaces! quis veſtris fidat verbis? exaltabitur Deus, & obſeruatis ſolis verborum veſtro mendacio plena corda pandet, & iudicabit.

Fidē deſtruit qui oculos adhibet aduocatos.

Cant. 1.

8. *Signum videre*, volunt vtique fidem deſtruere, quæ cùm ſolum aure excipitur, volunt illi adhibere oculos arbitros, & aduocatos. *fides enim ex auditu*, ideoque murenulis comparatur: *murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.* Illud expende, primum eſſe monile, quod ſponſæ promittit, eſt enim prima virtus, quam in animā infundit. Inauris aurea, & circulus in ſacra Scriptura ſubiectionem & ſeruitutem denotat, qua nota iuſſit Dominus inſigniri ſeruū, qui ſignato tempore nolebat redimi, ſed apud Dominū permanere; ille ſimiliter Dominus omniū, qui noſtri cauſa ſeruus factus eſt, hoc ipſum reſpexit, cùm ait: *Corpus autē adaptaſti mihi*; vbi Hebricè legimus, *aures autem perforaſti mihi*; quo circulo niſi obedientiæ? Sicut enim Abrahæ famuli, cùm ſe in vnius Dei obſequium mancipabant, in ſignum præſtitæ obedientiæ ſinguli offerebant *ouem unam, & inaurem vnā*, & in execrabili illo facinore ſuperſtitioſi vituli hac viſus eſt Moyſes ceremonia, qui, cùm timore Ægyptiorum perculſi, & abſentis Moyſis expectatione fatigati vitulum contra arietem Ægyptiorum quaſi potentiorē elegiſſent Iſraelitæ, conflaſſent, & adoraſſent, tantam amentiam corrigit, & vt obedientiæ Deo reſtitutæ præbeant argumenta, poſtulat ab illis iterum aureos & argenteos circulos, & inaures, quaſi iterum Deo vero obedientiam deuouerent: *Viri cum mulieribus reddiderunt armillas & inaures*, pœnam ſui criminis in hoc profitentes; gens enim, quæ ſic Deum viſibilem exquirebat, & nimio quæſtu conflauerat, ſuſpecta redditur fidem non habere Dei, cuius vera cognitio auditu excipitur; date igitur mihi aureos circulos, hi ſimiliter fidem deſtruere volunt, dum oculis, qui fidem deſtruunt, viſis miraculis volunt adſtringere.

Fides primum monile animæ ex auditu quaſi inauris pendens.

Exod. 32. 35.

Propria & male affecta voluntas peruertit ſenſus & potentias.

Gen. 2.

9. Vnde, quæſo, nata eſt hæc rerū peruerſio? ab illo verbo *volumus*, a propria vtique voluntate, quæ vni ſemel affectioni tradita omnium virtutum harmoniam, & ordinem myſteriorū reſcindit, atque diſturbat, imò ipſius animæ potentias perturbat, & permiſcet: *vidit mulier fructum arboris pomum, quod eſſet pulcrum oculis. vio que era hermoſa la mançana a la viſta. & ad veſcendum ſuaue*, & guſtui ſuaue futurum eſſe affirmat. *y a ſi que deue ſer muy ſabroſa.* qua ratione oculis ſaporem percepiſti? contraria experitur, & affirmat Iob linguam cibos, ſonos verò auditum probare, ita eſt, ſed cùm iam fames, & appetitus pomi voluntatem affecerat, oculi munus linguæ vſurparunt, & ſolo aſpectu ſuaue iudicarunt. Illius item faciei vnigeniti Patris, quæ beat Angelos, proterui illi & maleuoli perſecutores iuſti conſpectū ſibi grauem eſſe dixerunt: *grauis eſt nobis ad videndū. peſado es a nueſtra viſta eſte hombre.* Quid ais inuidia? ponduſ tactus probat, coloris ſuauitatem, & oris pulcritudinem oculus indicat, contrariū iſti experiuntur, quare? quia eorum voluntates malè in illum animatæ, malè affectæ erant; hæ autem ſenſus omnes dimouent, & confundunt, & a ſuo recto ſtatu deiiciunt, & fidem, quæ per auditum intrat, ipſi ad oculos traducunt, & audent dicere, *volumus*.

Confirmatur exemplo.

Sap. 2. 15.

Quòd ſi propria voluntas primum fidei lapidem mouet, quid mirum peccati inuentricem, ſociam, imò ipſum peccatū appellem. Ideo David: *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci.* Cyprianus, *malignum corā te prodigium feci.* vbi alij, *voluntatem meam coram te feci.* Ideo D. Bernardus aiebat, *Tolle propriam voluntatem, & infernus non erit.* Quibus, rogo, lignis nutritur perpetuus ille ignis niſi peccatis? ergo ſi ablata propria voluntate infernus tolleretur, propria voluntas, & peccata idem ſunt; eſt quoddā quaſi fermentum ſic acidum, vt corrumpere potens ſit opus religionis, & obſequij plenum, quale eſt ſacrificium, quare deſpexit Deus Saulis oblatam victimam; iam enim taxauerat & maculauerat opus propriæ voluntas, & melior eſt obedientia Deo præſtita, quàm victima, qua non aliena, ſed propria caro mactatur. 10.

Propria voluntas peccati mater imò ipſum peccatū dicitur.

Adde, obſecro, propriæ voluntati potentiam, & dominatum, quid non mali timeri poterit? nam & voluntas ex ſe ad vetitas impellitur concupiſcentias, quibus potentia & maieſtas fauent, imò ſtudioſè proſequuntur, quam principis mortem non timebimus? *poſt concupiſcentias tuas ne abeas, ſi enim abieris poſt illas, tradent te in manus inimicorum tuorum.* Et in hoc potiſſimum inſiſtere debent, qui aliorum iudicio non ſubiacent, nec alienæ voluntati obtemperant, prælati, principes, reges, vt cupiditati frænos iniiciant, & appetitiones doment, & rationis imperio, & religione coërceant. Quòd Chriſtus ſuum noluit ignorare vicarium, cui dixit: *Cum eras iunior, cingebas te, & ambulabas quò volebas; nunc autem cùm ſenueris, alius cinget te*; quaſi denotans præcingendi nomine ſit licèt prælatus, ſit Pontifex, non defuturum, qui illius ſtrictè præcingeret voluntatem, & manus cruci affigeret. In quo omnes principes ſe Dei ſeruos exiſtiment, omnibus enim cingulum in Scriptura ſacra præſcriptum eſt, ſeruis, *ſint lumbi veſtri præcincti*; dominis, *& præcinxit ſe linteo*; militibus, *Zona aurea præcinctum ad mamillas, talabarte militar*; regibus, *qui balteum regum diſſoluit, el que deſ. iren a los reyes la pretina de cachones lucidos y ricos y les da en ſu lugar vn eſpart.* Vt omnes admoneantur regem atque ſeruum cingi oportere, & ſuas continere cupiditates, & vtile ac præclarum eſſe. Vtile, inquam, ne repentino rapiantur interitu; hæc enim eſt, nec alia ratio, quare iſti optimates repentina morte corripiuntur, quia ſaginati & referti ſunt propria voluntate, *y al primer no, del rey ſe mueren.* Similes ſunt iſti bombycibus, à quibus cum tanta ſericæ ſupellex expectetur, omnes conductores ſericorum illorū voluntati ſubſeruiunt, ne filum tenuiſſimum diſrumpant. Quid placet modo bombycibus, aër? aperiantur feneſtræ; quid, calor? inferantur prunaria; quid, ſomnus? obſerentur feneſtræ; quid, cibus? nudentur arbores; quid horrent, crepitum, & tonitrua? concinant inſtrumenta muſica; quid denique, texere volunt? frondes & ramuſculi afferantur, quo fit vt cùm ita pleni aſcendunt dulcedine voluntatis non interruptæ, vel minimo obſtaculo ſe ſuſpendant, atque conficiant, & inter ſericos parietes ſepulti iaceant. Ita princi- 11.

Si potentia cum propria voluntate coniungitur periculoſa eſt.

Principes & domini cumò ſua voluntatis habenas teneant.

Luc. 12.
Ioan. 13.
Apoc. 1.
Iob 12.

Repentè obire ſolent principes veneno propriæ voluntatis.

Simile.

pes ſuo ventri ſeruiunt bombycis inſtar, omnes ſuæ cupiditati inſeruiút, quid placebit, auiſ ecce volat; quid, frigidus ex niue potus? in promptu eſt nix; quid, ſomnus? quieſcat domus vſque ad meridianam lucem. Accidit vt in his interponat ſe contraria regis voluntas, vel vultus mutatur, ſtatim moritur. *muerto es enbuelto en ſeda, ambar, y felpa, de achaque de propria voluntad.* Serùs ſe gerunt ſerui Dei, nam ſicut ille veneno modico nutritus à pueritia, poſtea vas veneni ſine periculo hauſit; ſic religioſi aliena voluntate prælati viuentes, & propriæ renuntiantes, veneno modico quotidie nutriti, cùm poſtea vel à rege, vel à principe repelluntur, vel munere, vel dignitate, aut negatur quod expetebant, non immatura morte ſubitò extinguuntur; quin potiùs protrahunt vitam, vſque ad centeſimum annum, cùm non ex regis, ſed ex diuino nutu dependent. Vtile igitur animi appetitiones coërcere.

Serui Dei propria abnegata voluntate ſecuriùs viuunt.

12. *Generatio mala & adultera.* O Domine, ſic primo verbo iram omnem ehonus? argue perſonas, quare generationis vitia tangis? extremum namque ſupplicium eſt oſſa in ſacro loco ſepulta, & Eccleſiæ immunitati cómendata ſacrilegè offendere, & de honore mortuorum detrahere; quare tam atrox ſupplicium? Cùm peccata grauiſſima ſunt, & Deo maximè odioſa, & quaſi hæreditario iure ad poſteros transfuſa, cum dignitate & familia ſic vinculo iuncta, vt vendi & abalienari nequeant, inflammant valde pectora Prophetarum, & diuinam in ſe maximè prouocant iram; ita vt effodiant progenitorum maculas, & obiiciant filiis vitia parentú diu iam obliuioni mandata. Quia maiores huius domus diſſidia ſuſtentarunt tot retrò ſæculis cum maioribus alterius familiæ, ideo ego proſequor inimicitias. Ait vanus & ſuperbus hæres, audias obſecro (mi princeps) data eſt iam facultas à rege alienandi bona primogeniti, copia data eſt, imò lata lex à Chriſto: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros, bien puede enagenar eſos odios del mayorazgo por ley hecha en fauor del proximo. Generatio mala.* Alia peccata ſunt, quæ quaſi lac ſuxerunt, & ab vbere hoc ſuper ſe tollunt onus, *populo graui iniquitate;* & ex genere ducunt, *ſemini nequam*, aliis mentiri proprium, aliis luſus, aliis lites gerere, aliis luxuriei, gulæ indulgere aliis. *Generatio mala.* Alij ebrietati vacant, vitio etiá in ſenio intolerabili; iactant etiam alij maiores ſuæ domus ſumptus magnos egiſſe. *todos los de eſta caſa ſon gaſtadores con la ſangre les viene.* Certè ſi eum ſanguine méſe Maio numi creſcerent, poſſent iſti principes numorum largas miſſiones facere, ſed cùm non item creſcant numi, atque ſanguis in venis, quare vitium hæreditario ſanguine nutritur? Omnes maiores huius familiæ apoplexia obiere, grauis morbus, & quo tandem correptum fuiſſe epulonem illum quidam putat, ſed quare cum familia traducitur etiam ægritudo? quare? quia ſemper cœnæ longæ, regiæ, variæ, & intemperatæ, ſtude tu parcitati, & temperato cibo vtere, & morieris ſicut cæteri mortales, & non hæreditaria ægritudine. *Generatio mala. que haze gala del vicio.* Peccatum quod iram Chriſti excitat, & vocem omnium Prophetarum, vt Hieronymus, & ante illum Origenes notauit: *Grandis audacia, & magna fides Prophetarum, vnum hominem totam vrbem ignobilitatis arguere.* Mirabilis Daniel, qui in preſbyterum inſurgit, & adulterium ſimul cum homicidio obiicit: *Semen Chanaam, mal nacido, & non Iuda, ſpecies decepit te.* Magnus Iſaias, qui ad comitia vocat regali voce, & omnes coarguit: *Principes Sodomorum, torpes y brutos Principes, audite verbum Domini.* Grandis & illuſtris concionator Stephanus, qui ſuos ipſe Pontifices, & ſapientes vocat dura ceruice, & incircuncilis cordibus, Deo ipſi contrarios, quid ſic horum ſanctorum concitat iram? quid niſi mores populi lacte & ſanguine hauſti, quos non ſolùm corrigere non valent, ſed neque audent? *defienden ſus pecados como bienes de mayorazgo.* Sed Ezechiel, qui deceſſo videbatur, apertiùs loquitur. *Radix tua, & generatio tua de terra Chanaam, pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethea, non eſt præciſus vmbilicus tuus. hauéis viſto la gente preſumptuoſa que ſe me llaman hijos de Abraham, veni aca voſotros no ſois de Chanaam gente vil peccadora, eſclauos por maldicion de vueſtro abuelo Noe?* Domine memor ſis filios eſſe Iſraelis, ſcit iam, reſpondet Origenes, his autem nominibus compellat, quia ab his impietatem, & duritiem, & obſtinationem hæreditauerant. *aſi lo explica vno de ſu caſta Rabbi David.* Vnde inſuper conſanguinitaté habet cum gentilibus & Amorrhæis? addit: *Non eſt præciſus vmbilicus tuus*, nomen habes filij Dei, rum more gentium viuas? Pro quo notandum eùm paruulus in ventre matris viuit, putri & fœdo ſanguine ali, quem per viam quandam, quam vitem vocant, communicat, ſed nato iam puero præſcinditur vitis, vt ore iam nouum & purificatum alimentum ſugat. Cùm igitur exprobrat Deus populum Amorrhæorum nomine, & vmbilicum non fuiſſe illi præciſum, perinde eſt ac dicere, tu adhuc moribus matris tuæ Gentilis nutriris, ſemper vitia, quæ hauſiſti ab idolis, defendis, quæ ſic adhæſerunt, vt nemo excutere, & mederi poſſit. Te te, Chriſtiane popule, iam alloquor, etſi præclaro nomine inſignitus matris tuæ, gentilitatis tamen patrios adhuc mores retines, adhuc hæreditata ſuperſtitio cum ſanguine viget, abuſus idololatrarum, conuiuia Paganorum, veſtes prophanorum, Ethnicorum verba, periuria, cantus; ædificia non niſi Romana placent, conuiuia Corinthica, horrëili Babylonici, ludi Perſici, nouitates Athenienſes, luxus Græci, bella Parcatum. Nam breui colligens, quid à matre habes? nil, niſi Chriſmat mortuam fidem, malè formatam in fronte crucem, & pauxillum aquæ benedictæ ſine cultu, ſine affectu ſumptæ; Gentilis autem adhuc animum ſuſtines contentioſum, corruptos mores, Dei obliuionem, & æternæ vitæ, ita vt opus ſit tuba Hieronymi iudicij extremi admonitam & aurem excitare, ne alto ſopore dormias, ſicut vicinæ nationes, quæ viuo erroris furioſæ ad omnia diuina nauſeant, diuina Eccleſiæ inſtituta proſcindunt ore, calamóque ſordibus quoque ſacra conſpurcant. *Generatio mala & adultera. no lo haueis de agora adultera, porque teniendo a Chriſto por fee y amor, tratas amor con quanto te agrada.* Ideo inflammatur ira Redemptor noſter.

Ira Saluatoris magna cauſa exquiritur.

Reſponſio.

Vitia generis & non ſanguine quaſi transfuſa.

13.

P. Prado in Ezech.

Magna fides & audacia Prophetarú.

Vitia ſua defendunt principes.

Impuros mores Iſrael vnde traxit. 14.

Vitia gentium etiá in Chriſtianis viget.

15. *Adultera*, quia non conſiderat, quæ ſunt in Chriſto mirabilia, imò totus ille amabilis, & admirabilis, ſed ſicut Tantalus, qui cùm Chriſtum ſupra ſe habent, noua extra illum mirabilia expetunt. *Volumus à te, fuera de vos;* auari enim quid cupiunt? diuitias, in Deo ſunt omnes, ſed illi *à te volunt, fuera de Dios.* Errorem iſtorum corrigit expertus & eruditus rex Pſal. 72.

Adultera dicitur Synagoga quæ non Chriſtum vt par eſt reueretur & colit.

Tanta

Digitized by Google

Tenuiſti manum dexteram meam ; tomaſtes me la mano. Et in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria ſuſcepiſti me. Tali duce nec errare, nec vacuus redire potui. *donde anda Dios no falta mano* ; in tanta proſperitate non auertit oculos

Conſiderare oportet Deum in proſperitate.

Dauid, imò ſuum ducem contemplans ait: *Quid mihi eſt in cælo, & à te quid volui ſuper terram? que puede auer en el cielo como eſto? o que ſe me antoje en la tierra pudiendo tener eſto?* teneam te, licet non teneam cælum; cælum abſque te quid præſtat? emphaticum eſt illud, *quid? que coſa? es palabra de vn hombre que ſe haze de nueuas y dize como; ay coſa fuera de Dios?* Nec puto mihi facta ſydera, cælum, terram, ſed Deum. *Defecit caro mea, & cor meum. dixera lo yo que en eſta ocaſion me auia de faltar mi carne pedigueña y ſu aliado mi coraçon.* Sed ego non ab incepto itinere deſtiti. *Deus cordis mei, pars mea Deus in æternum. donde eſta Dios no puede faltar nada; quoniam ecce qui elongant ſe à te peribunt, perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te.* Iuſtum ſupplicium eorum, qui aliquid à te, vel extra te quærunt, iuſtè vocatur *Adultera generatio*; egregiè dixit *adultera*, ait Hieronymus, quoniam dimiſerat virum, & iuxta Ezechielem multis ſe amatoribus copulauerat, quaſi dicat, ſi delinquant in amore cæteræ nationes, non mirandum, ſed non derelinquat me ſaltem Iuda; age Domine, & comprehenſam in adulterio enſe tuo perime,

16\. ſcit Deus adulteros interficere, *perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te*, ſed ad maiorem eorum

Difficile poſt lapſum ad pœnitentiam redeunt fideles, cùm alij aliquando infideles. Simile.

damnationem expectat, vt eos argumento Niniuitarum & Ionæ confundat. Vbi ante alia nota quàm difficulter, qui ſunt ex Dei populo, reſipiſcant, & quàm citò pœnitet etiam barbaros & idololatras, qui ad fæces illius Monarchiæ peruenerant. Cùm ſoluta viro mulier petulans eſt, & multis peruulgata viris, illud remedij ſupereſt, ſi matrimonio ſtabili iungatur. *que arto poco ſeſo tend a la que con tal corma no aſeſare.* Veruntamen ſi ſemel nupta fidelitatem negat marito, quis medebitur illi? Niniuitarum reſpublica ſoluta erat viro, nunquam Deum coluerat, venit Ionas, & ſtatim reſipuit, nupſit Deo, & pace, & tranquillitate potita eſt; filiam verò Sion iam olim Deo nuptam, & nunc denuo petulantem, & infidelem quis corrigat? quam medendi difficultatē bene calluit D. Paulus, quando impoſſibilitatem nuncupauit:

Habr.6.4,5.

impoſſibile eſt enim eos, qui ſemel illuminati guſtauerunt etiam donum cæleſte, rurſum renouari ad pœnitentiam. Vbi nota poſuiſſe omnia verba nuptialia, *illuminationem, guſtum*, pacem, ſerenitatem, dulcedinem, ſuauitatem: *guſtauerunt bonum Dei verbum*; bonum enim Hebræis idem quod iocundum, & felix, ſicut Dauid: *Eructauit cor meum verbum bonum*, hoc eſt, epithalamium iucundiſſimum de nuptiis Chriſti, quaſi dicat, ſi poſt hæc in apoſtaſiam prolapſi ſunt & adulterium, difficile (hoc ſonat impoſſibile) eſt renouari ad pœnitentiam *: vel loquitur de impoſſibilitate (vt aiunt Theologi) conſequenti, quia ipſe peccator tandem nolet ad ſe, & ad Deū, ſed ad ſuos mores redire. Hos ergo Niniuitarum exemplo coarguet; hoc enim ſignificat, *ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ*, luſit vocabulo, & vſus

* Loquitur de Baptiſmo, nam apud Dionyſ. & alios Baptiſmus illuminatio dicitur.

17\. eſt amphibologia, *ſeñal? no lleuaran ſeñal ſino ſeñal y argumento de condenacion.* Principia ergo huius argumenti enumerat Hieronymus: *Condemnabunt non ſententia poteſtate, ſed comparationis exemplo*, & argumento, vt aiunt logici, à ſimili. *Ionas, ſecundum Septuaginta interpretes, triduo prædicauit, ego tanto tempore; ille Aſſyriis genti incredulæ, ego Iudæis populo Dei; ille peregrinis, ego ciuibus; ille voce locutus ſimplici nihil ſignorum faciens, ego tanta faciens ſigna Beelzebub calumniam ſuſtineo.* Infert igitur conſequentiam non minus certam, quàm Euangelium, *Plus ergo eſt Iona hic.* Putas Hieronymè legitimam tuam conſequentiam? Reſpondebit ingenuè ſi reſpicias, & aſſumas tanquam præmiſſam propoſitionem, vitam illius populi, non bene probo Chriſtum plus eſſe Iona, ſiquidem (ô rem triſtem!) non tam felix & fauſtus euentus, nec fructus in Chriſtianis, ac in illis barbaris proſpicitur; ſi verò quod Chriſtus ex ſua parte collocauit ſtudij, ſudoris, prædicationis, ſignorum, antecedens ſit argumenti, ita eſt euidens conſequentia, vt ideo *ecce* appoſuerit Chriſtus. *Ecce pluſquam Ionas hic*; quid Ionas cum magiſtro pœnitentiæ, quid erutus de ventre ceti, cum filio Dei de ſinu Patris in terram miſſus? quid ille deuoratus, ſed non conſumptus cū Chriſto verè mortuo, verè ſepulto? & ſi non plus hoc videtur vobis, nec ſi vim conſequentiæ ſentitis, perpendite amorem, æſtimate charitatem. *Ecce pluſquam Ionas hic*, ſi ſolummodo veniſſem ad vos, quid

Signum hoc eſt argumentum damnationis, datur incredulis.

Noua vis argumentationis ex amore & beneficiis Dei.

hoc ad ſalutem veſtram? ſi deſolationem, vt ille, prædicaſſem, quis vos renouaret? ſi ploraſſem, vt ille, quia pepercit eis cælum, quis indulgentiam obtinuiſſet? verùm ſi ille obiiſſet in cruce ob ſalutem Niniue, oraſſet voce magna, & cum lacrymis pro inimicis, non multum foret aliquem in magna vrbe vitam profundere concionatoris gratia. Ego igitur in cruce mori volui, non vt à vobis mortem extorqueam, licèt iure poſſim, ſed vt ad pœnitentiam permoueam tanta pietate & benignitate, vt etiamſi magna ira inflammatus ſim in Phariſæos, eos tamen non aſſeram me damnaturum, ſed Niniuitas ſua pœnitentia condemnaturos, *condemnabunt eos.* O ſumma Dei mei clementia, quàm bene de te cecinit tuus Vates, *Iuſtitia, & iudicium, correctio ſedis eius. la iuſticia es el correctiuo de ſu tribunal.* Quis loquendi modus iſte! tribunal & Chriſti ſedes nónne eſt iuſtitia? minimè ſolùm, ſed miſericordia, quæ cùm infinita ſit, correctione, & temperatione indiget, quidquid autem temperat & corrigit pharmaca (noſtro more loquendi) minus eſt quàm id, cui admiſcetur. Cùm igitur Ionas tribunal Dei nomine conſtituebat, totum iuſtitiam exiſtimabat; verùm ecce corrigitur ira & iuſtitia diuina illa miſericordia, qua ſuperabatur à Deo, & à Chriſto Ieſu, dicente, *Ecce plus quàm Ionas hic.*

Et ecce plus quàm Salomon hic. Conuincit etiam eorum perfidiā Chriſtus reginæ Saba exemplo, regina Ethnica, vt domeſticos Dei teſtificiat, illa vt diſcat naturæ myſteria, iſti ad cæleſtia nauſeant, illa poſuit curas regni, iſti neque negotia terrena abiiciunt, vt operoſo & ſalubri negotio ſalutis incumbant, illa vt hominem, iſti neque filium Dei colunt. Vnde S. Iſidorus Peluſiota [a]: *Vide*, inquit, *ne à regina Saba condemneris, quoniam cùm eam rumores ac ſermones velut alis additis erexerint, te contrà nec aſpectus, nec Chriſti operationes vlla ex parte meliorem effecerint. por no ſe que rumores vino volando.* Ergo Domine quid in domo tua ſpectabile reginæ foret? ordinem domus maximè demirata eſt, & miniſtrantium

18\.

Alio argumento Iudaica perfidia conuincitur.

a Lib. 1. epiſt. 166.

Dd 2 curam,

curam. *Ecce pluſquam Salomon hic.* quem ordinem videat, ſi noſter Salomon in cæleſti palatio permaneret? ibi Angelorum ordines omnes

3. Reg. 10.

ex principis ſui ore pendentes videret: *ad audiendam vocem ſermonum eius*; in hac verò terrena domo quem videre poteſt ordinem? nunquid eſt ordo inter coniugatus? inter filios? inter condiſcipulos? inter aulicos? imò inter Dei lectos, qui ordini nomen dederunt? certè opus eſt non domum ſpectare, ſed Dominum, vt verum ſit, *Ecce pluſquam Salomon hic.* Solam reginam Saba

Præſtantiora omnia quàm in Salomone in Chriſto reperiuntur.

verè admiratam ponderat Chryſoſtomus, nec enim principum, nec ſapientum hic affectus eſt, ſed tanta vidit, támque mirabilia, vt non mirum ſit rapuiſſe fœminam: *ita vt vltrà non haberet ſpiritum.* Quid ſtupes mulier? *holocauſta quæ offerebat in domo Domini? Ecce pluſquam Salomon hic.* qui vitam & ſanguinē, & annos pro ſalute mortalium oblata iam geſtat. Ideo pater eius indi-

Pſal. 2. 10.

cto ſilentio clamat: *Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. ea Reyes ea Salomones del mundo*, reueremini præſentem, audite ſapientiſſimum: *Et exultate ei cum tremore, apprehendite diſciplinam, nequando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta*; oſtendet enim vobis quomodo

Exemplo Niniuitarū erudiuntur Chriſtiani.

per pœnitentiam eius poſſitis iram lenire lacrymis, nempe ieiunio & gemitibus, inſtar Niniuitarum, qui & ſeipſos, & nutans regnum, & propè deſperatam ſalutem per pœnitentiam liberant, per gratiam ſtabiliunt, & nobis iter ad gloriam recto tramite pandunt.

VERBVM SPIRITVS ſancti. Apoc. 13. v. 11.

Et vidi aliam beſtiam aſcendentem de terra, & habebat cornua duo Agni, & loquebatur ſicut draco.

Verſutia dæmonis, per ſimulationem miracula poſcens, iram concitat Saluatoris; qui eius inſidias nudat, & detegit.

DISCVRSVS CLXII.

1. COGITAREM equidem, cùm Chriſtum Dominum reliquiſſe dicitur dæmon: *& reliquit eum diabolus*, terga vertiſſe, ac bellum penitùs fuiſſe profligatum. Verùm ecce inſtaurat bellum, & pro-

Verſutia dæmonis & audacia, humana facie tegitur.

Ierem. 9. 7.

dit in aciem, & laceſſere audet Chriſtum Dominum ſic in verba & minas prorumpentem. *Ego conflabo eos. yo los abraſare y fundire y deſcubrire quien ſon; quid enim aliud faciam à facie filiæ populi mei. que me reſta con eſte pueblo que tienne hecha liga con el demonio ſino caſtigarle?* alia enim crimina veniam non demerebantur; ſcelus autem hoc cùm à *facie*, id eſt, in conſpectu fiat, ira potius dignum eſt, quàm venia. Videte arma, audite verba, & non immeritò ſic excanduiſſe dicetis. *Sagitta vulnerans lingua eorum dolum locuta eſt in ore ſuo, pacem cum amico ſuo loquitur, & occultè ponit inſidias.* Quis non grauiter iraſcatur cùm venientem videat dæmonē carnalis ſapientiæ armis, & veſte tectum, mendacium veritatis nomine, inſidias amicitiæ tegmine velatas? Meritò quidem (inquit Dauid) in campum deſcen-

Pſal. 5. 12.

dis: *quoniam irritauerunt te Domine, porque, os an deſafiado. Non eſt in ore eorum veritas, cor eorum vanum eſt, os quieren hechar dado falſo.* Antequam

Sapientia carnis bellum, ſigna & arma eius.

ſapientia carnis in campū prodeat, ſigna & arma eius D. Iacobus oſtendit, vt caueamus. c. 3. *Non eſt ipſa ſapientia deſurſum, de ay ſale de los rincones hecha de vaſura como el fuego guſano. animalis, quia nihil de ſpiritualibus cogitat. diabolica, quia ex ipſo diabolo perdiſcitur.* Chriſtus verò, qui vera ſapientia eſt, hæc inſignia præfert. *pudica eſt, no pierden la verguença por ſer ſabios. Deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, que ſe dexa enſeñar. bonis conſentiens, ſine ſimulatione.* Cauſam tamen huius inſtaurati belli, & beſtiam viuis coloribus depictam à D. Ioanne *cap. 13. Apoc. v. 11.* audiamus; *& vidi aliam beſtiam*, ecce animalis eſt; *deſcendentem de terra*, vide qua ratione terrena dicebatur; *& habentem cornua duo ſimilia agni*, ecce ſimulationem. *Et loquebatur vt draco*; meritò ergo vocatur *diabolica.* in hoc enim ſimul conſenſerunt dæmon, mundus, & caro, vt prædicationis curſum impedirent, & interturbarent, & vnicuique hominum ſtruerent inſidias, & ſicut ad bellandum contra Iob tres immanes beſtiæ conſenſe-

Bellum contra Eccleſiam tres beſtiæ inferre moliuntur.

runt, ſatanas, Leuiathan, & Beemoth, hoc eſt, dæmon, mundus, qui mari, & multis gentibus dominatur, & Beemoth terrena beſtia, & locis humentibus gaudens. Sic ad delendam Eccleſiam

hæc tria bruta armata proceſſerunt. Prodierat 2.

iam draco magnus, imperiū nempe Romanum, cui inſidebat Babylon, hoc eſt, Roma, vt multi

** Vide Alcazar notatione 11. proœmiali.*

docent *, & Angelus ipſe expuliſſe videtur, cuius linguæ & potentiæ dæmon ipſe inſederat; cùm autem parum profeciſſet, beſtiam aliam de mari (hoc eſt, idem ipſum imperium) mundi illecebris veſtitam, & armatam in terram mittit. Hoſtis hic immanem ſuſcitauit, & perfecit ſtragem; verùm ecce dæmon ipſe carnis ſapientia perſonatus, terrenæ beſtiæ ſimilitudine prodit, non difficilis cognitu, nec ſuperatu, dum diuina virtus, ſicut apud Iobum, gloriatur tres illas beſtias ſuperaſſe; ſic etiam iſtas in ſtagnum ignitum detruſa victrice interim Eccleſia depingitur. Videamus tamen qua ſpecie & veſtibus tecta procedat caro. *Beſtia* dicitur, quia animali, & cæco impetu ducitur ad inſectanda ea, quæ mundus amat. *De terra* autem, quia ſicut terra tot fluminum, & maris, & nubium irrigatione natiuam nunquam extinguit ſitim, quin potiùs ſitis videtur excreſcere, ex eo quòd aqua maris ſalſiſſima ſit; ſic terrena carnis affectio in mundo, cuius ſuccum & mores ſugit, nunquam ſatiatur. *no baſta el mar del mundo a artar eſta beſtia.* dicitur autem pſeudo propheta, quia ipſius prophetiæ commentitiæ ſunt, ſicut prioris illius ſerpentis: *nequaquam moriemini, aperientur oculi veſtri, eritis ſicut dij. Et habebat duo cornua ſimilia agni*, vt meliùs inſidias tegeret, cornua ſimilia Chriſti potentiæ, & ſeueritatis aſſumit; vidit enim in deſerto ſapientia, & verbi Dei gladio ſe deuictum fuiſſe. Igitur vt diſſimulet diabolicam rabiem, agni cornua, pacifica verba, ſed potentia plena, & ſapientia ſumit. Armat Simonem Magum Romæ, armat Epheſi Apollonium, qui dæmonis præſtigiis, & falſa magnæ ſapientiæ ſimulatione valde Eccleſiam perſecuti ſunt; ſed dum homines putares,

tares, & beſtiam, loquela ipſa dæmoné eſſe manifeſtabat, *loquebatur enim ſicut draco*, hoc eſt, voce ſerpentis calidiſſimi placido ſibilo blandiebatur. Quare loquebatur ſicut draco, hoc eſt, loquela dulci, & blanda colubri, hoc eſt, dæmonis ſibilo perſimili; caro enim verbis dæmonis loquitur. *lenguaje del demonio es el de la carne.* quare ſubditur: *& fecit ſigna magna. mirad en que vino a parar en pedir milagros?* hoc ipſo fallacia

Loquela dæmonis ipſum manifeſtat.

3. dæmonis dignoſcitur, ſicut *Matth. 24.* præmoniti ſumus. Et ea cognita ſubirato cælo ambæ beſtiæ in abyſſum inferni detruſæ ſunt. Idem mihi in hoc caſu dæmoni contigiſſe videtur, quod cuidam equiti contigit in equeſtri torneamento. *quando vn cavallero en vna juſta pierde tres lanças conſiguientes ni las leyes le permiten correrla quarta ni ſu empacho le ſuffre quedarſe en el juego. ſale ſe de el, muda cavallo, armas, y libreas y buelue diſſimulado a reparar la honrra que perdio, vnos dicen en ſu entrada el miſmo es, otros no es, al fin ſi pierde bueluese a ſalir cubierto pero ſi gana eſas ſegundas ſabe alzar la viſera con deſcuido para ſer conocido y eſtimado.* locus enim ſeptus vndique eſt, & tabulata excitata parietibus ornatis aulæis pretioſiſſimis, hominum ac mulierum multitudine ſuſpenſa ſpectandis viris & mulieribus, qui vndique cernebantur. Ecce duo viri in equis ingrediuntur in plateam, cùm duabus haſtis magno ſtrepitu, & clangore tubarum, luſtrant telam, & tria pila conſtringere ſumma corporum & animorum contentione laborant. Sed vnus è propugnatoribus ſic ſe habet, ſi tres haſtas in partes fregit, & diſcerptæ in multas partes diſſiluerunt, gaudet; ſin verò tres curſus peregit nulla confracta, nec pudor, nec leges permittunt quartam excurrere, tacet, & ſic tectus deſerit plateam, & ſtatim mutatis armis, equo, inſignibus, & nomine, ad telam iterum accedit; ſi tres iterum haſtas infelici euentu non frangit, latet adhuc & tacet, at ſi frangat, os aperit, dat nomen, luſtrat plateam, & ſe laude & præmio

Simile.

4. dignum oſtentat. Prodierat tam ſatan, & draco magnus ad telam in deſerto à Chriſto Domino ſigna & miracula depoſcens; tres autem haſtas amiſit infauſto euentu, ita vt nec facultas data ſit ad quartam, nec præ pudore auſus ſit iterare, quare aufugit: *& reliquit eum diabolus.* At cùm vidit tribus ſatanicis tentationibus nihil euiciſſe, intrat telam hodierna die carnis & hominum armis tectus, & cornua ſimilia agni præferens ſcribarum & Phariſæorum; vox autem, & loquela, *ſicut draco*, & pariter ſicut antea ſigna de cælo poſtulans. Certè non videtur iſte, qui antea Scribarum & Phariſæorum perſonatus venit ſpecie: at idem ipſe eſt, & ſi blandè loquitur, mentitur, & inſidias parat. Longum iſtum diſcurſum intexui, vt te (ó mortalis homo) hi duo euentus doceant quanta ſapientia opus tibi ſit, vt verſutiam dæmonis fugias; quanta ſagacitate, vt eius calliditatem ſaltem ſubodorari queas. Principio enim in corde, quaſi in deſerto, bellum per cogitationes incipit, quod ſi tuo non vincit, ſed anima conſtans eſt, & firma, exit de platea, & humana ſpecie tectus; hoc eſt, armatus occaſionibus ſceleratis hominis, & impudicæ mulieris comptæ; & compoſitæ, quæ in faciem venit, & blando draconis ſibilo ſigna petit virtutis, & honeſtatis veſtræ. *veamos quien es eſte? veamos ſi es honeſta eſta.* Faciem ſpecie ſanctitatis tegit, &

Magna ſapientia opus eſt vt verſutias dæmonis detegamus.

cornua agni gerit, manſuetudinem, ſanctitatem, innocentiam. *que mal ay en eſto? el es vn cordero ella vna ſanta.* Scito tamen eundem equitem eſſe, qui in deſerto te expugnare conabatur; quod ſi non credis, expecta, nam ſi peccato & occaſioni non conſenſis, ſic vt eſt tectus regreditur, & relinquit, & aſſeueranter dicitis, non erat dæmonis illa tentatio, caſu accidit; ſin verò corruis, & ſuccumbis peccato, tunc ille lætus, & victor os detegit, *alza la viſera*, vt cognoſcatur, & fallacia cognita, & peccato; tuam ignauiam, & aſtum dæmonis confitearis; *el diablo era aquella muger que me engaño; el demonio era aquel hombre que me ha burlado.* Serò ſapis homo, iam ſatis perſuaſum tibi foret ipſum non aliter te, quam Euam, quàm Chriſtum, quàm Romã expugnaturũ. Fuge homines dæmone iniquiores, quia

Fallacia dæmonis ſerò ab imparatis deprehenditur.

5.

neque Hercules contra duos. Sic ponderat D. Greg. Nyſſ. [a] locum Gen. quando petulans domina pallium tenebat Ioſeph, vt moueretur in admirationem adoleſcentem nec infirmum pati pallij ablationem ab imbecilli fœmina, poterat enim vi quadam frænare, & vincere, non relicto pallio; ſed excuſat S. Doctor illum non ſolam eſſe mulierem, *Diabolus ſimul cum fornicatrice ſtringebat veſtem, & ſocius erat anſarum, quas ipſa apprehendebat. muger y demonio no ay ſino huyr*, quia neque *Hercules contra duos, y a ſi el Saluador viendo que decian volumus, y que el demonio hablava por ellos como por procuradores enojaſe con todos.* Fuge lenocinia poëticis verſibus blandientia; ſic enim delinita eſt Dina, *qui miſeram lenivit blandiniis.* Ideo Magiſter Chriſtus tanta ira, & acrioribus verbis in hos viros inuehitur, quia dæmonem ſub ſpecie eorum perſpexit, & tentandi calliditatem infringere, & detegere voluit.

a Orat. de fug. fornic.

Magiſter volumus, &c. duo quidem verba ſibi inuicem contraria, ſed quàm ſimillima his quæ dicunt, qui confeſſarium, vel aduocatum circa negotia animi conſulunt. Vellem ego quidem rem hanc optimè callere, tu vt magiſter viam oſtende. Hæc priora verba ſummiſſionem & aſſenſum ſonant, ſtatim tamen talem támque affectam voluntatem oſtendit, vt occulta quadam vi voluntatem magiſtri ad ſe pertrahant. Magiſter lumen miraculorum expetimus, vt te verum Meſſiam agnoſcamus. Quid his indigetis cæci, vbi ſunt tot patrata miracula, teſtimonia, leges? hic, de quo dictum eſt: *In illa die erit radix Ieſſe qui ſtas in ſignum populorum. en el dia y tiempo del Meſſis aquel que es conceto eterno del padre ſe hara viſible con carne tomada de la linea de Iſay y ſe pondra por ſeñal a todo el mundo. & erit ſepulcrum eius glorioſum.* Et licèt ego vitam morte eius contegam, gloriam ignominia, elifonem crucis infamia, maieſtatem ſepulcro operiam: *erit tamen eius ſepulcrum glorioſum. pondre gloria en la ſepultura como quien pone lampara en lugar eſcuro para que no tomen ni tropiecen los de caſa.* Ideo, vt notauit Ioachimus Abbas, in Apoc. *Apparuit inter candelabra tanto ſplendore, vt humanitatis eius abiectio exinanita à maieſtatis gloria, & à ſplendore ſummæ lucis abſorpta eſſe videatur.* Licèt tamen miraculum, quod illi poſtulant, ſic manifeſtum, ſic perſpicuum ſit, obnubilat tamen oculos praua eorum affectio; quod ſic

6. probo: Nónne his eiſdem inſipientibus fides data eſt diuinitatis? *articulo teman de diuinidad*; modò verò eis diuinitas proponitur, quòd ſi mortalitate tecta eſt, ſplendet tamen diuinitatis

fulgor, & titulus clarus eſt. *Ecce plus quàm Salomon hic.* & Pater: *Hic eſt filius meus dilectus,*&c. *veis vna lanterna de criſtal cerrada y dentro vna luz clariſſima pero por las rotnras pequeñas y cryſtales claros arroja luz y claridad aunque euidentemente no ſabemos que alli ay candela encendida porque ni la vemos ni la puſimos pero euidentemente nos es creyble · no veian eſta candela de la diuinidad dentro pero por los rayos de obras y milagros y vida le ſera euidentemente creible.* Ioan. *Ea ipſa opera, quæ ego facio teſtimonium perhibent de me, quia Pater me miſit.* niſi praua obſtaret affectio, *el fuego de la paſſion encubre la luz clara de la verdad. Supercecidit ignis, & non viderunt ſolem*; ignis enim proprij ſenſus, & affectus veritatem ſole ſplendidiorem obnubilat, fitque intellectus viri docti imago viua inferni, vbi, inquit Baſilius, ignis eſt carens ſplendore, vrendi quidem vim habens, ſed priuatus lumine. Sup. *Pſal.* 33. ardent quidem affectione ſapientes, & lumen aliquod ineſt illis, quod tamen veritatem obſcurat, ita vt ſicut cæci Chriſtum velle noſſe dicant. O mi Redemptor, quæ infelicitas maior, quàm veniſſe te de cælo quærendo me, moriendo, redimendo, & poſt tot annos, poſt tot diſciplinas, poſt tot doctrinæ radios Deus mihi abſconditus ſis: poſt publicum paupertatis præconium colam ego diuitias, & ob leue lucrum cælum amittam? poſt tanta exhibita humilitatis documenta ego nouos ſpiritus elationis, & ambitionis aſſumam? poſt tanta ſigna, voces, inſpirationes, quibus ad meliorem frugem vocas, ego cæcus vel non videam, vel miſſa faciam? Cauſam cæcitatis huius inquiramus; ea nempe eſt, quia

Excæcat mentem propria voluntas.

cùm ad magiſtrum accedimus, iam noſtram voluntatem propenſam geſimus, & dum dicimus, *Magiſter,* ſuperaddimus, *volumus. queria yo que Dios me hicieſſe eſta merced.* Quare à confeſſariu, & à viris doctioribus, & ab oratione ſæpe ſæpius incerti de diuina voluntate recedimus, quia iam noſtram induimus.

Simile.

el que llena al pintor vna tabla liſa y limpia dice que le pinten vna imagen como el ſabe: el que la llena con imagen pintada es decirle que la refreſque aquella miſma. el que calla y no apaſſionado dice que le pinte Dios ſu voluntad como el ſabe que conuiene el que va ya pueſto en la ſuya que ſe la refreſque. quia ſicut qui malè ſoluit pecunias, nunquam placent illi literæ, & teſtimonia, & chirographa, ſed ſemper alia atque alia poſtulat, *a eſe poder le falta eſto, eſa obligacion no es mia eſte dice el mal pagador*; ſic vir ſapiens, qui malè tamen ſoluit Deo, ſi ſemel dulcedine peccati delinitus eſt, ſapientia in incredulitatem labitur, & nunquam credit illis ſignis, nec ſui cauſa patrata putat: ſic ſe habet voluntas veſtra. Sicut cùm quis pendit aliquid, qui licèt in vnam lancem multa imponat pondera, quid tamen hoc intereſt, ſi alteram bilancem ligatam tenet. Trutinam vnam conſtituunt intellectus & voluntas, & cùm multa in vnum ſtateram imponat Deus, & concionator, verba, rationes, miracula, nondum veſter intellectus aſſentitur, quid

7. cauſæ in hoc eſt? quia ſtatera altera ligata eſt affectu & amore, & ideo Deum tentatis, noua auxilia, noua poſtulâtes ſigna. Ideo D. Thomas [a],

[a] 2. 2. Quæſt. de fide

qua ſolet profunditate, dixit; *credere eſſe actum intellectus dependentem à voluntate inclinante intellectum ad aſſentiendum. eſta a ſida la vna balança de la otra.* Vnde etiamſi ſtimulus conſcientiæ vrgeat vos, & verba concionatoris premant, quoniam voluntas veſtra prauo affectu iam eſt ligata, ſemper noua petitis. *ſiempre os parece que Dios haze poco,* nô cogitantes illud à Deo petere, quod à vobis præcipuè etiam dependet. nam, vt egregiè idem D. Thom. [b] aſſerit, miracula ſine vobis poteſt Deus facere, finem autem eorum, nempe

[b] 3. p. q. 44. art. 3. ad 1.

iuſtificationem, non vult Deus abſque veſtra voluntate perficere: nam, vt inquit Auguſt. *qui fecit te ſine te, non ſaluabit te ſine te.* Liberam ergo & ſolutam voluntatem, & illa, quò intellectus ducitur, pendebit. Hoc ipſum clariùs manifeſtat hiſtoria Eſther; quando enim *Vaſthi ad regis conuiuium venire contempſit,* iratus rex ſapientum conſilium audire voluit, *& leges & iura maiorum,* conuenerunt ſeptem illi, qui illi adſtabant.

Confirmatur exemplo.

Loquebatur iunior, vt liberiùs ſuam ſententiam proferret, ne ab antiquioribus trahi videretur. *decia el mas moderno por que no fueſſe lleuado de la authoridad de los demas antiquos. Si tibi placet, egrediatur edictum à facie tua, vt ſcribatur contra legem Perſarum atque Medorum,* &c. *vt nequaquam Vaſthi ingrediatur ad regem. deſe ſentencia de diuorcio ſegun leyes de Perſia, & placuit conſilium Regi.* Age ſapiens, calles iura Perſarum? nonne tibi iniunctum eſt, vt ſecundùm leges, & iura ferres iudicium? non ergo ignoras legem eſſe, morémque Perſarum regum reginas non eſſe ad virorum conuiuia educendas, ne in conſpectum veniant, quid dicam, vt ſimul accumbant? Vaſthi ergo, quæ hoc renuit concedere, digna erat noua corona, non verò vt illa priuaretur. Quare ſic iudicaſti ſapiens? reſpondet ille, & benè. Verum eſt regem ore dixiſſe, *magiſter,* at vultu, & ira, & voce, *volumus* ſignificauit; ego verò in minaci vultu prius legi *volumus,* quàm *magiſter.* Quare ſententia voluntati conſonat, non legi, non ſapientiæ, non iuri.

Lex propria voluntas abeſſe ne facit à iuſtis legibus principes & ſapientes.

Ecce ô principes, quænam eſt cauſa ferè nunquam veritatem attingere, neque in aulas veſtras intrare, quia licet ex vna parte vt inferiores ſapientia in conſilium adire coacti eſtis, legem tamen voluntatis, & guſtus præfertis, quæ viua lex eſt antequam mortuæ leges & iura loquantur. Nullum grauius negotium, nec dubia cauſa, quàm mors filij Dei, & humani generis ſalus, in qua dum filius adit Patrem vultû contra morem operit: *procidit in faciem ſuam,* ſicque proponit, *Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte, Padre mio mireſe ſi en todo la recopilacion de vueſtras leyes ay vna en fauor de mi vida ſin daño de la del hombre.* Domine ignoras tu, ſitne poſſibile, an non? non ignoro, abſtraho tamen ego iudicium meum, videat pater. *Verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis,* finitur tamen lis tota, ſi tu ſemel dicis, *volo.* nam vnde bella & lites in vobis, inquit Iacobus, *nónne ex concupiſcentiis veſtris? de no concertarſe vueſtras voluntades con el entendimiento y leyes, el vno dice magiſter, la otra, volumus.*

Magiſter volumus. Latet adhuc anguis in herba; adulatio enim blandiens ingreditur, ingreditur (inquam) quia illi omnes patent fores: mentitur tamen grauiori mendacio, & intolerando. Doctor quidam: *In adulatore,* inquit, *veluti in ſepulcro nomen tantum amicitia inſcriptum eſt. es el liſonjero como el epitaphio del ſepulcro,* amicus in ore, & in corde inimicus, titulus enim ſepulcri ſic habet: *Hic iacet Imperator*; mentiris, cùm iamdiu mors ſuæ ſubdidit poteſtati. *Inuictiſſimus*, fallit etiam, dum occubuit 8.

Adulatio blandè ingreditur.

Simile.

ex

Digitized by Google

ex leui accidente, & debilitate. *Felicis recorda-*
Mentitur adulator. *tionis*; etiam iſta adulatoria ſunt, ſic enim eua-
nuit eius memoria, vt niſi obex lapis iſte inter-
poneretur, nemo illius recordaretur; at denique
foris eſt ornatus, & decor, intus fœtor, & hor-
ror; foris maiorum inſignia & arma, intus pul-
uis, cinis; foris famuli & gigantes, intus ver-
mes, pallor, & vmbræ. Sic in ore adulatoris le-
ges, *Magiſter*, at in corde, *non magiſter*, nec
eius doctrinam audire poſſumus, *volumus ſigna*,
nulumus; quin potiùs propter facta miracula
Quis niſi mortuus inxta ſe adulatorem tolerat. mortem tibi inferre ſtatuimus. *Epitaphium* equi-
dem eſt adulatio, quod viui homines ferre non
poſſunt; mortuj ſunt, qui ſupra ſe lapidem, &
mendacia ferre queunt. Vt tamen falſus hic ami-
cus dignoſci queat, duo ſigna præbuerunt duo
eximij Oratores. Tullius: *Amicitia non clau-*
dicat, ſemper eadem eſt in præſentia, & in ab-
ſentia, in pace, & in bello, in proſpera, & in
aduerſa fortuna; alter verò Demoſthenes. *Adu-*
latio claudicat altero pede, no es la meſma. Vnum
Prou. 10. v. 10. hic, aliud illic laudat: *hunc humiliat, & illum*
exaltat, eſo es coxear. Quanto autem elegantiùs
Adulator contraria affirmat & claudicat labiis. ſummus orator dixerat, *Qui annuit oculo, da-*
bit dolorem, & ſtultus labiis verberatur. Agit de iis
qui fraudulenter loquuntur, & malum ſecum
machinantur contra eum, quem blandè allo-
Cap. 27. quuntur. Sicut dixerat Eccleſiaſticus, *Annuens*
oculo fabricat iniqua. Hoc enim eſt *aſſentiri*, inde
aſſentator, qui per aſſenſum malum cauſat, *ay*
Qui omnibus aſſentitur aſſentatoris non leue indicium exhibet. *grande mal en decir a todo, ſi.* Hinc paraſitus qui-
dam apud Terentium adulatoris officium in ſe-
metipſo venuſtè expreſſit, *ait quis? aio, negat*
quis? nego. Nam opera hominum non ſæpe di-
gna ſunt approbatione, ſed reprobatione; qua-
re qui annuit, & aſſentitur operibus iniquis,
iniquiſſimus eſt. Laudabant in Apoc. omnes ſe-
niores agnum ſtantem tanquam occiſum, hoc
eſt, Chriſtum in Eccleſia tanquam occiſum in
altari, cùm autem vera laus illi adhiberetur,
nempe quia occiſus eſt, quia aperuit ſeptem ſi-
gnacula libri, quia denique laude dignus erat, &
accipere virtutem & diuinitatem, & quatuor
animalia dicebant *Amen*, quid eſt *Amen* confir-
9. matio quædam, *ita eſt, verum eſt*, ad omnia di-
cebant Amen, *a las obras de Dios iuſto es que ſus*
priuados y principes todos digan Amen *pero a las de*
los hombres que ſe pueden errar no tanto decir Amen
que ſi todo lo alabais o ſois animal o gran liſonjero
hablar claro no ſeñor no van bien las coſas los pue-
blos claman mucho ſi les pides vueſtra ſeñoria ſe mo-
deren los gaſtos. Cùm verò in aulis regum &
principum ſunt aliqui, qui principi ad omnia
dicunt Amen, vel animalia ſunt, *vel magnum*
dabunt dolorem. Quærit enim princeps, quid vo-
bis videtur de noſtra gubernandi ratione? non
placet omnibus? maximè. placuit lex illa, & pra-
gmatica? placet. Æquúmne erit hoc meis ſub-
ditis imponere tributum? fiat. Abundat reſpu-
blica frumento? ita. O nequam, ad omnia re-
ſpondes *Amen*, & mentiris, & maximum da-
bis, & tibi paries dolorem: nam ſi tu vera dixiſ-
ſes, nec illa gubernandi ratio vigeret, quæ vio-
lenta eſt; nec lex ſtaret, quæ impia; nec tribu-
tum imponeretur, quia acerbum eſt, & reſpu-
blica non fame periret: at tu omnibus annuens,
ecce incredibilem dediſti dolorem. Addit præ-
Simile. terea, *& ſtultus labiis verberatur, es lo que deci-*
mos del mal cauallo que a la mitad de la carrera ſe
cruza y pone del lodo al que haſta alli auia corrido
felizmente. Sic contingit linguis adulantium,
claudicant enim, & ita in Hebræo, *labius clau-*
dicat, no anda llano y igual ſon como el cauallo que
ſe cruza, labius verberatur, y arroja en el lodo al ca-
uallero aqui alaba ſube lquanta encarama y endioſa
y luego a dos paſos vitupera, abato piſa hunde y ani-
hila. Contingit hîc laudare, extollere miris lau-
dibus hominem, & ante finitum curſum vitupe-
rat, abiicit, peſſundat, & in nihilum redigit.
Ideo admonemur *melius eſſe à ſapiente corripi,*
quàm ſtultorum adulatione decipi, mas vale ſuffrir
las quemaçones de vn ſabio y diſcreto y verdadero
predicador, que les halagos del vano y liſonjero. Ab
hac autem peſte caueát maximè reipublicę prin-
cipes, quia dominium habet in capita. Quare
Dauid ſalutis animæ ſuæ ſolicitus inquit: *Corri-*
piat me iuſtus in miſericordia, oleum autem pecca-
toris non impinguet caput meum. Caſſiodorus expli-
cat illud *non impinguet, non hebetet caput meum.* Et
Hieronymus: *Oleum veneni non impinguet caput*
meum. Vtuntur medici oleo, & quia contra ve-
nenum eſt, & quia herbarum qualitatem reci-
pit, & receptam virtute penetrandi, qua viget,
ad interiora ducit. Quid ergo eſſet, ſi oleo ſic
blande, ſic ſenſim illabenti venenum admiſce-
retur, è veſtigio ad cor penetraret & occideret.
Fuge, inquit Dauid, apage oleum adulatoris
oleum veneni *non impinguet caput meum*, ſatius
mihi erit à declarato hoſte Saule impugnari,
quam à ficto adulatore laudari.

Volumus à te, Ambientium, & cupidorum ver- 10.
bum hoc eſt. *Propia palabra de pretendientes.* *Ambientium cupiditas fauorem, nō perſonam aucupatur.*
non te quærimus, ſed tua: ſic ſe gerunt, qui fal-
ſæ gloriæ vmbras conſectantur, colunt princi-
pem, & præſidem reuerentur, adorant, ſtipant,
non quia quærant, aut ament illum, ſed vt ab il-
lo extorqueant quod expetunt, *à te, non te*, hæc
adoratio eſt in ſpiritu mendacij, à qua maximè
abhorret Deus, qui primò propter ſe, poſtea
propter ſua beneficia coli imperat, vt humilis
dicebat Franciſcus, *Deus meus, & omnia*, nam,
vt bene Paulus argumentatur, priùs ille ſe nobis
dedit, ſui autem deditione facta quomodo non
omnia nobis cū ipſo donabit? Hi ſtultiſſimi ſcri-
bę ſummum bonū coram ſe habentes non illum,
ſed ſua miracula quærunt, *à te*, obliquus amor, &
ſpirituali viro indignus, & peccatori frequētiſſi-
mus: *Confitebitur tibi cùm benefeceris ei.* Deus priùs *Amor Dei puriſſimus noſtri, non verò rerum noſtrarum.*
ad nos, poſtea noſtra reſpicit: *reſpexit Dominus ad*
Abel, & ad munera eius. Et ſponſa ſic illum allo-
quebatur: *Dilectus meus mihi, & ego illi*; ita vt
coniunctio &, cauſalis ſit, ſponſus meus ſignum
vnicum eſt, in quod omnes meæ cogitationes
collimarunt: *no miro a otro blanco ni interes, ni fal-*
ſeo el tiro, quia cùm ego in primis ab illo diligor,
quaſi nulla alia ab illo diligeretur, *ille mihi*, ſic
etiam *ego illi*, me tū primis offero, poſtea omnia
mea, oculos, actiones, opera, domum, & quod
reliquum eſt. Qua autem pura intentione defi- *Pura intentio in miniſtris reipublica ne lucra quærit.*
ciente ecce aliud monſtrum, & reipublicæ per-
nicies oboritur, nempe cupiditas lucri proprij
adminiſtrantium rempublicam; omnes enim iſti
dicunt reipublicæ, *volumus* non te, *ſed à te*, Inter
antiquos Apologos vnum præinſigne eſt corui,
qui per integrum diem lupum inſectatus eſt, il- *Simile.*
lud intendens, vt cùm lupus famis impatiens,
quid ederet, venaretur, ille pariter particeps fie-
ret venationis. Quod cùm ita fieret, & lupus
carnem voraret, & ſanguinem poſcebat, partem
ſuo labore dignam, coruus hanc offerens ratio-

 nem,

nem, quia illum tota die fuiſſet inſectatus : at lupus reſpondit ; abi in malam rem, *non tu me quidem, ſed prædam ſectatus es, eo quidem animo, vt ne corpori quidem meo velles parcere, ſi exanimaretur. Fuera de aqui liſonjero cata viberas no me buſcauades a mi ſino a los deſpojos pruebo lo porque ſi cayera yo de hambre muerto fuerades el primero que piſcarades en mis entrañas.* Hæc monſtra fert aliquando reſpublica, homines, qui non rempublicam, ſed ſua bona cupiunt, circumuolant ſicut milui, aut curui; quàm ſatius eſſet Deum quærere priùs, qui & primum bonum eſt, & donum, & cum illo omnia ab illo expectanda ſunt.

11. *Propria voluntas in infidelitatem vſque labitur.* a Orat. 4. in orat. Domini.

Signum videre. Vide quò tendat propria voluntas, principum maximè, & potentiorum in mortem ſui, in delictum maximum, in hæreſim. Nam, vt notat D. Gregorius Niſſenus [a], illud in oratione Dominica quotidie poſtulamus, in quo vita noſtra conſiſtit, regnum, Dei voluntatem, panem, &c. Et ſicut morimur fame, ſic morimur propria voluntate. *Sanitas animæ eſt diuina voluntatis proſper ſucceſſus: quemadmodum è contrario exciſſo bona voluntate morbus animæ eſt in mortem deſinentis.* Hæc cauſa eſt ſubitaneæ mortis principum ſæcularium, quia pleni ſunt propria voluntate, & illa quaſi epoto veneno repentè moriuntur, nec nouum hoc eſt, ſic enim principes primi interiere, inquit Niſſenus, *cùm de inobedientia veneno largiter ſumpſiſſent.* Quare fruſtra illis alia medicamenta adhibenda ſunt, quàm illa ab Eccleſia recepta: *fiat voluntas tua; verba orationis morbi animæ inhærentis curatio ſunt. Oro potable y contra veneno amor y voluntad de Dios. Rurſus coniunctio cum diuina voluntate à morte liberat.*

Mors animæ propria voluntas.

12. b Cap. 4. *Propria voluntas delictū maximum dicitur.*

Delictum etiam maximum, &, vt inquit S. Ioannes Climacus [b]; quod maximè torquebit animam in die iudicij, ſicut è contra obedientia liberam, & ſolutam cura & timore reddet animam, ideo fortè Dauid de reddenda ratione ſolicitus aiebat: *Cur timebo in die mala? en el juicio de Dios que ſera lo que me congoxara? iniquitas calcanei mei circundabit me. Aqui me tengo mis miedos para vueſtro juicio que aquel peccado de mi talon, aquella vez que me calce mi antojo y puſe el pie en caſa agena y amancilla el lecho ageno eſe me a de acuſar.* Propria enim voluntas pes eſt animæ clauſum fontem bonorum operum interturbans, perdit ieiunia, vt per Iſai 59. idem Dominus aſſerit; & ipſa ſacrificia commaculat, vt 1. *Reg.* 4. notat D. Hieronymus, hoc pede diſcedimus à diuina voluntate, vt Iſai 13. *Si auerteris à ſabbato pedem tuum* (appoſitiuè) *facere voluntatem tuam.* Ecce quomodo pes eſt voluntas noſtra; ergo omnis iniquitas huic vni voluntati noſtræ attribuitur, ideo Dauid *iniquitatem calcanei timet.* Verùm acriùs dolet Pſal. 50. *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci.* Quid doles Dauid? quod crimen ploras? vtique maximum læſæ maieſtatis, quia tua abuſus ſum voluntate. Nam, vt Anſelmus ait, *ſolus Deus quidquid vult debet velle propria voluntate, cùm aliam, quam ſequatur, non habeat ſupra ſe. Blaſon de Dios. Omnis voluntas mea fiet; cùm igitur homo vult aliquid per priam voluntatem, Deo aufert quaſi ſuam coronam, ſicut enim corona ſoli regi competit, ſic propria voluntas ſoli Deo; & ſicut regem aliquem inhonoraret, qui coronam ei auferret; ſic homo inhonorat Deum, qui aufert ei propria voluntatis priuilegium.* Eſtne hoc, de quo dolebat Dauid? eſt vtique, ait enim, *tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci.* Hebraicè, *& voluntatem meam coram te feci. O mi ſeñor que temo que como a Saul me quitareis la corona, porque yo os quite la vueſtra el dia que como el me atreui a hazer mi propria voluntad.* Et arrogaui mihi, quod tibi maximè cordi eſt, & dignum Deo, tua nempe voluntas. *Tibi ergo ſoli peccaui.*

13. *In hæreſim labitur propria volunt.*

Tertiò denique in hæreſim tendit propria volontas, aiunt enim, *ſignum videre volentes*, vt ſuo arbitratu ordo peruerteretur, & fides, quæ ex auditu eſt, per viſum in illis perciperetur. Quare aiunt, qua ratione non video animam? quis venit de alio ſæculo, qui nobis gloriam aut infernum denunciet? qua ratione ſi myſteria fidei certiora ſunt, ego difficiliora creditu experior, quàm naturalia, & rationis opera? O inſane, iam enim non te vt Chriſtianum alloquor. In huiuſmodi verba progreſſurus erat, qui ſicut tu ſine fronte peccabat. *Generatio mala & adultera. Primero dixo mala, luego adultera, primero mal Chriſtiano, mal clerigo, mal religioſo, luego hereje.* Vnumquodque ſimile ſuum ſequitor, fides noſtra omnem abominatur immunditiam, & re conſpurcetur, capitur, occiditur. *Es como el armino que ſe da al cazador por no enlodarſe en la boca de ſu madriguera.* Sic fides virtute & bonis operibus fouetur, & alitur. S. Paul. *Habentes myſterium fidei in conſcientia pura*, non in byſſo, nec ſericis veſtibus, nec in inſignibus nobilitatis, *ſed in conſcientia pura.* De ardea legitur, vt contra accipitrem ſibi contrarium præualeat, ſtercus ſuum in alas eius proiicere, quo putrefactæ demittuntur, & infirmantur. Accipiter, qui antiquitus vt Deus habebatur, fidem noſtram ſignificat, & quia ſumma petit, & quia ſoli Deo conſecratur, & quia rectà in eum tendit. *Credo in Deum*, quid dæmon moliatur ad hanc infirmandam virtutem fidei? culpæ & iniquitatum ſtercora in alas mittit accipitris vt cadat, vt deficiat fides, etiamſi accipiter Hiſpanus ſit, etiamſi aquila Romana. Homines deprauatæ vitæ, qui nec bonis operibus inſudant, nec hæreditaria ſanctitate, & meritis viuunt, ſed ſicut in republica aliqui quaſi de miraculo viuunt; ſic & iſti eò iniquitatis deueniunt, vt de miraculo viuere velint. *Señor algun milagro hará Dios con migo como lo a hecho con otros. Volumus à te ſignum videre.*

Corrumpunt praui mores fidem noſtrã.

14. *Iræ Saluatoris cauſa & quanam indignatio decet prælatum.*

Generatio mala & adultera, &c. Siſte, obſecrò, cæleſtis Magiſter, habeo enim plurima, quæ aduerſùs hanc tuam ſeueram excandeſcentiam obiciam. Verba tua & viſcera nónne ſunt ſuauiſſima, blanda, & dulcia, & ſibilo auræ tenuis comparata? ita vt præ pudore faciem ſuam pallio velauerit ille ſeuerus vindex tuus Elias, cùm Deum ſic blandum, ſe verò tam ſeuerum conſideraret? quare ergo tanta in tam blandum Dominum cadit ira? Hoc enim quaſi documēto docet principes & iudices qualiter animaduertere debeant in delicta, quando non contra ſe, ſed contra Deum ſunt. Mitis debet eſſe prælatus, ea tamen ratione qua Chriſtus, & qua D. Petrus omnium exemplar, & Chriſti vicarius. Referat Iſai. cap. 2. *Quieſcite ab homine, cuius ſpiritus in naribus eius eſt, quoniam excelſus reputatus eſt ipſe.* De Chriſto loquitur ſecundùm Hieron. Moneo vos, atque præcipio, vt quieſcatis ab eo laceſſendo, qui ſecundùm carnem quidem eſt, & habet animam, & ſpirat ſicut nos; ſed ſecundùm

Delicta contra Deum ſeuerius puniat prælatus.

dùm diuinam maieſtâtem excelſus & eſt, & reputatur, *traiae vn Diot en el cuerpo, ſean leuantades en la vida, y en el exemplo y ſera de prouecho ſu reprehenſion y no ſera deſeſtimada ſu blandura.* Amabunt humanitatem, formidabunt cùm credant diuinos Dei amicos, & honoris eius zelo ardentes.

Confirmatur exemplo diui Petri.

Idem protſus in eius vicario videmus, qui iuſtitiam cum manſuetudine copulauit. Ceciderunt ante pedes eius mortui Ananias & Sapphira, peremit Apoſtolus eos, non audeo dicere; at in eo talem tantamque iram viderunt in peccatum ſibiipſi ſatis notum, *quoniam excelſus reputatus eſt ipſe*, & quòd in eo diuina reſidebat authoritas, qua non diſſimularet peccatum, vt illi ipſo pudore & terrore ad pedes eius corruerint. Huic tamen ſeueritati ſummam adiecit manſuetudinem, quia, vt inquit P. Damianus, & alij, putant illos nequaquam damnatos fuiſſe, ſed illa temporali morte, noua peccatorum contritione æternam mortem effugerunt.

Ira & indignatio opportuna præſulis.

Primò vt Petri pedes honore afficerentur, ad quos corruerunt, vt nempe primi peccatores, qui ad eos prouoluebantur, vt ſoluerent pœnas peccatorum, æquum non erat, vt à loco indulgentiæ ad pœnam pergerent, & primi peccatores in damnationem inciderent. Secundò vt exemplar exhiberetur prælatis iuſtitiæ inferendæ, vt nempe eccleſiaſtica ſeueritas ſit cum manſuetudine iuncta, quare voluit vt morerentur, at non gladio, nec ſanguinis effuſione, vt bene notauit Boëtius: *denuntiatione, & non gladio*, vel ſi opus ſit ex graui cauſæ excommunicatio, vel in ſæcularem iudicem traductio. Tertiò, quia exiguam pœnam iudicauit illos orbare diuitiis, & expoliare pecuniis, in corpore, in vita puniuit, *vt ſpiritus ſaluus fiat*; ridiculum enim eſt pecuniæ ſolius expoliatione crimina inueterata clericorum excutere. *Es remedio diſimbolo diſtero y amancebamiento, luxuria y volſa, ſino dolor y pena contra deleyte y guſto.* Sic feciſſe videmus Paulum ad Corinth. decreui huiuſmodi hominem tradere ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat.

Punitio ſit apta quaſi medicina culpæ.

Sic paterna pietas cum ſeuera animaduerſione copulatur, ſicut cùm Moyſes iam orat ſupplex Deum, iam ab oratione ſurgens ira & zelo furens vigintiquinque millia hominum gladio trucidauit. De quo D. Gregorius: *Fidelis ſeruus Moyſes lacrymis erat pro delictis populi, & gladiis conſulit honori Dei*; nam & fidelis fuit, *fideles ſeruus Moyſes*, & mitis atque iuſtus, *propter veritatem, manſuetudinem, & iuſtitiam*, qua honori Dei conſuluit.

Zelo Dei ardentes viros tam in terra, cælo gloria frui facit Deus.

Hòs autem vt inſigniter gloriæ Dei ſtudioſos Deus honoribus cæleſtibus, imò cælo ipſo in terra afficit; nouum quidem & zelatoribus viris præmium dignum, nam 2. *Paralip.* at, iotrauit in regnum loco patris ſui Ioſaphat, Ioram iniquus fratricida, & idololatriæ ſuſcitator, cùm de tanto flagello dolens eſſet populus, & adhuc manus regis impij extenta, ecce repentè miſſas accipit litteras ab Elia propheta.

15\. *Vnde nam allatæ fuerint hæ litteræ.*

Allatæ ſunt autem ei litteræ ab Elia propheta, in quibus ſcriptum erat, *Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, &c. & fratres tuos occidiſti, ecce Dominus percutiet te plaga magna cum populo tuo, & filiis, & vxoribus tuis, vniuerſaque ſubſtantia tua.* Cuiúſnam eſt ſubſcriptio? Eliæ prophetæ, quid afferunt litteræ? quæ audiſti, tu miſerando obibis interitu, & viſcera tua erumpent, & mors deuoluet in ſepulcrum. Quo die & quo loco datæ ſunt? hoc opus, hic labor eſt. Si enim dicimus adhuc Eliam tunc inter gentes commorari, difficile eſt, cùm raptus fuerit ante Ioſaphat patrem Ioram; ſi verò aſſeramus ſcriptas multo antè reliquiſſe, non placet aſſerere; denique alium Eliam eſſe, & non prophetam, minus placet, cùm textus apertè loquatur *ab Elia propheta*; ſupereſt ergo dicamus locum, in quo factæ ſunt litteræ, eſſe Paradiſum, vbi in depoſito eſt. O mirabilem Dei zelum, hominem à Deo repentè igneo curru raptum ſic Dei amore, & gloria flagraſſe, vt prouida ſolicitudine calamum, atramentum, & papyrum ſecum abſtulerit, vt aliquando etiamſi ab humanis remotior eſſet, & diuinis delectationibus Paradiſi frueretur, poſſet tamen excommunicationis litteras ad idololatram regem mittere; dignus equidem eſt, vt non ſolùm ſicut Moyſi vultus ſplendeat, ſed cælum in terra poſſideat; dignus, qui non, ſicut cæteri, mortem obeat, donec mors cum reſurrectione coniungatur. Vrgeat ſic prælatum Dei honor, & dolor peccatorum, vt licèt à curis remotior eſſe velit, & in amœna viridaria diuertat, ibi ardeat charitas, vrgeat amor, pungat & inflammet peccati dolor, videat nunc omnium Redemptorem, qua ratione in Iudæos inuehitur: *Generatio mala.*

Signum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ. Signum equidem dabo, ſed in caput eorum, *para vueſtro mal ſera la ſeñal*, ſignum Ionæ, quod attigiſſe videtur D. Hilarius illis verbis, *Signum non ad perſuadendum, ſed ad condemnandum.* Videamus hiſtoriam. 16.

Signum dare promittit, ſed in damnationis indicium, vel argumentum.

Ionas in quantum à Iudæa fugit, & intrat mare, & in mare deiicitur, & à ceto deglutitur. Signum fuit Chriſtum Dominum exiturum extra Hieruſalem, & Iudaiſmum deſerturum, & in mare paſſionis, mortiſque anguſtias, & ſepulcrum ſubiturum. Ionam verò inde exire viuum, & in Gentilium plagam appellere, & pœnitentiam prædicare reſurrectionis Chriſti manifeſtiſſimum ſignum exiſtit, & relictis Iudæis fidem per Apoſtolos ad infideles migraturam. Duo hîc ſunt ſigna, alterum de terra, de cælo alterum; vnum adumbrat mortem, infamiam, crucem & ſepulcrum; alterum reſurrectionem, glorificationem, & prædicationem;

Expoſitio Euangelij, & duorũ ſignorum diſtinctio.

quare ergo aſſerit tantùm dandum eſſe illis primum ſignum? *quia ſicut Ionas fuit tribus diebus in corde ceti, ſic erit filius hominis tribus diebus in corde terræ. Eſta ſe les dara no mas, porque?* quia ob ingentia ſua crimina non fuerunt digni clariori ſigno, imò potiùs in hoc excæcati ſunt, & obſtinatiores facti, hoc eſt quod ait Paulus, *prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum.*

Iudæis ſignũ mortis ſuæ, nõ verò reſurrectionis daturum affirmat Chriſtus.

Adde obſecro alterum ſignum: *qui tertia die reſurrexit à mortuis.* Nequaquam, inquit, nam ob ſua crimina digni facti ſunt, vt neque viderent, neque narrantibus crederent reſurrectionis ſignum. Ideo crucis ſcandalum voluit eſſe publicum, reſurgendi myſterium abſconditum, & teſtibus ſolùm præordinatis notum. *yo os dexare ver lo que os ha de cegar, mas no la ſeñal celeſtial que os abriera los ojos.* Hæc littera textus, ſed latiùs à nobis explicanda: *eſta es la letra, falta le el punto y el contrapunto.* 17.

Scioli & critici atque politici ſiunt Iudæi puniuntur, dum vana captantes mirabilia.

Iuſtum hoc iudicium, quod iam miſeri Iudæi ſatis experti ſunt, ſubeunt noſtro ſæculo diuites, potentes, ſcioli iſti, garruli, quos ſæculum vocat ſapientes, *diſcretos, ſabios, ladinos, politicos.* His enim videtur conceſſiſſe Deus paſ-

ſionis

tionis fidem, & meritorum Chriſti in ſuam ſalutem; illi tamen illa abuuntur in inſanam confidentiam, petunt cæleſtia ſigna, noua mirabilia, quibus conuertantur; ille verò ſolùm ea concedit, quæ terrena ſunt, vnde nouit culpa ſua interitum illis eſſe futurum, & hoc eſt *ſignum* argumentum damnationis. Vide quanta concedit Iob 21. *Quare ergo impij viuunt?* nónne vobis mirabile eſt furem, qui vix attigit nummos, continuò ad ſuſpendium ferri, nullo appellationis dato loco, nec expectato legis tempore, & nunquam iudicem comprehendere tot vſurarios, falſos teſtes, infamatores, mordaces. *Milagro. Semen eorum permanet coram eis.* Videas delectum militum fieri, conflatur exercitus ex filiis viduarum, agricolarum indigentiſſimorum, & filij aliorum procaces, petulantes, otioſi, & liberi remanant, vt per vias diſcurſent, vbique ſua ſcelera patefaciant, *para açotar calles y andarſe perdidos*; *milagro. Domus eorum ſecura, & non eſt virga Dei ſuper illos.* Graſſantur peſtis, fames, febres, quibus exundant & flagrant domunculæ iuſtorum, & pudicarum fœminarum, & ira Dei nunquam inuenit, ſemper præterit domum illius peccatoris, in qua tabula ad luſum, fœmina ad luxum, inſtrumenta ad muſicam die, noctúque parata & proſtituta ſunt? *milagro. Bos eorum concepit, & non abortiuit*; cauſarum ſecundarum concurſus & occurſus animantium fœtus infelices efficiat in domo iuſti, & egentiſſimi ruſticani, & moriatur agnus, intereat vitella; & in domo iſtorum nec ſterilis ouis, nec vacca abortum faciat, nec arua eius pluuiam deſiderent? *milagro. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt.* Viuant iſti epicuream vitam in muſicis, deliciis, luxuriis, & tandem mortem obeant tranquillam, ſe-
18. renam, blandè animam exhalantes. *Morir como vnos paxaritos. Milagro.* Addit Dauid: *filiæ eorum compoſitæ, circumornatæ, vt ſimilitudo templi*; ſint filiæ eorum omni ornatu compoſitæ, omni pigmento fucatæ, ſicut imagines, nec deſint pecuniæ ad immenſos ſumptus veſtium, & nunquam mercatori, ſartori ſoluant debitum, nec famulis iuſta ſtipendia perſolnant? *milagro. Promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud*; omnibus compertum cùm ſit in area, nec in marſupio non ſupereſſe pecunias: at nihilominus cellæ vinariæ, & domus eorum pretioſi meri, & ferculorum varietate redundantes, & exuberantes ſint; mirabile ſanè. *Milagro*, ecce quanta miracula, & ſi plura vultis, ecce ſic felicem eſſe, & bene fortunatum, vt patrato ingenti ſcelere ſileat iuſtitia, & impunitum relinquat; accipies in rixa vulnus, & tertio die ſanum dicet chirurgus, graui morbo corripieris, & ante ſeptimum diem medicus benè valere affirmat, & his omnibus peccatis irretitus, & onuſtus inuenies confeſſarium, qui incunctanter te omnibus nodis expediat, dicens, *Ego te abſoluo.* Quod maius miraculum expectas? Heu, heu peccator, ſigna quidem ſunt iſta, ſed terrena, & cum ſæculo prætereuntia. De cæleſtibus nihil curas? amor æternorum, Chriſti reſurgentis fides viua, iudicantis, ſententiam ſempiternam proferentis: nec in memoriam venit? Hæc igitur damnationis ſunt ſigna, agat enim Chriſtus miracula, quæ ſenſerunt lapides, viderunt cæci, mirantur ſapientes, fures reuerentur, inferna timent, reſerantur ſepulcra, diſrumpitur cælum, vox intonat Patris: *Et clarificaui.* Et ille populus, cuius cauſa hæc fiunt, cæcus fiat, & obſtinatior irrideat, illudat crucifixum, & noua miracula petat? ſit tanta Euangelij virtus, vt inter gentes inſeminatum infideles illuminauerit Iaponios, Sinas, Braſſilios, inſulas Mauri, Monomotapam, Philippinas, & pænè totum Occidentem, quò ſolem ipſum nondum affulſiſſe putares, & proiiciant, conculcent idola aurea, quæ paulo antè Deos reputabant, & cum crucifixo fidei nomen commutent, & ſimplici verbo, & nomini crucifixi capita, frontémque demittant, & in te populo Chriſtiano prædilecto, cælitùs illuſtrato iam crucifixus ſit fabula, paupertas ignominia, patientia infirmitas, manſuetudo timiditas, irrideatur caſtus, illudatur pauper, & egenorum cauſas agens, & qui cum illis menſæ accumbit? Quid eſt hoc, niſi iam tecum agere Deum, ſicut cum illo rebelli & præſcito populo, dum tibi tot miracula terrena præſtat, mundi dominatum, aurum, argentum per immenſa maria delatum? at cæli miracula non videmus, pa- 19.
cem tranquilliorem, religionem maiorem, mores compoſitiores, iuſtitiam & iudices æquiores, & ſolertiores, nec feliciores victorias, nec ſecundiores fortunas, nec euentus fauſtiores; quinimò vndique te bella premunt, Turca minatur, hæretici tumultuantur, fœdifragi pacta reſcindunt, & fœdera. Nihil audias, niſi annos funeſtos & ſteriles, nuntia triſtia, euentus aduerſos, donec reſipiſcas, atque verum portentum, ac miraculorum maximum, Chriſtum in cruce pendentem reſpicias, vbi ſolem iuſtitiæ decem retrò lineas regredi vſque ad hominem videas, vbi ſtare viſus eſt ſol in meridie, vbi viſa illa iride diluuium iræ Dei ceſſauit; vbi blaſphematus tacet, expoliatus ſilet, transfixus orat, & pro perſecutoribus ſimul preces, ſanguinem ac vitam fundit. Hæc miracula ſunt, quæ tu expetere debes, quæ agnus ille verus patrauit, vt te in admirationem ſui, in gratiam raperet, & in gloriam.

Mirabilis etiam v[illegible] tur in impiis, ſed qualiter.

Alia mirabi[illegible]ſa.

Alia mirabilia impiorum.

Signa ſunt damnationis hæc miracula.

Pr[illegible] exempl[illegible] data [illegible].

Improbi ſentiunt mores in tantis calamitatibus conſtituti.

SVFFRAGIA SANCTIS ANIMABVS, quæ in Purgatorio ſunt, exhibita, fidem, ſpem, & charitatem eximiè oſtendunt & promouent. Ad ea defunctis præſtanda omnes inſtigantur.

INSTITVTIO LV.

Pindarus Lyricus Poet.

Pietatis opus pro defunctis orare. 20.

ORDIAR ſanctarum animarum pietate plenam memoriam, ab illa Gentilis hominis præclara ſententia, quæ religioſa noſtra & Catholica obſequia honeſtat & conſecrat. *Orandum potius pro mortuis, quàm pro viuis, quia mortui non habent quomodo ſe defendant.* Vbi orare non eſt preces fundere, ſed declamare, vt pro Milone Tullius. Ait ergo, ſi mortuo præclaro viro Athenienſi falſa illi aſcribuntur crimina, videlicet proditionis patriæ, orator pro ſuggeſto declamat pro illo, probans falsò & temere hæc omnia illi imputari. Præclarum, inquit, pietatis genus mortuis exhibitum, qui ſub frigido marmore elingues omnino, nec valent ſicut viuentes illatas ſibi iniurias propulſare. Ne igitur mireris, ſi vnus ego cunctarum in Deo quieſcentium animarum cauſam agere, & tuam excitare pietatem ſim auſus: mea enim intereſt, & negotium meum agitur, officia enim hæc ſumma ſunt cum vtilitate coniuncta, nam, vt ait Ariſtot. *Amicabilia quæ ſunt ad alterum, ex amicabilibus quæ ſunt, ad ſe. todas las amiſtades que hacemos a otros, de la amiſtad que nos tenemos a noſotros.* Quòd ſi honori & pietati defunctorum conſulimus, propter retributionem amicitiæ opera exhibemus, non minora ab illis expectantes, quàm modò de noſtra accipiunt religione.

9. Ethic. 4.

Noſtra intereſt his officiis ſuffragari animabus.

21.

Has vtpote regales exequias Chriſtus Dominus, omni apparatu & pompa volens celebrare, primò Pauli epiſtolam omnibus regnis peruolare, & commonere Chriſti fideles voluit. *Fratres nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut cæteri, qui ſpem non habent.* Et Ioannes qui à manu Dei eſt, *ſcribe: Beati mortui qui in Domino moriuntur.* Secundò, vt iuſta perſoluerentur, baſilicam & templum maximum elegit Chriſtus crucem, vbi Caluariæ mons cœnotaphium erat, & periſtylum amplum, nigro velo tectum, ne pars vlla cæli patens & aperta cerneretur. Summus Dei ſacerdos ex more Pontificum rem diuinam fecit, veſtibus ad luctum & mœrorem compoſitis, *Stans Aaron inter mortuos & viuos*, &c. Tertiò Euangelium cantauit, & expoſuit ipſum Dei verbum. *Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc eſt quando mortui audiet vocem filij Dei.* Primum *memento* pro viuis, vnus ex mortuis opportunè egit, *Memor eſto iudicij mei.* Secundum verò *memento* quod pro defunctis eſt, & offertoriũ, piiſſimus pariter & fortiſſimus exhibet Iudas Machabæus, ore & opere pro Catholicorũ animabus ſanctè & ſalubriter cogitans, huic commemorationi & ſacro Miſſæ ſacrificio quod Chriſti ſanguine & hoſtia peractum eſt. Adſtant Reginæ, fides eruditur, ſpes fulcitur, charitas ad iſtam eximiam pietatem accenditur.

1. Theſ. 4. DIVISIO INSTITVTIONIS.

22.

Solatium in morte iuſtorũ, quia in requie ſunt ex reſurrectionis ſpe.

I. Epiſtola, omni Eccleſiæ legenda, à Spiritu conſolatore mittitur, *Amodo iam, dicit Spiritus.* Et licèt difficilis ſit creditu, credite tamen, inquit Ioannes, quia data fuit in cælo; *audiui vocem de cælo*, res tanti momenti non cuilibet tabellario data, ſed *mihi*, cui vnitas eſſentiæ & perſonarum Trinitas ſcribenda & manifeſtanda conceſſa eſt. *mihi*, quem myſteriorum teſtem effecit Chriſtus carnis & ſanguinis ſub ſpecie panis. *mihi*, qui oculatus teſtis ſum effoſſi lateris, illius verè vitis ab agricolis ad inſerendos palmites fidelium, & qui vidit teſtimonium perhibuit. *mihi*, qui dedi teſtimonium gratiæ & generationis, idem modò teſtimonium gloriæ Chriſti regnantis exhibeo. *Scribe* ſicut rem magni momenti, ſicut Iſaiæ dictum eſt, *Sume tibi librum grandem*, grande enim eſt myſterium. *Nam ſi Chriſtus reſurrexit, & nos quidem reſurgemus*; nuntium enim vitæ & gloriæ æternæ literis debet eſſe conſignatum, nam huic regulæ, huicque veritati, omnia comparata, inania, falſa, & nihili facienda apparebunt. *Scribe* quaſi chartam ad tempeſtuoſi pelagi fluctus & procellas tolerandas, huius enim memoria in tam procelloſo pelago nuſquam fluctuabat animus B. Iob, ideo rogat, *Quis mihi det vt ſcribantur ſermones mei*, non plumbea lamina, ſed certè ſculpantur in ſilice, *ſcio quòd Redemptor meus viuit*, &c. *repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo, eſcriui Hermano eſta verdad ay gloria eterna y la puedo perder por el amor de vna creatura.*

Beati

Beati mortui, &c. *in Domino.* hoc eſt, qui moriuntur *in Deo*, aut, *propter Dominum*; ſicut Ioann. 3. *Qui facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quoniam in Deo*, i. ſecundùm voluntatem Dei, *ſunt facta, en la voluntad o ley de Dios.* Primogeniti terræ in die obitus alterius, adeũt hæreditatem, at primogeniti adoptati à Deo in die ſui obitus ad capeſſendã beatitudinem migrant. Licèt enim in terra multo videantur ære

23. alieno obſtricti, primogeniti hæreditas qua frui iam incipiunt, omni ære alieno liberat, Prou. 14. *In malitia ſua expelletur impius, ſperat autem iuſtus in morte ſua*, cùm maceerat corpus, cùm pallet, cùm ieiunio ſe conficit, cùm priuat ſe delitioſis oble-

Impium conſcientia mala turbat aſſe vna æterna.

ctationibus, quid intendit? *a que tiene ojo eſte hombre, ſperat in morte ſua*, erigitur, quia poſt mortem ab exilio ad patriam, ab inopia ad hæreditatem abit, *en llegando al morir no abra pariente pobre. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, impius verò in malitia ſua expelletur, la miſma mala conciencia le da empellones, no iras al cielo por eſe camino*, ab ſpe deturbatur æternæ vitæ. *Repelletur*, repulſam accipiet, *recepiſti bona in vita tua, y anda que no os deue nada.* Cætetùm audi diabolicam fugam, quam excogitauit, non ait, *Beati Prou. 14.32.*

Effugium peccatorum ſtultitia plenum.

qui in Domino viuunt, ſed *qui in Domino moriuntur.* Ergo licèt ego ſordidè viuam, poſſum in morte, ſi conuertar ad Deum, inter beatos aſcribi. O blaſphemiam intolerandam! in Domino mori quid eſt, niſi in gratia præoccupari à morte: vis tu inſtar Balaam ſordidam vitam agens præclarum exitum exoptare? *moriatur anima mea morte iuſtorum, & Num 23.* *fiant nouiſſima mea eorum ſimilia.* Vale turpis error, nequeo enim neque cogitatione efformare, qua ratione qui nunquam ad finem æternum recta opera collimaſti, repente ex inſperato poſſis ad ſcopum intendere, in quo obſtat dæmon, impedit febris; turbat vicina mors, & pondus peccatorum aggrauat, & deprimit affectum. Pergit

Iuſtorum mors nuncia redditur à Spiritu ſancto.

Ioannes fauſtum nuncium enarrando, *Amodo iam dicit ſpiritus vt requieſcant à laboribus ſuis.* O lætum & optatiſſimum nuntium, ne timeas fili, hic manent labores, tu liber euolabis, tecum bona opera deferes, *opera enim illorum ſequuntur illos.* O vox conſolatoria, vox conſolationis & ſalutis, *in tabernaculis iuſtorum.* Iam dicit ſpiritus, *el eſpiritu conſolador a miſsion pueſta en nonbre del Dios Padre y de ſu hyo le ſopla a la oreja aquel freſco ayre de la eterna primauera y vergeles de cielo, y con ſiluo delicado le dize, quieſcat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis, abſtulit Dominus iudicium tuum, & Iere 31.* *eſt ſpes in nouiſſimis tuis.*

24. II. *Stans Aaron inter mortuos, & viuos, pro populo deprecatus eſt, & ceſſauit plaga.*

Chriſti ſacrificium pro mortuis quãſe virtutis.

Iam ſummus ſacerdos Chriſtus in periſtylo crucis rem diuinam facit, poſitus ad inſtar Aaron inter mortuos & viuos; cùm enim Deus in terra deuoraſſet Core, Dathan & Abiron cum vniuerſis eorum familiis, populuſque ſuper his contra Moyſem murmuraſſet, iratus Deus miſit in eos ignem qui viuos adurere & comburere cœpit: tunc Moyſes iuſſit ſacerdotem indui ornamentis, thuribulum ſumere, igne illo ſacro & thymiamate plenum, & graſſanti incendio oppoſitus inter mortuos & inter viuos iram diuinam placauit, ignémque cohibuit. *Fuerunt autem qui percuſſi ſunt quatuordecim millia.* Nónne, inquit Origenes [a], in Moyſe Patrem imperantem, in [a] In Num. Aarone Chriſtum ſacerdotem intueris? qui ex vna parte ira peccatorum inflammatus, ex alia miſericordia peccantium commotus, iubet filio dilecto vt aſſumpto humanæ carnis thuribulo, igne animæ ſanctiſſimæ impoſito ardentiſſimæ charitatis ex diuino altare deitatis thure orationis, & thymiamate mortis & effuſi ſanguinis, poſitúſque inter mortuos & viuos, inter limbum & orbem, diuinam ſedauit iram, indulgentiam obtinuit, hoſtiámque efficaciſſimam inſtituit. *Inter mortuos & viuos* conſtituit ſe, *vnus enim erat mediator Dei & hominum Chriſtus Ieſus.*

Mediator Dei & hominum Chriſtus Ieſus.

vnus, nemo ſicut hic, ille etenim à corporali morte, hic ab æterna liberauit, lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo; ille medius inter præſentes, hic inter omnes mortuos ab Abel vſque ad mundi finem tanquam ſol in medio horizontis vtrumque illuminat hemiſphærium, ideoque Chriſtus dicitur *agnus qui Apoc. 5.* *occiſus eſt ab origine mundi, erat enim Deus in Chriſto, omnia reconcilians ſibi; & Hebr. 10. Epheſ 5.* *vna oblatione conſummauit in æternum ſanctificatos.* Ille impunè ſe contra ignem op- Sap. 18 poſuit; hic verò igni diuinæ iræ ſeipſum dedit. *Chriſtus dilexit nos, & tradidit*

25. *ſemetipſum pro nobis.* Quem locum perſpicuum reddit Sapientia *cap.* 18. referens

Sacerdotum dignitas & virtus ſacrificij.

quomodo contra graſſantem flammam exiuit Aaron, *in veſte enim poderis quam habebat, totus erat orbis terrarum, & parentum magnalia, & magnificentia ſua, in diademate capitis illius erat ſcripta, his autem ceſsit qui exterminabat.* Igitur cùm in Chriſto tot gratiæ, tot virtutes, tot magnalia, ipſúmque Dei nomen, imò diuinitas in capite reſplenderet, caput Chriſti Deus, cùm denique zelo & ardentiſſimo amore

amore vniuerſum ſecum ferret orbem terrarum, huic zelo, huic amori ceſſit, qui exterminabat, *& hac extimuit.* Nam licèt infinitæ malitiæ videbatur peccatum,& par in parem non habet imperium, præualuit autem Chriſti meritum, *quia non ſicut delictum, ita & donum; ſed vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia.* Videte ô ſacerdotes in quale munus vocati eſtis, quantæ virtutis hoſtia illa quam offertis, quàm venerandus ſanguis ille, quanta veſtra dignitas, quam ira Dei & purgatoriæ flammæ extimuiſſe dicuntur. Inter hos mortuos & viuos quiſque veſtrûm eſt conſtitutus. Videte qualem puritatem poſtulet mediatoris officium, *& properans homo ſine macula deprecari pro populis.* Si igitur ad mittendam pacem inter duos rixantes, quæritur vnus qui amicitia vtrique coniunctus ſit, oportet igitur nos Dei amicos eſſe antequam mediatoris munus obeamus,ne vbi pacem oporteret, ignem mittamus. Duo igitur attentè perpendite. Primum, in veſtro ſacrificio ſitam eſſe ſalutem viuorum & mortuorum. Secundum, vos eſſe inter mortuos & viuos, qui hodie eſtis, & craſtina die veſtræ dignitates vobis extinctis ad alios migrabunt, ideo optimè ſequitur, *memento.*

Rom. 5. Sap. ſupr.

26. *Memor eſto iudicij mei.* Primùm memento pro viuis obit,non mundi ciuis, non viuus concionator, ſed ex defunctis vnus; maiores enim induſtrias exhibet Dei ſapientia, quàm Tullius & Demoſthenes in procuranda ſalute viuorum, ſuum enim cuique perſonarum loquentium decorum ſeruat; munúſque vnicuique verbaque accommodat. Quis enim de ouibus melius agat quam paſtor? & quis Oceani pericula narret melius quàm qui nauigat. Quis ergo mortem & purgatorias flammas prædicet melius quàm defunctus? Loquitur ergo anima ſuperſtes & immortalis. Tullius. Nec enim aſſentior his qui hæc nuper aſſerere cœperunt cum corporibus ſimul animas interire, atque omnia morte deleri. hoc contra Gentiles teſtimonium; contra hæreſes obiiciendum eſt Concilium Lateranenſe. *Damnamus & reprobamus omnes aſſerentes animam intellectiuam mortalem eſſe.* Contra omnes autem tam vetus, quàm nouum Teſtamentum ſtat. *Deus Abraham,* &c. *Non mortuorum,ſed viuentium Deus eſt,* Matth. 22. *Superſunt ergo animæ Abraham, Iſaac & Iacob. Memor eſto.* O quoties memoriam iſtam inculcat. Eccli. 7. *In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.* cap. 14. *Memor eſt, quia mors non tardat, mira que la muerte no ſe duerme en las pajas:* cap. 28. *Memento nouiſſimorum, & deſine inimicari. dexate de bandos y pendencias que te as de morir.* & cap. 38. quibus iam tertiò æternam recordationem commendat. Obliuio enim iſta digna eſt Ieremiæ lamentatione. *Sordes eius in pedibus eius, nec recordata eſt finis ſui. ſobre toda ſu deſuentura oluidada de ſu fin, de que ſe tiene de acabar.*

Mortis memoria plurimis refricatur.

27. *Iudicij mei.* hoc enim nomine ſæpius nuncupat Eccleſiaſticus mortem. *O mors, bonum eſt iudicium tuum à Domino omni carni,* non quia æquo pede pulſat omnia; tiaras, infulas, mitras & ſuperpellicium parochi ruralis, & pagi ruſticorum, ſed quia in morte ſeuerum eſt iudicij tribunal. Vnde Paulus, *Statutum eſt hominibus ſemel mori, morir vna por vna, & poſt hoc iudicium;* ergo extremum? ergo ſine appellatione. *Poſt hoc,* non eſt inſtans indiuiſibile, ſed, quod ait Phyſicus, *nunc non eſt, & immediatè poſt hoc erit, no ſereis principe, y dexareis de ſer Papa en vn punto, y en el tiempo immediate commençareis a ſer juzgado,* tempora enim & momenta iſta ſolus nouit Pater. Vnde corrigimus Ariſtotelem, qui ait, *Omnium terribilium maximè terribilis eſt mors.* Quare ignorat, quia poſt hoc iudicium. Nec enim formidaret ſaltum è corpore ſenex ille Hilarion, pænè conſumptis viribus corporis, niſi ſupereſſet & impenderet iudicium. *Sic enim erit & tuum,* cuiúſnam? tuum Cæſar, tuum Carole, tuum Paule, tuum Marce Antoni, tuum homo qui viuis? *Mihi heri, tibi hodie* (expendi hoc alibi *) *ſciens quia omnes morimur, es euidencia. Hodie* tres habet ſignificationes, prima æternitatem denotat, quia tota ſimul eſt. *Ego hodie genui te,* ſic Auguſtinus. Secunda tempus Euangelij ſignificat vſque ad finem, in quo tot remedia ad ſalutem, tot præſidia concidit Deus, Hebr. 3. *Hodie ſi vocem eius audieritis, eſtad alerta en oyendo oy. ſed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur.* Sic D. Thomas ᵃ. Tertia, hodie præſentem diem à præterito diſtinguit, *hodie mecum eris in Paradiſo,* non inquit aſcendes in cælum, hoc enim præſtitit in die Aſcenſionis (vt communiter ſentiunt,) ſed hodie, hoc eſt, mox videbis Deum, & gloriam in anima tua promitto, eris enim mecum, qui ſum rex gloriæ, & ibidem erit gloria, *que adonde eſta el Rey alli eſta ſu corte.* Vide homo quàm breuis ſit vita, *hodie* finitur, *con vn oy ſe acaba, con vn ay ſe enmienda. hodie* homini fideli proprium, *cras* Epicureis conuenit; craſtina enim dies non eſt apta ad gloriandum, ſicut cùm tu amicos inuitas, audite meam concionem craſtina die, adeſte mihi craſtina die dum Troianum ludum in pla-

Hebr. 9. Eccli. 38. * Fer. 4. cinerum diſcurſu 79. a In Paulum.

Iudiciū quod in morte ſit pluſquā mors ipſa formidandum.

Craſtina dies nullo vſui bona eſt, ſed hodie ſaluti incumbendum.

tea ludo, contingat vt equites, equo in equum incurrente, aduerſo caſu perculſi pereant, vel concionatori memoria, vel verba deſint. *Igitur ne glorieris in craſtinum, ignoras quid ſuperuentura pariet dies. penſais que el dia de mañana parira hijo, y arroja vn monſtro o vna hya que es lo miſmo.* Nulli viui idonea eſt craſtina dies. *Ne dixeris amico tuo, cras dabo, nec mercabimur, lucrum faciemus*, ſolùm æternitati iuuat *hodie, tibi hodie.* Et quomodo vocatur hæc dies? caret nomine. *Hodie latet vltimus dies, vt obſeruentur omnes dies.* Pulcrè Auguſt. & Seneca. *Siquidem incertum eſt quo loco mors te expectat, tu illam in omni loco expectà, naſcimur vno modo, morimur multis.* Vitrum ſeruatum diu durat, ait Auguſt. homo verò ipſa nimia cura & indulgentia ſoluitur & frangitur morimur multis, ideo *memor eſto iudicij mortis.*

28. *Et quia conſiderabat* (Iudas Machabæus) *quòd hi qui cum pietate dormitionem acceperunt, optimam haberent repoſitam gratiam*, 2. Mach. 12. Memento pro defunctis agit puſillimus Machabæus, & religioſi officij ſuffragandi animabus præclarum exhibet documentum. Cauſas autem huius conſiderationis inueſtigemus. *Et quia conſiderabat*, videbat nempe non longè abeſſe mortem à viuis, ideoque operæpretium eſſe de morte cogitare militem & ducem, & mortuis inſuper officia charitatis præſtare. Homo enim rectè à Platone, meliùs à Hieronymo, *nexus vniuerſi* nuncupatur, *ñudo del vniuerſo*, in ipſo namque ſubſtantia inuiſibilis & immortalis cum mortali & corporea vno in compoſito naturali copulantur. Itaque vita in huius nodi conſeruatione conſiſtit, mors verò ex eius reſolutione ſuccedit, vt Paulus loquitur, qui vocat mortem ſuam holocauſtum. *Ego enim iam delibor. preſtò eſtare hecho oſtia viua de mi ſeñor; tempus enim reſolutionis meæ inſtat, preſto la muerte de añudara eſta lazada.* Vnde etiam reſurgere nihil aliud eſt, quàm repetitio eiuſdem nodi ſtrictè & preſsè innouari, vt Abacuc. *Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat, no importa que la muerte y el guſano roa y gaſte el ñudo y me deſcina para dormir, donec aſcendam ad populum accinctum noſtrum, que preſto ſubire al pueblo ceñido y reſucitado.* Vita igitur ex nodo pendet, hic verò ex tenuiſſimo filo conflatur; quid ergo inde pendere poteſt, quod tutum & ſecurum eſſe poſſit? ideo Eccli. 12. *Antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vita aurea, & conteratur hydria ſuper fontem, & reuertatur puluis in terram ſuam, & ſpiritus redeat ad eum qui dedit illum*; hoc eſt, vide quanta attentione opus ſit illi cuius vita tenue filum eſt. Ex quo pendet hydria corporis non vacua, ſed plena æterno & immortali ſpiritu: hydria autem multis modis frangi poteſt, & tandem in ſepulcri lapide confringetur. Cura igitur & ſolertia in eo ſit non in efficiendo filum ex auro, ſicut reges delitiis & indulgentiis; nec ex argento, vti equites, qui cutem curant, neque ex canabi, vt agricolæ robuſti, nec ex ſparto, ſicut paſtores; in quo ergo collocanda eſt? in huius videlicet conſideratione, *& conſiderabat*, ſicut de ſeipſo fatetur Iob 17. *Spiritus meus attenuabitur, mi eſpiritu ſe acaba, dies mei breuiabuntur, & ſolùm mihi supereſt ſepulcrum. ſepulturas al fin todo mi negocio es la ſepultura, non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus, burlerias no con migo.* Sic vocat peccatum Hebræa phraſi, egregia quidem, & quæ ad viuum exprimit fallaciam peccati. *moran en amarguras mis ojos.* hoc eſt, homo, qui ad ſepulcrum inijcit oculum, peccata repellit, & æterna ſolùm in deſiderio habet. quaſi clariùs dicat, vos ô viri delitioſi, cùm vitam veſtram delitioſam diutius protrahere auidiſſimè cupitis, nulla vobis de morte ſubit cogitatio. Noſter verò dux Machabæus *conſiderabat*; nec enim dedecet militem conſideratio purgatorij ignis, imò robur maximum, & firmitatem fidei & pietatis poſtulat. Audi exemplum. Sitiuit Dauid aquam ciſternæ, audiunt verbum regis Hectores illi, & ſtrenui milites, & mox per inimicam aciem irrumpunt, & arrepta aqua per medios hoſtes vna manu ſcyphum, altera gladium repetunt in caſtra, & ſitim regis ſummo cum diſcrimine ſatiare ſtudent. Quot putas hoſtes hanc noſtram pietatem infeſtant? negat hæreticorum duce diabolo hæreticorum exercitus, indulgentias, ſuffragia, oblationes, purgatorias flammas: obſtat dæmon, & inſuper magnum chaos quod inter nos & ipſas eſt, ſolàque fide illuc pergimus. Cùm igitur vna manu ſuffragium, altera enſem diſtringimus, & tot aduerſis ſuperatis hoſtibus ſitim illarum animarum mitigamus, nónne robuſti animi religioſi eſt? fortis ergo Iudas inter fortiſſimos, vnus etiam à Gentilibus prędicatus, pietate autem robuſtior & acrior poſt tot partas victorias, tot millia hominum gladio perempta, in hac conſideratione impensè perſiſtebat, *& conſiderabat. conſideraba por que el ſudor del alma enjugaſe con diferentes lienzos que el de el cuerpo, vna carta de vn amigo vn memorial vna dadiua vn ſaber mi amigo cuida de mi negocios o como quita la congoxa. Veia abas almas el valiente*

Suffragandi animabus documentū mirabile in Iuda.

Cogitatio mortis omnes decet, etiam milites.

Potius conſideratione quàm cuti curanda incumbendum.

Fides purgatorij robur & firmitatem poſtulat.

liente

liente capitan con congojas terribles y arroxales el lienzo de la conſideracion y memoria de ſus males y con eſtar en ſu auſencia penſando en ſu remedio, & conſiderabat.

Quòd hi qui cum pietate dormitionem acceperant. Poſt comparatam victoriam, fidelium militum corpora ſepelire curauit, ſed ô crimen, dum exuunt eos aliqua idolorum ſpolia, in ſinu abſcondita reperiuntur. Age, peccarum eſt, nec enim milites ignorare debuiſſent legem *Deut. 7.* ſed non eſt peccatum ad mortem; viuunt quidem per fidem & gratiam, ventuti Chtiſti. De ſuffragio agamus, & collectis duodecim millibus drachmarum oblationem pro peccatis, hoc eſt, pœnis Ieroſolymam miſit. Nec hoc ſolo religioſo opere atque ſubſidio noſtra de purgatorius flammis fides nititur, ex illo autem vtpote præclatiſſimæ pietatis documento probant doctores noſtri * ſacrificij ſacroſancti efficaciam vimque ſuffragiorum, quibus ſubſidia dantur animabus, vt ſoluantur à pœnis. *Dormitionem acceperant.* Quid enim aliud eſt mors, niſi quies & ſomnus? Conſidera negotiatorem iniquum, loquacem, vigilantiſſimum, quàm acer, quàm expeditus & ſolers ambular: opeoſis tamen negotiis fatigatus noctem dormiendo tranſigit in lecto, ex quo manè quaſi ex Iordane vegerior, expeditior reſurgit. Nihil aliud eſt mors, quàm quies animum corpúſque reficiens in ſepulcro. Eſt autem diſcrimen, qui enim craſſiore cœna exceptus eſt, grauiori ſomno & inſomniis pleno grauatur; qui verò parcè & delicatiori cibo vtitur, iucundiſſimo & leuiſſimo ſomno fruitur. Carnales iſti & turpes, ô quàm graui ſomno mortis & atris inſomniis grauantur: milites verò Iudæ quos in venialibus mors præoccupauerat, *dormitionem acceperunt.* Sed non ita leuis eſt ſomnus purgatorij, vt non auxilio & ſuffragio indigeat, eſt enim ſomnus animarum grauis, ſicut eius qui laborat incubò, *ſueño con peſadilla y la mas peſada de todas porque es peſar de no vera Dios, quod ita graue malum eſt,* vt damnatos vlulati, inſtar luporum, rugire vt leones, & ſerpentinis ictibus ſeipſos impetere cogat. O nos miſeros, qui nunquam Deum viſuri ſumus! *non videbo Deum in terra viuentium.* Hoc igitur quod verè iſti perpetiuntur, quaſi inſomnium eſt ſanctis animabus. *eſtan con eſta peſadilla aunque con eſperanza.* Quid igitur eſt ſuffragium, excitare nempe eum qui teterrimo & graui inſomnio opprimebatur, excitare principem aut regem qui ſomniabat ſe iam regem non eſſe, excitatur, & regem adhue eſſe reperit; excitare igitur animam, vt cùm oculos mentis aperiat, iam ſe Iudæi viſione conſtitutam inueniat tuò ſuffragio, quantæ putas pietatis eſt, quantæ tibi vtilitatis? *dormitionem acceperant.* 29.

Mors ſomnus.

Simile.

Animarum purgatorij ſomnus cum inſomnijs eſſe videtur.

*Aug. lib. de cura pro mortuis habenda cap. 1. & alibi. S. Proſper lib. de prædicationibus part 2. c. vlt. S Bachiarius cōtéporaneus S August. epiſt. ad Ioanianum. Damaſc. orat. pro defunctis, Rabanus in hunc locum copioſè. Petrus Venerabilis, aut Cluniacenſis epiſt. cōtra Petrobruſianos. Cæſarius lib. 12. c. 39. Thomas Cantipratenſis lib. 2. c. 53. o. 22. hic enim interceſſit pēc. catū quod non deleuit violenta mors, & poſt mortē agit de eorū abſolutione Iudas: eſt ergo locus ad hanc ſatisfactionem præſtandam deſignatus.

Optimam haberent repoſitam gratiam, in Dei enim theſauris repoſita habebant bona opera. Declarat hæc verba Beda. Vos dicitis, *quemadmodum quis ſeruat ſic inuenit:* per- 30.
indeigitur eſt apud Deum, *como vno guarda aſi halla.* Explicat hoc domeſtico exemplo. *Mulierem fortem quis inuenit*, rogat Sapiens: quærite mulierem nendi peritam, occupatam, doctam, id ſcilicet inuenies facilè? *no es nada ay la hallareis? nugerque ile y halla.* vna ſaltim ſit. Vide qua ratione neat, nam ſi in colu lanam imponit, contorquendo fuſum, lana etiam in fuſo reperitur, nec enim à colu ad fuſum naturam mutat, & quod inde detrahitur in fuſo reponitur. Si linum, linū etiam eſt quod nendo infuſum transfertur. Vide Chriſtiane, germana & cooſona ſunt merita, & gloria, ſi hic in terra turpes cogitationes, mala opera imponis in colu, cùm æterna retributio venerit, repoſita tibi erunt tormenta, & obſeruata quaſi in ſacculo delicta tua erunt; ſi verò hic eleemoſynas & obſequia diuina præmittis, eadem ipſa apud Deum repoſita ſunt & aſſeruata: *opera enim illorum ſequuntur illos.* & in ſua prima canonica Ioannes etiam cap. 2. ait, *Mundus tranſit, & concupiſcentia eius, mercaduria perdida, las guardas la enbergan en los puertos ſecos de la muerte: qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum. los que obran por ſu Dios paſan con ſus obras y las hallan pueſtas en ſaluamentos, repoſitam gratiam.*

Nunc eligenda bona opera quæ reponuntur in futura.

Ex his quaſi præmiſſis atque principiis inferre nos docet Spiritus ſanctus. *Sancta ergo & ſalubris cogitatio pro mortuis exorare, vt à peccatis*, id eſt, pœnis, *ſoluantur.* Quæ ſunt iſta principia? fidei, ſpei, & charitatis. Singula penſemus. nam, 31.

Fides primò, in hoc officio elucet maximè, credimus enim, & ratio ipſa poſtulat, poſt mortem in certum locum deferri animas, quæ vel cum venialibus deceſſerūt, vel cum debito ſoluendi pœnas pro mortalibus, ratio, inquam, hoc poſtulat. *Nam ſi cùm apparuerimus, ſimiles ei erimus, & in illam ciuitatem non intrabit aliquid coinquinatum:* qua ratione inter ſanctos illos & pretioſos lapides tunſionibus & preſſuris expolitos, tu ſicut lignum rude, impolitum apud fulgentiſſimas illas Franciſci & Laurentij imagines audeas apparere? quòd ſi ante ingreſſum ad Aſſueri aulam puellæ per integrum annum comebantur, & ſpecioſi pueri ad conſpectum Nabucho-

donoſoris perquirebantur, & nutriebantur; qualiter comenda facies, nutriendi erunt filij Eccleſiæ, qui Deo & Angelis eius adſtabunt? Quod ita verum eſt, vt licèt animæ maximè cupiant Dei frui viſione, amor tamen diuinus dolorem iſtum temperat, vt pro dignitate ſui ſponſi ante oculos eius purificatæ ſiſtantur. Sicut vxor quo mariti ſui ab Indis auidiſſimè aduentum expectabat, cùm adeſſe iam pro foribus denuntiatur, iubet pauliſper morari donec deterſis ſordibus ad elegantiam marito debitam & gratam ſeſe compoſuerit. Aliqua in ſacra Scriptura ſunt loca, in quibus locus iſte Purgatorij aſſeritur *Matth.* 12. vbi peccatum contra Spiritum ſanctum dicitur, *neque in hoc ſæculo remittetur, neque in futuro*: eſt ergo in futuro ſæculo locus aliquis, in quo ſoleant leuiora peccata puniri, & expiari. Clarior tamen locus 1. Cor 3. *Dies Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuſcuiuſque opus quale ſit ignis probabit.* De igne autem purgatorio explicant Doctores & Concilium Florentinum. Nota tamen non ideo à Concilio eſſe definitum ignem eſſe, ſed eſſe purgatorium *; illic adimpleri putat Auguſt. 20. de ciuit. cap. 25. illud Iſaiæ, *Ablnet Dominus ſordes filiarum Sion, & ſanguinem Hieruſalem lauabit de medio eius in ſpiritu iudicij, & in ſpiritu ardoris.*

* Locus iſte intelligitur eſt de Purgatorio, ita Concilium Florent. Ambroſ. Theodoret. & S. Thom. Anſelmus hic & paſſim Patres Græci & Latini, quos citat Bellarminus & Salmeron hic in fine diſp. 6. eſtque traditio & ſenſus communis Eccleſiæ & Doctorum, licèt verba in particulari alij aliter explicent, & Purgatorio adaptent. citatur D. Dionyſ. ab Athanaſio, Clemens in conſtitutio. Anaſtaſius q. 20. Orig. hom. 24. ſuper Lucam. Auguſt. Pſ. 37. & lib. 21. de ciuitate Dei, cap. 4 [illegible] contemnimus? Sed grauior erit quam quidquid homo pati poteſt in hac vita. Bernard. de obitu Vmberti, *quod hic negligimus, illic centupliciter reddemus.* Anſelmus, *ſi propter tormenta [illegible] hic [illegible], [illegible] voluntas Dei, [illegible] igne iſtum acerbiorem omnibus tormentis [illegible].*

32. Spes etiam hac commemoratione ſancta fulcitur, opus enim eſt ſpei noſtræ digniſſimum, de diuina illa ſperare clementia, exiguis licèt atque tenuiſſimis noſtris obſequiis placandam eius iram, & noſtra ſatisfactione & ſuffragiis ſatis illi factum iri. Erigit tamen maximè ſpem iſtam vexilla quæ in Euangelio officij huius decantatur, *Pater dedit poteſtatem filio*, quia filius hominis eſt, quibus verbis non vult, vt blaterant hæretici, timorem diuinæ iuſtitiæ ab animis & conſcientiis penitus eximere, ſed ad ſpem & confidentiam excitare, *tenemos el padre alcalde*; non ſecus atque ponderat Gregor. [a] Ioſeph contigiſſe cum fratribus ſuis. *Nam vir Dei ſpiritu diſcretionis plenus cognouit fratres non cognitus, ſed memor culpæ, & remiſſor iniuriæ mala fratrum nec reddere ſtuduit, nec ſine purgatione laxare.* Voluit itaque ad momentum purgatoriis flammis, vt ita dicam, ſeueritatem oſtentando eos ad ſui conſpectum purgare & expiare. Finge animo hoc tribunal, vide ſeueritatem adoleſcentis, fratres pallidos, anguſtiatos & timore perculſos, ſed ô quàm breuiter faciem vultúmque mutauit, & dulciſſimis verbis attraxit. *Nolite timere, pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos in Ægyptum.* Sic noſter Ioſeph, *Ad momentum indignationis abſcondi faciem meam*, ait per Iſaiam, & ſtatim ſeipſum prodit, & animas ad ſe allicit, *quia filius hominis eſt, ſabe que es corto nueſtro caudal* Agit autem ratione officij quod iudex ſolet cùm rixantes videt ruſticum & nobilem ciuem, alterum enim, nempe ruſticum in publicum carcerem detrudit, nobilem verò ad aulam ciuitatis, vel domum Concilij duci iubet, *desſleme y desbráue alli alli al villano y al cauallero ſangrenle la bolſa.* Nec diu differtur pœna, ipſe iudex vocatos ad ſe in amicitiam reconciliat. Rixantur ſemper inter ſe corpus & anima, *caro concupiſcit aduersùs ſpiritum*, & ſpiritus aduersùs carnem. Iudex ex munere ſuo, etſi piiſſimus, ruſticum corpus in communem carcerem mittit, animum verò in ſinum Purgatorij: nec multum durat vtrumque, nam veniet iudex qui filius hominis eſt, & ibimus omnes obuiam Chriſto in aera, nouaque pacis fœdera inter corpus & animam in æternum ſancientur, *el hará amigos alma y cuerpo y ſe contentará con vna pena ligera.*

Simile ex ſacra Scriptura.

Simile.

33. Maximè tamen charitas in hoc officio reſplẽdet, opera miſericordiæ exhibendo illis qui in alio ſæculo ſunt, à quibus retributionem non expectamus. Quod de officio ſepulturæ vno verbo eleganter explicauit Ambroſ. [b] *Nihil hoc officio præſtantius* rationem aſſertionis reddit, *ei conferre qui tibi iam non poſſit reddere.* Hæc mira charitas eſt & rara, quæ non ſpe retributionis miſcetur, quod ita certum eſt, vt nihil ſuperſit, niſi cum ingratis & infidelibus depugnare. Audi ingrate fili, vocem parentis optimi, aut amici de lacu clamantis, imò de flammis. *Miſeremini mei ſaltem vos amici mei. Fregit hac vox amicorum corda*; quis enim non flectatur ad amici nomen? Audi ergo de flammis miſerandam vocem quæ non amicum, ſed filium, ſed parentem, ſeu matrem, matrem vocat ſuam, miſerere mei tu ſaltem, ô filia vnicè dilecta, quam peperi, quam lactaui. Ageſis obſecro ſi ægrotaret pater tuus in lecto, nónne per multos dies illi adſtares die noctúque omni ſumptu, omni ſolicitudine? Fac ergo iam extincti animam in Purgatorio eſſe, poteſtne morbus cum illa pœna, aut febris cum flammis comparari? cur ergo deſeris iacentem in pœnis? *Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius.* Doloris lectum vocas, ô Dauid, in quo diues miſericors decumbit in hac vita? ô ſi Purgatorias flammas vidiſſes. Vrget igitur amor paternus, & obligatio ſtricta religionis & iuſtitiæ, quia defunctus vos hæredes conſtituit, dummodo curam animæ eius ſuſci-

Perſuaſio ad hoc officio exhibenda.

a In Ezechiel. hom. 21.

b Lib. de Tobia.

ſuſci

ſuſciperetis. Vrget ſpes præmij. Quis enim regni heredem principem Hiſpaniæ à Turcis captum ſua pecunia non liberare contenderet, maximè cùm princeps attentiſſimè oculos intenderet in eos qui multã tunc pecuniam profunderent. Vrget damnationis certa cauſa, ob tuam impietatem. Sicut ſi miles in procinctu ad bellum fratrem alloqueretur. Scis ô frater varios eſſe euentus belli, ſicut contingit vincere, ſic timendum eſt fore vt vincamur, ſi ducar in Turcas, vel apud hæreticos captiuus, en tibi omnia mea bona, vtere, fruere illis vt libuerit, id vnum à te poſtulo, vt ſi quando tibi innotuerit me in captiuitatem ductum fuiſſe, his eiſdemmet bonis cures me in libertatem aſſerere. Quid ſi ita eueniret, & ille iaceret in vinculis horrore & ſqualore oppreſſus; hic verò ſplenderet in auro, & triumpharet eiſdem bonis omni de fratre cura ſolutus, quis talem impietatem non execraretur? Tu es ô homo, cui bona commiſit frater, vel amicus, cùm in procinctu eſſet, & mortis bello proximus Dei & hominum in te odium concilias. O parentum inſipientiam, qui talibus filiis rem tantam támque grauem demandant, boui perſimiles, quem vexatum fuſtibus ſepelierunt ad excitandum genus apium, putrefactus eſt bos in ſepulcro, inde tamen argumentoſæ apiculæ natæ ad flores, ad prata, ad dulce opus ſtatim euolauerunt. O ingrati filij boui aratori, qui vt ditaret vos fatigatus in ſepulcro decubuit, & plectitur in Purgatorio. Age tu, mi HOMO, meliora de te ſperat Verbum Dei, cui credis, in quo ſperas, quódque vtpote diuinum ad hæc eximiæ pietatis officia inuitat, & præmio gloriæ ſempiternæ afficit.

A ſimili ratio.

Simile.

VERBVM PATRIS.
Michææ 6. verſ. 8.

Indicabo tibi, ô homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te: vtique facere iudicium, & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cùm Deo tuo.

Iacentem in ſordibus hominem iterum verbo, ſanguine & pœnitentia ſuſcitat.

DISCVRSVS CLXIII.

1. Michææ 6. 8.

INDICABO *tibi, ô homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te: vtique facere iudicium, & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo.* Cùm audis iudicium, putabis Prophetam ad tribunal vocare, & diem dicere tibi extremum; quinimò vocat ad cultum, ad venuſtatem, ad ſpeculum, ad ſordes eluendas, ad promiſſos capillos tondendos, ad animam denique condecorandam, vt ſit, ſicut vult D. Petrus, *in conſpectu Dei locuples*, ſic ornata & elegans, vt Deo digna ſponſa ſit. Adulterorum legem ſtatuit Deus humana imbecillitate dignam, vir ſiue mulier cùm fecerint ex omnibus peccatis quæ ſolent hominibus accidere, *confitebuntur peccatum ſuum, & radent ipſum caput.* & infrà, *aſſuméſque aquam ſanctam in vaſe fictili, & pauxillum terræ, ipſe autem tenebit aquas amariſſimas*, &c. *ſcribétque ſacerdos in libello iſta maledicta, & delebit ea aquis amariſſimis, quòd ſi polluta non fuerit, erit innoxia.* Vmbræ quidem illius piiſſimi iudicij, quod Deus ſtatuere decreuerat, vt animarum occulta crimina exploraret, examinaret, atque deleret; lex in ſpecie ſeuera, ſed qua Deus tibi fidem obſtrinxit ſuam (ô peccatrix anima) in gratiam eius reuocandam, ſi peccata confitearis, ſi intonſam conſcientiam diſcriminaueris, ſi denique faciem colueris, & aqua lacrymarũ Chriſti ſanguine tincta ſordes elueris, in gratiam eius redituram, & in ſponſæ dignitatem aſſerendam. Hoc idem repetitum video apud Iſai. cap. 1. *Lauamini, mundi eſtote, & auferte malum cogitationum veſtrarum, & venite, & arguite me*, quaſi diceret, ſtemus legibus maritorum ſpiritu zelotypiæ agitatis. *Lauamini*, credite iam vos indigere aqua mundiſſima, ſentite deliquiſſe, vt ad ſacerdotium verum, & aquam gratiæ properetis. Sat erit Domine ſanguine victimarum, & piſcinæ Ieroſolymitanæ tingi, & lauari. Apage, inquit Deus, iſta, *Quò mihi multitudinem victimarum veſtrarum? ſanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. No ſaca la mancha del alma eſa ſangre. lauamini, mundi eſtote, buſcad agua que os labe de veras.* Quam ſi inueneritis aquam, illáque ſordes ablueritis, venite & arguite me fidei violatæ. Septuaginta: *diſceptemus ſimul*, arguamus nos viciſſim, ego vos impietatis & violatæ fidei, ſi peccata non confiteamini, vos me perfidiæ, niſi promiſſis ſtetero. Vide, inquit Baſilius [a], vt Dei iudicium nihil habet affine tyrannidi, ſed iudicium more, qui inter homines familiarem ineunt communicationem. *Mira como viene a*

Ad iudicium miſericordiæ vocatur homo nempe pœnitentiam.

Num. 5. 6.

In lege gratiæ efficacius ſordes animæ eluuntur.

Indulgendi fidem datam liberat Deus.

a In cap. 1. Iſai.

2. *ſer la confeſſion vn Iuicio de entre compadres.* Sed vt hæc melius intelligantur, inuenio ſæpe apud antiquos, & tribunalia iuxta fontem fuiſſe, vel aquam inibi aſſeruari ſolitam, vt iudex elueret manus, vt Pilatus, & ſuam fidelitatem profiteretur, & pœnitentes veram reſipiſcentiam, & dolorem aqua effuſa monſtrarent: vt 1. *Reg.* apud Samuëlem legimus. Quare Dauid ad hæc verba Dei per Iſai. alludens ait: *Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.* Domine mi, quantum eſt ex me, exhibeo dolorem, aquam lacrymarum amariſſimã effundo, tu eſto fidelis, laua etiam manus, & ea quæ peccatori deteſtanti ſcelus promiſiſti, adimple, *vt iuſtificeris in ſermonibus tuis*, & ſi fortè inſtar hominum tua iudicia examinentur, *vincas cùm iudicaris*, videaris vtique ſtetiſſe legibus maritorum, & adulteris ſtabilitis. Quæ autem aqua ſit iſta, (ait Hieronymus ad Lætam) qua Deus peccatorũ fucis millies infectam animam ad candorem vſque niuis reducit, inueſtigemus. Iuxta miſericordiæ tribunal, quod antiquitùs propitiationem dicebatur, *el perdonadero*, vas erat valde capax, idcóque dictum *aneũ mare y (ſi damos fe a nueſtro padre Villalpando* [a] *era redondo tenia de diametro diez cubitos, de hondo cinco cubitos, de circuito treinta cubitos que ſon ochenta y cinco pies, cabia dos mill batos que en ſumma ſon ocho mill. y quatro cientas y treinta y ſiete arrobas de agua de a ocho azumbres la arroba el metal peſaua mill y ocho cientas arrobas todo el con los bueyes ocho mill y ſeiſcientos y quarenta talentos que hazen treinta y dos mill. y quinientas arrobas*) in quo non ſemel lauarentur ſacerdotes; egregia quidem vmbra futurorum, aqua ſanguine tincta æneo & prægrandi vaſe contenta, qua pœnitentiæ ſacramẽtum exprimatur. Ideoque cum poſtea in Apoc. aliud tabernaculum vidit Ioan. thronum, hoc eſt, propitiatorium, *el perdonadero de la ley de gracia*, ſtatim ſubdit ibi eſſe mare aquis plenum, *ſed vitreum, & ſimile cryſtallo in conſpectu ſedis collocatum*, Apoc. 4. 6. Nam *Ezechielis* 36. 25. aquam iſtam effusè largiendam prædictum eſt: *effundam aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris*, proponam omnibus aquam copioſam, & duodecim bobus, hoc eſt, hominibus dabo ſuſtentandam, & in vniuerſum orbem circumferendam. Hæc eſt reſina ex Chriſti arbore ſtillata ad inueterata vulnera ſananda, hoc pretioſum balſamum eſt à Chriſto, non ferro, ſed amore vulnerato manans ad quæque vulnera, ſi recèns applicetur, curanda. Vnde admiratur Ier. 8. *Nunquid reſina non eſt in Galaad, aut medicus non eſt ibi? quare igitur non eſt obducta cicatrix filiæ populi mei? ſtupor obtinuit me, paſmado eſtoy que aya peccador entre Chriſtianos que aya llagas tan encanceradas eſtando mi ſangre en el mundo.*

Effuſio aquæ quid denotabat iuxta tribunalia.

Aqua maris ænei pœnitentiæ ſacramenti ſymbolum. 3. Reg 7. 23. a Tom. 2. lib. 5. c. 38.

3. Quòd ſi mare vitreum, & aquam ſanguinis Chriſti cum aquis illis, vel cum piſcina conferamus, ſummè diuerſas eſſe comperiemus: nam illa piſcina in vnius tantùm peccatoris ſalutem inſtituta erat, hæc in totius populi ſalutem. Hoc ſignificabat herba illa hyſſopi ſanguine tincti, ligno oblongo adſtricti fune coccineo, quo tam leproſus, quàm vniuerſus populus aſpergebatur, Chriſti nempe ſanguinem in cruce effuſum, cùm non tam clauis, quàm amoris fune tenebatur, in ſalutem vniuerſorum, & non tantùm in animorum ablutionem, ſed & veſtis, hoc eſt, totius Eccleſię emundationẽ: *lauabit in vino ſtolam ſuã, & in ſanguine vuæ pallium ſuum*, hoc eſt, vt explicat Tertullianus, Eccleſiam ſuam, nec ſolùm eſt viuorum remediũ, ſed mortuorum viuificatiuum: *viuificauit nos in ſanguine ſuo.* In illo mari, & piſcina aquæ detinebantur, quaſi in ſtagno; hîc autem ipſa aqua, & ſanguis per labiũ lilij repãdi ex ipſo mari effluebat, quærens peccatores: *Et erit in die illa* (inquit Ioel) *ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte, & per omnes riuos Iuda ibunt aquæ, & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum. ibunt aquæ. ellas ſe ſaldran de madre a todo correr iran a buſcar los enfermos.* Nam ſi humanus ſanguis emortuam arborem ſuſcitat, quanto magis ſanguis Chriſti emundabit & ſuſcitabit conſcientiam emortuam: vitreum autem dicitur, vt inquit Gregorius [a], & de ſpeculis quaſi compactum, *nam videntes maculas in pœnitentiæ dolore compungimur, compunctè verò quaſi in labro de ſpeculis mulierum lauamur.* In quo maxima differentia veteris ac nunc legis elucet, quam oſtendit D. Iacobus cap. 1. 23. *Similis eſt conſiderantis vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo*, vbi videtur comparare piſcinas antiquas, hoc eſt, legem ſpeculo, ducebat enim homines ad ſcelerũ cognitionem, & ad eorum remedium quęrendum impellebat, nõ tamen eò proceſſit, vt ſacramenta lucida eſſent, & clarè audiretur: Ego te abſoluo, ego te baptizo. hoc autẽ aſſecura eſt Chriſti lex, & Euangelium, & eius gratia, vt nempe ſponſa Dei maculas, & rugas videat, & aquam ſuppeditet lex, qua eluatur, & cultior, & elegantior euadat. Ecce Dauid canens nobis ſigillatim refert ſalutis fontes, Pſal. 22. *Dominus regit me, nihil mihi deerit.* ad emundationem delicti Adæ *Baptiſmum* prouidit: *ſuper aquam refectionis educauit me*; ad confortandam imbecillitatem meam in fide, confirmationem, animam meam conuertit. alij, *animam meam confirmauit*; ad ſuperandam mortem, & infernum, præſentiam ſuam, *quoniam tu mecum es*; ad delicta ſponſæ diiudicanda, *virgam pœnitentiæ, virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt*; roborandam vim amoris, & ineundam nouam vitam, *Eucharistiam, paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos, qui tribulant me*, & quia qui tali pane veſcitur, corona dignus eſt, & regio diademate. *Ordinis* Sacramentum conſtituiſti: *impinguaſti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quàm præclarus eſt*; ad illuſtrem hanc filiorum Dei familiam propagandam, *matrimonium, & miſericordia tua ſubſequetur me.* alij, *ſubarrhabit me, me dara arras como a doncella me dotara.* Ecce veteres vmbras, inquit Ambroſius, in veteris Teſtamenti mari, & piſcina; nunc noſtra crimina in mari vitreo Euangelij & conſpiciamus, & eluamus.

Sanguinis Chriſti vis mirabilis ad eluenda peccata.

Sãguis Chriſti lauare peccata guſtu & appetit.

Examen & cõfeſſio quaſi ſpeculum. a In lib. Reg.

Salutis fontes Eccleſiæ. Baptiſmus.

Confirmatio.

Pœnitentia.

Eucharistia.

Ordo.

Matrimonium.

Angelus autem Domini deſcendebat ſecundùm tempus in piſcinam, & mouebatur aqua, etiamſi magna languentium multitudo remedio indigeret, ante omnia tamen cæleſtis medicina dabatur, turbatio nempe aquæ, *es remedio del cielo que aya Angel y predicador que turbe y conmueua las almas*; timendum enim eſt de anima, quæ in peccatis ſedet, & requieſcit. Sicut enim quando aqua turbabatur, fæces ſanguinis animalium ab infima piſcina in ſuperna innatabant; ſic quando peccata, quæ ſubſederant, innatant, & commouent animum, ſignum equidem eſt aut aduenisſe Deum, 4.

Turbatio conſcientiæ indicium diuinæ mutationis.

aut

aut quàm proximè venturum. *Anima mea turbata eſt, ſed tu Domine vſqueque? milagro es ſeñor no venir vos ſintiendo ya vueſtro precurſor el remordimiento y turbacion.* Quàm ſerena & tranquilla pace fruebatur Dauid ſuper tanto crimine quieſcens, gloria & otio gaudens poſt partam victoriam, ecce Angeli inſtar Nathan ingrediens turbat aquam, commouet animum ſic ſubitò exclamantem, *Turbata eſt anima mea, agora es buen tiempo ſeñor, ſana contritionem eius, quia commota eſt: el dexar vna alma repoſada en ſus peccados es caſtigo llorado y pregonado por Ierem.* 48. *Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua, & requieuit in fecibus ſuis, nec transfuſus eſt de vaſe in vas, fertilis vicioſa como tierra fertil todo el año arrojar peccados, ab adoleſcentia ſua peccata reſeruata à turpi, & petulanti iuuentutis ardore, & flore, & requieuit in fecibus ſuis, y en todo eſte tiempo ſe eſta reuolcando y de aſiento en ſus miſerias.*

Memoria peccatorum neceſſaria etiãſi ad tempus ſordeſcat animus.

Cùm reſilit autem, etiamſi reuocando in memoriam crimina videatur cœno coinquinari, optimum tamen ſignum eſt fore aliquando vt reſipiſcat. D. Chryſoſtomus [a], cùm quis in cœnum lapſus eſt, opus eſt vt manibus nitatur, loto, & cœno conſpurcetur, vt tandem totus euadat & exiliat. *el que cae en el lodo es bien que ſe enlode mas manos y pies para que aſi ſalga del todo.*

a Lib. de compunctione cordis, tom 5.

5\. Sic poſt patrata crimina illa mouere oportet, recolere, & animam cœno iterum refricari, vt ſic obiecta & examinata ſui odium & tædium pariant, & vlteriùs non peccare proponat. *Vt vel ſic occupata in luctu & lacrymis anima erubeſcat aliquando peccare: mira qual te has pueſto.*

Idem ibid.

O peccatores, optimum vobis nuntium, aduenisſe tempus iam commouendi omnium ſcelerum piſcinam ſerenam, & quietam, ceſſet riſus, ceſſent cantilenæ, ceſſet veſtium ornatus, quò te ferret iſta pax nullis interrupta malis? quò ſomnus morbúſque tenderet, ſi Angelus Dei, videlicet concionator non concitaret, aut contriſtaret animum tuum? O deploranda reſpublica, in qua ſecundùm tempus tanta peccatorum eluuies non commouetur. Age, perge Angele Dei, moue lacrymas, excita planctum ſecundùm tempus. *eſte es tu tiempo: nam ad veſperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.*

Simile.

Videàs in die feſto alicuius noſodochij, valetudinaria omnia mundiſſima, omni ornatu imaginum, & arborum ramis compoſitos parietes, lectulos recenter ſtratos, & aptatos, vbique redolent ſuffimenta pretioſa, vbique cantus, muſica reſonat, & lectiſſimæ fœminæ ciuitatis cupediis ſacchari, & mellis refertæ ægrotos inuiſunt, & diſtribuunt, blandiſque verbis conſolantur. Nunquam ægrotis lætior affulſit dies, nunquam res noſodochij meliori ordine geſtæ ſunt. Sed ecce intrant medici, & chirurgi vociferantes, quid eſt hoc? vultis vna

6\. die pereant ægroti? taceat cantus, ceſſet muſica, diſcedite dominæ, auferte ramos, & olfactoria, non videtis illum animam exhalantem, vngatur oleo ſancto, illi auferte cupedias haſce, abſtineat in victu, illius vena aperiatur, illi alteri præſcribite poculum amarum, detegite vulnera illius, attrectate, contrectate, doleant, exerat ſua inſtrumenta chirurgorum carnificina, diſſecate ſine pietate pedem illum, manum illam abſcindite, ne longiùs ſerpat contagio, duo vel tria puncta adhibeantur ori illius vulneris, non percipitis fœditatem odoris intolerandam? Ecce feſtinanter ſacra defertur Euchariſtia, ecce pulſantur campanæ, & illi ſepulturæ amandantur. Hæc nunc domus charitatis eſt, & miſericordiæ, aliàs Chriſtianorum carnificina, vbi inter ridentes & tripudiantes mors & ægritudo graſſabantur, & longiùs progrediebantur, *eſte ſi que es hoſpital que es otro era carnicera cruel y matadero de hombres.*

Compunctionis tempus & aduerſa fortuna opportunius eſt ad ſalutẽ.

Sic ſimiliter exultans ſolet eſſe reſpublica fortunis gaudens, conuiuiis, & compotationibus dedita, ornatus domus, comptæ fœminæ, riſus, gaudium, tripudium; putáſne iſta bene ordinata ſunt? putas florere rempublicam? Ecce ſecundùm tempus venit Angelus Domini veritatis prædicator, qui omnia permiſcet, perturbat, & grandiori voce pœnitentiæ ſilere iubet cantilenas, ceſſare muſicam, deponere ornatum fœminas, abſtinentiam præſcribit, lacrymarum potionem amaram, illius pes abſcindatur qui in domum alienam intrat, manus illius vſurarij diſſecetur, ne ſerpat Iudaica peſtis, ori illius, ne dicam vulneri, graueolenti, maledico, detractori ſtatim tria puncta adhibeantur, ſileat, taceat, compeſcat labia, hæc vera pietas, hoc angelicum munus; omnia enim vulnera floribus, odoribus, & cantilenis quæ animos, & aures mulcent, velle medicari impium eſt, & à vero concionatore alienum: *Ad veſperam enim morabitur fletus, & ad matutinum lætitia: eſta es quareſma de Chriſto que eſpera amanecer en paſchua es otro alegria triſte que feneciera en infierno.*

Et qui prior deſcendebat. Occurrit tacitæ obiectioni (inquit D. Auguſt. [a]) quare nempe piſcina vnum tantùm, imò & ipſe Chriſtus vnum ſanauit? multis poſſemus reſpondere rationibus. 7.

a Tract 17. In Ioan.

Cur vnus tantùm ſanabatur ægrotus.

Vnam vel alteram ex ipſo textu inferam: vnus enim ſanus fiebat, ille tamen *qui prior deſcendebat.* Ecce, inquit D. Thom. [b] coniunguntur & gratia & noſtra cooperatio; à Domino enim venit peccatorum deteſtatio, & dolor, quæ quaſi Angelus ſuggerit animæ quod Epiſcopo Laodiceæ; *Miſer es, & miſerabilis.* Et licèt ſaccus Beniamin nihil alienum ferre videatur, ſolui imperat Deus, & calicem ſuffuratum oſtendit eſſe in conſcientia: *mueſtra os Dios el peccado eſcondido, y eſte como no lo confieſas?* Ideo dicit Propheta: *Aſpiciet homines* (Deus) *& dicet* (homo) *peccaui*, & vſque ad animã pertingit dolor, *inique geſſi.* Quis tibi hæc ſuggeſſit peccator? ille bonus Deus: *aſpiciet homines, vino el Angel turbo mi alma, abrio el ſaco de mis peccados: & dixit, ecce ego reuelabo pudenda tua in facie tua: hay ſi Dios ſacara a campo mis peccados?* verùm adſit opus eſt etiam veſtra cooperatio: *& qui prior deſcendebat*; nam ſemper priores prælati fuerunt cæteris, ſicut Iacob, qui in ſolertia, & ſedulitate, atque induſtria prior euaſit.

b 22. Quæſt. 2. art. 7. ad 3.

Cooperatio noſtra & ſolertia.

Diligentes & ſolertes primas tulerunt.

Quare D. Paulus Eccleſiam vocat *Eccleſiam primitiuorum*, non quia modica ſit virtus ſanguinis Chriſti, qui vnum ſanet, ſicut piſcina, ſed quia ſic currendum & accelerandum nobis eſt ad ſalutem, quaſi vni noſtrorum tantùm eſſet deferenda; ideo dixit, *Omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium, ſic currite vt comprehendatis, para todos abra premio pero vos otros imitad el que lleua la joya.* Vbi *vnus* priorem ſignificat, ſicut vna ſabbatorum, hoc eſt, prima die Paſchæ, quia eum qui in tantum bonum properat, ſolicitudinem, & maturationem adhibere oportet, ſicut ſi illi

ſoli concedendum eſſet, *quæ retrò ſunt obliuiſcens, ad ea quæ priora ſunt*. hoc eſt, potiora, *extendens meipſum*. Quare ſic curris? ſufficit currere, qua ergo ratione dicis, *Non eſt volentis, neque currentis, ſed Dei miſerentis*? Reſpondet, ideo maturo greſſum, & non quaſi in incertum curro, quia talis eſt Deus, vt nullam diligentiam, & ſolertiam fruſtratam relinquat, nullum ſufficienti auxilio deſtitutum. Vbi nota æquales omnes feciſſe, qui in piſcina iacebant, nam ſi vnus grandi macie confectus erat, alter oculis orbatus, alius claudus, alter denique aridis membris terræ perſimilis, ſicque æquali difficultate ſuperanda, æquali item diligentia indigebant, vt piſcinam intrarent, nec multum poterat vnus alter præcedere perſpectis naturalibus viribus, ſolùm in voluntatis conatu poterat anteferri, in quo æquum eſt quemlibet præferri alteri, cùm idem præmium ſit, æquales vires, eadem difficultas. Vnde Paulus: *Omnes quidem currunt, al palio todos aunque*

Auxilium ſufficiens nemini Deus denegat.

8. *vno ſea el que le lleua*. Nec ideo ceſſant reliqui cùm in naturalibus & gratuitis ſufficiens habeant auxilium, in efficacia, & diligentia cum gratia tota res eſt. Quare illis tribuitur differentiæ ratio, vt omnes ſibi conſulant; & tu, qui cæcus es, palpans & tentans matures in piſcinam; tu qui claudus es, baculo, vel pariete innixus; & tu qui imbecillis es, bono confeſſario manuductus & ſuſtentatus, & ita Deus animam cuiuſque, hoc eſt, ſalutem in manibus ſuis ponat, vt non Dei culpam fuiſſe, ſed ſuam putent de peccato non fuiſſe excitatos: nemo enim eſt infirmus, quo infirmior ſanatus non ſit; nemo imbecillis, quo imbecillior ſalutẽ non recuperauerit; nemo ſic peccatorum nexibus, & occaſionibus irretitus, quæ non irruperit, & effugerit alter; nemo ſic tentationibus agitatus, quas alter non ſuperauerit. Ex quo collige, cùm Deus nunquam deſtituat hominem in neceſſariis, omnia in tua voluntate, ſolertia, & diligentia cum gratia conſiſtere, & conſequenter qui non ſaluatur, ideo eſſe, quia noluit ſaluari, ſicque ſemper in inferno dicent, potui, & nolui. Ecce ergo quare vnus tantùm, quia ſi vnus & prior idem ſunt; ideo vnus, quia prior eſt, quia prior, vnus eſt, hoc eſt, pauciſſimi qui velint, & conentur eſſe priores, vnus ſaluatur, vnus ſanatur; nec putes inanem laborem confeſſarij vnum à quacumque infirmitate curare. *no es poca pericia ſanar vno de qualquiera enfermedad ſiendo tantas y tan varias las del alma que piden gran ſabiduria del medico*: vt etiam illi admoneantur, ne ſupra vires Angelorum nitantur, vnum bene ſanum faciant, & ſaluent vnum, ne plures filios nutriant, quàm lac ſubminiſtret charitas pectoris, & ſcientia mentis, tempus, & oratio. Ecce Angelus, imò Chriſtus vni ſanando incumbit.

Nullam excuſationẽ habent peccatores.

Negotium ſalutis gratia & efficacia peragunt.

Reſpondetur quæſtioni.

Vnius ſaluti impensè incumbendum.

9. Quòd ſi tardior erat, en maximum inconueniens, nempe in infirmitate peccatorum perſiſtere multis annis, *triginta & octo annos habens in infirmitate ſua*. En quò tandem labitur inertia confitendi peccata! en in quæ abſurda tendit longa confeſſionis protelatio! deteſtanda malitia hæc, Deóque odibilis, ideo latiùs exagitanda, & de Eccleſia pellenda atque exturbanda. Adduxit ad Dominum quidam Iudæus filium ſuum à dæmone vexatum, qui ſurdum illum, & mutum, atque lunaticum efferebat (vt notãt Doctores in hunc locum) quem cùm vidiſſet Dominus, interrogat, *Quantum temporis eſt, ex quo ei hoc accidit? & ille ait, ab infantia, & frequenter eum in ignem, & in aquas miſit, vt eum perderet, ſed ſi quid potes, adiuua nos, miſertus noſtri*. Hac de cauſa, & propter alia, quæ præuidit Saluator, exclamat. *O generatio incredula, quandiu apud vos ero? quandiu vos patiar? afferte illum ad me.* Tantæ offenſionis verba conſiderans duas cauſas inuenio excandeſcendi in Chriſto, quas hæc duo verba continent. *Si quid potes, adiuua nos, miſertus noſtri*. Nã dixit *noſtri*, quaſi ſuam reputans filij infirmitatem, ad quæ verba excãdens Seruator ait: *O generatio incredula*, & tu pater eius es, qui ſic diu vexatur? & dum in viuis ego ſum, & inter Iudæos, nunquam ad me tuliſti adoleſcentem ſic ægrotantem? *Tu tienes ſee tu eres padre de eſte moço no es poſſible*. Nónne vides grauiſſimo morbo laborare? quo morbo Domine? dæmone videlicet, vt ſuſpicor ego, Beelzebub, talis enim pertinacia in malo, talis perſiſtentia à principe dæmoniorum venit. Sicut quondam pater filiorum Dei Gen. 34. 8. ait, *Maledictus furor eorum, quia pertinax*, filiorum pertinaciam ferre non valens, ideo antiqui intolerabiliores inimicos muſcæ ſymbolo declarabant, ridicula enim videtur plaga eius, *picadura de moxca*, intoleranda tamen perſiſtentia, ſi ſemel guſtauit, vel dulce aliquid, vel vulnus aliquod ſanguine madens. Ideo Hebræi etiam Beelzebub principem dæmoniorum, &, vt explicat Hieron. *Deum muſcarum*, appellabant, quia perſimiles ſunt dæmon immundus, & muſca, & quia in faciem tendunt, & quia immundæ ſunt, & quia ſtolidæ, *necias y porfiadas*, & quia feruore & tentationis æſtu augentur, ac denique quia importunæ ſunt ſicut dæmon; malum enim muſcarum non eſt dolor lateris, nec putrida febris, ſed continua, ſed perſiſtens ſtoliditas & pertinacia. Cùm peccata ſic ab infantia, velut muſcæ, animæ inſederunt, nec eſt qui abigat, neque qui patitur illa, neque qui curam habet animarum, ſic irã inflammant Dei, vt præ furore exclamet: *O generatio, e mal padre que ſufre a ſu hijo cubierto de moſcas de torpeʒas, de malas mugeres, de necedades, de demonios deſde ſu niñeʒ?* & ad Chriſtum non ducit ſanandum. Altera cauſa exclamandi Domino eſt, quam infert illud verbum, *ſi quid potes*, dubitat enim tanquam Iudæus, vel dubitat tam longã, & diuturnam vexationem dæmonis poſſe curari. Vide quò veniat perſeuerantia in peccatis; quare opus eſt repetere hiſtoriam, antequam Chriſtus de monte deſcenderet cum tribus diſcipulis, iam pater iſte filium ſuum ſanandũ diſcipulis obtulerat, nec potuerant eiicere dæmonẽ, inuenit autem turbã magnã circa eos, & ſcribas conquirentes cũ illis, & argumentantes, quid autem argumentarẽtur, ipſe indicat, *& dixi diſcipulis tuis, vt eiicerent illum, & non potuerunt*. Ex qua narrationis ſerie videtur ſcribarum diſceptationem eſſe exprobrare Apoſtolos, quòd dæmonem illum eiicere non potuiſſent, ac fortaſſe dicere inanẽ eſſe ac deluſoriam poteſtatem, quam à Chriſto accepiſſe iactabant. Quibus auditis exclamat Dominus, *O generatio incredula, vſquequo ero vobiſcum*, videte quò tendat iſta remoratio confitendi peccata, ecce iſte dubitat de mea poteſtate, *ſi potes*. En etiam Phariſæi inanem iudicant poteſtatem abſoluendi Apoſtolis traditam: en ipſe infirmus, cæcus, & mutus eſt, en dæmõ gloriabundus, quòd tamdiu poſſideat atrium ſuum; en denique hominem, qui, ſi in mundo non

Dilatio conuerſionis quãta afferat incommoda.

Probatur exẽplo.

Apud P. Maldonatum.

Beelzebub turpiſſimus dæmõ & pertinaciſſimus poſſidet animã tardius confitentem.

10.

Dæmon pertinax.

Antiqua peccata indignationem diuinam prouocant.

Perſeuerantia in malo fidem perturbat.

non eſſem, immundo ſpiritu non liberaretur. Vide quò procedat peccator mutus, & ſurdus: *viene a andar ſi me curara Dios, a dudar ſi abra para el confeſſion, a dar ſe de puñadas los doctores ſi le pueden o no abſolner.*

11. Sed quid argumenta quærimus, te alloquor paralytice, tam longè es à piſcina, vt poſt triginta annos non ſatis in tempore perueneris? Accedo, reſpondet, ſed ſeriùs adiũ; quam par eſt ſerò accedis? perinde ac ſi nõ accederes, ſera pœnitentia nihil, aut ferè nihil valet. Pro quo valde notandum eſt piſcinæ nomine inſignitã, non tamen piſces habuiſſe iſtam, quam vocamus piſcinam; nunquam enim voluit Deus piſcium ſacrificia, huius tamen rationem deſideramus: nam ad occupandam Iudaicam gentem, ne idola colerent, perinde vtilia forent piſcium ſacrificia, atque aliorum animantium. Si etiam voluit (vt explicat D. Athanaſius) vt abominationes Ægyptiorũ, hoc eſt, idola Deo vero offerrent, vt in ſignum veræ diuinitatis idola gentium prouoluta, & mactata coram Deo eum profiterentur eſſe verum Deum, hoc vtique optime fieret oblatis & mactatis piſcibus, quos, vt probat D. Athan. etiam Ægyptij adorabant, maximè crocodilos. Alij cauſam eſſe aſſerunt, quòd piſces ſint luxuriæ ſymbolum, nimiſque ſalaces, & maxima delectatione in medijs aquis vtãtur, ſicut probat numeroſa eorum propagatio. Sed quid de hœdis? quid de hircis? ratio tamen vera hæc eſt, volebat vtique Deus, vt in ſacrificiis & diuinitatis eius profeſſio, & dominij eius authoritas vniuerſalis profuſione vitæ & ſanguinis animalis teſtata maneret. Hoc modo Domine, hoc animal quod modò viuit, & mox erit mortuum, non eſt Deus, ſed creatura in tuum obſequium mactanda; at cum piſcibus fieri non poterat hæc profeſſio, piſces namque non poterant in templum venire, niſi vel mortui, vel pænè mortui. Apage (inquit Deus) confeſſionem à mortuo; vel moribundo, fidelis enim anima in templum Dei; non mortua delicto, ſed viua per gratiam coram Deo ſiſti debet; ſtoliditas autem eſt, & impiorum error hæc in horam mortis differre. Auguſt. [a] *Pœnitentia, quæ ab infirmo petitur, infirma eſt.* Et Eccli. 17. *Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere, à mortuo quaſi nihil perit confeſſio.*

12. Quod Auguſtinus explicat de ſacramentali confeſſione; quæ ergo confeſſio placet Deo? *Confiteberis viuens, viuus, & ſanus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in miſerationibus eius.* Vnde oritur tantum malum? *de errore impiorum, de vn engaño de peccadores que bien, que tiempo abrà.* Error equidem intolerandus. Sunt aliqui qui enſe præcincti omnibus diebus procedunt, diſtingunt, probant, euacuunt; alij, qui agricolæ ſunt, ſatis eſt ſi diebus feſtis armati procedant; alij ſenes ſunt, vel improuidi, qui ad caput lecti pendentem gladium die noctúque tenent, *ſeñor para vna occaſion.* Ecce fur, qui optimè obſeruat occaſionem, & ſomno oppreſſum ex inſidiis inuadit, ſicut Holophernem Iudith, & tacitè arripit enſem, & confodit dormientem; vel ſi ſuſcitatur, enſem arripit ſic antiquatum, & rubiginoſum, vt priuſquam diſtringat, mortalem plagam accipiat. Nobiliſſimi ſerui Dei vnaquaque vel ſaltem tertia die crimina aperiunt, & conſcientiam exacuunt; alij matrimonij, vel negotiorum cauſa octauo quoque die; tu verò demoraris in errore impiorum, dicens: Amicum habeo confeſſarium, qui mihi aderit moriendi tempore, ecce tamen imparatum mors inimica ingruit, & enſem arripit, caput ſomno vel lethargo opprimit; ſi verò vigilas, & enſem poſtulas, ſic frigidè & ſegniter, vt nec dolor in animam, nec propoſitum in voluntatem, nec crimina in memoriam poſt tot annos veniant. 13. Videtis inſanum parlayticum, ſemel in anno experiebatur vires, & exurgebat, vt in piſcinam intraret, ſemel in anno adoleſcens? ſemel in anno hoc poteris obtinere, vt ſupernaturali actu contritionis, vel vera confeſſione, tanta vitiorum aſſiduitate ſuperata iuſtitiæ faſtigium teneas? *ha ceguera de los hombres flacos fiados en ſu lozania, que baſta confeſſar por quareſma.* Prodeat nunc in exemplum adoleſcens ille præſigni quidem facie, aureis capillis famoſus Abſalon, ſed malè moratus, pietatis inops, tigride ſæuior in parentem ſanctiſſimum; aureus iſte & promiſſos nutriebat longóſque capillos, tanti apud fœminas habitos, vt maximo emptos pretio, capitibus ſuperimponendos aſſeruarent; ille autem quaſi onuſtus auro aſellus propter auaritiam diuitias deponere recuſabat, & neque ſummis forcipibus tondendum dabat crinem, niſi ſemel in anno, quod per parentheſim refert Scriptura (*ſemel autem in anno tondebatur, quia grauabat eum cæſaries*) *aduertid que ſola vna vez en el año ſe cortaua el cabello quando le daua en los ojos y ſentia pena.* Vlteriùs inſanit contumax puer, rebellat in patrem, conflat exercitum, & in belli conflictu ſortem auerſam fugiens, capillis paſſis, & diſcinctis per aëra volantibus, & ramis quercus illigatis ſuſpenſus tenetur Abſalon.

Sera pœnitentia periculoſa & quaſi nihil.

Piſces non in ſacrificio non offerebantur.

Confeſſio opportunè fiat & ſano in tempore.

a Serm. 8. de verbis Domini.

Ratione à ſimili probatur.

Semel in anno confitentium error & ſocordia corripitur.

Exemplo probatur.

> *Pendet Abſalon* (inquit Ambroſius) *aſtrictus in arbore gutture,*
>
> *Ne cælum patricida ferox macularet, humúmque.*

Tribus ſic pendens confoditur haſtis, & moritur. Iuuenis conſilij ignare te in cruce pendentem alloquor, ſic numorum cupidus, ſic decoris ambitioſus eras, vt ſemel in anno capillos poneres. *No ſe eſtaua la mina de eſe oro en caſa no los cortarades de mes a meſ o como gran principe cada dia? y no hiciera la muerte lazo y dogal de ellos.* Nunc prædicandum nobis eſt ò mortales, cùm delicatus & illiberalis princeps pendet è ligno; itáne poſſibile eſt, adoleſcens, quòd ſemel tantùm in anno tua peccata aperias? Audi Prophetam errorem iſtum, vt par eſt, arguentẽ, & expendentem Ezech. 24. 13. *Multo labore ſudatum eſt, harto me he canſado en auiſarſelo que limpie ſu conciencia: ſed neque mundaberis prius, donec quieſcere faciam indignationem meam in te*, id eſt, donec effuſo furore te perdam, & tua morte deferueſcat indignatio mea. *Tu me enojaras haſta que te acabe, y deſcanſe mi brazo.* Septuaginta ſic legebant: *Et quid erit ſi non fueris mundata vltra? y que ſera ſi no confieſſas entonces?* Et quid ſi tum res non ſuccedat? itáne tanti momenti negotium committetur ſorti? quid erit, ſi non munderis? quid erit ſi in infernum mittaris? erit vtique quod fuit paralytico, qui cùm tardiùs & ſemel in anno niteretur ad ſalutem, poſt triginta & octo iacebat in grabato.

Vis ſanus fieri. Iam confeſſarij munus exprimitur, in examen vtique vocari debere, qui curandus eſt; ſtatum enim ægritudinis quaſi verus medicus obſeruet, præcipuè quia antiqua ſcelera ſceleribus accumulata pauci medicari norunt, nõ dico opus eſſe confeſſarium cognoſcere perſonas, 14.

Scriptæ hæc diſticha inuenta ſunt in Baſilica Ambroſiana.

Inſania eorũ qui ſerò vel ſemel in anno tantùm peccata aperiunt.

Confeſſarij munus, induſtria, ſapientia.

perſonas, vtinam nunquam inuiſeret; fœminas maximè, quæ ſenes non ſunt, ſed non laudo quæ ſe abſcondunt, ne agnuſcantur parùm humiles, & honoris nimis ſolicitæ; illum quærite, qui iterata peccata examinet, & reincidentiæ cauſas diſquirat. *Vis ſanus fieri?* Quærat de propoſito, & tentare & intentare oportet, an reſiſtat, nam ſacramentum efficit quidem de attrito contritum, at non efficit cum propoſito eum, qui ſine propoſito accedit. Itaque illum admoneat, *ea ſeñor cumple dar cauterio a eſa hinchaçon, no conſentire tal; pues anda que no quereis ſer ſano, cũple abrir con fuego eſe ayuntamiento enconado y podrido, no ay animo, no quereis ſer ſano, eſo pie eſta eſtiomenado ropa fuera no aueis de entrar mas en tal caſa.* Oportet aliquo tempore tali abſtinere cibo, hoc eſt, occaſione, conuerſatione, reconciliari fratri veſtro, *recepta clara,* quæ eſt apod Matthæum cap. 5. *no podre, anda que es burla vueſtro popoſito.* Solicitudine quidem plenus, & miſerrimos ſtatus eſt, & munus confeſſariorum, qui hæc non curant, ſed optima feneſtra ciuitatis vtentes cuncta proſpiciunt, quæ in illa peraguntur, & nec examine exagitant, nec conſcientias diſcutiunt, nec propoſitum mouent, nec dolorem excitant, ſed cuncta circunſpiciunt etiã ſecretiſſima, & pænè gratis abſoluunt, & impunè abire patiuntur omni ſcelere contaminatiſſimos; meliorem, at ſaltem non iniquiorem puto, qui in peccato communicat, quàm qui ſine examine confitetur; peccat enim iſte, peccat confeſſarius, & vterque ad altare accedunt, & quod vnius generis erat peccatum, fit commune duorum, & quatuor ſacrilegia patrantur. De confeſſariis vera eſſe exiſtimo, quæ Plinius de medicis, & eorum arte ſcribebat [a]. *Itaque Hercule in hac artium ſola euenit, vt cuicumque medicum ſe profeſſo ſtatim credatur, en diciendo aqui eſta el ſeñor doctor, toda quanto dice ſe le cree. Cùm ſit periculum in nullo mendacio maius, non tamen illud intuemur, adeo blanda eſt ſperandi pro ſe cuique dulcedo.* Nulla præterea lex, quæ puniat inſcitiam capitalem, nullum exemplum vindictæ. *Iamas ahorcaro medico.* Diſcunt periculis noſtris, & experimenta per mortes agunt, *medicóque tantùm hominem occidiſſe impunitas ſumma eſt.* Dicito eadem de multis parochis, & confeſſariis altiorem materiam, & grandiora negotia tractantibus. *Vis ſanus fieri?* nam vocatus tenuit aliquando *Prouerb.* 18. Impius cùm in profundum malorum venerit, contemnit. *como el ahogado que lo echas la lanza y la ſoga y la mano y no quiere.* Vel ſicut ægri, quorum ſalus deſperata eſt, iam non victu abſtinent, neque potu, ſed contemnunt remedia, & medicum. Et Paulus, *Deſperantes tradiderunt ſemetipſos impudicitiæ, ellos ſe enlodan y ſe ſumen en el profundo. Y como el que cae de la eſcalera pierde el primer paſo y el animo, ya ſe deſconcierta va braço aculla ſe quiebra vna coſtilla aculla las narices mas abaxo las eſpinillas y finalmente la cabeça muerto ſoy aſi llegais a los pies del confeſſor tal que os parece que os falta la libertad, y que ya la coſtumbre es naturaleza.* Manaſſes: *Incuruatus ſum multo vinculo ferreo, vt non poſſim attollere caput meum, & reſpiratio non eſt mihi.* Gregorius [b], *Culpa vſitata obligat mentem, vt nequaquam reſurgere poſſit ad rectitudinem, conatur enim & labitur,* & ibi, vbi reſilierat recidit: *porque cada dia ſe va haciendo la coſtumbre mas tyraña y violenta oy entra con vn puñal mañana con eſpada larga es otro dia viene veſtida de va coſelete y cubierta de vna çelada y ſi nos deſcuidamos otro dia armada de pieſa cabeça con arnes tranzado nos hecha priſiones y grillos a la pobre voluntad.* Auguſt. [a] *Ligatus eram, & velle meum tenebat inimicus, & inde catenam fecerat, & conſtrinxerat me, el remedio vn hombre hombre vn hombre diuino valiente ſabio ſancto, por confeſſor.*

Examen conſcientia pernecceſſarium.

a Lib. 29. c. 1.

Sapiens ſit confeſſor.

D. Chryſoſt. hom. 40. in Matth.

b Hom. 12. ſuper Euãg.

a Confeſſ cap 5.

Vis ſanus fieri? Facili negotio poſſe ſalutem recuperare perſuadeat. Vis ſanus fieri? tibi optio datur, expenſas quidem & remedia adhibebit qui te creauit. Tertullianus [b]. *Hic de peccatorum fluctibus merſum leuabit, & in portum diuina clementia protelabit.* Sicut ſi videres Hiſpanum apud Indos Occidentis, percupidum redeundi in patriam, in vxorem & filios, admones illum nauigium paratum eſſe, gauderet vtique, & citiſſimè conueniret nauclerum: at ille non ſolùm te vecturum profitetur, ſed gratis, nullis exhibitis expenſis, niſi amore illo, quo flagrare videtur traiiciendi in Hiſpaniam. Sic, inquit Tertullianus, te in portum ſalutis protelauit, oſtende voluntatem, quam etiam ipſe infirmatam excitabit, & quaſi compenſabit: nam *Marci* 7. cùm ſurdum & mutum curandum adduxiſſent, *ingemuit.* Quid gemis Domine? num coactus, & inuitus beneficium præſtas? & quare præſtas, ſi tibi graue eſt, & illi nocumentum afferet? verùm ea videtur gemitus cauſa, quia vidit Seruator reſtituturum illi linguam rem pernicioſam, & hominibus detrimentoſam, cuius damna gemere, & pœnitere cogunt mortales. *Les hace gemir mil veces. Va mihi quia locutus ſum.* Hic autem diuinus medicus, & tanto malo ac detrimento væ vnum, gemitum vnum, vt medicinam adhibuit, & hanc ipſam medicinam exhibet ipſe, & in ſeipſo ſuſcipit, cùm ſuſcipere non valet infirmus. *No nos pide ſino vn ay, y eſe gemido le da ſu mageſtad quando el peccador no puede.* In litteris Apoſtolicis, quæ Romæ expediuntur, ſummus Pontifex ſubſcribit *fiat,* qui tamen obtinet gratiam & litteras, ſtipendia ſoluit miniſtris: at in dataria diuinæ largitatis noſtrum expectatur *fiat*, Deus autem quod reliquum eſt, expendit & ſoluit. Ideo à paralytico ipſe ſummus Pontifex *fiat* expoſcit, vnum *va* tantorum peccatorum: *vn ay aqui me duele, vn quiero ſer ſano. Vis ſanus fieri?* 15.

b De pœnit. cap 4.

Surge. Ecce iam reſonant verba ſalutis, & abſolutionis, quæ licet ſacerdos proferat, operatur Deus. Maius quidem miraculum, quàm mortuos ſuſcitare, inquit Bernardus, quibus auditis ſanus, alacer, expeditus exilit, & ſicut damula excutere incipit; expecta tamen peccator, ſupereſt ſatisfactio & pœna. 16.

Tolle lectum tuum, & ambula. Signum veræ ſalutis, cum pœnitentia ſalubris hilariter ſuſcipitur, & exhibetur: *tomo ſus bancos y caniẓo y va haciendo campo no le peſaua todo vna paxa.* D. Auguſt. [c] vt miraculum crederetur, & nemo falſum & ſimulatum opinaretur, ſed veram ſalutem non vmbratilem, aut confictam. Ideo Dauid, *Docebo iniquos vias tuas, & impy ad te conuertentur: yo diuino medico voluere por vos ſere motiuo de andar a los flaguillos viendome andar concertado. Tibi ſoli peccaui, vt iuſtificeris, &c. hacedme mercedes ni Dios que yo monſtrare que no ſe an mal logrado no os affrentare antes os honrare conuertido, tolle lectum tuum.* Primò enim pœnitentia debet eſſe in ea ſpecie, in qua fuit peccatum, in 17.

c Tract. 17. in Ioan.

Pœna imponenda conſitenti quæ & benignè ſuſcipienda.

lecto

lecto peccaſti, in lecto ſatisfacere opus eſt; ſicut Dauid, quem ſua cogunt peccata lectum lacrymis abundantioribus lauare; furati eſtis, reſtituite, & date eleemoſynam; liberam & effrænem carnem reliquiſtis, cilicinam illam veſte conſtringite; ſymbolis enim remedijs vti opus eſt, vel contrarijs, quid enim magis diſſentaneum eſt quàm adulterum pœna pecuniaria punire, & qui in concubinatu vixit, multis precationibus onerare? P. Chryſologus [a] de alio paralytico agens: *Porta portantem, omnes muta vices, vt quod eſt infirmitatis teſtimonium ſit probatio ſanitatis.* Doleat nunc quod antè delectabat, & fiat medicina quod cauſa ægritudinis extiterat: *vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius, a Dauid ſeñor (dice el miſmo Dauid) grande merced le hiciſtes, linda penitencia le diſtes.* Genebrard. [b] *Nam ægritudinem eius mutaſti in valetudinem, & ſuauitatem, lectum infirmitatis eius conuertiſti in lectum ſanitatis, el meſmo lecho de antes le mudaſtes en oratorio, en limpieza, en ſalud.* Quæ expoſitio placet Ambroſio, & addit, *ſtratum verſaſti*, hoc eſt, ſuper tergora eius impoſuiſti, vt verſa vice portaret lectum, in quo fuerat antè portatus. Quorſum hoc medicinæ genus? vt nempe ſatisfactio tædium peccati generet, & Deum propitium reddat, & ad miſerandum indueat. Sicut naufragus quidam, qui in tabula naufragium ferens, omnes ad miſeri-

18. cordiá permouere nititur; mirabuntur autem ſi ſic iactatus rideret, aut exultaret, aut minus affici videretur quàm par erat. *Cantas cùm fracta te trabe pictum ex humero portes?* Perſius. Ideo huic homini lectum, & tibi pœnitentia portanda iniungitur, vt in pœna, quaſi in pictura, tua perlegere poſſis ſcelera. *Mira que retuuas de alma, mira de que infierno te libraſte, mira en que eſtimo tu ſaluacion, en dar te la mano el ſeñor?* illic peccata eum gaudio videt demerſa in mari vitreo ſanguinis Chriſti, illic canitur quod Paulus canendum dicit: *& vos aliquando hoc fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, eſtis fuiſtes peccador.* Si eùm in ſuſpendio morti iamiam proximus eſſet fur, aut homicida, cùm de patibulo exturbandus erat, vox ſalutis auditur: *Siſte, expecta,* Rex liberum mittit hunc hominem, diſſecatur funis laqueo in collo eius relicto, ſicque alacer & exultans regiam intrat, & ad pedes Regis prouolutus mouet admirationem, dicunt ſicut de paralytico, ille eſt, non eſt, quis ergo eſt? ſeruus tuus, ô mi Rex, ego ſum in ſempiternum, laqueum reliqui collo appenſum, vt tuæ clementiæ, & mei ſceleris non ſim immemor; detrahite, inquit Rex, tollite funem de collo eius, nec enim finis adeſt, catenam iſtam auream còllo eius inijcite appenſum habentem S. Iacobi inſigne religionis. Reſtat aliquid faciendum? quid vltrà expectares ab humana maieſtate? tu es fur iſte peccator, qui fune vno peccati colligatus eras illi peccatrici iam in inferna exturbandus, ſonat vox, *ſurge, te abſolue*, regalis quidem vox, quid ſupereſt, niſi vt tu feras inſigne dedecoris, & delicti reatum & pœnam eius, vt bonus ille Rex non ſeruum, ſed filium vocet, & funiem coccineum collo inijcias, & cantes, *Vincula illius alligatura ſalutaris.* Græcè, *filum hyacinthinum, mira ad que color tiene eſſe hilo de grana carmeſi.* Vide Chriſti ſanguinem, qui te in libertaté aſſeruit. O pretioſus ſanguis! ô pretium diuinum! ô aſſertio libertatis admiranda! ô vincula fortiſſima, quæ me a peccatis cohibent, tu durum adamantem cordis, oris, & confeſſionis domuiſti, tu compedes prauæ conſuetudinis fregiſti, tu timorem, & ruborem fatendi peccata ſuperaſti, vi tua vim habent verba illa vinctum & damnatum abſoluendi, tu laborioſam pœnitentiam perfacilem feciſti. Si rogauerint, quis me ſanum fecit, quis continet linguam? dicam, tuus amor Domine, & charitas Chriſti vrget nos; qua ratione poteſt homo occaſiones peccati refugere? dicam, tuis vinctum alligaturis; quis hæc mirabilia operatur? dicam Chriſtum amantiſſimum animarum ſponſum, qui aqua & ſanguine mare vitreum expleuit pœnitentiæ, vt inexcuſabiles ſint peccatores tale habentes balſamum ad vulnera, ſanguinem ad duritiem emolliendam, aquam ad animi munditiem, ad dolorem excitandum, ad firmanda propoſita, ad obtinendam gratiam, & ad conſequendam gloriam.

a Serm. 50.

b In Pſ. 40.

Pœnitentia & ſatisfactio exhibenda eſt vt verè pœnitens medeatur.

A ſimili.

Confiteri peccaſſe, & ſigna pœnitentiæ in genium & decorum vertuntur.

Apoſtrophe ad Chriſti ſanguinem.

Epilogus.

VERBVM FILII.

Ioann. 5. v. 2.

Eſt autem Ieroſolymis probatica piſcina, quæ cognominatur Hebraicè Bethſaida, quinque porticus habens.

Sacros dies agere, ægris & indigentibus ſubuenire, ex peccato graues offenſiones vitare, nec de integro iterum in culpam incidere perſuadet.

DISCVRSVS CLXIV.

QVEMADMODVM vehemens ille & aduerſarius ventus fauſto euentu & exitu feliciſſimo nauim illam primam in noui orbis oras iouexit; ſic variæ hominum opiniones, tumultus varij, & argumentorũ conflictus vela ingenij ad ſecretiora myſteria inueſtiganda perducunt. Suſcitat Dominus hominem è grabato ſuo ſic à longinquitate morbi recreatum, vt poſt triginta & octo annos nulla ope indigens ad humeros lectum extulerit, ſicque integrè ſanus inceſſerit; erat autẽ ſabbatum, cùm ecce tempeſtas magna Ieroſolymis excitatur, quæ Saluatorem compulit nouum mundũ gratiæ, noua myſteria abſtruſa patefacere, & nos hęc omnia explorare, videlicet, inuentum iam fuiſſe nouum & inopinatum gratiæ orbem, nouum omnium rerum inſtauratorem, nouum ſabbatum, nouam piſcinam, cælos nouos, & terrã nouam, quæ iam olim promiſerat Deus per Iſaiam. Fauet huic noſtræ cogitationi nauclerus ille, & nauis Petri vector D. Clemens Romanus [a] illis verbis, vbi de lege Decalogi in Eccleſia obſeruanda Epiſcopum admonet: *Noſce creationem variam, quæ per Chriſtum capit, & ſabbatiſſimum agitabis propter eum, qui creare quidẽ deſijt, ſed non deſijt prouidere; agitabis, inquam, meditatione legis, non vacatione manuum.* Quaſi dicat, vt ibi exponit noſter Franciſcus Turrianus. Agnoſce vltra corpoream creationem, qua Deus materialia finxit, aliam eſſe ſpiritualem rerum ſpiritualium noui orbis gratiæ per Chriſtum recreari, ideo in

I.

Nouũ orbem gratiæ manifeſtare cogitur Seruator.

a Cap. 36. conſt. Apoſt.

Spiritualis creatio ſeu renouatio.

in die feſto rebus internis vacare. docebis, & negotia animæ agitabis? quæ non vacatione manuum, ſed meditatione, & oratione peraguntur. Putaſne Deum omninò die ſeptimo ſic requieuiſſe, vt omninò creare & conſeruare ceſſauerit? minimè, ecce noua facit omnia, ecce Eccleſiam regit, mundum gubernat, ſolemque ſuper bonos & malos ſemper inducit. Sic vnigenitus Patris in mundi recreatione Patris imitator, etiamſi in morte viuificauit nos, leges, gratiam, & ſpiritum dedit; non tamen vſquam ceſſauit, & eodem ſpiritu regere, & beneficiis, ac prouidentiâ protegere. Quare die feſto Iudæorum appropinquante nouam hanc myſteriorũ manifeſtationem poſtulat Eccleſia Eccli. 36. *Exaudi orationes ſeruorum tuorum ſecundùm benedictionem Aaron, da populo tuo, & dirige nos in viam iuſtitiæ.* Meritò te vocant opera tua, vt illa reficias, & repares ſecundùm gratiam, quæ ſecundùm naturam condidiſti. Sit tamen hæc manifeſtatio non foliorum, vmbrarum, & ceremoniarum, ſed veri fructus oſtentatio. *Secundùm benedictionem Aaron*, hoc eſt, floreat iam virga, & potentia tua fronde, & flore, & fructu, quemadmodum floruiſſe fertur virga Aaron Num. 27. *no ſea todo flores y promeſſas venga el fruto.* Huic voci altera

Chriſtus inſtaurator & noui orbis gratiæ auctor & inuentor.

2\. eiuſdem ſponſæ conſonat Cant. 5. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ: mi eſpoſo el que es a medida de mi ſer y deſſeo, qui paſcit me liliis*; (vel pane liliorum, vt refert de aliquibus Herodotus,) *que me ſuſtenta con eſperanças.* Donec aſpiret noua dies gratiæ, quando fugatis vmbris nouam legem, nouum ſacerdotium expandat. Ecce tibi ô ſponſa deſiderata dies, quando iam Synagoga elementorum indigentiſſima eſt ſine arca, ſine propitiatorio, ſine virga, & manna, ſola reliqua eſt piſcina, ad quam ſacrificandi greges diuertebant. *Inclinentur vmbra, deſcubra ſe ya la verdad.* Ecce conflictus argumentorum, & opinionum, ecce tumultus Phariſæorum, quo excuſſis frondibus fructus monſtratur, & ſpirante diuino flatu ad noui orbis myſteria nauis Euangelij appulit. En tibi nouũ mundi reformatorẽ Chriſtu Ieſum, en propoſitionis panes in ſacroſanctum panem mutatos, ecce æneum mare multarum aquarum in Baptiſmi liquidiſſimas aquas tranſlatum, *ecce vergam* in pœnitentiam, *inconſi* grana in ſacros globulos, & orationes pias, en *tibi candelabrum* in pulpitum, *cruentum* altare in incruentum ſacrificium agni cæleſtis. *Piſcina* in Chriſti ſanguinem, porticus in Redemptoris vulnera, ſacrificia in mortificationem, feſtorum vmbræ in feſta myſteriis plena, ac denique piſcina illa ſicut vmbra veri ſanguinis vnicum aliena vi & ope indigens curabat; hæc quæ ex Chriſti ſanguine fit, pro multis effunditur, omnium viuificatiua, & virtute ſua animarum eſt ſanatiua. En tibi nouus ille mundus, nondum exploratus, de quo Paulus ſic lætus nuntium affert: *Si qua ergo noua creatura, vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua.* Quaſi diceret, iam non dicar ego Hebræus, ſed Chriſtianus: *ya es otro mundo eſte.* Omnes ergo ſacri Euangelij plagas peragremus.

Omnia in Chriſto innouat.

2\. Cor. 5. 17.

3\. *Erat dies feſtus Iudæorum.* Inde mundum ſpiritualem exorditur Saluator, vnde Pater eius quietem, & ſabbatum incepit; hanc enim diem in animæ requiem deſignauerat, ij autem prophanauerant feſta, vt optimè notauit S. Gaudentius Epiſcopus Brixienſis [a], & illa verba refert Dei, hæc eadem ipſis exprobrantis. *Non facies opus tuum in ſabbato.* Notate dixiſſe *tuum opus*, id eſt, humanum, *no hagais vueſtras obras*; quæ ſunt iſtæ? cupiditates veſtræ, vindictæ, inhoneſti inceſſus, & luxurioſa colloquia, & conuiuia. *Niſi quod ſit pro anima tua*: ait ergo, *erat dies feſtus Iudæorum: era ſe vn dia de los ſeñalados para el culto de Dios. Sabbatum Domini Dei tui eſt.* Exod. 20. Quare ergo vocatis Iudæorum? hoc enim feſtum ſic Deo dicatum, & aſſignatum ſic illi vſurpauerant, & otio, vanitati, compotationi, & nundinis dedicauerant; vt templum quaſi negotiatorum plateam omni mercatura replerent. *le tenian hecho vn baratillo vna Aduana y parador de mercancias.* Et magis dies Iudæorum videbantur feſti, quàm Dei, qui eos inſtituerat. Monet ergo Pontifex Clemẽs Epiſcopũ, vt Chriſtianos admoneat nouum iam orbem, & nouam creaturam affulſiſſe: *noſce creationem variam*, & non ſolùm obſeruandum feſtum vacatione manuum, ſed etiam internum Deo cultu exhibendo, oratione, eleemoſynę largitione, verbi diuini auditione, ac denique ſacri celebratione, vt idẽ animo exhibeatur, quod templo & corpori exhibetur, vt optimè docet D. Leo [b]. *Si rationabile videtur per diem feſtũ in veſtitu nitidiore prodire, & ipſam orationis domum ampliori cultu, quantum poſſimus, adornamus; nonne dignum eſt, vt anima Chriſtiana, quæ verum viuúmque Dei templum eſt, ſpeciem ſuam prudenter exornet, ne vlla eam iniquitatis macula offuſcet? nam quid prodeſt honeſtatis formam præſeferens cultus exterior, ſi interiora hominis aliquorum ſordeſcant contaminatione vitiorum?* Quid diceretis de reo aliquo, cui in culpa maxima crimina poſita ſunt, & ſupplicij digna, ſignantur dies legis, quibus ſe à culpa eximere poſſit; negligit tamen dies, & præter hoc peccata peccatis accumulat, & delicto furti, quo verbera merebatur, læſæ maieſtatis crimen adiungit? Hoc igitur vobis euenire videtur; diebus enim feſtis ad id aſſignatis, vt vos à quotidianis culpis liberetis, ſic otio & delitiis, ludis, & viſitationibus diffluitis, vt mortalia & ſacrilega peccata augeatis, & qui digni eratis flagellatione ignis purgatorij, iuſtè ob noua crimina ignibus inferni adiudicemini, ſiquidem feſta animi corpori datis, & feſtum Chriſtianorum, Iudæorum feſtum nominatur: *erat dies feſtus Iudæorum.* Omnia ergo, quæ in die feſto peraguntur, in animi ędificationem & agricolationem transferamus; dies enim quietis animi eſt, & ſabbatum delicatum. Hæc egregiè docet D. Gregor. Naz. [c] ſed clariùs D. Chryſoſt. [d] ipſa noſtræ animæ dignitate conſiderata. Refertur *Gen.* 30. cùm Iacob fatigatus nimiâ operâ, obſequiúmque Labano præſtandi, ſibi ſuiſque rebus iã deinde conſulendi cupidus, his verbis conuenit: *Modicum habuiſti cùm venirem ad te* (ô *Laban*) *benedixítque tibi Dominus ad introitum meum, & nunc diues effectus es: iuſtum eſt igitur, vt aliquando prouideam domus meæ.* Pater mi, & venerande ſocer, bene memor eris exiguam & tenuem fuiſſe rem familiarem tuam, cùm ego veni ad te, iam modò opulentior effectus meo in domum ingreſſu omnia ſecundaſſe videtur Deus; iuſtum igitur erit, vt rebus meis interſim ego. Sic inquit D. Chryſoſtomus, anima corpus alloquatur, ſatiata & fatigata tanto & perituro labore: *Corpus enim, quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum*

Dies feſtos ſibi Iudæorum peccata vſurpauerunt.

a Tom. 1. Biblioth. antiquorum Patrum.

Dies feſti potius peccatorũ quàm Dei dici poſſunt.

Ab auctoritate

b Serm. 3. de Quadrag.

A ſimili.

4\.

c Orat. 1. cõtra Iulianũ.

d Tom. 1. hom. 13.

Ab exemplo paternitatis.

multa

multa cogitantem. Æquum ergo erit, vt die feſto veniente ſic alloquatur corpus: *Modicum habuiſti antequam venirē ad te*; quid eras tu, antequam ego in te crearer, niſi informis embrio, & malè compacta caro? *Benedixit tibi Dominus ad introitum meum*;
5. oam micanti lumine oculos illuſtraui, auditum delicatū auribus præbui, olfactum ſuauem naribus, linguæ & palato guſtum iucundum, membris viuacitatem ſpiritus ad tot munera obeunda. *mira que vineza di a eſos femidos que blanco eſtenái en eſa frente que roſas desboje en oſas mexillas que pincelada de rojo carmin di en eſos labios que raſgos tan ignales hize en oſas dos cejas que vida que mouimiento di a todo el cuerpo que ſin mi ſeria vn tronco* Ego candore veſtiui frontem, ſanguine ſine alio fuco rubere feci genas, flauos emiſi capillos, tinxi rubedine labia, in arcus ſpeciem ſupercilia diſpoſui, dentes ad numerum diſtinxi candidos, os ipſum vita, & admirabili varietate depinxi. *Cogita tecum*, inquit Chryſoſtomus, *quomodo poſt animæ emigrationem corpus hoc tam inſuaue, & iniucundum appares, & quid dico, inſuaue? quomodo fœtore impletum, & deformitate horrendum fugitur.* Quis os excipiendis,

Hominis ſtructura mirabilis.

dentes mandendis, & molliendis cibis aptauit? quis opera prima digeſtionis exhibuit? quis coquendi virtutem ſtomacho, nutriendi iecori, expellendi cordi, reſpirandi pulmonibus, firmitatem oſſibus, animales ſpiritus neruis impertiuit? Ego extendo brachia, & multarum artium adminiſtras manus explico, digitos contraho, & porrigo omnes ad omnes motus, artus membraque compoſui; poſtremò has columnas (crura, inquam, femora, & pedes) rectas, excelſas quis collocauit? Quis ſuper anguſtiorem baſim ſic eas ſtabilire potuit contra omnem architecturæ rationem? Quis vnquam (nam neque Vitruuius ſomniauit) columnas habiles ad motum, &, quod maius eſt, flexibiles iuxta capitella ad incedendum, ad flectendum, ad intorquendum formauit? quis vno tantùm pede innitentem, & conſiſtentem tenet fabricam totam, vt alter præcedat vno tantùm greſſu, & alterna quiete pondus ſuſtineat, vt ille prior incedat, & perambulet? Ego te Angelis adiungo in intellectus facultate, & lumine, & voluntatis arbitrio, quibus creatorem ipſum amore proſequi potes, meáque ope verba lingua & aëre formantur, quibus conceptam mentem præſentibus, litteris abſentibus depromas & explices: *Verè benedixit tibi Dominus ad introitum meum, ya vos eſtais rico y hermoſo. Iuſtum igitur eſt, vt prouideam ego domui mea*, ſine me ſaltem diebus feſtis ſalutis æternæ negotia peragere, dum tibi per integram hebdomadam inſeruiui. Sine me Deum meum laudare, & relictis his ſeruilibus, & ancillaribus miniſteriis ſepoſitis, angelicis, principalibus, & diuinis intereſſe; hoc enim poſtulat dies Domini, hoc eius exemplum, qui aſcendit Ieroſolymam, eo quòd *erat dies feſtus Iudæorum.*

Vacare diuinus iure poſcit anima.

6. *Eſt autem Ieroſolymis probatica piſcina.* Ibat Saluator in templum, & obiter in noſodochium intrauit, vt in primo Patrem colere doceat, in ſecundo proximis benefacere. Origenes [a], *Primò templum adiit dans formam religionis, & quando imus in domum orationis, ſi ibi eſt, adeamus.* Monet maximè diuites & principes, vt nouerint in ſalutem ſuam, Chriſtū aliud quaſi ſacramentum inſtituiſſe, quo faciliùs ſaluari poſſint, *la limoſna es oclauo ſacramento de los ricos*; templum autem huius ſacramenti domus pauperia eſt, vel valetudinaria, quod ipſe Dominus myſticis verbis in gratiam diuitum quaſi inſtituiſſe videtur; ait enim ad Phariſæum Simonem leproſum, *pauperes enim ſemper habebitis vobiſcum, me autem non ſemper habebitis.* Sicut quondam dixerat: *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. yo os prometo que no os han de faltar pobres iamas por que os va en eſo la ſalud eterna.* Et ita ſicut probatur fides in ſacramentis, ſic probatur charitas in pauperibus. Auguſtinus [a], *Plus tibi dedi vt haberes vnde pauperi dares, pauperi non dedi, quoniam ambobus non habui, vnde darem, ſed quoniam per pauperem volui te probare, mira que vayas ſobre auiſo que paſa el pobre como el ſacramento para probar tu fee y charidad.* Vnde ſicut ad colendum Chriſtum in ſacramento latentem, fide indigemus, ſic nobis fides iniungitur Chriſti ſub ſpecie pauperis latentis. Sic ponderat D. Leo Magnus [b] illa Domini verba: *Quod vni horum feciſtis, mihi feciſtis. Quis dicat intellige, & apud quem tuas opes colloces perſpicacius fides oculis ſecurus agnoſce. abre los ojos como en miſterio de fee.* & hoc ſignificant verba illa: *Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem*, vt explicant aliqui, & Nazianzenus [c] inſinuat, beatus, inquam, qui videns pauperem, aliquid vltra pauperem intelligit, Chriſtum nempe, non enim dicit, qui ſubuenit, ſed qui intelligit, quia beati vocantur qui non videntes credunt, & ſagaces ſunt, qui inueſtigant Chriſtum in pannis tectum. Et ſicut in Euchariſtia illud maximum omnipotentiæ miraculum elucet, Chriſtū nempe in cælis eſſe, & in terris aſſeruari, coli, & in cibum animæ ſumi. Sic D. Auguſtinus [d] admonet, etiam in terris ſub ſpeciebus paupertatis & infirmitatis eſſe: *Non diceret, Saule, Saule, niſi quia ſurſum erat, ſurſum enim Saulus eum non perſequebatur, non diceret, quid me perſequeris? quis ſurſum erat, niſi eſſet deorſum. Timete Chriſtum ſurſum, agnoſcite deorſum.* Dicitis tamen, quod ſacramentum eſt hoc? & quámnam remiſſionem affert peccatorum? Reſpondeo in hoc optimè piſcinæ & Baptiſmo comparari. Sic D. Leo Magnus [e], eleemoſynam in alimoniam pauperum conferatis: *ſcientes præter illud regenerationis lauacrum, in quo vniuerſorum ablutam ſcitur maculam peccatorum, hoc remedium infirmitati humanæ diuinitus eſſe donatum, vt ſi quid culparum in hac terrena habitatione contrahitur, eleemoſynis deleatur.* Addit autem D. Ambroſius [f], non ſolùm animarum eſſe lauacrum quodammodo, vt
8. ſi quis fortè poſt Baptiſmum humana fragilitate deliquerit, ſuperſit ei, vt iterum eleemoſynis emundetur; ſicut ait Dominus: *Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis; niſi quod (ſalua fide dixerim) indulgentior eſt eleemoſyna, quàm lauacrum, lauacrum enim ſemel datur, vel ſemel veniam pollicetur, eleemoſynam autem quoties feceris, toties veniam promereris*: alia autem ſacramenta, neque illorum effectus emi non poſſunt, hoc autem viliore commercio, inquit S. Doctor [g], qui pecuniam quondam dederat, vt adulterium perpetraret, nunc pecuniam eroget, vt adulter eſſe iam deſinat, *& emat ſibi quodammodo innocentiam, qui ſibi emerat aliquando peccatum*: & quid dico innocentiam? cælum venale proponitur ei, qui vas aquæ frigidæ ſitienti propinauerit. Vnde ſicut actum eſt de anima diuitis ex hac vita ſuiè ſacramentis, &

Noſodochia viſitanda exemplo Chriſti.

a Tract. 24. in Matth.

Eleemoſyna quaſi octauū ſacramentum pro diuitibus inſtitutum.

a Hom. 47 lib. 50. hom.

7.

b Ser. 2. de ieiunio ſeptimi menſis poſt medium.

c Orat. 16. de paupertate fouenda.

Chriſtum ſub ſpecie pauperis contemplari oportet.

d Ser. 41. de verbis Domini tom. 1.

e Ser. 2. de collectis in principio.

Eleemoſyna quaſi Baptiſmus.

f Ser. 31 de eleemoſyna.

g Ser. 90. de eleemoſyna.

Eleemoſyna innocentiam emere, hoc eſt, recuperare dicitur.

a In epiſt. ad Ephe. c. 2. hom. 4.

& vera pœnitentia decedentis, ſic actum de illo in æternum eſſe, inquit D. Chryſoſtomus [a], ſi diuitias retinuit, & in pauperes non erogauit. Va eleemoſynas & pietatis opera non exercenti; *nulla namque venia eſt eleemoſynas non facienti*. Et [b], *Omnes ad eleemoſynam capeſſendam concitamur, & quibuſcunque modis poſſumus, cùm non ſit poſſibile aliter ſaluari*. Ad hoc ergo piſcina, & iacentes pauperes obiiciebant in templum intrantibus, vt probetur deuotio intrandi, & exeundi, & vt intrantibus Deus propitius fiat, & augeat fidem, & deuotionem, & gratiam. Nota cum P. Vaſquez [c], operibus miſericordiæ ex ſola apprehenſione miſeriæ proximi factis Deum moueri vt auxilium gratiæ ſuæ conferat miſericordi ſiue iuſto, ſiue peccatori, nam tam iuſtus, quàm peccator ipſi Chriſto faciunt ſi ex affectu compaſſionis efficiunt, ergo pariter obtinet gratiam peccatori: quòd autem hoc pacto facta ſint ipſi Chriſto, patet Matthæi 25. *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare*, illi dicent: *Domine quando te vidimus*, &c. & ille, *Quandiu vni ex his fratribus*, &c. ſignum ergo eſt vos non apprehendiſſe ipſum tanquam pauperem Chriſti, ſiquidem rogant, quando te vidimus eſurientem, & ex contraria ſententia malorum colligitur: *Ite maledicti*, &c. *quandiu non feciſtis vni ex minoribus*, &c. Certum eſt autem eos qui damnandi ſunt quòd miſericordiæ operibus non vacauerint, non ideo damnandos, quia omiſerint eleemoſynam ſub eo peculiari reſpectu qui Chriſtum reſpicit. Sicut in regia domo ante aulam regis famuli, & equites regi gratiores aſtant, & qui ardua negotia apud regem peragenda afferunt, priùs gratiam horum famulorum obtinent, vngentes manus, & pretioſa donantes. *mas negocian a veces ocho reales a vn paje o eſcrimiente que quatro viſitas a vn oidor o ſecretario*. Equites ſunt pauperes, qui pro foribus iacent, vos qui à Deo arduam veſtram expectatis ſalutationē, & difficilem in cælum ingreſſum, hos adimate, vngite manus pecunia, & negotiamini priùs cum eis. Sicut Paulus & Ioannes, qui ibant in templum, & priùs induſtriam collocant in ſanando claudo illo, ſicque tranſacta res eſt, vt tantu afflati ſpiritu exicrint, vt vna concione ad Chriſtum mille quinque viros concurrerint. *Si ita negotium ſalutis peragis, amicus*

9.

c Tom. 1. in 1. p. diſp. 91. c. 6.

b In cap. Matth. 25. hom. 79.

d Ser. 6. ad fere. de miſericordia.

Dei es (inquit Auguſtinus [d]) *nec eum mala morte periturum nullus dicere audeat. O miſericordia ſalutis præſidium, fidei ornamentum, propitiatio peccatorum, tu iuſtos probas, tu ſanctos approbas, malos ad bonum perducis, & quos ſine te cunctis bonis abundare videntur, vel caſtitate apparet decoratos, omnino dicere non deſinas, ſeruus inutilis ſum.*

10. *In his iacebat multitudo languentium.* In his quinque valetudinariis ægrorum multitudo omni infirmitate detenta *iacebat*, verbum quidem genuinum, quo ſummam eorum miſeriam exprimeret, & ſqualorem. Sicut Exod. 12. *Neque enim in Ægypto erat domus, in qua non iaceret mortuus*. Prou. 14. 19. *Iacebunt mali ante bonos, & impij ante portas iuſtorum*, vt notum faceret non eſſe ibi ægrotos valetudinarios affecta ſolùm, vel imbecilla valetudine, ſed magna & diuturna ægritudine, & quorum propè deſperata erat ſalus: *no eran enfermos de melindre ſino tales que ſe podian contar con los muertos*, vt notum eſſet adminiſtratoribus noſodochij locum illum & ſimilia non ibi ædificata eſſe otioſis, & vagis,

Bona noſodochy ſolis ægris curandis inſumenda.

nec bona eius in conuiuiis & compotationibus debere conſumi, ſed pauperibus extremè infirmantibus relicta, vt ſimiliter notum fieret patrandum miraculum, & euidentius fieret ſalutem vnius ſupernaturalem eſſe, ideo iacere vere præmiſit; Deus enim non operatur miracula ſine cauſa. Ex quibus duo infero, Eccleſiam iſtam plenam eſſe vere ægrotantibus animi, & moribus, atque adeò nos, qui huic medicinæ arti vacamus, vt inquit Nazianzenus [a], verba Dei vera & efficacia adhibeamus, & vt veri medici non plateas, non ludos, non viridaria luſtramus, ſed ægrotos, qui febre animi laborant; & ſecundò vere mirabilem eſſe conuerſionem horum, quos memorat Euangeliſta ibi iacere. *milagro ſera ſanar vno de eſtos que aqui eſtan.*

Eccleſia noſodochium ægrotantiū & nos medici impensè adeſſe curemus.

a Apologet.

11. *Cæterum.* Peccas ex ignorantia, & officij leges, & ordinationes ignoras? æger es, deferte illum ad valetudinarium cæcorum. *Audite verbum Domini filij Iſrael, quia iudicium Domini cum habitatoribus terræ, non eſt veritas, non eſt miſericordia, non eſt ſcientia Dei in terra. no guardais vueſtra palabra, ni miſericordia con el pobre, ni ay ciencia de lo que eſtais obligados. Iudicium Domini. Iuſtitia, iuſticia de Dios.* Siſte Domine, excuſationem habent, qui ex ignorantia peccant, *non eſt ſcientia*. Sit ita, inquit Dominus, ſi ex ignorantia peccant, digni ſunt, qui ignoſcantur. textus eſt in cap. 15. Numer. *Si vna anima neſciens peccauerit, offeret capram anniculam pro peccato ſuo, & dimittetur illi*. Quia qui ignorat, non ex directo intendit Deum offendere; nota tamen verbum illud, *ſi vna anima. ſi a caſo vna*; inter gentem enim ſic doctam, ſic eruditam vnam, quæ ignoret, reperiri mirum erit. Quod ſi ita eſt, quis audire, nedum efferre audeat verbum hoc tremendum: *Tot homines peccant, & ex malitia, & de induſtria contra Deum, & contra iura, quos non ignorantia, ſed excæcauit illos malitia ſua.* Nulla tanti mali ponderatio digna, nullum ſupplicium niſi æternum. Ideo addit Num. 15. 3. *Anima, quæ per ſuperbiam aliquid commiſerit, quoniam aduerſus Dominum rebellis fuit, peribit de populo ſuo*. Vocat ſuperbum, qui ex malitia peccat, quia non eſt maior ſuperbia, quam contra Deum rebellem eſſe, qui illius cognitione ſatis præditus eſt, Dux quidam Caſtellæ noſtræ princeps Caroli V. tempore in magno hominum concurſu cùm plateam expedire vellet, iuſtitiæ quidam miniſter extrema virga humerum ducis percuſſit, ille os conuertens acerbitate plenum interrogat, noſti me? ille ignorans quid diceret, reſpondit, noui. Et ille ſtatim diſtricto enſe caput graui vulnere percutit, audaciam eius retundens, *pues me conoceis, quoniam apud Dominum rebellis fuit* *. *mueran mueran dice Dios eſtos reſabidos que eſtudiaron leyes para quebrantallas.* his nullum ſacrificium, nullus expiationis modus aſſignatur in lege. Quare in hunc ſenſum author quidam † Paulum explicat Hebr. 6. & 10. *Voluntariè peccantibus nobis iam non relinquitur pro peccatis hoſtia, ſed terribilis expectatio iudicij*; huic enim peccato non ſacrificium aſſignat, ſed interitum & ſupplicium. Quapropter qui iudicaturus eſt omnes, hos quaſi iam iudicatos præterit: ſicque Iudæos alloquens inquit: *Nolite putare, quoniam ego accuſaturus ſum vos apud Patrem, eſt qui accuſaturus eſt vos. Eſtad ſeguros que no voy a dar memoriales contra voſotros a la corte ya eſta proueido Inez contra voſotros.* Et

Peccantes ex ignorantia cæci.

Quenam ignorantia digna ſit venia. Peccant tam ex malitia mortales. Ab exemplo.

* Nota ex Aug. q. 25. in Num. huic peccato per legem ſacrificium non eſſe aſſignatum, quia ſi per ſe conſideretur hoc peccatū, difficile eſt mederi. de hoc dictum eſt; *Peccator cùm in profundum malorum venerit contemnit. a eſtos no los podemos ſacar ya penitentia.* Et ita alia litera legit: *peribit contritione, conteretur anima illa* & textus addit *& portabit iniquitatem ſuam. ſus letras ſeran las de Vrias letras de condenacion y lleuara conſigo la ſentencia ſellada y firmada.*

† Oleaſter in hūc locū.

quis

quis eſt Iudex? *Moyſes, in quo vos ſperatis.* Et quænam eſt ratio, quam reddit? *Si enim crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi; de me enim ille ſcripſit. eſos derechos traſladados eſtan del derecho diuino y regla de eterna verdad.* Hæc ergo iura, & iſti veſtri libri anteuertent vos, & adſtabunt iudicio accuſantes vos, & capita iudicij veſtri erunt eorum capita, tabulæ eorum paginæ, teſtes authores. Quòd ſi ita res ſe habet, quid mirum valetudinarium cæcis plenum ſit, quibus ego non denego miſericordiam, quam non inuenio, ſed terribile Dei iudicium.

12. *Nequiores videntur qui cùm virtutē nouerunt opera mandare nolunt.*

Claudorum. An non putas peiores eſſe iſtos? qui cùm virtutem nouerint, claudi ſunt ad executionem, timore peccati virtutem amplectuntur, ſed ſtatim deflectunt, & claudicant, vitioſi quidem homines, qui veritatem quaſi vinctam detinent. *ya ſe lo que me conuiene pero a ſu tiempo;* ſicque fit, vt vim inferant omnium rerum potentiſſimæ veritati. *& veritatem Dei in iniuſtitia detinent*, Rom. 1. Haymo. *Veritatem tenent, ſed in iniquitate; Quod per Dei opera cognouiſti, per homina opera perdidiſti, & ita vno pede claudicant.* Contra hos igitur *reuelabitur ira Dei de cælo.* Nondum ſatis in hos animaduertit; ſuo tamen tempore manifeſtabitur. *alzara la llama a ſu tiempo la ira de Dios.* Sicut cùm ſupra paruum igniculum paleas primùm, deinde ligna lignis adhibes, obducitur ignis fumo, at ſenſim calefacit ligna, & materiam diſponit, & ecce ex inopinato flamma excitatur immenſa. *a fuera fuera campo campo,* nemo eſt qui expectet. Modò in hac vita ira Dei quaſi igniculus paleis inuoluitur, nóſque inſenſibiliter peccata peccatis addimus; ecce tamen *reuelabitur ira Dei de cælo. alzara llama*, contra aliam multitudinem litteratorum, & litteratarum, & prudentium hominum, quos nullâ ratione audeas admonere, ne claudicent, nec vnum ore, aliud opere præſtent. *Cojean a ojos viſtas y no ay moderarlos, bien ſabemos (dicen) que es malo, mas paſe.*

13. *Nequiores videntur qui inter res ſacras prophani & aridi ſunt.*

Aridorum. Nequiores iſti ſunt, legem enim apprimè nouerunt, & rebus ſacris interſunt, ſacrum celebrant, horas cantant, confeſſiones audiunt, ſacrum cibum adminiſtrant; non claudicant, nimiis feſtinationibus per vrbem concurſant; non cæci ſunt, omnia luſtrant, & facilè ad te de omnibus referent. At aridi ſunt, hæc enim omnia, quæ præſtant, externa ſunt opera manuum, & quaſi mechanica, quemadmodum ſutor venales calceos conſuit: *hacen las obras ſanctas por officio y por tarea por interes y a priſſa.* Quæ ariditas eſt iſta ô viri, ô ſacerdotes, ô moniales? quæ ſterilitas iſta maxima iuxta aquas plantati? quando ſicut fatuæ ficulneæ eradicabimur? ſunt iſti ſicut idola, de quibus ad litteram agit Habac. 2. *Ecce iſte opertus eſt auro & argento, & omnis ſpiritus non eſt in viſceribus ſuis. Dominus autem in templo ſancto ſuo.* Cùm autem ſic iſti adorati fuerint, cùm aridi omninò ſint ſine ſucco, ſine ſpiritu interno, tunc *ſileat* (id eſt, timeat) *à facie eius omnis terra*; contremiſcat vniuerſa terra, quia in ea peccata horum tecta, & diſſimulata ſacris ornamentis, & veſtibus, ipſe conſiderat. Quid ſi cum ariditate cæci eſſent, ignorantes, claudi, nihil boni operantes. *Sileat omnis terra. acabado es con la Igleſia de Eſpaña como con las de llendo.*

14. *Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate ſua.* Iam iſte nequiſſimus eſt, qui ad diuturnitatem, ad ſtupiditatem, ad duritiam cordis peruenerat peccando; eò enim peruenit inſaniæ peccator, vt ſenſum mali, quod patitur, amiſerit, & cauterizatam habeat conſcientiam. Quare Sophonias voce grandiori ſuſcitat eos ad planctum; *Vlulate habitatores pila, conticuit omnis populus Chanaam; como no dais gritos los que vinis en los almireces?* quomodo tacetis filij Chanaam ad lucra ſoliciti, ad terrena doctiſſimi? Gens enim eſt ſic obdurata in malum, vt domum, focum, & lectum in pila ænea habere videatur; quos licèt Deus laboribus, doloribus, & luctuoſis euentibus contundat, illi obcallnere malo, & perſonante ſono pilæ per totam vrbem, & orbem, qui plenus eſt iniquitatibus eorum, ipſi cæci non vident, ſurdi non audiunt, nec membra contrita, brachia confracta dolent. Ideo Septuaginta: *Plangite qui habitatis conſciſſam, mirad eſa carne llena de heridas que eſtais hechos vna llaga que no ſabe ya Dios donde herir os. Vlulate habitatores pila. que con ſaber tanto no ſabeis quexar os. vereis vn galeote en tanto eſpacio como eſte pulpito alli tiene ſu tendeçuela de lo que vende, aqui ſus dineros, aqui ſu comida y dentro de eſte eſpacio como duerme rema alli le halla el rebon que el ſereno el frio el calor a todo con cadena y pie de amigo hermano.* Vlulate, *porque no os quexais ya cumplido los años de galera. reſpondera que buena vida es aquella que ſe a buelto a alquilar al remo y ſe a hecho buena bolla que de ellos ay de eſtos en los bancos del mundo, el vno a ſido con vn pie de amigo a la caſa de la mala muger y alli come y duerme y gaſta vna tienda de ioyas y le amaneze y anocheze y le azota Dios y le da vozes el predicador y paſa ſerenos y frios pecador.* Vlulate, *quexa os a Dios no que ſois buena bolla buen bobo que dentro de vna almirez tiene caſa y hogar.* Huiuſmodi peccatores comparat D. Auguſt. [a] idolis ex Pſal. 113. 5. *Os habent, & non loquentur, oculos habent, & non videbunt, aures habent, & non audient. tienen iuntas todas las enfermedades del hoſpital, y no las ſienten, cæcorum, claudorum aridorum, ſurdorum.* Qua ergo ratione ipſi mala tanta non ſentiunt? quia ex vna parte docti & eruditi videntur, ex alia vitiis quaſi dementati ſunt. Ideo Ieremias, hos aulicos vocat: *Audi popule ſtulte, qui habes cor. auiſados, necios, y pecadores.* Quomodo iſta inter ſe conſentiunt, *ſtultitia & cor?* optimè, inquit, quia habetis oculos, & non videtis.

Iniquiſſimus qui peccatis addit diuturnitatem & perſeuerantiam.

a Epiſt 49. q. 3.

Cap. 5. 21.
D. Cyrill. 127. lib. 2. in Ioan.

Hanc cùm vidiſſet Ieſus iacentem. Quàm ſerò venis Domine, potuiſſes vtique opportuniori tempore curaſſe. Fallimur nos, Dei ſapientiam, Deique miſericordiam ignorantes; ea enim eſt Dei pietas cum ſapientia coniuncta, quæ vt perſpicua ſit peccatori, miſericordia ipſi exhibenda, vt liquidò conſtet de Redemptoris clementia, mergi vitiis permittit, & peccatorum cumulum augeri, plagas putreſcere, vt ipſa tarditate meliùs ad ſanitatem reuocetur. *eſpera a que el pecador ſe harte y canſe de pecar.* Sicut cùm fluuiatilem barbum, vel alium piſcem hamo capere cupit piſcator, nam licèt tota eius ars & ſtudium ſit piſcem extra aquam trahere, at ſi illicò ac ſentit hamum deglutiſſe, vellet extrahere fila, & arundinem effringeret; deſinit inflecti, retorqueri, & multiplici nixu contendere, vt ſic fatigatum blandè ad littora trahat. Sic Deus *expectat, vt miſereatur,* & concocta medicari vult, remouere non cruda, vt aiebat Hippocrates, vt anima (vt inquit Auguſtinus) *figat in Deo mentem* 15.

ſaltem ſucata fallacius; & ad Deum conuertantur, ſicut illi apud Ieremiam: *Ecce nos venimus ad te, verè mendaces erant colles, & altitudo montium.* O ſumma bonitas! ô ſempiterna Deitas, quid magis mirer, neſcio, ſis tu talis tamque dulcis nimis, & ego iam inſuauis, & moroſus filius, vt ad vbera tua meliora vino, dulciora lacte, niſi exterritus, & illuſus à creaturis non redeam; ſit tua bonitas tanta, quæ cùm à peccato maximè abhorreat, ob animæ ſalutem id feras, quod infinito odio proſequeris. Cùm igitur etiam me infinito amore diligas, & peccatum infinito odio auerſeris, iam vnum infinitum maius alio eſt, & aliud ſuperat. O peccatores, iam vos infinities infinita vocat clementia, infinita ad tolerandum, infinita ad amandum, ne timeas infinita crimina, ſi hæc infinita contemplaris. Auguſt.[a] *O homo quicumque illam multitudinem peccatorum attendis, cur etiam omnipotentiam cæleſtis medici non attendis? Quid enim eſt peccatum* (inquit Chryſoſtomus[b]) *ad Dei miſericordiam? tela aranea, quæ vento flante nuſquam comparet, ſi Deus voluerit, nullum impediet. Quando Dios quiere ninguno le reſiſte, pues por quien queda? por vos.*

a Ser. 18. de temp.

b Hom. 2. in Pſal. 50.

16. *Vis ſanus fieri?* Voluntatis pulſum pertentat, & antequam gratiæ ſponſionem faciat, prouidet, & expectat bonam voluntatem colluſoris. Scit Deus cum ruſticis, & illiberalibus ludere; ideo ſponſiones gratiæ parciores & minores præmittit, ne illudatur, & gratia contemnatur. Poterat Zachæo, & huic paralytico ſalutem, & fidem, & gratiam donare, expectat verò vt *velle* fateatur. Colludunt vna eademque menſa Deus, & peccator, præit gratia, & primam mittit manum. *Siempre iuega y nos gana de mano.* Baſilius: *Quis eſt homo, qui vult vitam, diligit dies habere bonos. enbido ſaluacion y vida. vbi eſt vita, quis oſtendet nobis bona? que es de el dinero Señor.* Non ludit Deus numerata pecunia, ſed per litteras & ſcripta ſuo nomine ſubſcripta. *Iuega como gran Rey ſobre ſu palabra en eſa eſcritura firmada.* Dæmon ex alia parte auget ſponſionem, & aureos nummos *oros*, & carcheſia *copas*, & baculos *ſceptros y baſtones*, enſes *potencia y armas.* repræſentat, promittit, auget ſponſionem. Videte quàm ſtultos eſt peccator, conuerſus enim ad Deum dicit, *vellem equidem*; ad peccatum verò conuerſus inquit, *volo.* Quare? quia Deus ſpopondit futura; dæmon non in ſpe; ſed præſentium rerum facit ſponſionem. *Dios por cedula, el demonio a dinero viſto.* Ideo Deus, ne gratia contemnatur, paruas ſponſiones facit. Quærunt Doctores, quare ingrediens Moyſes & Aaron ad obtinendam à rege Pharaone diſcedendi facultatem, ſic parcè poſtularunt: *vt eamus viam trium dierum in deſertum. Rey no te pedimos de parte de Dios ſino tres dias.* Quare tres dies tantùm? nónne & Deus ipſe decreuerat eos per multos dies ad terram Chanaam perducere, & vſque ad mõtem Horeb tribus menſibus indigebant? Hebræi reſpondent ſumi *diem* pro anno, ſicut apud Ezechielem, ſed figmenta ſunt, nihil enim ſictè ageret Moyſes. Sed meliùs reſponderut*, licèt Deus educere Iſraelem decreuiſſet quocumque ſumptu & apparatu, ſponſionem tamen voluit eſſe primam trium tantummodo dierum, quos Deus præſciuerat non conceſſurum. *y no queriendo vn embite tan corto ſe viese ſu obſtinacion.* Vt cùm menſam exturbaret, & aurea vaſa colligeret, & primogenita perimeret, & chartas omnes, & figuras, regem, equites, ſceptra, & enſes Ægypti in mare demergeret, *al ahogar ſotas y canalles y reyes y ſus riqueças en el mar*, iuſtificata opera Dei clariùs apparerent, cùm rex ille cum tanto Deo colludens ſic illiberaliter reſpoderit, vt trium dierũ ſponſionem non acceptarit, vt cautior fiat Chriſtianus in excipiendis, augendis, prumerendis, & operi mandandis gratiæ auxiliis, & inſpirationibus, quia ſi hæc non acceptat, iuſtiſſimè Deus maiora, & efficaciora ſubtrahit, & ſicut amittit gratiam; ſic etiam amittit gloriam, nempe quia minutiora contẽpſit, ideo in extremo iudicij die viſitatio infirmorum, & vas aquæ frigidæ, & eleemoſyna denegata vniuerſam hominum naturam & accuſabunt, & damnabunt. *ſon tas tos que pone Dios en la meſa que valen tanto como el cielo y hecharaſe de ver al fin del iuego el dia del Iuicio. veis aqui eſtos hombres que aſentados a iugar con Dios verdadero puſo por tantos vn iarro de agua, y vn pedaço de pan.* Et litteris teſtatum, & ſubſcriptum habebant ſepties tantum & centuplum daturum Deum: *Dominus retribuens eſt, & ſepties tantum reddet tibi.* Et nihilominus bona ſæculi ad oculorum proſpectum poſita elegerunt, mea promiſſa contemnentes; ideo tanquam ruſticos & illiberales faſciculo creaturarum cõuolutos & complicato cum dæmone in ignes deiiciet æternos. Igitur ob hanc cauſam libertatẽ peccatoris expectat, & rogat, *vis ſanus fieri?* vis ſalutem? ſi dicis volo, dicam volo, ſi dicis vellem, dicã vellem, nihil agis, nihil ago. *quede ſe por entrambos.*

* D. Aug. q. 53. in Exod.

17.

Inſiſtentia manet Dei ſapientia & gratia in obſtina.

tione & damnatione peccatorum.

Eccli. 35. 13.

18. Ecce mortales ſalus in veſtra voluntate ſita eſt. Dauid Pſal. 67. *Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ, & infirmata eſt, tu verò perfeciſti eam.* Opus erat vt tot infirmitates curares, ſalutem plueres; qua tamen ratione pluit Dominus ſalutem excitans quidem fidelium voluntates, *ſpontaneam pluuiam voluntatum*, quæ ex Spiritus ſancti gratia deſcendit. *pluuia de affectos, pluuia de deſeos ſanctos.* Age mundi, age Eccleſia, quæ vt noſodochium omni repleta es infirmitate. Ecce voluntarium pluuia deſcendit inuitans vos. Tu adoleſcens ætatis, vitæ, & annorũ prodigus vis ſalutem? vis ſalutem fœmina? vis ſalutem inueterate ſenex? vis ſalutem ambitioſe? vis ſalutem tu qui triginta & octo annis lecto inceſtuoſo decumbis? vis ſalutem cæce? vis ſalutem claude? vis manus operatrices aride? *Surge*, nam bona voluntas perficit Dei hæreditatem, placat Domine voluntas tua, vt ſingat voluntas mea. *Hæc enim vera ſalus eſt*, inquit Nyſſenus, *voluntatis diuinæ proſper ſucceſſus*, quia ſicut ſanitas ex ſomno quieto, ex cibo iucundo, ex optimo reliquarum actionum actu & executione dignoſcitur; tunc vera nobis ineſt ſalus, cùm ex diuina voluntate dormimus, edimus, negotiamur, ſtudemus, loquimur, & incedimus; túncque dulce nobis eſt grabatum tollere, onera pœnitentialia ferre; ſalus etenim dulcia omnia reddit, iucundius enim ſupra ſe iſte ſanus tollebat grabatum, quàm infra ſe habebat cùm erat infirmus, non vtique alia de cauſa, *niſi quia ſanus erat*, ſanemur à vitiis, & tunc iucunda erit nobis iniuncta pœnitentia.

Salus in veſtra voluntate ſita eſt.

Vera & integra valetudinis ſignum diuinæ obtemperare voluntati.

19. *Ne deterius tibi aliquid contingat.* Quid deterius Domine continget illi, qui triginta & octo annis ægrotauit in lecto? quid moleſtius, quid horribilius homini poteſt accidere quàm peccatum? aliud peccatum, crimen addere crimini, hoc eſt flagitium deteſtandum, ne noua prolapſio fiat, non

Deterius eſt peccatũ peccato addere.

Gratia præit in omnibus.

Spondet Deus gratiam ſumma arte & ſapientia.

non cauendo; qua enim pœna mulctabitur qui ſic offendit, niſi extrema dementia, & temeritate, vt propoſitis ex vna parte Chriſto, vita, ſalute, & gloria; & ex alia, ægritudine, lecto, & morte, eligat ægritudinem relicta vita, dæmonem relicto Chriſto. Hoc eſt deterius contingere ei, qui peccatis aſſueſcit, vt de ſeipſo refert Auguſtinus [a]: Iam voce tua è lecto ſurgebam, iam cauere vitia decreueram, & licèt *rapiebar à te decore tuo*, repentè tamen voluptatum dulcedine deprauatus ruebam in lectum: *plus in me valebat deterius inolitum, quàm melius inſolitum*, cæco impetu ſerebar in id quod deterius eſt. Quid enim non agant vitia, quæ in animis noſtris altas radices egerunt? corroborantur diuturna peccandi conſuetudine; ita vt, cùm extremam maledictionem in Iezabelem effunderet Chriſtus, (hoc eſt, in Synagogam Eccleſiam perſequentem) hac ſola animaduerſione puniterit: *Ecce ego mittam eam in lectum*, Hanc meretrici aſſignas pœnam? nihil amplius illa deſiderat, quàm iacere in lecto. O extremam Dei iram, eò mittere peccatricem, vnde poſt multa crimina, poſt longam expectationem deducta eſt, & illa grauiſſima calamitate, & morbo afficietur (hoc ſignificat lectus) *& qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erũt*. & quid poſt hæc Domine? *Et filios eius interficiam in morte. deſt prieſſa a peccar y recaer la Synagoga que peor ſera la recaida:* nam filios eius nominis Chriſtiani hoſtes & obdurationi, *& obſtinationi dabo, & delebo de libro vitæ*; ſed tamen illud, *ne tibi deterius contingat*, aliquid ſpecialius denotat mali. Dixerat hic homo, *non habeo hominem*, quod verbum tulit grauiter homo Chriſtus Ieſus, *como que digan que no tienen hombre eſtando yo en la tierra? y mas Hieruſalem? Nunquid Sion, dicet homo, & homo natus eſt in ea?* gloriabuntur cæteræ vrbes præclaros habuiſſe fundatores, Roma Romulum, Alexandria Alexandrũ, Conſtantinopolis Conſtantinum, Cæſarea Auguſta Auguſtum; & tu Sion ſine gloria, ſine authore, ſine homine eris? homo ne effutire audeas non habere hominem; homo ſum, vt patiar; Deus, vt dignitatem meritis præſtem infinitam. Itaque poſt diuturnam ægritudinem hoc tibi ſummum bonum obuenit, me nempe habere ad caput lectuli redemptorem, medicum, hominem, Deum. *Caue ergo ne tibi deterius aliquid contingat.*

[a Cap. 11. lib. 8. cõfeſſ. *Conſuetudo peccandi in extremam temeritaté adducit peccatorem.*]

[*Quid ſit illud deterius quod contingit peccatori.*]

20\. Quid erit deterius? me videlicet non habere, neque Patrem meum ad caput lectuli, cùm ex hac vita decedas. hoc eſt deterius, habere tam proximè Deum, & poſtea amittere. *perder a Dios quien tan cerca a eſtado de Dios.* hoc ſummum malum eſt; quod liquidum & planum eſſe de ſua perſona voluit ipſe Chriſtus, dum *Ioan.* 8. 18. inquit, *Pater non reliquit me ſolum, quia ego, quæ placita ſunt ei, facio ſemper.* Notat Rupertus ſe verè ſabbati obſeruatorem eſſe, ne in infeliciſſimum malum incurriſſe diceretur. *De illa agitur, quæ infeliciſſima deſertio eſt, qua illum eſſe derelictum volebant.* Quare moriens in cruce voce magna clamauit: *Eli, Eli, lamma ſabacthani*, Mat. 27. ex Pſal. 21. 1. Quid doles Domine? S. Epiphanius [b], & Ambroſius [c]: *De diuinitatis ſeparatione moriturus conqueritur*, hoc eſt, de auxilio, quod animæ & corpori dignè exhiberi debuerat, quæ diuinæ perſonæ vnita erant, & quod reliquis in obitu, vel periculo conſtitutis præſtare ſolet Pater. Hoc ergo tanquam infinitum malum, tanquam præſtantiſſimum, tanquam fatale voce magna dolendum, & pertimeſcendum docet, nempe Deum nobis aliquando adfuiſſe, ſanaſſe, iuſta donaſſe, ac tandem poſthæc à Deo deſeri, & longè à nobis eſſe hominem Deum, hoc eſt *deterius* illud, quod illi peccatori execrandum malum perhibetur. *tener tan de ſu mano a Chriſto y deſpues eſtar lexos y deſamparado del.* Ideo libenter lectum ad humeros tollit, & occaſionem aufert amittendi Chriſtum, recidendi in peccata, quin potiùs extra occaſionem Chriſtum inuenit, & iterum cognouit, credidit, prædicauit; *quia Ieſus eſſet, qui fecit eum ſanum*, mundi inſtaurator, ſpiritualis orbis conditor, noui inſtitutor ſabbati delicati ad animorum delicias, vt hîc in temporali requie æternam libare poſſint gloriam.

[*Infeliciſſima calamitas Deũ amittere qui ei familiaris fuit.*]

[b Hæreſi 69. c In Luc. lib. 10. in hæc verba. *Sed explicatur de auxilio quod ſancti experiri ſolent in obitu aut tormentis.*]

[*Epilogus*]

VERBVM SPIRITVS ſancti. Apoc. 4. v. 11.

Dignius es Domine Deus noſter accipere gloriam & honorem, & virtutem: quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata ſunt.

Veteris hominis recreatio, & mirabilis reſtitutio in Publicani conuerſione deſcribitur & commendatur.

DISCVRSVS CLXV.

GENVS noſtrum, & inueteratum hominem, propter vitij acceſſum, à bono deturbatum atque deiectum, per familiarem illam vitæ conſuetudinem, quam Deus in terris nobiſcum habuit, ad priſtinam dignitatem renouauit: in quo refectionis & regenerationis opere, inquit Nazianzenus [a], quantum pietatis, ſudoris, ſanguinis & ſtudij contulerit, ſenes illi, qui ante ſedentem in throno procidebant, contenta voce decantant, *Dignus es Domine Deus noſter, accipere gloriam, & honorem, & virtutem; quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata ſunt.* Certè niſi renouationis ſermo nobis incidiſſet, difficulter ſenſum horum verborum perciperemus, nam ſi ſemel *creata ſunt omnia, & propter voluntatem tuam erant*, quo pacto de ipſis dicitur, & creata ſunt, maximè cùm creatio ex nullo præſuppoſito ſubiecto fiat? Sed ô diuinam ſpiritus ſapientiam! ô ſublimem NOVI HOMINIS dignitatem, diſce vel ex his verbis quantus ſis. Inprimis cùm dicitur, *omnia creaſſe*, hominem intellige, nam *omnis creaturæ* nomine de homine tantùm eſt ſermo, ſicut Marci vltimo, *Prædicate Euangelium omni creaturæ.* Quemadmodum ſi pictor ex omnibus formoſis pulchris vrbis, vnam pulcerrimam exprimeret imaginem, totius vrbis pulcritudinem in tabula eſſe affirmaret. *eſta es la hermoſura de toda la ciudad.* Sic tu ô mi HOMO omnis creatura diceris. Sed quia non ſatis fuit Deo te ſemel condidiſſe, nouam creationem nouum eſſe ſpi-

[1. *In renouatione hominis Deus ſibi & nobis multum honoris contulit.*]

[a Orat. 23.]

[Apoc 4. 11.]

rituale conceſſit, de quo veniuot intelligenda illa verba, *& creata ſunt*, gratia enim te ſecundùm Chriſtum formare incepit, atque adeò

Epheſ. 4. 24.

Paulus te vocat *hominem qui ſecundùm Deum creatus es.* Memorat autem antiquam creationem, dicens, *Tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant*, & addit poſtea recreationem, *& creata ſunt*, vt impenſam operam, ſtudium,

2\.

Prædeſtinationis beneficia

a Lib. de reſurrectione carnis.

amorem, ſanguinem, vt ſuprà dicebamus, tribus his verbis comprehenderet, Debes enim in tui formatione, vt aiebat Tertullianus [a], Deum totum occupatum conſiderare, mente, voluntate, conſilio, manu & prouidentia, quæ omnia eleganter in his verbis ſummatim & inuoluiè continentur, *Tu creaſti omnia*, his verbis, res in diuina præſcientia & mente ab æterno præceſſiſſe denotatur: vt opportunè obſeruauit

b Biblioth. epiſt. 4. c. 3.

Petrus Damianus [b]. *Prius dicitur quia erant, & poſtea fuiſſe creata, quia quæ foris expreſſa ſunt per conditionem operis, iam intus erant in prouidentia & conſilio conditoris.* Quod quale beneficium fuerit cum ſtupore ponderant Iob & Dauid. *Quid eſt homo, quòd memor es eius*, &c. quid tanti pretij in hac creatura tua fuit, vt ab æterno ſedem in tua diuina mente præfixeris, & eam præ oculis habueris, & deſtinaueris? ſed quia in hac re non mentem ſolùm, ſed amorem & voluntatem occupaſti, & collocaſti, additur, *& propter voluntatem tuam*, antequam res eſſent, iam tuam voluntatem & amorem rapiebant, iam ex eis creandis oblectabaris, & placebat tibi opus & modus ratióque creandi quod per Ieremiam dixiſti, *charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te*, &c. Sed quia æternum ſtum amorem, quia infinitum, nequeo, &, vt potui, alibi expendi, venio ad tertium recreationis opus, *& creata ſunt*, inquiunt. Cur, quæſo, ô Beati, creationem vocatis redemptionem, an quia ex nullis noſtris meritis, an quia facilè verbo tenus facta? an quia præteriens & quaſi obiter faciens? Minimè quidem,

Multo impenſo labore Deus nos redemit.

altiùs latet amoris myſterium. Putares quidem dum tam breui ſpatio in terris vixit reparator noſter, & dum tranſeundo cæcum ſanabat, piſcatores vocabat, Matthæum alliciebat, facilè & quaſi aliud agens negotium noſtrum peregiſſe. Verùm ô quàm maturè amauit quos redimere conſtituit! ô quàm ardens voluntas erat illa quæ tot difficilia deuorauit, tot ingratitudines pertulit, quæ omnia præuidit ante noſtram regenerationem perferenda eſſe; ideo ait, *& propter voluntatem tuam erant, & creata ſunt*, hoc eſt, ingens & flagrans voluntas & amor præceſſit, vt Deus accingeretur ad operandam conſummandámque ſalutem hominum, quam mente præſciuerat tot laboribus, tot ærumnis, tot tormentis abſoluendam: igitur *creata ſunt*, hoc eſt, recreata & reparata ſunt, cruce, clauis, morte & ſepulcro, (*&*, pro quia,) *quia propter voluntatem tuam erant*;

In operibus Chriſti amor penſandus eſt.

præuenit enim amor manus & opus, & anteuertit redemptionem, vt amori tribueretur opus, quod tanto ſumptu & labore iam recreare conſtitueret, *el ſer reengendrado agradezcaſelo al hombre al amor de Dios y a ſu voluntad.*

Iſai. 46. 4.

quod per Iſai. ingenuè Deus ipſe prædixit. *Ego feci, & ego feram.* Ego iam ſemel condidi, quid ſupereſt niſi vt eorum ſcelera remittam, & pœnas exſoluam? quod ne temere putetis factum, ſcitote me priùs æterno conſilio conſtituiſſe creare, & licèt paſſionem inde naſcituram præuidi, at præceſſit voluntas ardens, deuorans omnia qualiacumque mala & damna inde oritura, *propter voluntatem tuam erant, & ita ego feci vtique, & ego feram*, feram vtique libenter quos libenter creaui, à quibus præſciebam multa perpeſſurum. Summa quidem benignitas creaturas non ſolùm tolerare, ſed tunc creare cùm præuiderat tolerandas, *propter voluntatem tuam, erant & creata ſunt.* Ex his planum fit quàm nouum, arduum & dignum Deo ſit opus renouationis ad gratiam, ita quidem difficile, vt opus fuerit regio quaſi verbo firmare; Chriſtus enim roganti cuidam, Matth. 19. 25. *Quis ergo poterit ſaluus eſſe?* Reſpondit, *apud homines hoc impoſſibile eſt, apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt.* Quamobrem licèt à prima die in qua deliquerunt parentes noſtri indumentis pelliceis, hoc eſt, pœnitentiæ ſpem renouationis dedit, ideoque à Tertulliano vocantur *reſtitutionis candidati, pretendientes de la innocencia perdida:* at iſte ad gratiam reditus quàm difficilis ſit facile oſtendunt nongentorum annorum labores, in quibus ſemper huius reſtitutionis candidati fuere; cùm verò contingit vnum ex his candidatis in numerum iuſtorum adſcribi, en tibi feſtum duplex, in quo, vt ait Gregorius [a], Angeli lætantur, & candidis veſtibus induti procedunt, ſicut in die reſurrectionis, *Angelorum feſtiuitas extitit, quia nos reuocando ad cæleſtia, eorum numerum auxit.* Nos etiam exultare libet cùm vnum ex his candidatis hodie non ſolùm in nouum hominem, nouamque creaturam, ſed in Apoſtolum & Euangeliſtam ac martyrem caſtitatis aſcriptum videmus, vt ipſe de ſe iamiam in Euangelio refert.

3\.

Summa benignitas gratiæ.

Difficile opus renouationis.

a Hom. 34 in Euang.

4\.

Matth. 10.

Præteriens Ieſus vidit hominem, &c. Facilè ex his quæ diximus admirationi multorum ſatiſfacerem cùm oculis tantùm & tenui reſpectu Saluatoris opus omnium difficillimum regenerationis factum videmus; oſtendit enim quàm ſciens, & prudens hæc opera moliatur, etiamſi præuiderit quos labores & paſſiones ex ipſis ſibi ſubſequuturæ eſſent, quod non tacuit Eccleſiaſticus cum opus hoc deſcribit, *eſt homo marcidus*, ecce obiectum diuinæ pietatis, *egens recuperatione*, ecce opus diuinum ad quod ipſe ſolicitè venit, ideo namque quod Matthæus ait,

Mirabilis conuerſio & renouatio Mat.

Eccli. 11. 12.

præteriens, Marcus dixit, *egreſſus eſt*, & Lucas, *exiit*, vt intelligatur, *exiiſſe* (vt ait Bonauentura) *per ſolicitudinem requirendi opus ſuum; exiit enim vt homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſque ad veſperam*, & ita ad opus ſuum omnia ferramenta parata ferebat, *exiit, vidit, vocauit: exiit vt requirat, vidit vt attrahat, vocat vt ad ſe conuertat.* Pergit Eccleſiaſticus, *plus deficiens virtute, & abundans paupertate, y por mas flaco que eſte y mas agotado y pobre, oculus Dei reſpexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipſius, & exaltauit caput eius: & mirati ſunt in illo multi, & honorauerunt Deum. gano gran fama de oficial Dios en obra ſemejante.*

5\.

Cur oculis ad ſeruauit Mat.

Siſte parum, obſecro, ſalutis meæ & nouæ creaturæ opifex: cur cùm opus illud primum veteris hominis, vt ait Tertullianus, *manu, opere, conſilio ac prouidentia perfeceris*; nunc oculos adhibes adminiſtros, an vt iam ſciamus te in terris eſſe humanis artubus indutum? certè hoc ipſum piè contemplatur Auguſtinus

a Lib. 6. de Geneſi ad litteram.

Licèt auctores noſtros contrarium aſſeruiſſe comperio, Pererium, Delrium & alios, vide.

b 1. 2. Quæſt. 113. art. 9.

Opus redemptionis omnino diuinum & rarum.

nus[a], te videlicet corporea forma & manu ſtatuam illam primam efformaſſe, & quaſi manibus contrectaſſe, & effinxiſſe, vt ait Iob. *Manus tua Domine fecerunt me.* Pagninus, *Manus tua Domine figurauerunt me, & diſpoſuerunt me.* An quia opus gratiæ, ex mente D. Thomæ, & opera nouæ legis præſtant exteris opere, dignitate & difficultate? certè hoc inſinuat Thomas[b], *ſed bonum gratiæ vnius maius eſt, quàm bonum naturæ totius vniuerſi.* Pluris æſtimanda eſt mentis illuſtratio per fidem, quam ſeparatio illa prima lucis à tenebris: quamobrem iuſtificationis donum excellens quid eſt ipſa creatione, quod ex diſtinctione attributorum facilè conſtat; nam ad creandum ſat eſt ſi Deus ſummè potens intelligatur ad iuſtificationem. O quanta ſunt præcognoſcenda attributa omnipotentia, ſapientia, prouidentia, miſericordia, quare Areopagita poſtquam ſummum iſtum opificem per alia attributa definiret, quaſi ſuomum eius manus poſt hæc omnia attribuit iuſtificandi opus, *Deus eſt conuertens & reducens eos qui diuinam in ſe corruperunt imaginem.* Sit ita, verùm cur conuerſionem iſtam & reparationem diuinæ imaginis oculorum aſpectu patrauit? an quia oculi Dei ſunt, *ſicut columbæ*, fœcundi, & ea quæ inſpiciunt fœcundare potentes, ſponſæ verò non ſic, ſed *oculi tui columbarum*, quia gratia & aſpectu ſponſi indigent, aliter infœcundi ſunt? Bene quidem eſt, nam in Chriſti oculis habet homo quidquid ad eius innouationem iuuat. Inprimis vita indiget quæ emortuum cor ſuſcitet, & conuertat, in quo Chriſtus, teſte Abulenſe[c], maximè diuinitatem ſuam manifeſtauit, *mutauit voluntatem eorum (Apoſtolorum) ad promptè obediendum;* ideo namque eximij tituli gratia Deum nuncupauit Dauid, *Deus cordis mei*, & per Ezechielem ipſe gloriatur, *vidi te conculcari in ſanguine tuo, & cùm eſſes in ſanguine tuo dixi, viue.* Vbi Septuaginta legunt, *de ſanguine tuo vita*, hoc eſt, inde incipiat vita, vnde mors incipere videbatur, *quia vidi te*, non vtcumque, ſed *oculo miſericordiæ*, ait Gloſſa. Et premit hoc Theodoretus[d], *Vidi te amplectentem ſanguinem ſacrificij idolorum, & dixi, viue*, in ipſo feruore & æſtu ſiſtere feci febrem, in ipſo itinere cùm ad mortem, & ſuſpendiũ ferebaris, quaſi rex occurri, & è veſtigio ceſſauit, & ſtetit ſupplicium.

Dionyſ. Areopagi. lib. de diuinis nominibus.

Omnia ad ſui innouationem in Chriſti oculis habet homo.

c Quæſt. 100. in Matth. c. 4.

Pſal. 72.

Oculi Chriſti vitam impertiunt.

d In hunc locum.

Quid lateat myſterij in ſeptem oculis Agni.

Cap. 5. 6.

e In hunc locum.

f In Pſ. 113. Biblioth. veterũ Patrũ.

6. Porrò indiget peccator iuſtificandus ſpiritu & gratia Chriſti, ac donis eius, vt diuinitus reſurmetur. Quæ omnia in oculis ſeptem Chriſti eſſe in Apocalypſi denotatur. *Vidi agnum ſtantem tanquam occiſum, habentem oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Domini.* Et Ambroſ.[e] interpretatur. *Quid ſunt autem ſeptem oculi, ipſe exponit, cùm ſubiungit, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei.* Indiget etiam miſericordia, qua cœptum opus prouehatur, & velit conſeruari, has omnes in oculis diuinis repoſitas aſſerebat Dauid, *ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum reſpice in me.* Indiget denique vi retinendi gratiam, & perſeuerandi, quæ duo diuinus aſpectus quaſi clauus præbet, vt expertus Dauid commemorat, *firmabo ſuper te oculos meos.* Nam ſi ſemel ego aciem à te auerterem oculorum, ſtatim in antiqua ſcelera rueres, idcóque ipſe rogat, *Ne auertas faciem tuam à me*, quæ verba ſic commentatur Proſper[f], *Auerſo à me vultu tuo conturbatus ſum, & factus ſum ſicut terra ſine aqua; quia excitaſti ergo deſiderium, redde conſpectum.*

a 2. Tomo Bibliothecæ veterum Patrum lib. 2. ſer. 1.

Oculis oculos indidit nouo homini quem recreabat.

b Lib. 2. Moral. c. 1. Iob 1.

c Serm. 30. de ſancto Matthæo.

d In Luc. c. 22.

Oculi omniũ malorum fontes.

Pſal. 75. 6.

e Lib. 1 & 2 de nuptiis, &c.

Pſal. 130. 1.

f Lib. de fuga ſæculi c. 4.

Cuſtodia oculorum. Simile.

7. Verumenimuero nouam hanc hominis reformationem oculis fuiſſe factam exiſtimo, ne cæcam & ingratam creaturam effingeret, ſicut illam primam; vt acutè notauit Rupertus. Nam ſicut dixit, *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, notat Zeno Veroneſis[a], non dixiſſe, *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ſed ad imaginem noſtram.* Sit homo hic non terrenus à terra, ſed diuinus à Deo, & cæleſtis à cæleſti, ſic Chriſtus hominis reformator oculis & aſpectu recreat, vt creatura non cæca, ſed videns autorem ipſum regeneretur, *bechaſele de ver al nueuo hombre que tenie ojos quien le reformo?* in quo nouum genus beneficij continetur, nam alterum beneficium eſt reſpici à Chriſto, alterum Matthæum Chriſtum reſpexiſſe, hoc enim ſecundum nec dæmoni, nec multis peccatoribus concedit Deus, vt ſapientiſſimè obſeruauit Gregor.[b] *Affuit (inquit) ſatan coram Domino, venit quippe vt videretur, non vt videret, era linda imagen el demonio y tal que la podia ver Dios pero quedo ciega y aſi feiſſima.* Matthæus verò non ſic, ait Chryſolog.[c] *vidit illum Deus, vt ille videret Deum, vidit illum Chriſtus, vt illa pecuniæ latebras amplius non videret.* Porrò, per Chriſti oculos, oculi præſtantur imagini, vt & fœcundos eſſe credas Dei oculos, *ſicut columbæ*, imaginis verò oculos ſteriles non eſſe, ſed *columbarum*, hoc eſt, ſciat peccator qui conuertitur

8. oculos accepiſſe ad viſum, & ad fletum, nec ſine penſione & fœnore accepiſſe hoc donum, vt notauit Ambroſ.[d] *Negauit primo Petrus, & non fleuit: negauit & tertiò, reſpexit illum Ieſus, & ille amariſſime fleuit. Reſpice Domine Ieſu vt ſciamus noſtrum deflere peccatum, lauare delicta*, & bene dixit, *lauare delicta*, nam ſi rectè conſiderentur oculi, in culpa ſunt omnium delictorum; quid mirum ſi dentur ad omnia deflenda crimina. Quænam enim alia fuit omnium vitiorũ origo, quod exordium hiſtoriæ humanæ calamitatis quàm hoc verbum, *vidit mulier*. Quod exordium culpatum repetens Dauid oculos hoſtes ſuos fatetur. Nam, vbi nos legimus *Anticipauerunt vigilias oculi mei*, legit Hieron. *Anticipauerunt vigilias omnes inimici mei*, & ita, *turbatus ſum, & non ſum locutus.* Et quid mirum ſi ſupra ſe inſurgentes videt tres humani generis hoſtes, ſolo aſpectu oculorũ armatos: nam cõcupiſcentia carnis inde ortum habet, imò opus ipſum inordinati appetitus oculorum nomine declaratur. Gen. 3. 7. *Aperti ſunt oculi amborum*, vt exponit Auguſt.[e] Cõcupiſcentia oculorũ ipſa ſe prodit. Porrò *ſuperbia vitæ* nullibi magis elucet, quàm in oculis, ibi ſedẽ figit, Pſ. 17. *Et oculos ſuperborũ humiliabis, & de ſeipſo, Domine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei, & ita anticipauerunt vigilias omnes inimici mei.* Et nõ ſolùm vigilarunt contra me, ſed anticipauerunt vigilias; cùm præmaturo aſpectu & turpi vigilarent ad malum, vt ait Ambroſ.[f] in illud Matthæi 5. *Qui videt vxorem alienam, iam mœchatus eſt. Malè*, inquit, *ſic videt oculus, videat ergo oculus, & ſuo fungatur munere, non lubrica mentis imperio, dirigatur ad lapſum vt vitium referat pro officio*, & hoc eſt anticipare vigilias. Sicut in vrbe maritima fores vrbis clauduntur, nec panduntur vſque ad ortum Solis. Ratio in homine Solis munus obit; præueniat igitur ratio omnes actiones, maximè oculorum, aliter enim ſi anticipauerint vigilias oculi, & citius quàm par eſt aperiuntur, omnibus ini-

micis aditus patet. Dentur igitur oculi recèns conuerſo, quibus poſſit vetera deſſere crimina, ſurdes lauare, & reſpicere reſpicientem ſe. *Vidit hominem.*

9. *Sedentem.* Ne leue & ſine cauſa dictum putes verbum iſtud, grauiori morbo ægrotabat Matthæus quàm paralyticus, qui paulo antè ſanatus eſt, ait Chryſologus.[a] *Deterius ſedebat in telonio publicanus iſte, quam paraclyticus, de quo antè diximus, iacebat in lecto. Nam* (ait alibi) *diuitiæ cupiditatis ſic alligabant vinculis cautionum, ſæculorum ponderibus ſic premebant, vt leuari ad innocentiã, ad iuſtitiam ſurgere, ad virtutem progredi non valeret, vnde & ſedere eius erat iam ſubſidere, ya andaba debaxo de la carga.* Et alibi, *Sedebat vtique, quia ſtare non poterat, pondere cupiditatis oppreſſus, & ipſe totus conſcientia fraudis incuruus.* Sicut Dauid, *Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſa ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.* Verum verbum *ſedendi* coram menſis auri & argenti quid niſi idololatriam denotat, ſicut cùm Chriſtus *nummularios ſedentes in templo* inuenit. Habebant vtique aurum & pecunias quaſi ſuper aras, & quaſi idololatræ templum prophanabant. Sic interpretatur D. Paulus Dauidem, *Simulacra eorum argentum & aurum*; auaritia enim eſt *ſimulacrorum ſeruitus*; aurum enim & argentum ſunt idola gentium, quod ita planum & liquidem putauit Apoſtolus, vt nulla alia probatione indigeret, alia enim dogmata probare conſueuit, gratiam non ex operibus dari ſtatuit, & probat. Simplex fornicatio peccatum eſt; probat etiã ratione. Diuinitatem Chriſti prædicat & cõprobat. Æternitatem eius ſacerdotis quantis fulcit rationibus, hanc autem veritatem non probat, vtpote certiſſimam & facilem creditu, à paucis autem maximè auaris creditam; quis enim iſtorũ ſe putat idololatram? nam etiamſi fides in reliquis peccatis periclitetur, nam vel mortua & frigida manet, vel facilis vt expellatur, & obruatur, at de auaris illud ſigillatim affirmat. *Quàm quidam appetentes errauerunt à fide*, verùm ſi fide certum eſt auaros eſſe idololatras, & nemo eorum credit, qualis erit eorum fides? certè bis fidem amittunt; & quia credunt auro, & quia non credunt Apoſtolo, & quia adorant aurum, & quia non credũt hanc eſſe idololatriæ ſpeciem. Verùm quis audeat hoc negare, inquit Hieron.[b] niſi qui neget iniuſtitiam commiſiſſe Iudam vendendo Chriſtum. *Neget auaritiam eſſe idololatriam, qui poteſt triginta argenteis Dominum venditum appellare iuſtitiam*; vrgens quidem & acuta ratio. Nam ſi idololatria

10. nihil aliud eſt, quàm turpis & immediata alicuius rei pro Deo commutatio, vt definit Dauid, *Commutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum (trocaron aſu Dios que era ſu honrra y autoridad por la bruta ſemejança de vn nouillo:)* qui ergo videt Iudam, ait Hieron. Deum pro vili pretio commutantem, & negat eſſe idololatrã, certè tenetur dicere æquè bonam fuiſſe pecuniam, ac Chriſtum, quod qui aſſerit vt Iudam excuſet, in hæreſim labitur. Quamobrem quaſi hæreticos aut idololatras à templo ſui Patris remouebat Chriſtus, aſſerens, *Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.* Certè Baſilius[c] idololatram vocauit, *Deum verum vendidit propter Deũ falſũ, pecuniã ſcilicet quam adorabat, quam ideo retulit impia pœnitentia ductus ad templum, & non ad ſterquilinium, quia magni eam ponderabat: nimirum talibus ſemper diis templum ſuum deuouerat.* Verùm opus non eſt torquere illos vt hanc veritatem fateantur. Nam *Exodi 32.* cùm Moyſes diutius in monte cũ Deo moraretur, populus more impatiens ad Aaronẽ confluit, Deum poſtulans, imò Deos, quos vt conflaret libenter poſtulata monilia condonarunt, ex quibus conflato vitulo hæc vox dedicationis audita eſt. *Hi ſunt dij tui Iſrael qui te eduxerunt de terra Ægypti*; quid ais Aaron, nónne vnus eſt vitulus, vbi ſunt plures dij? Porrò ſi modũ cõflatus eſt recens, qui potuit exitum ab Ægypto mirabilem efficere, quàm citò obliti ſumus quę modò dicebamus. Habet vnuſquiſque in vitulo aurũ ſuum, & argentum, atque adeò habet Deum ſuum, perinde enim eſt his aurum habere in arca, quàm idolum in ara: habent ergo in vno vitulo Deos ſuos. Secundò iam obliti ſumus illa vaſa auri & argenti ex Domini permiſſione ab Ægypto tuliſſe, à vicinis mutuo poſtulata; cùm igitur ſecum aurum & argentum retulerant, Deos etiam tutelares ſecum attuliſſe autumant, & apertè affirmant, *hi ſunt dij qui te eduxerunt de terra Ægypti*, vt vel inuiti fateantur verum (ſicut quódam Caiphas) aurum nempe idolũ eſſe vniuſcuiuſque eorum, & ſicut idolorum cultor viliſſimo idolo addictus eſt, ſic iſti ſemel negotiationi aſſidentes cuicumque lucro inſeruiunt, & viliſſima quęque adorãt, eadem adoratione qua magnos Deos colerent. Certè mirabile illud eſt quod Ioſeph ad parẽtem & fratres reſcripſit, *properate quãtocyus venientes.* Quò venturi ſunt? ad regiam, ad Proregem, ad diuitias Ægypti? *quia omnes opes Ægypti veſtræ erũt*, ſed mirabile eſt quod addit, *nec dimittatis quidquam de ſupellectili veſtra, no dexeis coſa del menaje, arteſa, llares, ni vadil.* O miſeram diuitum & regum conditionem, quorum ore loquitur Ioſeph: qui cùm diuitiis abundẽt, & magnos quotidie prouentus habeant, his tamen non ſatiantur, niſi in menſis ſuis viliſſima lucra etiam comparent. Verè idolorum cultores qui pari cultu Iouẽ & talpam adorant. His erat addictus Matthæus ſedens in mẽſa & in telonio, quaſi ad aram idolorum auri ſui & argenti; imò, vt ait Beda[a], *ſedentem vidit, id eſt, pertinaci animo lucris inhiantem.* Et Abulcnſis[b], *Erat Matthæus in ſummo ardore auaritiæ, eſtaba con la lengua tan larga como perro ſediento o como con la calentura el enfermo.*

II. *In telonio.* Hunc ergo, ait Chryſologus[c], talem de telonio ad ſua vocat Chriſtus? cur elegerit ad diuina? altiſſimam facit quæſtionem, & non tantùm queſtionem, ſed & ſcandalum. *Quomodo enim infirmitas non laboraret humana, quando videbat apud Chriſtum pecuniam ſic valere, vt daret fraudulento fidem, venali gratiam, cupiditatis magiſtro officium largitatis, doctori fœnoris magiſterium ſanctitatis, publicano ſæculi cæleſte ſecretum? Vrebat videntes quod vſura quæ vaſtat terram tollebatur ad cælum, & hanc quam deteſtantur homines deitas aduocabat.* Vrget anguſtiùs ſi telonium quid ſit contemplemur Chryſoſt.[d] *Quid enim eſt aliud teloniũ niſi legitima rapacitas, violenta fiducia, iuſtitiæ legem habens, patrocinante rapina? latro comprehenſus confunditur, iſte rapiens fiducialiter agit.* Et Eccli. 26. *Difficile exuitur negotians à negligentia:* vbi alij vertũt, *à deceptione.* Græcè verò habetur, *à delicto*, & iterum, *inter medium emptionis & venditionis anguſtiabitur peccator*; quia nempe anguſtatur, ſicut qui eſt in medio pelago, non quia anguſtus eſt locus, ſed quia immenſus eſt, quod Baruch declarauit, *Non eſt finis acquiſitionis eorum qui*

a Ser. 50.
Ser. 28. *Grauis morbo auaritiæ laborabat Matthæus.*
Ser. 29.
Auaritia idololatriæ genus.
Pſal. 113.
Coloſ. c. 3. 5.
Rom. 11. 5.
1. Cor. 6. 15. &c.
Hebr. 1. per totum cap.
Hebr. 7.
Facilè à fide deficit auarus, & verè idololatra nũcupatur.
1. Tim. 6. 10.
b Epiſt. 1.
Pſal. 115. & Rom. 1. 23.
Ioan. 2. 16.
c Hom. 21. In varia loca ſacræ Scripturæ.
Aurum recens eſt idolũ auari.
Menſa auarorum & negotiatorum ara eſt idolorum.
a In Matth.
b In Matth.
Cur de telonio ad talẽm dignitatem & negotia vocatur.
c Ser. 28.
d Hom. 14. ex variis in Matth.
Negotiantiũ pericula.
Cap. 3.

qui argentum fabricant, & ſolicitis ſunt, no tiene ſin el edificar real ſobreal. Nam ad ædificandam domum vna ars ſufficit dumificatoria, ad congregandam pecuniam multiplex corradendi ars neceſſaria eſt. Et ideo ait Propheta, *Nec eſt inuentio operum illorum, agotan el penſamiento ſus traças.* Alij verò exponunt, *Non eſt finis operum illorum,*

a Hom. 13. in 2. ad Cor.

Vnde Chryſoſtomus [a], *Nullus pauper* (inquit) *tanta operatur mala propter indigentiam, quanta ditari volentes vt plura habeant, non enim pauper neceſſaria ſic deſiderat, vt diues ſuperflua.*

12\.

Telonij autem incommoda ſatis indicauit Saluator, cùm menſas nummulariorum ſubuertit, ac pecunias momento diſſipauit, quaſi illi multo tempore conquiſierant; ingruit enim ingens calamitas in hos homines negotiationi deditos, vt

b Oratione 1. contra Iul.

Magnus Nazianzenus Gregorius [b] notauit. *Nec vndecumque lucrum captandum eſſe, nec facultatibus iniuſta ratione quærendis calamitatis arrhabonem accipere, que ſe den por apercebidos porque el dinero en caſa es ſeñal de la calamidad de los eſpera.*

c Tract. de decem plagis Ægypti.

Quare ait Auguſtin.[c] optimè ſeptima plaga Ægypti, quæ grandinis fuit, ſeptimi præcepti furta punit, *quia quod per furtum contra Dei præceptum ſubducis, de cælo perdis,* mox decretalem profert, & communem ſententiam. *Nemo enim habet iniuſtum lucrum ſine iuſto damno, corren parejas iniuſta ganancia y iuſta perdida,* & non grando ſolùm deuaſtat agros, & bona, ſed animas. *Qui ſuo malo forinſecus furantur, iuſto Dei iudicio intrinſecus grandinantur.* Ideo Iacobus eos ad planctum & vlulatum vocat, quaſi de ingenti malo ſtopidos, qui nec gemere poſſunt. *Agite nunc diuites, quexaos gemid deſcanſad, plorate vlulantes in miſeriis veſtris quæ aduenient vobis, ya teneis bien por que gemir para le. que os reſta guardaos las lagrimas.*

Anguſtia & cura diuitum ſtulta & granis.

Inprimis enim vitæ infelicitas eſt diuitem pauperem eſſe, ſolicitudine, anguſtia & tormento, obſeruarunt & quaſi clanculum auſcultarunt doctores maximi, Gregorius, & Ambroſius, diuitem qui cubitum ibat. Nam inprimis mirabile eſt de ſomno agere diuitem, & ita in lecto ait, *Quid faciam? Vide,*

Luc. 12.
d 15. Moral 13.
Iob 20.

inquit Gregorius [d], *anguſtia ex ſatietate nata, de vbertate agri anguſtatur animus auari. Bene per Iob eum ſatiatus fuerit arctabitur.* Verùm iam quòd ſileant, diuitiarum curæ certè Deus

e Lib. 5. epiſt. 10.

ipſe, ait Ambroſius [e], quieſcere non ſinit. *Neque ipſe quidem Deus eum dormire permittit, interpellat cogitationem, excitat dormientem. Quid faciam?* nónne immemor es lectum eſſe requieſcendi locum, non negotiandi? at ſaltim ſomniare ſinet eum in diuitiis ſuis, minimè, ſed vocem mittit quæ ſtultum excitat & corripit, & æterna minatur ſupplicia poſt vnam temporis horam? *Quid* (inquit) *faciam?*

f Ser. 3.

ait Ambroſius [f]. *Quis non talem miſereatur, quis non infelicitatem eius doleat, anguſtatur ex abundantia, conſtringitur & coarctatur ex opulentia, & vt video, ager ei non tam redditus longiores, quam gemitus attulit. Denique egenus vox iſta eſt, quid faciam, vnde cibus, vnde veſtitus, infelix in præſentibus bonis, infelicior in futuris.* Nam de futuris malis quid dicam? certè Chriſtianus Poëta *Cantic.* 7. de inferno diuitem auarum introducit querimonias fundentem, quòd in inferno torqueatur adhuc qui vitam in tormẽtis & pœnis tranſegit, & cùm Deus non iudicet bis idipſum, diuitum auaritiam duplici pœna afficere videtur, in hac ſcilicet vita, & in futura.

Nunc ergo ad quæſtionem Chryſologi [a] ipſe reſpondeat. 13.
a Ser. 28.

Itaque Chriſtus quòd Matthæum vocat non eſt illa pecuniæ ratio, no tiene ne ojo al dinero, ſed eſt ratio tota virtutis, ſolo puſo la mira en moſtrar ſu poder. Quod eſt dare vitam mortuo, hoc largitatem tribuere eſt auaro. Duo miracula edidit Chriſtus in conuerſione Matthæi, ediſſere ea ô Chryſologe.

Grande beneficium de telonio vocare Matthæum.

Rogo, ſi quis ſomnium cupiens vix obtineret, & cùm iam ingruit ſopor, ſomniare inciperet, hæc omnia mala & incommoda diuitum, nempe ſe latronem eſſe, & quadam die dum ſedet miniſtri iuſtitiæ ſubitò comprehendunt, & comprehenſus confunditur, rapitur ad ſuſpendium, interim ſomniat plaga grandinis, omnia bona ſua deuaſtata. Pergit vlteriùs, & deſperatam ſalutem ſomniat, ac medicum illis verbis diſcedentem audit, hac nocte morietur: ſomniat inſuper altum præcipitium inferni patere, & ingentis lapidis pondere exturbatum iamiam ad infernales flammas deuolui. Etſi igitur hæc ſomnia eſſent, nónne ingens beneficium eſſet accedere, & ſic ſomniantem excitare; cùm ergo hæc vera mala ſint, & his omnibus obnoxius eſſet Matthæus, nónne ſumma gratia fuit tunc Chriſtum ſuſcitare Matthæum, de ardenti febre auaritiæ, de ſopore mortis, de præcipitio telonij, de ſuſpendio liberare? Alterum

Largitas Dei donum eſt cùm datur diuiti à Deo.

miraculum fuit, *dare vitam mortuo*, perinde enim eſt, *largitatem tribuere auaro, hacer aſtribuidor de largezas diuinas al auariento de riquezas proprias milagro y virtud de Dios. Sed eſt ratio tota virtutis, demonſtracion de diuino medico y que ſabe ſaluar vn rico que es el non vltra de ſu poder. Ratio tota virtutis.* Nam idola ſæculi proſtrauit, & ad pedes ſuos prouoluit, nempe diuites & diuitias: in hoc autem opere, ait Chryſologus [b], non

b Ser. 29.

ſolùm virtutem diuinam oſtentauit, ſed ipſum Matthæum quaſi de ſomno excitando ab his periculis eripuit. *Quod ſicut vincere virtutis eſt, ita felicitatis eſt euaſiſſe. grand ventura de matheo auerle deſpertado y llamado;* quare quaſi feliciſſimum, & quaſi tunc Deo naſceretur, nomen ſuum manifeſtat.

14\.
Demiſſionis & amoris fuit nomen ſuum indicare Matthæum.

Matthæum nomine. Abiiciendi ſe gratia nomen indicat, quod commendandi cauſa reticentes Euangeliſtæ *Leui* nomine nuncuparũt. *Nam delicta non videt vis amoris, immo tegit,* inquit Chryſolog. [c]

c Ser. 3.

abſcondunt nomen & perſonam, cùm delictum celare nõ poſſunt. Sed quod Euangeliſtæ ex charitate fecerunt, ex humilitate pandit Matthæus, vt gloria Redemptoris illuſtrior appareat, vt ait

d Hom. 12. ad populũ. Chryſoſt in 1. ad Tim. 1. Gratias ago, &c.

Chryſoſt. [d] *traducitur enim nonnunquam vita ſerui, vt appareat humanitas Domini. Quiere con menos cabo de ſu honor deſcubrir la piedad de ſu ſeñor,* & de Paulo ſe blaſphemum vocante ait, *Habeat, inquit Paulus, blaſphemus, dummodo nota ſit humanitas eius qui blaſphemum Apoſtolum fecit. Inſtruimur* (addit Nazianzenus [e]) *vt cùm de nobis loquimur, nos ipſos deiiciamus, nec erubeſcamus vitia, ſicut Paulus ſe abortiuum dicit. Vbi verò de aliis ſermo habendus eſt, honeſtè de illis loquamur. Nunc ſit contrarium, nos etenim extollimus, & alios deiicimus, & alterum probra noſtram commendationem exiſtimamus.*

e In laudem Cypriani.

Verùm id maximè laudandum, tunc ſe Publicanum & Matthæum nuncupaſſe, cùm in ſanctitatis Apoſtolicæ culmine in Euangeliſtæ dignitate

Tumidiores ſiunt ſuperbi in dignitate poſiti. 2. Reg. 8.

tate iam eſſet; hoc enim intereſt inter prophanos & ſanctos, quòd hi demiſſiores ſunt conſtituti in honore; illi verò ſemel in dignitate poſiti tumidiores ſiunt, & inſolentiores. Sicut Benadab rex Syriæ antequam ad regnum aſcenderet, & cùm lepra infectus indigeret Eliſeo, ſic demiſſè loquebatur. *Quis enim ſum ſeruus tuus canis vt faciam rem iſtam magnam.* hic qui nunc ſe canem vocat, poſtquam rex factus eſt tantos ſibi ſpiritus arrogantiámque ſumpſit, vt ferendus minimè videretur a populo Dei. Elias verò & viri ſancti rebus proſpere cedentibus minimè turgeſcunt, quin potiùs prophetis Baal deuictis & peremptis, & pluuia petita & obtenta poſt tres annos cum dimidio ſterilitatis cum Achab monet de inſtante iam pluuia, qua ratione putas ſe geſſit triumphator iſte ſeruus Dei? *& manus Domini facta eſt ſuper Eliam, accinctiſque*
3. Reg. 18. *lumbis currebat ante Achab, donec veniret in Iezrael*, id eſt, ſicut vnus de ſeruis currebat ante regem, ſic Matthæus noſter ſeſe demittit etiam in ſublimi poſitus gradu Apoſtolatus, delictorúmque ſuorum memoriam refricat.

15. *Et dixit ei, ſequere me.* Ne temere vocatum & electum putes Matthæum, ait Chryſoſtomus, attende priùs animo & corpore ſanatum paralyticum, vt electorem Chriſtum intelligas, cùm à telonio ad Apoſtolatum traducit dotes internas poſſe conferre electo, aliàs enim neque Deus eligeret ad ſua munera eos qui dotibus deſtituti ſunt neceſſariis, vt ipſe per Ezechielem declarat; opus enim fuit ſummæ potentiæ populum ſuum ſibi eligere, cùm ex Amorrhæis genus & ſanguinem ducebat, & omnibus naturæ dotibus deſtitutus, & ab omni humano auxilio deſertus, ſicut fœtus à matre derelictus. *Non eſt præciſus vmbilicus tuus, & aqua non es lota in ſalutem, nec ſale ſalita, nec inuoluta pannis. Tranſiens per te vidi te conculcari in ſanguine tuo, & dixi tibi, cùm eſſes in ſanguine tuo viue.* Verùm ſi te nudam & tenuem elegi, prævideram iam pretioſas veſtes & monilia, quibus te ornarem, & regio cultu veſtirem, ſtulta enim eſt electio immundi & impuri, cùm elector non habet vnde eius ſordes lauet, & cultiorem reddat, *es obra de omnipotẽte braço elegir al indigno o deſtituido de dotes y talentos en fee de que ſeles puede dar, en hombres es temeridad y paſſion.* Quamobrem ait, *me ſequere*, nudus nudum, te enim quæro, non ſacculos tuos, *depone pondera, me ſequere, quære te, perde vſuram, vt te valeas inuenire*, iam enim ego factus ſum dux perditiſſimorum, vt à ſe recedentes ad me veniant. Ierem. *Ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad victimam*, & Hebraicè leges, *ego quaſi agnus dux reliquorum, yo ſoy el menſo aquien ſiguen todos.*

Non temere vocatur publicanus dum eligens dotes requiſitas concedit electo.

Ezech. 16.

Chryſolog. ſer. 28.

Cap. 11.

16. *Et ſurgens ſecutus eſt eum. Vidiſti* (inquit Chryſoſt. [a]) *virtutem vocantis, diſce nunc vocati obedientiam.* Serui Dei breuiter munus & obligatio deſcribitur, & in exemplar omnium Matthæus proponitur. Primò enim ſeruus vocatus ſtatim adeſſe debet, *& hora ſurgendi, non te frices*, Græcè hoc verbum ſignum belli cùm claſſicum canitur deſignat, *quando vocaren al arma no ſeas el poſtrero*, vide quaſi dicat, homo, qua ratione omnes creaturæ militari ordine & obedientia ſeruiunt, tu ne ſis poſtremus, nec teneas poſtremum locum. Hieron. verò legit, *cum venerit hora ſurgendi, non te frices, no te concomas y hagas del perecoſo*, ſicut cum mane de lecto vocat herus ſeruum: Heus ſurge; at ille reſpondet, ſed ſtatim culcitris ſe & ſindone obuoluit, donec iratus dominus fuſte de lecto pellit, vel verberet. Peccator ne cùm à Deo vocaris latera frices, ne differas, ne moreris, tricas conſcientiæ abrumpe, ne repentè ipſo in peccati lecto impœnitentiæ malo puniaris. *Exurge, exurge, eleuare Hieruſalem, alto a leuantar que a ſalido el ſol de iuſticia y les da en los ojos a los ricos aduaneros.* Contrà verò, Iſai 51. 20.
Filij tui proiecti ſunt, dormierunt in capite omnium viarum, ſicut oryx illaqueatus, pleni indignatione Domini, increpatione Dei tui. Pagnin. *Sicut bos ſilueſtris. eſtan como el buey ſilueſtre lerdo y bobo*, qui in mediis laqueis quieſcit. Donec adueniente venatore nullo negotio capitur. Hieron. *in capite omnium viarum*, in biuio, *en las encruzijadas*, tangentes omnia, & omnia relinquentes, hærentes, & dubitantes, in quam partem ſe vertent, ſeruiámne Deo, an non? Septuaginta, *ſicut beta ſemicocta*, nam in hoc ſtatu beta nec habet vigorem crudæ, nec habet ſaporem coctæ; quare ait Deus, *vtinam calidus, aut frigidus eſſes, ſed quia tepidus es, incipiam te euomere*, & inde bene ſequitur, quod legunt Septuaginta, *Filij tui indigentes, & dormientes, pobres y deſnudos y echados a dormir voſotros lo pagareis.* Poſt obediẽtiam Matthæi contemplare promptitudinem obediendi, quam exigit diuina vocatio, agitur enim Dei honor in obediendo promptè voci eius, *mirabilis hæc obediẽtia teſtimonium vocanti perhibebit, quòd opportunè ipſum vocauerit, vale a Dios ſu honrra y credito en que le reſpondamos preſto porque con eſſo damos a entender que es tan ſabio que nos llama al mejor punto y oportunidad.* Quam ſi prætermitimus, per puncta & momenta ſalutem amittimus; nec enim fruſtrà *murenulæ aureæ ſponſæ vermiculatæ erant, argento*, vel, vt legimus ex Hebræo, *margaritas aureas cum punctis argenteis.* Can. 1. 10.
Nam ſi diuina vox non prompta & attenta aure excipiatur, cùm punctis conſtet, & per momenta decurrat, quæ ſalutis nuncia erat in vermem conſcientiam mordentem conuertitur. Væ miſerum, quia vocauit me, & non reſpondi Deo.

Serui Dei ſtrenui deſcriptio.

a Hom. 31. in Matth.

Eccli 32. 15.

Simile.

Tepiditas & tarditas peccatoris.

Obedientiæ promptitudo. 17.

Chryſoſt. hom. in Matth 9.

Quàm autem fidelis ſit Deus erga ſtrenuum ſeruum, Eccleſia nobis oſtendit, dixerant enim ſtulti quondam, *Vanus eſt qui ſeruit Deo.* Deus verò vt fideles ſeruos præmio afficeret, in libro *monumenti coram eo allato* timentes Deum ſcripſit. Declarat ergo in liben diem in quo Dei famulatum incepit: in Euangelio, in epiſtola munus Euangeliſtæ declarat, in præfatione Apoſtolum vocat, in offertorio Martyrem laudat, & dum accepta à Deo examinat, inuenit immenſos pro Chriſto labores; & ita in poſtcommunione mercedem copioſam oſtendit. *Gloriam & magnum decorem impones ſuper eum*; celebrat inſuper conuiuio, arcet & frenat detractores, & vbi ipſi mordent, Chriſtus donis ornat, & gratia atque gloria cumulat.

PROXI

PROXIMORVM CHARITAS ACTIONum bonarum ſumma, ſalus morum, finis cæleſtium præceptorum ſuadetur. Vnde eius obligatio oritur, quinam ſeruandus modus, quænam onera ſubleuanda, explicatur.

INSTITVTIO LVI.

18. *Charitatis proximi encomia.*

PROCVL inuidiæ, procul eſtote ſtultæ diſcordiæ „ abeant ab humano corde diſſidia procul, nullum vobis locum reliquit charitas quæ igneo vecta curru triumphatis hominibus & Deo pulcertimum diuini amoris in Eccleſiam trophæum impreſſit. *Summum fidei ſacramentum, Chriſtiani nominis theſaurus, quam Apoſtolus totis viribus Spiritus ſancti commendat a. Præcipuum hominis Chriſtiani munus b. Fundamentum pacis; tenacitas ac firmitas vnitatis, quæ & opera & martyria præcedit c, radix mandatorum d, doctrina noſtræ caput e, mater & cuſtos omnium bonorum f.* Nolo tamen vaſto pelago laudum eius me committere, omittam eas ne gloriam ſæpius decantatam vano ſtudio perſequar: hoc tantummodo contentus ero, ſi proximorum charitatis debitum modum, & onera huius ſacratiſſimi amoris à nobis portanda præſcripſero.

PARTITIO INSTITVTIONIS.

a Tertull. de Patientia.
b Clemens Alex. in pæzen.
c Cyprianus de patientia.
d Baſilius ntat. 3. de dus.
e Nazianz. epiſt. 20. ad Euſebium.
f Greg mag. lib. 8. epiſt. 60.
Gal. 6.
Prou. 9. 12.

19. *Charitatis eſt onera proximi portare.*

I. Paulus charitatis proximi igne deflagrans in hanc vocem quæ ſumma vtriuſque legis eſt, tandem erupit. *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit.* Quæ verba à ſapientiæ fonte hauſiſſe videtur. *Si ſapiens eris, tibimetipſi eris: ſi autem illuſor, ſolus portabis malum.* Nam Septuaginta legunt, *ſi ſapiens fueris, tibi eris & proximus,* quaſi dicerent, ſi Dei charitatem colueris, emolumenta omnia quæ exinde fluere ſolent, maxima percipies, tantaque emolumenta ex charitatis ſtudio tibi paries, vt poſtquam ſatis expletus omnino fueris, vt eius fructus etiam in proximos ſit redundaturus; contrà verò illuſor mala ſibi ſoli cumulabit, & onera ſua ſolus portabit. *Vnuſquiſque enim onus ſuum portabit.* Agit ergo D. Paulus de inopia proximi, & de eleemoſyna, & radicem debiti declarat, alter alterius onera portare debetis, & neceſſitati ſubuenite; alij enim aliis indigetis. Si enim aliquis exiſtimat ſibiipſi ſufficere, atque adeò aliena ope non indigere, ipſe ſe ſeducit. Quapropter vnuſquiſque exploret attentiùs opus ſuum, hoc eſt, indigentiam, id eſt, id, quo quilibet opus * habeat. *Et ſic gloriationem habebit in ſemetipſo, & non in altero.* Pro *gloriatione*, Græcè eſt, *exultatio*: atque adeò ſi vnuſquiſque ſuam indigentiam attentiùs exploret, & ſiquidem (quòd minimè erit) ſibi ſufficientem inuenerit, tunc quidem licebit ei in ſemetipſo tantùm gloriari, & exultare, & alterum excludere. Sed quia pluſquam certum eſt exploratis neceſſitatibus neminem inueniri qui ſibi ſatis ſit, *communicet is qui catechizatur verbo, ei qui ſe catechizat in omnibus bonis, nolite errare, no os enganeis vnos tenemos neceſsitad de los otros.* Altera ſublimior obligatio eſt quæ ex definitione ipſa charitatis oritur. *Charitatem voco* (ait Auguſtinus g) *motum animi ad fruendum Deo propter ipſum, & ſe atque proximo propter Deum*, vel, ſi rectiùs definias, per habitum, vel virtutem, *charitas eſt virtus diuinitus infuſa, qua homo diligit Deum propter ipſum, & ſe atque proximum propter Deum.* Vides quàm coniuncti ſint hi amores, & hæc duo præcepta? *Dei dilectio prior eſt ordine præcipiendi, proximi autem dilectio prior eſt ordine faciendi, neque enim qui tibi præciperet dilectionem iſtam in duobus præceptis; priùs tibi commendaret proximum, & poſtea Deum, ſed priùs Deum, poſtea proximum.* Addit pulcra verba, *Tu autem quia Deum non vides diligendo proximum promæreris quem vides, diligendo proximum purgas oculum ad videndum eum euidenter, Ioanne dicente, ſi fratrem quem vides non diligis, Deum quem non vides quomodo diligere poteris.* Vbi nota & coniunctionem vtriuſque præcepti, & obligationem vtrumque adimplendi, & in adimpletione non poſtremum eſſe amorem proximi amore Dei, quæ duo duobus aliis Pauli verbis exponam, ait enim, 20.

Nemini

*Opus Græcè τὸν ἔργον, ſicut apud Latinos, neceſſitatem ſignificat, vt apud Sophoclem & Ariſtophan licet videre.

Quid charitas.

g Lib 14. de ciuit. & lib 3 de doctrina Chriſtiana.
Aug tract. 17. in Ioan. 5.
1. Ioan. 4. 20.

Nemini quidquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis. Declarat (inquit Hieron.) debitum, non quia putet ſoluere poſſe vos, ſed quia manet in æternum. *hoc ſolum ſemper manere debet quod nunquam perſolui poteſt*, quia cùm amare Deum beneficium ſit Dei, redditio debitum multiplicat, vt ſuprà diximus ex Theodoreto: nam, vt ait Auguſtinus a, *quod ergo redditur, reddenti additur.* Cæterùm quid dicemus, quia Apoſtolus videtur agere de debito charitatis proximi nunquam ſoluendo, nec redimendo, *nemini quidquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis, redemid los demas cenſos el del amor que de ſe en pie.* Certè ignoro (dices) quomodo debitum charitatis proximi perpetuum ſit, nónne damnari poteſt, & tunc ceſſat obligatio dilectionis eius. Nota ita coniunctum eſſe vnum amorem alteri vt obligatio proximi nunquam ceſſet, quia Dei dilectio æternam obligationem inducit, vnde non dixit, cui debeamus dilectionem, ſed *nemini quidquam debeatis*; quaſi dicat, ſit vel non ſit, dignus amore proximus, at creditor huius debiti Deus eſt qui ſemper eſt diligendus, ita vt cùm bona ſpiritualia proximo exopto, vel etiam temporalia, vt ſit amicus Dei, iam in eo Deum diligo, atque adeò ſicut à debito diligendi Deum eximi nequeo, ita neque à debito proximum amandi dum proximus meus eſt. *Quis autem ſit proximus*, vide Maldonatum *in Luc* 10. Secundum etiam quod aiebat Auguſtinus huic conſequens eſt, nempe perinde eſſe proximo ſeruire ac Deum diligere, imò *Deum quem non videmus diligendo proximum promeremur.* Et aliquando à Dei contemplatione recedere operæpretium erit vt proximum diligamus, & ſubueniamus, illud enim verbum Saluatoris, *porrò vnum eſt neceſſarium*, indicat (vt bene notat Auguſtinus b) aliquando proximi obſequium neceſſarium eſſe, id enim in Martha damnauit, ſolicitudinem nempe, & nimiam ciborum apparationem, at ſuo tempore exhibita proximo charitas tanti meriti eſt vt anteferenda ſit contemplationi. Paulus ſaltim in æquilibrio poſitus videtur, *coarctor autem è duobus, deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto, multo magis melius, permanere autem in carne, neceſſarium propter vos, & hoc confidens ſcio, quia manebo & permanebo omnibus vobis ad profectum veſtrum.* Hoc ne putes, ait Chryſoſt. c cogitando aut contemplando dixiſſe, ſed verè eligendo, cùm facultas ipſi data eſſet exeundi de vita. Cogit ergo amor proximi ardentem amatorem hîc permanere cum proximis. Licèt enim alati ſint ſex alis Cherubini, Iſai 6. *ſex alæ vni, & ſex alæ alteri*, etiamſi diuinã faciẽ contemplando & tegendo alis attingat, tunc Propheta ſuam tarditatem & ſilentium damnat. *Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labiis ego ſum*, & ecce *vnus de Seraphim volauit ad me* (ait) *& in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari.* Vides, etiam Cherubim manus habent, cùm his opus habet proximus, & tunc quidem licèt manibus proximum attingat, atque ſubueniat, & pro tunc nec concinat, nec alis tegat Dei pedes, non minus eſt Seraphim amore & charitate, quàm cæteri, *volauit ad me vnus de Seraphim.* Cùm ad me volauit, non deſiit eſſe Seraphim, ſicut cùm volabat ad Deum, nec amittunt lucra contemplationis qui contemplatione ſuperſedent, vt ad actionem & obſequia proximi conuertantur. Nam licèt de illa ſorte Mariæ dictum ſit, *non auferetur ab ea*, intelligi debet ex eo quòd in illa contemplatione & actione Chriſtianus per omnia debet eſſe ſimilis Chriſto, at nihil eſt quo ſimiliores Chriſto efficiamur, ait Chryſoſt. d quàm dum ex charitate proximo deſeruimus. *Nihil enim adeò poteſt nos Chriſti imitatores efficere vt erga proximum cura*; & hæc de obligatione, ac per conſequens de dignitate amoris proximi dicta ſint.

Debitum charitatis quomodo ſoluendum ſi perpetuum eſt.

Quis dicitur proximus.

Aliquando prius proximo quàm contemplationi & rebus diuinis incumbendũ.

Rom. 13.

a Inſtit. 41. de Deo vnicè diligendo. Epiſt. 45.

NOTA. Videndus eſt omnino Maldonatus noſter in Euangel. Luc. 10 ad illa verba, *& quis eſt meus proximus.*

b In Ioan. *Noli me tangere.*

c Hom. 4. Philip. 1. 23. Iſai. 6.

d Hom. 18. in cap. 10. 1. ad Cor.

21. II. Modum formámque diligendi alterutrum aperiamus. Quem Chriſtus vno verbo clauſit. *Sicut dilexi vos (modo, ratione, & fine quo ego dilexi vos.)* Et antequam vlteriùs progrediamur, ex hoc iam liquet ratio diligendi fratres, videlicet quia dilecti ſunt à Chriſto. Nam vbi Chriſtus quid amaret inuenit, quare ego non inueniam, nam & hæc prærogatiua & dignitas, dilecti Chriſti, amabilem facit proximum, ſicut amatur & ſuſpicitur inter homines ille qui regi charus eſt. Et premit anguſtiùs hæc ratio ſi cùm eſſet rex Chriſtus, & homines ſerui, non ſolùm Dei per creationem, ſed dæmonis per culpam eos ſicut amicos allexit, adamauit, *iam non dicam vos ſeruos*, & ſerui inter ſe conſerui eiuſdem Chriſti ex amore eius non ſe inuicem charitatis vinculis deuincient, & eleganter quidem, & per tropum non dixit, *ſeruos fuiſſe*, ne miſeram conditionem refricaret, & obiiceret, *iam non dicam vos ſeruos, yo no dire que ſois ſieruos ſino amigos.* Cæterùm vos obiter memineritis quid fueritis, vt non difficulter conſeruos & amicos diligatis: *ſicut dilexi vos.* Et quo pacto Domine nos amaſti? dicam, *ſicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos.* O ſublimem dignitatem! iam eadem ratio eſt amoris Dei atque noſtri, ſicut me Pater ſinceriſſimo, almo, & ſpirituali amore

De modo diligendi proximum.

Rationes diligendi fratres.

dilexit

dilexit quaſi vnigenitum filium naturalem & conſubſtantialem, ſic etiam amo vos quaſi filios amoris arte adoptatos, quamobrem quaſi fratres ſpirituales filióſque Dei inuicem diligite. Item etiam ſicut Pater in me imaginem & figuram veram & viuam ſubſtantiæ ſuæ dilexit, ſic ego in vobis meam imaginem adamaui, ad cuius formam facti eſtis: vos ergo pari ratione debetis alterutrum imaginem Chriſti in proximo diligere, quia Dei eſt, & mea imago, ita vt in eis quod eſt imaginis æſtimetis, non verò colores, & ea quæ accidunt, & abeſſe poſſunt, lucrum, diuitias, decorem, ingenium, ſed Deum in fratre penetrando diligite, vt vtilis ſit dilectio, nam ego imaginem Patris in vobis deleram & collapſam intuens vitam in ea reformanda collocaui, ita vos diligite, vt ſic deinde vobis inuicem ſubueniendis & ſaluandis incumbatis. Sit denique firma indubiaque charitas, nam ſicut ego dilexi vos, quia ſic Pater præſcripſerat, quia amat vos, & quia ego oraui, & obſequio meo impetraui, ſic vos diligite vos inuicem, quia hæc ego mando vobis, & obſecro, & bene meritus ſum. Agamus igitur de reformando amore noſtro ſecundùm hanc regulam, vt Deum in omnibus diligamus, maximè in proximis, tanquam depicta imagine Dei, & amore eiuſdem Dei, à quo tanquam à principio & fonte dulcedinis omnia charitatis obſequia & officia promanant.

Ex his primò ſequitur amorem generalem & vniuerſalẽ erga omnes proximos eſſe 22.
debere nullo habito reſpectu aut acceptione facta perſonarum, ingenij, pulcritudinis aut elegantiæ. Nam priuata amicitia cùm rationi alicui particulari nititur, non eſt ſecundùm veram charitatem, imò potiùs ſæpe contra illam; iniquum eſt regiam virtutem exiguis limitibus continere, & rationibus priuatis concludere, ſecundùm quas vix datur vni aut alteri amico locus, imò ipſe homo ſibimet grauis eſt, nec capit ſeipſum, niſi per charitatis latitudinem dilatetur. Audi D. Paulum. *Os noſtrum patet ad vos, ô Corinthij, cor noſtrum dilatatum eſt.* nam qui amore proprio conſtringitur, amore Dei dilatatur ad proximos. *Non anguſtiamini in nobis, anguſtiamini autem in viſceribus veſtris, todos juntos eſtais anchos en mi coraçon y cada vno eſta eſtrecho en el ſuyo por que el amor proprio no cabe conſigo. Eandem autem habentes remunerationem*, id eſt, eandem nobis rependentes vicem, *tanquam filijs dico, dilatamini & vos.* quaſi dicat, ſi diligitis ob beneuolentiam, aut proprium guſtum, *dilatamini*: nam nimiæ anguſtiæ ſunt in corde quod paucos, aut ſingulos capit. *dilatamini* vſque ad amorem charitatis Dei, & deinde facilè omnes capietis, ad Philip. 1. *Teſtis enim mihi eſt Deus quomodo cupiam omnes vos in viſceribus Ieſu Chriſti.* Videte latitudinem, ad quam vos inuito, ad viſcera Chriſti, in quibus omnes ſine anguſtia fuimus, omnibus notis & peccatis pleni.

Primò acceptio perſonarum longè abſit.

2. Cor. 6.

Erit ſecundò charitas patiens moleſtiarum, & ægritudinum, nec non detractionum 23.
proximi, *no ay poco que ſuffrir en vna condicion reueſada*; ingenium enim prauũ & peruerſum exercet patientiam cuiuſcumque eximij, & ſpiritualis viri, niſi in vera charitate firmus ſit. Quàm grauiter afflictus eſt Moyſes populi murmure, cùm Deus ad meliorẽ frugem reducere eos, & pane cæleſti nutrire voluit, omnes pariter plangere inciperent, ollâſque & cepas Ægypti amiſſas quererentur. *Sed & Moyſi intoleranda res viſa eſt, & ait ad Dominum: Cur afflixiſti ſeruum tuum, &c. nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi: porta eos in ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulum.* Sed & nunc etiam exiſtimo has querelas ad Deum mittere ſuperiores & prælatos. Sed hæc quàm leuia erant Paulo, quia ſe veram matrem reputabat Galat. 4. *Filioli mei quos iterum parturio.* & ſicut nutricem, vt 1. Theſſ. 2. *Facti ſumus paruuli in medio veſtri tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos.* Intrauerat enim in viſcera Chriſti, vnde dignitatem matris & latitudinem cum patientia traxerat; inde viſcera amoris nobis & prælatis ſumenda ſunt, vt omnia deuoremus, nec ob leuem maculam viſcera claudamus. Sicut aliqui delicati & faſtidioſi, qui pomum vel pyrum pulcrum reſpuunt, quia ex vna parte verminoſum eſt, ex altera leui caſu contuſum: omnes igitur aliorum matres effici ſtudeamus, at ſaltem fratres ſimus aliorum ægritudines aut inopiam tolerantes, ſolet enim euenire, vt poſt inſomnem noctem & laborem matris in lactando filium, reliqui fratres plãctus pueri non ferentes ad matrem accurrant accuſandam, culpandam, & vocibus fatigandam. Sic poſtquam vigilauit ſuperior, ille alter commoto animo & perturbatus tentatione culpã ſuperiori refundit, cùm deberet ante hæc omnia per charitatem ſe cohibere. Ama igitur ex dilectione Dei, ſicut filius Dei nos dilexit ex amore Patris; & Pater per amorem filij, & Pater allegat beneficia Chriſto collata, & Chriſtus refert merita, & opera exhibita, vt vterque nos ament amore quidem indubio & firmo. Sic ergo Chriſtus allegat ſua in nos collata beneficia, vt propter hæc fratres noſtros amemus. *Sicut dilexi vos.*

Ingenium & mores graues proximi tolerandi.

Num 10. 11.

Simile.

24. *Iniuria deuoranda.* Tertiò fortis erit charitas ad deuorãdas iniurias, & inimicos diligendos, in quo maximè charitas Dei comprobatur, quia hic non ſolùm non inuenit quid amet, ſed ſunt multa quæ odit, vnde purior charitas, & quaſi in fornace probata omni alio reſpectu libera, fortis euadet: fortis igitur eſt dilectio, quia odium inimici ſuperat *Vince in bono malum.* Ars quidem mirabilis & efficaciſſima ad amorem conciliandum dura perferre & indigna, multo magis quàm bona conferre, in eáque charitas ad ſummas anguſtias reducitur, vt Chriſtus Dominus *Pſalm.* 108. ſignificauit, *& poſuerunt aduerſum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.* Vnde ad iuuandam charitatem in hoc conflictu duo media ſuppetunt. Primum euellere ab animo noſtro ſuſpicionem, velle nempe alterum malum mihi infligere, quia ſæpe hæc ſuſpicio ſine fundamento ſubit animum, &c. fermentum eſt tentationis & odij. Bonauent.[a] *Quidquid potes excuſare in bonam partem interpretare, ſi vis cor tranquillum habere cum alijs, & alios non turbare, & per hoc materiam ſubtrahis ne charitas, ſi exigua eſt, tepeſcat omnino.* Secundum eſt eiuſdem Bonauenturæ, *Si aliquis domeſticus tuus, vel vicinus tibi fuerit in corde oneroſus, illi ſtude magis obſequioſus eſſe, & affabilis, & citò ſenties remedium illius morbi.*

25. *Amor Dei temperat animũ ad proximi dilectionem.* Quartò inde etiam talis erit amor, & diuina vnctione charitas temperabitur, vt nuſquam flectatur, ita vt cauſa diligendi homines, Deo offenſa ſit, aut diſplicent, cùm homines ex amore Dei diligat. Ex quo patet remedium, vt angore facile liberentur qui vellent omnibus placere, omnes lucrari, & obſequiis ad ſe pertrahere: nam ſicut particularibus rationibus perſpectis non poſſumus omnes diligere, ſic nec placere omnibus. At ſicut non tenetur alios diligere niſi ex Dei amore, ſic nec aliis debet nimium placere, niſi in quantum eis diuinam voluntatem placere, Deóque obtemperare deprehenderit. Quamobtem tota cura in Dei voluntate collocanda eſt. *Omnibus placere difficile eſt.* Bonauẽtura[b]. *Sed cùm in mea voluntate non ſit quòd tibi placeam, ſed in tuo arbitrio, vel affectu, ideo nihil in hac parte melius video, quàm quòd ſoli Deo ſtudeat homo placere, & proximũ non ſcandalizari, & ſic ſi hominibus placeat, vel diſpliceat, humiliter & patienter feret.* quod ipſe Chriſtus indicauit, dum ait, *vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos, & ſicut dilexit me Pater; & ego dilexi vos.* Curate vt in meo amore perſiſtatis, ex eo enim amor proximorum manabit reciprocus quidem quo alterutrum diligatis.

26. *Vitia quæ incidere ſolent in amorem proximi.* Hi dulces effectus ex dulciſſima radice & charitate Dei in proximum procedunt, quia pura eſt, & Dei amoris germana, ſi enim in priuatos reſpectus deflectat (qui tot ſunt, quot fines amoris) plures habet defectus & vitia proximorum amor. Tres autem præcipuos diſtinxit Bonauent.[c] *Familiaritas ſi fuerit ordinata, non erit blanda, improba, puerilis.* blanda illa eſt, quæ in lenocinio verborum dulcium & ſuauium conſiſtit, nam ex ſimili affectione, degener charitas naſcitur, ſpuria verba, & quæ carnem ſapiunt, quámque incurrunt improuidi, & inexperti adoleſcentes. De hac Bonauentura[d]. *Sicut praui caupones vendunt viliora ſub ſpecie melioris maximè rudibus & inebriatis, ſic ſolet permutari amor, qui primò bonus & ſpiritualis videbatur, cùm ſobrietatis & diſcretionis metas exceſſerit in carnalem tranſit, quia aſtutus diabolus, primò occultat tentationis laqueum, donec amor viteſcat & tenax ſit. Sicut viſcus quo capiuntur auiculæ*, &c. *Vitia amicitiæ quæ non eſt ſecundùm Deum.* Signa autem huius amoris degeneris & carnalis multa ſunt quæ ibidem deſcribit S. Doctor, aliqua margini adiecimus *. Secũdum *non ſit improba*, id eſt, cum damno alterius proximi, iam enim amicitia in coniurationem tranſit. Prou. 1. 10. *Fili mi ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis*, &c. & propriis lucris inhiant. nam inde ſequitur, *omnem pretioſam ſubſtantiam reperimus*, &c. *eſta gente no es para medrar ſino con deſpojos de otros; fili mi ne ambules cum eis*, &c. nec ſibiipſis fideles ſunt, *ipſi quoque contra ſanguinem ſuum inſidiantur, & moliũtur fraudes contra animas ſuas, oy ſe juntan contigo contra aquel y mañana con aquel contra ti.* Fuge ergo. Tertiò *non ſit puerilis*, amicitia enim puerorũ ad hoc ſolùm eſt, vt merendas & ientacula miſceant, & colludant, & vanas narratiunculas referant; ſic aliqui ſe amant ad ientacula & cœnas, ludos, donariola, miſſus, & vt noua ſcribant, & inter ſe conferant vaniſſima: regat igitur amorem ſancta ſeueritas, in omnes æqualis ſit beneuolentia, vt nimius amor in omnes diffundatur, benignè tolerando ingenia, mores, defectus, & alia onera quæ iamiam refero.

27. *Quænam toleranda in proximo.* III. *Alter alterius onera portate.* Si enim qui diligit proximum legem impleuit, quid multum à vobis exigam vt onera veſtra adinuicem portetis, quæ tali digna ſunt præmio. Primò igitur ferre debemus naturales defectus, ſi imbecillioris mentis aut corporis ſit, ſi ſeruus, ſi claudus, & ſicut Paulus qui ad Philemonem ſeruum mittens, *ſuſcipe*, inquit, *viſcera mea.* Vide qualia habet viſcera Paulus ex quo amat. Secundò defectus caſuales & fortuitos ſi in paupertatem, infamiam, ægritudinem

inci

a De informatione nouitiorum parte 1. c. 15.
b Suprà.
c In ſpeculo diſciplinæ c. vlt.
d De proceſſu religioſ. 6 c. 15.
* Ratò ſpiritualia tractãd, ſed frequẽter inutiliũ miſcere ſermonem, maximè exaggerando mutuã dilectionẽ, cùm ruminant quantũ mutuo ſe diligãt ita quod ad huiuſmodi colloquia non ſufficiant horæ diei, ſed ſemper quando conueniunt poſſunt habere materiam loquendi inſatiabiliter. Secunda cor inquietum dum abſentes ſunt. Tertia impatiẽtia aut zelotypia, quia alios diligit amicus. Quarta omnia ira ad quamlibet offenſam ingratos appellando, & obiiciẽdo illis exhibita beneficia collata, quæ omnia longè abſunt à vera ex Dei amore amicitia.
1. Cor 13. 5.

incidit, vel in ſenectutem venit. *Non ſit ſchiſma in corpore, ſed idipſum pro inuicem ſolicita ſint membra, & ſi quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra*, &c. Sicut puncta quæ in libris muſicæ, ſunt quædam ſunt in regula, quædam in ſpatio, *Sane* & omnia iuuant ad cantum, harmoniamque componunt, ſic inter proximos quidam ſunt in regula, & legem obſeruant, alij ægrotant, & extra legem ſunt; alij in ſpatio ſenio confecti, non illos excludamus, conſonant etiam, & ad cantum neceſſarij ſunt, & patientia eorum & orationibus onera noſtra faciliora ſunt, ſenes præcipuè, quorum ſanitas deſperata eſt, quibus etiam aliqua ſine vitio ſingularitatis dari debent ad oblectationem & delitias, quæ iuuenes non decent, nec licent. Sicut cùm 3. *Reg.* 1. ſenio iam confecto Dauidi puellam illam in vxorem dederunt, quæ regem foueret, ſeni quidem licitum, & congruum, ſed iuueni haudquaquam permiſſum; eandem enim puellam petiit Adonias, & eius cauſa interfectus eſt. Tertiò culpas etiam ferre & tegere ex charitate debemus. Galat. 6. *Fratres ſi* 28.
Condonatio iniuriarum ex charitate facilis eſt.
præoccupatus fuerit frater in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite (non dixit, corripite) *in ſpiritu lenitatis, Dios nos libre de vnos eſpirituales zeloſos y poco vertuoſos ſon crueles que no ſe pueden aguardar.* hæc vna fuit ex multis non leuior tribulatio Iob. Pſalm. 42. *Iudica me Deus de gente non ſancta; ſeñor auocâ mi cauſa para vos y no la ſentencien eſtos zeloſos no ſanctos, conſiderans teipſum ne & tu tenteris.* Quartò iniurias nobis illatas perferamus, nam in nobis eſt radix & cauſa inquietudinis, minor humilitas, exigua patientia, & exemplo Dauid manum Dei in manu proiecti Semei deprehende, *dimitte vt maledicat Dominus, præcepit ei vt malediceret David.* Meliùs Chriſtus Dominus ad Petrum; *calicem quem dedit mihi Pater non vis vt bibam illum?* Certè Domine, manus Iudæ intingit bucceilam, & hic eſt traditor, manus Pontificum te comprehendit, manus miniſtri te alapa percuſſit? ſed neſcitis, inquit, quia manus Patris tetigit me; en ipſe ait, *percutiam paſtorem*, &c. *quanto a la pena que yo padeſco el lo ordeno.*

Quintò etiam excellentias fratrum noſtrorum ſupra noſtras, ſuſpicere & tolerare debemus. O quanta ſunt toleranda, inuido grauiſſima, puſillanimi verò ſunt qui hæc 29.
Excellentias fratrum ſine inuidia æſtimemus.
Num. 23. & 24. ægrè ferunt. Nam excellentiæ Dauid, Abelis & Ioſeph tam graues fuere, vt nec Cain, nec vndecim viri, nec gigas ille Saul portare potuerint; tu liuor inuidiæ, tu tepor charitatis in cauſa es; inde oritur taciturnitas, parcitas in laudando fratres, ſicut cùm Barach rex vocauit Prophetam Balaam vt mala imprecaretur populo Dei, ad hoc autem conſtituit eum in monte, ſed non potuit maledicere, videns pulcritudinem Iacob, & exercitum ſpecioſum Iſrael, tunc iuſſit in alium montem aſcendere, quia fortè minus pulcra videbuntur tibi caſtra Dei, & tunc ex illa parte maledices eis. Sic vobis contingere ſolet, nam ſi aliquid pulcrum & excellens in proximo ſplendet, alia ſtatim quæritis quæ in eo minus decora, aut grata ſint, vt poſſitis maledicere. Sed cùm Barach comperit nec ſic poſſe maledicere, in alium montem duxit, ex quo non poſſet omnia caſtra Iſraelis videre, ſed partem eorum. Quod ſic euenit nobis, aliquando enim non plenè audemus proximum cum omnibus ſuis dotibus intueri, ne laudare eas cogamur, ſed ad medietatem partim videmus, partim conſiderare nolumus, ſed cùm nec ſic potuit, ait Barach, deſine eum, nec maledicas, nec benedicas; ita tu cùm audis laudari fratrem, nec vitupetas, nec laudas, ſed diſſimulas, vel taces; quòd ſi interrogaris quid tibi viſum ſit, poſt longas moras, *bene*, ita frigidè exprimis, vt perinde ſit ac ſi dixiſſes, *malè*, at vbi Dei charitas viget, ô quàm libenter bona proximi audiuntur, prædicantur, *frater noſter es, creſcas in mille millia, & poſſideat ſemen tuum portas inimicorum tuorum.* Amen.

VERBVM PATRIS.
Nahum 2. verſ. 1.

Aſcendit, qui diſpergat coram te,&c. *Ibidem* 3. 16. Plures feciſti negotiationes tuas quàm ſtellæ ſint cæli : bruchus expanſus eſt , & auolauit.

Summus Rex Chriſtus diſcutit ſeruos , & rationum ſummam colligit : ſalutem promittit , & fraternam dilectionem iniungit.

DISCVRSVS CLXVI.

1. *Reciderunt in peccata Niniuita & à Propheta increpantur.*

VRBIS Niniues excidium, & imperij in ea conſiſtentis , multis antè annis per Ionam prænuntiatum , tunc quidem executioni mandatum non eſt , eo quòd pœnitentiam egit , & Dei miſericordiſſimi gratiam ſibi conciliauerunt Niniuitæ. Sed quia Dei remiſſione accepta iterum ſuperbierunt , & ad vomitū rediere , Iſmaelem affligentes , & ſuffocantes , ita Dei iram concitauerunt vt non modò pœnitentiæ locum, nec auxilium ad eam obtinendam conceſſerit , ſed miſſo Nahum ſanctiſſimo propheta Ionæ renouarit minas, & certam principis vrbis Aſſyriorum , & ampliſſimi eorum imperij vaſtitatem prædixerit. *Aſcendit qui diſpergat coram te, qui cuſtodiat obſidionem. Plures feciſti negotiationes tuas quàm ſtellæ ſunt cæli: bruchus expãſus eſt, & auolauit.* hoc eſt, plurimi illi tui negotiatores non proderunt tibi , nam mox vt famam belli audierint auolabunt cum rebus ſuis inſtar locuſtarum. in quibus Prophetæ verbis id ſtabilitum videas , quod poſtea Marcioni probare contendit Tertullianus. Somniauerat hic flagitioſus homo Deum qui vtique bonus erat , ſed minimè iuſtus , quem cùm redarguit Tertullianus, [a] illud quaſi planum ſtatuit, *Iuſtitiam plenitudinem eſſe diuinitatis ipſius quæ exhibet Deum perfectum , & Patrem & Dominum, Patrem clementia , Dominum diſciplina , Patrem poteſtate blanda , Dominum ſeuera , Patrem diligendum piè , Dominum timendum neceſſariè : diligendum, quia malit miſericordiam quàm ſacrificium : & timendum , quia nolit peccatores ſui iam non pœnitentes. Ad omnia tibi curris Deus , en todo correu parejas en Dios bondad y iuſticia.* Quod ſi minus credis , exhibeantur tabulæ , & primi illi proceſſus humani generis euoluantur. Inuenies, *Igitur vſque ad delictum hominis Deus à primordio tantùm bonus , exinde iudex & ſeuerus , & , quod Marcioniſtæ volunt , ſæuus. Statim mulier in doloribus parere , & viro ſeruire damnatur : ſed quæ antè ſine vlla contriſtatione per benedictionem incrementum generis audierat ; creſcite & multiplicamini : ſtatim & terra maledicitur , ſed antè benedicta : ſtatim tribuli , ſed antè fœnum , & herba , & arborum fructus : ſtatim ſudor & labor panis , ſed antè ex omni ligno victus immunis , & alimenta ſecura. Nec natura enim inoueratam debuit continuiſſe bonitatem , nec cauſa diſſimulatam euaſiſſe ſeueritatem , ni la naturaleza ſufrio ocioſa la bondad pudiendo hacer tanto bien , ni la cauſa y peccado pudo hazer que callaſe la iuſticia tanto mal.* quod licèt liquidum planúmque ſit , vt ipſe ait , ex ſententiis quas tulit in initio iuſtitia , *cum videlicet inter lucem & tenebras ſeparatio pronuntiata eſt , inter diem & noctem , inter cælum & terram* , &c. at propheta Nahum in vna eadémque vrbe priùs per pœnitentiam ſaluata, pòſt verò per ingratitudinem damnata bonitatem Dei oſtendit , vt exinde ſeueritatem & iuſtitiam, à qua nec negotiatio, nec potentia liberare potuerunt ciuitatē , & ingratam Deo, & Iudæis infenſam & grauiter affligētem.

a Contra Marcionem lib. 2. c. 11.

Iuſtitia Dei attributum propriiſſimũ.

Iuſtitia in Deo, non ſæuitia.

2. *Fides, ſpes & charitas has vna parabola ſtabiliuntur.* DIVISIO DISCVRSVS.

Hoc ipſum parabola illa continet Matth. 18. *Simile factum eſt regnũ cælorum homini regi qui poſuit rationē cum ſeruis ſuis*,&c. & quidē tria docet, quæ maximè Chriſtianum decent , fidem , ſpem, & charitatem , in quibus à Gentili homine diſtinguitur. Nam dum ait , *homini regi , qui poſuit rationem cum ſeruis ſuis* , iuſtus oſtenditur , non bonus ſolùm , vt putauit Marcion , idque fide ſtabilitur, quæ iudicem ſperat. Secundò cùm oblatus eſt ei vnus qui ingentem ſummam debebat, & nihilominus remiſſionem accepit , ſpei doctrina ſulcitur de tanta Domini benignitate. Tertiò denique cùm hic conſeruum ſuffocat ob exiguũ debitum, & tormētis æternis cruciandus datur, charitas Dei etiam proximè valde commendatur, quæ tria Euangelium diſtinguunt, & diſcurſum , quo ſigillatim iamiam vnamquamque virtutem perſuademus.

3. *Seueriſſimus iudex expectatur.*

Ideo aſſimulatum eſt regnum cælorum homini regi. Nullum eſt verbum quod ſeueritatem & iuſtitiam Dei , fidémque venturi iudicis non confirmet. Negotium enim regni cæleſtis comparatur homini regi qui conſilium & tribunal apud homines ſtatuit ſubducendæ rationis omnium beneficiorum. Amos enim vidit Deum *concutientem domum Iſrael, & filios eius in cribro* , & non caderet lapillus ſuper terrã. Iob , *ſignaſſe* vidit *quaſi in ſacculo omnia peccata ſua , como moneda cerrados y ſellados* , & eo magis , quo grauiora ſunt crimina. Sicut cùm nummus aureus in ſecretiori ſacculi parte reſeruatur , *el peccado que toma yo por ſencillo hallare que le guarda Dios como doblon.* Daniel quaſi in ſtatera appenſum vidit regem qui tremere cœpit , *& inuentus es minus habens.* Paulus non iam opera ponderare vidit, ſed ſpiritus, *ſpirituũ põderator eſt Dominus, del mas minimo penſamiento tiene raçon y pedira cuenta.* Verba autē quæ ſequuntur, *homini regi*, ne putes ad ſummam pietatē, vt putat peccator, ſed ad ſeueritatē & æquitatem pertinere ; nec enim fruſtrà dicitur *homo*, ſicut alibi, *Pater dedit poteſtatem filio, quia filius hominis eſt*, & ipſe ait, *Cum venerit filius hominis* , & morti

Amos 9.

Nomen filij hominis diſtrictum iudicem venturũ denotat.

morti proximus coram omni concilio, *tunc ve- niet filium hominis in nubibus.* Hinc enim colligo

Hebr. 10.

ego, *quàm terribilis ſit expectatio iudicij,* vt ait Pau- lus. Et cauſam ſubdit, *ſcimus enim qui dixerit mihi, vindictam, & ego retribuam, ſabemos ya quien eſta preueydo juez, y es Dios y hombre tan bien.* Satis eſt ô Paule ſi dicas, Deus eſt qui venturus eſt vin- dicare & retribuere. Minimè, ait Paulus, nam quia homo eſt, illa maximè beneficia reuoca- uit in iudicium, quæ nobis homo factus con- tulit, quod ſuper omnia terribiliſſimũ eſt. Qua- re dum omnium donorum ratio ſubducetur, il- lud maximè pendendum erit, quòd beneficia accepta à Deo homine ſint exhibita. Quare legens Hieronymus librum, in quo Deus quaſi ratiocinator pœnam culparum memoriæ man- dat *Exod.* 32. vbi legimus, *oblitus es Domini crea- toris tui,* ſi Hebræa ſine pũctis, vt ait Hieron. le- gamus, hæc verba inueniemus, *oblitus es Deum vulneratum tuum.* nam non ſolùm ipſi vt creato- ri addictus eſſe debebes, ſed cauſa etiam redem- ptionis; quare ab vna tranſgreſſione Dei ad

4\. aliam offenſam Redemptori illatam tráſit Pau- lus, cùm ait, *Quanto magis putatis deteriora me- reri ſupplicia qui filium Dei conculcauerit, & ſangui- nem teſtamenti pollutum duxerit, ſi en la vieja ley el ſerojar el dia de fieſta o otro peccado ſe paga con muerte del peccador e de vn animal que pena ſe dara al hombre quando el cargo ſea de auer derramado la ſangre del hijo de Dios.* quod iudicium nulla ra- tione mitigandum, nec temperandum, eo quòd verbo iſto *regis, homo* adiungatur. Audi Augu- ſtinum[a] verba Chriſti Domini (in quo duæ erãt voluntates) acutè ſatis expendentem, *Omne quod dat mihi Pater ad me veniet, & eum qui venit ad me non eijciam foras, quia deſcendi de cælo, nõ vt faciã vo- luntatem meam, ſed voluntatẽ eius qui miſit me. Ma- gnum ſacramentum, ideo ergo eum qui venit ad te non eijcies foras, quia deſcendiſti de cælo, non facere volun- tatem tuam, ſed eius qui te miſit.* Quid hoc igitur ſi tuam voluntatem faceres, & voluntate huma- na pora & ſola operateris non moreretis? Certè hoc ſequitur, inquit Auguſt. ex hoc verbo, ve- rùm ipſum clarius dixiſſe Patri, ſuo refert tex- tus, & interpretator eius ſponſa quæ doctoris munus in terris habuit, ait enim, *Pater ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte,* ſed vt clariùs agam, quia homo ſum, & filius Dei, *non ſicut ego volo, ſed ſic- ut tu.* Hoc eſt, Pater mi, ſi ſanguis meus tantæ dignitatis conculcandus, & obliuioni eſt dan- dus à peccatoribus multis, abba Pater, aufer ab eis tale iudicium, nam ſi ſemel ego mortẽ ſubeo, tale crimen erit meum ſanguinem conculcare, vt conſultius duxerim, & ex voluntate huma- na (ſi in ipſa ſola conſiſterer) eligerem, nõ mori: nam ſi ſemel filius Dei cùm ſim, & homo, à te iudex conſtituar viuorum, & dicatur me in iu- dicem aſſumptum, *quia filius hominis ſum,* quod iudicium putas impendet mortalibus? quo ſup- plicio afficiendi qui rei ſanguinis mei fuerint? *nẽ ſicut ego volo, ſed ſicut tu,* fiat, nã tanto præuiſo ma- lo mea voluntas teneret mortẽ ſubire, ne ipſos terribilis expectatio iudicij ſubſequatur.

Quanta ſupplicia merebitur qui Redemptorem contempſit.

a Tract. 25. in Ioan. Ioan. 6. 37.

Sancta Catharina Senenſis habes alibi citata verba ex vita eius apud P. Salmeron tomo de paſſione. *Ingrati ſanguini Chriſti puniendi grauiter.*

5\. *Regi.* Auget ſeueritatẽ Regis nomen, tali enim occaſione aſſumptum comminationem infert & timorem, ſicut cùm ſeparet in iudicio damnan- dos ab his qui ſaluandi ſunt, dicit textus, *tunc dicet rex.* Nam cùm amatoriè agit, nuſquam no- men Regis in canticis auditur, vt notauit Hie- ron. *Vbi ad ſponſa amplexus venitur, neſcit ſe eſſe*

Regis nomen in Chriſto ſeueritatem indicat.

Regem, modò verò Regis nomen inculcat. Quòd ſi *homini* adiungas *Regis* nomen, ne putes ex hoc miſericordiam præferre, ſed materiam & cauſam iudicij continere; iudicium enim con- tra eos erit terribile qui in proximos immiſe- ricordes, aut crudeliores fuerunt: contra hos autem hæc duo verba ſummam rei cauſámque continent damnationis, videlicet, Deum ho- minem factum, & Regem potentiſſimum ho- mines ſumma pietate & amore fuiſſe proſequu- tum, & infinita delicta condonaſſe: nam no- men regis diuinitatem deſignat. Hic autẽ Deus & Rex ſummus maieſtatem ſuam in parcendo inimicis maximè oſtendit; quamobrem cùm Moyſem legauit ad Pharaonem, & virgam mi- rabilem conceſſit, ſciens quàm inobediens fu- turus eſſet Rex, præmonuit ne abuteretur po- teſtate, & quaſi homo in hominem inuehere- tur, ſed quaſi Deum ſe gereret, parcè vtendo poteſtate & virga. *Ecce conſtituo te Deum Pha- raonis, mirad que es hage perdonador de Pharaon por diez veces que es decir ſin limite.*[a] Et licèt fa- cultas & poteſtas virgæ etiam ad elementa ex- tenditur quæ tibi obtemperabunt, titulum au- tem ne putes reſpectu eorum datum eſſe tibi, ſed reſpectu eius qui capax eſt veniæ, hoc enim ego cupio indulgere, quare vt homo poteris iram in elementa & bruta exercere, in Pharao- nem verò eſto parcens, *Deus Pharaonis;* diuini- tas enim magis ſplendebit in parcendo homini, quàm in patrando miracula, in aëre, aqua & animantibus. In hac maximè indulgendi volun- tate Iacob videtur etiam in mediis tenebris co- gnouiſſe Deum: nam cùm inter luctandum reuelaſſet illi mortem & paſſionem ſuam quam à filiis eius paſſurus erat (vt aliqui putant) & cùm in ipſo tanquã in capite illius populi vin- dictam ſumere poſſet, benedictionem potiùs illi conceſſit, *& benedixit ei in eodem loco,* ſtatim Iacob Deum cognouiſſe fatetur. *Vidi Dominum facie ad faciem, ya le he conocido Dios es en perdonar;* nec enim homo id faceret, nec dæmon imitari poſſet hoc quod eſt remittere iniurias, nec re- uelationi inſiſto, in qua falli poſſem: eſt ergo aut Deus, aut Dei filius, qui ſic remittit iniu- rias. Auget hoc vtriuſque verbi copulatio, *ho- mini Regi:* nam cùm Rex iſte in ſeipſo eſſet, à nemine iniuriã aut offenſam accipere poterat: (vnde docti Theologi anſam ſumpſerunt aſſe- rendi inter nos & Deum rigoroſam iuſtitiæ ra- tionem non eſſe, quia ſicut ſumma eius felici- tas, potentia, dominium, & ſufficientia, noſtris iniuriis damnum non accipit, nec noſtra ſatis- factione lucrum, ita noſtri ad eum nulla rigo- roſa iuſtitia, iniuſtitia aut compenſatio eſſe po- teſt; quare qui nullo damno ex iniuriis affici- tur, non mirum ſi eas facilè condonet. Vt igi- tur æſtimes remiſſionem tuorum delictorũ, cre- de offendiſſe *homini regi* Deo paſſibili in natura noſtra, & omni probro & iniuriæ genere ex- poſito, vt ipſe ait, *corpus autem perfeciſti mihi,* vel, vt legit Paulus, *adaptaſti mihi.* In hoc ergo eſt charitas, nẽpe quòd homo iſte qui ſicut nos iniurias accipiebat, non vt homo, ſed vt Rex, & vt Deus eas remitteret, & dona vt Rex, & vt Deus conferret, & ex parte illa & natura vi- liori, nempe humana, nihil adhæſerit diuinæ, ita vt ad vindictam induceretur qua homo eſt, nec benignos miſericordiæ inſtinctus auerteret, mirabile ſanè eſt. Pergamus, obſecro, ad deſertũ,

Cauſa damnationis duplici verbo continetur.

Moyſes cur Deus Pharaonis dictus. a Laureto ſilua allegoriarum; Pierius, & alij. *Diuinitas in parcendo elucet magis*

6\. Gen. 31

Iniuriarum condonatio & pietas, opus omnino diuinum.

Noſtri ad Deum rigoroſa iuſtitiæ ratio nõ ex opinione doctorum aliquorum.

Non potuit humanitas noſtra auertere in Chriſto pietatem diuinam

Probatur ex ſacra pagina.

ibi tantæ ebatitatis exemplum reperſſemus, tria enim Chriſtũ in deſerto adumbratunt, nubes, manna, & petra; ita tamen de eis loquitur Paulus, vt Petræ uptimum locum conceſſerit, nam cùm ait, *omnes ſub nube fuerunt, & omnes eandem eſcam ſpiritualẽ manducauerunt*; tamen nõ ait, nubes erat Chriſtus, nec manna erat Chriſtus, at cùm venit ad Petram, ait, *Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra.* & ſtatim addit, *petra autem erat Chriſtus*; quaſi dicat, hæc apprimè Chriſtum præſignat, nam nubes & manna nullas iniurias pertulerunt, de manna enim verbotenus

7\. murmurauerunt, at petra quæ fuſtibus & virga ſemel & iterũ percuſſa largiſſimas dedit aquas * hæc petra Chriſtũ optimè refert, qui cùm ſit homo & rex paſſibilis, & Deus impaſſibilis, dũ percutitur ſicut homo operatur, donat verò & remittit ſicut Deus, ſicut petra quæ virga percuſſa nullas ſcintillas, neque ignem remiſit, ſed aquas ex miraculo largiſſimè fũdit. Sicut cùm adſtãtibus duobus populis, Gẽtili qui aqua indigebat, & Iudæo, qui ſanguinẽ ſitiens poſtulauerat, *ſanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros*, petra ſemel lancea percuſſa, ex latere ſtatim aquã & ſanguinẽ dedit, *exiuit ſanguis & aqua*, quo perſpecto & voce mirabili; qua exclamans veniam poſcit à Patre ſuis inimicis, exclamat centurio, *verè filius Dei erat iſte*, in quo cognouiſti Deũ, non vtique in remittendis iniuriis, etiamſi hoc diuinum eſt, ſed in hoc videlicet quòd dum ſicut homo accipiebat offenſas, ſicut Deus remittebat & condonabat, nec obſtabat humana natura vindictę auidiſſima, quin diuinitas buna largiretur, & mala remitteret. quod vt notum eſſet mundo, Rex iſte inſigne ſui honoris & regni quinque vulnera accepta in cruce elegit, & Paulus ſubiecit cauſam, *vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ ſuſtinuit in multa patientia.* quæ verba imitatur Eccleſia dũ ait, *cui proprium eſt miſereri.* Collige ex dictis vẽturi iudicis ſeueritatem, nam ſi is eſt *homo Rex*, & qui diuinitatem oſtendit indulgendo, & ei proprium eſt miſereri, cùm iudicij materia ſit impietas, crudelitas, & ad tribunal ſiſtendi ſint qui in proximos deſæuierunt, & iniurias non remiſerunt, quale putas hoc iudicium erit ab *homine rege*? vide quod ſequitur.

* Exod. 17. & Num. 20. primò percuſſit petrã, & exiuit aqua: ſecundò percuſſit virga bis ſilicẽ, & egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ.

Quid myſteryi lateat in aqua & ſanguine de latere Chriſti profluentibus.

Vulnera Chriſti ſtēma pietatis & inſigne miſericordia.

8\. *Poſuit rationẽ cum ſeruis ſuis.* Vt huius verbi ſeueritatem intelligas, examinare opus eſt quid ſit talentũ, & quid nomine talenti in Scriptura intelligatur. P. Pineda [a] ait: Quoties antiqui magiſtri Hebræorũ ex Hebræo cõuertebant ſacram Scripturã, verbum *talentum* Hiſpano verbo exprimebant *quintal*, omniũ ponderum & menſurarũ maximã, & ex *Exodo* 38. conſtat ſexcentis millibus hominũ ſingulis dimidiũ ſicli offerentibus centum tantùm talenta duntaxat collecta eſſe. S. Epiphanius [b] ait, talentũ omnẽ menſurã, quæ ponderatur, excedit; verùm iuxta libræ pondus eſt libratum centũ viginti quinque. Quantitas eius vel ex hoc colligi poteſt, quod 4. *Reg.* 5. Nahamã dicitur dediſſe Giezi ſeruo Eliſęi duo talenta argenti, *coegit eum, ligauitque duo talẽta argentea in duobus ſaccis.* & paulo infrà ait Eliſeus ad Giezi, *Accepiſti argentum, & accepiſti veſtes vt emas oliueta, & vineas, & oues, & boues, & ſeruos & ancillas.* Nunc ergo quis valeat ſubducere rationem debiti huius hominis, qui debebat decem millia talenta. Videte quàm viſcoſæ ſint regiæ pecuniæ, & quàm hæreant manibus miniſtrorum eius. Qui potuit vnus homo tam ingens conflare æs alienum, & tantam pecuniam expendere? hinc ſuſpicari cœpit Origen. hunc hominem Eccleſiaſticũ eſſe, neque enim conflaret tantum æs, niſi qui negotia animarum tractat, quod quia ſemel & iterum alibi * diſcuſſimus, nunc prætereo libens. Siſtantur igitur ante tribunal Eccleſiaſtici, reddant rationem prouentuum, & penſionum Eccleſiæ, quibus fruuntur. Quid ais? poteſtne Rex aut prophanus iudex petere rationem à viris Eccleſiaſticis? maximè cùm rex Eccleſiæ vſurpare, examinare, luſtrare, aut vendere ſacrilegum ſit, & quod malè audit apud veteres Patres. Sed quid eſſet ſi iã Chriſtus ſententiam tuliſſet contra ſuos Eccleſiaſticos, cùm enim accederent, & rogarent, liceretne cẽſum dari Cæſari, an non, poſtulato denario dixit, *cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio?* reſponderunt,

Quãtum nomine talenti intelligatur

a Salomone præuio lib. 5. c. 5. n. 35.

b Lib. de põderibus.

Ratio exigitur ab Eccleſiaſticis.

* Infra in diſcurſu 168. & ſer. 4. Ionæ. diſc. 161. vel diſc. 162.

Meritò debetur à prophanis iudicibus poenas Eccleſiaſtici qui in profanos vſus bona Eccleſiæ impendunt.

9\. *Cæſaris*; & ſtatim ſententiam dixit, *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo, todo lo que hallaredes con imagen y forma de Rey prophano y ſicular dad ſelo que la forma lo haze ya ſuyo.* Quare quoties ſub forma Eccleſiæ manẽt bona eius, ſacrilegiũ eſt vel à rege exigi, vel ab aliquo vſurpari: verùm ſi formam mutarunt, vel pedem extra Eccleſiam extulerunt, comprehendantur à Rege, ſicut cùm nocens aliquis cunfugit ad Eccleſiam, tutus eſt in loco ſacro, nec alio nomine nuncupatur, quàm Eccleſia ſum; Eccleſia quomodo vocaris? Eccleſia. Verùm ſi contingat extra Eccleſiam comprehendi, tunc arripitur à miniſtris regis, & ablato nomine Eccleſiæ proprio nomine homicidæ, adulteri aut furis appellatur, & tortori mortique traditur; ſic etiam cùm bona eccleſiaſtica ſemel in Eccleſiam illata ſunt, & intra Eccleſiam inſumebantur, vel in rebus ſacris, vel in eleemoſynis largiendis, accurrebant miniſtri ad Regem, decanus ille aut Epiſcopus poteſt inſeruire tuæ maieſtati, multis millibus aureorum luſtrabatur ſupellex, areæ, ſcrinia, *cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio*, hic eſt calix, hic abacus ad actus pontificales, hæc ſunt ornamenta ſacra, orphanorum veſtes, *reddite ergo quæ ſunt Dei Deo, eſto todo es de Dios y de la Igleſia*, nihil ad Regem pertinet, quòd ſi contingeret Regem aliquid ſacrum vſurpare, ſtatim Angeli vindictam capiebant, & puniebant delinquentem, vt patet ex hiſtoria Machabæorum. At ſi bona Eccleſiæ in alia ſpecie & forma repetiuntur, vel extra Eccleſiam conſumuntur, & quæ inter orphanos expendenda forent, ſumptus equitum & ſuperbiam eorum ſuſtentant, age iam iſta bona extra Eccleſiam ſunt, comprehendite, ducite ad regem, & reddite rationem bonorum Eccleſiæ, apud prophanum iudicem, nam quæ ſunt Cæſaris Cæſari reddenda ſunt. *poſuit rationem cum ſeruis ſuis.*

Nolumus per hæc tria regibus in bona Eccleſiæ deferre, ſed corripiendi gratia ſcribuntur.

Simile.

Ius aſyli & Eccleſiæ inuiolatũ ſeruari debere probãt multa. vide P. Cornel. in Num. c. 35. verſu 33.

2\. Machab. 3.

Accedant equites & principes, reddant rationem Regi Chriſto tot millium aureorum quæ conſumunt & deuorant; iam enim ſplendor & cultus iſte quem in eis videmus emẽtitus eſt, & ſpecie tenus conſiſtit, nã cùm propria bona conſumpſerint, viuunt ex alienis, & ex ruinis alienis faſtũ & ſplendorẽ ſuſtentant, ſunt enim quaſi reges & reginæ, quæ ex lana & filis ſericis pictura textili in tapetibus & periſtromatis maieſtatem repræſentant, quæ ſi cõuertas & retro aſpicias, infinitis filis confractis contexta videbis, & ſpecies quæ deforis eſt, vna & æquabilis à tergo eſt, confractis & minutis filis confecta. Splendent quidem noſtri equites; & reginas 10.

Ratio exigitur equitibus & nobilioribus.

Simile.

repræ

repræſentant matronæ, ſed à tergo, ſi conſulis mercatores, reperies plurimos eorum cauſa fregiſſe fidem, & decoxiſſe bona propter equites, *halleras que eſe reſplandor de fuera es hecho de los quebrados de bancos rotos y mercaderes alcançados y falidos*; difficilius tamen teddent rationem noui & inauditi abuſus, cùm vel per ſe, vel per iuſtitiæ miniſtros munera diſtribuunt & officia inter famulos aut ancillas, vt illis ſatisfaciant, loco doris munus publicum conferendo ej qui ancillam ducit in vxorem, quo fit vt in miniſterium iuſtitiæ vocent incognitum hominem, hac lege vt puellam ſuam vel virgioem, vel viduá ducat, aliter munus ipſi non confertetur. Tyrannus fuit Laban cùm pro Rachel intruſit Iacob Liam, ſed ſi rectè penſemus non multum fefellit, nam licèt pituitoſam dedit, at filia erat æqualis in honore, & fœcunditate maior & felicior, Rachel enim ſterilis etat. Verùm quid infelicius quàm cum munere, quod iute tibi debebatur, & à parentibus nullo renuente tibi concederetur, intrudunt tibi Liam ſine appellatione iniuriæ, ſine ſpe lucraodi & obtinendi Rachelẽ, & Liam debes ducere qualemcũque ſi vis in officio e[illegible] certè Iudæi illi, vt ex prophetia Amus liquet, abutebãtur bonis in pios vſus dicatis, *& pauperẽ pro calceamentis* vendebant, verùm nuſquam facilem iſtum modum ſoluendi debita inuocerunt, nempe munera publica aptando in retributionem famulorum, & loco dotis fœminarũ. *Poſint rationem.*

Munera publica in dotem fœminarũ & ancillarum deſignare non æquum videtur.

Gen. 29.

11. Siſtantur iudices & miniſtri Regis, teddant rationem, nam Deus in medio Deorum iudicat, deferantur tabulæ, Iſai. profert illas, nam tripartita eſt accuſatio iſtorum. In republica ſunt *exceſſus*, exceſſus eſſe nun poſſent ſine *muneribus & donatiuis*, hæc duu pariunt *iniuſtitias*: ergo de primo ad vltimum neceſſe eſt hos iudices munera & duna accipere, vnde ſumptus, ornatus, ſupellex, ampla domus & cenſus annui promanẽt. *In medio autem Deorũ iudicat.* Vide Domine, quia ſunt dij, & diis & parentibus hæc omnia debentur. Certè non ignorauit Deus Dei lucum tenere, ſed ideo conſultò Deos ſpirituales fecit omnino pauperes, & ex piſcatoribus elegit, & de Andrea refertur, cũ aliqua ipſi poſt concionẽ munera offerebantur, repellebat, ſolam renouationem interni hominis aſſerens auidè cupere, cætera regibus remittebat, & vtinam qoidquid ſpirituale damus, ſine ſpe retributionis impenderemus, Miſſam, concionem, lectionem, ſepulturam & reliqua munera, quæ gratis fieri à ſuis, noſter conſultiſſimè imperauit Ignarius. Verũ dij temporales & ſeculares ſunt, ſicut Melchon, aut Molocb, qui Deus & rex erat Amonitarum, & ſicut arca Noë totus ad ſuſcipienda munera diuerſa conflatus, nã in vna manu farinã, in altera cauitate manus turtures, io altera aues, alia vitulum, arietem & hircum, ac denique in alia pueros inflammandos igoe ſumebat. Certè ſurrexit centimanus ille gigas Briareus nuncupatus, apud Nazianzenum [a]; nam licèt vni eorum duæ tantùm manus ſint, tamen cùm *omnes* (vt ait Iſai.) *diligant munera, & ſequantur retributiones*, certè reſpublica centum manibus accipit dona quud grauiſſimum eſt, vt ipſe prædicat Iſai. *Qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo.* Qui locus alludit ad legem Num. 35. *Non accipies pretium ab eo qui reus eſt ſanguinis, ſtatim & ipſe morietur, no perdones pro dinero para obras pias al delinquente muera eſe aunque mueran de hambre los hoſpitales y carceles.* Quid ſi pecuniam accipeter, vt parceret nocentiſſimo homini, & quam non erogaret io pauperes, ſed in filios, & vxores, & ſuperbos ſumptus?

Vocantur ad rationes iudices & miniſtri.

Iſai. 5.

Abdias Babylonicus.

Miniſtri Chriſti gratis ſi poſſunt miniſteria exhibeant, at ſaltẽ non ex intentione ſtipendij.

Palacius in c. 1. Amos.

Miniſtri iniuſti accipiunt munera & dona.

a Orat. de funere patris.

Miniſtri etiam iudicum vocandi ſunt in iudicium, hos tamen accuſabis ex bis quæ diximus *inſtit. 6. ante diſc.* 16. circa octauum præceptum Decalogi. 12.

Vide etiam quæ habes diſc. 10. poſt medium, vbi pellẽdos eſſe e nauis reipublicæ iniuſtos miniſtros probauimus.

A mercatoribus etiam ratio expoſtulanda eſt, non dubium; quod in dubium vertitur eſt, an ipſi Deo rationem reddere poſſint; & hæc eſt cauſa cur Dauid concionem contra diuites ordiens ſeipſum laudat, & ſapientia diuina plenum eſſe ait, *Os meum loquetur ſapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam*, timuit enim ne inſaniam putarent homines diuitias contemnere, & periculo plenas nuncupare. Et ait, *Cur timebo in die mala*, id eſt, cur ſolicitus ne cibus deſit, aut veſtes ſplẽdidæ, & ad fugiendũ diem laborioſum, & malum diuitias auarè colligã, cùm nihil aliud ſint, quàm *iniquitas* calcanei mei, quæ in fine vitæ *circundabit me*, & conſcientiam angore & ſcrupulis replebit, & fortè ſupplantabit in æternum me? *Frater nõ redimit, redimet homo, & non dabit Deo placationem ſuã, & pretium redemptionis animæ ſuæ*, id eſt, *rara eſt redemptio animæ eorum, & rariſſime ſeruantur qui diuitiis inhiant.* Chryſoſt. [a] ex munere ipſo veram eſſe hanc ſuſpicionem elicit. *Quid enim eſt aliud telonium, niſi legitima rapacitas violata fiducia iuſtitiæ legem habens, patrocinante rapina; latro enim cõprehenſus confunditur, iſte rapiens fiducialiter agit.*

Mercatores qualem reddent rationẽ.

Pſal. 68.

Pericula diuitiarum & diſcrimen ſalutis.

Genebrard.

a Hom. 14. ex variis in Mat. locis.

13. Ego verò omnium iniuſtorum rationes difficile reddendas Deo ex Euangelio planũ faciam, nam cùm tot talentis obæratus eſſet regi, *iuſſit eum venundari cum vxore & filiis*: ne putent vxores iſtorum filios & famulos ab iniuſtitiis & pœna liberos eſſe, nam & immenſi earum ſumptus maritos aggrauant, & cogunt iniuſtitias facere, & mirabilia patrare. Refert Ioſephus [b] mirabilem cupiditatem cuiuſdam fœminæ. Duxit Nabuchodunoſor rex Babyloniæ filiam regis Mediæ & Partiæ, quæ in Babyloniam veniens tædio affecta eſt æquabilitate & planitie terræ, vtpote quæ in montuoſa patria nutrita fuerat, hæc cupido coëgit virum ſuum regem vt montana loca & arburibus conſitos montes excitaret ſuper immenſos lapidum aggeres, & lateribus hortos penſiles ædificauit, vnum ex mundi mirabilibus, mulier enim ſcit facile hæc mirabilia, hos montes & difficultates inuenire, &, quod peius eſt, ad inſtar reginæ viliſſimæ mulieres didicerunt, iam montes & accliuitates fabricare, *porque que es la joya coſtoſa ſino cueſta y monte que ſolo Dios y ſu marido ſaben lo que cueſta*, & cùm de Chriſto prædicatum ſit, *erunt praua in directa, & aſpera in vias planas*, vos è contrario veſtris concupiſcentiis oppoſitum nec minus difficile agitis, nam currum, ſellam, domos, famulos & monilia fabricatis, quæ nihil aliud ſunt, quàm montes difficultatum & ſaluationis præcipitia, ideo iubetur etiam vendi vxor cum filiis. Certè rationes iſtæ valde formidandæ ſunt, vrget fides & regem ſeuerum denuntiat, ideo fides paucos habet amicos, quia triſtia hæc denuntiat: igitur accedat ſpes.

Vxores lautè & ſplendidè viuentis reddent rationem ſumptuum maritorum.

b Lib. 10. antiquit. c. 11.

Obligan a ſus maridos a hazer cueſtas en los blanos quiero dezir a hechar ſe ſobre los hombres y conciencias coſtoſas y cargozas joyas y goſtos que lleban cueſta arriba la ſaluacion y davan cuenta entrambos de ellos.

Miſertus autem Dominus ſerui illius, omne debitum dimiſit illi. Eoge peccator, ſi ſeuera iuſtitia omnes aditus præcluſit, en tibi fores pandit miſericordiæ, Chriſtiana ſpes, & 14.

Spes veniæ animos dilatat & excitat.

Digitized by Google

in primis ditiſſimum eſſe in miſericordia regem noſtrum, facili ratione ſubducam: nam ſi hæc verba, *debebat ei decem millia talenta*, debitum declarant, aliud ſupponunt quod Dei diuitias mirifice exaggerat. Quot enim talenta rex iſte haberet, qui vni ſeruorum decem millia gratis remittit. O Dei miſericordiæ immenſitatem! meritò ait D. Leo [a], *Miſericordia Domini nec menſuras poſſumus, nec tempora definire.* Verùm commendat diuinam largitatem celeritas veniæ conceſſæ, & pœnitentiæ vis admirabilis. *Latro ille* (inquit Chryſoſt. [b]) *qui pendebat in cruce, non eguit prolixitate temporis, vt ingreſſum Paradiſi mereretur, ſed tantum ei ſpatij ſuffecit, quantum expendi potuit, donec vnum proferre poſſet ſermonem, ita vt intra vnum momentum temporis totius vitæ ſceleribus abſolutus præcedere ad Paradiſum etiam Apoſtolos mereretur.* Hanc celeritatem etiam demiratus eſt Auguſt. *Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. O magna pietas Dei, vt ad ſolam promiſſionem peccata dimiſerit, nondum pronuntiat ore, & tamen iam Deus audit in corde, quia ipſum dicere quodam pronunciare eſt, que perdona las culpas con vna determinacion de confeſſar las.* Putabis ob celeritatem imperfectum & rude euaſiſſe opus: minimè verò, ait Bernardus, *Fletu renouatur in anima ſimilitudo quædam, & imago æternitatis.* Vnde habet (ô Bernarde) tantam vim pœnitentia, vt ſubitò anima ad Dei imaginē valeat reformari? Dicā, habet vtique ex pedibus Chriſti, quod ſubodoratus eſt hic peccator, cùm dicitur, *procidit ad pedes eius*, & Oſeas 14. *Tollite vobiſcum verba, & dicite, omnem aufer iniquitatem*, &c. Nam, vt dixit Sapiens, *Reges aures habent in pedibus*, & quos proſtratos non vident, minimè audiunt. Melius autem hoc in noſtro Rege adimpletum videmus, de quo *Ezech. 1. & Apoc. 1.* viſus eſt enſem in ore geſtare, & veſtem quidem regiam & oblongam, ſed ſimilitudo, *quaſi aſpectus hominis deſuper, & vidi quaſi ſpeciem electri, velut aſpectum ignis intrinſecus eius per circuitum à lumbis eius, & deſuper, & à lumbis vſque deorſum*, aurum ſplendet, electrum odorem mittit, ignis non terret, hominis figura allicit, & totus ardet amoris flammis, hic eſt proculdubio *thronus gratiæ* (inquit Paulus) *ad conſequendam miſericordiam*, atque adeò ex parte Dei citiſſimè miſericordia impenditur, ex parte verò hominis pœnitentia, ſi vera ſit, ſubitos & mirabiles effectus renouationis agit. Cyprianus [c], in ſummam collegit. *Omnia ligata ſoluit, omnia clauſa reſerat, omnia aduerſa mitigat, omnia languida ſanat, omnia confuſa dilucidat, omnia fracta conſolidat, omnia mortua viuificat.* Nam ſicut Deus flammis amoris accenditur ad veniam, ſic eiſdem flammis anima victima fit amoris, imò holocauſtum gratiſſimum Domino, vt ait Gregorius, quoniam ſuſpiriis & lacrymis flammas accendit; quod ex difficili loco Leuitici patet, vbi agens Deus de ſacrificio pro delicto ait, *Hæc eſt lex hoſtiæ pro delicto, ſanctum ſanctorum eſt, idcirco vbi immolabitur holocauſtum, mactabitur & victima pro delicto.* Quid habet ſacrificium pro delicto vt meritò Sanctum ſanctorum nuncupetur, & in eodem loco fiat cum holocauſto ſupremo omnium ſacrificiorum? quia nempe illud ſacrificium pro delicto ſymbolum erat ſacrificij pœnitentiæ: nam ſicut illud ſacrificium dolorem inferebat animanti, *ſic pœnitentia* (inquit Hugo [d]) *appellata eſt, quaſi punientia, eo quod ipſe homo in ſe pœnitendo punit quod malè admiſit*, & corde gemit, & culpam execratur. Oſeæ 14. *Pereat Samaria in gladio, pereat, quoniam ad amaritudinem prouocauit Dominum Deum ſuum.* Fit autem hoc ſacrificium in loco holocauſti, quia tali affectu poteſt celebrari hoc ſacrificium, vt ſtatim homo pœnitens ad Sanctū ſanctorū, & ad holocauſti dignitatem aſcendat, & plurimis iuſtis præferatur, & altiſſimo gradu præteruolet, & hoc quaſi mirabile opus propoſuit Deus Iob, *Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennæ herodij, & accipitris.* Quorū verborum facilior eſt ſenſus, quàm putant interpretes, ſi ad mores referatur in ſenſu myſtico, nam *c. 30. 29.* ſtruthio dicitur à gemēdo & vlulando, gemitu quidem luctuoſiſſimo, eſt præterea beſtia etiamſi inter aues computetur, & beſtia quidem in Arabia magna, ita vt ſtruthiocamelus appelletur, & ad cameli magnitudinem naſcatur. Vnde ergo habet pennas, vnde ad volatum natus, vnde comparantur pennæ eius pauoni, ardeæ, aut accipitri? in hoc eſt mirabile, ait Deus, terreſtre enim animal pennigerum facere poſſum ſubitò, & altiuolis auibus coæquale. Finge tibi cogitatione [illegible] throno pœnitentiæ peccatorem iſtum cameli magnitudine, tarditate, poteritne plumeſcere hoc animal, & cum iuſtis & Angelis peruolare? poterit, inquit Gregorius, *qui neſcit lugere quod aggrauat, non poteſt proferre quod ſubleuat, dad me vos que el confeſſe ſus peccados que luego quedara aliuiado y ligero.* Sed quomodo poterit plumeſcere? addit, *Vis compunctionis aperit poros cordis, & pennas virtutum effundit, cumque ſe ſtudioſa mens de pigra vetuſtate redarguit, alacri nouitate iuueneſcit.* Et tam ſublimi volatu effertur, vt ſit Sanctum ſanctorum, & in eo tanquam in ſede & throno requieſcat Deus; & contingit vt cùm ipſa peccatrix anima Deum abſentē putat, & à ſe longè poſitum ipſe in corde eius reſideat, & tanquam in viridario oblectetur. Patet hoc *Cant. 5.* ſponſa proculdubio notam incurrit inurbanæ & ingratæ, dum ſponſo de nocte multa vocanti & ſolatio indigenti non reſpondit, receſſit & ipſa in pœnitentis habitu, & angore conſcientiæ & compunctionis afflicta rogat, *Num quem diligit anima mea vidiſtis? qualis eſt dilectus?* aiunt illæ? exponit illa qualis ſit, & iterum rogant, *Quò abiit dilectus ſuus?* egregia interrogatio, ait illa, ſi ego vbi ſit noſſem, tam ſolicitè à vobis exquirerem, verùm ad hoc ipſi retorquent verba, egregia eſt tua interrogatio, itáne putas poſſibile eſſe longè abeſſe ſponſum quem tam ardenter amat, & inquirit ſponſa, luſtra domum, perluſtra hortum, intra palatium: nam domi eſt ſine dubio, *Paululum cùm pertranſiſſem inueni quem diligit anima mea.* nam ſponſus qui per vnum oſtium exceſſerat, per aliud ſtatim ingreſſus in horto erat, flores virtutum ſponſæ carpens, & aromata colligens. Pone obſecro, ô pœnitens, angorem, & tu ſcrupulis ne ſolicitam geras conſcientiam, putáſne longè abeſſe Chriſtum? ignoras certè vim lacrymarum amorem ſponſi; & quàm breui ex animanti immolato Sanctum ſanctorum fit, & holocauſtum Deo gratiſſimum. Contemplare ſponſam ad pedes ſponſi prouolutam veniam cum lacrymis poſtulantem: audi quid poſtulet ſponſus, & quid à peccatoribus in ſatisfactionem poſtulet. *Chariſſimi, ſi ſic Deus dilexit nos, nos debemus alterutrum diligere.* Hanc à nobis penſionem exigit

(inquit,

Marginal notes:

a Epiſt. 91.

b Lib. de reparat. lapſus.

Pſal. 31.

Pœnitentia vis ad renouationē animæ.

Index miſericors & thronus gratiæ deſcribitur.

15.

c De lapſu iuſtorum.

Vis mirabilis pœnitentiæ.

Leuit. 7.

Eſt quaſi holocauſtum.

d De myſt. eccl. lib. 3.

Cap. 39. 13.

Præteruolat iuſtos alios verè pœnitens aliquando.

Simile ex ſacra Scriptura.

16.

Sæpè anima pœnitens dum abſentem putat Deum per gratiā tenet.

Angores conſcientiæ deponit qui virtutem pœnitentiæ cognoſcit.

(inquit Chryſoſtomus) de propitiato peccato, & nos acceptamus pactum cùm otamus, *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Sed audi quod ſequitur:

17. *Egreſſus à facie eius.* Vix à Dei conſpectu egredimur, quum Angelicos mores & diuinam imaginem in dæmonis formam & Turcarum crudelitatem mutamus, & ad nos motéſque noſtros redimus. O ſumma leuitas! ô infirmitas in retinenda Dei gratia. Michæas, *Nugas quæ à lege receſſerunt, & inimici Domini mentiti ſunt ei.* Quid ais Dauid, imò & amici mentiti ſunt ei. Ita eſt, inquit, nam meritò, *ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax*: ergo hoc quod dicis mendacium eſt? Reſpondet non eſſe mendacium, ego enim dixi, *in exceſſu meo*, & meipſum excedens, alter enim in me loquitur: nam ſi propriæ naturæ relinquerer, mendax ſum, imò ipſum mendacium. Et ita cùm inueniſſet vnum de conſeruis ſuis, *ſuffocabat eum, dicens: Redde quod debes.* Vides, inquit Theophylactus [a], quàm bene dicitur, *Egreſſus à conſpectu regis; nullus enim qui in Deo manet, compaſſionis expers eſt, ſed ille ſeruus egreſſus erat, & a Deo alienus erat.*

Socordia in retinenda Dei gratia.

a In Matth. 18.

18. *Iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus.* Iam tertio loco regina charitas enſem & iram diſtringit. Et primò ratione agit. *Nónne oportuit te miſereri conſerui tui?* certè iræ, & rixæ, & odia iſta illorum propria ſunt, qui cùm potentiores ſint, non putant conſeruos eſſe pauperum, ſed dominos eſſe, & omnibus liberè poſſe vti, quam crudelitatem exprobrat Ierem. *Quoniam exultaſtis, & magna loquimini, diripientes hæreditatem meam, quoniam effuſi eſtis ſicut vituli ſuper herbam, & mugiſtis ſicut tauri.* Non ſolùm iniuſti eſtis tributa imponentes, ſed ſuper hoc exultatis, ſicut vitulus, qui bene paſtus, & bene ſaginatus ſuper herbam recumbit, & eam marceſcere facit. Hebr. *ſicut vitula triturans.* Nam non ſolùm ore deuoratis eorum bona, ſed pedibus obiter conteritis, & conculcatis. *Et mugiſtis ſicut tauri,* qui exagitatus & percuſſus, quem ſemel cepetit cæcis oculis, perimit & cornibus ventilat. Sic vos egreſſi à Dei conſpectu pauperem interficitis, & vexatis ſubditos; verbum autem illud, *& te miſereri conſerui tui*, emphaſim habet, nónne vidiſti me omnes pietatis menſuras exceſſiſſe, nónne debuiſſes tu eadem ſaltem menſura miſereri tui conſerui. O dulce verbum, in quo ſe Deus in exemplum ponit imitandum, inde proculdubio duo inſignes duces iram compeſcere didicerunt, & bella litéſque ſedare. Alter eſt Paulus, *ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* Diſcite à luminari orbis qualiter ſe gerere debet lumen rationis *, quod nuſquam offundi debet tenebris iræ, ita vt veniæ locus non detur. Diſcite à ſole †, qui dum illuſtrat orbem, fugat tenebras, & mœſtitiam pellit; ita ira veſtra non vſque ad noctem duret, *ſure enim dedit in menſuram diem, veretur enim ne noctu quieſcens cogitatio morbum augeat.* Diſcite à me qui ſum ſol iuſtitiæ, mitis & humilis corde; ſol non occidat, ne à conſpectu veſtro me in cruce poſitum abire patiamini, quin ira veſtra quieſcat; quem enim furorem non mitigat, quem non recondit enſem tantus amor, tantus effuſus ſanguis? hoc verbo frænauit Abner iratos duces, *perſequentibus* (enim) *Ioab & Abiſai fugientem Abner ſol occubuit*, & ait ad Ioab, *Nunquid ad internecionem vſque tuus mucro deſæuiet*? non ſat eſt occubuiſſe Chriſtum ad reſtinguendam iram, ad placandum Patrem, ad ſoluendum commune debitum, *ſol non occidat*, ne iterum Chriſtum ad mortem reuoces. Sed cùm ingratus animus omnes miſericurdiæ theſauros exhauriat, grauiſſima pœna afficitur, & prima eſt, vt omne debitum alias dimiſſum & condonatum repetatur a ſeruo nequam, qui beneficij accepti oblitus, & Domino ingratus noluit parcere, quia quamuis peccatorum remiſſorum non redeat reatus, vt bona docet Theologia, tamen ingratus dignus eſt qui diuinis beneficiis ſpolietur, & maiori ſupplicio afficiatur *.

Diuitioſi & iniuſti ſunt qui pauperes ſibi ſimiles in natura non conſiderant.

Cap. 50.

Simile.

Venia danda proximis exemplo Chriſti.

* Sic explicat Ambroſius Catherinus.

† Sic Theodoretus, & Titelmanus.

Chriſtus ſol iuſtitiæ iram & inimicitias reſtinguit.

19. Præterea, *tradidit eum tortoribus*, cognita enim nequitia, quia non ſolùm conſeruos, Angelos videlicet contriſtauit, ſed ipſum Spiritum ſanctum, vt ait Paulus, ſiſtitur primò ante tribunal naturæ, in quo inclamans ſanguis Abel vindictam poſtulat, & natura mater a matre tranſit in terribilem iudicem, filium abnegat, & hominem, & quaſi feram, quo nomine ferocitas iſta & beſtialis ira nuncupatur à Theologis. Delatum ad tribunal beſtiarum, ipſa etiam bruta accuſant & damnant quaſi crudeliorem, & in culeum inſuere eum iubent, & quaſi extra ſedem beſtiarum exulem mittere, quia, vt ait Tullius [a], *Noluerunt feris corpus obiicere, ne beſtiis quoque, quæ tantum ſcelus attigiſſent, immanioribus vteremur.* Ideo deſcendendo ante tribunal dæmonum ſiſtitur, ibi nequior & fœdior iudicatur; nam dæmon vnus non inſequitur, nec nocet alteri. Reuocatur ad tribunal hominum, vbi ambæ ſcholæ tam Græcorum, quàm Latinorum tanquam teterrimum & venenatum animal execrandum, conculcandum & fugiendum ſenſerunt Nazianzenus & Tullius. Ducitur ad Prophetas, ibique Nahum, vt vidimus, & Amos 1. & 2. damnant. Angelis etiam odio habebatur, nã cùm aliàs etiã peccatorum protectores & cuſtodes ſint, contra hoc vitium conſpirant omnes, & accuſatorum actorúmque funguntur officiu, ſiſtitur coram Deo vbi Chriſtus, vel ne tam crudele vitium fuiſſe inter mortales putetur, cùm orbem totum accuſat, nullam huius peccati mentionem fecit, non enim dicit, quia occidiſtis, quia furati eſtis, quia aliena compilaſtis, quia odio proſequuti eſtis, ſed quia pauperem non pauiſtis, hoſpitem & peregrinum non excepiſtis, quis enim putaret inter homines tale crimen locum habere potuiſſe? ac denique tali pœna dignum iudicat vt ferre non poſſe videatur tam aſperam proferre ſententiam, ad Patris tribunal remittit, ſic faciet *Pater meus ſi non remiſeritis de cordibus veſtris. ſic*, hoc eſt, ſicut dilexit homines, ſic puniet: vel *ſic*, hoc eſt, Talionis pœna, *in menſura contra menſuram cùm abiecta fuerit iudicabo eam.* Septuaginta, *in menſura rixans & exprobrans emittet eos*, vindictam enim ſumet contra vindictam, iram contra odium, crucem contra enſem, & menſuram amoris & manſuetudinis contra furorem, & ſicut examinantur trutinæ, vlnæ & menſuræ, & quæ à prima diſcrepant appenduntur in publico loco; ſic ego, ait Dominus, *in menſura contra menſuram iudicabo eam*, hoc eſt, in æternum damnabo.

* Sic explicat Aug. lib. de vera, & falſa pœnitentia c. 14. Quòd is qui offendit in vnum præceptum, fiat omniũ reus propter ingratitudinẽ. Et Magiſter in 4. diſt. 16. D. Th. 2. 2. q. 159.

Ingratus & impius in proximos punitur.

a Pro Sexto Roſcio Amerino.

Superat omnia crimina ſæuitia in fratres.

Iſai. 27.

Iratus Deus contra eos qui in fratres iraſcuntur.

Simile.

VER

VERBVM FILII.
Matth. 18. v. 23.

Aſſimilatum eſt regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis.

Miſericordia iuſtitiam temperat, & rationes conferens cum ſeruis ſuis pietatem cum ſumma æquitate coniungit.

DISCVRSVS CLXVII.

1\. PRæCLARVS & munificus princeps indignè ſoler & intolerantèr ferre cùm videt totius familiæ præpoſitom pareum & tenacem: eius enim illiberalitas in principem reuoluitur, & largitas eius reſtrictione præpoſiti ſordidatur. Rogat Petrus Chriſtum, *Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vſque ſepties?* Chriſtus verò moleſtè ferens vicarij ſui parcitatem dixit illi, *Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties.* Et continente ſermone ait, *ideo aſſimilatum eſt Regnum cælorum homini regi, qui poſuit rationem cum ſeruis ſuis.* Pergitque proponeos parabolam io qua ſeueritas diuina ſimul eum pietate contra ingratitudinem noſtram pognant, quam repræſentat ſeruus nequam, qui Regis liberalitatis oblitus, & immenſi debiti eondonati, conſeruum exagitabat, & ſuffocabat, donec redderet vniuerſum debitum. Rem autem omnem ſie breuiter narratam dulcis Bernardi lingua ad citharam Dauidis concelebrat in Canticis, & aoditum noſtrum attentum reddit. *Audite iam, en oſtendo vobis nomen quod oleo meritò comparatur.* Molta quidem ſponſi vocabula, ſed in duo ea vobis voiuerſa complectitur; *nullum enim repetietis nomen quod non aut pietatis gratiam, aut potentiam maieſtatis ſonet. Spiritus enim ita dicit etiam per ſibi familiarius organum: Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* Cùm ego vocem cum cithara compono, ait Rex Sion, vt de more landes tibi decantem, pari voce & conſimili affectu binas illas tuæ diuinitatis dotes & attributa decanto, nam non meo marte arteve humana copulani, ſed diuinitus copulatas accepi. *Duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia, eſte duo que te cantaba el cielo eſcuche y puſe en la cifra eſte par de tus grandezas ay atributos.* Duæ quidem ſorores quæ ita vnum interſunt, vt nulla poſſint ratione ſeparari, nec oportet, ait Clem. Alexan. [a] voam ſine altera reperiri. Quid enim, eſſet iuſtitia ſine miſericordia, niſi tyrannis? & quid miſericordia ſine iuſtitia, niſi periculoſa

Præpoſiti animarum meritorum Chriſti largi ſint diſpenſatores.
Matth. 18.
Miſericordia cum ſeuera iuſtitia pariter in Deo reſplendeat.
Bern. ſer. 15. in Cant. in principio.
pſal 16.
Miſericordia ab ira & iuſtitia haudquaquam ſeparanda.
a 1. Pædag. c. 12.

2\. benignitas; *eſt autem forma eius ac character neque admodum difficilis, nec pra benignitate vſque adeb diſſolutus*, quas, ſicut audiui, inter ſe eopulatas ſie prædicari oportere duxi, verumtamē gratior tibi eſt miſericordiæ tuæ laus & commendatio, *& tibi Domine miſericordia, mirando vueſtro guſto mas es agrada el pregon de vueſtra miſericordia.* Sicut cùm domina quædam quæ in arcis & thecis veſtes plurimas & cycladas pretioſas & diuerſicolores habet, & monilia, torques & annulos, hæc omnia autem in diem vnam ſeruat, ad communem autem cultum meum (ait) veſtis hæc tenuis bombycina, vel ex communi tela magis placet, *para mi traher vn picote baſto vn tafetan lygero.* Seruat vtique Dei iuſtitia iram in diem iræ, & theſaorizat indignationem, ſed in commoni & familiari ſermone ait, quod perplacet mihi annuntiari vobis, & oarrari, vna eſt pietas, & miſericordia, *Tibi Domine miſericordia*; & quem fructum elicis ex hoc cantu? ipſe quem expertus ſit ſtatim refert, *Ambulans in via immaculata: perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ*, cùm videlicet ſim Rex multis negotiis implicatus, nullum pedem figo niſi in innocentia & puritate, mundans non tantùm conſcientiam, ſed domum etiam, tanquam omnium rationem redditurus: igitur iuſtitia quaſi fræno cohibitus, & miſericordia quaſi calcaribus exagitatus *ambulans* in via immaculata nunquam à ſemita rectitudinis & æquitatis deflecto. Quibus vocibus & diuinis attributis vt conſonet vox & oratio noſtra, eas in libro ſancti Euangelij non ſcriptas, ſed ad viuum repræſentatas videamus.

Simile.
Miſericordia calcaria ſubdit, iuſtitia pro fræno eſt anima.

Ideo aſſimilatum eſt regnum cælorum homini Regi. Vox miſericordiæ prima perſonat, hæc enim animos ad Deum allicit, ſicot ilex [*] aues euocat, ſed oportet animos veſtros Dei inueniendi cupidos eſſe, vt voci meæ faciliùs aquieſcatis. Patientia enim diuina, & eius miſericordia habent ſe ſicut ſignum ante diuerſorium pendens, nam tabella præpendens ſolùm deſignat ibi eſſe diuerſorium: qualis autem ſit tractatio, hoſpitum qualis menſa & lectulus, ipſa experientia monſtrabit. Sic diuina patientia dum peccatores tolerat inuitat ad diuerſorium, & vt apud Deum maneant, *venite*, omnes ſuſcipit, ne contemnatis tantam pietatem. Rom. 2. *An diuitias bonitatis & patientia eius contemnis, an ignoras quòd benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* qualis erit tractatio, impoſſibile erit niſi intraueris experiri. Apoc. *Nemo ſcit niſi qui accipit.* At ipſi hoſpites grati & hilares poſt deliciarum experientiam famam diuerſorij diuulgant, & ad ſimilia beneficia accipienda alliciunt. *Ioan.* 1. incidit in diuerſorium Chriſti Philippus, & exiuit quàm citò, vocans Nathanaelem, miræ tractationis laudes referens, non credebat, imò obiecit oppidi tenuitatem, *à Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? veni, & vide*; aliter enim quanta Dei miſericordia contulerit nequeo enarrare. Sicut Dauid qui diuinis epulis ſaturatus omnes ad Dei domum diuertere vocat, & inuitat. Pſal. 65. *Venite, & audite, & narrabo omnes qui timetis Deum quanta fecit animæ meæ*, & ex his Chriſti diuerſorium ita diffamatum eſt, eiúſque munificentia diuulgata, vt omnes ad eum confluxerint, & regnum cælorum factum ſit, & ſub tali pietate omnes voluerint commorari, *ideo aſſimilatum eſt Regnum cælorum*: bonæ autem tractationis argumentum eſt pietas cum æquitate coniuncta, quam iam explicat hoc verbum

3\.
* *El mejor reclamo que pudo tocar Dios para que nos fueſſemos todos tras el fue hacer nos biẽ, pero ſi la perdiz no anda en zelo poco aprouechara clamarſe ſi vueſtra alma no tune algun deſeo de ſu Dios poco me aprouechara reclamar os iſte dia con ſu miſericordia.*
Quàm benignè ſuſcipit peccatores Dei miſericordia.

Homini. Nam licèt Rex dicitur, ait Bernardus [a], *profectò maieſtatis ac potentiæ nomen in id quod eſt pietatis & gratiæ, quodammodo transfunditur,*

a Ser. 15. in Cant.

Abſcondit & quaſi ſuperat miſericordia iudicium.

funditur, & quaſi liqueſcit iuſtitia coram miſericordia: nam ſicut aliqui colores eminent magis in tabula, ſic in Deo etiamſi æqualia imò idem ſint attributa omnia, ſed vna miſericordia rapit oculos, *& ſuperexaltat iuſtitiam, cæteraque attributa*, vt optimè explicat Auguſtinus[a], nec enim fruſtrà, inquit Anſelmus, ſuper arcam, in qua virga & lex continebantur, propitiatorium erat, niſi quia *ſuperexaltat miſericordia iudicium*, vnde Dauid ait, *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius; Tu ſcilicet omnium Deus* (ait Auguſtinus[b]) *licet in cunctis operibus tuis ſis mirabilis, mirabilior tamen crederis eſſe in operibus pietatis.* Quare alij legunt, *ſuperinſultat miſericordia iudicium*, & quaſi iudicij vias capit, vt ait Chryſoſtomus[c], *Cùm miſericordia* (inquit) *inuocatur, tollitur examini locus: vbi flagitatur, interrogatio ceſſat: vbi poſtulatur, iudicium non ſenit: vbi petitur, pœna locus non eſt, vbi miſericordia, quæſtio nulla, vbi miſericordia, condonatio reſponſio eſt*; imò à Dei miſericordia quaſi capta & incluſa tenetur iuſtitia, vt obſeruat Ambroſius[d]. *Miſericors Dominus & iuſtus, & Deus noſter miſeretur. Bis* (inquit) *miſericordiam poſuit, ſemel verò iuſtitiam, in medio iuſtitia eſt, gemino ſepto incluſa miſericordia, vtrinque enim videtur teneri, & ſuperari iuſtitia à miſericordia, ne tandem, niſi permittente miſericordia, & in ordine ad ipſam egrediatur.* Superinſultat equidem miſericordia, & obuia fit iudicio, ne vlterius progrediatur: ſicut ſolēt graſſatores qui anteuertere ſolent viatores, quos norunt per vias tranſituros, & præoccupant locum, ex quo ſuperinſultare & inſurgere poſſint, ſicque intelligetur locus ille difficilis Num. 16. poſt terræ apertionem, & deuorationem Dathan & Abiron. *Murmurauit omnis multitudo Iſrael contra Moyſem, & Aaron, cùmque oriretur ſeditio, & tumultus creſceret, Moyſes & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis.* Dixit autem Moyſes ad Aaron, *Tolle thuribulum, & hauſto igne de altari mitte incenſum deſuper, pergens citò ad populum, vt roges pro eo, iam enim egreſſa eſt ira à Domino, & plaga deſæuit.* Vnde obſecro (Moyſes ſancte) noſti iam iram à Deo egreſſam, nonne die ſequenti facta eſt plaga, & tu in tabernaculo manes? Reſpondet Abulenſis.[e] vix decreuiſſe Deum ſupplicium cùm vocato Moyſi reuelauit vt anteuerteret iram, & occuparet viam, & ex improuiſo oratio & incenſi oblatio per Aaronem iram reſtingueret, & progreſſum indignationis inhiberet. *Superexaltat miſericordia iudicium*; ideo dixit, *Homine*

Præuenit & præoccupat miſericordia vias & opera iuſtitia.

Salid Aaron al camino de la ira de Dios mañana adelante ocupad de el camino no proſiga ſus de noſotros determinaciones, oſtorucle ſus intentos la miſericordia.

e Num. 16.

5.

Rege. Grata quidē & neceſſaria benignitas in principe, & maximè in Chriſto noſtro, qui non ſine cauſa laudauit ſe, vt notauit Chryſoſt.[f] & ſe imitandum propoſuit, *quia mitis ſum, & humilis corde*, benignitas enim non ſolùm poſt ſe ducit mortales, ſed & beatos noua ratione allicit, ideo viſus eſt in cælo tanquam agnus, *Agnus qui eſt in medio throni*, & cùm paſtoris officium ſit regere & ducere, de ipſo agno ſubditur, *reget eos, & deducet illos ad vitæ fontes*; Chriſtus enim ſiue in cælo, ſiue in terra, regnare dicitur in ſuis manſuetudine & benignitate Agni, quam debent etiam imitari qui præſunt, & paſtores ſunt ouium Chriſti; ſic enim & viuos hilarēs & gratos habent, & mortuos ad vitam reuocant, non quidem virga, nam & Giezi, vt notat P. Damianus, non potuit per baculū poſitum ſuper faciem pueri ad vocem & ad ſenſum reuocare, *quia is*

Iacob 2. 13.

a Lib. 2. de peccat. merit. & remiſ. c. 5.

4.

Pſal. 144.

b Lib. medit. c. 2.

c In Pſ. 50.

d De obitu Theodoſij in Pſ. 113.

f Hom. 60. in Ioan.

Decet principes benignitas & clementia.

Terror nō ſicut benignitas renocat errantes.

1 Reg. 14.

quem terroris virga ſuſcitare non poterat, per amoris ſpiritum ad vitam redit, ſicque ſe paruulo accommodauit, & compoſuit, facilè erexit & ſuſcitauit, non enim baculum demortuum iam ſubditum tam facilè ſæpe ſuſcitat, quàm lenis accōmodatio & attemperatio morū benignaque compoſitio. Quorſum ergo regiam virgam & iudicis ſedē hoc verbo *Regis* aſſumitur, ne ſolam putes in Rege & in præſule benignitatem & manſuetudinem debere reperiri, ſed iuſtitiæ rigore eſſe condiendam: nam, vt ait Philo[a], *officiunt autem nimis æquanimes principatui, benignitas enim res eſt contemptibilis vtriſque tū principibus, tum ſubditis, noxia illis, dum contempti ſubditis, nec priuatim nec publicè valent quidquam conſtituere; interdum etiam principatum ſe abdicare coguntur; hi verò dum ex continuo magiſtratuum contemptu negligentiores facti magnum morbum arrogantiam ſibi contrahunt.* Vnde perdoctus Oleaſter[b] verba conſecrationis ſacerdotum perpendens ait, *Moyſes aſſumpſit vnguentum, & ſanguinem qui erat in altari, & aſperſit ſuper Aaron veſtimenta eius, & ſuper filios illius, ac veſtes eorum. Non enim debet eſſe in ſacerdote ſine oleo ſanguis, neque ſine ſanguine oleum; cùm enim conſtitueretur populo iudex, non ſolùm miſereri, ſed punire reos debebat.* Ideoque Chryſologus[c] ait, *Æquitas ſine bonitate ſæuitia eſt, & iuſtitia ſine pietate crudelitas, ſed vtrumque admiſceri debet.* Et Rupertus[d], ſicut clementia honor eſt principis, *ſic & honor regis, qui iudicium diligit.* Etenim vbi totum punitur, regia ſeueritas crudelitate polluitur; vbi verò totum remittitur, facies maieſtatis ſine metu diſciplinæ contemnitur. Sed non vacat myſterio quod ſequitur:

Qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Illud enim inconueniens ſequi videbatur ex eo, quòd idem iudex & rex eſſet, videlicet, cùm nemini deferret, & à nemine iudicari poſſet, immediatè & naturaliter ſequitur abſolutum fieri, & minimè ſeruare iuſtitiam & æquitatem; quis enim neget frænum eſſe ad continendum in officio iudicem, futurū eſſe vt peracti muneris alteri rationem reddat? Sed vt certus ſis de diuina æquitate, non me iam, ſed Eliu elegantiſſimè concionantem audi. *Ideo viri cordati audite me, abſit à Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas, opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias ſingulorum reſtituet eis, verè enim Deus non condemnabit fruſtrà, nec Omnipotens ſubuertet iudicium. Quem conſtituit alium ſuper terram, aut quem poſuit ſuper orbem quem fabricatus eſt. Nunquid qui non amat iudicium ſanari poteſt, & quomodo tu eū qui iuſtus eſt in tantum condemnas; qui dicit regi Apoſtata: qui vocat duces impios?* &c. Viros cordis ex proprietate linguæ vocat ſapientes, nam inſipientes ſunt quaſi ligna, & ſic grauant terrā, ſicut lapis ſupra illam poſitus. Vos ergo audite me, *Ageno os Dios de impiedad y el omnipotente de peccado*; fons enim bonitatis quomodo nō benignus erit, & qui omnia poteſt qua ratione ob infirmitatē in peccatū ruentē nec odit bonū, nec ita impotens eſt, vt nequeat illi bonum facere: qui ergo & ſolus bonus eſt, & omnipotēs, & amans bonū, quomodo æquitatis regulam non ſeruabit? quòd ſi pœna afficitur iniquus; crede Dei iudicium eſſe, & quidem ſapientiſſimum, *que obra del terreno le voluera a el y qual es el camino del hombre le hara hallar a el.* Nam non ſolùm Deus rependet pro malè factis ſupplicium, ſed ex ipſis iniquis operibus pœnam & tortores eliciet contra peccatorem. Et ipſæ ſuæ intentiones ſibi aduerſabuntur, & propria flagellabitur

Aſſociãda miſericordia iuſtitiæ ſeueritas

a Lib. de Agricultura

6.

b In Leu. 8.

c Ser. 145.

d Lib. 8. in Gene. 37.

Nota.

Vide Bern. epiſt. 25. & ſerm. 23. in

7.

Cant. Greg. Magnum hom. 30. in Euang. Quatenus omne cor. Et Aug. in Pſal. 24. Dulcis & rectus Dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Et lib. 5. de ciuit. c. 24. Felices eos imperatores dicimus, &c.

Iob 34. 10.

Mirabilis atq; imperatio pietatis cum æquitate in Deo.

Viri cordis cur ſapientes nūcupantur.

Eiſdem quibus peccat rebus puniri ſolet peccator.

bitur manu, nam iuſtè, vt ſcribebat Auguſtinus [a], euenit vt animus intemperans ſuipſius vindex ſit, & carnifex, & ſicut ligoum & veſtis à tinea & verme ſuo corrodi ſolent, ſic ab inordinato animô propria innaſcitur corruptio, & pœna. Ægritudo ex intemperāti delectatione, ex nimia honoris appetentia adulatio & abiectio turpis, ex auri cupiditate angor in retinendo, labor inhiandô & inquirendo, ac denique ex peccato mors principium habet, vt ait D. Paulus. Quem ordinem duplici de cauſa inter pœnam & culpam Deus alto conſilio diſpoſuit. Prima cauſa eſt ad iuſtificationem ſui, ne quis iniquorum ex ingruentibus laboribus iram, aut contra Deum odium conciperet, ſed ad oculum fructū iniqui operis intuendo, fœnus eſſe peccati, & effectū eius quod patitur facilè deprehendat. Secunda vt Deus ſuam magis patientiam declaret, nec enim magnum & glorioſum eſſet Deo manum imponere in legis tranſgreſſores, & in eos grauiter inuehi, & in nihilū redigere: at ſuæ potentiæ & ſapientiæ conueniens fuit mediū, vt ipſamet delectatio & affectio nimia, qua Deo offenſi ſunt, ipſoſmet offendat, torqueat & animaduertat.

a Lib. Confeſſ.

Peccator iuſtè ſuipſius vindex eſt, & non Deus.

8. Et in quibus confidebant, fallacias experiantur, & manibus proprij amoris interimātur, ſilente interim & quieſcente Deo: nā ideo ſubdit *, *mas verdaderamente Dios no le haze mal ni el omnipotente no quiebra juicio*, hāc enim elicit concluſionem ex dictis. Verùm vt probet Deum iuſtitiam adminiſtrare, addit eum eſſe rerum omnium molitorem. *Quien viſito ſobre el la tierra, o a quien puſo ſobre toda la redondez.* Nónne vides quia neceſſe eſt eſſe iuſtum, cui nemo eſt qui rationem ab eo exigat officij ſui; certè dices, hoc non ſequitur, imò quia abſolutus eſt, nec metu cohiberi poteſt, tenorem iuſtitiæ non ſeruabit, nec ſtabit legibus æquitatis, ſed peruertere impunè poterit molem terræ. Sed ô profunda ratio, & Dei natura digna. Nemo eſt cui Deus deferat honorē, nec rationem: ergo eſt iuſtus, nam qui natura ſua ſic iuſtè gubernat, à nemine debet examinari, nec iudicari. Et quia non electione, ſed natura eſt Rex, certum eſt tanquam primum principium, miniméque probatione indigens, in æquitate regere, & iudicare: iudices enim iniuſti ſolent eſſe, quia iudicium & munus aduentitiū eſt, & adiacens illis non innatum: nam ſi vnus eſſet cui natura ipſa ſceptrum imponeret manibus, & capiti coronam, natura ſua eſſet gubernator, & iuſtus: mater enim natura & Deus æquitatis regula, minimè paterentur quidquam naturaliter deflectere à recta ratione creantis: ergo ipſe conditor multo melius eſſet iuſtus, & natura ſua iuſtus.

Iuſtus Deus.

* *El malo ſe trabe o arraſtrando la ſogo, el por ſus manos obra y edifica ſu pena ſu mala fortuna el ſola cauſa que Dios laba ſus manos (como decimos) y juſtifica quanto es poſsible la cauſa porque la razon pide que goze y vſe del fruto el que ſiembra y cultiua la planta y aſi Dios nos es injuſto, la amiſtad de la culpa y pena trabe la vna tras la otra.*

Sed ex experientia regiæ ac diuinæ clementiæ efficacem rationem ſubdit, quam clariùs expreſſit Vatablus verſ. 17. *An qui odit iudicium chirurgos imitaretur? illum ne impietatis ſuggillabis qui iuſtus & potens eſt. Por ventura el que aborrece juicio ligara o vendarà o ſera rey y ſeñor?* Hieron. ſic legit, & eſt efficax ratio, *Nunquid qui non amat iudicium ſanari poteſt;* ideo ergo tu qui ſalutem non amas, nec rectè de Deo loqueris, & de eius iuſtitia ſiniſtrè ſentire videris, ſalutem obtinebis. Vel actiuè eſt ſenſus, vt dixi, *ligara o ſanara el que aborrece juicio.*

Probatur alia ratione.

Ira Dei futura ex eius miſericordia liquet.

9. Mitto alia, quaſi dicat, diuinæ æquitatis argumenta, illud vnum euincit, iuſtiſſimum eſſe, nempe piiſſimū erga nos eſſe: nam qui poterit iudicium aſpernari, & ab æquitate deflectere, qui tanta cura & pietate ad noſtra curanda vulnera deſcendit, aut quomodo ſæuus & crudelis, qui in his quæ liberalitatis ſunt, & non neceſſitatis, ita eſt munificus & miſericors, quam rationem ex ipſa experientia confirmat. Deus minima & abiecta ſuſtentat & magna, & iuſtorū eſt amicus, & iniquorum vulnera ligat, & plagas ſanat, quaſi ſolicitus medicus, & omnium communis eſt parens, ita vt omnia in eorum ſalutem conuertat. Erit ergo æquus & bene animatus iudex, etiamſi ſit Rex, quod contendi à principio probare. Quare addit, *Por ventura decir al rey Beliaal y impios a los principes (lo tienes tu por ſeguro.)* Quanto ergo minus Deo, qui perſonas non reueretur, tamquam qui omnes condidit. Quare ſubdit, *Quaſi impios percuſſit eos in loco videntium.* Hiſpani legebant, *por malvados los herira en lugar de mirantes.* Publica præconis voce & ſupplicio plectet eos in platea, & circo maximo, *en lugar de mirantes*; & ne putes ſine cauſa ſupplicium inferri, en vox præconis perſonat. *Qui quaſi de induſtria receſſerunt ab eo, & omnes vias eius intelligere noluerunt, vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni, & audiret vocem pauperum, por que (Dios) hizo entrar aſi grito de pobre y gritos de affligidos oyo? el pregon del juicio entero dize aſi eſta es la juſticia que haze Dios de eſtos hombres porque no fueron enpos de el ni quiſieron ſeguir ſus caminos y por quanto oyo los gritos y las quexas de los pobres a quien ellos tyranizaban, y en ſuma toca todos los tres generos de peccados, que es pecear contra Dios cōtra ſi y contra el proximo.*

Verſ. 26.

Et cùm cœpiſſet rationem ponere. Ex illo verbo *cœpiſſet*, colligit Emiſſenus iudicium hoc vltimum non eſſe, ſed quod ante definitiuam ſententiam fit in vita, & finitur in altera, in illo enim locus non erit appellationi. *Iſte Rex ipſe eſt qui hæc loquitur, Deus & homo, Ieſus Chriſtus Dominus noſter: qui quotidie cum ſeruis ſuis rationem ponit, quoniam per Epiſcopos & ſacerdotes hominum peccata diiudicat, dum vnuſquiſque ad pœnitentiam veniens, quantum debeat, & in quibus peccauerit, Domino confitetur.* Hoc ipſum Iſai. 16. *Et præparabitur in miſericordia ſolium eius, & ſedebit ſuper eum in veritate, in tabernaculo David, iudicans & quærens iudicium, & velociter reddens quod iuſtum eſt.* Non ibi inſtrumenta torquendi aut vinciendi ſunt, ſed *miſericordia præparabitur.* Non eſt hic locus cauillationi, aut mendacio, ſed veritati, *ſedebit in veritate*, nō hic negando liberatur, aut purgatur delicto nocens, ſed cōfitendo. *Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Non hic horret pœnam, at ſubire iudicium peccator, imò tribunal in domo peccatoris figitur, & iudex hoſpes eius eſt. *In tabernaculo David*, quod ita repletū eſt miſericordia, vt ad illam accipiendam etiam externos & hoſtiles animos inuitaret. *Eſtne aliquis de domo Saul vt faciam cum eo miſericordiam Domini.* Non hîc tardabit iuſtitia, nec demorabitur cauſam orphanorum expedire, *& reddet velociter quod iuſtum eſt, no ſe dara manos a ver proceſſos.* Hebr. *eris accelerans iuſtitiam*, vt etiam ipſa iuſtitia miſericordia condita ſit ipſa celeritate. Verùm acceleratio iſta plena eſt miſericordia, vult enim anteuertere in tribunali confeſſionis ſententiam venturi Iudicis; ſicut iudex ciuitatis accelerat cauſam & ſententiam qualemcumque dicit, cùm timent iudicem ex conſilio Regis peracti iudicio rem diſquiſiturum, ita Chriſtus *velociter erit reddens quod iuſtum eſt.*

10.

Euſebius Emiſſenus hom. in hoc Euang.

Piiſſimum tribunal pœnitentiæ.

Pſal. 31.

11\. *Oblatus eſt ei vnus.* Quaſi munus gratiſſimum regi offerunt illi regij patrimonij diſſipatorem, nam cùm vnus ex his compilatoribus, ne dicam latronibus, cōprehenditur, perinde rempublicam exhilarat, ſicut cùm paſtores lupam cum catulis comprehendunt; qua venatione Deus oblectatur maximè, vt ait Iob 5. 12. *Qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorū, & conſilium prauorū diſſipat.* Venationem iſtam deſcribit cap. 4. *Rugitus leonis, & vox leænæ, & dentes catulorū leonū contriti ſunt. Tigris perit, eo quòd non haberet prædā, & catuli leonis diſſipati ſunt, eſpiritu denariz.* (Hiſpanè *es buſido) con el reſuello de Dios pereçen, con vn buſ*ido *de Dios ſe conſumen.* Aufert ab eis rugitū & dentes, *quitales el hacer y el decir*, & egregie quidem leonibus & catulis cōparantur hi tyranni, quia quando iuſtitia comprehendit eos, multa vitia ſimul colligit & venatur; homo enim qui per violentiā & honores & bona rapit, contra bonū cōmune agit. Quare Dei propriū eſt iſtos oppreſſores, & qui familiarū aut reipublicæ dominiū vſurpāt, grandi interitu delere: vna enim morte extinguit ſuperbiam effrænatam, & appetitū excellentiæ ardentiſſimum; extinguit diabolicā extollentiā, qua ad munus nō vocati à Deo aſcendere præſumūt; extinguit auaritiā vſurpantē libertatem, & iura aliorum comprehēdit, etiam cupiditatē delectationum; cùm ideo vellet legum dominiū tenere, vt in delectationibus nullo poſſet inhiberi fræno, aut lege compeſci; perimit Deus cōmune peccatorū patrocinū, extinguit denique virtutis perſecuturē, & qui iuſtos vel in malū prouocat, vel à bono deficere cogit. *Nō relinquet Dominus virgam peccatorū ſuper ſortē iuſtorū, quando caza Dios vno de eſtos es como coxer vna camada de leones o lobos*, & quaſi munus dignū rege *oblatus eſt ei vnus.*

Latronis aut tyranni adminiſtratoris cōprehenſione Deus maximè oblectatur.

Hiſpani deſbaratador de penſamientos de reſabidos no haran ſus manos ſostiene.

12\. *Vnus qui debebat.* Nullo alio inſignitur nomine, quàm, *vnus ſeruus qui debebat*, vt cōprehendat ſub *vno* omnes, ſub nomine *ſerui* principes & diuites, & verbo illo *debebat*, omnes peccatores: vt notum ſit omnibus nullum eximi à reddenda ratione. humanæ leges & generalia edicta, vel quia non audiſti, vel quia princeps es, aut auguſta ab eorū obſeruatione te liberas. Et cōmuniter edicta non obligant principes, ſed priuatos. liquet hoc ex *lib.* 1. *Reg.* 28. Voluit Saul proximus illi bello in quo interiit, euentū eius præſcire ex Samuelis ore, qui iam obierat, conſuluit pythoniſſam vt eum a mortuis reuocatū interrogaret; bone Deus vbinam hæc pythoniſſa, nónne Saul ante hanc expeditionem omnes extinxit diuinos ariolos, & pythones? Reſpondet Hieron. [a] mulierem iſtā matrē fuiſſe Abner ducis maximi Saulis, quam lex non cōprehendit, nam huiuſmodi ſupplicia principibus nō irrogantur; nec timent leges, ait Cyprian. qui ab eis vel pecuniis, vel ſanguinis ſplendore, vel dignitate eximi poſſunt. *Nullus de legibus metus eſt, quod poteſt redimi non timetur.* Quod etiam in Eccleſiam irrepſiſſe dolet Damian. [b] cùm aliqua peccata tanquā in aſylum confugiunt in nobiliores, vt ibi tutiora ſint. *In minoribus ſacerdotibus luxuriæ inquinamenta perſequimur: in Epiſcopis, quod minus abſurdum eſt, per ſilentij tolerantiam veneramur*; ob hoc enim præclarius fuit facinus Phinees, qui diuino actus ardore non vulgares & priuatos occidit, ſed nobiliores, *non in deſpectos quoſque, vel infimos diuinæ legis propugnator inſiliit, ſed excellentiores & clariores in populo, quos ad terrendum alios trucidaret, elegit:* nec enim fruſtra dicitur, *erat autem nomen viri Iſraelitæ qui occiſus eſt cum Madianitide Zambri filius Salumi dux de cognatione & tribu Simeonis. Porrò mulier Madianitis vocabatur Cozbi, filia Sur, principis nobiliſſimi Madianitarum.* Vides qua ratione ad nobiles peruenit ira Dei, ſicut cùm in Beelphegor, etiamſi peccatum cōmune erat, principes plecti iuſſit Moyſes, & in cruces tolli, *ac populo quidem tacuit, aduerſus autem principes in furorem ſe digna animaduerſionis erexit.* Hæc Damianus. Itaque vnuſquiſque vocatur ad rationem reddendam, nec coram Deo eſt princeps, aut dux, ſed ſerui ſunt omnes, & qui debent, ad iudicium vocantur. *Seruus vnus qui debebat.*

Nullus eximitur à reddenda ratione.

Timeri principes iudicem venturum.

a Quæſtio. Hebraicis in hunc locū.

b Epiſt. 12. c. 2.

Num. 25.

13\. *Debebat ei decem millia talenta.* Certè bona regia viſco ſunt plena, & aurum & argentum manibus hærent; verùm bone Deus, quot manus habebat iſte qui tam largè diſſipauit ſicut furatos fuerat? *Officium periculoſum, officium criminoſum, officium odioſum*, gerere curam regiæ pecuniæ, *qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.* Prius enim debet eſſe bonus qui bona regis tractat, & puram habere conſcientiam antequam attingat aliena; contrarium videas in his, ſplendent enim foris cùm intus conſcientia grauetur delictis, ideo D. Hieron. ſcribit ad Euſtochium. Nihil verò nobis clariùs poteſt oſtendere quanta cæcitate & ignorantia noſtra hac tempeſtate homines laborent, quàm quòd veneremur externas corporis veſtes, cùm præclaras animi dotes nihili faciamus, *Cùm fieri optimè poſſit, vt malus homo plura bona habeat*; & ſi fieri poſſet, ipſa etiam bona quæ poſſidet inſurgerent contra iniquum poſſeſſorem, vt ait Auguſtinus [a]. *Illudque mirum in hac re eſt quòd bona videntur inſurgere contra malum dominum, & iniquum poſſeſſorem; nos verò ipſum colimus propter bona quæ iniuſtè & iniquè poſſidet, & de iniuſto domino conqueruntur.* Vnde patet quantus error ſit qui in perſonarum acceptatione contingit. Ecce hic fur erat maximus, & alter Verres, & ſicut princeps ab omnibus colebatur, ideo ait Iacobus, *Nolite in perſonarum acceptione habere fidem Domini noſtri.* quæ ſic explicat Thomas, *Nolite fidem Domini noſtri in talibus rebus ponere* (videlicet in potentia, diuitiis, aut gratia) *vt ea quaſi Deos colatis*; fides enim terrena omnia contemnenda docet, non adoranda. Sicut dixit Alexand. Clemens [b], qui non ſolùm error eſt, ſed ſtultitia, error quidem, dum tanquam Deos cæci homines reuerentur, & ipſi audent dicere, *Diues effectus ſum, inueni idolum mihi*, id eſt, vt ait Hieronymus, habeo diuitias quas tanquam idolum colam; vel inueni mihi deitatem & maieſtatem, ob quam ab inſipientibus vt idolum colar: nam, *pecuniæ obediunt omnia*, &, vt Septuaginta verterunt, *pecuniæ humiliantur omnia*, ſicut regi, & ſicut Laban qui vt vidit armillas & inaures in manibus ſororis ſuæ, cognouit quòd accepiſſet à ſeruo, ſcilicet Abrahæ, cuius ipſe conſobrinus erat, non dedignatus eſt talem ſeruū appellare Domini benedictū, imò veluti Dominū alloqui, dicēs, *Ingredere benedicte Domini: cur foris ſtas? preparaui domum & locū camelis.* Vide quā libenter inuitauit eum, à quo viderat acceptas armillas & inaures, *eſt enim* (vt aiebat Hilarius) *in pecunia honor ſæculi.* Eſt præterea inſignis ſtultitia & dementia mortaliū dum alios colunt ob ea quæ propria ipſorum non ſunt, & ipſorum inſuper ſtultitia, qui in veneratione volunt eſſe ob illa quæ non ipſorū, ſed aliena ſunt,

Vix immunis eſt à culpa & pœna qui bona regia tractat.

B. Vincent. ſer. in die S. Matth.

Eccli. 13. 1.

a Ser. 12. de verbis Domini.

Error in colendis vel accipiendis perſonis quæ ſæpe iniuſtiſſima ſunt.

b Orat. ad Gentes.

Eccl. 10.

Gen. 24.

Inſipientia errorque mortalium eos colere qui bonis externis ſplendent & abundant.

Liquet in hoc ſeruo regis, & in aliis, vt notauit Ambr.[a] *Inflat plerumque homines, & tumido ore ſupinat faſtigiũ nobilitatis, & rerũ affluentia ſæculariũ, niſi pudeat in re aliena magis quàm propria laudari.*

a Ser. 13. in Pſal. 118.

14. *Iuſſit eum venundari.* Putaret iſte dio poſſe vita & diuitiis fungi, cùm Dominus dixerit, *Non in abundantia cuiuſquam vita eius.* quaſi dicat, non ideo certam vitam habent qui abundant diuitiis, nam, vt ait Iob, *cùm pax ſit illi, inſidias ſuſpicatur*, & in Hebræo eſt, *in pace prædo, aut vaſtator veniet ei*, Septuaginta, *cùm putauerit ſe eſſe iam in pace, veniet eius ſubuerſio*, Hiſpani, *voz de eſpãtos en ſus orejas en la paz el deſtruidor entrara a el en la paz, que en la guerra y en los alborotos del pueblo ſe roben y deſpojen vnos a otros la coſa miſma lo pide mas ſer robado y deſtruido en la paz es eſtar ſujeto a la ſumma calamidad el verdugo de la iuſticia de Dios ſeles entra en el alma, ſin que ſele eſtoruen ni las riquezas ellos ni ſus deleytes ni ſu gente de guarda y entro a ſombra y entonçe ſe roba y deſtruye.* Vnde Ambroſius[b], *Quis artifex vnum diem vitæ hominis potuit adiungere? quem diuitiæ eius ab inferis redemerunt, cuius ægritudinem pecunia mitigauit. Non in abundantia (ait Dominus) vita eius; quid mihi proſunt diuitiæ ſi me à morte liberare, ſi mecum poſt mortem eſſe non poſſunt.* Vnde bene Sapiens diuitem iſtum alloqui videbatur, *Ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere, quia facient ſibi pennas quaſi aquilæ, & volabunt in cælum*, Hebr. & Vatabl. *Num intenderes oculos tuos in id quod mox non eſt: ſumunt enim ſibi alas diuitiæ, & velut aquila in aerem auolant.* Tu defatigaris in illis comparandis, at illæ comparant ſibi alas, vt cùm te viderint ſecuriorem, è manibus auolent, & effugiant. Quàm verè dictum, *extrema gaudij luctus occupat, & vtinam* (inquit Bernardus) *& non occupet prima.* De hac rerum vana deceptione vide notata in margine. Nunc ergo cognoſcet diues iſte verum eſſe quod ſuprà ex Dauide explicauimus, *Frater non redimet, redimet homo. Venundari iuſſit eum vxorem & filios.* Vide qualem ſub haſta venditionem facit Deus peccatoris, hodie ab illo diuitias, mox vxorem arripit, iam vnum ex natis eius à cunabulis ad ſepulcrum transfert, ſicut qui racemos colligit in vindemia, vt aiebat Abdias, nec remedij locus eſt, niſi pœnitentia.

Luc. 12. *Prædones ſubitò puniuntur.* Iob 15.

b Lib. de Naboth c. 6.

Prou. 23. 5.

NOTA. Vide Greg. 21. moral. c. 2. Leo ſerm. 1. de reſurrect. Bernar. in ſerm. 4. de Aduentu. & ſerm. de primordiis. & ſerm. de conuerſione ad clericos. c. 14. Cyprian. epiſt. 2. ad Donat. Chryſoſt. hom. 1. ſuper *Vidit Dominum*, & Aug. epiſt. & Pſalm. 120. *Dominus protectio tua.* & Chryſoſt. hom. 14.

Et procidens rogabat, patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. O verbum potens, & audacia

15. diuina plenum, vide quid auſa eſt dicere pœnitentia, *omnia reddam tibi*. nam dum ſemel ſe Deo tradit, omnia reddidiſſe putat, nam ſicut cùm Deus inimicus eſt, nihil ad meritum accipit, nec ſatisfacit pro debito quod ipſe non acceptat; ſic cùm amicus eſt, potum aquæ frigidæ accipit. Præterea pœnitens *omnia redditurum* affirmat, ſcit enim per pœnitentiam merita Chriſti, eiúſque ſanguiné applicari infiniti valoris, debitum enim Dei nonc Deo ſolui nequit. Et præterea de duobus debitoribus quos Chriſtus refert, ſubdit, *donauit vtriſque*, nequit enim plenam ſatiſfactionem creatura facere, niſi miſericordia Redemptoris condonaret debita.

Virtus diuinæ pœnitentiæ ad ſatisfaciendũ pro immenſo debito.

Luc. 7.

16. *Miſertus autem dominus ſerui, omne debitum dimiſit illi.* Petit ille expectationem & dilationem (ait Chryſoſtomus[c]) & rex omnino dimiſit debitum multum quo erat obſtrictus: quapropter & Paulus ait, *Qui poteſt omnia præſtare ſuperabundantius quàm petimus, aut cogitamus.* Petit etiam Daniel populi liberationem, & reædificationem templi, & diuina largitas addidit mundi redemptionem, & promiſit Deum in carne venturum, quod nec ſperare poſſet humana fragilitas. Ambroſius etiam ponderat hoc Pſal. 3. dum latro ait, *Domine memento mei*, ille rogabat vt ſui meminiſſet Dominus cùm veniſſet in regnum ſuum, & Dominus cùm nondum veniſſet, iam ei regnum cæleſte tribuebat. Iſai. eleganter hanc diuinam clementiam expreſſit, *Derelinquat impius vias ſuas, & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius; quoniam multus eſt ad ignoſcendum.* Quando, obſecro, Deus multus non eſt, nunquam; ait tamen ſi per impoſſibile daretur ad reliqua Deum paruum & tenuẽ eſſe, ad ignoſcendum eſſet multus in intenſione & extenſione, ideo cùm indulget vocatur ſponſus per Ieremiam. *Vulgo dicitur, ſi dimiſerit vxorem*, &c. & ibidem Pater nuncupatur, nam ſponſus ſolet aliquid odij aut zeli retinere cùm remittit iniuriam, at in Patre nihil remanet iræ cùm ſemel indulget. Et non ſolùm miſertus eſt, ſed quamprimum rogatus fuit veniam conceſſit, ideo notat Tertullian.[a] ſtatim Ionam Dei miſericordiam cognouiſſe, & precibus facilè poſſe flecti, & ideo ſurrexit vt fugeret in Tharſis, *Ionas* (inquit) *miſericordiam Dei prouidens etiam in extraneos profuſam, deſtructuram præconium videbat*; quaſi diceret, cognouiſſe Ionam Dei miſericordiam non defuturam Niniuitis, ſi reſipiſcerent, proindéque ne eius prophetia & prædictio falſa & inanis videretur noluiſſe enunciare; ſic ſentiunt Theodoretus, Rupertus & alij, & probatur ex contextu eiuſdem Prophetæ, dum poſtquam vidit Deum peperciſſe ciuitati, contra quam ſententiam tulerat, dixit, *Obſecro Domine, nunquid non hoc eſt verbum cùm adhuc eſſem in terra mea? propter hoc præoccupaui vt fugerem Tharſis, ſcio enim quia tu Deus clemens & miſericors, patiens & multæ miſerationis, & ignoſcens ſuper malitia.* Reſplendet autẽ miſericordia Dei in hoc facto, ſciebat enim malum ſeruum dignum eſſe æterna pœna, diſtulit autem vt eius clementia clariùs eluceret, quod etiã Angelis ipſis non conceſſit, vt ponderat S. Iudas. *Commonere autem vos volo, ſcientes ſemel omnia, quoniam Ieſus populum de terra Ægypti ſaluans ſecundo eos qui non crediderũt perdidit, Angelos verò qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domiciliũ, in iudicium magni diei vinculis æternis ſub caligine reſeruauit;* non enim homines ſtatim æterna pœna puniuit, ſed expectauit, ſicut filios Iſrael ingratos, vt notat D. Thom. ſecundò eos puniuit pœna temporali, ſecundò æterna. Angelos verò ſtatim inferno addixit. & ita ait Chriſtus Dominus, *Videbam ſatanam quaſi fulgur deſcendentem de cælo*, vt oſtendat ſemel & ad primum peccatũ & citiſſimè deturbaſſe Angelum, non ſic peccatorem, expectauit enim donec eius ingratus animus erga conſeruum cauſam aggrauauit, & pœnam.

c In Mat. 18. *Diuina largitas & clementia vltra petitiones cedit.* Cap. 9.

Luc. 23.

Cap. 55. 7.

Paterna pietate omnino indulget Deus.

a Lib. de pudicitia.

Ionæ 1.

17.

Expecta Deus ... miſeretur

Luc. 10.

Et egreſſus. A conſpectu Dei egreſſus peccator lites excitat, & iniuriam & iniuſtitias machinatur; quis enim audeat in conſpectu iudicis noua crimina perpetrare? nec eum oratio conſerui permouit dicti illius Sapiẽtis omnino immemorem, *Deum ſequere, melior eſt venia vindicta: vidiſti proximum tuum, vidiſti Deum tuum.* Noluit eſſe Deus, ſed viliſſimus homuneulus. Iob c. 6. *Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam, timorem Domini dereliquit, no ay por donde aſirle al que en ſaliendo de la preſencia de Dios deſprecia al proximo y*

Impudens eſt qui proximũ vexat & quaſi ſine Deo.

Vnus ex tribus ſapientibus.

timo

timoratus enim ille dicitur, qui eſt *bona anſa vir*, vt alibi habes.

18. *Iratus Rex.* Ecce iratam columbam, ait Gregorius, & ſuauitatem in amarulentiam conuerſam, & quod in propriis offenſis non fecerat, in alienis acrimonia verborum vtitur, *Serue nequam.* Ratione deinde confundit. *Nónne oportuit te miſereri conſerui tui.* Quare modò non poſtulas veniam, non ſum ego ipſe patiens & miſericors, & multus ad ignoſcendum? non poſtulat indulgentiam, quia non ſenſit, nec datum eſt ei auxilium gratiæ efficax ad poſtulandum ſicut antea. O ſeueram animaduerſionem, audite iniuſti, attendite ingrati, abundans gratia ſubtrahitur peccatori ad pœnitendum quando ipſe miſericordiam abſtulit à proximo ſuo, & ſic intelligendus eſt Amos; *Super tribus ſceleribus Moab, & ſuper quatuor non conuertam eum.* Nullus eſt aduocatus, tacet ille, nec quid ad excuſationem afferat habet, *& traditur tortoribus donec reddat*, hoc eſt, æternitati. O æternum carcerem! ô ſupplicia æterna! ſic punitur iniuria proximi ſicut offenſa ipſius Dei. Iob 24. *Vidi eos qui ſeminant dolum*, &c.

Superabundans auxiliũ non ſufficiens auferre ſolet Deus impiis. Cap. 2. & 3.

19. Dum ergo hic fur iam ex ligno pendet, exhortationem inſtituit Ezech. *Dic Pharaoni, cui ſimilis factus es in magnitudine tua*, &c. *faciens faciet iuxta impietatem eius*, &c. Nam licèt ea quæ de miſericordia diximus vera ſunt, tu tamen (mi ſenex) iuſtitiæ ſolius ſicut Dauid aliquando memor eſto, vt inter vtramque poſitus ambules in via immaculata: ſicut funambuli qui vt terreum corpus in fune ſuſtineant, tigillum ligneum plumbeis extremis ab vtraque manu, tranſuerſum manibus æquabiliter ſuſtentat, & cùm corpus in ſiniſtram inclinat, tigillum ad dextram librat; ſic tu cùm audis *hominem*, ne nimium confidas, audi etiam *regem*, cùm audis remiſiſſe decẽ millia talẽta, & in ſpem erigeris, deprime præſumptionem: dum audis traditum fuiſſe tortoribus, & cùm audis latronem vno verbo ſeruatum fuiſſe, memor eſto alterius qui tunc temporis damnatus eſt, vt inter miſericordiam & iuſtitiam in fune vitæ fragilis & caducæ tu ſecurè & immaculatè ad vitã progradiaris æternã.

Cap. 31.

VERBVM SPIRITVS ſancti. Coloſ. 3. v. 14.

Super omnia autem hæc charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis.

Fraternam dilectionem triplicis boni vtilitate propoſita homini congruentiſſimam, Deóque gratiſſimam docet atque perſuadet.

DISCVRSVS CLXVIII.

1. REGIO vati Dauidi benignas die quadam aures diuinus amor admouit: cùm blandè, & amatoriè Deum optimum ex imo cordis affectu appellaret, & has voces emitteret. Tu (ô ſumme Deus) vnica gemma es annulis inſerenda humanis, non arte facta, ſed nata cordi meo: certum enim eſt nullam orbi toto reperiri poſſe, quæ longe latéque patentiſſima hæc mei pectoris ſpatia, & vacantes ſinus valeat occupare. *Deus cordis mei, Deus petra cordis mei.* Complutenſis, *robur meum, pars mea, Deus in æternum.* Quæ cùm audiſſet amor, laborem non ſubterfugit, ſed, vt aſſolet, alias demandatas ſibi prouincias aggredi, hanc etiam, quæ cæteras omnes difficultate ſuperat, ſibi ſuſcipiendam cogitauit. Cœpit igitur ſolidum adamantem perquirere, quo obſecrantis Dauidis precibus reſponderet, & vacuitas cordis expleretur humani, Cuius tamen ſingulari figura inſpecta peritiſſimus artifex in maximam difficultatem incurrit. Quis enim adamas tam ingens, qui tantam omnino capacitatem poſſit explere? quis hunc ea forma figurare, quæ memoriam compleat, menti arrideat, voluntati denique ſatisfaciat? Vidit tamen proximorum amorem adamantem eſſe ita magnitudine inſignem, figura ita & valore præſtantem, vt æquiſſimus gemmarum æſtimator Chriſtus Dominus illum cum Dei amore contulerit, atque compararit. *Diliges Dominum Deum tuum, & proximum huic: Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* Huius eximia pulcritudine paſcuntur oculi, & omnis cordis cupiditas aliàs inexplebilis, forma & pulcritudine ſatiatur. Et licet adamantis inſtar durus & ferreus videtur, tamen facilitate ſuadet, ſuauitate delectat, dulcedine impellit, vtilitate rapit, allicit honeſtate; inuentum quidem amore digniſſimum; probe enim nouit ipſe hominum voluntates incendi, & inflammari his tribus bonis, ſicque vel Deum fore, aut Deo quamſimillimum, quo tam patuli cordis humani ſinus compleantur. Bernardus [a], *Siquidem plenitudo legis & cordis eſt charitas, ſi tamen plena Deus denique charitas eſt, & nihil eſt in rebus quod poſſit replere creaturam factam ad imaginem Dei niſi charitas, Deus qui ſolus maior eſt illa (y ſin eſſa piedra ſe queda el anillo vacio) abſque charitate vacuus eſt.*

Amor Dei & proximi poteſt ampliſſima ſpatia cordis explere.

Amor proximi adamas & pretio & figura cordis humani pulcra inſidens.

DIVISIO DISCVRSVS.

Omnes rationes boni in proximorum amore reperiuntur.

a Ser. 18. in antiq.

2. Vnica igitur gemma eſt. *Diligatis inuicem.* Tres habet angulos, *hac, mando, vobis*, illam poliamus, & cælemus, ſicque planum fiet animæ & eius potentiis aptè quadrare. Et in primis cùm ſit inſecabilis adamas, alio formemus adamante, (*que vn diamante ſe labra con otro*) *hac*, *eſtas coſas.* D. ergo Paulus altum ſubminiſtrabit adamantem quo expoliatur. *Super omnia autem* (hæc) *charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis. Hac*, quaſi diceret, & ſuper hæc omnia quæ vobis dici, demandari aut excogitari poſſunt, breui perſtringuntur dictione, vt alios mutuo amore proſequamini, hoc enim eſt vinculum ſanctitatis & perfectionis, hæc eſt veſtra locupletiſſima hæreditas, hoc veſtrum ampliſſimum patrimonium, *et el vinculo y mayorazgo de Chriſto. Hæc mando vobis.* Vinculum etiam appellauit, quia etiamſi aliquantulum laxari à Deo & diſſociati, proximos charos habuerimus, cum Deo etiam vinculis arctiſſimis aſtringimur. Id quod eleganter poëta Græcus cecinit, omnia nimirum auctore & molitore Deo eſſe procreata, & ex ipſius ore catenulæ inſtar aureæ pendere, variis anſulis & nexibus complicata. Nam vt primùm creaturæ omnes ex ipſo Deo velut è fonte manarunt, è veſtigio in nihilũ redactæ fuiſſent, ſi non illius infinita munificentia conſeruatæ conſtitiſſent, & alias aliis ſecretis

Quo pacto amor proximi humano cordi apprimè aptatur.

Christiana hæreditas & peculiũ amor proximi.

Etiamſi à Deo diſcedere videtur creatura ipſi per proximi amorem connectitur & aſſociatur.

Simile.

Homerus rerum ſpecies catena aurea inſtar à Deo trahi, & ad ipſum referri, affirmauit, & hoc eſt vinculum perfectionis.

nexibus diuina prouidentia connnxiſſet, itaque deoinctæ ſuum reperiūtræ finem, eò vnde exierant reuertuntur, *eſtan las criaturas en gaçadas y ſalen como cadena de Dios y buelueñſe a el*; quòd ſi vna ab altera diſiungatur, neceſſe eſt vt aurea catena & circulus abrumpatur, ſicque perfectiſſimo vinculo diſſoluto, quo ad ſommum faſtigium perfectionis euchitur & reuocatur, homo ſuæ naturæ principium, finem atque auctorem vitæ amittat, & hoc eſt *vinculum perfectionis*. Aliter tamen interpretatur D. Thom. [a] *vinculum* enim *charitatem* vocat, eo quòd omnium præceptorum ſumma quædam ſit: namque ſicut charitatis imperio cæteræ virtutes obſecundant, & illarum imperat actibus, & quaſi nexæ & iugatæ aurato curru vectam trahunt, imperatricem banc, & omnium moderatricem; ita omnia præcepta ſub iugum mittuntur amoris, & præcepto charitatis ſubiiciuntur, & blandis hiſce vinculis aſtringi facilè patiuntur. Oſeæ 11. *In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis*, & hæc omnia his dumtaxat propoſitis verbis, *hac mando vobis vt diligatis inuicem*, mirabiliter continentur.

a In Paulū.

Vinculū perfectionis quod ſit aliter explicatur.

3. I. Inde iam primum ſurgit opus. Manifestè enim patet quàm facilè, quámque iucundum ſit alios amore complecti. Cæleſtis etenim ſponſus ſponſam intueos lepidum numen myſteriique plenum labiis accommodat. *Labia tua ſicut vitta coccinea*, Cant. 4. Inauditum planè encomium labiorum ſponſæ poſtulat, vt mente illud ingenióque percipiam, hæc (tua pace ſponſa ſacratiſſima) labia tua ſilentio comprimantur, & aliò nunc proficiſcetur oratio. Sanctus Vates Dauid cùm paſſim ſupremæ iuſſa legis crebris ſoleat vſurpare ſermonibus, variis illam legémque totam nominibus extollit. Modò ſecuritatis & tranqoillitatis portum eſſe teſtatur, modò conſilium ſuom, modò ſplendidam lucem, totom iter, pacatámque vitam, ſed præcipuè mellita & ſuauia eſſe confiterur, *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua.* Videtur ita eius palatum hac dulcedine commoueri, vt maximam partem guſtare videatur liquidæ voluptatis; ait enim *ſuper mel ori meo, parece que ſe relame*; nec mellis, nec ſacchari dulcedo vlla ex parte conferri poteſt cum illa, quam guſtatus animi ſentit quando diuinæ laudis guſtum habet, & opere exequitur diuina mandata. Sancte Deus, qui fieri poteſt vt amara Dei præcepta tanta dulcedine perfundantur? Ideo nempe, quia non primis, vt aiunt, labris, & perfunctoriè rex iſte deguſtauerat, ſed *faucibus*, ſed gutture, ſed corde; *dulcis gutturi meo: quàm dulcia faucibus meis.* Hac de cauſa tam incredibili perfunditur voluptate; illi enim qui tantùm primoribus labris capiunt, qui ſolùm blanda infigunt oſcula pacis, verbo tenus attingunt, *Domine, Domine*, & vana lingua fidem profitentur, egregia opera negligentes, iactant optimam eſſe virtutem, & illius præclara veſtigia non ſectantur, huiuſmodi ſegnes nulla virtutis ſuauitate reficiuntur, quinimò putant ieiunam eſſe virtutem, & nolla eſſe à Deo ſuauitate leniendam, diſſolutorum quidem & ignaoorum error non ferendus: nam ſi artium omnium difficilia ſunt principia, *quid mirum ardua eſſe virtutis exordia quæ ars artium eſt*? vt aſſerit D. Gregorius [b], & omnium facultatū regina. His contigit quod mellis auidis & rapacibus formicis vſu venire ſolet: apes etenim ſolicitæ cùm probè illarum artem ingeniúmque norint ne impuratos fauis admoueant, totum alueum amariſſimæ herbæ ſucco inficiunt, & hac quaſi vallo munitæ fauum conſtruunt. Formica impellente natura rapitur, vt apum mellita bona diripiat: vt primùm amarum deguſtat colligit ſe, canitque receptui; quòd ſi formica vetula eſt, & longo edocta vſu, vlterius progreditur, exitum aliàs experta felicem, inſtat, vrget, figit labella, nec inſuaui liquore deterretur, proxima iam eſſe mella confidit, in adyta facto impetu irruit, voti compos euadit, melle potitur. Sic nonnulli qui cùm vix virtutem à limine ſalutarint, difficultatem ſubterfugiunt, nihil experti amariſſimam eſſe dicunt, de illius fama detrahunt, ſocordia ignauiáque confecti. At verò qui diuino iam olim cultui ſunt mancipati, qui iam primas difficultates forti & excelſo animo ſuperarunt, non hos ieiunia, non verbera, cilicinæ veſtes, non vitæ morúmque recta moderatio, non diuturni mora ſilentij à ſuſcepto propoſito reuocare poſſunt. Eos inſtruxit rerum vſus & experientia, comprobarunt ibi dulciſſima mella latere, pacem & ſummam animi tranquillitatem, arctiſſimam cum

Digreſſio ſit vt locus Canticorum explicetur.

Dulciſſima Dei præcepta. Pſal. 118. 103.

Ignaui & diſſoluti aſperam virtutem iactant.

Non eſt aſpera virtus niſi ignaris & inexpertis.

b In paſtorali.

Simile.

Iuuat ad virtutem impedimenta aliqua gratia cum ſuperaſſe.

Deo familiaritatem, rerum fluxarum contemtum, ſegnéſque illos qui duram virtutis ſemitam conqueruntur, exſibilant, & explodunt. 4.
Quàm aſpera eſt nimium ſapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors. quaſi lapidis virtus probatio erit in illis, & non demorabitur proiicere illam. Lapidis attingit hiſtoriam, qui (Hieronymo teſte) in foro erat vt vires ſuas validi adoleſcentes exercerent. Alij effœminati, fracti animi, vix manus admouebant, cùm iam ſe recipiebant, tergaque vertebant conatibus onerati, ſic molles & delicati dio in virtute non permanent, ſtatim obmurmurant, ferrea eſt, & grauis, quis ferre poterit? Hi tamen iniqui virtutis æſtimatores vaniſſimæ ſuæ ſententiæ pœnas luent: iudex enim integerrimus Deus ſupplicij tarditatem pœnarum grauitate compenſat. Exacuite parum mentis aciem, & videte graue & atrox ſupplicium, quo fuit Oza punitus; licèt enim cauſa tam repentini caſus nos lateat, tamen illam non leui coniectura Hieronymi [a] ducti, conſequi poſſumus. Supplicationem illam & pompam Oza ductabat. *era el mayor domo de la fieſta.* Arca verò humeris impoſita ſacerdotum & Leuitarum ferri ſolebat, ipſi Martham (vt aiunt) pietate imitanti viſum fuit, nimis graue eſſe arcam portando defatigare miniſtros; metam & terminum quo illis conſiſtendum, & arca deducenda erat, longo abeſſe interuallo; itaque bobus currom trahentibus arcam impoſuit, & ſanctiſſimas legis ſupremæ tabulas, virgam tot tantorúmque mirabiliom effectricem manna cælo delapſum, ea, inquam, omnia ſumma pietate colenda ex humeris hominom ablata brutorum animantium tergis commendat: igitor ad genua prouoluuntor belluæ, accurrit Oza, ſine cultu, ſine reuerentia, ne arca deuoluatur in terram, ſuſtentat manibus, mox in illum diuinæ potentiæ actis vindicta deſæuit, & iuſtiſſima morte mulctatur. Siccine Oza meam legem ita grauem putas? vis vt aliis hoc onus imponatur? non impunè feres. Vt delicati & molles aliena docti calamitate capiti ſuo impendentem ruinam & fatale exitium perhorreſcant; qui cùm carnis oblectamenta ſolùm deguſtarint, ſuauiſſimorum 5.

Eccli. 6. 21.

A ſimili ex ſacra Scriptura.

a In quæſt. Hebraicis cap. 13. tom. 3. in Paralip.

Puniuntur delicati falſi virtutis æſtimatores.

Digitized by Google

morum fructuum vbertatem non viderint, virtutem & pœnitentiã falſi inſimulant, & arduam eſſe, atque impoſſibilem, aut importabilem aſſerunt; econtra verò ſanctiſſimi viri veluti vaccæ Bethſames, quæ cum humeris impoſitam arcã deferrent domi manentibus iuuencis. *In directum vaccæ pergentes*, alacri & prompto inceſſu, *pergentes, & mugientes*, vel, vt alij interpretantur, quaſi *cantantes*, non vitulorum amore, non onere adeò premebantur, vt ab incepto deflecterent, ſed ſicut Dauid ſub onere diuini mandati hilaris & expeditus currebat. *Cantabiles mihi erãt iuſtificationes tuæ, cantando me voy. yo, por el camino de vueſtros mandamientos.* Quî fieri poterit Dauid, vt non oneri ſuccumbas? *Dulces gutturi meo*, ſi nimirũ Deum diligam, ſi proximus mihi cordi ſit, eſt enim charitas vinculum perfectionis, quo præcepta omnia ſimul connectantur. Hic duplex occurrit comparatio, veſtrum ſit iudiciũ, quænam ſit præſtantior, & illuſtrior. Dixerat ſponſa quæ modò tacet, amantiſſimi ſponſi doctrinam quam prædicat ipſa, vittæ coccineæ ſimilem eſſe, quæ pendulas comas & diſperſas colligit, cùmque muta ſit modò, & elinguis, nutu & ſignis id nobis conatur exprimere. Videte, compoſitum ac delibutum capillum explicat, & madentes cincinnorum fimbrias diſcriminat, quas diuinus ſponſus tantopere extulerat, latè aureoli capilli diffunduntur, frontem, ora oculóſque tegunt, pectora manuſque prætexunt, humeros perfuſi collaque occupant; mox remouet, effuſumque vagè legit capillum, vitta purpurea, aut argenteis filis intexta. Age Mater ſanctiſſima, quid dicis? quod iſtud orationis genus? id eſt, quod reipſa alicui ſacræ familiæ nomen dare cupienti contingit, quem vt experiatur admonent his dictis. Vide etiam atque etiam adoleſcens quid agas, quid cogites, quid conſilij capias, ne huic itineri laborioſo, ſaxoſo vitæ religioſæ te committas; qui enim poteris tot leges, iura, ſtatuta & inſtituta ſeruare maiorum? quid enim te acturum putas, cùm totum id ponderandum erit; nam quolibet fungaris officio, infinitarum propemodum regularum & legum obligationem es ſubiturus. Ita ſe habent iſta: Reſpondet ille, at in hac ſacra familia amor ne eſt, & communis quædam charitatis lex, qua alij alios obſeruant & colunt? Eſt quidem: vna ergo regula tot quas obieciſti reputandæ ſunt, *vna regla ay no mas en la religion donde ay charidad.* Huc, inquam, Domini ſponſa innuit, licèt enim in ſponſi lege tot præcepta & mandata, ſanctiones, ceremoniæ, munera & onera imponantur, quæ numero illius capillos excedere videntur, tamen lege vna, vno charitatis vinculo continentur, amoris lex colligit omnes, & coniungit, ita vt veriſſimè poſſit affirmare, *In hoc vniuerſa lex inſtauratur, diliges, &c.* &, *Qui diligit proximum, legem impleuit.* Secundam

Suauitas minuit arduitatem & onus virtutis.

Simile.

Proſopopæia ſanctiſſima ſponſa crines diſcriminatis.

In familia vbi amoris lex viget non plures regulæ, ſed vna docenda eſt.

Rom. 13. 9.

Ibid. 8.

6. compatationem D. Pauli magis quid virile ſonantem percipite. Redit ex more puer faſciculum lignorum e ſilua & monte deferens: contigit autem vt lignorum faſciculus nodo laxato repentè diſſoluatur; plorat puer, ac viæ aditum intercludit, ligna occupant omnia, nullus eſt qui aut brachiis, aut humeris valeat ſuſtinere, at componitur faſciculus, aptantur ligna, exiguo vinculo circumligantur, en puer brachiis circumcingit, humeris imponit, & baiulus & expeditus incedit. Quid Moyſes niſi puer, qui è

Simile.

ſacro monte legem antiquam à ſummo latore legum humeris populi imponendam tulit, quæ veluti faſciculus diſſolutus, Exodo, Leuitico, Deuteronomio toto diſperſus, graue onus erat, omneſque oneri ſuccumbebant, dicente B. Petro, *Quod neque nos, neque Patres noſtri portare potuimus.* Sed adueniente Domino humanis artubus induto, ea quæ diſperſa longe latéque diuulſa erant, in vnum ſic redegit faſciculum, omnia præcepta tæniis amoris & vitta purpurea charitatis deuinxit & collegit, vt ſponſa ſanctiſſima ſilentij iam finem faciens, conſiderànſque non lignorum, ſed florum faſciculum ſuauiſſimos ſpirantium odores publicè appellet, *Faſciculus myrrha dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. no os peſado mi eſpoſo ni ſus leyes.* Quinam auctor tanti facinoris extitit? lex tua, ſumme Deus, id effecit, *labia tua ſicut vitta coccinea*, præcepta enim tua quæ à me prædicari iubes funiculis charitatis conſtricta tenentur, & amoris, quo vis, vt alij alios complectantur, *quod eſt vinculum perfectionis*, id eſt, perfectiſſimum, quòd illo omnia mandata coniungantur, quòd illo ad inuicem connectantur, vt cum ipſo immortali Deo aſtringamus. Perfectiſſimum, quia cùm legem circumſcribat, fragili memoriæ facile commendatur, & adamas illi aptetur, & inſeratur, ſiquidem *hæc* quot & quanta ſint vno includuntur præcepto, *diligatis inuicem.*

Antiqua lex grauis ad portandum.

Finis digreſſionis.

En quàm ſuauis lex euangelica amoris amicis & inimicis, ex charitate redditur.

II. Quia tamen optimi cuiuſque intellectus honeſtate & gloria maximè ducitur, & comparandæ ſibi laudis cupiditate rapitur, tam ſecundum angulum poliendum aggrediamur, *mando*, aſperum, durum & deſpoticum verbum, politicum & prophanis principum & optimatum aulis dignum: veruntamen ne iraſcaris, ſummi enim regis humanitate plenum eſt verbum iſtud, *mando.* Nam ſi cui imperes vt longum iter arriperet, & prouinciam aliquam arduam, grauémque cauſam ſine copia nummorum celerrimè expediendam aggrediatur, non mirum ſi iniquo ferat animo, vide quid imperas; ſi verò mandes & iniungas rem facilem ac ſuauem, ſcilicet vt quis domi per ſummam iucunditatem conquieſcat, ſuis congaudeat & fruatur bonis, dulce eſt; quid ſi in teſtamento hæredem aliquem inſtituas, poſſeſſiones (inquiens) amantiſſimo filio *lego, & mando*, ne id quod accepit à maioribus abalienetur, aut vendatur? præclarum mandatum. Ea ratione mandat & imperat ſummus terræ gubernator. *Mando* tibi vt æquitas efflagitat, & ratio ipſa ſuo quodammodo iure poſtulare videtur, vt fratrem tuum proſequaris amore, quo nihil dulcius, nihil honorificentius excogitari poteſt. Summe Deus, duriſſimus eſt adamas, iniungere vt omnes charitate complectar, qua ratione hoc menti hominum quadrare poteſt, vt æquè amicos & inimicos debeam adamare? Nunc mihi maius ſurgit opus; hic labor eſt. 7.

Honeſtiſſimũ eſt & glorioſum homini quoſcunque proximos diligere.

Simile.

Non inficior difficilem rem præſcribere, ſed id efficit lex, & illius lator æternus, qui inquit, *mando.* Multa fuere & infinita propemodum ornamenta, quæ Deus Pater in lege circa veſtes ſummi Pontificis & auream ſupellectilem præſcripſit; hanc verò faciendam & collocandam Moyſis, liberæ cõmiſit voluntati: veruntamen vero quando illi præſcripſit ornatum, quo illuſtrandum & exornandum erat rationale ex pe- 8.

Sat eſt præcipere Chriſtum qui vt lator & Dominus eſt.

ctore pendens, non inquit, *facies*, aut *calabis*, ſed *pones*. quaſi diceret, de cæteris ornamentis tu videris, ab imis vnguibus vſque ad verticem ſummum, a mitra ad fimbrias opere ſplendido elaboratæ ſint, id tuæ induſtriæ committo. Verùm illius quo ingenium & ratio eſt cohoneſtanda, & rationale dicitur, præter me nullum alium volo eſſe auctorem; hominem noſco, & quid maximè illius naturæ ingenióque conueniat: Deus ipſe pectoris ſtemma & ſplendidiſſima inſignia compoſuit, hæc verò duo præcipuè decorabant, inprimis verba illa & egregia ſtemmata, *doctrina & veritas*, iuxta quæ mito ordine diſpoſiti duodecim lapilli filiorum Iſrael eximia pulcritudine aurea lamina inſcribebantur, & rationale dicebatur, quia, vt ait Rupertus, Dei cuncta opera ratione ſunt plena, quæ quaſi opere ipſo admoneret, filij, id ſenſibus veſtris, mentibúſque mandate, vacuum eſſe annulum cordis mentiſque veſtræ eo die quo ignorantiæ tenebris obruta doctrinam charitatis, veritatem & fidem neglexerit, quibus ad diuinæ maieſtatis intimamur amorem; eo etiam die, quo proximorum aliquis à veſtro aureo pectore auulſus inimico odio diſiungatur, & vacuam mentis veſtræ ſedem relinquat. Ego enim qui vim naturámque veſtram cognoui, hoc illum ſtemmate decoraui, *diligatis inuicem*, hic eſt ſapientia, hic eſt veritas, omnes diligere diſpares, licèt ſicut lapillos, ille enim adamas eſt genere clarus, ille generoſo ſanguine rubet, ille obſcuro loco natus, vti beryllus alter facilitate & hilaritate benignus inſtar ſmaragdi collucet, omnes tamen ſummi & infimi vno cælato pectore aureo charitatis diſpoſiti ſunt, & collocati. Et quemadmodum annulus ſine gemma deformis eſt, eadem prorſus ratione, quo tempore fax ardentiſſima charitatis tribuum Hieruſalem & cuiuſuis hominis extinguatur, eo tempore omnia funditus euertenda, ac cæde & incendio eſſe funeſtanda prædico, ſicut prædixit Oſeas, *conticuit populus meus, eo quòd non habuit ſcientiam, deſtruido eſta Iſrael*. concidit omnino; omnia enim corruunt ſine proximorum amore, & ita addit, *non eſt veritas*, iacet in ſordibus veritas, & ex hoc ſequitur, *non eſt miſericordia*, iam fratrum deferbuit amor, & rigido humana gelu viſcera conglaciant, nulli patet aditus miſericordiæ. *Non eſt ſcientia Dei in terra*, vera iam occidit fides, charitas nulla eſt, liberè vitia debacchantur, petulantérque laſciuit effrænata libido, laxantur voluptatis habenæ, omnis effrænata turpitudo dominatur. *Maledictum, mendacium, homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit*. Vt primùm enim ex vobis ratio hoc adamante charitatis ſpoliatur, infamia, periuria, furor, canini dentes, quibus inuicem dilaceramini, pacem, religionem vitámque præcipitem egerunt, & ſanguinem ſalutémque ſempiternam exſorbent. O ſummum & inexhauſtum bonorum fontem! ſi hæc non ſcripta, ſed nata lex, & æterno delata domicilio, quam non ex te ſolùm didicimus, accepimus, legimus, verùm etiam ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus, à tua diuina imperet maieſtate, quis non obſequatur? *mando*. quod ita rationi conſentaneum eſt, vt frater qui fracto & imbecillo animo eſt, fratrem amplectatur, amore fortiſſimus & robuſtiſſimus euadit, *frater adiuuans fratrem, quaſi ciuitas fortis*.

Vera ſapientia, vera gloria, diligere fratres & inimicos cuiuſuis generis ſint.

Simile.

Omnia deſolantur ſi vna deficiat charitatis vnio.

mando, ne teſtea & lutea vaſa inter ſe collidant, ne ſi ſe petant miſerrime frangantur. *Quid communicabit cacabus ad ollam, quando enim ſe colliſerint confringetur. mando*, vt fictus ex argilla & luto homulus ſui ſimilibus delectetur, non odium diſiungat quos natura coniunxit, cùm ego qui ab hominibus infinito diſtabam interuallo, cælo delapſus in terras, illos amarim, quæſierim, & mihimetipſi conglutinauerim. *mando* illis legatum vltimum quod à ſempiterno Deo & ſummo Patre incenſus amore nocte ſuprema, qua non ſcintillas, ſed incendia charitatis emiſit, ad genua prouolutus, profundens riuulos lacrymarum ſui deprecatus; *Pater charitatem, quam dediſti mihi dedi eis.* noctem diſpuli, & tenebras mea nocte fugaui, in mea peregrinatione & prædicatione hominum genus efferatum emolliui, ignarum erudiui, perpoliui incultum, immani ſeruitute liberaui, in gratam libertatem aſſerui, aperui iter ad cælum. *& nos vnum ſumus, & ego in eis.* Quomodo ardentiſſimè cupio vt ſicut nos æterna claritate coniungimur, & illi omnes ſint dimidium cordis mei, & poſt hæc facias, *vt ſint conſummati in vnum*, & omnes eadem charitate ardeant; *vt cognoſcat mundus, quia tu me miſiſti*, vt mundus credat vniuerſus me de cælo in terras delapſum eſſe, qui pacem de cælo tuli, & legem Deo dignam ſanxi, & naturæ aptiſſimam, qua illis *mando*, *diligatis inuicem*.

Expolitio & confirmatio rationum.

Quanta charitate nos Chriſtus perſequitur. [uncertain reading]

Charitate proximi ſines aneam vnit ſtabiliuntur. [uncertain reading]

III. Sed perſeuerat immota voluntas, à propoſito dimoueri non poteſt, ideo addit, *vobis*, quos bene noui; non me latet perdifficile & arduum eſſe humano cordi inimicum amare, ſed probè teneo quis mandet, & quibus, *vobis*. Iubet rex (inquit Auguſtinus) optimum ciuem admoneri velle ad amœnum ciuis ſuburbanum viridarium relaxandi animi cauſa ſe conferre. En ciuem noſtrum ancipiti cura diſtractum muſſitantem. Ita ſe gerit rex? illi facillimum quidem quod libuerit imperare. Vult ſibi abſque dubio reginæ & infantibus & fœminis, liba & martios panes, & infinita dulciaria lautè & opiparè apparari antecœnio? ſúmne ego alter Crœſus? quæ eſt mea res familiaris? qui reditus? quæ bona? quibus rex citò ecitior fiat, me tantùm claues & nudam domum poſtulare. *decilae que no quiero mas que el caſco de la caſa.* Iam enim noui non ita diuitiis abundare, neque ampliſſima patrimonia obtinere. Ecce iam ad oſtium noſtra ſupellex & dulciaria adſunt. Commouetur ſimiliter & excruciatur homo dum audit diuinæ bonitatis eſſe præceptum, vt inimicos amplectatur amore, itáne eſt? ille malè compoſitus, impudens & imprudens eſt amandus? cædis illius infandæ patrator, qui mihi dedecoris notam inuſſit? ne agiteris, ne angaris, quieſce, inquit Deus, tantùm à te peto libertatis claues, & intima cordis penetralia; eia age, dic, illum ſalutabo, comitabor, alloquar, nullum illi damnum inferam, ſcit enim Deus id meas communes ſuperare vires, illius gratiæ fulcro innitar, nihil pertimeſcendum, nihil formidandum. nam, vt ait Paulus, *ipſe Deus faciet cum tentatione prouentum, el ira añadiendo fuerzas.* Gratiam & auxilia ſuppeditabit. *el trahera la colacion ella eſta ya a la puerta. Ego ſto ad oſtium, & pulſo, mando enim vobis*, quos probè noui. 10.

Vtilitate propoſita voluntas accedatur, permouetur. [uncertain reading]

A ſimili.

Verùm nondum voluntas aſſentitur, nondum illi quadrat adamas; ſed non me fugit 11.

amore

Non deeſt voluntati ſua vilitas & præmium in amore proximi.

Amor proximi anima tuta & ſecura redditur in hac & in futura vita.

A ſimili ex ſacra Scriptura.

amore & præmio eius pertinaciam eſſe expugnandam; eſt enim meretricis inſtar, quæ omnia turpi quæſtu & lucro meritur; quare in hoc præſertim mea nititur oratio. Adhuc nempe, vt tranquillam pacatámque vitam influxarum rerum etiam cura traducere poſſit amoris proximi munimine animam eſſe ſecutam. Nam quis ſecuro animo eſſe poteſt in hoc quaſi armorum mundi ſtrepitu, & tumultu amoris pignore ſpoliatus, omnes amo, quis me odio proſequatur? Rabab exploratores Ioſuæ hoſpitio conuiuióque recepit, lucri cauſa, ſtatim vt timida penſionem & ſecuritatis ſigna efflagitauit, accipe, inquiunt, funiculum coccineum in feneſtras colloca, & bono animo eſto. Salua eris & incolumis. Datur belli ſignum impetu facto, omnis in ciuitatem irruit exercitus, effuſi per vias milites obuióſque trucidabant: hinc diuites, hinc pauperes eiulantium filiorum ſobole circumcepti: honeſtiſſimæ coniuges maritos perſequuntur flentes, ſordeſcunt ſqualore virgines ſemimortuæ, & tunc temporis *non dimouetur clauſa oſtio meretrix.* Pulcerrimis tectis funeſtæ faces iniiciuntur, inſtant ferro, rubent in multa cæde gladij, tectorum fragore concidentium plorant infantes, gemunt morientes: illic vniuerſa domus euertitur, aliam ibi prædabundi diripiunt hoſtes. *Meretrix verò tranquillo animo perſeuerat.* Interim Ioſuæ videt intactam illam permanere domum, nec rogat quis illic habitaret? Fortiſſime Princeps, animaduerte hanc domum meretricis eſſe: illa autem turpiſſima fœmina, ciuitatis peſtis, labes reipublicæ, cuius domus non quidem belli tempore, ſed pacis & tranquillitatis eſſet ad ruinam vocanda (*inclinata eſt ad mortem domus eius*) quaſi domus ruinoſa, quæ ignaris adoleſcentibus fatalem ruinam minitatur, rogauitne hoc Ioſue, aut milites accuſarunt? minimè verò, non id percontatus eſt Ioſue: ſed vt primùm purpuream vittam vidit, ſiſtite, inquit, ſiſtite, arſit ibi charitas; alienigenas hoſpitio recepit, viguit amor ad diligendos hoſtes, non illius domum ſolo æquetis, omnia illius ſcelera velamine illo purpurei pendentis amuris contegantur. O voluntas humana! vtinam hæc vetiſſima parabola ferrea & adamantina pectora emolliret, & efficeret vt tibi adamas quadraret amoris.

12. Quid cogitas hunc mundum eſſe niſi ciuitatem quandam aduerſæ factionis ipſum contra Deum conſpirantem, quam diuinus ille Ioſue, Ieſus Chriſtus Dominus depopulabitur, & cæde & incendio funeſtabit, & hodie iam graue bellum indicit morbis, bellis, mordacibus linguis orbem ſubmittit in plana terrarum? vis in diſcrimina rerum omnium ſecuro animo eſſe? viſè medijs hoſtium telis incolumis euadere? vis in furente Marte optima pace potiri? Pateant portæ charitatis, alienos foue inimicos, amore complectere, recipe proximos hoſpitio, & humani generis vindex tibi purpureum balthеum proprio ſanguine tinctum, & vulnerum redundantibus amore canalibus madefactum dabit. *Sicut purpura regis vincta canalibus.* Quando ſummo iudici ſiſtentur rationem redditurі, quãdo orbis terrarum diuulſus ſedibus ſuis contremiſcet, virgines metu perterritæ exalbeſcent, & ſanctiſſimi viri tota mente, totis artubus perhorreſcent, licèt virtutibus exaggerati, tu per ſummam iucunditatem conquieſces, horrendum ſpectaculum intueberis; & licèt accuſatorum turba proclamet: Summe Deus, turpiſſima meretrix hæc eſt, mille peccatorum maculata ſordibus, ipſa præſefert morti eſſe deſtinatam, *quia inclinata eſt ad mortem domus eius.* Benigniſſimus Ieſus, ſinite, inquiet, ſinite, faſciculus coccineus eſt ille; voluntas ſemper charitatem coluit, *charitas autem operit multitudinem peccatorum*, in alios furor noſter deſæuiat, viuat ſola Rahab, ſit incolumis & beata, hoc enim qui fratres amore amplexatur, iuſtè meretur, & per hoc voluntas annuit amori.

In extremo iudicij fragore & tumultu vnus amor proximi animam tuetur.

Adamantem igitur annulo inſeramus, *hagamos el engaſte.* Primus huius operis artifex vir tãtæ induſtriæ & ingenij eſt acutiſſimus Niſſenus, & illius frater Baſilij Magni cognomento inſignitus, vult ad pulcerrimum opus manus etiam admouere. Illud inprimis certum (inquit Niſſenus [a]) ſapientem legiſlatorem ferre leges, quas priuati homines humeris ſuis impoſitas valeant ſuſtinere, non quæ captum excedant humanum, non enim æqui legiſtatoris eſt ea iubere quæ natura non capit, nec admittit. Ergo ſupremus legiſlator & numeris omnibus abſolutus non eam legem præſcripſit quæ noſtras vires ſuperet, & hac de cauſa non iniungit vt affectus alte defixos ſubitò & radicitus euellamus, & ſine ſenſu ſtupidis ſimiles permaneamus, hoc enim eſſet rerum aptas inuertere ac mutare naturas. Vos piſces ad paſtum eſtote parati, & vos animalia in præruptis ſcopulis degite, vos aues in maris fluctibus æquora vaſtiſſima enatate. Non ſic Deus imperat, ſed mundus, qui cùm non legiſtator, ſed tyrannus ſit, non decus, ſed dedecus noſtræ naturæ machinatur, inde rerum perturbationes oriuntur. Imperat vt ille inimicum odio proſequatur, atque inſectetur, videre eſt, teſte Niſſeno, quomodo hanc legem opere exequatur vir ira percitus, & furore concitatus, in illius pectore ſanguis efferbeſcit, ſpiritus ebulliunt, animus inflatur, repentè è veſtigio ex hominibus tanquam aliquo circeo poculo immanes belluæ fiunt, torquent ſanguineam oculorum aciem, ſtant horridi capilli, alius eſt vocis ſonus, lingua hæſitat, tumentes ſpumas colligunt labra, hinc pallor, hinc tremor, hinc dentium crepitus conſequitur, tota ex facie crudelitas emicat, diſcuſſa rabie verba furor ipſe retardat: furit, calet, æſtuat, ardet, elato collo, tumentibus buccis, ardentibus oculis, manibus, pedibus furiarum facibus inflammatus. Quid hoc eſt? illi præſcripſit mundus vt vlciſceretur, & illum ad ignem, ad ferocitatem, ad rabiem rapuit. Immanis hæc lex eſt. Abſalono legem iniungit vt effrænata regnandi cupiditate rapiatur, & Patri bellum inferat. Quid monſtri non videas in hoc adoleſcente? quid mali non eſt aggreſſus? Quod in ſanctiſſimum parentem facinus non perpetrauit? ad quæ abſurda & principe indigna non ſeſe abiecit? Quid ſic principem animum demiſit? mundus, qui cogit illum, & lege & loco ac mente deducit. Quid ſi cæco & prodigo filio legem imponit, vt ſine lege viuat, libidinetur, genio indulgeat, obſecundat ille, à dulci patria exturbat, ab ingenua parentum informatione, chariſſimorum amore, & in laſciuientis carnis blandimenta transfundit, & auidæ mulierculæ veluti araneæ inſanam muſcam, pulcellum ætate florentem, potentem opibus, ornatum veſti-

13 (margin, beside "Adamantem igitur annulo")

[a] Ser. de Beatitudinibus 2. Beati mites.

Leges faciles debẽt viribus ſubditorum aptari.

Tyrannus mundus graues leges imponit.

Irati hominis imago deſcribitur.

Immanis vindictæ lex.

A ſimili ex ſacra Scriptura.

Digitized by Google

bus, ſalutis ſucco exhauſto quaſi naufragum aliquem aut circulatorem calceis & ſputis & conuitiis percuſſum eiecerunt. Ageſis bone adoleſcens, quis hoc tibi iniunxit? nónne conſultius foret domi te continere, vmbra, menſa, materno complexu, lecto & ſomno non interrupto potiri? Mundus mundus fallax legem hanc mihi immanem impoſuit. Concedite ergo ó mortales mentis aciem, & videte quæ lex vobis promulgetur. Si Chriſtus Dominus vobis iuberet proximos deteſtari, quod onus vobis imponebatur: quod vt vndique armis cincti eſſetis ira ſucceſi, arderetis vos ipſi ſumma diligentia, & ſolicitudine tutatemini, quid plura? ampliſſima patrimonia profundenda erant, aut vobis fugiendum, aut occumbendum, aut intereundum.

14. Verùm modò quid mandat? *vt diligatis inuicem.* O diuinam legem, quàm amens eſt qui te non colit, & obſeruat! ô duritiem ipſis barathrorum duriſſimis cautibus æquiparandam. Qui ſpiritus, quæ flamma, qui malleus te edomare, aut

Ierem. 23. emollire poterit? *nónne verba mea quaſi ignis, & quaſi malleus conterens petras?* Eia duriſſime adamas, verbum meum ignis conſumens eſt, & graui pondere malleus: & verbum meum ſcit, & poteſt corda penitus extincta accendere, & mortua ad vitam iterum reuocare? Idem præ-

Cap 37. 1. ſtare volo quod ſanctiſſimus vates Ezechiel, cui oſtendit Deus vt campum proſpiciat latè patentem, vbi innumera oſſa corroſa & longo temporum decurſu conſumpta viſebantur, ingẽtem vocem emittit, *Oſſa arida audite verbum Domini.* Iuſſit excitari, & oſſibus oſſa coniungi: extemplo vocem audierunt, dictis paruerunt, & opere compleuerunt, ita tamen vt articuli articulis adnecterentur, nodis nodi, neruis nerui adhæreſcerent: membranis membranæ conglutinatæ, tota articulatione bene compoſita ad ſtabilitatem, ad motum, ad arma ſubitò capienda quaſi armati milites ſurrexerunt. Quid hæc veſtra ciuitas eſt, niſi oſſuaria quædam contrita & vetuſtate cõfecta, vos alij alios corroditis, vos generis turpiſſimas notas infamiæ, quæ fato & temporis decurſu conſepultæ fuerant, ex inferis quodammodo excitatis, omnem pulchritudinem deformatis, omnem gloriam & ſplendorem obſcuratis, inſepulti iacetis, fœtorem & horrorem vos ipſi proditis. *Oſſa arida, audite verbum Domini.* Si oſſa carne nudata nullo animata ſpiritu Prophetæ voci paruerunt apud vos rationis participes, quorum adhuc vita, ſpiritus & fides animat artus, quorum vita Chriſtus Dominus eſt, nihil apud vos valebit illius cygnea vox, quam imminente morte dulcem & ſuauem emiſit, *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.* Oſſa inſenſibilia iubentur audire vocem Domini, & bene quidem, quoniam vocem Domini res omnes probè norunt, nam, vt ait Ambroſ.[a] *Innumera habemus exempla quibus natura rerum cæleſtibus eſt obſecuta præceptis: nam terra pabulum gignere iubetur, & gignit; & ad virga tactum ſitientibus populis petra aquam vomere, & illico exundant fluenta dura ſaxorum,* &c. Audire ergo ô mortales vocem Dei veſtri. *Hæc mando vobis.* Subitò facta eſt commotio, & acceſſerunt oſſa ad oſſa. Sed nota, *quòd acceſſerunt oſſa ad oſſa, vnumquodque ad iuncturam ſuam;* ipſa enim oſſa charitatis legem edocuerunt. Nam vnumquodque alterius commiſſuram tenere contendit, eadem ratione commiſſuram obſerua, hoc eſt, vide quò maximè trahatur quis, quo magis recreetur procura, *hechar de ver de que guſta,* vel ę contra, quæ odit, aut quibus minus delectatur, nunquam talia attingam, *de eſto no guſta nunca le tocare eſta coyuntura,* nunquam in medium proferam, vt ſic veſtra ciuitas legibus obligata diuinis, ſplendorem antiquum recipiat, ſumat arma, non quibus ſe interficiat, ſed quibus hoſtes debellet, & Spiritum ſanctum in oſſa noſtra illapſum fuiſſe teſtentur opera, fides & gratia.

Fideles Chriſti membra vnus alteri adhærere debet vinculo amoris.

a De fide reſurrectionis.

15. Duo perditiſſimi homines Chriſtum Dominum ad inimicitias vocarunt, quorum animos ipſe ſibi conciliare fuit enixus: neſcimus autem an conciliauerit, & verè vtrumque adamantem edomuerit. Primus Simon fuit ille detractor, qui licèt tacitus in peccatricem Mariam, vel potiùs in Chriſtum Dominum acriter inuectus eſt. Secundus perditiſſimus Iudas fuit infeſtiſſimus inimicus, qui & multo tempore, vt Ioannes indicat, nec in illum credebat, ac denique venalem propoſuit, & morti turpiſſimæ addixit: iſtum conuiuio, amore, regalibus dapibus, pedum lotione, mellifluis verbis, gratiſſimo pacis oſculo, inflectere, aut emollire curauit, ex ſplendidiſſimis ſuis annulis, hos duriſſimos adamantes Chriſtus Dominus extrahit, & proiicit. *Si fuerit Iechonias annulus in dextera mea, inde detraham eum.* Deerũt ne ſummo Deo gemmæ & adamantes inſerendi annulis? ecce Simonem ſanctiſſimũ Apoſtolum illius locum occupantem, & inuictiſſimum Iudam Thaddæum alterius Iudæ & nomen & ſimilem dignitatem tenentem, nam de vera illa vite infrugifero, & infelici palmite Iuda vno auulſo, *non deficit alter aureus,* Thaddæus, in quam adamantes ita lucidi, vt ſuo lucis ſplendore Babyloniam ignorantiæ tenebris obrutã luſtrarint atque illuſtrarint, in quo illud mihi eueniſſe videtur, quod quotidie experimur, lectiſſimæ enim & principes fœminæ non niſi in feſtis ſolemniſſimis ſplendidè ornantur, communi cultu contentæ, præciſa chirotheca in vno digito adamantem micantiſſimum, & eximij pretij indicant, in alio reſciſſa chirotheca rubet carbunculus qui oppidi, aut villæ pretium ſuperat. Hoc ſolum regina & nobilis matrona à priuatis & vilioribus fœminis diſtinguitur, quæ iam ſuperbientes omni monili & inſano ſumptu & ornatu ſe componunt. Habet quidem mater Eccleſia proximum huic ſolemniſſimum diem omnium Sanctorum, in quo omni cultu & pretioſo ſplendebit amictu, hodie tamen his duobus lapillis contenta talis apparuit, vt etiamſi Babylon purpurea & gemmata veſte à Ioanne in Apocalypſi ſplendere viſa ſit, at cùm ambo occurrere Apoſtoli, in terram prouoluta Eccleſiæ & fidei maieſtatem & lumen venerita eſt adamantes veriſſimi, qui mortis ictu impendente inimicos adamarunt, at pro interfectoribus ſupplices ad Deum preces fuderunt, quos lingua & dedecoris nota non domuit, ſed ſanguis Chriſti, amor gratiæ, & ſpes gloriæ.

Simon & Iuda excellens ſanctitas & vnio ac ſimilitudo mirabilis.

Sanctitatis Apoſtolica ſplendor eius Babyloniam caliginem illuſtrauit. Simile.

Apoſtoli duriſſimi adamantes.

QVID

QVID PATIENTIA, QVANTA EIVS laus, quæ eam acquirendi ratio, quantaque animi æquitate cuncta ſint toleranda.

INSTITVTIO LVII.

16. Partitio inſtitutionis.

a In ligno vitæ de patient. c. 2.

b De patientia c. 1.

c De patientia.

Thesis inſtitutionis.

MIHI METIPSI patientiam exoptans, ſuſpirans & inuocans, patientiæ inſtiturionem proſequar, temere ſatis, ſi non etiam impudenter, timens ne dicta factis deficienribus erubeſeant. Nam licèt ſicut aquam denegate ſitienti, inquit Iuſtinianus [a], crudele eſt, ita patientiæ præclaræ virtutis præconia ſilentio tegere malum eſt. Tamen ſicut aliquorum vitiorum, ait Tertullian. [b] ita & bonorum intolerabilis eſt magnitudo, diſputatióque difficilis, ita vt ad loquendum & audiendum prima patientia ipſa nobis neceſſaria ſit, vt fatetur Cyprianus [c]. Primò igitur laudes eius tacere non audeo. Secundò, quomodo reuocanda ſit ad vſum ediſſeram, Tertiò denique quibus mediis, quibúſque modis eam conſequi poſſimus, adiungam.

17.

Prou. 16. 32.

NOTA. Aurea patientiæ documenta, & ad omnes labores & ęgritudines, patientiæ pharmaca, vide ex Tertullia. apud Patrē Cornel. in Pentateuch. ca. 3. v. 24.

Patientia præſtat militari virtuti & laudi.

d Hom. 29. in 2. ad Cor.

I. Tantæ igitur virtutis encomia ab ipſo Dei verbo petenda ſunt: quòd, cùm militaris gloria perilluſtris ſemper extiterit, & ad illam cumulandam & honeſtandam, coronæ, palmæ, lauri, cantica triumphi & plauſus inuenti ſint; cùm tamen patientis animi magnitudinem contemplatur affirmat, *Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo expugnatori turrium, mayor fuerza es ſuffrir mal que hacelle y para cōquiſtar a ſi miſmo es meneſter hacer el bien y ſuffrir el mal*; honor enim belli ſicut & labor diuiditur inter plurimos milites, conſiliarios, & fortunæ occaſioni ſua etiam pars aſcribitur; hic verò vir patiens ſingularis eſt in bello, in vincendo, in triumphando, victoriæ illæ obtinentur imperitia, inertia, aut debilitate hoſtis, qui dum viribus præualet, vt debilitetur obſidione circundatur, cibariis & commeatibus interdicitur, ac tandem victoria non tam propriis obtinetur viribus, quàm armorum, aggerum, tormentorum; hæc verò victoria luctæ inſtar ſingulari certamine cum compoſito hoſte, cuius ictus vitare aut effugere nequeas, comparanda eſt. *Melior igitur eſt vir patiens viro forti.* Et verè *melior*, nam bellica illa fortitudo non meliores efficit, imò deteriores, moribúſque corruptiores; videas enim multis regnis dominantes vitiis ſuis quaſi viliſſima mancipia inſeruire. Hæc verò ſancta & præclara dominatio ſola patientia obtinetur, & ſeruare poſſumus *in patientia noſtra, & poſſidere animas noſtras.* Sicque Chriſtiani militis habitus eſt, non robuſti lacerti, vt diſertè Chryſoſtom. [d] *Neque enim ſi firmum ac robuſtum corpus habeamus fortes proinde ſumus*; is enim demum hac virtute præditus eſt, *iaceat licèt in lecto, qui ad mala ſufferenda internis viribus pollet, quibus demptis etiamſi alioqui tanto robore corporis quiſquam præditus ſit, vt vel montem auellere queat: haud tamen illum puella, ſeu miſera anus firmiorem valentiorémque eſſe dixerim: nam ille cùm in corporeis vitiis confligit, hic autem nec contueri ea audet.*

18. Vera patientiæ laus ex ore verbi Dei.

Verbum etiam ipſum veram patientiæ laudem in parabola illa ſeminantis attexuit, *& fructum afferunt in patientia.* Nam infauſtus ille ſeminis prouentus multis de cauſis euenit, copioſiſſima autem meſſis vni patientiæ tribuitur. Nam ne anima fiat ſicut via, & vt tollat lapides & impedimenta ſpinarum, qua non indiget patientia? & quid dicam ad exercitia virtutum? nam & humilitas eſt patientia iniuriarum, manſuetudo eſt patientia plagarum, paupertas eſt patientia neceſſitarum & indigentiæ. Omnia denique opera etiam faciliora legere, orare, ſacramenta frequentare, ea parte qua ſunt fructus exigunt etiam patientiam, & præterea omnia opera quaſi ſemina ſunt patientiæ, quæ vltimus fructus eſt. *Nam patientia opus perfectum habet.*

19. Sapientia patientiæ autorma.

Prou. 14. 29.

Sapientia etiam Dei exaltat patientiam. *Qui patiens eſt multa gubernatur patientia, qui autem impatiens eſt, exaltat ſtultitiam ſuam*; ideo namque rectè gubernatur patiens, quia locum dat tempori, occaſioni, ſolatio & remedio, impatiens verò auget & exaltat ſtultitiam ſuam, voce, querela, præconio illatæ ſibi iniuriæ: ſtultus enim dum tacet patientia & taciturnitate diu inſipientiam diſſimulat. Nulla itaque mala omnino magna vbi adeſt patientia, nec parua vbi impatientia locum habet. Eſt itaque prudens, quia cedit tempori & rebus, ſeipſum conformat dum res ſibi conformare nequit; ſtultus verò impatiens fit, quia nititur ad impoſſibile: ille impatienter

fert

fert ægritudinem, quaſi frænare poſſet humores, & influxus cæli varios corrigere & prohibere. *Varia impatientiæ cauſa.* Iſte etiam ſuper morte filij triſtatur, quaſi per vim mortis impetium expugnari poſſit, quæ per quinque annorum millia interficiendi munere fungitur. Alter iniuriam ægrè fert, quaſi poſſet ſtultorũ infinitum numerum tollere violentorum, adulterorum, ſceleratorum, quos vnus Deus qui delere poſſet patientiæ nobis exempla dare conſtituit etiam cum deitatis & maieſtatis ſuæ diſpendio, vſque adeò vt plures in Dominum idcirco non credant, quia ſæculo iratum fuiſſe tandiu neſciunt, vt *Dei ſumma patientia.* ponderat Tertullianus [a], *vt ſua ſibi patientia detrahat, menoſcaba ſu honor con ſuffrir tanto al parecer de los necios.* Patiẽti denique facilius videtur perſuadere ſibi patientiam, *Pax ex patientia.* & ferre iniuriam, quàm alios cohibere ne inferant. Vnde ſumma pax animi patientis oritur qui cedit & conſentit omnibus, perturbatio verò impatientis maxima, quia bellum contra vniuerſum tantillus homo ſuſtentat, contra cælum, contra tempeſtates, contra humores, contra proximos, contra externos; ſempérque victus euadit; ideo namque in cælo ſumma viget pax, quia vni Dei voluntati conformes ſunt, ideo in inferno bellum æternum ex ipſa propriæ voluntatis impatientia, quam eò inuexit dæmon impatientiæ auctor primus. *Natales enim impatientiæ in ipſo diabolo deprehendo tam tunc cùm Dominum Deum vniuerſa opera quæ feciſſet, imagini ſuæ, hoc eſt, homini, ſubieciſſe impatienter tulit.*

[a] De patientia cap. 2.
Idem ibid.

20\. *Deus auctor patientiæ.* Verumenimuero quas ego de bono patientiæ laudes afferre poſſum, vbi Deus auctor patientiæ eſt, exemplar Chriſtus, qui etiamſi homo inter homines, nihil tamen de impatientia hominis imitatus eſt. *Patitur naſci de vtero matris, natus adoleſcere ſuſtinet, & adultus non geſtit agnoſci, ſed contumelioſus inſuper ſibi eſt, & à ſeruo ſuo baptizatur, & tentatori congreſſus ſolis verbis repellit. Taceo quod figitur, in hoc enim venerat, nunquid tamen ſubeundæ morti etiam contumeliis opus fuerat? ſed ſaginari voluptate patientiæ diſceſſurus volebat, como del plato de los trabaxos como mas ſabroſo hechando de ver que no hauia de comer mas a nueſtra meſa trabaxos. Mira æquanimitatis fides, grande eſtima hijo de la paciencia*: quare? quia dum vir grauis perſonatus incedit, aſſumptio illa perſonæ licentiam affert agendi quoſcumque motus, quaſcumque etiam ridiculas vel inſaniæ actiones edendi. *Chriſtus etiã carne tectus mirabiles patientiæ actus edidit.* *En poniendoſe maſcara tiene vn hombre licencia para todo.* Vide ergo quam fidem ſeruauit patientiæ. *Qui in hominis figura propoſuerat latere, nihil de impatientia hominis imitatus eſt. aun con maſcara no hizo vn meneo de impaciencia.* Iob autem *Iobi patientia quaſi vexillum propoſita.* quid fuit niſi vexillum quod Deus de inimico gloriæ ſuæ extulit, cùm ille homo ad omnem acerbum nuntium nihil ex ore promeret, niſi Deo gratias. Quid? ridebat Deus; quid? diſſecabatur diabolus cùm erumpentes beſtiolas, vermes, inquam, in eoſdem ſpecus & paſtus foraminoſæ carnis ludendo reuocaret. Qui licèt quæ amiſerat reduplicata recepit, ſeptem tantùm redduntur filij, non quatuordecim, magna de cauſa. *Et ſi filios quoque reſtitui voluiſſet, pater iterum vocaretur, llamaraſe dos veces padre de aquellos ſiete. Sed ſuſtinuit tam voluntariam orbitatem, ne ſine aliqua patientia viueret. Pero quiſo que le faltaſen ſiete hyos para que proſperado en lo demas no le faltaſe materia de paciencia.* Patientiam enim ſuper omnia coluit & ſeruauit, vt ipſemet faſſus eſt. *Simile.* *Nonne ſilui, nónne quieui*, &c. Sicut cùm quis in eadem crumena habet æs & viliores monetas, inter quas tamen ſeorſim in loculo gerit numum aureum, rotundum & ſplendidum. Si contingat furem manum in crumenam inicere, dolet ille donec perſpicit ibi eſſe numum aureum, de reliquis autem monetis non curat; ita Iob libenter omnia vel reliquit, vel deponi & furari à ſe paſſus eſt, temporalia ſunt, & peritura: tunc autem recurrit ad numum aureum patientiæ perquirendum, & ait, *Nonne ſilui, nónne quieui, nónne diſſimulaui. Aqui eſta el doblon todos los demas ſon quartos y moneda de vellon. Tanti* denique *pretij eſt vt ſit ſatis idoneus patientiæ ſequeſter Deus, vale tanto eſe doblon que Dios es digno depoſitario de el.* Imò Deum habet patientia debitorem, ſi iniurias patienter toleras, vltor enim eſt iniuriarum ſi iram penes illum depoſueris, nec immeritò; omnia enim Dei placita promouet, atque tuetur, omnibus mandatis *Patientiæ officia & munera diuina.* eius interuenit. *Fidem munit, pacem gubernat, dilectionem adiuuat, humilitatem inſtruit, pœnitentiam expectat, exomologeſim adſignat, carnem regit, ſpiritum ſeruat, linguam frænat, manum continet, tentationes inculcat, ſcandala pellit, martyria conſummat, pauperem conſolatur, diuitem temperat, infirmum non extendit, valentem non conſumit, fidelem delectat, Gentilem inuitat, ſeruum domino, dominum Deo commendat, fæminam exornat, virum approbat, amatur in puero, laudatur in iuuene, ſuſpicitur in ſene, in omni ſexu, in omni ætate formoſa eſt.*

Idem c. 15.
NOTA. Similia quędam apud D. Cyprian. lege lib. de patiẽtia ante finem. Chryſoſt. tom. 4 hom. 11. in 1. Cor. 13.

21\. II. Reſtat de ſecundo aliquid dicere, in quibus nempe exhibenda patientia eſt? quas

quas enim perſonas ferre oportet? omnes. Quibus in rebus? in omnibus; qua ratione? ferendo, & tolerando.

Quanam perſona toleranda.

a Hom. 63. in Gen. & hom. 15. & 89.

Circa perſonas omnes, ait Chryſoſtom.[a] parientes nos eſſet docet Paulus. *Conſolamini puſillanimos, corripite inquietos: patientes eſtote ad omnes.* Diuites tolerate, quia ſuperbi ſunt, pauperes quia importuni, pueros quia moleſti, homines quia violenti, omnes quia omnes lucri materiã afferunt. *Et ſicut mercator non ſentit nauigationis laborem, lucrorum ſpe releuatus, ita nos quacumque inferantur grauia generosè feremus.* Aliqui diſtinguunt & excipiunt perſonas, illud Dauid vſurpantes, *Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique, tu verò,* &c. indiſcreta quidem cogitatio, nam expoſitus quiſque debet eſſe atque paratus, vendi ab amicis, crucifigi ab inimicis, ſperni ab alienis, & ad omnes qui malum inferunt, patientia protenditur. Seipſum etiam inſuper tolerare oportet, *factus ſum mihimetipſi grauis.* Sunt enim aliqui libenter aliena peccata vitiaque perferentes, ſua verò minimè tolerantes, ſui ingenij, moris defectus impatientes, fugiunt quidem iſti domeſticam diſciplinam, & ſcholam virtutis, in qua ſi ſemel quis ſeipſum ferre perdiſcit, orbem vniuerſum tolerabit, nullum enim onus neque grauius, neque propius, neque coniunctius, etiamſi mortua corpora viuis alliget Mezentius, nobiſmetipſis eſſe poteſt. Maximè tamen cùm te nulla vexari poſſim, neque lædi, niſi à meipſo, mea videlicet excitata ira, triſtitia & atra bili, quas ſi ſemel paſſiones cohibeo, ad omnia moderatè toleranda conſtans ero. * Quæ ſunt igitur ferenda? aduerſa omnia, nulla exceptione facta, nihil excipias, vnicuique id quod patitur intolerabile eſt, & faciliùs perpeſſurum dicit quod in alio videt. Æger facilè pauperiem, ſi integra eſſet valetudine, ſuſtinere poſſe putat, qui dolet grauiter, maius malum quàm dedecus putat dolorem. Qui verò infamia, aut dedecoro afficitur, grauiſſimum malorum cenſet. Cogita labores dona Dei eſſe, non ſeligenda, ſed accipiẽda cum gratiarũ actione, *que a quien dan no eſcoje.* Sed qua ratione dices perferre oportet? *ferendo.* Nihil amplius, nec putes non tolerare eùm adhuc renitentia eſt & acerbitas, patientia enim non tollit difficultatem iſtam, ſed vincit. Quòd ſi ad patientiam multis te velis tunc armare cogitationibus, & exemplis, & animi conformitate, fiet vt his intentus in impatientiam incidas. Nam cùm quis ſolutus eſt & expeditus, poteſt currere, poteſt ſaltare; ſi verò graue ſuper humeros imponatur onus, ſatis eſt ſtare, & perſiſtere. Nam ſi velit ſaltare, cadat neceſſe eſt; ſic & qui tribulatus eſt, ſatis erit ferre & tolerare, &, vt ait Eccli. *in humilitate patientiam habe*; virtus enim ardua & difficilis nulla alia documenta petit, quàm omnia perpeti æquanimiter, hoc eſt ſumma doctrinæ, pati, patienter ferre.

Nullas eximit perſonas nec iniuriam Chriſtiana patientia.

** Vide ad hoc P. Salazar noſtrum tom. 1. Prouer. 16. 32.*

Aduerſa omnia toleranda.

Patientia non tollit difficultatem, ſed vincit.

III. De tertio ſupereſt iam dicamus quibus mediis patientiam conſequi poſſimus, quæ res tanti eſt momenti, tantæ difficultatis, vt Eccleſiaſticum nobis prouiderit rei difficilis Doctorem, *cap.* 2. cuius verba diuinámque ſententiam declarauit Hugo Cardinalis [b]. *Suſtine ſuſtentationes Dei: coniungere Deo, & ſuſtine vt creſcat in nouiſsimo vita tua. Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, & in dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe.* Agit, inquit Hugo, cum viris iuſtis, ne iura amicitiæ cum Deo violent, ſocietatémque diſrumpant. *Auiſo neceſſario porque tanbien las obligaciones de los juſtos ſuelen padecer ſu bancoroto.* Crede eſſe tentationes Dei, neque ideo quia tentat inimicè agere, ſed tuam velle explorare patientiam: quia cùm non ſint tentationes ad deſtruendum, ſed ad ædificandum, *ſuſtentationes vocat.* Et licèt *Dei* dicuntur, hoc eſt, graues & ingentes (ſicut cedrus Dei, & montes Dei, hoc eſt, altiſſimi) crede tamen facturũ cum tentatione prouentum, nouóque auxilio tibi affuturum. Quia tamen quæſtus maximos & patientiæ ſumptus tuis viribus ſuſtinere nequis, *coniungere Deo*, fac ſocietatis contractum cum Deo, cuius ſocietati cùm fueris copulatus, quod tenuitas tua conſequi nequit, tui ſodalis opulentia facilè obtinebit. In duplici tempore & occaſione ratio tibi maxima patientiæ habenda eſt, *in dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe*, tempore videlicet corporalis ægritudinis, & infamiæ, aut dedecoris, quod malorum grauiſſimum cenſuerunt Philoſophi. *Vt creſcat in nouiſſimo via tua. alla al morir quando penſaren que vas falido y pardido, para condias entraras con grandes caudales en el cielo.* 22.

b Ibid.

De mediis ad tolerantiam.

Svbdivisio institvtionis.

Societas & vnio iuſtorum iuuant maximè ad tolerantiam.

Primò, *ſuſtine ſuſtentationes Dei.* Vnde Deus ſuſtentationes habet, niſi quia negotia patientiæ agit, & multas merces tolerantiæ apud ſe ſolum eſſe voluit, indéque hominibus diſpenſati. Hoc indicat Paulus cùm vocat eum *Deum omnis patientiæ*, quaſi ſolus ipſe ſibi lucra quæſtúſque patientiæ arrogauerit. Quemadmodum, cùm reges merces illas quæ maximè expenduntur prohibent ab aliis quàm ab ipſis diuendi, vel 23.

Cur Dei patientia dicatur Dei Simile.

ab

Digitized by Google

ab iis, quibus de iuſſu regis venditio demandatur: quod acutè aſſecutus eſt Tertullian.[a] *Nam quod maximè bonum, id maximè penes Deum, neque alius id quàm qui poſſidet diſpenſat, vt cuique dignatur.* Nam & vitam ſibi reſeruauit, *in ipſo vita erat*, & lucem continet, *erat lux vera*; nunc verò *Deus omnis patientiæ* nuncupatur, quaſi ita in patientia diues, vt & patientiſſimus ſit, & patientiam diſpenſandam ab alio quàm à ſe prohibuerit, vt Dei donum eſſe credatur. Cúmque hoc totum Dei negotium ſit, multos habet huius negotiationis famulos, & adminiſtros, vt notauit D. Chryſoſtom.[b] videlicet febres, dolores, amicos, inimicos, & quotquot nobis materiem patientiæ ſubminiſtrant. Cùm igitur multa ſint & grauia nobis toleranda, & æquo animo, vix poſſit creatura tot pœnas, tot cruciatus euentus, & obtrectationes perpeti, contractum ſocietatis cum Deo omnis patientiæ inire operæpretium eſt ei, ideo ſubdit, *coniungere Deo.* Quod optimè præuiderat Chriſtus Dominus, qui cùm tot ſocios ſuæ paſſionis elegit ad martyrium, ad labores & ærumnas, in vnam eandem ſocietatem vocauit, quam ſocietatem Ieſu vocat Paulus. *Fidelis Deus per quem vocati eſtis in ſocietatem filij eius Ieſu Chriſti Domini noſtri*; ſocietas enim pluſquam amicitia ſignificat (vt ait Hieron.) nã *ſocietas pares facit.* Datus eſt igitur nobis Chriſtus in amicum & ſocium æqualem nobis inquantum poſſibile eſt. Quid autem lucri ex hac nobis ſocietate proueniat dicat Ambroſ.[c] *Hoc nobis donat quod credimus, & quia credimus Chriſtum filium eſſe Dei, hoc nos eſſe incipimus, manſuri in eadem dignitate, ſicut manet Chriſtus, quem credimus filium Dei.* Omne illud (inquit) quod fide, charitate informata credimus, reipſa conſequimur, hac cum Chriſto ſocietate. Videlicet, quia credo in Deum infinitum, habeo in me nouam quandam infinitatem, & immenſitatem, & quia credimus & amamus infinitè ſapientem, nemo in tali ſocietate inſipiens, nemo ignorans, & quia credimus Omnipotentem & omnipatientem, nemo in ſua ſocietate infirmus, nemo debet eſſe impatiens, *hoc enim nobis donat quod credimus.* Vide in quantam opulentiam ex tali ſocio deuenimus inopes mortales; inde, ni fallor, dictum puto *iuſtum ex fide viuere*, vel, vt alij, *ex fide eius viuet*; quaſi dicat, ſicut ratio pecuniæ & ſupellex alicuius perexigua ſolet eſſe, ſed tamen alterius bene numati credito & ſubſidio fretus emit, vendit, & fides illi habetur, ita iuſtus pauper reuera eſt, at tenuitas eius Dei fide, ſpe, & diuitiis nititur: quæ cùm tam ſint copioſæ, inde iuſto prouentus quæſtúſque maximi acceſcunt. *el iuſto viue de credito no del ſuyo ſino del que tiene en vn dios tan rico, viuit ex fide eius*, nempe Dei. Vide quanta emolumenta amittit qui talem ſocietatem peccato lethali reſcindit, & à Chriſto eiúſque ſocietate diſcedit.

24. Verùm quia ſocietas iſta multorum eſt, & mutua charitas, ad tolerantiam laborum maximè iuuat, quicumque diuites patientiæ eſſe volunt, ineant opus eſt cum fratribus ſuis amoris & coniunctionis ſocietatem, parique ſumptu labore & animo patientiæ acquirendæ & conſeruandæ inſudent. Ad quam vnionem ea qua ſolet orationis grauitate nos cohortatur Nazianzenus[d]. Nam illud Prou. 18. *Frater qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma*, confirmat opportuno exemplo Machabæorum. Nam cùm Antiochus Epiphanes, antiquæ illius Eccleſiæ verè Antichriſtus, & fidelium expugnator, (Antichriſtum dixi, neminem enim putat Nazianzenus citra Chriſti fidem gloriam virtutis, nec martyrij conſecutum, atque adeò Chriſtum perſequebatur in fide Machabæorum) hic igitur plus tolerantiæ & fortitudinis reperit, magiſque illi obſtiterunt ſeptem Machabæi fratres, quàm celſiſſimæ turres, mœnia & fortiſſimi Ieroſolymæ muri, quos intrare, diruere cogitauerat hoſtis, vt ait Ieremias. *Qui cùm aduersùs vniuerſam nationem & vrbem expeditionem ſuſcepiſſent, à ſeptem fratribus concordi animo pro pietate dimicantibus ita facilè ſuperati ſunt, vt iam ne de cæteris ſpem latam haberent.* Quare ſi inter fratres ſciſſuras & diſcordias eſſe contingeret, magis ab illis cauendum nobis eſſet, quàm ab Antiocho, quàm ab Antichriſto, hac de cauſa ſubdit Gregorius[e]: *Prouidendum quidem primùm nobis erat, Patres, ne diuideremur, ac vetus illud noſtrum decus & ornamentum deleretur, ob quod gregem hunc, cæteroqui paruum, etiam cùm maximis & ampliſſimis adæquabam. Sed proh dolor! vinea mea in amaritudinem mihi verſa eſt, quoniam qui Deum & Chriſtum maiorem in modum amabamus, Chriſtum diuiſimus.* Quaſi dicat, etiamſi ab aliis iniurias accipiat Chriſtus, maximas autem ab iis qui amici, ſodales ſociíque Chriſti vocantur, ſi inter eos (quod Deus auertat) diuiſio, charitatis peſtis graſſaretur. Alludit autem Beatus iſte ad ea quæ in morte Chriſti eueniſſe narrant Euangeliſtæ, iuxta crucem enim audaciſſimi prophaníque milites diuiſerunt, ipſo intuente veſtimenta ſua. Et licèt non defuere gladij qui ſacratiſſima indumenta diſcin

Societatis cum Ieſu multa lucra habemus.

Qui patientes eſſe volunt charitatis vinculo conſtringantur inuicem.

Fraterna charitas terribilis vt caſtrorum acies.

a De patientia c. 1.

b Lib. 1. de prouidentia.

c In hæc verba Apoſtoli.

d Tribus orationibus de pace 2.

e Orat. 12

diſcinderent, non deſuit tamen pietas quæ ſaeratiorem tunicam à diuiſione vindicauit, *non diuidamus eam.* Sed ecce tunc temporis dum hæc inter prophanos fiunt, ob peccata ſacerdotum ita Dei deſæuiens diſtricto enſe velum templi diſcidit, *à ſummo vſque deorſum*; quid hoc? maior diuiſio in velo, quàm in tunica eodem tempore fit? ita; ſi ſemel enim ſchiſmata, ſciſſuræ & ſcintillæ diſcordiarum in templa, & in Eccleſias inciderint, fit ſciſſura à ſummo vſque deorſum, & maior vtique quàm inferrent audentiſſimi & profligatiſſimi milites. Quod ex eodem ſigno facilè poſſumus intelligere. Nam ſicut ſciſſio illa veli iratum maximè Deum ſignificat, & abrogare velle legem Eccleſiámque illam, vtpote inſufficientem, vacuam, veterémque atque velo diſciſſo, nihil magnum, nihil religione & veneratione dignum ſub illo latere, neque ſupereſſe: ita cùm Deus contemnere & auocare ſe ab aliqua familia vel religione meditatur, nullam aliam huius neglectus & deſpectionis cauſam opus eſt inquiramus, neque ſignum euidentius, quàm inter fratres diuiſiones cordiſque diſſidia, *Quando llegan las diſcordias a romper el velo de la verguenza y modeſtia dad por deſamparada eſa comunidad.* Superant enim Eccleſiaſtici odiis diſſidentes, impudentiſſimos milites, & nihil ſanctum, nihil religione dignum ibi ſupereſſe, manifeſtum ſua ipſa ſacrilega diuiſione fit, *itaque nos qui Chriſtum amabamus, Chriſtum diuiſimus*, ſimúlque lucra patientiæ, quæ ex mutua ſocietate proueniunt, amiſimus.

Diſcordia longè ſunt à viris eccleſiaſticis.

Cuius igitur ſocietatem ineamus operæpretium eſt? mundi ne? abſit, inquit Hieron. Nam neque fidem habet, neque memoriam, nec accepti & expenſi librum more mercatorum habet, Deus verò habet *librum monumenti in conſpectu ſuo*, fidelis eſt, *qui vocauit nos in ſocietatem filij eius*, & nihil falſi, nihil mendacij in librum retulit, principium verborum tuorum veritas. Hanc eandē diuinam ſuam fidelitatem teſtibus confirmare voluiſſe Deum aſſerunt Hieron. & Auguſt. cùm in Thaborem præcipuos legis & Prophetarum defenſores Moyſem & Eliā vocauit, vt teſtimonio confirment Deum omnes ſummas debiti, omnia nomina in libro legis à Patre relata iā à filio ſatis impleta. *pero faltaba vna partida que era ſu muerte.* hoc nomen mortis & paſſionis, eiſdem atteſtantibus nouo colloquio confirmatur, *loquebantur de exceſſu quem completurus erat in Hieruſalem, eſta partida pide cumplirſe en Ieruſalem*, & æternus Pater quaſi fidem ſuam liberans, ait, *hic eſt filius meus*; ſi filium promiſi, filium accipite, facite ſecundùm legem veſtram, audite, tradite, in crucem tollite. Cum mundo autem ne contractum ineatis, à quo nihil niſi mera inſomnia, & quidem fugientia & vana expectare licet? *Es deſmemoriado. Velut ſomnium ſurgentium Domine imaginem ipſorum ad nihilum rediges*, ſomnia non alta & nocturna, ſed ea quæ tenuiter cerebrum circa vigiliæ tempus cùm iam dies eſt, occupant, vnde cùm mundus dum promiſſa non implet mentitur, & dum implet nouo genere mendacij fallit, veluti ſomno leuiſſimo dupliciter mendax inuenitur. Reliquum igitur eſt *vt Deo te coniungas, & ſuſtineas.* 25.

Ne adeas ſocietatem mūdi, aut principum qui infideles eius ſunt.

a Epiſt. 24.

Primum tolerandi tempus eſt *in dolore*, de quo Seneca [a], *Dolor leuis eſt ſi ferre poſſum, breuis ſi ferre non poſſum.* id nempe ſolatij prouidit Deus ne dolor ſupra vires ſit, maximi enim & graues breues ſunt. Cogit nos ſodalis Chriſti amor, qui non tulit ſolùm dolores noſtros, ſed poſuit Deus in ſacratiſſimo corpore ſuo, quaſi à nobis lucrari & extorquere vellet dolores: ſicque repetit verbum illud, vt notauit Cyprianus, *poſui deorſum meum, dedi faciem meam, pono animam meam*, quaſi contractum mutuæ ſocietatis iniret. *ea yo ponge cinco mill azotes.* Quorſum exprimis rationem iſtam pecuniæ & pretij? optimè rogas: vt nempe poſſim ego ab omnibus damna lucri ceſſantis, & damni emergentis exigere; ideo Auguſtinus [b], *Perpende inter hac qui pro nobis talem pecuniam dedit, hoc eſt, flagella pertulit, & alapas, qualem à nobis vſuram exacturus eſt.* Soluat igitur flagella iuuenis, vt ſaltem ſigna pretij ſui in corpore ſuo geſtet. Soluat & æger qui dolorem ſuſtinet, vt perſimilis Chriſti corpori efficiatur. 26.

Contractum ſocietatis cū Chriſto egiſſe videmur, tenemúrque implere promiſſa.

b Serm. 114. de tempore.

Et in humilitate tua patientiam habe Difficilior eſt omnium judicio dedecoris, infamiæ conuitiorúmque tolerantia. Publicum enim dedecus ſi ſemel in hominū oculos incurrit quis prohibeat? *quis autem flagelli plagam qua liuorem facit, effugiat?* verumtamen ſuſtine, & *protegat te in tabernaculo ſuo à contradictione linguarū*; proteget, inquam, Deus non ora obſtruendo aduerſantium, opus enim hoc eſſet ſine ſucceſſu & effectu; duo igitur mutuanda ſunt ad patientiā ex ſchola humilitatis. Primum quod obſeruauit D. Greg. [c] nos videlicet ſic in tuto, ſublimi, & extra ſphæram mundanæ exiſtimationis collocare, 27.

Dedecus ſummum malorū fortunā etiam patienter ferendum.

c In ſextum cap. Iob lib. 7. cap. 25.

Digitized by Google

vt omnia magnanima humilitate & Chriſtiano contemptu deſpiciamus, *Nam ſuper ſe ſancti interiùs rapti in alto animum figunt, & quæcumque in hac vita patiuntur, quaſi longè infra labentia, atque à ſe aliena conſpiciunt, atque, vt ita dixerim, dum mente extra carnem fieri decertant, penè ipſa quæ tolerant ignorant, in horum profectò oculis quidquid temporaliter eminet altum non eſt, ſeque ipſos per ſpiritalem celſitudinem tranſcendentes ſubiecta ſibimet intus vident, quæcunque per carnalem foris tument.* Sed quia ignorat mundus *magni animi eſſe* iniurias deſpicere, vt affirmat Seneca, illud remedij nobis ſupereſt tentandum, abiicere nos, demittere & in humilitate patientes eſſe. Sicut qui procero corpore eſt, caput vbique demittere ſtudet. Securius tamen erit verè humiles & ignominia dignos noſtra in cogitatione reputare, & vim omnem noſtram in conſideratione peccatorum collocare. Quemadmodum nunc reges qui vim omnem tormentorum effugere volentes caſtella atque arces non iam ſublimes & erectas, ſed depreſſas, & vix à terra eleuatas ædificant, quo faciliùs vim tormenti ſulphurei eludant. *Vanſe los tiros por alto y las iniurias quando nos humillamos.* Vel tertiò occaſiones prouenire maturè iuuabit: nam ideo aiebat Dominus, *Hæc locutus ſum vobis, vt cùm venerit hora eorum reminiſcamini, quia ego dixi vobis, pero ay algunos que ſaben ſolſear mas luego no meten letra aſi muchos ſaben reglas de paciencia y en la ocaſion ſe deſentonan.* Quartò denique Chriſti patientis in ſacramento frequens communio maximè omnium conducit, qui cibus fortium cùm ſit, & cor gratia confirmat, & ſpe æternæ gloriæ coronat.

Humilitas aſylum patientiæ.

Tuta eſt patientia in humilitate.

VERBVM PATRIS.

Abacuc 3. verſ. 1.

Oratio pro ignorantiis.

Tenebras ignorantiæ propellit: noua vitæ ratione inſtituit hominem, ea maximè quæ per patientiam exhibetur.

DISCVRSVS CLXIX.

1. ALIANIS erroribus quidam ſapientiores fiunt, & ſicut plagæ vulneraque rixantium, chirurgis honori & lucro ſunt, ſic alienæ ignorantiæ & lapſus homines cautos, & ſapientiores efficiunt. Hac de cauſa permiſiſſe Deum ſuſpicor craſſam illam ignorationem Synagogæ, vt in alieno errore Dei Eccleſia feliciter ſapiens & cautior redderetur. Quæ cogitatio poſtquam menti adhæſit, intellectu facile, & myſteriis Chriſti explicandis percommodum, oſtendit canticum illud Abacuc quod, *Pro ignorationibus*, inſcribitur, vel à Septuaginta, *cum cantico.* Nam licèt fatendum eſt titulo *pro ignorantijs*, genus muſicæ vel inſtrumentum ſignificari, vel nomen eſſe carminis; verùm totius vatis verbis & intentione perſpectâ ignorantias totius populi fatetur, & interrogationibus prodit, vt placet veteribus Hebræis, & B. Hieronymo, ita vt *pro ignorationibus ſit, pro his quæ temere ſuperiùs à Propheta ſeu populo effuſa ſunt*, quas ignorationes ad eruditionem Eccleſiæ ſigillatim exponam.

Propheta populi perſonam agit, & ignorantias eius fatetur.

Hoc canticum verè laudem Dei continet, cum reuerentia quadam & timore coniunctam, pro magnitudine rerum à Deo ad populi ſui liberationem geſtarum; & cùm poſt querelas illas, ſiue ignorantias in primo capite poſitas, & in perſona infirmiorum hominum à Propheta prolatas præcepiſſet illi Deus vt ſcriberet viſum, & illis reuelaſſet, venturũ aliquando eum qui ab omni tyrannide liberaret populum, modum quidem quo liberandus eſſet vt ſcriberet non præcepit, tunc Propheta proculdubio ſpirito Dei edoctus intellexit, nulla ex illis antiquis miraculis quæ olim in populo ſuo, vel ab Ægyptiorum ſeruitute liberando, vel in Chananæorum terram inducendo, Deus feciſſet, in hac noua & per Chriſtum facienda liberatione defutura: interim autem pellit ignorantias Iudæorum, & tacitè illis reſpondet. Prima eſt,

Summa totius cantici.

SVMMA PRIMÆ PARTIS DISCVRSVS.

Domine audiui auditionem tuam, & timui. Promiſiſti Domine, quàm proximè & celerrimè venturum, *veniens veniet, & non tardabit*, id eſt, feſtinanter veniet; hinc ortum habet prima dubitatio. Dum enim vident aduentum tuum temorari, putant, vel ſententiam mutaſſe, vel voluntatem exprobrauerunt, *commutationem Chriſti tui*, vel tardo greſſu, vel podagra laborare *tarditatem pedum, veſtigiorum Chriſti tui, ſin duda viene pie traſpie y de eſpacio.* Sed ô ignorantiam! *Domine opus tuum, in medio annorum viuifica illud.* Ignorantia autem in hoc conſiſtit. Idem artifex erat qui hominem perditum renouare, & incarnationis opus perficere meditabatur, verùm ſicut pictor prima operis faciendi lineamenta ex carbone ducit, & ibi eſt rex deſcriptus, emortuis lineis & obſcuris delineatus, quas tamen poſtea coloribus illuſtrat & animat, & in 2.

Opportunè & ſuo tempore venit verbum Dei in terras.

Prima ignorantia.

Tageris opus incarnationis tardauit ex magnitudine rei, nō ex defectu operātis.

corona aurum, in ore carnis & coloris venuſtatem, in veſte purpureum colorem collocat; ita (inquit Propheta) expecta, HOMO, nam ad Deum pertinet te reficere, omnia quæ circum te cōdidit lineamenta ſunt ex carbone, ſiue cælum, ſiue terra, ſi cum incarnationis opere conferantur, ſuſtine parum, nam penicillo tenuiſſimo, & Spiritus ſancti digito ex virgineo ſanguine & gratiæ coloribus Regem tuum colluſtrabit, & in lucem efferet; en aurum ſplendet in capite, *caput eius aurum optimum*; en rubor cū candore venuſtiſſimè ſplendet in facie, *candidus, & rubicundus*; en labia ſuauitate coloris plena. *Diffuſa eſt gratia in labijs tuis*, en purpureo ſanguine tinctam veſtem, *quare rubrum eſt veſtimentum tuum*. Et ne putes tardare opus, *in medio annorum notum facies.* Hieron. *in plenitudine, al mejor ſazon del mundo.* His conſonat Paulus, *cùm venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum*; ibi cognoſcendus veniet, hæc autem ſigna accipite, *in medio duorum animaliū cognoſceris.* Cùm bos Iudaici populi videat præſepe plenum, & tenellum infantē in eo, & ſilueſtris aſinus Gentilis populi Deum carne tectum iuxta ſe videat, tunc cognoſcetur, adorabitur à paſtoribus & regibus; ideo Niſſenus [a] ait, *Præſepe rationis atque ſermonis expertium animalium domicilium eſt, in quo Verbum naſcitur, vt bos cognoſceret poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui; & quid intendit per hoc?* viuificare & perficere opus ſuum; *ambos in ſeſe erect in vnum nouum hominem, & ab hoc graue iugum legis auferat, & illud ſimulacrorum cultus onere leuet.* Vel ſi legas, *in medio duorum teſtamentorum*, ſenſus erit, ſi cum teſtamenta conferantur, omnia cū eis quæ de te prædicta ſunt conſenſiſſe reperientur, *los retratos dizan bien con el prototypo, el dibuxo, con los colores, y aſi los euangeliſtas cotejan y ſe refieren al retrato y boſquexo antiguo. hoc autem totum factum eſt vt adimpleretur quod dictum eſt*, &c.

Naſcitur Chriſtus communi lætitia populorum, & vtriuſque teſtamenti teſtimonio confirmatur.

a Orat. de Chriſti Natiuitate.

3.

Secūda ignorantia regis & vrbis Hieruſalem.

Secundò. Ecce natus eſt Rex in Bethleem Iudæ, & vterque populus adorat, ſed ignorat Herodes & omnis Ieroſolyma cum illo. O ignorātiam, vbinam eſt ſacra Scriptura? in libro hoc quomodo legitis? *Deus ab Auſtro veniet*; clariùs locutus eſt Hebræus quidā coram Hieronymo, *Dominus à Bethleem veniet quæ eſt ad Auſtrum: & ſanctus de monte Pharam, vel vmbroſo*, nempe ex Maria gratiis plena, vt exponunt Græci [a], & ita tandem legerunt Scripturam, *& tu Bethleem terra Iuda*, &c.

a Theophylact. Theodoretus, Euthymius, Ioānes Maxent lib. 1. dialogor. contra Neſtorianos 5. tom. Biblioth.

Tertia ignorātia Iudæorum circa diuinitatem Chriſti.

Sed ſcandalum exiſtimarunt dicere Chriſtū eſſe filium Dei, in crucem ſuſtulerunt, & in ea ſuffixum inuitant, vt inde ſi filius Dei eſt deſcēdat. O ignorantiam! imò quia filius Dei eſt, ait Bernardus, nequaquam de cruce deſcendet: nam ibi ait Propheta, *cornua in manibus eius, ibi abſcondita eſt fortitudo eius*: extrema crucis tenent manus eius, & ipſe in illis habet fortitudinem ſuam. Radix autem ignorantiæ huius ea eſt, putabant enim in cruce tanquam in cornibus tauri eſſe, ibi tamen ſic oportebat eſſe vt vinceret, vt alibi ex Geminiano diximus, ferocem ſilueſtrem taurum, & qui maximè rubeum colorem odit, accurrit ad perimendum venatorem, qui ante truncum ligni ſtat, refugit autem ictum, vt cornua in ligno affigātur, quibus apprehenſis taurum ſuperat, & hæc eſt cauſa, *quare rubrum eſt veſtimentum tuum*, ô mi Chriſte, *quia ad prædā aſcendiſti fili Dei, & lauiſti in ſanguine vuæ pallium tuum*, in te cæca mors accurrit, irrito tamen conatu: nam licèt in ligno carnem confixit, renuiſti diuinitate cornua eius, *ibique abſcondita eſt fortitudo tua*, & ſicut mors timet manus, & fugit, *ante faciem eius ibit mors*, quia prædam è manibus eius diripuiſti; ſic dæmon fugit pedes, *& egredietur diabolus ante pedes eius*, quia vbi Chriſtus pedem figebat, vſurpati regni poſſeſſionem ſumebat, ideoque poſſeſſa corpora ad imperium Chriſti deſerebat.

Abſcondita fortitudine mortem ſuperauit Chriſtus.

4.

Quarta ignorantia pellitur oſtēſa aduentus Chriſti cauſa & idolorum conturbatione.

Venit quidem, ais, Rex Deúſque noſter, ſed quis poterit expectare aduentum eius, venit enim vt deſtruat, & diſſipet, & puniat; & ideo vindices & carnifices ante ſe ducit, *ante faciem eius ibit mors, el alguacil de la muerte. & egredietur diabolus, y el fiſcal eldem. Splendor eius vt lux erit.* id eſt, terribilis erit eius aſpectus: *aſpexit & diſſoluit gentes*, id eſt, ſolo aſpectu terret & diſſipat gentes. Nónne vides ab eo diruta & contrita regna, *contriti ſunt montes ſæculi, las Monarchias que prometian eternidad; incuruati ſunt colles mundi, hizo que le hiciesen reuerencia los Emperadores*: quis poterit expectare aduentum eius? O ignorationem, putaſne Deus ad hoc tandē in mundum veniſſet, audi, *ſtetit, & menſus eſt terram*, extendit funem, non vt demoliatur, ſed vt ædificet, *hecho el cordel y la plomada no para derribar.* Sed vt ibi *gentes* deſtruit, Chriſtianos plantet. *Manus tua gentes diſperdidit, & plantaſti eas*, quia, vt ait Tertullia. perdit & exterminat, vt cuſtodiat & ſaluet; & ita cùm iratus videbaris, *egreſſus es in ſalutem populi tui*, & funiculus eò tendebat, vt ad æqualitatem & in pondere ac menſura ſalutem eis prouideres, *para darles la ſalud muy al juſto y a medida de ſu neceſſidad.*

Sit ita, qui Deus erat potuiſſe mortem fugare, & profligere dæmonem, cæterùm venient Apoſtoli & Martyres, qui non facili negotio emergent ab aquis tribulationum, nec tyrannorum manus effugiunt, poterúntne ſicco pede mare rubrum iterū pertranſire. O ignorantiam! *Nunquid in fluminibus iratus es Domine, aut in fluminibus furor tuus, vel in mari indignatio tua, por ventura ſolamente obrareis marauillas antiguas? haced de las vueſtras ſacad del mar vueſtra igleſia.* O quàm bellè peractum eſt hoc bellum à Chriſto, reſurgens enim merſos aquis reliquit hoſtes. Sicut ſi gigas ab hoſtibus premi & teneri patitur, quos tamen in rapidum flumen confert, & eos veluti puſillos demergit, ipſe verò caput exerit, & liber euadit. *ſale a la ribera el gigante zabullido ſacudiendo la melena*; ſic Chriſtus reatus noſtri pœnas & hoſtes in profundum adduxit, *ibique infixus eſt in limo profundi*, eruit & extulit caput diuinitatis, & corpus myſticum animat, & ad vitam vocat. *Ecce ego fui mortuus, & ecce ſum viuens in ſæcula ſæculorum.*

Quinta ignorantia tollitur emergente Eccleſia è medijs vndis & fluctibus tribulationū. Simile.

5.

Sexta ignorantia ſynagogæ circa mirabilem prædicationem & orbis conuerſionem.

Serò ſapit Synagoga, & dum caput conuertit vt Regem videat, iam eius nomen in ſaluationis curru vbique diuagari & diffamari cœpit. *Et quadriga tua ſaluatio*: nam Cherubim & ſancta illa animalia quæ currum vehebant quaternis faciebus quatuor diuina attributa repræſentabāt, *facies hominis* legem humanam & clemētem Regem denotat, facies vituli ſanctitatem & patiētiam ſummi ſacerdotis crucifixi & Apoſtolorum deſignat. Leonina facies fortitudinem diuinam in patrandis miraculis oſtendit. Aquilæ ſimilitudo quid niſi cælitus delapſam doctrinam vitámque in cælis verſantem oſtentat:

his ergo ſplendoribus & quaſi ſagittis orbem ſubiugarunt & excurrerunt, interim in angulo Iudææ mæſens cæca Synagoga admirabūda ait, vt explicat D. Thom. [a] *Neſcium.* Hæc mea ignorantia eſt, *anima mea conturbata eſt propter quadrigas Aminadab, quien penſara que quatro euangelios de doctrina tan nueua y pies deſcalzos de peſcadores auian de correr y domar el mundo.*

a In Cantica.

Verùm ego vindictam ſumā, expectabo exitum, inquit Iudæa; quid enim boni aut magni poteſt expectari à duodecim piſcatoribus de mari Galilææ vocatis, diuerſa petent & euaneſcent, *cada vno ira por ſu parte y no ſe lograran.* O ignorantiam! *fluuios ſcindes terra, viderunt te, & doluerunt montes, gurget aquarum tranſiit.* Putabis his verbis refricari apertionem Iordanis, ne memineritis priora, putabis ſolos & nudos piſcatores nihil profecturos cùm procedant, ſed falleris; ſciſſio enim iſta ſignificat fontium eruptiooem de terra. Et ita Septuaginta, *fluuiis ſcindetur terra,* & Heſychius ſic interpteratur, *per fluuios, hoc eſt, per dona Spiritus ſancti, terrena conuerſatio ſoluatur, repartira el mar en braços y embiara Apoſtoles por el mundo llenos de eſpiritu ſancto.* & in incultis borrentibúſque gentiū deſertis, in quibus feræ teterrimæque belluæ priùs habitabant, flumina Spiritus ſancti & prædicatorum, aquæ non mortuæ de fonte pectoris manantes redundantéſque manabunt, *ponétque deſertum in ſtagna aquarum,* & Iſai. 41. *Aperiam in ſummis collibus flumina, &c.*

Septima ignorātia de mūdi ſubiugatione per verbū Dei prædicatū & Spiritum ſanctum.

Romana editio. Tertullia. Aug. 4. contra Marcio. 18. de ciuit. cap. 18.

Pro Patre Franc. Xauerio. aliiſque Apoſtolicis viris qui fidem in Gētes inuexerunt.

6.

Octaua ignorantia gentilis populi circa corporum reſurrectionē & martyrum coronam.

Quid præſtant hæc facinora, ſi tandem reſurrectio corporum non eſt? & tandem occumbent Apoſtoli, Martyres & Doctores? O ignorantiam! *ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat.* Nam qui ſic reficere mirabiliter opus ſuum potuit, & tanto ſumptu redimere, nunquid patietur corpus in æterna manere corruptione. O mors veni; ô vermes deuorate me; ô dies iudicij quaodo luceſces. Nam licèt *audiui, & conturbatus eſt venter meus,* ſcio tamen mortuos reuocandos ad vitam, & in requiem vocandos, bi qui quaſi ſtrenui milites poſt bellum coronantur, *vt requieſcam in die tribulationis, vt aſcendam ad populum accinctum noſtrum.*

Vltima ignorantia circa æternitatem præmij & vitæ beatæ.

Reſurgent quidem, at poterit perpetuū eorum eſſe gaudium, aut à crucifixo ſempiterna gloria manare poterit? nónne conſultius erit nunc diuitiis gaudere, delitiis vti, & floribus & fructibus veſci; *beatum enim dixerunt populum cui hæc ſunt?* O ignorantiam non ferendam; *ficus enim non florebit,* non durabit dulcedo rerū, *mentietur opus oliuæ,* ſterilis annus ſuccedet, *& arua non afferent cibum,* fame peribit terra. *venga lo que viniere hambre guerra peſtilencia: ego autem* non io his perituris gaudium conſtituo, ſed *in Deo Ieſu meo exultabo,* ei immortali & inuiſibili ſubnixus, pergam ad æternam requiem, & ponet pedes meos quaſi ceruorum, vel, vt Septuaginta legunt, *& ponet pedes meos in conſummationem. darame vigor para llegar a tomar poſſeſſion de la eternidad y fin verdadero.* Hæ ſunt ignorantiæ veteris legis, pro qoibus orat Vates, ne impediant Meſſiæ adoentum, nunc nouæ legis ignorantias, & quo pacto in Euangelio euellantur, videamus.

SVMMA DISCVRSVS, ET PARS SECVNDA.

7.

Quid eſt hoc quod dicit nobis, modicum, neſcimus quid loquitur. Proponit illis Chriſtus præſentiam ſuam ex illa die vſque ad aſcenſioнē, nec intelligunt: lætari iubet, breue illis prædicens huius vitæ tempus, & mundi durationem, & difficile iudicant. Declarat hoc ab effectu, *plorabitis vos, mundus autem gaudebit.* Sed nec iſta intelligunt. Proponit exemplum parturientis, & ſuper filio gaudentis, ignorant autē de quo ſermo ſit, promittit ſe poſtmodum viſurum, & gaudium non deficiens allaturum, & noo comprehendunt. O ſtupiditatem! ô noſtram ignorantiam; ſed ignoratio iſta ad eruditionem noſtram iuuat, nec enim eſt cur admiremur illos: nam, vt ait Rupertus, myſterium reſurrectionis nedum calluerant, quod clauis eſt intelligentiæ aliorum myſteriorum, vel circumſtantia temporis, vt putant Auguſtinus & Beda, maximè ignorabatur ab eis, & de hoc quærebant, *quid eſt hoc quod dicit nobis, modicum.* Nec mirū eſt (ait noſter Maldonatus) quòd diſcipuli adhuc rudes, & euentu nondum rem explicante, Chriſto nondum quid vellet dicere, interpretato, non intellexiſſe; cùm oe nos quidem homines vt nobis videmur acuti, poſt Chriſti expoſitionem, poſt euentum rei, poſt tot ſcriptos commentarius ſatis intelligamus. Hæc Maldonatus. Verùm audiamus quorſum memoriā paſſionis ſuæ refricet, & omnem ignorantiam facilè propellemus.

Ignorantia diſcipulorum circa noua myſteria pro Chriſtum.

Excuſatio ignorātiæ diſcipulorum.

8.

Modicum, & videbitis me, & iterum modicum, & non videbitis me. O nouam doctrinam, quorſum ſancta Mater lætitiæ reſurrectionis fel & calicē paſſionis admiſces? ſed diuina arte factū eſt vt tollat ignorantias, & patientiam & longanimitatem doceat. Nam peccatum duæ lactant & alunt nutrices. Prima eſt ignorantia, *omnis enim peccans eſt ignorans.* Secunda eſt impatientia, vt doctè Tertullianus [a]. *Omnia* (inquit) *peccata in natalitijs impatientia oriuntur, nutriuntur, fouentur & augentur;* ideo ad longanimitatem & patientiam exemplo Chriſti patientis inuitat. Vis noſſe fel peccati quàm amarum ſit, refrica paſſionem Chriſti. Fugit Elias Iezabelis iram, & ſub iunipero ſpinis horrida parumper quieſcere cupit ibi, medio Angelo panis & aqua datur, vt vlteriùs progredi poſſit. Ita ſimiliter fugienda eſt tibi ô Chriſtiane, occaſio peccati, fugienda fœminæ beneuolentia, fugiendum à ludo, ab iniuſto contractu, ad vmbram autem, & tutamen non deerit tibi arbor crucis, ſpinis horrida, ſub vmbra illa peccati malitiam cognoſces. Vnde enim melius veneni malitia vímque dignoſces, quàm viſo cadauere tumore inflato & turgido; quid hoc? venenum, inquiunt, vel viperæ morſus ictúſque lethalis. Nulla alia re mi Chriſte, colubri peccati morſus viſque mortifera cognoſcitur, quàm ex his quæ paſſa eſt humanitas tua, in quam expuit mea culpa venenū. Quid hoc Domine? quæ repentina mors? poſſibile eſt ignoraturum me, qua de cauſa tam pulcer adoleſcens occubuerit? *Vulneratus eſt propter delicta noſtra;* & quo vulneratus eſt ferro? veneno peccati, quod minimè *hauſit, qui peccatum non fecit.* Sed externo ictu pœnæ peccati vulneratus eſt. Quid ſi peccator quaſi aquam hauriat iniquitatē? *qui bibunt ſicut aquam iniquitatem;* ideo inter gaudia reſurrectionis *modicum* fellis & mortis Chriſti memoriam admiſcet Eccleſia, & lintea veſtéſque Parentis noſtri optimi ſanguine tinctas, vt ad vindictam peccati filios accendat oſtendit. Et in tuis vulneribus ô Chriſte mea opera, mea facinora & culpas clariùs elucent. *Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, de liuore eius ſanati ſumus, veis vn muchacho vendada*

Longanimitatem & patientiam docet Chriſti paſſio.

a Lib de patientia.

3. Reg. 19.

A ſimili.

Veneni peccati vis & ſigna peccatorum in Chriſto paſſo elucent.

la frente y decis, eſtas ſon tus obras eſo medico tu corona ſeñor eſtas ſon mis obras mis obras te deſcalabraron.

Gaudium certius & ſecurius eſt aliquantulo dolore velfelle admixtū.

9. Huic felli tantundem mellis admiſceamus, *modicum, & videbitis me, el agrio de la paſſion entro a templar el dulce de la reſurrection y gloria*; certius enim & ſecurius noſtrum efficitur gaudiū, cùm ex his duobus contrariis componitur; debiliori enim capiti vinum merum nocet, aqua item ſola nocet ſtomacho ægro, relaxátque virtutem & vires: miſceantur igitur hæc duo, vt proſit ſtomacho, & non noceat capiti. O quantum nocet capiti humano proſperitas ſi purè propinatur! ô quanti principes, vt ait Iſai. vertigine laborant. *Dabo eis ſpiritum vertiginis, enfermedad de cabeças y de los que eſtan en alto.* Tribulatio etiam ſoluit vires quaſi aqua, miſceantur hæc duo, ait diuinus medicus, lætitia proderit ſi cum felle paſſionis mixta fuerit. *Calix in manu Domini vini meri plenus, mixto inclinabit ex hoc in hoc.* Hanc varietatem & viciſſitudinem etiam in orbe poſuit, nam mediam terram poſuit, nec ita gaudij & lætitiæ vberem ac cælum, nec ita triſtem ſicut infernum, *el entreſuelo de la tierra participa delos dos extremos ni tanto c..or como alla [illegible] tanto gozo como aculla*; ſed temperat[illegible], & [illegible]dicè admixtum, *modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me.*

Suauia & acerba temperauit Deus.

Nunc ergo quatuór præcepta contra ignorantias, maxime notanda docet.

Quæcumque aduerſitas aut felicitas breuis eſt.

10. Prima eſt, tam aduerſitatem, quàm vitæ proſperitatem modicum quid eſſe, & quantitate & qualitate, ac duratione, hoc omnium efficaciſſimo probat exemplo paſſionis ſuæ acerrimæ, & reſurrectionis ſuæ glorioſæ, quæ quia huius vitæ ſunt, parum durare proprium erit. Probat inſuper hoc miraculum illud, & licentiæ ac felicitatis prodigiū, Salomon nempe, qui in mediis delitiis conſiſtens ait, *Ecce ego fui rex.* Quid ais? nónne actu omnia poſſides? verùm ea eſt humanæ felicitatis breuitas, vt omnia iam elapſa & tranſacta putet. *Ecce ego fui.* Nec minus luculenta ſunt verba eius Eccleſ. 11. *Si multis annis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminiſſe debet tenebroſi temporis, & dierum multorum, qui cùm venerint vanitatis arguentur præterita.* Similiter aduerſitas diuturna non eſt, Apoc. 5. *Ego Ioannes frater veſter & particeps in tribulatione tui, in inſula quæ appellatur Pathmos.* Quid ais fuiſſe? imò potiùs eras in exilio, dum hæc ipſa ſcriberes (teſte Hieronymo [a].) Ita eſt, inquit, ſed miſſa facio, & elapſos iam labores & annos puto, hac eadem ratione multa annorum millia illo verbo concluſit, *quæ oportet fieri citò.* nam tempus omne nihil eſt ſi cum æternitate conferatur; quare etiam omnia ſiue bona, ſiue mala, ad inſtar puncti ſunt; gaudium hypocrita ad inſtar puncti, *gozo de breues compaſes que va volando.* Quòd ſi vas huius vitæ ita anguſtum eſt, vt puncto comparetur, qui poterit eximia continere gaudia; quid ſi cum æterno fine componantur. *el fin es como la vara de medir que en tendiendola ſobre el paño dice ſi ſe midio bien o mal.* Sic Sapientiæ 5. impij aberraſſe deprehenderunt: *ergo errauimus à via veritatis [illegible] viam autem Domini ignorauimus.* O ignorantiam cæcam, feram & craſſam. Denique modicum tempus dicitur, in quo graue & arduum negotium peragitur, in quo plures annos alter inſumpſerat: breuis igitur vitæ curſus eſt, in quo negotium ſalutis æternæ conſummatur, *Modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem.* Modicum etiam pretium eſt ſi res eméda ſemel cognoſcitur, ideo Paulus exclamat, *quod enim momentaneum & leue tribulationis noſtra æternum gloria pondus operatur in nobis*: nā inter res diuerſorum generum nulla eſt collatio, aut comparatio, nec tempus cum æternitate, nec momentum cum ſempiterna gloria, imò nec dolores & paſſio temporanea Chriſti, alio nomine quàm *modici* exprimitur ſi cum viſione paternæ gloriæ confertur.

Breuis eſt ſæculi felicitas.

Aduerſitas breuis eſt in hac vita.

a In vita Ioan. Abdias lib. 5. hiſto. Apoſt. Irenæus lib 5. ad finem.

Finis menſura rerum.
Simile.

Breuitas vitæ à negotio operoſo ſalutis quod in ea peragitur, probatur.

Varij exitus tribulationis iuſti & impij.

11. Secundò docet exitū tribulationis iuſtorum gaudium eſſe, contrà verò peccatorum tormentum. *Amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, &c. ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.* Notat Rupertus nullum dediſſe reſponſum diſcipulis ignorantibus, nam ab hac ignorantia facilè liberat mortales ipſa experiētia rerum, & quotidianus euentus: nam qualis eſt vita, talis exitus vitæ eſſe ſolent. Sirena fertur cum planctu & vlulatu interire, cygnus verò cum cantu, nam cùm illa corrupto ſanguine plena ſit, & tetru cordi, affert triſtitiam; contrà verò cygnus puriſſimo ſanguine excitatur ad cantum cùm accurrit ad cor ſanguis in venis diffuſus. Vide ô homo qualem humorum apparatum ingeneras dum viuis, inde exitum vitæ libet coniectari, inde diuerſitas oritur iuſtorum, & peccatorum, vlulant peccatores, ſirenū inſtar, qui in vitiorum pelago vano riſu & cantu exultabant. Iuſto verò omnia amara in gaudium & dulcedinem conuertuntur, canitque, *nunc dimittis ſeruum tuum Domine.* Adumbrat hoc partitio illa terræ *Ioſue* 15. & 16. nam ſorte cecidit tribui Iuda terra quā deſcribit Spiritus ſanctus; ab auſtrali plaga deſertū erat ſcorpionibus plenum, ab Oriente mare ſalſiſſimum, ab Aquilone vallis Achor, id eſt, contritionis, verùm ab Occidente fons Solis aſſulget, quia verſùs hanc partem aditus patebat Ieroſolymæ viſioni pacis; quid enim intereſt premi vndique in hac vita, ſi in exitu lux ſyderis æterni aſſulget, & ſpes gloriæ. Econtra verò Ephraim nobili & ſuperbo habitatio cecidit in vallibus nemoroſis vberrimis atque delitioſis, *& egreſſus eius in mare ſalſiſſimum.* Vide quò tandem vergat via impiorum? Hanc eandem diuerſam ſortem Iob docet, *& quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam, requieſcet, & non erit qui te exterreat: oculi autem impiorū deficiēt, & effugium peribit ab eis, & ſpes illorum abominatio animæ.* Vnus denique dolor ſat eſt ad terrendos tam homines, quàm bruta, vt ait Auguſtinus [a]. *Nemo eſt qui non magis fugiat dolorem, quàm affectet voluptatem: namque videmus immaniſſimas beſtias à maximis voluptatibus exterreri dolorum metu.* Si dolore ſapiens efficeris, ſcito ab hoc die peccator quia te manet dolor æternus, parcè vtere voluptatibus, quarum exitus planctus eſt.

Simile.

A ſimili ex ſacra Scriptura.

Quem exitū habeat via impiorum.
Iob 11.

a Lib 83. quæſtio.

Iuſtorum labor vtilis, contra verò impiorum.

12. Tertiò liquet ex Euangelio iuſtorum laborem vtilem eſſe, & lucro plenum, inutilem verò peccatorum. *Mulier cùm parit triſtitiam habet.* Non dixit coſtarum dolorem, aut capitis, ſed doloris meminit fructuoſi, & vtilis, & qui tandem parit. Nam labores impiorum ſunt inutiles & graues, quibus gemere coguntur in curia, & implent querelis domus, vel quia poſt longos annos habitum militaris ordinis nō obtiuuit

tinuit. Ecce dolet latus, vel quia Epiſcopatus mittam non conſequitur, huic dolet caput: dulor verò Spiritus ſancti cum fructu eſt, qualis ille Iobi Patriarchæ qui aiebat, *& hæc mihi ſit conſolatio vt affligens me dolore non parcat, nec contradicam ſermonibus ſancti. dolor* hic eſt à radice *chul*,

Iob 6.10. *Fructu plenus eſt iuſtorum dolor.*

éſtque dolor quaſi parturientis, agnoſcit enim Iob dolores ſuos ſalutares eſſe, & qui ſibi iugens ſpirituale bonum atque etiam incolumitatem parituri ſunt; tum etiam qui clamare illum compellant, & orare Deum, vnde ſubdit, *Quæ eſt fortitudo mea vt ſuſtineam? aut quis finis meus vt patienter agam? que fuerza mia quando eſperare? qual mi fin para que enſanche mi alma.* Labor qui tendit in bonum non ſentitur; ego verò per tot labores quò tendo? O vtinam ſcirem finem meum & prouentum. *Sicut agricola*

Iacob 5.7.

(vt ait Iacobus) *expectat pretioſum fructum terræ, patienter ferrens donec accipiat temporaneum, & ſerotinum, voluit enim Deus*, ait Tertullianus [a], *mortem morte diſſoluere, tormentis tormenta diſcutere*; ideo qui ob Chriſtum patiuntur, quia non videot præparata à Deo bona, inde neceſſe eſt admoneri vt propoſita futurorum bonorũ ſpe amiſſionem bonorum, & laborum tolerantiam deſpiciant, ideo Dauid, *Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum*, vbi eleganter Auguſt. *Non ſuſtinebis mendacem, non eum qui poterat falli, non eum qui non eſt inuenturus quod dicit. Omnipotens promiſit, certus promiſit, verax promiſit, ſuſtine Dominum*, viriliter age, noli diſſolui, ne ſis inter eos quibus dicitur, *Væ iis qui perdiderunt ſuſtinentiam.* Et Bernardus [b], *Gloriemur in ſpe gloriæ: prælibemus primitias gloriæ, in tribulatione gloria continetur, ſicut ſpes fructus in ſemine, ſic ipſe fructus in ſemine eſt*, imò quaſi in promptu eſt, vt ait Ieremias, *in fletu venient, & in miſericordia adducam eos per torrentes aquarum, id eſt, tribulationum, trabaxos de ſantos ſon auenidas que parece quieren hundir y paſan y dexan fecunda la tierra*; impij verò voragines & profunda inueniunt vbi demergantur, *in via impiorum vorago*; cùm verò Chriſtus vadum oſtendit, *vado ad eum*, firmo pede & ſecurè tranſeunt.

a Aduersùs Gnoſticos cap. 5.
Patienter tolerandi rationes.
Pſalm. 26.
Eccli. 25.
b Serm. 17. in Pſalm. Qui habitat.
Cap. 31. 6.
Fœcundior redditur anima tribulationibus quaſi oblimata.

13.
Conſolationes etſi ad tẽpus deſerunt iuſtos, redeunt, impios verò deſerunt in æternum.

Quartò nolo vos ignorare, conſolationes ita à iuſtis abeſſe, vt iterum redeant, impios verò omnino deſerunt, nunquam reuerſuræ. *Iterum videbo vos.* O fixum gaudium quod ab oculis Chriſti prouenit, qui exlulatant animos, de quibus Iacob, ſub vmbra filij eius aiebat, *Oculi tui vino pulcriores, es Chriſto el que con ſus ojos da vino de alegria y embriaga el alma.* Vnde notaodum putat D. Gaudentius cur Chriſtus Dominus, qui contritis corde & mœrentibus mederi venit, primùm in domum voluptatis ingreſſus ſit, primúmque miraculum ediderit, in defectu vini? *Nuptijs adeſſe voluit* (ait) *quia ad miſeros venerat, quoniam verò ibi vinum, id eſt, virtus defecerat ſpiritualis lætitiæ, & languebant ſcientiam conuiuarum ora, vini lætificantis inopia ad miſeros conuiuas venit, vera gaudia allaturus*; ab eóque, nempe Chriſto, veram lætitiam expoſcebat Dauid, *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui*, vbi alia littera habet, *Gaudium quale habent ſancti mihi redde*; etenim gaudium ſanctorum iuge eſt, & nemo id ab eis tollit, & cùm terrenum gaudium ſolam extimam ſuperficiem perfundat, & cor minimè peruadat & penetret, econtra ſanctorum lætitia à corde in externam faciẽ refunditur. Et de hoc inquit Dominus, *Gaudium veſtrum nemo tollet a vobis*, Econtra verò gaudium mundi quale putas erit à quo oculi Domini longè abſunt, erunt vtique ſicut arbor in vmbra plantata, quam ſol non luſtrat, nec fouet. Quod gaudium poteſt eſſe quod à corde non procedit, certè gaudium peccatoris eſt, *exultatio eorũ ſicut eius qui deuorat pauperem in abſcondito.* Quale denique gaudium putas quod in æterna triſtitia finitur: illud ergo arripe gaudiũ cum Propheta noſtro, *Ego autem exultabo in Deo Ieſu meo, Deus meus fortitudo mea*, illic licebit canere cum Dauide, *Eduxit me de lacu miſeriæ, & ſtatuit ſupra petram pedes meos, los pecezillos y mariſcos la mar con vna ola los hecha y con la reſaca los ſorbe, ſolo aquel eſta firme que ſe aſe a la piedra, Petra autem erat Chriſtus.* Tu ergo mi Homo illi inhæreas, inde aqua ſapientiæ ſi poſtulas erumpet, quæ omnem pellat ignorantiam, gratia ornet & colat, & ſempiterna gloria perfundat.

Gaudiũ peccatorũ ſicut furis & latronis.
Gaudio ſuo non furtiuè fruitur, iuſtus Chriſto innititur.

VERBVM FILII.

Ioannis 16. v. 17.

Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, & quia vado ad Patrem.

Multiplicem Dei prouidentiam ad inſerendam animis longanimitatem & tolerantiam deſcribit, atque perſuadet.

DISCVRSVS CLXX.

SINGVLARE quidem eſt inter reliqua Dei attributa mirabile diuinæ prouidentiæ ſacramentum, vnum in deitate, multiplex in effectu, & in demonſtrationibus variũ, & cui nomen ſacramenti apprimè conuenit. Vna enim prouidentia eſt clara & manifeſta, altera occulta & obſcura, ratio enim diuinæ prouidentiæ in rerum naturaliũ gubernatione apertiſſima eſt, Deúmque manifeſtat, atque illa vtitur Deus quaſi ſui indice & veſtigio deitatis. At verò ratio illa arcana, quæ res ſupernaturales & myſteria ſalutis æternæ diſpenſat, tecta nimis eſt & obſcura, qua quaſi tenebris offunditur Creator & Redemptor. Primũ illud liquet, ſiquidem ante omnia Creator Deus lumina feſtinatò adduci, & quaſi faces accendi iuſſit, vt cætera creanda manifeſta fierent, & per lucem & viſibilia illa, inuiſibilis Creator, niſi cæcis, aut brutis, latere non poſſet. Sicut enim rotæ illæ currus Ezechielis vndique ſplendebãt, ſic (ait Hieronymus [a]) *Omnis creatura fulgurat Dei cognitionem.* Secunda verò ratio diuinæ prouidentiæ quæ ad negotia ſalutis hominum pertinet obſcuriſſima eſt, & Deũ in his negotiis venari, nec inueſtigare poſſumus. Sic interpretantur aliqui locum illum Iob, *Terra data eſt in manu impij: vultum iudicum eius operit; quod ſi non eſt ille, quis ergo eſt?* quæ verba indicare videntur tectam eſſe diuinam prouidentiam, ſicut

1.
Duplicis prouidentiæ diuinæ abſcondita & manifeſta myſteriũ & ratio oſtẽditur.

INTRODVCTIO AD EVANGELIVM
Gen. 1.

a In cap. 1. Ezech.

Polycronius Philipp. Auguſt. Cap. 9. 24.

Digitized by Google

ſicut ſculptoris ars, qui clam in officina lignum efformat, ope duorum artificum, alter eſt quam vulgo dicimus *bonam fortunam*, cui frequentiùs bonos & iuſtos viros expoliendos tradit, & hæc eſt cauſa vt informes, inelegantes & intempo-

Diuina prouidentia tecté ſua opera molitur.

raneis egentes & ſqualidi euadant, impij verò quos bona effingit fortuna, pulcri, opulenti & ſpectabiles efficiuntur. Quæ omnia clàm & in abſcondito ſic Deus molitur, vt manum &

2. rationem ſuæ prouidentiæ abſcondere poſſit, & quærant homines, *Quòd ſi non eſt ille, quis ergo eſt, quien rige el mundo quien da el mando y ſeñoria al malo?* hoc latere Deus voluit, *& vultum iudicum eius operit*, quem ſenſum planè indicant Septuaginta. *Iuſti deridentur; traditi enim ſunt in manus impij; facies iudicium eius operit, cubre ſu roſtro ſu prouidencia.* Et ſicut apis alueare in primis bitumine amaro oblinit, vt opus ſuum ne per rimulas poſſint homines ſpeculari, ſic Dei prouidentia irridet ſapientes, & eorum eludit curioſam inſpectionem, & ſublimes ac diuinas cogitationes & prouidentiæ arcana mortalibus voluit eſſe ignota; ideo Tigurina, quæ ſemper clariùs vertit, ſic legebat. *Terra gubernatio impio permittitur qui faciem iudicũ eius obuelat: ſi Deus hæc non agit, vbi alius qui agat?* & Auguſtinus, *Quòd ſi non facit Deus iudicium iuſti, vel impij, quis poteſt facere?* Luſtremos obſecro ſine audacia & ſuperbia eius

Mirabilis in operibus diuina prouidentia.

opera; quis non hæret dum creatum hominem vix ad ſex horas in gratia & in Paradiſo permanſiſſe legit? quis non ſtupet mundi primordia eruore fraterno inquinari, & viuente iniquo violenter innocentem præmatura nece interire. Quis non quærit quòd naſcentem mundum peccato fœdari permiſerit, quod nullo negotio vitare potuiſſet? Quid memorem myſteria redemptionis? ad quam cùm poſſet media & inſtrumenta altiora & maieſtate plena aſſumere, patientia, & paupertate contentus fuit, vt in his quaſi tenebris deliteſceret? quæ omnia Dauid in Pſalmis cecinit: nam *Pſal.* 103. vbi de rebus naturalibus agit, clariora luce eſſe decantat. *Benedic anima mea Domino*, &c. *amictus lumine ſicut veſtimento*; vbi verò alterius prouidentiæ meminit, *Poſuit* (inquit) *tenebras latibulum ſuum.*

Pſal 17.
Optima ratio huius abſcondita prouidẽtia quæ in ſilentio eſſe videtur.

Ratio cur Deus ſic tectè & abſconditè gubernat, ea eſt, quia amat virtutes veras, & perfectas, ſicut lapidarius pluris æſtimat adamantem vnum quàm centum lapides, ſola ſpecie externa nitidos, & nullius pretij, &, ſicut Ariſtot. ait

Simile.

in Politicis, finem principis eſſe virtutem in ſuis ciuibus conſequi, ſic Deus iuſtos, ornatos & perfectos vult virtutibus diuinis, quas haudquaquam conſequerentur, ſi omnia clara & præ oculis poſita eſſent, quod eſſet meritum fidei ſi de his quæ videntur eſſet? cuius pretij eſſet ſpes, ſi præſentibus auxiliis niteretur, aut ſi manu premeret æterna? & charitas quid valeret? martyrium quanti æſtimandum ſi Deus amandus & ad mortem vſque diligendus clarè nobis innoteſceret?

3. Vis, rei magnæ exemplum, contemplare quid experimento caput Eccleſiæ Chriſtus cognouerit, & verbo docuerit. *Modicum, & non*

Vadum cur elegit Chriſtus cũ per pontem impaſſibilitatis poſſet tranſire.

videbitis me, quia vado ad Patrem. Quid obſcurius quàm cùm ad Patrem iturus pontem poſſet impaſſibilitatis obire cum maieſtate & comitatu regio, vadum velit traiicere, & in aquis tormentorum demergi, atque inde per miraculum in reſurrectione emergere, *certè neſcimus quid loquitur.* Verùm in hac nebula myſterium deliteſcit, & hac ratione omnipotentiam &

Simile.

maieſtatem oſtendit. Quemadmodum vrſus, qui alueare rapuit, & in flumen ſe temere mittit, gaudent ſpectatores dum mergi putant, at illi deluſos relinquens, & extinctis apibus in littora exilit, ſic Chriſtus dum aquis ſe immerſit paſſionis, *reuertetur & miſerebitur noſtri, & deponet iniquitates noſtras, & proiiciet in profundum maris omnia peccata noſtra.* En quantum iuuant oculi fidei ad hæc arcana rimanda; ideo S. Agapitus, *Solius fidei contemplatione cernendum eſt ad quod prouehatur humilitas carnis in Chriſto per paſſionem*, & ita Petrus in hac nocte quaſi à longè ſpectare voluit, *vt videret finem, penſan con ojos de carne alcançar eſtas myſterios y el agua le volcò la cabeza.* Nam & memoriam amiſit pluſquam gallus, & nutauit ſpes, & refrigerata eſt charitas. Hoc in capite noſtro Chriſto perſpeximus, nunc arcanam eius prouidentiam erga corpus myſticum, Eccleſiam videlicet, intueamur.

Modicum, & non videbitis me. Eſt in primis 4.

Tribulationes ad menſuram dantur.
a Lib. 29. Mor. c. 14.

modicus labor noſter, & pro menſura ſubiecti diſpenſatus, probat textus Doctoris Magni Gregorij [a], in cauſa illa Iobi, mirum in modum afflicti. *Per quam viam ſpargitur lux, & diuiditur æſtus ſuper terram*, ſcit Deus, inquit, vix in vobis primordia boni & gratiæ illuxiſſe, cùm dæmon tentamentis pulſat. *Hoſtis namque callidus quos iuſtitia luce ſplendeſcere conſpicit, eorum mentem illicitis deſideriis inflammare contendit. Poſt lucem ergo æſtus ſequitur, quia poſt illuminationem diuini muneris tentationis certamen augetur.* Vide tamen quanta cum prouidentia lucem & laborem coniunxit. *Alta quippe & incomprehenſibilis Spiritus ſancti gratia cum luce ſua mentes noſtras irradiat, etiam diaboli tentationes diſpenſando moderatur, vt ſimul multa non veniant, aut ipſæ tantùm qua ferri poſſunt, illuſtratam iam à Deo animam tangant, vt tùm tactus ſui ardore nos cruciant, perfectionis incendio non exurant*, vt hac ratione virtutes ſolidas & firmas in nobis

A ſimili.

operetur. Feruntur pariter duæ aues in regiam culinam, coquus qui ferculis inſtruendis tam aſſis quàm coctis deſudat, ſumit ſigillatim, & appendit in manu pondus, & ſubſtantiam cuiuſuis perpendit, illam quæ craſſior, & meliùs ſaginata eſt, vt in medio igne perſiſtat, & illum ferè poſſit ſua pinguedine extinguere, aſſari iubet, alteram tenuem & flaccidam, coquendam decernit, nec ſinit coqui priuſquam ſuis aromatibus & variis rebus infarciat: ſic Deus fortiores ſanctos ad maiora

Sanctiores grauioribus tribulationibus exponuntur.

certamina vocat, in igne tribulationis cõſtituit, quia non ſolùm habet virtutem tolerandi, ſed extinguendi etiam ignem, *extinxerunt impetum ignis*, debilioribus & infirmioribus, aqua conſolationis & donis cæleſtibus frequentiùs & copioſiùs afficit; nam maiora onera ſubtrahere Deum iudicium eſt infirmæ virtutis. *Fidelis Deus qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.* Habemus ô Paule

Difficultas circa verba Apoſtoli.

contra hoc experientiam, audias, obſecro, infirmos muſſitantes, Elias anxius & fatigatus petiuit animæ ſuæ vt moreretur. Iob, *Deſperaui*, inquit, *ſuſpendium elegit anima mea* (licet hæc de naturali affectu & ſenſu intelligenda ſunt.) Ierem. *Periit finis meus, & ſpes*

mea à Domino, parece que haſta Dios me deſamparò; & tu ipſe Paule, *Supra modum granati ſumus, & ſupra virtutem, ita vt tæderet nos vitæ*. Nónne hæc aduerſantur illis verbis, *fidelis Deus*, & *modicum*, nónne verbo illo *ſupra modum*, contrariatur.

Reſpondetur. Euthymius. Theophylactus.

Erunt quidem tribulationes maiores virtute quæ modò eſt in anima, non verò ſuperiores gratia ſuperuentura, *nam faciet cum tentatione prouentum*. Videas hoc in Euangelio, in quo poſt vnum *modicum* aliud *modicum* immediatè ſequitur, non ſinam langueſcere, non marceſcere patiar, ſed meis oculis excitabo, *& iterum modicum, & videbitis me*.

Secundùm augmentum tribulationis fit etiam gratia auxilium.

5. *Cur Deus præmittit dolores & ærumnas ante gloriam.* *Simile.*

Cæterùm cur, quæſo, Domine priùs quod laborioſum & amarum eſt præmittis, *non videbitis me*? an vt præcederet paſſio reſurrectionis gloriam? vel quia dæmon principio quidem dulcia & læta præmittit, Chriſtus verò è contra. Sicut mercator qui corruptas vtplurimum habet merces, bona profert & proponit ſana, at cuius omnes merces pulcræ & integræ ſunt, peiores & deteriores proponit, certus reliquas facilè expendi poſſe, *la buena mercaduria ella diran quien es*. Sic dæmon bonam chartam præmittit in ludo, *modicum, & videbitis me, probad que es linde vino, guſtad vn pequito*; ideo monet ignaros Spiritus ſanctus; *ne aſpicias vinum cum flaueſcit in vitro, intrat enim blandè, & poſtea mordebit vt coluber*; Deus verò qui probare intendit, ſtatim triſtia obiicit, *plorate*, pœnitemini, ſuſtinete crucem, modicum in oratione quieſcite, quod ſi amarum fuerit, futuris delitiis & aſſeruatis compenſabitur, *lo demas lo ſanexra, regalos le quedan, iterum videbo vos*. Probare & experiri vult vt dona ſua concedat, ſicut cùm probatis vas aliquod viliori liquore infuſo, vt poſtea pretioſum infundatis, Ita his modicis laboribus præmiſſis corda experitur Deus, *in paucis vexati, con poquitos, prueba, in multis bene diſponentur, para fiarles grandes dones*. Cæterùm quis nouit, ais, an periculum facere intendit, an punire & ob peccata cruciare? certè ex hac dubitatione ſolùm ſequitur æquiori animo & libentiori ſubiturum eſſe labores, quo pœnæ magis obnoxius eſt reus quàm innocens. Si ſclopus leui onere pulueris tormentarij terret bombo, & crepitu atque pila perimit quidquid obuium fit, quid ſi maiora onera addidiſſes? onus commune & tribulatio quæ *modici* nomen obtinet terret Apoſtolos, & vnius peccati reatus & pondus alium in lectū per triginta & octo annos mittit, alterum claudum fecit, alterum oculis & vita priuauit; quid ſi peccatis peccata accumules, tolle culpam, & patienter ages, peccando enim onus oneri addis qood tandem erumpet, *theſauriZas tibi iram in diem iræ*.

Probat tribulationi nullos, vt infundat oleum conſolationis.

Æquanimiter debet peccator ferre dolores, ſiue eos quis ad probationem, ſiue ad punitionē dantur. *Simile.*

6. *Menſura breuis tribulationis & temporis mirabiliter Dei prouidentiam indicat & commendat.*

Modicum, & videbitis me. Hoc modicum multum Dei prouidentiam commendat, quæ vt clariùs percipi à mortalibus poſſet, menſuris temporis ſe addixit, non longis, ſed modicis, *modicum & modicum*. Omnes enim qui horologiis & temporis menſuris addicti ſunt, nimis prouidi & prompti eſſe tenentur, nemo autem expeditior & promptior eſſe poteſt, quàm qui per minuta, aut momenta actiones metitur, *modicum, & modicum*. Ponderat hoc in diuinis operibus Bernardus *, cuius ego ſententiam expendam, & in tres partes diuidam. Tria ſunt quæ per puncta temporis & momenta fieri exigunt. Alterum eſt, abſentia ſponſi ab ſponſa, quam ſicut animam ſuam amat, ægrè enim fert longas moras, & horas quaſi annos reputat; quid ſi dicta die aduentus vel vnam horam tardat, quanta renoluit animo, ideo ait ſponſa, *Reuertere, reuertere dilecte mi, ſimilis eſto capreæ hinnuléque ceruorum ſuper montes Bethel*, ne diutius protrahas aduentum tuum, tranſili montes *Bather*, hoc eſt, difficiles, *no et detengan diſtancias ni breñas ni difficultades*. Cui videtur reſpondere, *Modicum, & non videbitis me. O modicum & modicum! ó modicum longum, pie Domine, modicum dicis, quòd non videmus te?* Ideo ſemel aliquanto accenſus ira ſponſæ aiebat, *In momento indignationis abſcondi faciem meam parumper à te*; vbi, vt notat Montanus, hoc ſolum hemiſtichium, hoc eſt, dimidia pars verſus, quatuordecim ſyllabas continet, & ferè omnes, tribus exceptis, breues ſunt, & accentus in penultima, & illud *momentum* Hebraicè eſt *ſeph*, quod ſignificat *inſtans*; quaſi diceret, ne timeas, nam ſi moram vltra ſignatam horam, vel ad inſtans prodoxero, æternitate gloriæ compenſabo. *In miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui*, mea enim miſericordia per inſtantia menſuranda eſt, *in momento indignationis, modicum non videbitis me, modicum meretis, & non modicum votis*. Secundum quod per puncta temporis menſuratur, & ſummam promptitudinem

* Ser. 74. in Cant.

Simile. Iſai. 54.

Miſericordia & auxilij ſubſidium per inſtantia daturū promittit Deus.

7. *Simile.*

poſtulat, eſt muſica & harmonia. Quare omnia opera noſtræ ſalutis quaſi ad harmoniam & muſicam artem facta reperio, Deus enim vt in his magnis operibus declaret quàm citò, quàm ſolerter ſe gerat, voluit ea omnia inſtantibus addicere, & quaſi punctis muſicis. Vnde, vt declaret quàm opportunè in mundum venerit, per noſtrum Habacuc, per interualla breuia muſicæ declarat? *Domine audiui auditionem tuam, & timui; Domine opus tuum, in medio annorum viuifica illud, in medio annorum notum facies, cùm iratus fueris miſericordiæ recordaberis*. Plurimas Doctorum interpretationes & verſiones horum verborum legimus, nemò tamen illud verbum bis repetitum expendit, *in medio annorum, in medio annorum notum facies*, ſcio ſenſum eſſe, *in plenitudine temporum* veuies, ſignato, opportuno, *al mejor tiempo del mundo*; verùm quare opportunitas & miſericordiæ recordatio *medium annorum* dicitur, & non vltimus annus plenitudinis, nimirum, *medy annor*, celeritatem aduentus, diuini auxilij, & breoitatem tribulationis puto denotari. Probant hoc alij duo loca, alter eſt *Dan. 7. & 12.* vbi ſemel & iterum hac locutione vtitur Daniel, perſecutio Antinchi quæ perſecutionem Antichriſti adumbrat, vel eam quam Rom. Imperatores in Eccleſiam ſuſcitaruut. Hæ autem durabunt, *per tempus, & tempora, & dimidium temporis*. Quid ſignificat *dimidium temporis*; quare diuina prouidentia euentus, tribulationes & patientiam ſanctorum ad trium annorum & dimidij ſpatium coarctare voluit? ſed non in his duobus euentibus hoc obſeruatum, ſed in aliis etiam ex ſacra Scriptura conſtat. Nam Elias qui interpretatur, *Deus Dominus*, per tres annos atque dimidium clauſit cælum ne plueret ſuper terram. Secundò, tempus pœnitentiæ Iudith, quo ſuum corpus ieiuniis atque afflictionibus macerauit, fuit ſimiliter tres anni

Cur medium dicitur tempus in quo redemptio futura erat.

Apoc 8. 1. vide P. Alcazar.

Iacobi 5. 17. & 3. Reg. 17. Iudith 8. 4.

&

& menſes ſex. Tertiò Chriſti prædicatio, ac bellum, quod contra ipſum Iudæi excitarunt, tribus annis cum dimidio durauit. Quartò Neronis perſecutio, quam Romana prophana in Chriſtianos excitauit, tribus item annis cum dimidio duraſſe videtur *. Vides quomodo placet diuinæ prouidentiæ labores & auxilia ad modicum & dimidiatum annum coarctare? Ratio autem ea videtur, quia qui euentus per horas & dimidium anni circumſcribit, oſtendit ſapienter & ſolerter conſtituiſſe terminos illos, vt ſicut ductor & magiſter chori puncta & interualla penſat, in libro præſcribit, non arbitrio cantorum, ſed ſuo; ita Deus vt oſtendat attentiſſimè tribulationibus Eccleſiæ præeſſe, & nequaquam illud tempus perduraſſe quod dæmoni, Iudæis, Neroni & Antichriſto collibitum fuerit, ſed quod Deus admirabili prouidentia præſtituerit, ideo dimidio anno finiendam deſignat.

** Sic P. Viegas Apoc. 6. comm. 1. ſect. 1 in fine.*

Solerter & vigilanter mittit Deus tribulationes quas ad dimidium tempus diſpenſat.

Simile.

8. Conſonat huic loco alter Apocalypſis cap. 8. *Cùm aperuiſſet ſigillum ſeptimum, factum eſt ſilentium in cælo quaſi media hora.* Silentium habitus eſt tolerantis, Iſai. *ſilui, patiens fui.* Et Threnorum 3. 26. *præſtolari cum ſilentio.* Silete igitur quaſi media hora patientiam Eccleſiæ deſignat, quæ ſcit tribulationes ad menſuram, & quaſi numeratis interuallis, ſicut in muſica præſcribi à Deo, hæc ferè verba legimus etiam Tobiæ cap. 11. 14. *Sumens igitur Tobias de felle piſcis liniuit oculos patris ſui, & ſuſtinuit quaſi dimidiam ferè horam.* Suſtinuit, inquit, & patienter tolerauit acerbitatem fellis, tempus autem ad dimidiam ſolùm horam reducitur, vt innuatur perbreue eſſe ac valde exiguum doloris & acerbitatis interuallum, ſi comparetur cum cæleſti luce, atque notitia quam Deus ſuis ſeruis per laborum fel impertitur. Secundò mediæ horæ ſpatio declaratur breuitas tribulationis, & cura diuinæ prouidentiæ, ne vlteriùs progrediatur dolor, hora enim integra tempus tribulationis denotat, *ſciens Ieſus, quia venit hora eius.* Hanc autem contrahit Deus, & vix ad dimidiam reducitur. Nunc ergo ad verba Habacuc redeamus. *In medio annorum viuifica illud;* quaſi dicat, horrore concutior cùm perſecutionem conſidero quam tuus populus ſuſtinet, aut ſuſtinebit; tu verò Domine, quippe qui miſericors es, tuam defendes Eccleſiam, eámque ab hoſtium oppugnationibus ac periculis ſaluam & incolumẽ educes. Venies autem ſatis in tempore, & opportuniſſimè, nullam morulam nec interuallum more cantorum prætermittens: audiui enim, & tu ad me dixiſti. *Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit.* Iteratio verborum (*redoble de palabras*) quæ explicatur à Bernardo. *Quomodo non tardabit ſi moram fecerit, niſi quod ad meritum ſatis eſt, ſed non ſatis ad votum.* Sunt quidem in muſicis præſcriptionibus, hoc eſt, in libro cantorum, notæ, ſpatia, ſilentium, & interualla: & omnia hæc ad muſicam & harmoniam valde conferunt; ita ſimiliter Deum in mundum venire, mundo fuit vtiliſſimum, tardare autem contulit ad meritum. Quare celeritates eius perueniunt ad punctum oppurtuniſſimum, ſpatia autem & tarditas intentiones eius promouent.

Breue tribulationis tempus.

Non tardat gratia quæ opportunè venit.

Simile.

9. Et ita *veniens veniet*, & poſt ſilentium & ſpatium quinque millia annorum *feſtinus veniet, vendra muy apriſſa porque vendra a punto y a ſon de muſica.* Liquet hoc in choro cantorum, in quo artis præſcriptio voces numeroſque earum moderatur, interim autem tacet altus, vel grauis vox, ſecum interualla ſeruando, & numerando, atque expectando minuta temporis, donec punctorum præſcriptio erumpere iubet, & certatim ſequi præeuntes voces, præcidendo & ſecando puncta nonnulla, quaſi compendiis ad celeritatem quæſitis, per breues & ſemibreues, minimas & ſemiminimas concinendo. *No ay oidos que alcanzen la ligereza con que deſpues de ſus compaſſes y pauſas tocan los puntos partiendo las ſemicorcheas paſando como de puntillas en altos y baxos.* Suſtine homo; quis te vrget: quòd ſi tanta celeritate opus erat, quorſum præceſſit longum illud ſilentij ſpatium. Rogat hoc, qui ignorat muſicam: peritus autem artis, ſcit tam ſpatia & interualla atque ſilentium iuuare harmoniam, quàm tempore ſignato vocis effuſio & acceleratio. Hac ſapientia peractus eſt Dei in terras aduentus, etiamſi imperitis tarditas Dei nuncupetur, *Exprobrauerunt commutationem Chriſti tui, vel tarditatem veſtigiorum Chriſti tui.* Ego verò Domine miſericordiam à te expoſcam præſcripto tempore, ſciens te obſeruare ſolerter puncta quæ tibi tua miſericordia præſcripſit; *Miſereberis Sion, quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus, no perdais punto mi Dios elo que os lo ſeñalo; quia venit tempus, para mi bien eſtoy ſeguro que los puntos y los compaſes contais.* Quam diuinam artem & promptitudinem callere tanti intereſt, ait Bernardus, vt Iob quòd ea ſciret patienter ſe geſſit, filij autem Iſraël Dei & Moyſis tarditatem non ferentes Dei cultum cum capite vituli turpiſſimi commutarint.

A ſimili.

Pſal. 88.

Tertium quod temporis punctis menſuratur eſt ars digladiatoris, & ludus armorum, qui totus conſtat minutis temporis & momentis, nam ſi tempus & occaſionem amittit antequam effectum gladij aduerſarij prohibeas, non minus quàm vita agitur. Hoc genere prouidentiæ, his temporis punctis menſuratæ, Deus cum ſuis vtitur amicis, ait Bernardus, quod ſi vultis percipere, ſic contigit Abrahæ qui duo tempora artis digladiandi obſeruauit, *modicum, & modicum*; iubet enim Deus, aſcende, & mihi in victimam filium macta, en ſtrenuum virum contra ſe, & contra filium accinctum gladio, incunctanter, nec puncto prætermiſſo, exit, aſcendit, exerit gladium, demittit, & tu Domine dormis? enumeras tempora: nam certè ſi ad momentum non prohibes, perit primogenitus; ita quidem dormit? peritior eſt digladiator omnibus hominibus. *Sic contigit Abrahæ leuanti manum vt dilectum ſibi filium perimeret, & interficeret, continuò Angelus aſtitit & obſtitit percutienti*; ſed vt innoteſcat hanc prouidentiæ rationem ad noſtram vtilitatem conducere, addit, *quem miris laudibus commendat, & triſtitiam quam de morte filij conceperat, ſtatim prouidit:* & ſicut magnificauit Abrahamum, ſic & Patriarcham Ioſeph, docens ſeruare punctum, & tempus ſibi præſcriptum. Nulla maior hiſtrionum cura eſt, quàm vt comici & perſonæ in comœdia ſua tempora & verba obſeruent ne coincidant verba, ſed in tempore ſileant, & tempore ſignato loquantur. 10.

A ſimili ab arte gladiatoris.

El maeſtro de eſtas armas a de ſaber lo vno y lo otro las contras y recontras.

Bern. citatus.

Stat

Stat quidem rex tacens & libenter audiens aſiorum dicta, & vix effudit quis verbum præſcriptum quod pes dicitur, eum in momento prorumpit, & ex ſilentio nullu impediente ad verba venit, hæc eſt Dei cura & ratio prouidentiæ, vt qui in hac tragœdia Chriſtiana perſonam agit, in ſileotio præſtoletur; ſicut Ioſeph qui venditus tacet, incarceratus tacet, accuſatus tacet. O grauem taciturnitatem, quouſque tandem tacendum erit? Reſpondet magiſter huius comœdiæ. *Donec veniret verbum eius, haſta que le dieron ſu pie, miſit Rex, & ſoluit eum princeps populorum, & dimiſit eum*, expectauit modicum, & intulit multum.

11. Secundum diuinæ prouidentiæ ſecretum eſt ſeipſum ducem ad viam offerre his qui in breuiſſimis momentis tolerant, & modicum, & modicum expectant. *Quia vado ad Patrem*, munúſque duceodi apprimè quadrat Chriſto noſtro qui deſcendit de cælo, & cæli comprehenſor eſt, &, vt ipſe ait per Zachariam, *poſt gloriam miſit me ad gentes*, vt poſtquam pretium gloriæ cognoueram, eo ardentiùs corda ad illam excitarem, & vitam & ſanguinem impenderem. Ioan. 3. *Nemo aſcendit in cælum, no ay tal quia para el cielo, niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis, qui eſt in cælo.* In gluria erat, & ex alia parte viator, vt aiebat Iſaias, *Audient verbum poſt tergum monentis, hæc eſt via, ambulate per eam.* Dicito ergo dux noſter, eſt ne terra omninu plana, ſicut Spartaria Hiſpaniæ, aut accliuiratibus plena, vt Alpes, vel Pyrenæi in Gallia? varietate, inquit, mixta eſt, *Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me.* Accliuis erit paſſio, plana & æquabilis reſurrectio, vt explicat Thomas, & Chryſoſtomus, ciues enim cæli iam efficitur Paulus, iam flagellis afficitur in terra, vt dicat, *ſcio abundare, & penuriam pati*; & Chryſoſtomus [a], neque tribulationes, neque iucunditates ſinit ſanctos habere continuas, ſed tum de aduerſis, tum ex proſperis iuſtorum vitam mirabili varietate contexuit.

a Hom. 8. in Matth.

12. Ad hæc omnia quid illi? *Neſcimus quid loquitur.* Sed quia nimio dolore conſternabantur qui Chriſtum ſic amabant, non qualis paſſio futura ſit, ſed quem effectum allatura deſcribit, *Amen dico vobis, plorabitis, & flebitis vos*, &c. in quibus qualis terra ſit depinxit fidelis dux itineris, *plorabitis tanquam in exilio.*

Mœroris autem duo remedia adhibet. Primum, *Mulier cùm parit, triſtitiam habet.* Nam labores veſtri oon infrugiferi ſunt, ſed vberes, & gaudio pleni: *Gaudet, quia natus eſt homo in mundum.* Hic homo qui naſcitur Chriſtus eſt, qui media cruce in animo generatur, & omnia gaudio ſuæ natiuitatis perfundit, at labores impiorum ſunt ſicut dolor podagræ, aut calculi, poſtea replebitur os eius calculo, quo qoidem in diſcrimen vitæ vocatur æger, inutiliter tamen, & ſine fructu. Secundum remedium eſt noſſe, iter noſtrum vergere tandem io vitam æternam. *Triſtitia veſtra vertetur in gaudium, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.* Iuſtorum enim catenæ ſunt ligneæ, qoalem geſtabat Ieremias, nec enim Deus ſolatur ſuos auferendo labores, ſed promittendo coronam, & finem tribulationis, *Dominus diluuium inhabitare faciet, & regnabit*, &c. hoc re ipſa ſulatium umni Eccleſiæ præſtiturum denutat Ioannis ſuſcitatio in Apoc. cùm cecidit quaſi mortuus, quem vt ſuſcitaret, plena ſtellis manu tetigit dextra: poſſet quidem ſiniſtra tangere, verùm vt corda erigat, & mœrentes conſoletur, ſcit opportuniorem eſſe dextram plenam gloriæ & cæli aſtris, vt licèt ingruat mors, dummodo ego vos ad ſpem æternorum erigam, certi ſitis quòd *triſtitia veſtra vertetur in gaudium*, hæc enim ſpes vna eſt, quæ verè cor noſtrum gaudio replet. Hinc ortum habuit pulcer ille timor Abrahæ, cui victori & exultanti (vt notat gloſſa) dixit Deus, *Noli timere Abraham, ego protector tuus, & merces tua magna nimis*; & quænam cauſa timoris? vtique timuit ne Deus temporalem proſperitatem pro præmio dare vellet; Deus verò tranquillat animum eius vnico & æterno ſolatio, *ego ſum merces tua magna nimis*, nihil enim magnum, quod vel Deus non eſt, vel Dei obtinendi ſpes aut pignus per gratiam modò, deinde in ſempiternum per gloriam.

VERBVM SPIRITVS ſancti. Gal. 4. v. 1.

Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cùm ſit dominus omnium.

Poſt modicum vitæ, æternæ hæreditatis, & copioſæ mercedis in cælo, ſpe erigitur & confirmatur.

DISCVRSVS CLXXI.

QVANDO princeps patris hæreditatem non adiit, inquit egregius Doctor Gentium, cæleſtem ſuam doctrinam qoaſi Romanus ciuis, ciuili legum diſpoſitiooi accommodans, *in l. filiusfamilias, & l. ſeruus. ff. de teſtamentis*, quandiu illi paterna non venit hæreditas, vix à ſeruo princeps differre videtur. *Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo*, omnia ipſius bona in ſpe collocata ſunt, *cùm ſit Dominus omnium.* Videre eſt puerum quouſque quatuor ſupra decem annos attingat, nec crumenam habet, nihil ſua voluntate metitur. *De aqui a de partir vueſtra Alteza alli a de parar, firmeza en eſos pies, el cuerpo derecho y ſeſgo el roſtro y la viſta al fin de la carrera, llamar temprano y con ſuauidad no parar de golpe que deſcompone la perſona y cauallo.* In equum aſcendit, aliorum iuſſu & manibus, illic eſt præfectus equorum, illic gynicæorum magiſter, hic equus domitus, & ſtatim multa iniunguntur; hic admouenda calcaria, laxandæ habenæ, & ad curſum immittendus equus, illic conſiſtendum, hæreant ſtapedis firmi pedes, rectus ſit corporis truncus, in meta intenta oculorum acies, vultus vbi ſiſtendum eſt defigatur: maturè receptui canere oportet, lora colligere, non repentè conſiſtere, ne feſſor equúſque pariter concutiantur, 1.

Iuſti vita in terra ad ſimilitudinem principis declaratur.

tiantur, ſed pedetentim & ſedato impetu. Linquit habenas vt det operam libro, aptatam pennam vt optimus efformet, characteres dirigit Doctor: flagra metuit, lacrymatur vt quiuis puer de minutiſſima plebecola. Accumbit menſæ œconomus, adeſt architriclinus & pincerna, & inſuper præſtantiſſimus medicus, hoc comedendum eſt, illud nec deguſtandum, hos captaſſe modò cibos ſufficiat. Immania ſceleta patrantur; in regno fiunt coniurationes, his malis medelam afferre non ſpectat ad principem, obmuteſcat. Ampliſſima regis patrimonia diripiuntur, compilantur, toa non intereſt recuperare. Quid hoc eſt? ſeruus ne puer iſte? ita, *Nihil differt à ſeruo.* Quandiu hæc rerũ conditio durabit? Dicam: *vſque ad præfinitum tempus à Patre*; quouſque illum pater ſtabili matrimonio coniungat: vt primum enim vox nuptiarum percrebuerit, optato imperio potitur, ſui iuris eſt, ſui dominus; ipſe reipublicæ clauum tenet, & debita cum dignitate gubernat. Ecce nauium & triremium inſtructa claſſis, vicinum occupat mare, fulgurum, fulminum ac tonitruorum imitatrices horribiles pilæ diſploduntur; reſonant proxima nemora bombardarum & ſclopotum bombo, nutat portus, ardent venti, ibi ſymphoniacus chorus, tibiarum & buccinarum conſenſu & concentu omnia perſonant, ad optatum portum nobiliſſima regina ſponſa peruenit, procedit obuiam regnum vniuerſum, habentur comitia, ludicra, haſtatum certamina fiunt, dies feſti agitantur. Ampliſſima regna certatim confluunt, officinę omnes & ſcrinia tabernæque aperiuntur, ampliſſima ſupellex, telæ emblemata explicantur, geſtiunt lætitia, tripudiant gaudio ludibundi omnes, quid hoc eſt? Quid? iam Princeps noſter eſt Rex & Dominus conſtitutus, iam non eſt ſub tutorum poteſtate.

Nuptiarum Regis & Reginæ apparatus & pompa.

2\. *Iuſtus quaſi ſimus Regis omnium Dominus, nihil poſſidet, ſed expectat præfinitum tempus.*

Quid cogitatis, inquit Paulus, hac in vita iuſtum eſſe? inſtar Principis eſt, cuius omnia bona in ſpe defixa ſunt: ſperat enim tandem aliquando futurum illum diem quo die hæreditatem adeat ſempiternam; hæc verò ſola ſpes, totius mundi ingentes diuitias, & locupletiſſimam poſſeſſionem longiſſimo ſuperat interuallo. Si in illum oculos coniicias, quando dominium hæreditatis nõ habet, videbitur tibi *nihil differre à ſeruo.* In primis, quia ipſe ne vno numo fruitur, *Beati pauperes ſpiritu*, theſauros modò non poſſidet, verùm nec expetit illos. Velit in quadam occaſione paululum habenas iræ laxare, mox admonetur, *Beati mites*, vt manſuetudinis non ſit immemor, ne lineas tranſeat, *ſed nolite peccare*, ne excandeſcat, nec furore præceps equo calcaria admoueat, *tardus ad iram*, mox ſe recipere, frænaque adhibere iubetur, *ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram*; vix hac exercitatione liberatur quando multis de cauſis lacrymæ oboriuntur. *Beati qui lugent*, tum ſuis, tum aliorum peccatis lacrymatur triſtitia affectus, laboribus iactatus, *Anguſtiati afflicti quibus dignus non erat mundus.* Accumbit menſæ, *Beati qui eſuriunt*, tẽperatis eſcis modiciſque potationibus vtatur, non enim Chriſtiani principis dignitas in multa eſca & potu ſita eſt, *Regnum Dei non eſt eſca & potus.* Carnibus non veſcatur, temperatè comedat, non ea quæ ſapiunt, aut palatum oblectant, ſed quæ proſunt: committuntur in mundo flagitia, ardent bella, odia, inimicitiæ, tyrannides, ille qui in infimo loco natus eſt, ſe prædicat optimatem, hic locupletatur iniuſtè, manifeſtè furatur in medio populo, ille turpi nota infamat alios, admoneatur tamen princeps vt taceat, *eſt qui quærat & iudicet*, Patris enim cæleſtis imperio modò cuncta gubernantur, imò ipſe laceſſitus ſileat, & patienter ferat. *Beati qui perſecutionem patiuntur.* Eſtne ſeruus homo iſte? minimè, nam ſeruire Deo regnare eſt, iam propè tempus aduenier regnandi, & tenendi ſceptra: ecce repente ex paupere fit locuples, quoniam veſtrum eſt regnum Dei, qui benignus & manſuetus tolerabat, orbe iam toto vagatur, *ipſi poſſidebunt terram.* Triſtem & lugentem cælum terraque delectat; ipſi conſolabuntur. Fame confectus iam cælorum menſæ accumbit incredibili voluptate perfuſus, ipſi ſaturabuntur. Denique iactatus periculis, vexatus laboribus, Rex fiet & Dominus ſummi Dei filius, cui infinitus ſurgit theſaurus, ampliſſimæque diuitiæ, *quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælo.*

Ecphaſis Euangelii ex partitio.

Felicitatis iuſtorum dicta eſt dies, & venuit poſt labores beatitudo multiplex.

3\. *Tria Principum Regis filium nondum hæredem angore afficiunt, tria alia iuſtũ torquent.*

Tribus maximè rebus principis animus torquetur qui hæreditaté nondum adiit, cuius pater obiit, & obſignatum teſtamentum reliquit aperiendum cùm primùm decimumquartũ annum attigerit filius, vigeſimoquinto omnibus liberè vtatur bonis. Prima cura quæ ſolicitat animum eſt, quid ſi pater meus exhęreditauit me, ſi illum in aliquo offendi, aut ſi ita prauè teſtamentũ inſtituit vt lites mihi excitari poſſint. Secunda cura, tam longo temporis interuallo ſperare graue eſt, quod quidem multos deſperare cogit: ad ſperandum enim ſine moleſtia & angore quanta prudentia opus eſt, quàm longanima & diuturna tolerantia. Tertia, qua maximè pungitur & ſtimulatur, ſi reſpondebit hæreditas meis votis, eludátne, aut meam expectationẽ ſuperabit? cùm primùm reſeratur teſtamentũ, cùm legitur, totus tremit, exalbeſcit, concitatur, vix reſpirare audet. Hã Deo grates immortales, omnia mea sũt, fruamur bonis, largè effuſéque aliis diſtribuamus, non deerunt hæc ampliſſima patrimonia.

Aperto ore & teſtamento Chriſtus tranquillat & ſanat iuſtorum animos.

Hæ ſolicitudines iuſtorum corda dies noctéſque ſtimulant, & iure quidẽ optimo magis quàm fluxarum rerum hæredes, ſed mundi ſeruator *aperiens os ſuum* aperit obſignatũ teſtamentum, & ſolicitudine eos liberat, ſpes ingentes affert ſecuritatis ad omnes æternitates duraturæ.

4\. *Vndecumque firmum eſt teſtamentum ſalutis.*

In primis enim teſtamentum condidit Pater, & Redemptor noſter, non alio atramento quàm ſanguine, non alio calamo quàm aurea penna ſempiternæ voluntatis, & æterni decreti; non alio tempore quàm ante tempus, & in hora paſſionis & amoris, obſerauit & conſuit acutiſſimis punctis vitæ exitu, & mortis hora, atque tranſitu ad Patrem, non alio filo quàm pretioſiſſimæ vitæ noſtri cauſa in tanto firmando teſtamento impenſæ. Huius verò teſtamenti firmitatem grandioribus verbis aſſeuerat Paulus, *Firmum fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc, cognouit Dominus qui ſunt eius: & diſcedat ab iniquitate, omnis qui inuocat nomen Domini.* Primus ſenſus eſt Ambroſij, Chryſoſtomi & Theophylacti. Eſtote bono animo fideles, nam ſicut regia domus, vel templum à fundamentis erigitur ſupra primum lapidem regnantis principis ſimulacro, vel nominis & architecti nomine inſculptum, & firmiſſima ſunt quæ ibi ſubiacent ſubtus tam ingentem molem, ſic fundamentis lapſis fidei quam Chriſtus principio in vobis collocauit, 2.Tim 2.19.

nunnis

numis bonorum operum, Chriſti regnantis meritis, & bonorum operum ſigillo impreſſis opere ipſo teſtantur, vos eſſe Chriſti opus, filios & oues, ſummi Paſtoris nunquam à ſua manu diripiendos. *La fee en el Christiano es como la primera piedra que aſientan en vn templo que tiene de baxo la tierra ſuſtentada con la palabra de Dios y en cima todo el edificio que ſobre edifican deſpues, aſi la fee que pone Chriſto en vos en el Bautiſmo tiene de baxo la autoridad de Dios eterna y en cima el edificio de vueſtras obras eſta eſte ſeguro? pues ſegura coſa que os ſaluareis, firmum fundamentum Dei ſtat.* Secundus ſenſus D. Auguſtini [a], & Thomæ [b], qui nomine fundamenti firmi & ſignati conſilium & decretum prædeſtinationis Dei intelligunt, qua ſtatuit vocare fideles primò ad fidem, deinde ad gloriam; hæc enim prædeſtinatio in Deo firma, immobilis & immotabilis conſiſtit. Vel vice verſa fundamentum hoc ipſi ſunt fideles à Deo ad fidem prædeſtinati, quos Deus tenet, & tenent Deum, firmitas enim huius fundamenti partim in nobis, partim in Deo eſt; ideo enim in Deo firma eſt hæc prædeſtinatio, quia firmi erunt prædeſtinati in fide & gratia, hi enim ſont firmæ prædeſtinationis obiectum: & viciſſim firmi erunt prædeſtinati, quia firma eſt Dei prædeſtinatio, nam,

a Lib. 1. de ciuit. c. 7.
b 1 P. q. 24. art. 1.

5. *Firmitas prædeſtinationis declaratur.* vt docet D. Thom. firmitas hæc fidelium partim pendet à Dei prædeſtinatione, & gratia, partim ab ipſo fidelium libero arbitrio, quod liberè & conſtanter fidem & gratiam retinebit, & quia gratia prædeſtinationis certò ſaluat hominem prædeſtinatum, quia certò præſcit Deus quòd cùm illa liberum hominis arbitrium liberè bene operabitur in finem vſque vitæ, ſequitur gratiam prædeſtinationis quoad effectum pendere ex noſtra cooperatione, propter hoc D. Paulus duo hæc principia coniunxit, *habens ſignaculum hoc cognouit Dominus qui ſunt eius*, & ex parte noſtra, *& diſcedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini.* Nouit, inquit Auguſtinus [c], Dominus qui permaneant ad coronam, & qui permaneant ad flammam; nouit in area ſua triticum, nouit paleam, nouit ſegetem, nouit zizania: hæc ex parte Dei, ex parte autem noſtra fuga iniquitatis eſt, firmi fundamenti, pars ſcilicet gratiæ, & prædeſtinationis Dei ſundamentum, ex his depellenda eſt phantaſia quaſi nonnulli eruciant circa prædeſtinationis certitudinem & immutabilitatem, & quaſi fatum ineuitabile conſtituunt. Dicant ergo, ſi diſceſſero ab iniquitate, eligar & prædeſtinabor ad gloriam, ſi malè vixero, reprobabor & prædeſtinabor ad gehennam: bene ergo viuam ne reprober, nam bona & mala vita in arbitrio cuiuſque eſt. Vterque ſenſus optimè textui quadrat; agebat enim de Hymenæi & Philethi infidelitate, & lapſu à veritate fidei, quos aſſerit vel ideo cecidiſſe, quia non ſatis firmi erant in viua fide, bonis operibus inſtructa, vel quia aſcripti non erant per diuinum decretum, nec in libro vitæ diuinæ præſcientiæ ſcripti; omnes enim qui ſic apud Deum ſunt, & præuiſi & prædilecti fuerunt: vnde vbi nos legimus, *nouit Dominus qui ſunt eius*, declarant alij, dilexit Dominus qui ſunt eius, ſicut *Rom.* 8. declarant etiam Origenes, Hieronymus, & Auguſtinus. *Quos præſciuit, & prædeſtinauit*, id eſt,

c Tract. 12. in Ioan.

quos amauit & approbauit. Diuinam hanc felicitatem & ſecuritatem alter Propheta cecinit, alter prædicauit. Dauid Pſal. 24. *Firmamentum eſt Dominus timentibus eum, & teſtamentum ipſius, vt manifeſtetur illis.* Vatabl. *Secretum Domini timentibus ipſum, & fœdus ſuum illis notum faciet.* Iſaias cap. 46. duo firmitatis principia coniunxit, ſcientiam & voluntatem Dei, ſcientiam vtique mediam quæ non tollit libertatem. Audi, *Ego ſum Deus, & non eſt vltra Deus, & non eſt ſimilis mihi, annuntians ab exordio nouiſſima, & ab initio quæ needum facta ſunt.* Tangit alterum fundamentum, dicens; *Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet.* Et non quomodocumque ſortietur effectum, ſortietur enim medio efficaci, *vocans ab Oriente iuſtum*, id eſt, Chriſtum. O Domine, ſi ſic omnia decreta & ſtabilita habes, cogis arbitria auditorum, & vim infers libertati: minimè, inquit Deus, quinimo liberi manetis ad audiendum, vel non obſequendum, ideo rogo vos, *audite me duri corde.*

Verùm ecce oboritur difficultas contra teſtamentum. Quid ſcio ego an ſit in teſtamento exceptio aliqua quæ me ab hæreditate eximat? aut ſecundùm leges conditum ſit, quis nouit hæc iura? quis ancipitem cogitationem ſedare poterit? His occurrit phœnix ingeniorum mentiùmque mortalium Auguſtinus [a]. *Mortuus eſt pro nobis vnicus ne remaneret vnus, noluit eſſe vnus qui mortuus eſt vnus; multos enim filios Dei fecit vnicus filius Dei.* Videte quàm auidè voluerit Chriſtus nos in paternam hæreditatem vocare, vt vnicus & primogenitus naturalis filius ne ſingularis eſſet hæres mortem oppetiuit, vt per mortem multos Patri adoptaret; præter hoc etiam ne lites nobis excitarentur, omnes exceptiones præuidit & ſuperauit. *Emit ſibi fratres ſanguine ſuo, probauit reprobatos, redemit venditos, honorauit iniuriatos, viuificauit occiſos.* Primò enim ſolus erat & naturalis vnicus Patris filius, *at mortuus eſt pro nobis ne remaneret vnus, noluit eſſe vnus qui mortuus eſt vnus*: erant ſerui, ſed ille *emit fratres ſanguine ſuo.* Reprobati erant ſuis criminibus, at ipſe *probauit*, venditi erant, & in alterius tranſierant dominium, verùm ille, *redemit.* Infames porrò erant, quid intereſt, *honorauit.* Hæc vltima exceptio peremptoria eſt, erant mortui, ſed hoc quid obſtat Deo? *viuificauit occiſos.* O homo quid dubitas. *Dubitas quòd tibi dabit bona ſua qui non dedignatus eſt ſuſcipere mala tua? ergo fratres gaudete in Domino, nõ in ſæculo, id eſt, gaudete in veritate, non in iniquitate, gaudete in ſpe æternitatis, nõ in flore vanitatis.* Hìc colloca tuam ſpem, fige hìc mentem, carnémque configе clauo iſto, ex quo bona æterna tibi pendent, tibi teſtamento firmantur. 6.

a De verbis Dom. ſerm. 37. tom. 10.

Omnes ad eãdem hæreditatem vocamur cum primogenito & naturali filio Dei.

Non eſt cur dubitet homo de negotio ſalutis ex parte Dei.

Ingens bonum, & ſpes minimè dubia, cæterùm tandiu expectare triſte eſt & graue. Non nego ſpem animum affligere, etiamſi expectatio ſit vbertimæ hæreditatis. Si verò dilatio ipſa & diuturna expectatio ſignum eſſet te vocari in hæreditatem, & filium eſſe Dei, non grauiter ferres ſperare? Dominus namque terrenus diuitias ſuas non ſtatim & in præſenti dat filiis, dat autem ſeruis, poſt hæc autem ſtipendia nihil ampliùs expectant ſerui, & famuli; quamobrem dum Deus in ſpe viuere iuſtos ſtatuit, *iuſtus ex fide viuit, viue de credito*; ſignum eſt eos tanquam filios reputare, eùm tamen ſeruos peccatores multis impræſentiarum donis afficit; quia cæleſtia non ſperant, Gen. 25. 7.

Non angit animum longa expectatio vbi tandem ſignum eſt ſecuro hæreditatis.

A ſimili.

Dedit

Dedit Abrahã cuncta quæ poſſederat, Iſaac: filiis autem concubinarum, largitus eſt munera. A Iſaac hizo vniuerſal heredero, a los hijos ſegundos y de criadas *Simile.* *ſuyas dio bienes muebles*; bona enim primogeniti in radicibus & rebus diuturnis conſiſtunt; mobilia verò & quæ facile conſumuntur non dubitat Deus mox peccatoribus largiri: his fortunas, illis gratiam & beatitudinem impertitur. *Merita iubemur ſperare & expectare.* Ex quo ſequitur quod in principio ſtatueram, opus eſſe longanima expectatione in vita, quia quamuis hodierna die in copioſam vocareris hæreditatem prædiorum, vinearum & hortorum, non potes his bonis frui, ſed expectare opus eſt temporaneos prouentus. Quapropter ne mireris cùm ſeruos Dei nudos & indigentiores videas, partem enim ſuam in bonis non caducis, ſed æternis repoſitam acceperunt, & nondum venit tempus fructuum. Nec inuideas peccatoribus quos exultantes & luxuriantes vides, ſignum enim eſt mobilia & caduca recepiſſe bo- *Bona impiorum mobilia, iuſtorum firma & æterna.* na in vita ſua, quæ ſtatim conſumuntur. Hac fallaci perſuaſione ſerpens primos parentes ſupplantauit, dum mobilia bona proponens ait, comedite modò, quid de futuro cogitatis: & dum edunt, illi caduca perdunt æterna. *comieron de lo mueble y perdieron los bienes rayzes.* Huius ſtultitiæ heres fuit diues ille *Luc.* 12. qui ſibi gratulans aiebat, *Habes multa bona in annos plurimos*: ſed fallebat ſeipſum, omnia enim erant mobilia & conſumptibilia; quare opportunè ſatis *ſtulti* nomine compellatur, *hac nocte repetent animam tuam, eſta noche te harau ſecreſto vniuerſal.* *Simile.* Lazarus verò cuius bona in radicibus & in ſpe erant, etſi ſeros, copioſos tamen & æternos prouentus excepit. Et ſicut agricola quem annui prouentus fefellerunt, vno anno iacturam copioſè reſtaurat; ſic iuſti veſtiti pellibus caprinis & ieiuni incedebant in mundo, bona autem ſua in radicibus æternis collocata, cumulatiſſimè indigentiam compenſarunt. Gaudet hac de cauſa iuſtus, & placet ſibi, nempe quòd *radicauit in populo honorificato, & in parte Dei ſui hæreditas illius: in parte Dei,* inquit, vna enim pars in Deo quidquid in mundo amittitur, vberrimè com- *Longanimiter ſperare & expectare docemur.* penſat. Quamobrem ſedulò admonent nos Ec- clesiæ parentes, D. Iacobus; *Patientes eſtote fratres* *Iacob. 5.* *vſque ad aduentum Chriſti. Ecce agricola expectat* **8.** *pretioſum fructum terræ, patienter ferens donec percipiat temporaneum & ſerotinum, patientes eſtote vos.* Et parens noſter ſanctiſſimus Petrus ſpem alit Eccleſiæ his verbis: Qualem cogitatis eſſe *Simile.* hereditatem veſtram? *incorruptibilem, incontaminatam, conſeruatam vobis;* ſicut cum vides diuitem aliquem, qui vnicam filiam incultam & inornatam ambulare ſinit, omnes admirantur, vbi ſunt hæ diuitiæ? cui comparat eas? *conſeruatam vobis, callad (hija) que todo es para vos, qui in virtute Dei.* Hoc verbum opportunè additur, nam putaret neſcio quis Gentilis paupertatem eſſe vilitatem, manſuetudinem eſſe ignauiam, lacrymas imbecillitatem, famem miſeriam, tribulationes infelicitatem, abſit tam turpis error, virtus Dei eſt, *in virtute Dei*, addit, *cuſtodimini per fidem in* *Deus non ex indigentia indigentes & pauperes facit.* *ſalutem.* Putaret etiam neſcio quis parcitatem eſſe Dei veſtram indigentiam, ieiunia, & bonorum expoliationem. Haudquaquam, quin potiùs paterna prouidentia eſt. Habet eques qui- *A ſimili.* dam primogenitum, qui in prima ætatula nihil boni ſucci comedit, nec ſuo tempore; traditur nutrici, quæ os cohibeat à prauis cibis, vt ſana quæ oportet ſuo edat tempore. Hoc ipſum iniungit Pater cæleſtis nutrici gratiæ & fidei Catholicæ; ne miremini ſi non ſinit vos viuere tanta morum licentia, nam *in virtute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutem, por vueſtro bien ſe haze.* ſubdit, *paratam reuelari.* Ne vos hæc cura ſolicitet quando, vel quando? ſcit enim ille diem, diem nempe mortis. O felix hora! ô nuncium optatiſſimum; itáne fiet vt teſtamentum obſeratum maneat tanto tempore? O mors quam mihi fauſtus aduentus tuus erit: ſicut aduentus tabellionis qui teſtibus comitatus aduenit aperire teſtamentum primogeniti, & luctus propellit, lacrymas vetat, ſat eſt, nemo ploret in hac domo. Omnia veſtra ſunt, nemo mortem formidet in domo Dei, *omnia veſtra ſunt,* ait Paulus, *vos autem Chriſti.* Dices, bene ſe hæc habent, cæterùm quantam moram faciet ante reuelationem hæreditatis, Dicam, *in tempore nouiſſimo.* Quod tempus eſt nouiſſimum? D. Paulus, cuius ſpiritu quaſi flabello animi recreantur, reſpondet. *Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, &* Epheſ. 4.13. *agnitionis filij Dei in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.* Quid eſt *donec*, & quare non citò? Obſcurum quidem reſpondendi genus, ſed à Spiritu ſancto ſæpius repetitum, ita vt ſuſpicer myſterio non vacare, nam *Apoc.* 6. 9. vbi apertum eſt ſigillum quintum, & in eo de- *Cur moratur* claurit Spiritus ſanctus modum quem tenuerit *Deus tradere* diuina prouidentia in ferendis, comminandis & *hæreditatem* puniendis Iudæis Chriſtum Dominũ reſpuẽtes, *ſalutis.* & ſeruos eius morte afficientes, animæ ipſorum ſeruorũ Dei, vel eorum ſanguis accuſat de altari holocauſtorũ. *Vſquequo Domine* (ſancte & vere) *nõ iudicas, & non vindicas ſanguinẽ noſtrum de his qui habitant in terra?* Quare Domine differtur noſtrorum corporum reſuſcitatio? cui poſtulationi ſa- **9.** tisfactum eſt, Datis illis ſingulis ſtolis albis, & dictum inſuper illis eſt, vt requieſcant adhuc tempus modicum, *Donec compleantur conſerui eorum, & fratres eorum qui interficiendi ſunt, ſicut & illi, callad que no eſtan acabadas las libreas de vueſtros hermanos.* * *Et vox diuina* (inquit Bernardus) * D. Bernar. *ad animas ſanctas corporũ ſuorũ reſurrectionem flagitantes ſuſtinete modicũ tempus, donec impleatur numerus fratrum veſtrorum.* Cogitauit eques quidam obuiam exire regi venienti, vel ad nuptias regales comitem ſe præbere, mandat veſtes cunctis famulis ex tela ſerica & aureo filo intextas confici. Ecce vna puerorum cura eſt ad tabernam ſartoriam itandi, inquirendi, ſiue veſtis ſua confecta? ſartor autem expoſtulationibus fatigatus accurrit ad principem: Domine pueri tui vexant me aſſiduè, vnuſquiſque ſuam vellet è veſtigio veſtem induere; cui princeps, nequaquam ita fiat, ſileant, expectent, vt vna eademque die domini eorum magnificentia reſplendeat, nec vnus alteri præferatur. Hebr. 2. *Deo pro nobis melius prouidente, vt non ſine nobis conſummarentur, traza y orden diuino que no les den libreas a los cuerpos de los vnos ſin los otros.* Quid expectatis ſancta corpora frigidis marmoribus conſepulta. Expectamus fratres noſtros, Martyres, virgines & confeſſores, ex quibus totum Chriſti corpus perficiendum eſt. *Deo pro nobis melius prouidente. Prouidencia de padre el hacer nos a todos iguales.* Rationem reddit D. Chryſoſtomus [a]. *Ne aliquid pra nobis habere viderentur* (priſci ſancti) *ſi primi ante nos coronarentur, vnum definiuit tempus coronarum, & qui ante tantos annos*

* D. Bernar. de reſurrect. corporis intelligit in Cant. & ſer. 2. in feſto omnium Sanctorum: caue tamen errorem aſſerentium ex hoc loco, differri ſanctis animabus viſionem Dei vſque ad diem iudicij. Accipe modò verba Bern. vt habes hîc.

Simile

[a] In hunc locum Pauli Hebr. 11.

Nota. Non tollit hoc, multa corpora illuſtrium virorum veteris Teſtamenti cum Chriſto reſurrexiſſe Mat. 27. 52. & fortè ad vitam immortalem & gloriam tam corporis, quam animæ.

vicit, ſecum accipiet coronam. Et iuſtà, *Præuenerunt nos in certaminibus, ſed non præuenimus in coronis, non in iniuriam illis fecit, ſed nos honorauit, nam & ipſi fratres nos libenter expectant. Si enim vnum corpus ſumus, maior ex hoc efficitur corporis iucunditas cum ſimul & communiter coronatur, & non per partes.* Paterna igitur prouidentia factum eſt vt teſtamentum obſignaretur, & omnes pariter eius reſignationem expectaremus: non ideo tamen longior mora corda noſtra debet ſtimulare, ecce iamiam reſeratur.

Panditur hæreditas iuſtorum & prædeſtinatione manifeſtatur.

Aperiens os ſuum, &c. Tertia iam dubitandi & timendi ratio ſoluenda eſt, apertione teſtamento explebuntur vota? vincet expectationem, an potiùs eludat? Vt igitur omnem dubitationem à cordibus noſtris euellat Redemptor mundi, euocatis diſcipulis, & circumfuſis turbis, attentis omnium animis & oculis teſtamentum aperit, *aperiens os ſuum.* Eia filij, intendite animos, & erigite corda & oculos, veſtra res agitur, & prædeſtinatorum numerus & ordo depromitur.

Primi cur pauperes in hæreditatem vocantur.

10. *Beati pauperes ſpiritu.* Primò igitur ſubſcribo teſtamento hæredes regni & coronæ, *pauperes ſpiritu.* O Chriſti pauperes, gratulor vobis, & congaudeo vobiſcum noui regni principes. *Aluiſsima pauperas, altezas, principes alegrias que no es vil la pobreza ſi comienza por el alma.* Primus itaque teſtamenti legatus pauperibus debebatur, illis nempe, qui ob cælorum regnum diuitiam & ſplendorem ſæculi à ſe abdicauerunt. Ex quo facilis patet reſponſio rogantibus cur ad gloriam Thaboris euocauit Chriſtus Dominus *Moyſen & Eliam*, nam ſi antiquitas ſpectatur, antiquior erat Adam; ſi ſanctitas, non eſt poſtremus Abraham? ſi propinquitas ſanguinis proximior erat Dauid, cuius filius nuncupabatur? Voluit vtique teſtamenti ſui conſcios facere, fideliores amicos, in cuius conſpectu aperuit, ſed ſtatim ſignauit, dicens, *Nemini dixeritis viſionem, donec*, &c. Illos igitur ad hoc elegit qui paupertatis amore grauiores mundi incurſus pertulerant, & in æterni regni amore præcellentiores fuerant; Moyſem videlicet, qui diuitias Chriſti ſubodoratus, vt ait D. Paulus, *maiores diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti*, id eſt, maius patrimonium (ſic Ambroſius) æſtimauit improperium Chriſti * ſuſtinere, quàm omnes ſæculi diuitias; aſpiciebat enim in remunerationem †, & meditabatur emere æterna, breui temporali lucro poſthabito, Eliam pariter vocat, qui præter extremam paupertatem & pelliceam veſtem quam induebat ſemper vexatus, ſemper exortis pulſus ab aula & regis curia, quia vitiis Achab non annuit, nec eius voluntati obtemperauit.

Hebr. 1. 26.
* Improperium Chriſti vocatur, quia Chriſtus poſtea docuit cauſa iuſtitiæ & religionis hoc improperiũ eſſe ſuſtinẽdam, quare improperiũ Iſmaelis cõtra Iſaacum Eſau contra Iacob, Cain cõtra Abelẽ ſemper dicitur improperiũ Chriſti quaſi capitis in ſuis membris venti, vexati & afflicti. Sic P. Valquez, P. Cornelius a Lapide.
† Vide P. Cornelium a Lapide in Paulum Hebræo. 1. 26. citatum.

Transeo ad B. Iob, ex rege ſubitò pauperem ſpiritus factum; ante hæreditatem enim quid dixiſſe refertur? *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* Miror valde poſt tam ingentem cladem, virum ſummè Theologum, & de æterna prouidentia mundi gubernatrice periti ſſimum, non aliam ſententiam ſuperiorem & diuiniorem adiecisse, ſed hanc quaſi ab ſchola Platonis & Senecæ peritam, nempe nihil facilius toleramus quàm id quod à natura datum eſt, natura dat nuditatem; non igitur difficile erit tolerare nuditatem, *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ*, &c. Sed attende, nam altiora ruminat & ratiocinatur, dabo aures. *Scio*

Iob verò pauper ſpiritu, ſide & ſpe Chriſti ſatis plenus.

quòd Redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum; repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Bene ſuſpicabar ego beatum iſtum pauperem ſecretam aliquam ſperandi cauſam apud ſe habere, fatigant conſanguinei hominẽ quendam diuitem vt teſtamentum condat hæreditatem adire cupientes, concedit ille, & palàm bonorum ſuorum cognatos ſcribit hæredes. Mox verò clam euocato quem diligit cognato, vel filio, donatione quam aiunt inter viuos rem omnem ſuam ſubſcribit, & codicillũ adhibet quem apud ſe reſeruat hæres. Moritur, accedunt cognati vt capiant hæreditatem, poſſident prædia, nudant parietes, omnem ſupellectilem arripiunt. Tacet ille, alter læto vultu & graui rectè defunctum diſpoſuiſſe affirmans, ſibi quæ natura dedit qualiacumque ſint ſatis eſſe ad vitam tranquillè ducendam. Suſpicantur audientes ex hominis verbis, aliquid apud ſe ſpei ſubticere, *algo tiene eſte hombre*; inuidebat dæmon ſanctitati & fortunis Iobi, Deus autem qui omnium Dominus eſt, coram ipſo & Angelis teſtamentum fecit apertum, ita vt dæmon quaſi mortuum reputans omnia repentè & è veſtigio compilauerit, ſed interim Iobo ſpes æternorum in ſinum indita eſt, & immortalitatis fides. Vaſtantur omnia, triſtia afferuntur nuntia, quibus ille philoſophico more & vultu attenuans omnia reſpondet, matrem terram vocat, à qua nuditatem duxit, & hanc ſatis eſſe ad moriendum, facilius namque moriar nudus quàm viuam. Vtique apud ſe ſpem habet, *repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.* Et quænam ſpes? donationis inter viuos. *Scio quòd Redemptor meus viuit.* Gaudeo in paupertate, in egeſtate exulto, quia paupertas mea ſpiritu plena eſt, & ſpe gloriæ, in qua iam æternæ felicitatis pignora teneo. Subdit tamen pulcriorem non minus ſententiam, *& in carne mea videbo Deum Saluatorem meum.* Et tu (quaſi dicat) ô caro mea, egeſtatem paſſa glorioſis dotibus veſtieris, ſic enim ditabitur anima vt corpus ſuum diuitiis poſſit cumulare. Sicut cùm filius principis fugit parentem ob aliquod facinus, & diuertit aliquot dies in domum ruſtici, qui omnia bona ſua cum illo expendit, alacer & liberalis ſecum ratiocinans. Princeps in filium iſtum modò infenſus eſt, remittet iras, & non erit immemor hoſpitis ſui, ſed omnia cum lucro compenſabit. Eadem ratione ab ſpe hæreditatis animæ, ad ſpem gloriæ corporis greſſum fecit Iob. *Scio quòd Redemptor meus viuit.* Hoc certiſſimum eſt, & ego in reſurrectionem vocandus ſum, tunc animus meus ſic erit cæleſtibus bonis abundãs, vt carnem meam delitiis & dotibus æternis poſſit explere. Domine (inquiet anima) in tempore illo, in quo me variis tribulationibus afflictaſti, & quaſi odio habita in exilio fui, ruſticum iſtud corpus excepit me, & bona ſua mecum penè conſumpſit. *In ieiuniis multis, in laboribus frequenter, in plagis ſupra modum, in fame & ſiti, in frigore & nuditate.* Fac illud ſocium gaudiorum, fiat (inquiet Dominus) ferte ad ſepulcrum dona iſta, & dotes pretioſas. Quanta lætitia corpus perfundet cùm ad hæreditatem obeundam de ſepulcro vocetur? *modicum laboraui, & inueni requiem, principe que es lo que yo gaſte con vos comparado con eſte gozo.* Et fortè hoc voluit dicere S. Bernardus [a] cùm ait, *animas eſſe illa naturali abſque corporibus nec velle, nec valere conſumma*

11\.

Simile.

Spe fulciebatur animus Iob in mediis calamitatibus.

Etiam caro vocatur ratione ſpiritus in ſpem immortalitatis.

Simile.

Lætitia corporis reſurgentis.

a Tractatu de diligendo Deo §. ſed ſi (quod non negatur.)

ſummari, Señor no me ſabra tanbien mi herencia haſta que me traygan aquel ruſtico que me hoſpedo: nec mirum ſi corpus tam gloria videtur conferre ſpiritus, quod & infirmum & mortale conſtat ipſi non mediocriter valuiſſe. Ideo Iob in ſpem regni vocat carnem ſuam, *& in carne mea videbo Deum,* nam ſpes in media paupertate ſuſtentat animum, *ſpes enim non confundit*, oculos defigens in fine & præmio, ideo ait, *nudus reuertar illuc. illuc* nempe, vt explicat Gregorius Nyſſenus [a], *in Deum, in gloriam, in æterna bona, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.*

a Orat. ſanctorũ quatuor Martyrum P. Pineda Iob 1. 21.

12. *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.* Corona item mitibus promiſſa eſt; tanta enim eſt manſuetudinis præcellentia, vt quæſierit quondam D. Thom. [b] ſitne regina virtutũ manſuetudo, omniúmque potiſſima, qui concludit, nihil prohibet manſuetudinem habere quandam inter alias virtutes excellentiam. Huic legato aures præbuit mitiſſimus Dauid, ipſi enim pacifica regni poſſeſſio datur. *negocio aueriguado herencia ſin pleyo tiera y cielo para los manſos.* Potuit impunè die quadam Dauid Saulem hoſtem interimere in ſpelunca, ſed eoluit itam ſola chlamydis parte contentus facto huic ingenuo mitiſſima verba adiecit; à longè enim inquit. *Domine mi Rex, quare audis verba hominum loquentium, Dauid quærit malum aduerſum te*, quid ergo credis mendacibus verbis, vbi manifeſta ſunt opera, *vide & cognoſce oram chlamydis tuæ in manu mea.* Exclamat inmanis Saul, *Viuit Dominus, quia non occidetur, viua hombre que aſi perdona. Accede ad me Dauid rex Iſrael.* Quid hoc Saul? ſcis quid dicas? ita. *Scio quòd certiſſimè regnaturus ſis, & habiturus in manu tua regnũ Iſrael.* Quapropter te iam quaſi regem ſupplex oro. *Iura mihi in Domino, ne deleas ſemen tuum poſt me.* Vnde potes colligere ô Saul Dauidem regnaturum? tu coronam tenes, & filios inſuper habes legitimè hæredes: vnde ergo colligis regnaturum? O regia virtus manſuetudo! vide quàm à natura datum ſit mitibus regnare. Sic enim ratiocinatus eſt Saul. Hic homo inſigne factum manſuetudinis iam patrauit. Regnum item non hæreditario iure datur, ſed a ſupremo imperatore Deo, qui mihi ſine vllis meritis contulit. Cùm autem Deus electionẽ factutus ſit, certiſſimè talem virum eliget, certè vim conſecutionis non percipio, oſtendã, inquit Saul. nam de diuina voluntate nobis diuinandum non eſt quando certiſſima eius tenemus exempla. Deus ditauit Abraham, quia mitiſſimus erat promiſſam terram munúſque ducendi manſuetiſſimo Moyſi dedit. Dauid item manſuetiſſimus eſt, regnabit igitur poſt me; quare Pſalm. 131. vbi dicitur, *Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius*, in margine quaſi conſonantia hæc verba adiiciuntur, quæ habentur 2. Reg. 7. *firmabo regnum tuum*; nihil enim magis conſonum manſuetudini, quàm regnum mitibus iure datum regnare, & poſſidere terram.

b 22. Quæſt. 157. art. 2.

Regia & excellens manſuetudinis dignitas.

Ardētes animos præfurore ģradio raſtim-que manſuetudo.

Ius ad regnũ mitibus datũ.

13. *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Fauet iam tertia clauſula teſtamenti caſtis & virginibus. Gaudeant etiam maieſtatis cognomine, regia eos decent cognomina. Sic affirmat magnus Gregorius in illa verba Iob, *qui balteum regum diſſoluit, reyes los caſtos y la pureza virginal talabarte o cingulo real, qui membrorum ſuorum motus bene gerere ſciunt non immeritò reges vocantur.* Quod & antiquæ virgines cultu profitebantur dum faſcia pectus cingebant quandiu viro non tradebantur; inſigne quidem hic illuſtre & regium, vt nunquam obliuione aut alia de cauſa amitterent, imò quaſi rem impoſſibilem, ait Deus, virginem obliuiſci poſſe faſciæ pectoralis. Zona igitur iſta donantur à Chriſto, & inſtar zonæ confecta. nam hæc fieri ſolet ex rudi & aſpera animalis villoſa pelle, & hiſpida, extrema verò aurea & cælata; ecce extremitatem vnam *beati*, at pellem ſignificat, dum ait, *mundo corde*, & corpus maceratum ieiuniis ac mortificatione, *quoniam ipſi Deum videbunt*; claudit verò his verbis extremitatem alteram. Quare Iob qui ad cæleſtis regni ſpem per paupertatem vocatus eſt, adiecit etiam carnem ad thronum aſcenſuram. *Et in carne mea videbo Deum Saluatorem meum, ſi el cuerpo eſta gaſtado y adobado como cuero de ambar ſeñal que ſu alma vera a Dios; quoniam ipſi Deum videbunt.*

Virgines & caſti reges etiam in teſtamento conſtituuntur.

Quatto loco teſtamentũm claudit beatitudo, 14.
quam patientes promerentur, quorum licèt ius liquidum ſit, expreſſis verbis textu ipſo & teſtamento exprimitur, *beati eſtis cùm maledixerint vos, &c.* Habet tamen textus iſte gloſſam non inferioris authoritatis Iacobi 5. *Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt*; felices & reges vocamus qui aliquid pro Chriſto tolerarunt. Et licet in teſtimonium rei certiſſimæ poſſem vobis Iob proponere, nam *ſufferentiam Iob audiſtis*, veruntamen quod maius eſt referam, *& finem Domini vidiſtis.* Hæc verba ſic legit & explicat Auguſtinus [a], quaſi diceret, mala temporalia ſicut Iob ſuſtinere, ſed pro hac ſuſtinentia ne temporalia bona ſperetis, *no tengan ojo a la corona y proſperidad temporal que le dio Dios, ſed æterna potius quæ à Domino proceſſerunt. Finem itaque Domini vidiſtis.* Quem finem Domini? *Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me, quaſi reliquit illum ad præſentem felicitatem, ſed non eum dereliquit ad æternam immortalitatem.* Videtur deſcribere Chriſtum in cruce morientem, quaſi magnum in illum Alexandrum, qui cùm cognouit quòd moreretur, cuncta regna & coronas quas ſibi pepererat, ducibus ſuis teſtamento diſtribuit. *Ecce finem Domini*, iſte eſt bellorũ eius exitus, nos omnes coronis afficere. Ego tamen nomine *finis* non mortem, ſed eius gloriam & noſtram deſignari exiſtimo. *fin de ſus trabaxos ſubir al trono de gloria por los grados de los dolores y tribulaciones.* Huius myſterij vmbras duas breui vt potero dilucidabo. Adamauerat Samſon in Tamnata pulcram Philiſtæam, quam cùm pergeret in vxorem ducere, iuxta vineas oppidi apparuit catulus leonis, ſæuus & rugiens, & occurrit ei, irruit autem Spiritus Domini in Samſon, & dilacerauit leonem quaſi hædum, *apechugen con il bazclo pedaços como ſi fuera vn recental o cabrito tierno*, quo peracto peruenit ad ſponſæ thalamũ. Quidquid iam de leonibus dixero vmbræ ſunt & emortua ſimulacra, nam licèt in templo Salomonis Ezechiel palmas depictas viderit, & iuxta palmam ex alia parte expreſſam faciem leonis per omnem domum in circuitu, ſed picturati parietes erant, & emortui leones. Fabricauit item Salomon thronum de ebore grandem, ſplendidum, & miro opere elaboratum, ſedes in ſummitate erat, quã manus hominis ſuſtinebant: ſub manibus autem quaſi deuicti leones erant, & per vtrumque latus aureos gradus obſeruabant. Hæc omnia emortua ſimulacra B. Ioannes viuis

Patientes hæredes Chriſti induby ſunt.

a Epiſt. 120. c. 10. com 2. in initio.

Aug tom 9. lib 1. de ſymbolo ad catechum. c. 3.

A ſimili ex ſacra Scriptura.

Finis glorioſus datur aduerſa patientibus

Symbola gloriæ poſt labores.

coloribus repræſentata vidit : dum ſponſam ex vna parte vxorem agni, & thronum in cælo inſtar Salomoniei videt.. *Ecce* (quaſi diceret Spiritus ſanctus) *finem Domini, & ſanctorum eius.*

Multo impenſo labore Chriſtus nobis peperit coronam, labores noſtra vmbra ſunt.

Adamauit beatitudinē corporis ſui Chriſtus, & palmam nobis cōparare voluit. Erat autē ſponſa iſta in *Tamnata*, nomen Hebræum quod ad palmam alludit. Quid tunc noſter Samſon cùm ſponſam amet, & palmam nobis exoptet, occurrit illi leo fortiſſimus, mors atrociſſima, ille verò arrepto leone mortis trucidauit eum, peremit, proſtrauit. Mortuus eſt jam leo, mortua mors, &

15. licèt palmæ in Eccleſia inter leones ſint, nihil eſt cur timeamus leones, mortui ſunt labores, ærumnæ & Eccleſiæ perſecutores. Quare ſicut ipſe Salomon Chriſtus ad thronum gloriæ per gradus conſcendit, ne grauemur, & nos per lacrymas, per tribulationes, per egeſtatem ſubire in regnum & palmam. Continget enim nobis non ſolùm quod Chriſto Domino, ſed quod D. Ioannes omnibus cælicolis in Apocalypſi eueniſſe narrauit.

Beatitudines eſſe gradus ſint & depiſſi labores ad verā ſedem & coronam.

Simile.

Erat in Græcia aula ampliſſima auro coruſcans, & ſplendore fulgens, per eius circuitum depicti erant eximia arte heroum ſimulacra, ducum & principū, vnuſquiſque ſtemmate & inſigni ſui facinoris inſignitus, illius pectus transfigebat telum, alterius caput ſagitta cruentabat, ille inter flammas, leonem diſcerpens alter, vexilla inimica alter raptata & abiecta monſtrabat, circuitum aulæ hæc inſcriptio maiuſculis litteris coronabat, *Eritis ſicut hi, ſi fueritis ſicut hi.* Ecce in iſta prophana aula deſcriptam vidimus Eccleſiæ triumphantis ſedem celſiſſimam, & beatos diſtinctis locis pro dignitate conſtitutos inuenimus; ibi noſter Salomon Chriſtus crucis inſigne geſtans ſubſcriptis litteris adeſt, *finem Domini*, ibi Iacobus fuſtibus & gladio iugulatus, transfixus ſagittis Sebaſtianus, petitus lapidibus Stephanus, Laurentius roſtus, crucifixus Petrus, luctatus cum leonibus Ignatius, omnes æternæ gloriæ palmam tenentes, Vóxque perſonat, & æterni characteres gloriam prædicant & facinora, *modò coronantur, & accipiunt palmam*, nos autem qui adhuc ſub crucis vexillo militamus, illud admonet, excitat, & ſecuros reddit, nempe quia, vt ait Chryſoſtomus [a], *Poſſumus nos quoque eſſe quod fuit, ſi faciamus ipſi quod faciunt*, & nobis dicitur ſicut illis, *eritis ſicut hi.* Nam neque hæreditas ex parte teſtatoris dubia eſt, nec teſtamentum adulterari poteſt, nec bona conſumi, nec diutiùs tardare, quod ſi obſignatum eſt modò, lacrymis, & ærumnis, reſeratis tamen poſt mortem codicillis, cæli aula patebit, & Salomonis thronū, agnumque tanquā occiſū inter mortuos leones intellectu cōſpiciemus, voluntate fruemur, & copioſa mercede, ac paternis bonis in ſempiternū ditati cōgaudebimus ſimul cū Patre & filio & Spiritu ſācto, Amē.

Plutarchus.

Comparatio inſtorū per bonq opera.

a Serm. de Martyribus tom. 3.

Epilogus.

DAMNATIONIS DISCRIMEN TIMOREM facit homini, ſpes tamen ſalutis formidine leuat, atque ad portum beatitudinis alis ſpei & pietatis diuinæ ſubleuat.

INSTITVTIO LVIII.

16. QVo pluribus es, ô ſenex, virtutibus exaggeratus, & quo feliciori & ſecundiori vento, velis pleniſſimis iamiam terram attingere, & incolumis portum ſalutis tenere videaris, eo tamen magis ſaluationis tuæ ſtudioſum, & ſcopulos damnationis fugiendi cautum, timor damnationis præſenti inſtitutione efficere debet. Nec enim dedecet iuſtos timor, nec perfectos damnationis formido, vt eleganter Guerricus Abbas admonuit [a]. *Timor ſanctior eſt cùm iuſtitiam ſequitur, quàm cùm præcedit, quia, qui præcedens ad iuſtitiam, initiat, ſequens eandem conſummat, & conſeruat, dum ſcilicet de iuſtitia præſumere non ſinit, ſed omnia opera ſua hominem vereri facit, vt poſt iudicium ſui, adhuc de ſubtiliori iudicio ſuſpectus ſit, dicátque ſibi : Qui iudicat me Dominus eſt ; ideo Simeon priùs iuſtus, deinde timoratus dicitur, vt timorem qui iuſtitiæ per omnes gradus comes indiuiduus eſt, ipſámque promouet, & tuetur, ipſius exemplo diſceremus.*

Timor damnationis etiā iuſtis decet & perfectis.

a Ser. 3. de purificat.

Luc. 2.

DIVISIO INSTITVTIONIS.

Vt ergo hac felicitate nauigandi vſus, ſaluationis portum cum ingenti lætitia & gratulatione maxima teneas, inſtruamus nauem rebus omnibus neceſſariis. Sit gubernator in puppi timor, ſit pro charta lex, temonem regat cor pauidum & ſolicitum, muniatur vndique armis validiſſimis, tormentis, & militibus, quibus glorioſa facinora mari terráque ſalutis cauſa obire & patrare non ceſſes, donec animæ viribus ſatis per hæc timore perculſis, ſpem ſalutis quaſi firmam anchoram in diuinis promiſſionibus hærentem, donec conſequaris gloriam, in gratia perſeuerantiæ conſtituas.

17. I. Timor igitur damnationis à ſapiente quaſi gubernatur, nauis in throno ſuo collocatur, *Time Deum, & recede à malo.* Dixerat, vt notauit Beda [b], *habe fiduciam in Domino*, nunc verò eidem ne fiducia vana efferatur, & plus æquo ſperet, timore per

Animam tegit timor ad ſalutem.

Prou. 3. 7.
b In Prou. 3. 5.

NOTA. De timore Domini vide Pae in Cant. Moyſ. text. 3. 4. 5. §. 3. tandem motus.
a Lib. 2. Stromat.
Eccli. 25. 14.
b Homil de ſide Annæ.

percellit, *time Deum, & recede à malo.* Sicut Paulus ad Rom. 11. *Noli altum ſapere, ſed time.* quæ verba Clemens Alexandrinus [a] legit, *Supertime*, ſit nauis præfectus & gubernator timor, vt intellexit etiam Eccleſiaſticus, *Timor Dei ſuper omnia ſe ſuperpoſuit.* hoc eſt, omnibus aliis virtutibus quaſi nauclerus gubernacula præbet, & in ſuo loco continet ne efferantur, aut plus quàm par eſt ſubſultent, aut præſumant. Calluit hanc doctrinam concionatoris alter Græcus Chryſoſtomus [b], *Siquidem Dei timor tanquam nauclerus gubernaculis aſſidens perſuaſit eam tempeſtatem æquo animo eſſe ferendam: nec prius deſtitit mentem illius gubernare, donec in tranquillum duceret portum onere plenam, hoc eſt, vterum pretioſo theſauro onuſtum.* Loquitur de Anna ſanctiſſima, eiúſque robuſtiſſima animi magnitudine, qua tantopere æmulæ ſuæ iniurias, probra, conuitiaque ſuſtinuit. Timere igitur debemus, *& ſupertimere.* id eſt, non ſolùm imminente periculo time, ſed cùm nullum eſt, ſupertime, *teme donde no ay de que*; nauigas enim procelloſum, altum, & profundum mare, adhuc dubia ſalus, immenſa pericula, naufragium impendet æternum: time ergo etiamſi nulla timendi cauſa appareat, nec enim fruſtrà timor tibi in throno ſuo vigilat, & præficitur gubernationi, niſi quia nauigas, vt bene notauit Macarius [c], *Sicut mercatores inter nauigandum etiamſi ventum tranquillum, & mare propitium nacti ſint, ſi nondum ad portum peruenerint, metuunt tamen, ne quoquo modo vento contrario excitato fluctibus exæſtuet mare, & nauis periclitetur: ſic & Chriſtiani licèt habeant in ſe flantem proſperum ventum ſancti Spiritus, adhuc tamen formidant, ne ventus aduerſariæ poteſtatis exurgat qui tempeſtatem fluctúſque moueat in animis eorum.* Supertime igitur mi homo non iam puerili illo timore quo initiatus es in infantia *, nec ſeruili, ſed *ſupertime* timore nobiliori filiorum Dei, qui ὑπέρφοβος, *ſupertimor* dicitur. Itaque qui infantiæ tuæ nutrix, pueritiæ pædagogus, nunc iam in ſenectute gubernator eſt vſque ad portum ſalutis.

c Hom. 47.
Timendi cauſa non lauet.
* Inſtitut. 4.

II. Charta quæ ante oculos eſt, & acus nautica, quænam alia quàm diuina 18.
lex, hac enim non ſolùm ſapientia præditus eris quæ ſenem decet, ſed, vt aiebat David, *ſuper ſenes intelliges*, & ſuper Doctores, *ſuper omnes docentes me intellexi.* Nam *licèt in antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia*, quia, vt ait Hieronymus, *omnes penè virtutes corporis mutantur in ſenibus, & creſcente ſola ſapientia decreſcunt cætera, ego tamen ſuper ſenes intellexi. Et licèt ſerpens callidior erat cunctis animantibus terræ, me tamen ſuper inimicos meos prudentem feciſti.* Vndénam tibi tanta ſapientia defluxit, dicam. *Quomodo dilexi legem tuam Domine*, ſemper eam præ oculis habeo, quaſi nauigationis chartam, quemadmodum tu ipſe alteri ante me duci & gubernatori præſcripſeras; *Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt facias omnia quæ in eo ſcripta ſunt.* & addit, *Tunc diriges viam tuam, & intelliges eam.* Septuaginta, *Tunc proſperabis vias tuas, & tunc intelliges, quando attiendas a mi ley iras derecho y quando te halles en el puerto entenderas qui ibas bien guiado.* Nam lex Dei tunc intelligitur cùm obſeruatur, vt fatetur David, & interpretatur Hieronymus [d]. *A mandatis tuis intellexi, a tus mandamientos deuo lo que ſe al paſo que obro en ellos ſe aclara mi entendimiento*; quia dum operibus incumbo, non in lege ſolùm, ſed de lege erudior, & certus fio rectà tendere ſi fidei voluntatem & opera accommodo, & hoc eſt, *Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum*, non *legem*, ſed *de lege* dixit, quia qui ſemel eruditus eſt in mente, ad opus ex lege faciendum debet procedere, vel è contra executio & exhibitio operis legem declarat, vt dixit diuinus Magiſter, *Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoſcet de doctrina mea*, vnde *Exodi* 24. vbi ait populus, *Omnia verba Domini quæ locutus eſt, faciemus*, Septuaginta addiderunt, *faciemus, & audiemus.* Quid eſt hoc, ait Auguſtinus [e], nónne meliùs diceret, *audiemus, & faciemus?* Sed certè illud audiemus denotat veram legis intelligentiam 19.
ab executione, & à voluntate in intellectum prouenire. *Prius oportet verbis Dei reddere faciendi ſeruitutem, vt ad intelligentiam earum rerum, quæ ipſo præcipiente fiunt, merito deuotionis, quæ non contempta, ſed facta ſunt ipſe perducat.* Vnde acutè & appoſitè Tertullianus [f] legem euangelicam commentarium diuinitatis appellat, *licuerit & Chriſto commentari diuinitatem rem propriam.* nam id quod ignotum erat, per opera legis & Euangelij innotuit mundo. Iubet vt diligamus Deum: ergo Deus ſumma bonitas eſt, vnum Deum coles; ergo vnus ſine pari eſt. Præcipit vt Patrem noſtrum in cælis oremus; ergo prouidus & pius eſt. Vides qua ratione lex ad actum redacta mentem illuſtrat, etiam in ignoti Dei cognitione, deuotio enim

Pſal. 118.
Iob 12. 12.
Lex diuina charta nautica.
Ioſue 1. 8.
Pſal. 118.
d Epiſt. 104.
Pſal. 93. 12.
Bene eruditus à lege & Deo, bene in lege ambulat.
Ioan. 7.
e Quæſt. 96. in Exod.
Operatio legis mentem intelligentiorem reddit, & legem intelligibilem.
f Apol. c. 21.

operandi meretur cognitionem pleniorem legis. Sicut econtra dum primi illi tranſgreſſores legis diuina iuſſa deſeruut, etiam Dei iubentis notitiam amittunt, & ſtatim putat Adam Deum nequaquam intueri poſſe ipſum ſi deliteſceret. Cain ſimiliter qui expertus fuerat diuinam prouidentiã, putauit poſſe fratrem occidere, inſcio Deo, & in talem ſtultitiam venit, vt maior iniquitas ſua viſa ſit, quàm diuina pietas. Fac igitur doctrinam Chriſti vt eam intelligas, ſicque rectà tendas in gloriam, hanc enim chartam repellentes iuxta fidem & gratiam, vt vides, multi naufragauerunt.

20. III. Clauum & gubernacula tenet timor ſapientiſſimus; vt ipſa Sapientia affirmat. *Sapiens timet, & declinat à malo.* Quem locum de nouo nauclero & moderatore nauis intelligit Cyprianus. *Magnum ſapientiæ diuinæ conſilium inuentum eſt, vt timoris auxilio liberemur; magna compendia prouidentiæ, vt aliquando fiat certus, & victoria per timorem; magna remedia Deus contulit ad ſalutem, vt habeas timidus laudem.* Cæterùm dum perſuadet Sapiens vt timeas atque declines à malo, nolo tamen per hoc inuitum trahi ad obſeruationem legis ſolo timore ductum, ſed amore. Nam qui ob timorem declinat à peccato, parum abeſt à voluntate peccati. Audi Auguſtinum variis in locis [a], *Sunt homines*, inquit, *qui propterea timent ne mittantur in gehennam, ne fortè ardeant cum diabolo in igne æterno: ipſe eſt timor ille, qui introducit charitatem in cor: ſi adhuc propter pœnas times Deum, nondum amas, quem ſic times: non bona deſideras, ſed mala caues: ſed ex eo quòd mala caues, corrigis te, & incipis bona deſiderare.* Sed magis premunt verba illa quæ habet in verba Apoſtoli. *Qui timore pœnæ non concupiſcit; puto quia concupiſcit.* Difficilia quidem verba, niſi alus explicentur, videlicet Apoſtoli verbis, 1. Timoth. 1. *Lex iuſto poſita non eſt, ſed iniuſtis*; iniuſtos intelligit homicidas, periurios, fornicarios, Sodomitas; iuſtos verò intelligit qui non præmio ducuntur, ſed honeſtate virtutis: igitur lex poſita eſt illis, quia tranſgredi conſueuerunt, at iuſtis qui ſic tranſgredi non ſolent, *non eſt*, hoc eſt, quaſi non eſſet poſita. Et quænam eſt iſta lex Paule, quænam hæc noua iuſtitia, quæ lege prohibente non indigeret? Ipſe reſpondet ad Philipp. 3. *Et inueniar in illo, non habens meam iuſtitiam quæ ex lege eſt, ſed illam quæ ex fide eſt Chriſti.* Noua inuentio, quaſi dicat, timoris ex fide Ieſu Chriſti, quæ iuſtos & timoratos facit ex honeſtate virtutis, non ſicut illa quæ ad homicidas puniendos & deterrendos inducta eſt ex lege, atque adeò ſi non peccant in illa lege, ideo eſt, quia inſtat pœna, & minatur ſupplicium, atque adeò, *Si timore pœnæ non concupiſcit, puto quia concupiſcit*: vnde quia lex affectus cohibet, & appetitiones frænat, odiò habetur ab his hominibus, vt bene Auguſtinus [b], *Quòd autem inuitus facit ſi fieri poſſet, mallet vtique non iuberi, ac per hoc legis, quam vellet non eſſe, non eſt amicus, ſed potiùs inimicus.* hoc ipſum aſſerit Saluianus [c], *Totum durum eſt quod imperatur inuitis, quot genera præceptorum ſunt, tot aduerſariorum*; contrà verò iuſti non timore, ſed amore legis ſpontaneè ducuntur; *cuſtodiui legem tuam. Hæc facta eſt mihi, guardo vueſtra ley,*
21. *y que mucho pues la tengo por eſpoſa*; hoc enim ſignificat illud, *facta eſt mihi* *; & poſſeſſio mea eſt, ideo nomine portionis & ſortis declarat, *Portio mea Domine cuſtodire legem tuam*: excellentiorem igitur timorem te habere volo, non illum, de quo Auguſtinus, *Si talis es, adhuc iuſtitia tua eſt* (id eſt, lege vereri) *qua tibi conſulis ne torquearis, trabaxas y miras por el pellejo por que como a eſclauo note pringen, hoc intereſt inter te & latronem, quòd latro timet leges hominum, & ideo facit latrocinium, quia ſperat ſe fallere poſſe leges hominum. Tu autem leges eius times, eius pœnas times quem fallere non potes. nam ſi poſſes, quid non feciſſes.* Igitur ſic temonem & clauum conuerte, & declina à malo, vt timor non te inuitum & coactum, ſed liberum, volentem, & filium oſtendat eſſe. Sed quod non ſolùm ſcopulos peccati mortalis debeat verus timor cauere, ſed etiam leuia quæque offendicula, & peccata venialia, parabolicè docuit Sapiens, *Timor Domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis.* nam inter aues timida columba eorum qui timent Deum adumbrat, vt obſeruat Gregorius: hæc autem reſidet iuxta fluenta, aut fontes, *vt rapacium auium vmbra eminus conſpecta in tutum auolare poſſit, & ab interitu ſe liberare*; igitur in timore Domini animæ puræ quaſi in ſpeculo non ſolùm lethalia peccata cauent, ſed vmbras eorum refugiunt. Vnde Gregorius [d], *Columbæ iuxta fluenta reſidere ſolent, vt volantium auium vmbram videre poſſint, ſuper quam ſe proiicientes ac merſantes vngues rapacium ſic effugiunt; ſic ſancti viri in Scriptura ſancta & præceptis Dei fraudes dæmonum perſpiciunt, & ex deſcriptione quam vident, quaſi ex vmbra hoſtem agnoſcunt, dúmque ſe conſiliis & præceptis Dei ex toto addicunt, quaſi in aquam ſe proiicientes,*

Margin notes:

Clauũ tenet & gu ernat animã timor.

Prou. 14. 16.

a In epiſt. 1. Ioã. tract. 9. & ſer. 15. de verbis Apoſtoli in cap. 1. Philipp.

Timor Chriſtianorum ex honeſtate virtutis.

b Vbi ſuprà.

Dura eſt impiis lex quos amor honeſti non regit.

c Lib. 4. ad Eccleſiam.

* Exemplũ eſt Ezech. 16. 8.

Timor ſeruilis.

Prou. 14. 26.

d 1 Moral. c. 12.

Digitized by Google

tes, hoſti illudant, & mortem effugiunt. Sed quantum præſtet robur timor Domini ad damnationem fugiendam videamus.

IV. Sed ad magna facinora patranda nullo alio milite, nullo bellico apparatu, nul- 22.
lis armis inſtrui indiget anima, quàm timore. Timor enim etiam inertiſſimos & ſegnes ſtimulat, & ad magna & egregia mouet; inprimis enim timor ex culpa natus ſic Cain debilitauit & fregit, vt ſepulcrum viuus intrare oppetierit, & in ſubterraneo ſpecu deliteſcens mortem expectare, vt notat Hier. [a] *Ecce proiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, obligaſme ſeñor a eſconderme delos hombres y entrarme en vna gruta, o leonera conſciencia. Sceleris tremebundus lucem ipſam ferre non ſuſtinens (ait) abſcondar vt latitem.* Vides, iam non ſolùm timet Deum, ſed eos qui non ſunt formidat, qui enim erant in orbe præter parentes à quibus vitam hauſit? hos timet qui Deum non timuit, contrà verò qui Deum timent, neſciunt timere alia quoque pericula. Nónne vides Ionam quàm libenter ſe in maris gurgitem proiiciendum damnat interrito & imperturbato animo dicens, *Tollite me, & mittite in mare, & ceſſabit mare à vobis.* Quem non terret fluctibus exæſtuans mare, certe ſic perfundit timore gentes, vt prius exſorbere animum mentémque, quàm corpora videatur, & in tempeſtate poſitos inſanire, & extra mentem rapi videas. *Omnis ſapientia eorum deuorata eſt*; & quid mirum dum iuxta ſe abyſſum in cælum efferri, & ſubitò ad inferna deprimi intuentur. *Aſcendunt vſque ad cælos, & deſcendunt vſque ad abyſſos, anima eorum in malis tabeſcebat.* Tunc Ionas placatè & tranquillè cauſam tempeſtatis aperit, & remedium oſtendit. Vnde non timet iſte æſtus maris? voragines & tetram faciem abyſſi? ipſe declarat. *Deum cæli ego timeo*, timeo damnationem, timeo omnino à Dei gratia eiici, hic grandis timor reliquos timores propellit, & grandis dicitur, quia timorem Dei non capiunt anguſtæ mentes, vt Caini, qui, vt ait Ambroſius [b], neſciunt aliam quàm corporis mortem timere, nobilis verò timor ſic mentem viréſque animæ corripit & occupat, vt longè pellat reliquos timores, mentémque ſerenet. *Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium*: time ergo Deum ſi vis tranquillè viuere. Cæterùm damnationis timorem quo nihil horribilius ponderat Philo [c] in illo nequiſſimo hominum, cui ait Deus, *Eris vagus & profugus ſuper terram*, Hebraicè, *gemens treménſque.* Vide triſtiſſimam ſortem, ex quatuor affectibus, duo moleſtiores contigerunt *, dolor, & timor: dolor de præſenti, timor de malo futuro. Contrà verò qui timet Deum, vel gaudio de his quæ experitur, vel de his que expectat, afficitur; aut enim acquirit bonum, aut acquiret poſtea, & habere quidem affert gaudium, rem pretioſiſſimam, expectatio verò habendi, ſpem, quæ eſt alimentum animarum virtutem amantium.

Gen. 4.

a Ad Damaſum.

Monet animam timor ad egregia facinora & tentationes vincendas.

Ionæ c. 12.

b Lib. de Cain.

Eccli c. 12.

c Lib. quòd deterius potiori inſidietur.

* Talis eſt infelicis vita cui è quatuor affectibus contigerunt qui moleſtiores ſunt, timor, & dolor quorum ſynonyma ſunt tremor & gemitus.

Anguſta ... præſentem mortem veretur, perpetuam negligit, & æternum ... non reformidat.

Cæterùm vt credas timore Dei reliquos expelli timores, vide timorem humanum 23.
qualia flagitia, quales tragœdias excitauerit, qualia facinora aggreſſus ſit. Notat hoc Rupertus in audacia Iudæorum, qui Chriſto Domino mortem meditari auſi ſunt, gens timida, timoris filij, ſerui ſubiugati à Romanis: ſed hoc aggreſſi ſunt *ex fiducia pauoris ſui*, nihil ſic impauidum ad pericula hominem reddit, quàm pauor, vnde ne in Romanorum manus incurrant, ſuas in Chriſtum verum Meſſiam mittere non verentur. Eodem timore amittendi Regnum perculſus Herodes (ait Rupertus) tot innocentum cædem moliri auſus eſt. Qui tot pueros propter ortum noui regis trucidauerat, cui Prophetæ in Scripturis ſuis non ſolùm Iudaicum, ſed etiam totius mundi regnum promittebant. Quam quidem inferre auſus non fuerat Pharao, vt opportunè notat Rupertus, etiamſi cauſa eadem erat, & Pharao potentior erat Herode, præualuit enim timor maior in Herode, & in ſæuiſſimum facinus adactus eſt. Sicut Architophel, qui cùm conſilium coniurationis Abſalon non arripi, & rem impiam ſine felici euentu futuram præuidet, inſiluit in equum, & abiens in domum, & inſtituto teſtamento rebúſque compoſitis, laqueo ſe ſuſpendit. Quò properas impie in mortem? & qui contra te ſententiam dixit? quis carnifex? timor, certior enim factus Dauidem victoria potiturũ, timor ſeuerior & æquior iudex fuit, & anteuertit ſuppliciũ. Corripe vires animæ timor dãnationis. O quàm interritos, quàm audaces animos ad quæque ſubeũda pericula facis. Et tu Domine qui omnes homines ſaluos fieri cupis, cũ in tãto damni periculo vel iacentes & inertes vides, vrge, confige, ſtimula timore tuo, *Conſtitue Domine legiſlatorem ſuper eos*, non legem, inquam, ſed timorem mitte ſuper eos; hic enim ſeruare legem cogit; ideo Chaldæus, *incute eis timorem*, & Hier. *pone Domine terrorem eis.* Potens quidem Pharao, ſed hic nec iuſſu nec imperio & pœna, obſtetrices ad infantem vnum ſuffocandum pertrahere potuit, quis muliebria

Pſal. 9. 21.

Digitized by Google

Potentia rex & legiſlator timor Dei cæteris principibus.

pectora armauit? Tu, diuine timor, *Timuerunt obſtetrices Deū*, qui potentior eſt, legiſlator ſuper homines, nequeo exponere, aut breui charta deſcribere tibi, quot ſyrtes, ſcopuli, voragines in hoc mari ſunt, in quibus tua ſalus periclitatur; diſce timere dānationē ab his qui timore amittendi lucrum aut delectationem damnationis æternæ pericula ſubeunt, & ad limina inferni appropinquant. Sed iam ad anchoram confugiamus.

24\.

Spei anchora firma ſit in Dei miſericordia.

V. Nam in anchoris ſanctæ ſpei ſalutē expectare, ô quanta perſuadent: vtraque coniuncta ſunt, timor, & ſpes, vt notat Auguſt. [a] *Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. Non ſic timetur Deus ſicut latro, timuit eum Iudas proditor, ſed non ſperauit in eius miſericordia. Peccaui*, ait; *bene quidem timuiſti, ſed ſi ſperares in miſericordia eius quem timuiſti, vis fugere ab illo? Ad ipſum fuge*, inhærere illi ſpei firmiſſimæ anchoram oportebat. Quod clariſſimè aſſeruit Ambroſius [b]. *Arbitror quod etiam Iudas potuiſſet tanta Dei miſeratione non excludi à venia, ſi pœnitentiam, non apud Iudæos, ſed apud Chriſtum egiſſet, peccaui tradens ſanguinem iuſtum, ſi como hechò la ancora a los Iudios la aſiera de Chriſto ſe ſaluara.* Et hæc eſt imperfecta conuerſio, quæ in ſolo timore conſiſtit, niſi ad ſpem diuinæ clementiæ conuertatur, & ſimilis eſt octauæ ſphæræ cæleſti, quæ motu trepidationis agitatur, per hoc tamen nunquam in gyrum integrè conuertitur, ſed à medio curſu reuocatur: peccator igitur dum timore perculſus trepidat, non ibi ſiſtat, ſperet & ſic perfectam peragat & conficiat conuerſionem. Iterum idipſum monet Auguſt. [c] *Non eſt quò fugiatur ab illo niſi ad illum: ſi vis euadere, iratum fuge ad placatum.* Nam, vt ait Emiſſenus [d], *pernicioſiſsima eſt ſecuritas ad ſalutem, deſperatio verò omnino euertit ſalutis remedium.* Fuge igitur ad columnam illam quæ ducebat populum Dei, de qua myſticè Alexandr. Clemens [e], *Multiplices habet ſeruator voces ad ſalutem, multiplices modos, & igne terret homines, ex columna flammam accendens, quod eſt ſimul gratiæ & timoris indicium ſi obedieris lucem, ſi non obedieris ignem*; oportet enim hæc duo ſimul in animo Chriſtiani eſſe, ſicut in leone cuius media pars ignea eſt, terrea altera, illa diuerſa accidentia videntur tremoris in rigore qui præcedit febrem, & confidentiæ eximiæ cui iuſtus comparatur, *iuſtus quaſi leo confidens*, id eſt, pariter timeat, & contremiſcat.

Simile.

NOTA. Vide Bernar. de gradibus humilitatis, *an oculus tuus*. & ſerm. 12. in Pſal. *Qui habitat. vniuerſa via*, &c. Chryſoſt. hom. de Iuda proditore. *quid igitur eſt.* & hom. 10. de pœnitent. in illud Pauli 1. Cor. 4. *filioli mei quos.*

a Pſal. 146. 11.

b Lib. 2 de pœnit. c. 5. vide Chryſoſt. hom. de Iu la proditore. *Oc erit ſi clementia.*

c In Pſ. 70.

d Hom. de latrone.

e Orat. ad gentes. Pierius lib. 1. de leone.

25\.

Sit in ſpei exemplum latro pœnitēs.

Quia tamen in tam vaſto pelago periculis pleno vix credes ſpem ſalutis reliquam eſſe peccatori, ſta in ſpecula, & contemplare latronem illum, iam inferorum gurgite deuorandum, quàm placidè, quàm breui, vt ait Ambroſ. [f] quaſi nulla tranſacta via eum ſtatim Chriſtus poſuerit in termino: cùm enim vel ſolam memoriam in regno Dei poſuerit, eundem illico tranſmiſit in gloriam benignus & miſericors dux, non decurſa, ſed peruolata via per medium rubrum mare ſui ſanguinis. *Quàm velox miſericordia? tardius votum precantis quàm remunerantis eſt præmium.* Quorſum dices facilitas iſta, & ſecunda nauigatio latronis? Reſpondet Cyprianus [g], vt animos adderet, & ad ſpem excitaret omnes. *Vt daretur exemplum, & forma indiſſolubilis manens in poſteros, quia nec in vltimis Dei clementia pœnitentes excludit.* Nam miſericordia Dei nullam excludit ætatem, nullum terminat tempus, nullum præſcribit numerum, neminem excipit, ſed omnibus ſe præbet. Probemus hæc. Inprimis nullam excludit ætatem, ait Fulgentius [h]: *Nam ſi aliquam iudicaret Dominus conuerſionis remedio ineptam, non diuerſis temporibus operarios vocaret ad vineam.* Secundò quòd nullum terminet tempus. Idem ſtatuit Fulgentius: *Semper delectatur conuerſione noſtra, nec tempus huiuſmodi quandiu in hac vita eſt poſuit, quo propitiari conuerſo non poſsit*; acutè tamen ad hoc ipſum hortatur Chryſologus [i]. *Pœnitentes igitur reuertamur fratres, & de arcto temporis ne pertimeſcamus, quia auctor temporis neſcit arctari: ninguno puede eſtrechar al auctor del tiempo.* Prudens quidem dictum, & germana ratio. Creator namque non dependet à ſua creatura, ſed è contra, quia ſine eo neque eſſe, neque poteſt operari: at qui creauit eam, oſtendit per hoc optimè poſſe eſſe, & operari ſine ea; rogo enim cùm Deus creauit tempus, erátne tempus, fuit autem, quia creauit illud: ſi ergo factor temporis vt faceret tempus tempore non eguit, nec indigebit etiam tempore ad iuſtificationem peccatoris, quod licèt nec præſtat ſi ſemel vitæ tempus exactum eſt, at ſaltem poterit in momento vltimo præſtare, nam in ordine ad potentiam Dei & opera eius nihil intereſt inter momentum primum, aut poſtremum, nam omnia quæ ſunt, in primo inſtanti ſui eſſe creauit ea: poterit ergo in vltimo reparare, *dixit, & facta ſunt.* Quod opus iuſtificationis, vt ex tunc poſſe & velle exhiberet, mōſtraret, *Eloim*, id eſt, *iudices*, voluit nuncupari, quaſi diceret, meum eſt in inſtanti creare,

f In Pſ. 32.

g Serm. de paſſione Chriſti.

h Epiſt. 7. ad Venantiam de pœnit. c. 9. & 10.

i Ser. 167.

meum

meum erit in momento iuſtificare, iuſtificare, inquam, hoc eſt, non tam ex parte ſua indulgentiam & gratiam præſtare, ſed auxilia conferre, ad ea omnia quæ ex parte ſua homo exhibet, ad ſuam iuſtificationem, non vt præſumat in illo momento iuſtificandum, ſed ne deſperet, nec putet conditori temporis hoc eſſe impoſſibile, cùm ita celeriter ad gratiam latro tranſierit, vt non ſatis pro comperto habeat Cyprianus an ſicut nocens, aut ſicut Martyr decedat. *Per confeſsionem factus eſt collega martyry, diciendo y haciendo ſe hallo hecho martyr, en vn puncto ſue familiar y en otro le hicieron collegial, per confeſsionem factus eſt collega martyrij;* debuit enim vt Martyr conſũmati, ſpe enim ſaluus factus eſt, quæ non confundit, *non arctatur numero*, ait Arnoldus [a], *non clauditur fine, nullas omnino habet metas diuina clementia, ſit qui innocet, erit qui exaudiat.*

a Tract. de ſept verb. Dom.

Firmam ergo tene anchoram, & in portu gratias tuo naueleto referes, dicens: *Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius.* Quàm roborata eſt, inquit Chryſoſtom.[b] *vt quotidie ſe impendat, & nunquam deficiat.* Amen.

b In Pſ. 112. Hom. 7.

VERBVM PATRIS.

Soph. 3. verſ. 14.

Lauda filia Sion, iubila Iſraël, lætare, & exulta in omni corde filia Ieruſalem.

In filij Dei nuptiis, amorem, zelum, & extremam iram oſtendit; damnationis denique animæ timorem incutit.

DISCVRSVS CLXXII.

1.

NE quis exiſtimaret carnem à Verbo diuinò ſumptam abſconditè, ita vt à nemine videretur, illa dulciſſima verba ſubdidit dilectus Ioannes, *Et habitauit in nobis.* De quâ habitatione, quia obſcùrè admodum, & leuiter pro rei dignitate hactenus ab interpretibus tractatum eſt, Sophoniæ nuntium lætiſſimum præmittens, quantum in his verbis lateat pietatis, & naturæ noſtræ hoc facto tribuerit Deus, diuina illa parabola hominis regis, qui ad nuptias filij ſui ciues vocauit, illuſtrabo. Semper pax ſummi alicuius boni futuri ſignum fuit certum atquè diuinum. Nec fruſtrà Propheta Sophonias pacatiſſimam depingit terram, hominúmque naturam, niſi quia nuntia deferebat amoris, atque nuptiarum fœderatæ naturæ humanæ, atque diuinæ, *Ipſi paſcentur, & accubabunt, & non erit, qui exterreat.* Pacato igitur, atque ſedato mũdo: *Lauda*, inquit, *filia Sion, iubila Iſrael, lætare, & exulta in omni corde filia Hieruſalem* Tantam felicitatem expectatam, præuiſam, nedum præſentem Dei habitantis in nobis, iamiam celebrate cuncti, te Deus ad nuptias vocat Sion, vos omnes tribus Iſrael in vnã pietatis Chriſtianæ ſocietatem & vitæ communionem; Princeps enim Dei filius in terris viſus eſt menſa parata, nuntij àd vos omnes inuitandos miſſi ſunt. Et vt in omni corde exultetis, *abſtulit Dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos. Admitio la appellacion trueca eſe laço en cadena de oroeſas eſpoſas en manillas, eſa ceguera en fee eſe deſtierro en bodas.* Miſericordiæ rationibus agenda res eſt. *Auertit inimicos tuos*, abolitionem peccatorum & ſcelerum ſignificat. *ya eſta arrollado el proceſſo y bechado en el fuego y pueſto ſilencio al fiſcal ya arrojo el alfange de la mano.* Siſtat hîc iuſtitia, iam de nuptiis agatur, *Quis eſt liber repudij matris veſtræ, quo dimiſi eam, aut quis eſt hic creditor meus, cui vendidi vos quien me executara a mi.* Huiuſmodi ergo hoſtibus extinctis nihil damnationis eſt iis qui ſunt in Chriſto Ieſu: *Rex Iſrael Dominus in medio tui;* iam domum elegit ad tranquillè habitandũ, hoc eſt, in *medio* eſſe, idem quod inter, id eſt, vnus de vobis ero, ſicut Ezechiel, in medio captiuorum, vnus de captiuis. *ſoy muy caſero;* ſicut Iacob, *habitabat in tentoriis*, & Ioannes, *habitauit in nobis.* Græcè *in tabernaculo noſtrò*, vitam nobiſcum egit communem. In illa

2.

die dicetur, & erit communis vox, *Hieruſalem noli timere. Non diſſoluentur manus tuæ*, timore exanimatorum hominum, ſicut contingere ſolet eis, qui ad ſuſpendium proximè rapiendi ſunt, qui dum præconem vident, vel veſtem, vel ſigna aliqua ſupplicij, deſpondent animum, & diſſoluuntur. *como ſi al iuſticiado que pienſa entran ya a veſtirle la ropa de la cofradia le dixeſſen de repente toma eſta ropa de Rey. Dominus Deus tuus, Ieboue, fortis, el fuerte barragan, in medio tui fortis.* Ipſe feras & fortes confregit, rupit vincula, *ipſe ſaluauit.* Mirat is hæc omnia erga te fieri peccatricem, & Deo offenſam? ignoras vtique Dei tui clementiam: *ſilebit in dilectione ſua.* Nullum de cætero de præteritis offenſionibus verbum faciet, & quia, vt ait Paulus, remiſſio iſta præcedentium delictorum *in ſuſtentatione Dei* fit, hoc eſt, ſuſtentabit in gratia, in patientia diuina, quos ſemel ſibi reconciliauerit. *Suffrira mucho a ſu eſpoſa; & exultabit ſuper te in laude*, hoc eſt, *in cantico, en diciendole que eres buena ſe alegrara y hara fieſta.* Nam nuptias peraget ſumma cum lætitia, & exultatione, & conuiuium regium apparabit; nec pures tamen deſiderari inuitatos, ſcio quos vocaturus ſim. *Nugas quæ à lege receſſerant, congregabo, quia ex te erant, & non vltrà habeas ſuper eis opprobrium.* Omnes ad conuiuium vocabuntur, duplex nempe gens Iſraëlitæ, & gentes, iſtos adducã ex magna ignoratione legis, & tenebris errorum ad lucem; illos, nempe Iudæos, ex inimicitia ad gratiam, *nugæ*, id eſt, remoti, afflicti, miſeri, & qui longè erant, facti ſunt propè in ſanguine Chriſti, *quia*

licèt

Ioan. 1.

Verbi diuini ſuauitas & benignitas quòd habitauit in nobis.

Matth. 22.

Pax ſummi alicuius boni inditium eſt.

Soph. 3. 14.

Iſai. 50.

Eand. in nobiſcum viuendi rationem elegit Dom.

Gen. 4.

Lætiores nuptiæ animæ cum Chriſto poſt indulgentiam peccati.

Etiam Iudæos ad nuptias inuitandos prædicit.

Epheſ. 2. *licèt multi ſint vocati, pauci erunt electi.*

Omnibus artibus ad ſe pertraxit ſponſam, ſed ingratam ſeuerè puniuit.

Quas artes, quod ingenium, quas nouas induſtrias potuit rex piiſſimus inuenire, quas Propheta non enarrauerit, quibus Deus turpem ſibi reconciliaret ſponſam. Sed cùm fruſtrari videt amoris ingenia, vide quàm altè & ingenioſè ſupplicium ingrati populi molitus ſit.

3. *Partitio discursus et Euangelii.* *Patienter tulit Pater æternus ingrata ſponſæ ruſticitatem.*

Simile eſt regnum cælorum homini regi. Cùm iam Deus habitabat in nobis, & in media Ieroſolyma, diuinitatis, & beneficentię documenta, & argumenta pręſtabat, tunc ſacerdotes mortem eius acerbiſſimam meditabantur. Quid agat rex patientiſſimus? quò prorumpat ita diuina? vide ingenium, vide pietatem, vide ſepetitatem. Videtur Deus ipſe in hoc caſu conſilium Pauli arripuiſſe Rom. 12. *Date locum iræ. dexalde hacer a Dios no os vengueis voſotros.* Quòd ſi vindictam ſumere aliquando liceat, illa ſit, quam rectè Sapiens Prou. 25. nos omnes edocuit: *Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi ſitit, potum da illi, hoc enim faciens carbones congeres ſuper caput eius.* Sit primus ſenſus ex textu, & ex Auguſtino [a] mendicatus; verbum enim Græcũ emphaſim habet, *ciba,* paſce indulgenter veluti minutatim, ſicut mater, quæ pulticulas in os inſerit pueri, vel bolos in os ingerit. *dale bocaditos ſiruele en la meſa vn buen bocado.* Imitare prophanos amatores, qui philtra adinueniunt, *benedizos o bechizos,* & pane ipſo, vel mero, quod habet virtutem amorem conciliandi miſcent. Hoc egiſſe videtur rex noſter, cùm mirabili & ingenioſo opere diuinitatem in humanitate, & noſtris cineribus, ignẽ diuinitatis abſcondit, & nouo nuptiarum opere & beneficio, omnia ad ſe rapere corda tentauit, & hoc eſt, *ſimile eſt regnum calorũ homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo.* mitto cibum illum corporis ſui, quo ſingulariter fauit humano generi in vltima cœna, & nuptias cum ſingulis animabus innouauit.

a Lib. 1. de ſer. Domini in monte c. 33 & 34 vbi ſex gradus patientiæ erga inimicum conſtituit.

b Ad Hedibiam q. 1.

Secundus ſenſus eſt Hieronymi [b], *Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum.* Ciba igitur inimicum tuum, ſic enim congeres carbones ignitos non iræ, ſed charitatis. *Nulla enim,* inquit Auguſt. [c] *maior eſt prouocatio ad amandum, quàm præuenire amando.* Hoc ipſum nónne adimpleuit Dominus, dum pro ſuggeſtu in templo, in plateis alta voce etiam inimicos inuitabat? *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat; ego ſum panis viuus.* Quod ipſa parabola non ſiluit; *miſit enim ſeruos ſuos vocare inuitatos, illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villam ſuam, alius vero ad negotiationem ſuam.*

c Ser. 168. de tempore. *Carbones congerit ſuper eos inimicos qui illum odit.*

4. Tertia expoſitio ſic habet: ſi cibas inimicum, tu rectè facis, ſed ſi ille perſiſtat nocere, grauioris pœnæ, & cæleſtis ignis reum facies, & quaſi ſemina grauiſſimi ſupplicij in caput eius congeres, non quod tu introdas, ſed quod ſeipſa, inquit Apoſtolus, eueniet. Quod etiam contigiſſe videtur Saluatori noſtro, dum occiſis iam ſeruis Prophetis, & Apoſtolis, & ſpreto ab ipſis pane doctrinæ ſuæ, carbones deſuper congeſſit, & Ieroſolymam diruit, igniquе combuſſit, ſicut ipſa fatetur: *Miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me. embio me vn caſtigo de ſu mano de que quede bien eſcarmentada.* Hic fuit Romanorũ exercitus, qui funditùs ciuitatem, & templum expugnauit, & demolitus eſt. Huc facit quod in parabola ſequitur: *Rex autem iratus eſt, & miſſis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccendit.*

Beneficia ingratis collata in damnationem conuertuntur.

5. Vltima expoſitio authores habet Origen. [d] Chryſoſt. Theodoret. Euchet. Voca ad menſam tuam inimicum, alliciens illum tua beneficentia, & liberalitate: ſi tamen ille in odio perſiſtat, beneficia tua ignis æterni ſemina erũt ſuper illum, non quòd tu id efficias, ſed quòd Deus ſic puniat obſtinatos iſtos. Præſtitit hoc dulciſſimus magiſter, cùm proditorem Iudam menſæ accumbere fecit, & fruſtula buccelláſque benignè porrexit, quibus ſuam damnationem deuorauit, & extra collegium amandatus eſt; quod exprimit Euangelij parabola, cùm triſtem illum, qui ad regiam menſam acceſſit bonis operibus nudus, quaſi nimis audacem *ligatis manibus & pedibus miſerunt in tenebras exteriores* [e]. Vnde beatos illos dicere oportet, *qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt,* miſeros verò, qui ab illa foras pelluntur, vtinam pauci ſint. Sed quid eſt, quòd clauditur parabola ſentẽtia illa, *Multi ſunt vocati, pauci verò electi?* ſed ad ſingula diſcutienda pergamus.

d In quæſt. noui Teſtamenti.

Ingens benignitas Chriſti erga Iudam grauiorem damnationem fecit.

e Viſitur, & omni in Iudæa carceres hac cuſtodiæ ſubterraneæ quædam ſcrobes ſyrorum inſtar extra vrbem poſitæ, quas Hiſpanorum vulgus vocat *mazmorras,* ſiue *maſmorras.* Has autem fuiſſe ſub terra ſitas non parum probat locus Actorum 12. 10. vbi poſitus fuit Petrus, & hic locus Matthæi *tenebræ* dicuntur, quia locus erat defoſſus, & adopertus tenebris: *exteriores* autem, quia extra vrbem poſitus erat carcer.

Simile eſt regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo. Voluit primò Deus blandè allicere homines beneficiis, & lenocinius amoris; maius autem horum fuit amori ſe tradere mutandum, humandum, laniendum, (ſaltem quoad effectus) qui ſeuerum benignum, immenſum puerum, omnipotentem infirmum effecit. Quod hoc verbo ſignificatur, *homini regi. vn Dios humanado, vn todo poderoſo templado a lo humano.* Qua autem ratione potuit hoc amor à Deo obtinere? non alia quidem quam collocandu illum in matrimonium humanæ naturæ. Eſt iuuenis in vrbe principis filius exulans quaſi gallus improbus, ſanguinarius, nihil niſi de armis & equis, quotidie ad rixas, ad ſingulare certamen laceſſit omnes, ſocius facinoroſorum, particeps periculorum, procax in laceſſendo. Quid agat Pater, vt compeſcat & frænet? conſtringe illum vxore, & ecce ſubitò miteſcet, ſatis enim erit inſanus & turbulentus, qui hoc prægrandi pondere pedem non figat. Erat in diebus antiquis filius Dei Patris, robuſtus, acer, ſeuerus in puniendo, terribilis in comminando, Sodomam fulmine cremauerat, Pharaonem aqua, manus militum igne cæleſti, regna, vrbéſque ampliſſimas euerterat, nihil ſcribit Moyſes, niſi prælia, ſtrages, nihil canit Dauid, niſi prælia, victorias, ſanguinem. Quis leniire poterit brachium Dei? incidit Patri bonum conſilium, nubat filius meus, conſtringatur vxore: *fecit nuptias filio ſuo.* Quo vnico remedio ita benignus apparuit, vt vnus ex Euangeliſtis prius hominem viderit, quàm Deum, *homini regi;* alter Agnum & regem ſimul viderit: *vidi Agnum ſtantem.*

Summa Dei benignitas per incarnationem.

Simile.

Vis autem ſcire amoris artem, & induſtriam nuptias peragentis. Vide inæqualitatem ſponſi & ſponſæ, amoris vtique ars tam diſſimiles ſponſos coniunxit: nam matrimonium inſtar inſitionis debet eſſe; arbor enim ſymbolam arborem adoptat. *hueſſo con hueſſo, pepita con pepita.* Caue tamen ne amor, & affectio ardens interueniat, cæcum enim ſe ſimulat, & inæqualia æqualia, diſſimilia ſimillima reputat. Vis ergo amoris connubium iſtud egit: *per viſcera miſericordia Dei noſtri, in quibus viſitauit nos Oriens ex alto.* Quis cõiunxit hominem Deo? amor; quis impulit? miſericordia. Vnde tanta pietas? *per viſcera miſericordia Dei noſtri,* quæ eò perduxerunt Deum, vbi reges homines eſſe vel non credunt, vel vt Deos ſe reputant. Hic verò rex homo factos diuinitatem humanitate, fortitudinem imbecillitate temperauit, atque abſcondit. 6.

Amor tam inæquales vinxit ſponſos.

Hinc

Digitized by Google

Exod. 20. & 34. Zachariæ 1. 2. Cor. 11.

Hinc fit, inquit Chryſoſtomus, cùm Deus ſic ardenter dilexerit nos, vt zelo ardeat in nos, & Deus zelotes dicatur, & zelare Hieruſalem, & in noua lege Paulus proclamet, *zelo enim vos Dei zelo* (amor enim, qui non vſque ad zelum ardet, amor magnus non eſt.) *Nunquam enim zelus eſt non præeunte charitate aliqua calida, & tam feruente, vt valde accendatur Dei amor, vnde volens Deus, in quo zelus affectio non eſt, indicibilem eius amorem in nos interpretari, hoc ſæpe vſus eſt nomine. Zelus dulce magis quiddam eſt quam terribile, tam terribile eſt animam perire.* Explico, ſi poſſum, hæc verba, *eſt an terrible mal la condenacion de vna alma que todo lo que haze Dios y el predicador por eſtoruarla no lo llameis terror ſino amor, no terribile zelo, ſino dulce.* Vis igitur amorem Dei cognoſcere, vide zelum: nam ſicut vir zelans vxorem de minutiſſimis rationem expoſtulat, quare ad feneſtram veniſti? quò conuertiſti oculos? quomodo me tranſeuntē non vidiſti? rapuerat quis oculos tuos. Ita Deus diſcutit ſpōſam, & de cogitatione leui, de diſtractione inter orandum, de verbo otioſo, de oſcitatione inerti, de dormitatione in oratione nulla præparatione præmiſſa, de minutiſſimis & leuiſſimis. Et ſicut zelotes vir inelegantem & inornatam vult vxorem, ne alterius amore tangatur, ſic Deus ægrotare iubet, dedecore affici, depauperari, & ſplendore priuari, vt homines & humana prætereat, nec rerū illecebris capiātur, vel in Dei ſponſā petulantes oculos iaciant, & ſecretò confirmat animam: *Sufficit tibi gratia mea, baſta os mi amor ſuffri i eſe trabaxo, quoniam virtus in infirmitate perficitur, que aſi aſeguramos mas el amor.* Aliàs criā videas præ amoris zelo domeſticum eſſe maritum, nunquam pedem domo efferre, vrget aliquando negotium, ſed in momento repetit domum, honeſtam aliquam cauſam quærens, neſcio quid oblitum fuiſſe, conuerſat viam proximam, & ecce domum redit niſi per cancellos ſpeculetur, & per rimulas oſtij rimari contingat. O pietas diuina, quò te duxit amor, vt ſemper nobiſcum maneres? *Dominus in medio tui*, aiebat Sophonias, & ipſa ſponſa, *En ipſe, elo alli ſe eſta. poſt parietem noſtrum reſpiciens, per feneſtras proſpiciens, per cancellos, por los reſquiſicios de eſe coraçon eſta mirando*; & cum putares aſcendiſſe in cælum, & ab oculis euanuiſſe, ait: *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.* Quò iam, obſecro, amor ferre poteſt amantem ſponſum? eò vtique vt adulteram patiatur, diſſimulet, honore afficiat, reconciliet in gratiam, & eius peccata ſubticeat, non vtique auderem tantam tibi Domine iniuriam irrogare, ſed tuus nuptiatum paranymphus hac ratione loquitur: *Silebit Deus in dilectione ſua, & exultabit ſuper te in laude, hoc eſt, non clamabit.* Hebraicè, *non vociferabitur*, ſed amor, qui apud illū eſt, claudit os eius, etiamſi fœmina in adulterio comprehenſa, defeſtatur ad eum ingens adulterij crimen, *non eleuabit, no lo encaramara ni le ſacara a la verguença, ſed ſilebit in dilectione ſua, ni le hablara palabra de lo paſado porque lo quiere bien*; beati enim quorum à Deo remittuntur iniquitates, non ſunt enim deſpiciendi, ſi ſemel ſe a peccato auerterint, neque eis improperandum eſt, quia ſi ſemel in gratiam redit anima etiam adulterij nomine polluta, nihil iam Deus ſponſus cum illa de condonato peccato expoſtulat, *ſed ſilet in dilectione ſua.* Quæ audiens Bernardus ait [a]: *Non me capio præ lætitia, quod illa maieſtas tam familiari dulcique conſortio noſtræ ſe inclinare infirmitati minimè dedignatur, & ſuperna Deitas animæ exulantis inire connubia, cui ſponſi ardentiſſimo amore capti exhibere affectum non deſpicit. Sic ſic in cælo eſſe non ambigo, vt lego in terra, ecce inducitur cæleſtis ſponſus vehementiſſimè zelans pro quiete cuiuſdam dilectæ ſuæ.* Ecce vſque ad zelotypiam *te amauit homo iſte rex.*

Chryſoſt. tom. 5. ſerm. quòd regulares fœminæ viris cohabitent. Vſq. ad zelotypiam amat nos Chriſtus.

Vir zelotes vxoris deſcribitur & adūbrat Chriſti amorem.

8\. Soph. 3. 17. Cant. 2. 9.

Zelus & amor Dei vſque ad finē ſeculi terra adduxerunt.

Soph. ſup.

Benignitas & pietas Chriſti erga peccatricem.

Pſal. 31.

Eccl. 6.

a Ser. 52 in Cant. poſt exordium.

Miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos. Sed cùm ad pertrahendos ad ſe homines nō ſufficeret amor, opera exhibuit dilectionis, menſam regalibus epulis inſtruit, & accerſiri iubet inuitatos. Vide Dei beneficentiam principalem, tales epulas ſibi præparat, vt opus ſit vocare inuitatos, ſibi enim, hoc eſt, tanquam regi præparauit, non aliud quàm filium vnigenitum. Sed o noſtra ruſticitas! *& nolebant venire.* 9.

Epulis & donis ad ſe trahit animas.

Primi ſtultè & ruſticè reſpondent (ſi fortè eadem eſt parabola iſta cum illa, quæ eſt apud Luc. 14.) *Villam*, inquit, *emi.* Et Matthæus, *abiit alius in villam ſuam.* O ruſticum reſpondendi genus, quid oblectationis habere potes in villa tua, quod queat cum diuinis delitiis comparari? quæ negotia, quæ te in villa à menſa diuini verbi arceant *? habent iſti diuinorum myſteriorum guſtum deprauatū, quos ſic arguit Bernardus: Cùm pergis in villam, & equo in præſepio pabulum, & tibi in honeſta menſa perdix apponitur, a quo accipis maiorem delectationem, de ea, quæ eſt ante te perdice, vel gallina, an de hordeo, quod paſcit, & mandit equus? Vide igitur differentiam; ea, quibus in villa frueris, hordeum ſunt, & pabula ruſtica corporis; ea verò, quæ in Eccleſia tibi apponūtur, cæleſtia myſteria cibus ſunt animæ, vis credam ego maiorem tibi oblectationem ex corporali oblectatione quam ex ſpirituali contingere? certè amiſiſti guſtum bonum, pro quo clamat David: *Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce.* Vertunt alij, *bonum iudicium*, alij, *bonum guſtum. no querais ſeñor que yo tenga tan mal guſto y juicio de vueſtras coſas que trueque lo eterno por lo temporal.*

Ruſtici homines terrenas delectationes cæleſtibus præferunt.

* Tum maximè te ſtultum oſtendis, dum ais emiſſe villā ante quam videres illā, poſt emptionem pergis ad conſiderādam rem emptā. hæc ſunt conſilia peccatoris, nam ſi oculis perſpiceret, quod emis, nunquam villa emeres, neque delectationes. Nihil iam neceſſarium, quā pretia imponere rebus.

Alius ad negotiationem ſuam. O miſer, imò propter negotia ad Dei palatium effugere debebas. *Nonne vides*, ait Chryſoſt. [a] *corporis oculos, cùm in fumo morantur, lacrymas effundere; ſi verò potiantur aere purgato, & florentibus pratis & hortis, & fontibus, ſaniores eſſe, multóque maiori acie fulgere? nonne talis eſt mentis oculus, ſi in pratis ſpiritualibus paſcatur eloquij, erit totus purus, & lucidus, ſi in fumum ſecularium negotiorum fuerit ingreſſus ad innumera mala lacrymabitur in hoc ſeculo, & in futuro; fumo enim ſunt hæc negotia comparanda. Ruſticus eſt, qui in ædibus fumo plenis nutritus fumi moleſtiam fert facilè, & vis tu vocare nobiles aulicos, qui negotiorum fumo aſſueti ſine negotiis eſſe nequeunt.* Vide Gregorium Mag. Pont. [b] lacrymantem: *Sub colore epiſcopatus ad ſeculum reductus ſum, altæ quietis meæ gaudia perdidi, me à conditoris mei facie longè expulſum deploro. Nolite me vocare Noemi, & pulcrum, ſed vocate me Maram, quia amaritudine plenus ſum.* Bernardus verò [c] immoderatas occupationes, nō fumum, ſed maledictas vocat; ſic enim ad Eugenium maximum Pontificē ſcribit: *En quò te trahere habent hæ occupationes* (etſi Pontificis ſint) *maledictæ, ſi tamen pergis, vt cœpiſti, ita dare te totum illis nihil tibi relinquens.* Quid ſi negotia (vt hìc ſenſit Chriſtianus Drudmarus, & Haymo) contraria ſunt legi diuinæ, quid ſi munera ſint, vt intelligit Chryſoſtomus, reipublicæ ambitioſè compara-

10\.

a Hom. 2. in Matth.

Negotia & cura debent Deo animas proximiores facere.

ſimile.

b Epiſt. 5. lib. 1. ad Theotiſtam Imperatoris ſororem. vide etiam epiſt. ſequētem ad Patriciū Narſenſem.

c Lib. de conſideratione ad Eugenium, in initio.

ta,

Perſuaſio negotiatorum vt Deo intentus vacent, & ne multis ſe immiſceãt.

Contra negotiantes expende loca Ezech 26.12.& 17. 29 & 28.16. & Nahum 3.16 & 1. Cor.7 11.in contaminatos eſſe negotio.

ta, gubernatoris, iudicis, ſcribæ, mercatoris, quæ Dauid intermiſiſſe ait, vt poſſet *ſeus diuinis eloquiis & myſteriis, quia non cognoui litteraturam, introibo in potentiam Domini.* Pſalterium Rom. *Quia non cognoui negotiationem.* Agam tamen ratione ex verbis Pauli: *Obſecro vos fratres, vt negotium veſtrum agatis.* Negotium vnum vobis eſt, quod ſi vos dimittitis, nemo prorſus ſuſcipiet agitandum. Sumo ergo à veſtris negotiis rationem, & argumentum, ſunt inter veſtra negotia aliqua tam ardua & operoſa, vt in hac curia ſi per integrum annum peragatis, quaſi vnum diem reputetis; erat enim, inquiunt, difficile & graue. Dicite mihi ergo quod negotium grauius maioriſque momenti & difficultatis, quàm ſaluationis opus? quod tempus breuius vita,

11. quam dubitas vſque mane protrahendam? qui ergo fieri, aut qua ratione tolerari poteſt, vt breuiſſimam vitam negotio peragendo ſummo, arduo, & dubio datam, litibus, & negotiis ſæcularibus cum ſæculo pereuntibus inſumentes, negotium veſtrum non agatis, nec detis operam, vt quieti ſitis? *Ideo ſpiritualis homo, vt omnia negotia ſtabiliantur, & non cum ipſis corruat*, inquit Bernardus [a], *Omne opus ſuum terna conſideratione præmuniet, priùs an liceat, deinde an deceat, poſtremò an expediat, quid enim negotia niſi araneatum tela, & euiſceratio mentis ſunt?* vnde ergo facile eliciam mentes veſtras, omniúmque fœminarum quodammodo euiſceratas eſſe & inornatas. Clemens Alex. [b] *Ornamentorum amatores à temperantia & à vero animi ornatu alieni ſunt.* De noſtris aulicis, qui pulcras foris, intus ornatiſſimas conſtruunt domos, Niſſenus [c] ſimiliter ait: *Quo maior fuerit & multitudine, & materiæ ſumptu magnificentia in ædium ſtructuris, eo magis arguitur inornatam eſſe animam.*

Nimia negotiatio abſcindenda, nimius domus cultus auferendus.

a Lib.3. de conſideratione.

b Lib.2. pædagogi. cap. 10.

c Hom. 3.

12. Tertio loco excuſant ſe, quia *vxorem duxerint*, iuuenes ſunt vtique, qui non tam honore, nec ſolicitudine ducuntur, quàm delectationibus, & carnis luxu, & his illecebris cæci, & extra mentem poſiti regiam menſam deſerunt, vt famulorum, imò brutorum menſæ accumbant. Elegans in his coarguendis Chryſoſtomus: Erras certè iuuencula, aberras & tu petulans iuuenis, dum delectationes perditè quæris, muneribus, epiſtolis, obſecrationibus. Quis enim niſi amens fame laborans hora prandij in domum deambulonis, aut famuli pauperrimi equitis pergeret, cùm poſſet ad regiam principum menſam aſſidere? *vas a caſa de vn pobre eſcudero a comer pudiendo aſentarte a la meſa de eſtado del Rey.* Abi ergo in domum regis diuini, qui & *Saday* nuncupatur, *quia ſibi ſufficiens eſt, qui dat eſcam illis in tempore opportuno*, & inſuper *duo vbera* habere laudatur à ſponſa, & hoc eſt *Saday*, qui habet vbera, quaſi dicat, huc iuuenes, huc paruuli properate, ſine dolo lac concupiſcite, hic ſunt veri amores vino pretioſiores, hic indeficientes delectationis fontes. Vrget ratione Chryſoſtomus: Si fortè darent cogitationes ſuas iſti, in quorum medio ſpiritus fornicationis eſt. *Impoſſibile eſt delectationem in creatis rebus inuenire, ſi tibi vna tantùm earum deſit, impoſſibile eſt ea omnia quæ cupis obtinere; ergo impoſſibilis tibi eſt delectatio vera creaturarum.* Scio non negaturum eſſe rationem, ſi Dialecticam calletes, verùm ſingulas propoſitiones probo. Impoſſibile eſt in rebus plenam eſſe delectationem, vna earum deſiderata. Vide Aman, & lege accuratè, quæ ille apud vxorem retulit, cui vna reuerentia Mardochæi, quæ ſibi deſiderari videtur, omnia vacua, inania, & miſſa facit: *Nihil me habere puto.* Vide regem vnius Naboth vineam ardenter experentem. Vide Iacob ſanctum vndecim conſtipatum filiis vnius deſiderio in luctu eſſe. *Sed impoſſibile eſt omnia, vt vis obtinere.* Quod non in rebus auaritiæ, nec honoris euincam, ſed in hac tuarum delectationum materia planum faciam; hæ namque tuæ delectationes à tribus pendent, à tempore, ab occaſione, & fœmina, quæ tria ſunt, quæ vel præcidere, vel interturbare poſſint delectationem: nam tempus vel te, vel illam immutat, occaſio præceps te fallit; mulier denique, in qua tua gaudia collocas, leuior eſt vtroque, etſi turpis, & libidinoſa, leuiſſima eſt, miſerrima, & acerbiſſima, omni ſcelere, omnique falſitate plena. Qua ergo ratione tam fragili vaſculo ad portum deferes tuas oblectationes?

Petulantia luxurioſorum qui ſe a diuitijs excuſant.

Ezzile.

Vera delectatio à Chriſti vberibus haurienda, nõ à creaturis.

Probatur ratione.

Confirmatur ex ſacra Scriptura.

Vix percipit ſeſe carnalis delectatio.

13. Vide quæſo quid hæc turpis cohabitatio faciat: *deducit te è valis, excludit te ſpirituali thalamo, ſeiungit te à cæleſti ſponſo, parat tibi immortalia ſupplicia, & tormenta finem non habentia.* Scio iam poſſe obiicere vrbanè loquutos, qui non ad meretrices, ſed ad vxorem ducendam abiiſſe dixerunt. Itaque ad matrimonium: & tu putas vinum delectationis in nuptiis etiam non ſtatim deſiderari? nónne ibi iurgia, quotidianæ lites, etiamſi multa beneuolentia & pax ſit. Vide quantis permiſcetur acerbitatibus leuis delectatio. *Vinum eſt*, inquit Beda, *humana conſolatio, quod tamen vnius guttula infuſione totum robur amittit.* Verùm ſi delitiæ ſint, addit Chryſoſt. [a] *Quid eſt parua aquæ gutta ad immenſum mare, aut quomodo erit delectatio, quam inſequuntur condemnatio, reprehenſiones, contumelia, & ſcandala, ægritudines, riualium oppoſitiones, timores, conſcientiæ morſus, iudicum virga, prælati zelus, concionatoris vox, parochi delatio. como ſe llamara vino el que lleua tanta agua y meſcla de diſguſtos.* Reſponde ergo cum Demoſthene ad meretriculam, *Ego tanti pœnitere non emo, yo no compro placeres tan caros y tan vacios de contento, y llenos de penitencia y peſar.*

Chryſoſt. tom. 5 ſer. quòd regulares fœminæ viris cohabitent.

Summa delectatio vana & vacua, ſed pœnitentia plena.

a Ibid.

Hucuſque Deus pietatem & magnificentiam ſuam oſtendit. Age iam hominis vrbanitatem, & ingratitudinem ſpeciamus. *Nam reliqui tenuerunt ſeruos eius, & contumeliis affectos occiderunt.*

Ingrata hominum ruſticitas erga Deum oſtenditur.

14. *Rex autem cùm audiſſet, iratus eſt.* Magna de cauſa rex in iram propendet, ſed vide qua ratione miſericordiam non deſerat. Hoc inter omnes & Ezechiel oſtenſum, & ab illo egregiè accepimus explicatum. Parauit ſe rex ad excidium Ieroſolymitanum, ſed qua ratione? *ſume tibi gladium acutum radentem pilos, & duces per barbam tuam*, hæc ſignificat viros prudentes, & ſapientes principes populi: *& per caput tuum*, hoc ſignificat populares, qui innumeri ſunt, & honeſtant vrbem; vnam ex tribus partibus *igni combures*, hi ſunt, qui fame, & peſte ardentiſſima perituri ſunt: aſſumes ſecundam partem, *& concides in gladio in circuitu eius*, hi enim gladio interficientur. Tertiam verò partem diſperges in ventum, *& gladium nudabis poſt eos*; nam & hæc pars captiua ducetur, & multiplici mortis genere morientur; & aſſumes inde paruum numerum, & ligabis eos in ſummitate pallij tui, & ex eis rurſum tolles, & proiicies eos in medio ignis.

Rex animum in iram commiſ. ricordia exercet.

Ezech. 5.1. Appollinaris, Polycronius, P. Prado.

Digitized by Google

ignis: iſti ſunt qui ne' beneficiis quidem facti meliores reſeruati ſunt io ignem. Sed ó malum grauiſſimum, *ex eo* (igne) *egredietur ignis in omnē domum Iſrael.* nam, vt ſermo habetur in libris Machabæorũ, ex Antiochi tyrannide exiit ſcintilla diſcordiæ inter principes ſacerdotum, vnde incendium flagitiorũ omnium exarſit. Quam ſeueritatem vt exerceat, aſcendit in currum illum gloriæ, quem vidit Ezechiel ſub ſpecie hominis & regis potentiſſimi. Age igitur, contemplare ſingula, & ſummam ſeueritatem in Iudæos iouenies cum ſumma pietate coniunctam; ptimò enim conduxit nouaculam Romanorũ, ſicot quondam Nabuchodonoſorem *cap.* 29. *Ezechielis.* Ille enim benignus Deus, qui omnibus creaturis munera ptopria eſt partitus, atque ſeruis ſingulis talenta diſtribuit, in tota familia non inuenit lictoré, ſed opus fuit, vt alibi conquiſitum accerſat, & mercede conducat. Secundò capillitium Prophetæ ſtateræ appenſum eſt, quo æquitatem diuinæ iuſtitiæ ſignificet, & clementiæ magnitudinem, quæ non ſinit iram tam iuſtè conceptam contra ſontes deflagrare, ſed modũ ponit vindictæ, ne excedat. Vnde in Prouerbiis dicit: *Pondus & ſtatera iudicia Domini ſunt.* Tertiò partem vnam aſſeruari iubet, ex qua licèt peruerſiſſimi hominum nati ſint, & qui mortem Chriſto, Ieroſolymæ excidium machinati ſint; ex iiſdē tamen & Mater ſanctiſſima, & Apoſtoli orti ſunt; nunquam enim ſic punit Deus rempublicam, vt ex illa reliquiæ ſaluæ non fiant aliquæ, vnde poſſit recreari. Viſus eſt denique in curru gloriæ carbones, & fulmina in Ieroſolymam mittens, ſed tunc iris ſplendebat in ſuperiori parte, vt cum indignatione maxima euerſurus venit Ieroſolymã flammis, atque igneo cuttu ſtridentibus, pacis quoque ſymbolum illis clementiam, & commiſerationem poſtea offerret, qui hanc admonitionem libenti animo ſuſciperent, ſimúlque declaret ſe *hominem Regem: & cogitare cogitationes pacis*, & repulſam Iudæorum in veram mundi pacem, ac ſalutem redundare, vt docet Paulus *ad Rom.* 11. 12. & Eccleſiaſticus apertè docuit cap. 49. 10. *Ezechiel* (ait) *vidit conſpectum gloria quam oſtendit illi Deus in curru Cherubim, nam commemoratus eſt inimicorum in imbre* (id eſt, decreuit vltionem de eis ſumere) *benefaciens illis, qui oſtendunt vias rectas.* Denique ramen adhuc in ſua obſtinatione perſeuerantes omnino deuaſtata vrbe per orbem diſſeminauit. *Oſea* 3. vt notauit Rupertus, prædictum erat: *quia dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine rege, & ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine ephod, & ſine theraphim, ſin Rey, ſin principe, ni ſacrificio, ſin altar, ſin reſpueſtas del cielo, ni oraculos diuinos.* & omnium miſericordiarum copiam ad gentes tranſire fecit: *quia rebelles fuerunt lumini, & noluerunt reuerti, ideo obliuiſcatur eos miſericordia.*

1. Mach. 1. & 2. Mach. 4.

Iudæos punit Deus ſumma ſeueritate & pietate.

Prou. 16. 11.

15.

Ira iuſtiſſima contra ingratos.

Iob 24.

16. *Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores.* Hæc omnia quæ audiſtis, vtpote omnibus communia non ita veſtros permouent animos; nunc verò iam in vnum iraſcitur Rex, & quiſque formidare debet, ne in delicto comprehendatur; hic enim qui ſine operibus, & veſte candida inter reliquos aſſidebat, ſtatua erat peccatoris in publica iſta actione punienda ad terrorem omnium, quos illa tremenda ſententia admonet; *Multi ſunt vocati, pauci verò electi.* Domine ſi multi damnandi ſunt, quare ad hos præfigurandos vnus tantùm tenebris amandatur? Reſpondeo, tam terribile malum eſt vnius animæ damnatio, vt putauerit Deus (rei magnitudine perſpecta) ad terrendum humanum genus ſufficere, ſi diceret, vnus mortalium damnandus eſt, & puniendus ſimili punitione. Hoc enim verbo æquum erat, vt omnes à peccando abſtinerent, & de negotio ſaluationis eſſent ſoliciti; vnus item io exemplum aſſumitur, quia ita triſte ſpectaculum eſt æternæ animæ damnatio, vt ſi inter homines vnus ita præſcitus eſſet in infernum, vt non eſſet ei liberum ſaluari, omnes communi, & triſti planctu eum proſequeremur: en iſte eſt, qui nequit ſaluari, ſed æternis cruciatibus deputatus eſt. Audite ergo ô mortales rem omnium calamitoſiſſimam; omnes quotquot damnandi ſunt, ideo damnandi, quia ipſi liberè volunt damnari, Deus enim neminem condemnat, nec æternis malis addicit ante præuiſa eorum crimina liberè commiſſa, & tot ſunt iſti, vt ipſa Dei ſapientia prædicet, *pauci ſunt electi.*

Singuli mortales timeant damnationē.

Summum & extremū malum damnatio.

Vnus dānandus ſatis eſſet ad terrorem omnium hominum.

Nolo in alienam meſſem falcem mittere, ſoli Deo cognitus eſt numerus electorum in ſuperna felicitate locandus, de damnandis id afferam, quod authoritas, ratio, & coniectura in re difficili conſequi poſſunt. Fundamentum illud ſtabiliendum eſt ſimiles parabolas quibus affixa eſt hæc ſententia, agere vel de Iudæis fidelibus, vel de vocatis ad fidem; ait enim *Luc.* 8. primam partem periiſſe, quia dæmon rapuit ab eis Dei verbum, *ne credentes ſalui fiant.* Igitur ſecunda pars neceſſariò de Chriſti fidelibus intelligenda venit; ait enim eos eſſe, *qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.* De tertia non eſt dubium, nec de quarta. Res ergo inter Chriſtianos vel fideles diſcutienda eſt. D. Thom. [a] ait: Qui fide credunt omnes vocati ſunt, ſed illi electi, qui bona opera faciunt. Sunt igitur pauci; probo, quia pauci ſunt, qui bonis operibus inſiſtant. S. Gregorius [b]: *Ad fidem*, inquit, *plures veniunt, ſed ad cæleſte regnum pauci perducuntur.* Quid clarius? Beda [c]: Multi ad fidem veniunt, ſed ad regnum pauci perducuntur. Auguſtinus [d] ſaluandos tritico, damnandos paleis in area comparat, & hoc multis in locis confirmat Origenes [e], *Si quis*, ait, *conſideret multitudinem hominum, qui in Eccleſiis congregantur, & diſcuſſerit quanti ſunt, qui conuerſantur diſciplinatè, & reformantur nouitate ſenſus ſui; quanti autem negligentiſſimè conuerſantes conformantur ſæculo huic, videbit quòd verus eſt ſermo Domini, dicens: Multi ſunt vocati, pauci verò electi.* Dionyſius Carthuſianus [f], *Multi ſunt*, inquit, *vocati, id eſt, ad fidem & gratiam per prædicationem vocati, atque perducti; pauci verò electi, id eſt, gloriam adepti.* Et in hanc ſententiam ferè omnes inclinant Doctores. Nunc quid ex factis Chriſti elicere poſſimus, videndum eſt, qui cùm ad gloriam breuem Thaboris aſcenderet, tres tantùm aſſumpſit, vt tremendam hanc veritatem in paucis & lectiſſimis oſtenderet, quam gloriam Thaboris nihil intereſt quòd paſſio ſubſecuta ſit; imò ex hoc non leue ducitur argumentum pro hac ſententia. Nam mirabilis illa Noe arca & magnitudine, & amplitudine, & feneſtra in ſupe-

17.

Quot ſint dānandi ſolus Deus ſcit, ſed plurimos eſſe ratio & authoritas ſuadet.

a In Matth. 20.

b Hom. 19. in Euangelia in hunc locum.

c Matth. 20.

d Ser. 33. de verbis Domini lib. 3. contra Creſconiū c. 66. & lib. 18. de ciuit. c. 48. & lib. de vera & falſa pœnitentia.

e Hom. 20. ſup. Matth. *Pauci ſunt qui modeſtè & ſanctè viuant.*

f Sup Matth. 20.

18.

Cur Chriſtus tres tantùm in Thaborem aſſumpſit.

Confirmatur ex ſacra Scriptura.

riori, omni denique fabrica Chriſti Domini copas typice figurauit, quòd inter paſſionis vndas diluuij peccatorum,& dulorum, & feneſtta illa ad ſuſcipiendas animas aperta paucos, ſicut illa, ſaluandus excepit; octo enim animæ ſaluæ factæ ſunt, id eſt, paucæ, & ſicut ibi Deus, vt ſeruirent iuſto Noe & filiis, ingentem numerum animalium viuere paſſus eſt, ita prorſus & hic in Eccleſia innumeros peccatores beſtiarum more viuentes permittit, vel vt ſeruiant, vel vt exerceant prædeſtinatos. Loquatut iã Theologus Ioannes, & quid in viſione boni vel mali nuntij viderit, enunciet; narrat vidiſſe tribunal ſempiterni iudicis, vbi mortalium cauſæ agitari cœperunt. *Et libri aperti ſunt, abrieron infinidad de proceſſos, & alius liber apertus eſt, qui eſt liber vita*, in quo recenſiti ſunt prædeſtinati. Quæ viſio Apocalypſis ſi alludit ad Exechielis viſionem, vbi ſignati ſunt, qui ab ira Dei liberandi erant, vrget ampliùs, & premitur anguſtiùs ratio ab expoſitore noſtro, qui notat non eſſe ſignaros damnandos, ſed ſaluandos; quoniam tam pauci ſunt, qui ſalutem conſequuntur, vt eus ſignate vel digito poſſis; conttà verò ſtultorum tantus eſt numerus, vt difficilius ſit eos notare. Paulus inſuper diuinus etiam Theologus quid in militanti Eccleſia viderit ſuper hac re, nobis enuntiet. *Omnes*, inquit, *currunt, ſed vnus accipit brauium, ſic currite vt comprehendatis.* Loquitur fortè de Turcis, qui non erant, neque currunt, ſed ſtant,& perſiſtunt in errore, ignorantes præmium? minimè. Agit de hæreſibus? multo minùs: *iam iudicati ſunt: ya eſtan bechados a vn lado como ganado de muerte o como doblones falſos.* Agit igitur de his qui opera virtutis aggrediuntur, & ſuper negotio ſalutis, inſtar Iacob & Eſau, à ventre materno expediti certare debent, & currere; inter hos autem *vnus* accipit brauium. Quòd ſi velis dicere *vnum* eſſe *primum*, vel *electum*, aut *ſelectum*, vrget ratio Apoſtoli einſdem in alio loco aſſerentis poſuiſſe Deum in natura viſibili rerum, imaginem rei, & negotij inuiſibilis, ſed ſic eſt quod in naturalibus exiguum eſt, & rarum, quod eſt perfectum, aurum enim non vbique ſplendet, adamantes quis poſſidet, niſi ditiſſimi homines? erunt ergo in oculis Dei pauci electi, pauci pretioſi, neque hoc opulentiæ eius contrarium eſt, ſed innatum, & proprium; nec enim diſſentit à Creatore, quod à Redemptore: at Redemptor qui redemit omnes, non ſaluat omnes; igitur neque qui creat omnes, neceſſarium eſt, aut abſonum non ſaluare omnes; quàm pauci autem ſint, qui ex redemptis ſaluantur, ipſe Chriſtus in cruce pendens apertiſſimè oſtendit, qui ex duobus latronibus ſimul in cruce pendentibus alterum ſaluum fecit, relicto altero. Certè, ni fallor, rari ſunt qui ſaluantur in foro huius ſæculi, nam ſi poma, quæ tulit arbor, in ipſo pede arboris (vt aiunt) rara & cara ſunt, in foro quid erit? vel rara erunt, vel ſummo pretio vendentur; ſi in arbore crucis tanto ſanguine recenter exhibito vnus ſaluus fit, quid in foro Eccleſiæ libet ſuſpicari?

Omnibus eſt in poſita ſalus in cruce, ſed non omnes effectum ſaluationis obtinuere.

Confirmatur ex Apocalypſi exiguus ſaluandorũ numerus.

P. Prado in Ezech. fol. 129. vbi de ſignis dãnationis T. & Θ.

19.

Alia ratio ex Diui Pauli verbis.

Heretici iam iudicati, hoc eſt, damnati ſunt.

A ſimili ex naturalibus.

Non leuis ſuſpicio de paucitate ſaluãdorum.

20. Tertius iam Theologus & ſecundus poſt Paulum diuini verbi præco audiatur, Chryſoſtomus [a]: *Non temerè dico, ſed vt affectus ſum ac ſentio, non arbitror inter ſacerdotes multos eſſe, qui ſalui fiant, ſed multo plures, qui pereant.* Multas ille affert rationes & cauſas; illa inter omnes vrgentior: nam quod alij peccant, illis imputatur. Vis vt par eſt expendere rationem iſtam, vide quæ dixerit Aman regi Aſſuero. *Si tibi placet decerne vt pereat* (populus iſte Hebræorum) *& decem millia talentorum appendam arcariis gazarum, en diez mill talentos accrecentare el fiſco real, quiere decir en muchos millones.* Videtur tibi multa ſumma iſta, quæ regem poteſt ditare? Audi Matthæum dicentem, *oblatum eſſe Regi vnum qui debebat decem millia talenta.* O rem mirabilem, vnus poteſt contrahere tantum æs, quantum tota gens Hebræorum trucidata expilata regi poterat afferre, & augere fiſcum, quis eſt iſte vnus? Dicam, inquit Chryſoſtomus, ſacerdos & presbyter, qui cùm non ſolùm peccat ſuis, ſed alienis peccatis, in caput eius recidunt totius regni, totius epiſcopatus peccata, & vnus pro decem millia millium debet ſoluere. *Nihil dico præterea ſi vel vnus tantùm decedat non initiatus. ſi muere ſin ſacramentos. nónne totam ipſius ſubuertit ſalutem? vnius enim animæ perditio tantam habet iacturam, vt nulla ratio poſſit æſtimare. y eſſa es vna ſola que hara el mal de todas? Peccauit populus, peccauit presbyter, aut diaconus, omnium horum crimina redundant in caput eorum, qui hos elegerunt. Itaque ille * grauiores pœnas dedit, non ſolùm quod eſſet ſacerdotis peccatum, ſed quod cum aliorum iactura factum ſit.* Quòd ſi tam exigua, & pertenuis eſt ſpes ſalutis Epiſcoporum multorum, & presbyterorum, qui, vt ait Chryſoſtomus, non poſſunt peccare clam, quantominùs palàm, quid fiet de innumero grege meretricularum, & impudicorum iuuenum, omniũmque eorum, qui non clam ſolùm, & in tenebris, ſed palàm mundo ſua peccata propalant? Certè valde mihi credibile eſt, quod recentior Theologus obſeruauit (vt in ore omnium teſtium probetur hoc verbum) animam ſaluare perinde eſſe mirabile atque titionem iamiam calefactum ex camino eruere, aut tres pueros de Babylonica fornace ſubducere atque rapere; alludit enim ad illud Zachariæ: *Nónne iſte* (Ioſedech) *eſt vt torris erutus de igne? quemadmodum enim ſi quis iamiam comburendum lignum repentè ex igne raptum ſeruaret. Sic hunc ex igne captiuitatis extraxi*; vnde nos concionatores opus Angeli facturos putemus, cùm ex igne vitiorum extrahimus animam vnam: nam & hoc mirabile eſt, & diuina lamentatione dignum. *Væ mihi, quia factus ſum ſicut qui colligit racemos in autumno, non eſt botrus ad comedendum. ay de mi que he venido a ſer como el que rebuſca deſpues de la vindimia queno halla ſino vnos cencerroncillos*, cùm torcularia dæmonis redundant racemis copioſiſſimis.

Vrget Chryſoſtomi ſententia.
a Hom. 3. in

Acta Apoſto cap 1
Eſther.

Ingens debitũ & æs alienũ contrahunt iniqui Eccleſiaſtici.

* Moyſes puta, vel Epiſcopus, &c.

Omnes dãnati in caput Epiſcopi recidunt, illique aſcribuntur.

P. Gaſpar Sanchius in Zachariam.

Difficultas ſaluationis ſolertiores faciat concionatores & miniſtros animarum.

Sed iam agamus ratione, illa maximè, quæ ex verbis Saluatoris ducitur cum commentatio & gloſſemate Pauli. Ait itaque Chriſtus Dominus: *Amen dico vobis, facilius eſt camelũ per foramen acus intrare, quàm diuitem in regnum cælorum*; ſuper quæ verba D. Paulus addit. *Qui volũt diuites fieri, incidunt in tentationẽ, & in tentationem diaboli.* Notandũ non dãnare Paulũ diuites; hi enim pauci ſunt, & fortaſſis de ſaluatione trepidi ſua in pauperes & pia opera melius quàm alij diſtribuunt, ſed 21.

Pauci ſaluari ratione confirmatur.

cupi

Digitized by Google

Non iam diuites damnādi quam qui volunt eſſe diuites.

cupidos damnat, *qui volunt*, eo enim ipſo, quod volunt, incidunt in pericula manifeſta damnationis. Si igitur ferme nullus eſt, qui nolit eſſe diues, ferme nullus erit, qui non incidat in laqueum, & pauci, qui per foramen acus, hoc eſt, anguſtam portam poſſint intrare. Argumentatur ſecundò Chryſoſtomus,

Alia ratio à detractoribus deſumpta.

hoc eſt inter vos manifeſtum omnes detrahere, & de omnibus, (ſatis enim eſt ſi excipiatur Deus, & beati) & hoc publicè, & coram omnibus. Rogo, inquit Chryſoſtomus, hoc quod detrahitis eſt verum, néne? falſum eſt quidquid detractores affirmāt. O grande malum, omnes detrahunt in re graui, & de omnibus falsò, & mendaciter. O quantos deuorant inferni fauces, ſiſte pater, quidquid ore detrahimus, verum eſt. Quid ais? quod omnes publicè de monachis, de monialibus, de noſtris, de prælatis, de principibus, de Pontifice detrahitis, eſt verum? quis ſaluus fiet? *Quis aſcendet in montem Domini? vbi eſt innocens manibus? & mundo corde quis eſt?*

22. Scio iam te clam muſſitare immemorem me eſſe paſſionis Chriſti, & immenſæ dignitatis meritorum, & ſanguinis, quibus ſalutem omnium,

Premitur ratio ex meritis Chriſti ingratis collatis, & qui eius paſſione abutuntur.

quos vult ſaluos fieri, operatus eſt. O frater, imò hæc eſt quæ maiori formidine, & maioris culpæ te reum facit eſſe; quia licèt dux videat magnam militum in exercitu conflari ſeditionem, & contra ipſum tumultuari, non ideo ad

Simile.

ſedandū tumultum iubet omnes iugulari; quomodo enim manebit dux, ſi non manet exercitus: *no fere capitan ſi a todos los amotinados paſo a cuchillo mejor es perdonarlos a todos.*

Diluuium & Chriſti paſſio ſimilia videntur. Confirmatio & expoſitio.

Chriſtus verò non ſic, ait Chryſoſt. vide diluuiū, nónne omnes ibi perierunt? nónne in omnes iratus eſt? ſic in paſſione omnes quidem redemit, verumtamen non omnes ſalui facti ſunt; verū enim eſt omnes menſæ accumbere iuſſiſſe, inde tamen ad tenebras, & inferorum vnum educi iubet. Verum eſt pœnitentiàm adeſſe ſalutis oſtium, ſacramenta fontes eſſe ſaluationis, ſed quanti pereunt, vel quia prauè confitentes, vel peccata reticentes noui ſacrilegij ſe reos faciunt? Verum eſt veniam latroni facinoroſo repentè ibi conceſſiſſe, ſed vide quia eadem pæne hora laqueum ſibi parabat Iudas Apoſtolus. Verum item eſt ſanguinem ibi perfudiſſe ad emundationē omnium delictorum, ſed nónne ibi erat cunctus populus proclamans, *ſanguis eius veniat ſuper nos, & ſuper filios noſtros*,

23. quod ita factum eſt. Verum eſt ſcalam eſſe cæli, & gradus latiſſimos Dei mandata; quis autem eſt, qui rectà per ea tendat, nec deflectat furto, fornicatione, auaritia, cupiditate, ira? Verum denique eſt crucifixi viſcera, amorem, pietatem per eius vulnera patere; obſtruo ego, quinimò aſſero templum eſſe pietatis in quod ſe peccatores recipiunt, ſed quoties quæſo delinquens tardat, & tunc accedit ad Eccleſiam, quando vel fores clauſæ, vel munitæ cuſtodibus ſunt, quanti ad hæc vulnera veniunt ſerò, quando vel ægrotat caput, laborat phreneſi, aut vertigine, & apoplexia quaſi à cuſtodibus comprehenditur. Sat eſt pater, ne diffidant corda, quos enim hæc in deſperationem non adducent?

Verba Dei nō adducunt in deſperationē, ſed in terrorē.

falleris, non enim omnes alloquor, ſed vnum ſceleratiſſimum, & audaciſſimum, qui ſine alba veſte, hoc eſt, ſine bonorum operum honeſtate auſus eſt inter Chriſtianos annumerari. Verùm iam callui mores peccatorum, quidquid miſericordiam reſo-

nat, arrogant ſibi; ſi verò iuſtitiam prædicamus, obſtant dicentes, quorſum iſta ad Dei ſeruos, niſi vt ſuam deſperent ſalutem? Similes ſunt iſti *Simile.* homini improbo, qui propter homicidium, vel aliud crimen, in Eccleſiæ turrim ſe recipit, qui rapit obiter infantulum, ſecúmque ſeruat, ſi cibus ſuggeritur infanti, rapit, & arrogat ſibi, donec ſatietur; ſi verò etiam innocenti denegatur cibus, clamat de feneſtris, ô impietatem ciuium, & iudicum, ecce innocentem perire iubent, vt puniant nocentem, vbi eſt prudentia, vbi ſcientia? ſic ſimiliter cùm nos è ſuggeſtu miſericordiam & pietatē Dei iuſtis extollimus, adeſt peccator, & arrogat ſibi, ita ita ſperare in Deum oportet, magna eius eſt in nos pietas, quis deſperet? comedamus, bibamus, fruamur delitiis; ſin verò iudicia eius exaggeramus, videte (inquit) imprudentiam, & impietatem, iuſtis animabus timorem incutit iudicij, inferni, damnationis, hæc apud perditiſſimos oportebat concionari. O ſceleſtiſſime! ſcio quid debeam concionari, nec ab ſcopo Euangelij aberraui, vnum damnat rea iſte potens omnes ſaluos facere, niſi ſuæ libertati reliquiſſet, in te iacit oculos, minas, iratam vocem damnationiſque ſententiam, *Epilogus.* reliquis iuſtis omnia pacis, nuptialia verba, menſas, monilia, redemptionem, amplexus, vocem laudis, ſilentium, etiamſi delinquant; gratiam, etſi offendant; gloriam, etſi intereant, qua in ſempiternam vitam reſurgant.

VERBVM FILII.
Matth. 22. v. 2.

Simile eſt regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo.

Gaudere & timere iubent iam pridem homini dilectionis Dei argumenta præſtita: naturam humanam ducit, menſas & ſupellectilem ab exordio mundi ad nuptias adornat, vocantur ætates hominum, ſpernunt conuiuium, & debito ſupplicio ingratitudo punitur.

DISCVRSVS CLXXIII.

IAM diu multúmque Deus Pater optimus has filij ſui nuptias moliebatur, 1. ab ipſo natali orbis die naturam humanam ſibi ducendam, ſibique quàm ſimilem aptauerat, immenſámque rerum affluentiam, menſas, ſupellectilem, ornatum ſplendorémque regali connubio dignum præparauerat.

Nuptias cum humana natura à principio meditabatur Deus.

Quorſum enim putas tam pulcer vno Dei verbo à principio conſtitit orbis, niſi vt templum eſſet, & aula regia, in qua celebres iſtæ nuptiæ celebrarentur. *In principio creauit Deus cælum & terram.* Hebraicè, *per principium*, vel *propter principium.* Chriſtus enim ab Iſaia *Cap 4. 5.* *germen* nuncupatur, quia ab æterno de terra naſciturus prædeſtinatus eſt, & propter ipſum orbis conditus, vt apertè D. Irenæus [a] affirmat. *a Lib. 4. cap. 25.* *Dei filius inſeminatus eſt vbique in ſcripturis.*

Nimirum hic totius orbis ortus, hoc pomarium, hæc vinea, non ad finem alium à Deo primario condi plantaríque videtur, quam vt inde hoc germen, hæc arbor, hic fructus, hic racemus Deus homo oriatur. Vnde doctrina illa eximij Theologi Patris nostri Francisci Suarez [a] ortum habet, Deum primaria intentione, & prima voluntate qua voluit ſe creaturis communicare, voluiſſe has nuptias, & Deum ſimul & hominem Chriſtum prædeſtinaſſe, vt eſſet caput & finis omnium diuinorum operum ſub ipſo Deo. Quam etiam doctrinam Rupertus [b] confirmat. *Religiosè*, inquit, *dicendum, reuerentérque eſt audiendum, quia propter hunc hominem gloria & honore coronandum Deus omnia creauit.* Vnde factus eſt orbis à Deo palæſtra, in qua ad Dei Patris gloriam, & ad ſponſæ ſuæ humanæ naturæ laudem & decorem filius Deus homo & contenderet, & vinceret, & triumpharet, vt Clemens Alexandrinus [c] grauiter philoſophatur. *Verbum* (inquit) *caleſte, verus germanúſque decertator, qui in totius mundi theatro coronatur.*

a 3 P. diſp. 5. ſect. 2.

b 13. De Trinit c. 20.

c Ad gentes.

2\. Quo peracto & iam Paradiſo, Angelis & animantibus conditis, nouiſſimè hominis natura inuitatur, *faciamus hominem.* Nam quorſum, ait Chryſoſt. [d] tardiùs crearetur homo qui cæteris dignitate præſtat, niſi vt ante Regem ſatellites, & cæteros omnes, ſic ante principem hominem quem rebus omnibus erat præfecturus, omnem hunc ornatum fabricaret: vnde opportunè ad parabolam iſtam reſpondit etiam Ambroſius [e]. *Conuiuium adornat vt ille euangelicus diues*, Matth. 22. *vtique omnia prius præparat, tauros, & ſagimata occidit, & tunc amicos ad cœnam inuitat: priùs ergo quæ leuiora ſunt parantur, & tunc rogatur honoratior. Vnde & Dominus homini ante animalium cæterorum præparauit epulas, tunc ipſum quaſi amicum ad ſuum vocauit conuiuium, & verè amicum quaſi caritatis diuinæ participem, & hæredem gloriæ.*

d Hom. 8. in Gen. *Primò inuitatus eſt homo ad nuptias.*

e Epiſt. 38. ad Horontianum.

Cunctis igitur præparatis, rebúſque omnibus quaſi olera virentia propoſitis, & mundo vniuerſo veluti regium palatium omni ſupellectili apparatu magnifico priùs à Deo extructo, poſtremò omnium hominem mundi principem & ſponſam Dei naturam humanam in regales ædes opéſque deductam à Deo filio ſuo ducendam, & ſibi in æternum coniungendam creauit. In die autem qua creauit eos, *vocauit nomen eorum Adam*, vnum vtique nomen imponens, & non quidem ſpecioſum, vt ab initio modeſtos ſe Deo exhiberet, ipſo terreni, fragilis lutei, & mortalis nomine commonefacti, *in quo*, vt ait Bernard. [f] *valde ſuā benignitatem commendauit, ſuſcipiendo in ſponſam carnem meam. Quid tantopere declarat eius miſericordiam, quàm quod ipſam ſuſcepit miſeriam?* Hac igitur deſponſatione facta,

f Ser. 1. de Epiphania.

3\. *Miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire.* Prima itaque ætas delitiis diffluentes, à Deóque maximè auerſos tulit homines, *qui verè neglexerunt venire, & abierunt in villam ſuam.* Primus enim, vt notat Hieron. [g] & antaſignanus Cain, terrenam domum habitauit, & hæreditatem in terra ſpémque omnem defixit, indicat hoc verbum illud, *& Cain agricola*: nam, vt notat Procopius [h], non modò officium colendi terram, ſed ſtudiū amorémque ad terrena bona ac mentis ipſius propenſionem, ad abiectum humi pecorinámque vitam ſignificari exiſtimat. Cainus, inquit, terræ filius circa terram volutabatur, ruſticus hoc vnum ſectabatur vt curaret corpus, cuius ſupra quàm dici poteſt ſtudioſus erat, inde factum eſt vt à cæleſtibus bonis quaſi exul, aut quaſi excōmunicatus fuerit, ſicut omnes delitioſi & terrenis addicti. Vnde quaſi cæleſtia neſciens terrenam ciuitatem extruxit, *ædificauit ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine filij ſui Henoch.* Primus, inquit Hieron, [a] Cain fratricida & homicida cruentum mundum germani ſanguine dedicans ædificauit ciuitatem, & vocauit eam ex nomine filij ſui Henoch, quam Dominus non ingreditur, Domini enim ſunt exitus mortis. Addit Philo [b], *Inducitur Cain ciuitatem condere*, & quodammodo creaturas mortales ædificare ad ſubuerſionem rerum diuiniorem apparatum ſortitarum. Nam Enoch filius eius interpretatur *gratia tua.* At impius quiſque opinatur, quod cogitat, & intelligit eſſe intellectus ſui gratiā, quod videt oculorum, quod audit aurium, quod olfacit narium, itidémque cætera officia fert accepta ſuis ſenſibus, ſicut & ſermonem vocis inſtrumentis: Deum autem cauſam eſſe negat, aut contendit, non eſſe primariam.

g Oſeæ 11.

h In Gen. *Prima ætas hominum neglexit venire ad nuptias Dei.*

a In Ionæ 4. *& egreſſus eſt Ionas.*

Primus erat Cain in amore rerum terrenarum. Pſalm 67.

b Lib. de confuſ. linguarum.

Vnde iſti terreni homines Cainum imitati, imò potiùs ſerpentem, cui dictum eſt, *Terram comedes, ſuper pectus tuum gradieris*, cœno libidinis ſe aſpergunt, & ad cæleſtia cæci tardique fiunt. 4.

Oſtenditur, ait Ambroſ. [c] *quòd terrena malitia ſit, quæ in terram recurruntur.* & quænam iſta malitia eſt, niſi voluptas libidinoſa per pectus ventrémque diaboli ſignificata; repit enim humi libido, & omnium eſt vitiorum imputiſſima, lutum eſt, ſterquilinium, cloaca, vt bene Hieronymus [d], & Chryſoſt. [e] ſic effatur. *Præſentibus affixus, non futurorum, vnquam poteſt arcanorum bonorum admittere deſiderium, tanquam lippitudine quadam corporeis oculis impoſita, ſic præſentium concupiſcentia, rationem obtenebrante, nihilque permittente congruum videre.* Vnde cùm Cain ait, *Omnis qui inuenerit me, occidet me.* ne putes iram Dei timuiſſe, nec mortem animæ reueritum fuiſſe, nec admiſſum doluiſſe ſcelus, ſolam corporis mortem terrenus & libidinoſus homo dolet & timet. Vnde Bernard. [f] *Graue ſcilicet damnum, grandis iactura, ſi permanet corpus, quandoquidem anima pergit: ſed occidendum ſeſe cauſabatur infelix tanquam pro magno beneficio habiturus ſi prohiberetur occidi, quod & factum eſt.* Hinc etiam ſæuitia comes fit libidinis, & amorem vitæ timorémque mortis crudelitas comitatur, vt grauiter Athanaſius adnotauit [g]. *Nolens homo concupiſcentias relinquere, timet rurſus, eaſdem cupiens, vt voti compos fieret, cædes exercere, & iura violare didicit.* Et opportunè hæc ad Cainum, cuius filij rapinis ac cædibus omnia infeſtarunt. Nunc penitus teneo verbum Euangelij, quòd omnes qui cœnam neglexerunt, & eos qui ſeruos occiderunt, *homicidas* vocat; vnde Domine homicidæ, quia cœnam negligunt, & te venire aſpernantur? Sed ſæuitia & ſanguinolentia ſimul cum voluptate orta eſt. Vnde quærens Anaſtaſius Synaita vbínam plantatus ſit Paradiſus voluptatis, in Hebræo deſignatur *Eden*, quod interpretantur, *ſanguinolenta delitia*, aut *inflammatio carbonum*; ſunt enim delitiæ ſanguinolentæ. Et inde fit vt ſanguis ſanguinem tangat, & innumeræ cædes animarum ex corporis delitiis ortum habeant.

c Lib. de fuga ſæculi cap. 7.

d Ad Euſtochiū, *reclinat fuerit* (*vbi* pe quæ poſt votū virginitatis deliquit) *hominem ſubiiſſe coniugium, quem in profundum inferni cadere.*

e Hom. 19. ad Pop. Antioch

f Serm in Euangel. *Ecce nos reliquimus omnia.*

g Lib. 3. cōtra gentes.

Quare homicida vocātur qui cænā Regis aſpernati ſunt.

Vnde

Impudicitiã iracundi ſũt & impudentiſſimi.

a Moral. 9. c. 19.

Iſai. 9.

Vnde delicata vita carnis mors eſt animæ, funus vini, ſepulcrum animæ; quare Gregorius [a] explicans illa verba Iſai. *Veſtimentum mixtũ ſanguine erit in combuſtionem*, ait, *Sanguine veſtimentum miſcere, eſt deſiderijs carnalibus corpus inquinare.* Quàm cõiuncta ſit libido iracundiæ, egregiè & eloquenter obſeruat Philo. *Super pectus tuum gradieris, dictum fuit ſerpenti, circa has enim partes ſtabulatur affectus; quando autem his voluptatibus cares, circa pectus vbi ſedes iræ eſt reſidet, amatores enim voluptatũ ſi his deſtituantur iraſcũtur & exacerbantur.* Genus itaque hominum quod tulit prima illa ætas ſub anteſignano omnis ſceleris Caino multa malitia cordis cogitatione intenta fuit ad malum omni tempore, factum eſt prauum, corruptum, diſtortum, omnis boni expers, & officina malorum omniũ. Vnde libido cum impudentia regnarunt, factique ſunt illi gigantes omnium mortalium peſſimi, & ſcelerum immanitate potiùs quàm corporum mole grandes; quare impudenter conuiuium Dei contẽpſerunt. *Nihil enim* (ait Chryſoſtomus [b]) *ita facit impudentem vt mala conſcientia; quare meretrices ſunt impudẽtes, quare virgines verecundæ? nónne illa ex peccato? nónne iſta ex modeſtia? nihil enim tam impudentem facit ac peccatum.* Et addit [c]: *Magnum ſupplicium peccare, etiamſi non puniamur. Deinde peccatum menti offundit tenebras, rationem perturbat.* & Auguſt. [d] Hinc fit vt cæleſtia deſerant, & regale conuiuium aſpernentur, & captiui fiant terreni affectus, &, vt ait Chryſologus [e], *bonum ac pium Patrem deſerentes ad mundi longinqua tendimus, & deſperationis autori diabolo tradimur, qui nos mittit ad illecebroſas conualles, ad paſcendos porcos, eos videlicet qui proni ſemper in terram viuunt ventri, & æſtus carnis in volutabro luti temperant, in cœno premunt, refrigerant in gurgite vitiorum.* Facit hoc (inquit) inſatiata crudelitas, quæ contenta non eſt homines criminoſos fieri, niſi eos vitiorum duces criminum faciat, & magiſtros: ſicut vidimus in Cain, & in eis, *qui in villam ſuam abierunt.*

b Hom. 29. ad populum Antioch.

c Hom. 6. ad populum Antioch.

d In Pſ. 18.

e Ser. 2.

5.

Mirũ eſt negotiatores ſæculi ſalutis negotia tractare.

Luc. 3.

Alius verò ad negotiationẽ ſuam. Secunda ætas iam auaritiæ ſiti laborat, & litibus ac bellis agitata cæleſtia cõtemnit, ita vt mirum ſit aliquem ex his negotiatoribus & filiis huius ſæculi ad cæleſtia aſpirare, & amorem terrenorum deponere; quare vt rem mirabilem & voce Ioannis dignam referunt Euangeliſtæ, *veniſſe etiam publicanos ad Ioannem, quibus dixit, nihil amplius quam quod conſtitutum eſt vobis facite.* Vnde ait Beda: Quantam Baptiſtæ ſermo virtutẽ habuerit hinc probatur. Cùm & publicanos & milites ad conſilium ſalutis ſuæ coegerit inquirendum, *planè hæc duo genera hominum ab ſtudio rerum cæleſtium valde ſolent abhorrere.* Nam, vt ait Philo [f], auaritia legum contemptrix eſt, tam ſcilicet humanæ, quàm diuinæ, vt nihil omnino vereretur, præter aurum & pecuniam, quam in hoc ſenſu puto appellatam à Nazianzeno [g] *tyrannũ occultum*, & Chryſoſtom. [h] *Nemo qui huiuſmodi eſt amicum nouit: quid amicum dicimus? ne ipſum quidem ſcit Deum*, & Epiphan. [i] auaritiam vocauit huius ſæculi Deum, vnde quaſi rem mirabilem in hac ætate refert Chryſoſtomus verba Iacob [k]. *Si dederit mihi Dominus panem ad veſcendum, &c. erit mihi Dominus in Deum, futuram prauidens abundantiam* (ait Chryſoſtomus) *ſuam declarabat gratitudinem*, quod

f Lib. de vita contemplati.

g Orat. 24.

h Hom. 17. in epiſt. ad Timoth. cap. 6.

i Hære. 66.

k Hom. 53. in Gen. 28. 2.

non vulgare argumentum ſanctitatis erat, ſolent enim diuitiæ & rerum temporalium abundantia obliuionem & contemptum Dei inducere, quod oſtendit Rupert. [a] in Eſau qui quadragenarius duxit vxores duas, *quæ ambæ offenderant animum Iſaac & Rebeccæ*, alienigenas autem duxit propter auaras concupiſcentias ſuas. In hac porrò ætate bella & lites orbẽ genúſque hominum commouerunt, vnde enim ortum habent prælia niſi ex concupiſcentiis veſtris, ait Iacobus. Nam conuiuium cæleſte deſpicientes *porcis ſimiles ſunt*, ait Clemens Alexand. [b] *bellaque pro terrenis exercent*, & excitant, terræ quam concupierant viui, miſerè traduntur mortui, nihil habituri de cæleſtibus qui pro terrenis totis viribus decertarunt. Hoc ipſum prædicat Chryſologus [c]. *Sicut enim de veſtimento tinea, rubigo de metallo, de neceſſitate fures naſcuntur: ita de diuitijs auaritia, cupiditas de quæſtu, de habendo habẽdi ardor acquiritur. O mundi bona, quin imò mala, quibus homines inhiantes Deum nihil habent.* Cæterùm non ſolùm contemptus Dei, & diuinarum rerum, ſed ſæuitia oritur, & crudelitas: ſicut patet in illo diuite qui vlceribus pleno Lazaro nec micas concedebat, cùm tamen ab eo miſericordiam & largitionem imploraret, tot oris, quod vlcera patentia habebat, vt ait Chryſologus. Vnde vbi nos habemus, *Diuites eguerunt*, Hieronymus [d] legit, *leones eguerunt*, vnde & Iob diuites auaros prædonibus comparat crudeliſſimis, vim fecerunt, deprædantes pupillos & vulgus, pauperem ſpoliauerunt, id eſt, non parcunt infantibus, ſed in mancipia capiũt, Septuaginta, *rapuerunt ab vbere pupillam*, Vatabl. *acceperunt in pignus, quod eſt ſuper pauperem*, id eſt, veſtem, aut ſtragulum: quod immanem crudelitatem deſignat. Nam, vt ait Chryſoſt. [e] *auaritia parentes negat, germanos diuidit, ſeparat ſocios, amicitiam ſoluit, excludit affectum*, & [f] auaritiam velut matrem Berecynthiam, quæ centũ dicitur complexa nepotes, deſcribit. Nónne diuitiarũ gratia rapimur? inimicitias ſubimus, contentiones teximus, ad mortuos vſque impias quidam extendere manus ad parentes, ad fratres, tolle pecuniarum ſtudiũ, & omnia mala ſublata ſunt, conquieuit bellum, ceſſauit pugna, hæreſes, inimicitiæ, quemadmodum furẽtes venti miſcent maria, vel arena ipſo à fundo excitata; ita cupidi omnia penitus miſcent, neminem qui huiuſmodi eſt, amicum nouit: quid amicum, ne ipſum quidem ſcit Deũ. Porrò Rupertus [g] ætatem iſtam auaram tenebris Ægyptiacis offuſam depingit. *Quid tenebroſius oculo nequam*, cùm intuetur aliquam rem proximi, vt rapiat eam, non agnoſcit proximum, eo tantùm intentus vt furetur, quia concupiuit quæ illius ſunt, & quo faciliùs ſuam crudelitatem exerceat, nulli omnino parcens in tenebris dicitur ambulare, & obturatos oculos habere, velut cupidum Balaam, & ſicut Ægyptij, *cùm tribus diebus nemo vidit fratrem ſuum.* Vnde ait Chryſologus [h], Mammona, id eſt, pecunia imperat gentibus, iubet regnis, bella mãdat, comparat bellatores, ſanguinem vendit, agit mortes, prodit patrias, vrbes deſtruit, ſubdit populos, arces vrget, vexat ciues, foro præſidet, ius delet, fas nefáſque confundit, & ad mortem vſque tendendo fidem tentat, violat veritatem, famam carpit, honeſtatem diſſipat, ſoluit affectus, innocentiam tollit, pie-

a Lib. 7. in Gen. c. 32.

Gen. 35.

Vnde prælia niſi ex amore pecuniæ.

b Oratione ad gentes.

Contemptum Dei ingenerãt diuitiæ.

c Serm. 7.

Luc. 16.

Sæuitia ex diuitijs.

Pſalm. 33.

d Ad Euſtochiũ epiſt. 22.

e Serm. 162 & hom. ad 63. & hom. 17.

f Hom. 17. in epiſt. Pauli Coloſſ. 3.

6.

Diuitiæ inimicitias alũt & fouent.

Simile.

g Lib. 2. in Exod. c. 39.

Pecunia mala.

h Serm. 156.

tatem ſepelit, neceſſitudinem ſcindit, amicitiam ſubruit; & quid plura? Hoc eſt mammona dominus iniquitatis, qui iniquè humanis & corporibus dominatur & mentibus: atque ita ætas iſta terga Deo vertit, & inuitata noluit venire.

7. *Reliqui verò tenuerunt ſeruos eius, & contumelijs affectos occiderunt.* Iam tertia ætas impudentior Iudæos gentem perfidam, ambitioſam tulit, qui Prophetas & Dominum Prophetarum occiderunt, quam Iudaicam ſtultitiam, videlicet poſt tot annorum ſpatio expectatum Meſſiam ipſum reſpuiſſe, & ad nuptias toties inuitatos venire noluiſſe, adumbratam & præuiſam fuiſſe à Dauide, ait Sophronios [a], cùm poſt longam ſitim aquæ ciſternæ, Dauid aquam profudit. *Noluit allatam aquam bibere, verùm libauit eam Domino; at cur noluit? qui prophetia lumine illuſtratus fore prauidebat, vt Iudæi aqua illi videntis, omniaque viuificantis ſecundum carnem è Bethleem oritura, & e laeu virgineo naſcitura, & in lucem proditura*, hoc eſt, *Chriſto fidem denegaturi eſſent; vt vates ergo ſanctiſſimus Iudæorum in Chriſtum perfidiam facto adumbrat.* Monſtrũ quidem in hac gente apparuit, ingratitudo nempe, cùm his nuptiis & Verbi incarnationi plus omnibus gratiores eſſe deberent. Vnde ponderat Philo [b] Liam ceſſaſſe à partu poſtquam genuit Iudam, qui confeſſionem, ſiue gratiarum actionem ſignificat, quaſi nihil melius poſſit habere rationalis anima, quam Dei confeſſionem, & gratiarum actionem, vnde Iudas velut forma & principium hominis fidelis extitit, à quo Iudæorum gens nomenclaturam ſibi deriuauit, qui tunc temporis populus electus erat, & inter alias gentes fidelis, quorum proprium munus videtur eſſe Dei confeſſio, & gratiarum actio. Vide ergo ingratitudinem, ille populus cuius proprium erat diuinas laudes & gratias referre, ingratitudinis nota inuritur, & non ſolùm ſeruos, hoc eſt, Prophetas nuntios tanti beneficij occiderunt, ſed ipſum Dei filium. Sed ne tantum beneficium ſine gratiarũ actione maneret, duo egit Pater. Primum quod notauit Ambroſius [c], nempe eam animam ſibi vnire Chriſtum, quæ gratias Deo Patri poſſit referre pro incarnationis beneficio, videbatur enim præſtantiſſimum beneficium exigere maximam gratitudinem. Et hoc ab inſtanti ſuæ conceptionis beata Chriſti anima præſtitit, quod poſtea iugiter in cælis cæteri exhibent beati, vt refert Ioan. Apoc. 19. *Poſt hæc audiui quaſi vocem tubarum multarum in cælo dicentium, Alleluia, laus, & gloria & virtus Deo noſtro.* Secundum, ne putaret Iudaicus populus Deum illo maximè indigere, aut ſine debita gloria & laude nuptias manſiſſe, miſſo exercitu, perdidiſque homicidis illis, & ciuitate eorum ſuccenſa Gentilem populum vndique ad nuptias inuitari; & quaſi cogi iubet.

3. Reg. 23. 15.
a Archiepiſc. orat. 1. in Chriſti Natiuit. & Ambroſ. Apolog. Dauid cap. 17.
Ingratitudo damnatur.
Gen. 23. 25.
b Lib. de charitate.
Nihil melius gratitudine & gratiarum actione.
Summa Iudæorum ingratitudo.
c Lib de incarnatione cap. 7.

8. *Tunc ait ſeruis ſuis: Nuptiæ quidẽ paratæ ſunt, ſed qui inuitati erant, non fuerunt digni; ite ergo ad exitus viarum, & quoſcumque inueneritis, vocate ad nuptias.* En iam quarta ætas ad nuptias trahitur, vt poſt ſupplicia Iudæorum & gentium cautior ſit, & diuina myſteria, ad quæ iam tractanda, & fruenda vocata eſt, ſumma cum religione tractet. Cæterùm quia beneficia maiora exactiorem rationem reddendam indicant, & quia peccata fidelium grauiora ſunt poſt illuminationem, & Chriſti cognitionem, ad terrendam Eccleſiam vnus inter omnes proponitur puniendus, & in tenebras exteriores eijciendus, atque damnandus. *Intrauit autem Rex, & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali, & ait illi; Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem. At ille obmutuit.* Non eſt cur dubitemus fidelem peccatorem adumbrari in hoc damnato, ſiquidem intrauerat iam ad nuptias, & vidit diſcumbentes Rex, verumtamen vnus tantùm damnandus fingitur, hic enim ſat eſt ad terrendos omnes mortales, & ad erudiẽdos non iuſtos ſolùm, ſed peccatores: nam, vt ait Sapiens, *peſtilente flagellato, ſtultus ſapientior erit*; ſemper enim putauit Deus ſatis eſſe ad terrorem vnum proponere damnatum, nec fruſtra dixit, *Memores eſtote vxoris Loth*; quaſi diceret, quid opus eſt ſupplicia multiplicare, cùm ſtatua ſalis duret adhuc ad eruditionem; *vt quid enim* (ait Auguſt. [a]) *in ſtatuam ſalis verſa eſt, ſi non homines condiat vt ſapiant: ergo exemplum illius malũ, tibi ſit bonum, ſi caueris: ibi remanſit, vbi reſpexit ipſa in loco menſura, & tranſeuntes alios conditura.*

Quarta ætas vocatur ad nuptias vt Gentilis populus eruditus ſupplicio Iudæorum cautior ſit.
Grauiori ſupplicio dignus eſt Chriſtianus.
Prou. 19. 25
Exemplum vxoris Loth.
Luc. 17.
a In Pſalm 83 & Pſ. 69

Maximè autem decet Chriſtianos ſumma religio & reuerentia, nam ſicut ætas iſta Iudaicæ ſucceſſit, ſicut prædictum fuerat Gen. 9. *Dilatet Dominus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem*, & cùm Deus verè habitet in tabernaculis noſtris, & ſacroſanctum Euchariſtiæ myſterium inter nos piè ac ritè celebremus, immane erit crimen veſtibus ſordidis & pannoſis intrare. Vnde pannoſo illi & ſordido dicitur, *Quomodo huc intraſti?* vides vt etiam intrare non liceat domum regiam in ſordido habitu: quid ſi aſſideret, ſi iam accumberet menſæ, ſi manum dapibus admoueret? ſi comederet inter aulicos elegantiſſimè ornatos, cum rege ipſo? Vides quantum admittit piaculum qui feſto die intrat in templum Chriſti Domini præſentia, quam auguſtiſſimum non pietatis ergò, ſed libidinis, quo videatur & videat, quo ante oculos Dei & impellatur & impellat pariter ad turpitudinem? contra hoc crudele ſimul & effœminatum hominum genus, ait Auguſt. *Nullum* (inquiunt iſti) *pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra. Quomodo ergo parceret Chriſto, ſi eum inueniſſet in terra; quod quidem non ſolita ſia prata irritandis libidinibus ſuis, ſed frequentiſſimas Eccleſias elegit regnantis in cælo?* Vides impudentiores iſtos quam illi cæci Gentiles, qui ſe ad peragranda prata inuitabant; quòd ſi pratis aſſueti ſic in ſanguinem Chriſti efferati ſunt, quid non patraſſent ſcelerum, ſi Chriſtum, vt olim in terris verſabatur, ſtatu, formaque viſibili reperiſſent, qui præſentiam ipſius ſub velamine ſacramenti & iam regnantis in cælo tam temere, tam impiè offendere non verentur. 9.

Sacra Euchariſtia myſteria non ſanctè tractari ſcelus eſt non ferendum.
A ſimili.
Sacrilegi & impudentes qui in templo peccant.

Quid autẽ dicemus ſi ſordidus iſte erat iam vnus ex diſcumbentibus, & ſacrilego ore & corde impœnitẽte innocentiſſimum ac puriſſimum Chriſti Domini corpus in ſacramento Euchariſtiæ attingere auſus eſſet? Certe per hoc ſacrilegium ſubitò ſolet dæmon hominem ſibi iam addictũ liberè ſecutéque poſſidere, vt de Iuda ſcribit Damaſc. [b] *Poſtquam Iudas Euchariſtiam ſuſcepit, diabolus in eum impetum fecit, non quòd dominicum corpus contemneret, ſed vt in Iuda impudentiam inſiliret. Ex quo illud intelligimus, diabolum in eos præſertim impetum facere, qui ſancta myſteria indignè percipiunt.* 10.

Sacrilego ore diuinas epulas attingere Iuda peccatum eſt.
b Paralip. lib. 1.

Vnde

Infanda omnia continet ſacril. gil'hoſ.
a Lib. de lapſis.

Vnde in hoc peccato omnia tam gentium, quam Iudæorum infanda crimina clauduntur. Quare Cyprianus [a] ait, *Contra eos qui dominicum corpus inuadunt vis infertur corpori Domini, & plus modò manibus atque ore delinquunt, quàm cùm Dominum negauerunt.* Loquitur ſanctus Doctor de his qui timore perculſi Chriſto renunciauerant, deinde frigidè reſipiſcentes, & malè pœnitentes, confeſtim, vt antea, ad ſacroſanctam Euchariſtiam aut conficiendam, aut ſumendam accedebant, quod etiam ad malè confeſſos & in pœnitentes accommodari poteſt, & verè conuenit illis illud Pauli, *Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes.* Quæ verba interpretatur D. Clem. [b] *Crucifigunt Dominum iterum cùm interimunt, derident diuina, eludunt ſancta, inſultant ſpiritui, ſanguinem ſanctum veluti communem contemnunt, peccant in mittentem, in paſſum, & in ſanctificantem.* Vnde Iudaico ſceleri comparatur hoc ſacrilegium, quia *non diiudicat corpus Domini*, qui indignè communicat, hoc, vt ait Theodoretus, ſignificat, quòd quemadmodum tradidit ipſum Iudas, ipſi autem inſultarunt, & eum probris & conuitiis affecerunt, Iudæi ita eum ignominia & dedecore afficiunt. Qui ſanctiſſimum eius corpus immundis manibus accipiunt, in pollutum & inceſtum os immittunt. Panis enim iſte viuorum eſt, non mortuorum, vnde cùm arbor vitæ vmbra fuerit eius, notauit argutè Auguſtinus, emiſiſſe Deum hominem e Paradiſo, *Alienandus enim vtique à vita fuerat iam moriturus, no coma manjar de vida quien pienſa morir con culpa otra vez.* Etenim poterat quis obiicere, licèt comedant iſti de ligno vitæ, quid meæ poterit obſiſtere voluntati? an non de illo comedentes poteris tua virtute perimere? poterit planè: ſed noluit, vt in Paradiſo morerentur, locus eſt vitæ, non mortis, abeant procul, & ſoter pecudes, quibus ſimiles ſe fecerunt, pariter moriantur, ad eum ſanè modum, quo D. Ioannes refert Iudam proditorem poſt buccellam introiſſe in eum ſatanam, *Cùm ergo accepiſſet ille buccellam, exiuit continuo.* Vbi peringenioſè Origenes. *Exiit*, inquit, *non ſolùm recedendo de domo, in qua tenebatur, ſed omninò egreſſus eſt à Ieſu.* Sed peropportunè ad ea quæ dicebamus, putandum eſt poſt panem ingreſſo ſatana in Iudam nequaquam oportuiſſe vt in loco vitæ, & coram pane illo, & Chriſto arbore vitæ ſimul eſſe fineretur. Sed ſicut Adam ex mente Auguſtini abalienatus fuit à Paradiſo, eo quòd in eo erat vmbra huius myſterij, & ſacramentum viſibile inuiſibilis ſapientiæ tanquam excommunicatus. Sicut etiam in Paradiſo Eccleſiæ ſolent à ſacramentis altaris viſibilibus homines diſciplina eccleſiaſtica remoueri; ita Iudas tanquam excommunicatus foras pulſus eſt. Et quidem rectè, *mittitur in tenebras exteriores*; nam, vt Procopius [c], *Non oportet eum qui peccati labe inquinatus eſt, vitæ ligno paſci, etenim inde fieret vt cibus ille vitæ deſpectui haberetur.* Hæc viſa eſt opportuna parabolæ accommodatio, licèt multa circa quamlibet ætatem dicenda ſupererant. Modò reliquas huius diuini ſponſi nuptias non ſine timore penſemus.

* * *

Hebr. 6.

b Lib. 6. c. 15. *Impœnitentes qui ad ſacras epulas accedunt occidere Chriſtum dicuntur.*

1. Cor. 11.

II.

Abſtineat ab Euchariſtia qui ad peccatum rediturũ putat.

Ioan. 13.

An Iudas communicauerit in cœna Chriſti corpus.

c In Gen. 3.

VERBVM SPIRITVS ſancti. Apoc. 19. v. 7.

Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei; quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit ſe.

Sub ſpecie parabolæ quantis debeat excellere dotibus Chriſti ſponſa, quantis item diſcrepet à fatua & imprudenti detegit.

DISCVRSVS CLXXIV.

Res diuinæ tam ſunt occultæ, tàmque ſubtiles, vt nos humi ſtrati ſuſpicere, nedum aſſequi & intelligere valeamus, niſi alterna ope res vna diuina alteram explicet, & vna alteri adiumento ſit. Petam exemplum ex cap. 22. Prouerbiorum, vbi Sapiens de diuina Scriptura agens ait: *Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter in cogitationibus & ſcientia, vt poſſis reſpondere ex his illis, qui miſerunt te.* Quid enim eſt *tripliciter*, niſi ſacram Scripturam perſimilem ſuo authori Deo euaſiſſe, qui & trinus eſt, & infinitus? ſic verba ſunt Dei Patris in Teſtamento veteri; filij in Teſtamento nouo; Spiritus ſancti in canonicis epiſtolis, & Apocalypſi; cùm autem infinitatem quandam habeat, habet etiam difficultatem, nam quod immenſum, & infinitum eſt, quomodo poterit à finito intellectu contineri & capi, niſi id quod infinitum eſt, in ſeipſum plicetur & replicetur, mille enim vlnæ aureæ telæ qua ratione in theca claudi poſſunt, niſi ſemel & iterum complicentur. Sic diuina ſenſa, & conceptus ea de cauſa nobis occulta videntur, quia vt mens eos capere poſſet, ſapientia complicauit, vt ſanctorum Patrum expoſitiones ſenſus nobis diuinos explicent. Id ſignificat *tripliciter*, niſi mauis cũ Hieronymo [a] *multipliciter*, pro *tripliciter* legere. Verùm ecce nouæ oboriuntur difficultates. Prima, quare dixit ſacram nobis Scripturam alto conſilio & cogitatione dediſſe, vt ex illa poſſimus reſpondere eis qui miſerunt nos? nónne commodiùs diceret vt reſpondeatis his, ad quos mittimus vos? auditores enim ſunt qui rogant magiſtrum, & his opus eſt aliquando noſtræ doctrinæ rationem reddere. Secunda, quare Orig. [b] hæc referens verba corpori Chriſti comparat ſacram Scripturam, in qua ſicut in Chriſto diuinitas latet, & ex eo multis, qui illum receperunt, ſalus; multis, qui non ſicut Deum adorauerunt, damnatio ſubſecuta eſt? Tertia, quare etiam D. Greg. Nazianz. [c] compoſitam aſſerit Scripturam corpore & anima, quid ſi adderet anima rationali conſtare, nam ſicut anima rationalis tota in toto corpore, tota pariter in pede, & in manu eſt; ſic Dei ſpiritus per totum corpus ſacræ Scripturæ effuſus eſt, & totus in qualibet parte ſedem fixiſſe videtur. Quarta, quotſum Græcus alter Greg. Niſſenus [d] claris, & pellucidis vitris, aut rebus ſpeciem referentibus comparat,

I.

Tripliciter ſcripta fuiſſe verba Dei in ſacris libris quid ſignificet.

Tripliciter pro captu humani intellectus partita eſt ſacra Scriptura. Simile.

a In Prou.

Dubitationes. Prima quare data Scriptura vt reſpondeamus.

Secunda quare ſacra Scriptura corpori Chriſti comparat.

b 1. In Leui. & 4. lib. periarch. vel de principiis.

Tertia quare Scriptura dicitur corpore & anima conſtare.

c Ad Nemeſium.

Quarta quare vitro comparatur.

d Orat. 1. *Faciamus hominem.*

parat, cùm potiùs obſcuritatem præferat conſpicienti & legenti? Quinta denique, quare tertius

2\. *Quinta quare ſpeculo comparatur.*

a Prolog. 1. Moral.

Digreſſio ſit vt reſpondeamus quæſtionibus propoſitis.

& Magnus Greg.[a] ſpeculo comparat illam? *Quia oculis quaſi quoddam ſpeculum opponitur, vt interna noſtra facies videatur in ipſa: ibi fœda, ibi pulcra noſtra cognoſcimus, ibi ſentimus quantum proficimus, & quantum à perfectione diſtamus.* Fateor me arduis difficultatibus implicatū; viat tamen induſtria artificum, qui adamantē adamante poliunt, & laborant. Sic ego difficilem locum alio difficiliure dilucidato caponam.

Apoc. 9. 17.

Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit ſe, & dixit mihi: Scribe. Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt. Nouarum nuptiarum Chriſti cum Eccleſia vox eſt, & cæleſtis concentus; ſicut enim in libro Eſther illa vox lætiſſima audita eſt: *Pro coniunctione & nuptiis Eſther*; ſic Paulus voce grandi & alacri nuntiat cauſam tantæ alacritatis & ſolemnitatis: *Ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.*

Ephes. 5. 32.

Cur in omnibus nuptiis ſacra Scriptura aliquid infauſtum enonare deſcribatur.

Notandum tamen eſt vt intraret Eccleſia, & vxoris nomen ſortiretur, priùs cecidiſſe Romā prophanam, infidelem, & ſuperbam. Idem contigiſſe refert ſacer textus in libro Eſther: nam priùs Vaſthi regno & corona ſpoliatur. *Nequaquam vltrà Vaſthi ingrediatur ad regem, ſed regnum illius altera, quæ melior eſt illa, accipiat.*

Eſther 1. 19.

Et ſtatim iuſſit rex conuiuium præparari permagnificum cunctis principibus & ſeruis ſuis pro coniunctione & nuptiis Eſther. Similiter etiam *Matth.* 22. myſticæ nuptiæ Eccleſiæ cū Chriſto celebrantur, vbi vnus, qui non habebat veſtem nuptialem, pellitur foras, & tenebris exterioribus amandatur. Eadem ratione hic *Matth.* 25. vbi decem virgines cū accenſis lampadibus operiuntur ſponſum ad nuptias venientem; ea eis autem quinque ſolùm prudentes, quinque fatuæ nuncupantur, quid hoc? tam celebres nuptiæ & plenæ dignitatis infauſto ſemper euentu miſcentur, videlicet Romæ, Vaſthi, imprudentiam virginum, & alterius, qui acceſſit ſine nuptiali veſte, & à menſa in tenebras exturbatus eſt? D. Hieronymus, & alij non dubitant his locis ſermonem inſtitui de myſticis Eccleſiæ cum Chriſto nuptiis in hac vita celebratis, cunctaque quæ ibi fiunt, ſecundùm præſentem (vt aiunt) iuſtitiam penſanda.

Ianſen. & Salmeron tom. 7. tract. 37. §. 1. in Para. Mat. 22.

Difficultas prædicandi verba Dei.

Itaque iubemur prædicare Romam inclytam, & florentem, ab idolorum cultu exturbandam, & illius loco Eccleſiam Romanā in ſponſam, in vxorem, in reginam Eccleſiarum eſſe ſubſtituendam. Quis hæc audeat prædicare coram Nerone? iubemur nuntiare Vaſthi, hoc eſt, Synagogæ, ſe repellendam ac repudiandam, & inter pulcerrimas puellas Eſther, hoc eſt, Eccleſiā eligendam, & in ſponſæ nomen exaltandam: Quis Ieroſolymis hæc denuntiet? præcipimur item dicere ad populum nunc ſecundùm præſentem iuſtitiam inter nos in Eccleſiæ menſa accumbere virum aliquem, vel infelicem fœminam, quæ extra nuptias ligatis manibus, & pedibus in inferni pœnas mittetur. Quis triſte nuntium alicui, dum viuit, afferre audeat? Iubemur denique Ec-

3\. cleſiam, quæ nunc eſt, ex virginibus, hoc eſt, ex Chriſtianis conflatam dicere tot habere fatuas, & imprudentes animas, quot prudentes, & prouidas. Abſit, quis audeat dicere fratri ſuo Racha? *quien ſe atreuera a decir vez, y vez, y vez ſois unos necios?* nemo vtique mentis compos; qua igitur ratione hos erudire poterimus, & de ſua imprudentia impunè commonere? Rectè interrogaſti,

Omnes difficultates ſuperantur & reſpondetur ad quæſtiones.

redi eò vnde proceſſit oratio. Quorſum putas dixit Sapiens verba Dei tibi tripliciter data? vt cùm à tota Trinitate manaſſe credas, ſumas ſpiritus, & audenter lætiora, & triſtiora denunties: quorſum putas dictum eſſe, *vt reſpondeas his, qui miſerunt te?* myſterio non vacat, ſed docet verbi Dei præconem, non quæ placent audientibus, nuntiatntū, nec reſponſurum guſtui auditorum, ſed diuinæ ſe potiùs voluntati accommodandum; reſpondere autem dicitur Deo, ſicut cùm diſcipulus dicitur reſpondere magiſtro, & filius reſpondere parenti, cuius virtutem, & mores imitatur.

Ad primum reſpondetur, & ad reliquum.

Dice que al predicador le dan la doctrina para reſponder a los que lo embian porque la eſcritura ſagrada a de amoldar al miniſtro que la lleua à la condicion y voluntad de Dios que ſe la da como decimos que el buen diſcipulo reſponde a ſu maeſtro y el buen hijo a ſu padre quando imita ſu virtud no ſe la dan para reſponder al guſto del auditorio. Quia verò non omnibus eadem ſors futura eſt, ideo ſenſus & anima ſacræ Scripturæ animæ rationali comparatur, quæ res diuidit, & diſcernit bonum à malo, & in manu eſt, vt teneat & amplexetur, & in pede ſimiliter, vt pedibus proterat, & in infernum proiiciat; quia verò durum erat & arduum fatuos redarguere, & puros animos in præſenti vita laudare, hanc parabolam, & reliquam Scripturam Spiritus ſanctus, quaſi ſpeculum, proponit, vt ſicut fœmina, quæ ſibi placet, vultum conſiderans in ſpeculo, quædam, quæ pulcra ſunt, cum gaudio; quædam, quæ fœda, cum dolore intuetur. Eadem ratione hac propoſita parabola, quaſi in ſpeculo, fatui ſuam fatuitatem perſpicere & corrigere poſſint; virgines verò, hoc eſt, iuſti tacitam ſuæ virtutis laudem accipiant, ac denique tota Eccleſia præparet ſe ad ſummi regis nuptias, & byſſino ſplendenti, & candido, hoc eſt, iuſtificationibus & ſanctitate exornetur. Ecce igitur parabola, ſicut anima in corpore diſcernet bonum à malo, & ſicut ſpeculum ſua cuique vitia monſtrabit.

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Inter corpora nulla differentia maior, imò propriiſſima eſt caſti & turpis, ecce parabola loquitur: *Simile eſt regnum cælorum decem virginibus.* Inter animas nulla maior diuerſitas eſt, quàm ſapientis & fatui. Loquatur ſpeculum: *Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes.* Inter Chriſtianos illa propriiſſima eſt differentia bene operantis, & non operantis, in ſpeculo licet videre: *fatuæ autē non ſumpſerunt oleum ſecum.* Denique inter creaturas nulla ſtatus differentia maior, quàm amoris Dei, & odij Dei, diligi, amplecti, aut reiici, & damnari, quod liquidò ea parabola conſtat: *& quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias*; aliis verò dictum eſt, *neſcio vos.* Hæc omnia cogitauit iam pridem D. Auguſtinus[a], qui has omnes differentias enumerans, ait: *In extremo Dei iudicio erit diremptio, & non qualis modò eſt, nam & modò ſeparamur, non locis, ſed moribus, & affectibus, deſideriis, fide, ſpe, & charitate. Simul cum iniquis viuimus, ſed non vna eſt vita omnium: in occulto dirimimur, in occulto ſeparamur; tunc aperta erit ſeparatio, ſicut morum, ſic & vitæ, ſicut ſapientiæ, ita & corporum; ibunt, qui bene fecerunt, viuere cum Angelis Dei, qui malè egerunt, torqueri cum diabolo & Angelis eius*; has ergo differentias expendamus. 4.

Diuiſio diſcurſus.

a Tract. 19. in Ioan.

Quatuor differentiæ rerum enumerantur ab Auguſtino. *Morum, vitæ, ſapientiæ, & corporum.*

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. 5.

Nulla

Quantum diſtat præſtátque caſtum corpus à turpi.

Nulla major differeotia corporum, quàm caſti & turpis, nam differentia illa, quæ à pulcritudine, elegantia, & fortitudine ſumitur, communiſſima eſt, neque valde diuerſos conſtituit homines; caſtitas verò à commooi, & abiecto gradu corpus abſtrahit, & ad regium ſolium, ac dignitatem euehit, eóque differt caſtus à turpi, quo rex à ſeruo moribus & præcellentia ſecernitur.

Regia caſtitas & virginitas cur dicatur.

Ideo D. Chryſoſtomus, vbi de regno cælorum agi videt, ſtatim virginibus comparari aſſerit, vt inde cognoſcamus quantum Regi diuino placet corporalis caſtitas, & virginitas. D. etiam Greg. [a] reginam vocat, in illa verba Iob, qui balteum regum diſſoluit, vbi reges vocat caſtos; cingulum verò caſtitatem: *Qui membrorum ſuorum motus bene gerere ſciunt, non immeritò reges vocantur.* Quamobrem *maieſtatis* cognomine, & titulo nuncupantur, ſicut principum Pædagogus D. Paulus, Titum admonet: *In omnibus teipſum præbe exemplum bonum operum in doctrina, in integritate, in grauitate.* Vbi D. Hieronymus [b] legit, *in caſtitate*, à Græcorum idiomate ducens, apud quos idem eſt *caſtitas*, & *maieſtas*; quare alij legunt *in maieſtate.*

a 11. Moral. c. 9.

b In c. 2. ep. ad Titum.

Debetur hic titulus tantæ virtuti, nobilis quidem paupertas, & cui regnum cælorum in promiſſis eſt: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.

Maieſtas virginitatis oſtenditur.

Cæterùm D. Paulus non illi titulum maieſtatis affixit, ſed altitudinis: *Altiſſima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis*, &c. Virginitatem verò *maieſtatis*, hoc eſt, grauitatis nomine affecit. D. Baſilius [c] hanc regiam maieſtatem caſtitati ineſſe ex grauitate venatus eſt: nam ſicut in Rege & Regina nihil non graue, honeſtum, & ſpectabile apparet: *ſic venerantur aſpectum Virginis, ac tanquam diuinæ imagini reuereantur, de via cedant*, & ſicut Satyri imago riſum mouet: *ita & virgo caſtitatis imago, imò ipſius virtutis effigies etiam conſpecta ſolum ad Dei conſiderationem humanos mox mouet affectus.*

c Lib. de Virginitate.

Simile.

Simile.

Virtutis effigies & caſta virgo.

D. Paulus auſpicatus eſt hanc regiam maieſtatem, *ex oculis caſtis, en los ojos ſe le hecha der al caſto que es Rey.* Hebr. 12. *Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum.* D. Hieronymus [d], Chryſoſtomus & Theodoretus, de caſtitate intelligunt.

6.

d Cap. 47. in Ezech.

Neceſſaria ad videndum Deum.

Vnde ergo ſanctimoniam, hoc eſt, caſtitatem neceſſariam eſſe ad regnum cælorum probatur? Dicam breuiter. Dixerat D. Ioan. qualitatem requiſitam ad videndum Deum eſſe caſtitatem: *Videbimus eum ſicuti eſt, & omnis qui habet hanc ſpem, in eo ſanctificat ſe.* S. Thomas ex aliis legit, *caſtificat ſe.* Quare? quia, vt bene notauit D. Auguſtinus, nulla ſenſus affectio ſic lædit, ſic excæcat mentis intuitum, atque carnalis delectatio.

1. Ioan. 3.

Turpitudo excæcat mentis aciẽ ad ſcientias comparandas.

Quapropter eleganter Tulliũ cum ſuo Hortenſio diſputantem laudat Auguſtinus [e]: *Optimè ille de voluptate diſputans: certus*, inquit, *motus vt quiſque eſt maximus, ita eſt & inimiciſſimus philoſophiæ; congruere enim cum cogitatione magna voluptas corporis non poteſt.* Sit ita, verùm vnde arguis maieſtatem caſti corporis, & animi puritatem ad videndum Deum deſiderari? Reſpondeo, quia ſemel, cùm ſui regni ſpeciem præbere vellet Chriſtus, in Thaboris vertice ſub cæleſti periſtromate præbuit ſe videndum, duos caſtitatis patronos apud ſe ſtatuens, Moyſem, & Eliam; alterum virginem, vt ait Ambroſius [f]: *Elias nullius corporei coitus fuiſſe permixtus cupiditatibus inuenitur*, ſed vindex acerrimus caſtitatis contra Iezabelem. Alterum, Moyſem, qui cùm populus Moabitas adamaſſet fœminas, principes omnes cruci tradi iuſſit, & inſuper iudices ipſos ad ſuorum fratrum necem compulit, vt caſtitatem vindicarent.

e Cap. 10. in lib. 5. contra Iulia. Pelag.

Præferuntur veteris caſti & quaſi regia perſona aſſident Chriſto Regi.

f Lib. 1. de Virginibus.

Quid inde quòd aſſideant Regi Chriſto, & vnde colligis duas illas ſedes eſſe regias, & maieſtate plenas? Hoc ego optimè colligo ex ambitione duorum virginum, qui tunc aderant, Ioannis, & Iacobi, qui non tam Petri æmulatione ducti, quàm maieſtatis Eliæ, & Moyſis, inuidi adeunt Regem ſummas illas ſedes expoſtulantes, quaſi dicerent, ô Rex, æquum eſt virgines ſupremas tenere ſedes; ideo enim non vocaſti Enoch, ſed Eliam, non vocaſti Abraham, ſed Moyſem: quorſum ergo tibi adſciſcis virgines alterius regni, & teſtamenti, habes in regno tuo vnum, qui ſedeat à dextris, & alium à ſiniſtris.

Virginibus eligunt cæleſtes & primæ ſedes.

D. etiam Clemens Romanus [a] ex odore corporum caſtorum venatur maieſtatem, qui cùm ſacerdotum venerationem, tanquam diuinarum perſonarum, & Deorum terrenorum aſtruxiſſet, addit: *Habete honorem virginibus, vt thuribulum, & odorum thymiama repræſentantibus, mirad que huelen a Reyes del cielo.* Vnde odoratus es odorem regalem? reſpondere poteſt optimè. Vidit D. Ioan. *Apoc.* 5. Agnum Chriſtum ſtantem tanquam occiſum; omnes autem, qui adſtabant illi, vel Angeli erant, vel ſeniores, coronati omnes circumſedentes, thymiamatis ſuffimenta odoratiſſima offerentes; optimè ergo, loquit Clemens, ab odore ſacro caſti corporis, coronam, maieſtatem, & gloriam venatus ſum; ideo autem thymiama iſtud prouidit Deus in Eccleſia ſua, quia regnum eius etiamſi virginibus comparetur, fatuorum corpora graueolentia ſua nares diuinas offendunt, & ideo indignationem Dei excitant; igitur ad quietandum Deum & placandum fumus iſte de caſtis corporibus ad diuinas nares aſcendat opus eſt.

7.

a Lib. conſtit. c. 26.

Bonus odor caſti corporis quaſi thuribuli.

Quietem demens precatoria efficere dicitur caſtitas.

Sicut Noëmum feciſſe ponderat Ambroſius [b], qui cùm humanæ carnis fœtorem iram diuinam concitaſſe videt, ſtatim ac de arca exit, *ſacrificium de pecoribus, & volucribus mundis Deo obtulit*, & ſtatim ſubdit: *Odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis*, & alij legunt, *odorem quietis*, ac ſi pectus diuinum ad vomitum propter carnium corruptionem prouocatum eſſet, quod tamen odor ſuauis illius ſacrificij ſiſteret.

b Explicans verba Pſ. 5. corruptæ ſunt cicatrices.

Gen. 8.

Benè ergo, loquit Clemens, infero ex odore maieſtatem caſti corporis, & regiam dignitatem, quaſi ipſam Dei ſanctitatem venerandam, ideo Dauid canit: *apprehendite diſciplinam.* ex Hebr. *Oſculamini puritatem, hincad la rodilla a la pureza como a magestad ſantiſſima.*

8.

Luxuria & fornicatio crimen læſæ maieſtatis dicitur.

Cùm igitur tanta ſit caſtitatis maieſtas, turpitudo quid aliud dicenda eſt quàm crimen læſæ maieſtatis? quod apertis verbis, ſed quæ ponderanda ſunt, ſtatuit D. Paulus 1. ad Corinth. *Omne peccatum extra corpus eſt; qui autem fornicatur in corpus ſuum, peccat.* Quæ verba tam antiqui quàm moderni Patres de crimine læſæ maieſtatis contra caſtitatem diuerſimodè explicant.

1 Cor. 6. 18.

Quid ſit peccare in corpus ſuum qui fornicatur.

Prima ſit OEcumenij, qui inter decem expoſitiones vnam tribuit Seueriano, qui nomine corporis intelligit Chriſtum, qui corpus omnium fidelium eſt, cuius ipſi membra ſunt, quare qui fornicatur, ipſi Chriſto iniurius eſt; dixerat enim Apoſtolus eum, qui meretrici miſcetur, tollere Chriſti membra,

Cornelius à Lapide in hæc verba, Salmeron tom. 2. in Paul P. 1aſt, ibidem.

membra, eaqoe facere membra meretricis, illaque nefaria cõiunctione vnum quodammodo exiſtere corpus; itáne poſſibile erit, quaſi dicat, vt ſic vecors & inpudeus ſis, vt brachium à Chriſto crucifixo præcidas, vt ſtatuæ impudicæ Veneris adhibeas, quo poſſit ſuum Adonidem amplexari? quòd ſi hæc horres, cùm membra mortua ſint, tua quæ viua ſunt, & membra Chriſti, ſic temerè à Chriſto ad putidam meretriculam transfers. O crimen maieſtatis Chriſti læſæ. Subtilior tamen, nec minus vera videtur eſſe alterios Doctoris, qui crimẽ hoc ex ſententia Auguſtini, & Ambroſij ſic explicat, in corpus ſuum peccat, & contra regiam dignitatem, nam D. Auguſtinus [a] noſtri corporis dignitatem vindicans colligit eius excellentiam, non quia corpus ſit animale vatiis inſtrumentis inſtructum, & ad ſenſibilia muneta obeunda; nam in hoc à brutis facilè ſuperamur, viſu ab aquila, olfactu à cane, velocitate à lepore, robore à leone, & elephante: *ob hoc enim proaidentia diaina* (inquit) *eis, qaibus nos conſtat eſſe potiores, data ſane quadam potiora corporam munera, vt illud, quo eis præminemus, etiam iſto modo nobis commendares, maiore cura excolendum eſſe corpus: mirad eſe euerpe como euerpo de Rey que ſa excellencia ao eſtà on lo qae es comun a los brutos.* Sed in hoc eſt corporum nobilitas, quod regia inſtrnmenta ſunt regalis animæ rationalis, quam dignitatem nulla ratione attingere poſſunt animantia celeritate ſna, perſpicacitate, diuturnitate. vitæ, ſola noſtra corpora rationi, & diſcurſui ſubſeruiunt. *Conſiſte en eſto el ſer mas noble naeſtro cuerpo no en ſentir oler, correr y ver mexor ſino en que eſos miembros y organos ſon manos y oſos de Rey qae coſa clara es que va mucha differencia de vna mano de vn Rey a la de vn ruſtico, aua que tiene los miſmos dedos por que la del Rey puede firmar ſentencia de vida y de muerte.* Quapropter qui macerat illa ieiunio, verberibus, & fatigatione, non peccat contra corpora, quin potiùs contingit, vt rationi attempetet, & idonea reddat functionibus animi; at verò fornicator directè non in animam peccat ſolùm, ſed in corpus, quia quodammudo eſſentiam & dignitatem iſtam principalem ab eo aufert, dum vitæ moribus, & copiditatibus eqni & iumentorum aſſimilat, & traducit. Quod acutè notauit D. Ambroſius [b]. *Commiſceri facit animam cum ipſe corpore vſus libidinis, quia in tantum agglutinatur anima corpori, vt ea ipſo momento nihil alind agere homini liceat, quia ipſam mentem captinam ſubdit ipſa ſubmerſio, & abſorbtio libidinis. Como ſi el Principe de Eſpaña fueſe captino del Turco vn punto ſeria ſumo mal.* Cæterùm non minùs germana expoſitio eſt grauis noſtri authoris; quia nempe fornicator in corpus ſuum peccat, qoia caſti corporis

10\. principalem maieſtatem lædit, quia ex natura copulationis cum meretrice corpus liberum viri obnoxium reddidit iori, & poteſtari meretricis; ideo namque non dixit Apoſtolos, *per corpus ſuum peccat*; hoc enim habet ingurgitatio, vinolentia, & alia, ſed *in corpus ſuum*, dixit, quaſi innuens hæc inter alia crimina aduerſùs principem, & regiam dignitatem militare. *Eſte peccado quita le al hombre la corona y ceptro y arrojale a los pies de vna criatura ſujeta a ſi por naturaleza.* Quod vt planiùs intelligatur, audi verba ſequentia Pauli: *An neſcitis* (o necios) *quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt: perdeis el eſpiritu de Reyes y de mageſtades.* Conſtat boc in Dauidis fœdiſſimo adulterio, poſt quod hunc ſupplicem libellum ad ſummum Imperatorem mittit: *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Señor volnedme la vnccion de alegria y real y eſpiritu prophetico y eſpiritu de Rey.* Quaſi dicat, poſtulo, imò ex iuſtitia repoſco, vt poſt lacrymas reddas mihi lætitiæ vnctionem, quam per peccatum carnis quaſi amiſeram. *Volued me a vngir Rey con el olio de alegria.* Et quid amplius petis? *& ſpiritu principali confirma me.* Explicat D. Chryſoſtomus [a], redde mihi *grauitatem* illam, boc eſt, *caſtitatem*, & maieſtatem quam amiſi, ob quam ſpiritus ille, qui habitat in nobis, liberalis & munificus receſſit à me. Cui reſpondet Imperator id, quod reges terræ antequam reſtituant ad priſtinam dignitatem equitem, qui deliquit: dicite comiti, aut duci, vt bellum adeat, & ſtrenuè ſe gerat, & poſt hæc illi munificus ero. Sic Dauidi per luxuriam lapſo dicitur, vt obeat actiones aliquas ſtrenui, caſti, & puri, vt ſpiritu principali imbuatur: *Vaya a la guerra Dauid, y haga actos de cauallero, y deſpues le hare mercedes.* Et quod bellum erit iſtud Domine? ecce iamiam imminet. Nam vt 3. *Reg.* 1. refertur, ſenuerat rex Dauid, & opertus veſtibus non calefiebat; dixerunt ergo ei ſerui ſui, quæramus Domino noſtro Regi adoleſcentulam virginem, & ſtet coram rege, & foueat eum, &c. vide quas nuptias tandem ſuo regi parant milites, nam cùm finis harum nuptiarum ſit fouere regem, non quærunt fœminam maturæ ætatis, probæ complexionis, ſanæ, & robuſtæ, quæ moroſitates ſenis ferre poſſit, ſed pulcram: *quæſierant igitur adoleſcentulam ſpecioſam Abiſag Sunamitidem*; quod enim aliud euaderet conſilium à militum corona, inquit Hierony-

11\. mus [b], *Impudici enim oculi non norunt animi pulcritudinem, ſed corporum.* Ecce ingruit bellum, nam iterat textus: *Erat autem puella pulcra nimis*, ætas non multa eſt occaſio proxima, pulcritudo allicit, nulla apud milites ſcandali & ruinæ cauſa. O bellum! Omnia hæc fieri permiſit Spiritus ſanctus, vt actiones, & facinora patraret Dauid, ob quæ redderetur illi ſpiritus maieſtatis & caſtitatis, quod ille rectè geſſit; nam certum eſt Virginem non attigiſſe, & ex alia parte pulcram nimis die noctúque Regi adſtitiſſe, vt Rex ille, qui vno turpi actu coronam, & lætitiam, & ſpiritum principalem amiſerat, poſſet præmiſſis actionibus caſtitatis ſpiritum principalem repetere; ſiquidem in pœnam alieni tori violati abſtinebat à proprio, vt maculam illam abſtergeret caſtitatis candore, & abſtineret ab ea qua frui poſſet abſque culpa, qui aliena abuſus fuerat non ſine culpa. Vides quomodo caſtitas eſt ſpiritus principalis? vides qua ratione corona regni corporis amiſſa recuperatur? vides maximam eſſe differentiam honeſti & turpis? intra igitur bellum tu qui coronam amiſiſti,

& à

Alia expoſitio. P. Iuſtinian. ibid.

[a] Lib. 8. de ciuitate Dei cap. 15.

Dignitas corporis noſtri & membrorum vnde ſumenda, cùm ſi-

9\. *milia imò præſtantiora habeant animalia.*

[b] In hæc verba apud Iuſtinianum.

Altera interpretatio. P. Salmeron in hunc locum.

Abiicit ſe regium corpus hominis cùm fœmina (naturæ ſibi inferiori) communicat.

Regiam vnctionem amiſiſſe Dauid ſupplicat & dolet. Pſal 50.

[a] Hom de Spiritu ſancto.

Vellet quaſi denuo initiari rex, ac inaugurari vnctione, & manuũ impoſitione, & ſicut Ioſue repleri ſpiritu ſapientiæ poſt inſipiẽtiam ſuam quã ille vocat P. Lorinus in Pſal. 50.

Bellum caſtitatis acre, diuturnum, periculoſum.

Bellum Dauidi paratur in puella pulcra.

[b] Ad Euſtochium.

Meruit in bello caſtitatis Dauid ſpiritus principalis vnctionẽ.

Caſtitas eſt ſpiritus principalis & regius.

Digitized by Google

& à carne iſta, quam tecum habes, quaſi Abiſag, die noctúque contine affectus, uculos, ne foueas, ne decipiaris ab ea, quæ in ſinu tuo eſt; ſula enim caſtitas teges, & tegnum facit, ſula luxuria eurpus erimine læſæ maieſtatis lædit, & ſplendorem, & candorem eius deturpat. *Simile eſt regnum calorum decem virginibus.*

Alia magna diuerſitas inter ſtultum & ſapientem.

12. *Quinque autem ex eis erant fatua, & quinque prudentes.* Iam animurum diuiſio iſtis verbis continetur; nulla enim maior differentia animorum eſt, quàm ſapientem eſſe, aut ſtultum: *cuerdo y loco, ſabio y inſipiente differencias propiſſimas de hombre.* Cætera namque fortunæ bona, & oatutalia non valde diuerſus conſtituunt homines, ſed quaſi mixta ſunt tam inter diuites, quàm pauperes, nobiles, & ignobiles; quid enim mali accidit ruſtico non eſſe ſanguine illuſtrem, ſi filiis, & vxore in tranquillitate fruitur? nec diues vnus ab alio diuite multum diſtat: at qui ſapiens eſt, & cordatus, ſummè differt à vecorde & inſano; in quo igitur eſt iſta ſapientia? *quis ſapiens, & intelliget hac?* (aiebat Nazianzenus [a]) *quis picturam à veritate? quis terrenam ſcenam à ſuperna ciuitate? quis ea quæ verè ſunt, ab his, qua inani ſpecie eſſe videntur, diſtinguet? beatus qui hac verbi gladio diſtinguit.* Diſcernamus igitur vnum ab altero, ſi tanti momenti eſt hæc nuſſe, quod ex Euangelio ipſo conſtar. Nam etiamſi omnes exierunt obuiam ſponſo, nihilominus quinque fatuæ vocantur, quinque verò prudentes, & tatiu eſt, quia, vt docet D. Thomas [b], prudentiæ munus non eſt finem quærere, neque proponere, ſed media ad finem ordinare, & eligere. *Conſtituere finem non eſt electio, ſed voluntas.* De mediis agit prudens electiu, & inde fit, vt qui finem ſibi oon proponit, inſipientem; qui verò propoſito fine media proportionata nuo adhibet, imprudentem nuncupemus. Cùm igitur finis ſatis notus ſit Chriſtus in ſalutem omni credenti, nus non tam inſipientes, quàm imprudentes appellamur; error enim finis Gentilis eſt, error verò mediorum Chriſtiani hominis eſt. Contingit autem bie error, vel quia nulla media ſalutis arripimus, vel quia diminuta, vt ex Ariſtutele [c] Thomas ipſe deſumpſit: *Qui ratiocinatur ad totum bene viuere, ille eſt*

[a] Oratione de pace.
Vera ſapientia in quo ſit.
Multum intereſt noſſe quantum diſtet ſapiens à fatuo.
[b] 1. 2. Q. 4. art. 6.
Sapiens dicitur qui rectè in ordine ad finem operatur, imprudens qui non bene ordinat media.
[c] 6. Ethicorum. c. 5.

13. *prudens ſimpliciter, ſabios a medias ſon los que traçan el ſeruir a Dios a medias o toman medios que no van a Dios.* Hinc fit, vt error in eligendis mediis nunquam clarius percipiatur, quàm cùm propiùs ad finem accedimus, & morti appropinquamus, ſicut cùm quis ad curiam regiam proficiſcitur ad negutia magni mumenti tractanda, cùm iam in procinctu eſt, accidit ad menſam & ſcriptorium, vbi faſciculi litterarum ſunt, vbi offendit aliquam, quæ remanſura eſt, ſtatim abiicit, & ad latus mittit; quam autem accuratè ſecerunt, ſumit, colligit, & recondit, quæ deferendæ ſunt. O rerum diuerſa æſtimatio, quæ nunc eſt, & quam experiuntur mortales in hora exitus; nam ſtatim ac illa vux perſonat: *Ecce ſponſus venit*, prudentia elucet, & quaſi acuitur intellectus, vt illa ſolùm, quæ ad finem æternum conducunt, applicet, & ſecernat, uccurrit nobilitas in illa hura, apage ſis, *Qua vtilitas in ſanguine meo, cùm deſcendo in corruptionem.* Occurrunt diuitiæ, & vus manete: occurrit vxor, & liberi, qui etiamſi pretioſa pignora cordis, derelinquendi ſunt. Quid hæc ad vitam æternam? at verò occurrit virtus, bona opera eleemoſynæ, ieiunia, orationes. O merces ite mecum, vus quærebam, *opera illorum ſequuntur illos.* Quis hæc æſtimabat terrena? quis putaſſet ſic infidelia mihi futura, vt à me diſcederent in hora exitus? ideo maximè ſtultus vocatus eſt ille, qui de bonis his ſibi gratulabatur: *Stulte hac nocte repetent animam tuam*; nam duo illa reſtabant, quæ nondum præuiderat, alterum animam à rebus iſtis ſubducere, alterum in terra plantari, vbi ſtatim fructus æternitatis ederet; imprudenti enim hæc duo opera ſuperſunt, radices euellere à malæ partis, & ab erratis mediis, & tranſplantari in Chriſtum, in quo & radices, ramos, flores, & fructus producat, opus quidem difficile momento temporis hæc omnia præſtare: quare maturè hæc omnia præuidenda, & inſtituenda ſunt, ne in fatuorum inſipientiam traducamur, quos eleganter deſcripſit Iſai. *Onus duma*, hoc eſt, contra Idumæam bellum graue denuntio, filius
Eſau malus, peruerſos, imprudentes, qui edu- 14.
lio ruſo primogenita vendidit, & ideo Edom nuncupatur: *Ad me clamat ex Seir, cuſtos quid de nocte, cuſtos quid de nocte?* nam ſtatim ac auditur vox iſta, *Ecce ſponſus venit*, omnes virgines ſurgunt, & ornant lampades ſuas, *todas deſpiertan las almas necias y ſabias a eſta voz que os moris que no teneis ſino dos horas de vida*; diuerſimodè tamen præparantur, nam fatui homines trepidi clamant, & rogant patres ſpirituales, quid videant, aut quid odorentur, *que os parece padre condenare me o ſaluare me?* & qui ſic ſoliciti ſunt, nihil agunt, quàm repetere, & interrogare manè & nocte quæ ſors illos maneat: *venit manè, venit nox*, quaſi dicat, tardi ſapientes otioſi, & oſcitantes, quare tam ſoliciti eſtis ſciendi, & interrogandi, cùm tamen ad boſtem arcendum nullum oppurtunum præſidium comparetis, ſed in eo toti eſtis, vt vigiles obtundatis, illud identidem iterandu, *cuſtos quid de nocte?* O muliebris vox! ô infantile ingenium, nihil in tanto diſcrimine præter eiulatus, & querimonias adhibetis ad declinandam æternam mortem: *Si quæritis quærite* *, *conuertimini, & venite, que me ſacais los ojos, porque os diga vueſtra buena o mala ventura: ſi eruitis, vel ſi elicitis*, vt alij legunt, *y a que me lo haceis decir*, dum me cogitis rem exponere, rogate ſecretò, non alta voce, agite pœnitentiam, & hoc eſt quod vus noſſe maximè intereſt, volo vno verbo dicere, vos fatui eſtis, ſiquidem voce grandi rem grandem, & ſerò nimis rogatis. Quare obſerua cùm præfixiſſet titulum contra Idumæos, *Onus duma*, nihil prorſus contra Idumæos prædicauit mali & aſperi nuntij, quare? ideo nempe, quia extremum malum, & ſumma dementia eſt ſic ſolicitè ſcire velle, & ſapientiam oſtentare, cùm tamen ſupplicium vitare nulla ratione curent. Peccatum iſtud doctiſſimorum hominum huius ſæculi eſt multa ſcire, & nihil operari; ſeruus igitur, qui nouit voluntatem domini, & non facit, vapulabit multis, inquit Dominus; meditentur ergo ſecum ſicut Dauid: *Anticipauerunt vigilias oculi mei, deſperte antes* de

Impudentia in que ſit ex Ariſtotele.
Finis proximior mediorum proportionem declarat.
Simile.
Quid præſtat nobilitas ad vita æterna negotium.
Anguſtia diuitis & qui nimiis hæret terrenis in hora exitus.
In hora mortis multa impediunt negotium ſalutis, multo difficilia.
Cap. 21.
Fatui illi qui nimis curioſi cùm ſint de negotio ſalutis non agunt.
* *A vna pregunta tan necia vna reſpueſta tan fria la pregunta es, cuſtos quid de nocte? priſſa importunma como la del que pide u priſſa confeſſar y quiebra la campana y es confeſſiō de vn año y preparacion ninguna, ſale al portero y reſpondele friamente, ſi quæritis quærite, conuertimini & venite: antes y con menos priſſa ſe deuia hacer eſto.*
Peccatum ſapientum.
Pſal. 76.

de tiempo en mi cama: turbatus ſum, & non ſum locutus, no me puſe a parlar con mi conſorte en deſpertando. Quid feciſti? *cogitaui dies antiquos, mire lo paſado que ya no tengo, & annos æternos in mente habui*, hoc eſt, vt exponit Auguſtinus, quid opus erit prouidere in æternitatem. *Et meditatus ſum nocte cum corde meo*; quid in præſenti agam? *& exercitabar*, hoc eſt, erueiabat & torquebat me æternitatis cogitatio, *& ſcopebam ſpiritum meum*, de mundanda cordis domo cogitabam. *Nunquid in æternum proiiciet Deus? ay de mi ſi me dara Dios vn punta pie por mi floxedad que me arroje de ſi para ſiempre.* Et dixi, apud me ſtatui certo & determinato decreto, *hæc mutatio dexteræ Excelſi, eſta a de ſer ella, no ay mas largas*, ne imprudens & inparatus comprehendar, vt iamiam videbitis.

Timoratus homo ſolicitus eſt de negotio ſalutis.

15. *Fatuæ autem non ſumpſerunt oleum ſecum.* Hæc tertia differentia fidelium eſt, fidem, quam tenent, oleo bonorum operum nutrire, vel non præparare, quod fatuorum & ſtultorum eſt. Sic explicat D. Gregorius, lampas, inquit, in manu fides operatiua eſt, vbi flamma & lumen fidei, oleum opera, quo deficiente lumen fidei extinguitur, non è veſtigio, ſed paulatim. Ideo D. Paulus ad conſeruandam fidem non petit non peccare, ſed bona opera: *ſerua fidem, & bonam conſcientiam*; peccato enim non ſemper fides extinguitur, ſæpe tamen defectu bonorum operum moritur: *moram autem faciente ſponſo*, tempus vitæ ad bene operandum intellige, in quo expectat Dominus, attentè conſiderans an ſeriò, & impenſiùs veſtræ ſaluti incumbitis. Eſtne locus inertiæ coram tanto inſpectore? Iob 24. *Dedit ei locum pœnitentia, & ille abutitur eo in ſuperbiam: abuſo monſtruoſo de la paciencia de Dios.* In cuius inertiæ ſupplicium imparatis illis venit ſponſus: *& media nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit.* Quare Domine intempeſta nocte aduenis, dum altiori ſomno deprimuntur mortales? altiſſima ſunt Dei iudicia, nec multum diſcutienda. Iob 9. 12. *Si repentè interroget, quis reſpondebit ei? vel quis dicere poteſt, cur ita facis?* Hebræa habent; *arrebatara quien le haze tornar? ſi coyere de rebato y aſiere.* Quis poterit de manu ſua eruere, vel dicere, cur ita facis? *Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ*, improbiſſimus & nocentiſſimus quiſque audito mortis ſuæ nuntio ſtatim de comparandis operibus anxius eſt, quare illud, *Ornauerunt lampades ſuas*, declarat Gregorius, *numerauerunt opera ſua, quibus appareant in conſpectu iudicis.* Hæ ſolent eſſe mortales anguſtiæ agonizantium, qui in exitu conſtituti cereum accenſum de manu ſoluunt, & ſindonem, & culcitram palpantes, comprimentes, & ſoluentes opera bona quæritare videntur; nónne tibi conſultiſſimum videtur multo antè tempore illa præparare non metu, ſed ſolida & matura prudentia facta; quis enim tantæ rei exitum de operibus metu factis confidat? Dixerat Seruator noſter obuiam ire ſponſo ſimile quid eſſe expeditioni belli, cùm dux quidam accingitur in bellum, qui omnem militem luſtrat, vires conſiderat, arma præparat, & commeatum. Bellum intras, ô Chriſtiane, non alio milite inſtructus, nõ alio commeatu, quàm bonis operibus, quanta tibi conſolatio erit cùm videas antiqua opera habere quaſi veteranos milites: veterani enim milites in tractandis armis exercitati cum compoſitis vincunt, ſicut illi Alexandri duces, quorum cuique barba pectus operiebat, & Imperatorem repræſentabat. Hæc ſunt antiqua opera exercitia repetita, & eleemoſynæ multo antè tempore factæ; contrà verò quis belli ſecundus exitus ſperari queat à tyronibus imbellis diſciplinæ ignaris? qui heri nomen dederunt ſub vexillo, & primo tubæ clangore terrentur, & tormentorum fragore ſoluuntur; adhibet funiculum pulueri catapultæ, & barbam comburit, diſtringit enſem, & digitos ſiniſtræ præcidit, vix diſploſiones, vel fumigantes igniculos videt, cùm terga vertit, ita vt fugam eius reprimat nemo. Talia ſolent eſſe opera bona repentè facta, & metu mortis extorta: *Morieris tu, & non viues.* O tremenda vox! ſurgit, éſtne poſſibile? vocate tabellionem, qui teſtamentum condat; aduocate confeſſarium, cui totius vitæ crimina committam; parochum, qui ſacrã Euchariſtiam porrigat; reſtituantur ablata, ſoluantur debita; inimici in gratiam redeant. O quàm tyrones milites comparas, vtinam ad tympanorum ſonitum fugam non arripiant, ibi conflictus erit bonorum & malorum operum, *conſcientiis inuicem accuſantibus & defendentibus in die quando manifeſtabit Dominus occulta cordium: hay del campo de coraçon humano donde ſe trabara tan ſangrienta guerra.* O neutrale & dubium bellum, in quo de æterno regno certatur. Paremus igitur ô viri veteranos milites, antiquus ſit confeſſor, antiquæ eleemoſynæ, iteratæ orationes, tritę vię ad tẽpla, quid dicam? imaginem ipſam crucifixi, quam ibi manibus tenere cupitis, notam & præparatã cuſtodite. Hoc exercitu victoriam obtinuerunt ſancti, tenerrimæ virgines, & nos dormimus? quis audiat hoc verbum: *exite obuiam ei*, ſtatim obuiam ite Chriſto? Ecce inſipientiam peccatoris (inquit Chryſoſtomus) *ſicut virgo deformis ſine cauſa ſe componit, ſic peccatores tunc ſine cauſa ſe præparabunt. Semejante inſipientia a la de vna donzella que la eſperan para deſpoſarla y pienſa corregir ſu fealdad de roſtro con aceites y con tan poco tiempo, oa abreis de ſalir fea ſi ſois fea no ay lugar de mas adereço.* Fruſtrà faciem deformem, horridam, & triſtem colorat mulier, & fucat. Et picturæ opus iſtud bene comparatur, nam opus iſtud ſecretum ſilentium & diuturnitatem temporis poſtulat. O quantos dies impendunt in depingendo ſimulacro alicuius Beati, vel Regis, aut Imperatoris? quoties penicillum ponunt, terga vertunt, apud ſe cogitant, quid ſi cùm primas lineas ducit, vel imaginem colorat, & animat ad manum, quis loqueretur? *Imago es Dei Patris homo*, (inquit Baſilius [a]) *cuius ſimilitudini reſpondere debes*, tunc tamen præcipuè, *cùm apparuerimus, ſimiles ei erimus.* Quid ſi repentè politiſſima imago perficienda ſit, quando mors ingruit, febris manum mouet, vrget dolor, obſtat vxor, eiulant pueri, lacrymæ fluunt, timor iudicis corripit, infernus ſtridet dentibus; qualem tabulam pinges? abiicies fortè deſperans penicillum, dicens, *Deſperaui, nequaquam faciam, adamaui quippe alienos, poſt eos ambulabo, vaya la ſoga tras el caldero todo con la maldicion.*

Summa inter fideles differentia operari, & non operari.

Mora ſponſi eſt tempus vitæ & mortis mora.

Maturè omnia bona opera comparanda.

Luc. 14. 31.

Occurſus Chriſti in morte quaſi occurſus belli.

Bona opera antiqua & repetita iuuãt in hora exitus.

Simile.

Turbatio in hora exitus. 16.

Fatuitas peccatricis animæ.

Simile.

a Exæm. Faciamus hominem, &c. Ioan. 1.

Et quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. Pace tua ſponſe dulciſſime, caſtiſſimus Bernardus [b] ſecretum penetrat cubiculum, delitias ſanctæ animæ, quibus beata meretur frui cum Verbo ſponſo ſuo Chriſto contemplaturus. *Intrauerunt* 17.

b Ser 79 & 83 in Cant ferè omnia in ſenſu.

runt

Spirituales delitiæ animæ cum ſponſo deſcribuntur.

runt cum eo ad nuptias. Fotas eat ftigidum pectus, quoniam omuino ooo poteſt capere ignitum eloquium, ecce nuptiarum Chriſtl & animæ optatus loeus, adorat illa priùs, veneratur, & petit benedictionem; blandè tamen & amatoriè affectum declatat. *Tenui eum, nec dimittam.* Iacob quondam obteota benedictione dimiſit Deum, hæc autem non ſic: Nolo, inquit, benedictionem toam, ſed te, *quid enim mihi eſt in cælo, & à te quid volui ſuper terram? tenui eum,* adeſte teſtes connubij, quæ tenetur, & tenet, quomodo iaio cadere poteſt? tenet fidei firmitate, tenetur potentia, & miſericordia, tenuiſti manum dexteram meam, diligis me ô ſponſa? diligo; amas? amo; ego paritet diligo te. Quid hac conformitate iucundius? quid optabilius charitate? verè ſpiritualis connubij contractus eſt iſte, parum dixi contractus, complexus eſt. Congratulamini virgines, congratulamini ſponſæ Agni: *Felix quæ meruit præuenire in tanta benedictione dulcedinis: felix, cui tanta ſuauitatis complexum experiri donatum eſt.* Habeo Domine quid oppooam, obſtant plurima coonubio iſti; claudicat primum in diſpatitate perſonarum. Quid intereſt, vbi eſt conuenientia voluntatom; ſit ita Domine, veruntamen cteatura amet honorando Deum; tolle (inquit) tale genus amoris, *amor reuerentiam neſcit*, creatura æquum eſt horreat ereatorem. Honoret (inquit) ſanè qui horret, qui ſtupet, qui miratur, vacant hæc omnia penes amantem, quid dicam togantibus, & tem nouam ſtupentibus? quid? *ſponſus & ſponſa ſunt.* Quæ neceſſitudo præceſſit inter tam diſpares perſonas? quam quæris aliam neceſſitudineio intet ſponſos prætet amare & amari? quam dotem aſſignas indigentiſſimæ fœminæ? *Deſponſabo te mihi in fide, in iudicio, in miſericordia, & miſerationibus, & ſcies, quia ego Dominus, ella bechara de ver que ſe deſpoſa con el Rey* Verùm quid teſpondes ad hæc, quinque adamaſti virgines, ſufficit vnus duabus, nedum quinque? ſufficit, quia ego Dominus, & quinque iam noo erunt quinque, ſed vna in meipſo, qui diligo eas. O amor, omnia ſuperas, aquæ multæ difficultatum non potuetunt extingoere charitatem tuam, qua dilexiſti nos.

Congratulari debemus ſponſæ exultāti in Chriſti delitiis ſpiritualibus.

Amor Chriſti omnia difficultas ſuperat vt durat animā in ſponſam.

18. *Nouiſſimè verò veniunt & reliquæ virgines*, &c. Iam non improdentes ſolùm, ſed impudentes ſunt virgines iſtæ: *Domine Domine aperi nobis.* O pudor, ô inſania ſine vlla ptæpatatione, & ſine oleo etiam modò ad ſponſum accedere præſumitis? vnde tantam audaciam habent iſtæ vitgines, vt imparatæ velint ad cæleſtem ſponſum penetrate? Dicam breuitet, adducta iam quarta differentia, quam propoſuetam in principio. Differunt quidem maximè boni à malis, quis tamen audeat diſctiminate, & diiudicare inter eos, & hunc odio dignum, hunc amore, iſtum igni æterno, illum gloriæ adiudicare? ideo Spiritus ſanctus in hac parabola oſtendit in finem vitæ diſcrimen iſtud ſeruatum eſſe. Quorſum rogo rogantibus, & pulſantibus ſponſus ipſe fingitur reſpondere, *neſcio vos*, oónne poterat reſponſum dare alius quiſque de domo illa, ne ſponſus ad ianuam expectans repulſam iſtam per ſeipſum efficeret? nequaquam, quia, vt ſuprà bene notauit D. Auguſtin.[a] ſolus ſponſus diſcernit animas: *In terra ſimul cum iniquis viuimus, in occulto dirimimur, in occulto ſeparamur,*

Anima fatua impudens etiam ſit.

Vltima differentia ſtatuitur, odio nempe haberi aut à Deo amari.

Quorſum ipſe ſponſus reſpõdit fatuis & à ſe repellit.

a Vbi ſuprà.

tunc aperta erit ſeparatio. Quod ſignum iſtud eſt? quod tempus ſeparationis? quæ denique ſepatatio? memento quæſo apud Ezechielem *cap.* 9. Angelum ſignaſſe Tau ſuper frontes virorum gementium abominationes terræ, cæteri omnes gladio perempti ſunt. Itaque (quod valde obſeruandum eſt) omnes qui tunc erant in populo, vel erant valde iuſti, vel iniquiſſimi. Idem videre licet in Sodoma, in qoa ex vna parte vnus eſt Loth iuſtus, ex altera turpiſſimi viri, *qui animam iuſti iniquis operibus cruciabant.* In diebus Noe ſimiliter mundus diuidebatur, *omnis quippe caro corrupta erat.* Vnus ex alia parte *Noe vir iuſtus in generatione ſua fuit. en ſu era no hauia otro iuſto ſino el.* Quid hoc? nemo inuenitur vir mediocris virtutis, qui nec omninò malus, nec conſummatè iuſtus ſit? Quæſtio quidem difficilis; dicam quod ſentio, & quod ſubindicauit Auguſtinus, dum viuimus communibus differentiis, ſeparamur fide à Gentili, ſpe à Iudæis, charitate à barbaris, deſideriis, affectibus, fortunis, quæ omnia vel externa ſunt ſigna, vel fallere oculos poſſunt mortalium; Interna igitur ſigna ſuut, quæ nos ſeparant, & notæ ab ipſo Spiritu ſancto impreſſæ in fronte animæ. Teſtis ſit D. Paulus, qui de Chriſto, & Spiritu ſancto loquens: *Qui & ſignauit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris*: & ad Epheſ. *Signati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto.* &, *In Spiritu ſancto Dei ſignati eſtis*; imò & ipſe Chriſtus hac ratione dicitur ſignatus: *Quem Pater ſignauit Deus*, hoc eſt, cui Pater authoritatem dedit efficiendo vt homo ille eſſet Deus, & vngendo illum Spiritu ſancto, & inhabitante diuinitate declarando filium eſſe ſuum. Quorſum deſignat, & notat iuſtos? ideo nempe, quia impendet mors, & infernus, & vt notum ſit *nihil damnationis* (id eſt, nihil damni) *iis qui ſunt in Chriſto Ieſu; qui non ſecundum carnem ambulabant. entren al reyno del eſpiritu los que no an viuido con leyes de carne.* Nunc ergo perſpicuè intelligemus omnia in reuelatione Ioannis *Apoc.* 7. vbi cùm iam propè, & in ianuis eſſent fames, bellum, peſtilentia, ignorantia, concupiſcentiæ, furiæ, & ſempiterna obduratio, cùm iamiam impenderent omnia, ecce Angelus * aſcendens ab ortu Solis habens ſignum Dei viui (hoc eſt, Spiritus ſancti) voce grandi ſiſtere iubet miniſtros: *Nolite nocere quoad vſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum.* quare in frontibus? vt alludat ad illud Ezechielis, quare in frontibus? quia etiamſi ſignum internum ſit reſpectu Dei, ita clara nota cuiuſuis eſt, ſicut ſi impreſſa eſſet in fronte, vbi minimè poteſt occultari. quare in frontibus? quia, vt ait Taulerus: *Signum Tau in frontibus habent omnes, qui per fidem Chriſti viuam in quodam melioris vitæ initio, atque profectu inuenti fuerint.* Et vt vno verbo dicam poſſe hominibus mentiri, non Deo; poſſe humanos, non diuinos oculos fallere. Quæ omnia exitus vitæ probat; nam qui ſignantur ſigno Dei viui, intrant cum ſponſo ad nuptias; qui verò notas non gerunt internas, repelluntur tremendo illo verbo, *neſcio vos.* Domine Domine virgines ſumus, *mentita eſt iniquitas ſibi, mentis que yo no*

Quale eſt ſignum internum quo anima ſeparātur.

2. Petri cap. 2. 8.
Gen. 12.
Gen 6.

Externa ſigna ſunt bona fortuna & quæ communia ſunt gentibus.

2. Cor. 1. 22.
Cap 1. 13. & c. 4. 30.

19.
P Maldonat in cap. Ioan. 6. 27.

Deſignantur iuſti ne tangat illos tormentum mortis.

* Angelus iſte vel eſt Chriſtus immortalis iā ex ſententia Bedæ, Anſelmi, Anberti, & Richardi, vel ipſa perſona Spiritus ſancti. Vide Alcazar.

Deus arbiter eſt quem fallere non poſſunt externa ſigna animarum.

Repelluntur à nuptiis animæ quæ notas ſponſi non gerunt.

miro ſeñales exteriores. Domine nobilis eſt, ſapiens, potens; mentitis, ego namque non ferur exterois differentiis, ſeio qui digni ſint amore, *neſcio vos, clauſa eſt ianua.* Domine vide tui ſanguinis ſigna, & poſtes domus animæ crucis ſigno munitos; mentiris, homines potes fallere, non Deum. Modò cognoſcetis, quàm horrendum ſit incidere in manos Dei viui; ego enim ſum Deus viuens, & habens ſignum Dei viui, qui non adducor ad amandum oues & ſponſas externis ſignis, & fictis ſanctitatis coloribus, ſed interno ſpiritu, & veræ ſanctitatis ſigillo. *Clauſa eſt ianua*; tunc ſubitò elaudentur cæli ianuæ ſolido ex adamante, æreis repagulis communientur, & vectibus ad æternitatem duraturis. Abite iam faruæ, nihil præſtat ad ianuas expectare, neque conelamare, nec perfringere velle repagula, abite, in perpetuum aditus intercluſus eſt. O cæleſtes ianuæ, quas pateré audiui Petro neganti, Paulo perſequenti, prophanæ Magdalenæ, nefario latroni, & virginibus occluſæ omninò in æternum eſtis? Quam rei admirandæ cauſam referam? niſi quia dum viuimus, diſſimulat ſponſus, & expectat, vt tepidam vitam in feruidiorem commutemos, fidei bona opera adiungamus, ad ſponſi amplexus corpus præparemus, & byſſino potiſſimæ ſanctitatis ioduamur, ne ſicut Vaſthi reiiciamur, & ſicut qui non habebat nuptialem veſtem, in tenebras exteriores, & ſicut fatuæ virgines propellamur, ac denique vt antequam diſcrimeo Dei viui veniat, has tres differentias alta conſideratione cum D. Gregorio [a] penſemus. *O ſi ſapere cordis palato poſſis, quid admirationis habet, quod dicitur, venit ſponſus? quid dulcedinis, intrauerunt cum eo ad nuptias? quid amaritudinis, & clauſa eſt ianua?* nunc iſta intuenda, & ante mentis oculos ſemper ponenda, vt cum cæleſti ſponſo æternis amplexibus, & delitiis perfruamur. Amen.

Chriſtus proprias oues & ſponſas vocat & cognoſcit.

Epilogus & ratio cur ſponſis ſic ſeuerè ianua cæli occludantur.

a Hom. 12 in Euangelia.

NEGOTIVM SALVTIS ANIMVM AB aliis negotiis expeditum poſcit, & negotiatio ſpiritualis omnem ſolicitudinem & ſtudium exigit.

INSTITVTIO LIX.

21. *Grande negotium ſalutis & impensè illi incumbendum.*

OPEROSISSIMVM negorium renouationis tuæ (ô Senex) & ſalubris atque quæſtuoſa negoriatio ſaluris, in qua tantū laboris & ſtudij impēdimus, nunc denuo impenſiùs, cùm perfectioni proxima eſt, ad ſui abſolutam conſummationem inuitat. Inprimis enim negotium arduum inueteratos mores deponere, integram tui animi & ſedulam deuotionem expoſcit. Deinde ſolutum & liberum ab alus negotiis animum exigit. Poſtremò tempus & occaſionem, quæ plurimum ſemper contulerunt ad ſalutem obſeruare iubet. Nunc igitur de negotio, poſtea de negotiarione ſaluris agemus.

PRIMA DIVISIO INSTITVTIONIS.

I. Nomen hoc ſenis minus quidem opportunum eſt ei qui iam ſenium & veteres mores cum noui hominis virtutibus ac dotibus commutauit; nouitas enim vitæ talis debet eſſe vt perſonam, nomen moréſque diuerſos omnino efficiat, ac inueteratos deponat. Sic Paulo contigiſſe videtur, qui cùm putaretur adhuc Moſaicis ritibus & veteribus legibus carnis & ſanguinis eſſe addictus, & cùm rentamentis carnalis concupiſcentiæ pulſaretur, ratio reſpondet, *Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Chriſtus*; quidquid enim in me verbo, opere & actione fit, id totum Chriſti eſt, imò Chriſtus eſt, & in hoc quidem feliciſſimus ait Auguſtinus [a], cùm aſſerat, *Iam non ego: vbi enim non ego, ibi felicius ego.* Res quidem operoſa, vt diximus, veruntamen poſſibilis, ait Hieronymus [b]. *Qui igitur conuerſationem eius imitari poteſt, & vniuerſas in ſe exprimere virtutes vt ſit manſuetus, ſicut ille fuit manſuetus, & humilis corde, verberatus non reſpondeat, maledictus non remaledicat, ſed vincat in humilitate ſuperbiam: iſte dicere poteſt cum Apoſtolo, viuo autem iam non ego, viuit verò in me Chriſtus.* Nouitas iſta in nouis hominibus & nouis mulieribus poſſibilis eſſe monſtratur. Nónne cæcus ille ita perfectè & è veſtigio viſum & oculos accepit, vt parentes neſcirent eum, etiamſi ſcirent cæcum natum fuiſſe, nónne *alij dicebant, quia hic eſt, alij nequaquam, ſed ſimilis eſt ei.* Et verius quidem iſti aſſerebant nequaquam ipſum eſſe. Hoc ipſum in Abrahani ſecunda vxore notauit Auguſtinus [c]. Arguentibus enim Abrahamum de intemperantia, quia mortua Sara aliam in magna ſenectute duxit nomine Ceturam, reſpondet vendicando eum ab incontinentiæ nomine, *Abſit vt incontinentiam ſuſpicemur, præſertim in illa iam ætate.* Adſtipulatur Hieronymus [d], *Ne ſenex & poſt mortem vxoris ſuæ vetulæ nouis arguatur nuptiis laſciuiiſſe, ninguno pienſe que trato de lozanias en la vexos tan ſancto varon.* Quidam enim, ait Hieron. quorum ſententiæ libens acquieſco, putant non eſſe diuerſam vxorem, ſed Ceturam dici, quæ fuerat Agar illa Iſmaelis

Noui hominis mores & nomen atque ætates nouas eſſe oportet.

Mutatio morum fiat in conuerſione.

22.

Gal. 2.

a Lib. de continent. c. 13.

b In cap. 4. ad Epheſ. induite nouũ hominem.

c Lib. 16. de ciuitate Dei c. 34.

d In traditionibus Hebr.

Iſmaelis mater, cùm tamen illam nomine alio, ſplendore, faſtu & vxorio amore & honore exornauit, alia viſa eſt, aliaque vocatur ab Scriptura. Sed quid in externa mutatione immoramur, nónne Mariæ Magdalenæ in Chriſto nouitas ſatis eſt verbis Matthæi declarata? *Venit Maria Magdalena, & altera Maria videre ſepulcrum.* Putas ſine

a Ser. 74. myſterio nomen ſubticuiſſe, ait Chryſologus [a]? *Venit ipſa, ſed altera, ella pero muy otra,* Hiſpanè enim ſic explicatur phraſis iſta, *facta eſt ſpecies vultus eius altera, parecio muy otro ſu roſtro en el Tabor y Magdalena muy otra.* Hæc igitur mutatio dexteræ Excelſi eſt, & quam valde mirabantur gentes in illis primis fidelibus, qui cùm repentè ſpirituales fierent, & à petulantia ad Chriſtianam modeſtiam traducerentur, animales homines, gentes dico, à longè admirabantur, *Quæ mulier, quàm laſciua, quàm feſtiua? quis iuuenis? qui Lucius, quàm amaſius, veis los necias como ſe an trocado?* Magna laus, inquit

b Cap. 3. Apologet. Tertullianus [b], ſic alteræ factæ ſunt fœminæ noſtræ, vt cæci alteras comperiant, & prædicent, & dum improbant approbant; *cæcitate ody in ſuffragium impingunt. ciegalos el odio pero acreditan y apruban los fieles ſin hechar lo de ver.*

Hoc igitur grande negotium alacritatem deuotionis integrum, & expeditum animum plus quàm forenſia negotia expoſcit. Sit in exemplum ſummus ille negotiator 23. *Expetit ſe animus ad negotium ſalutis.*

Theophylact. in Euāgel. Chriſtus, & prophanus publicanus, Zachæus, quanta animi alacritate vterque ad negotia ſalutis properarunt. *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus.* Nam faſti-

c Epiſt. 7. Matth. dio ſunt Deo obſequia violenta, & ab inuitis ſeu tardis exhibita. Cyprianus [c], *Gratuitum de Deo munus & facile eſt.* Diſce, quaſi diceret, libenter & effusè donare, & negotiari, ſicut Deus qui nequit inuitus bona dare, *vocauit ſeruos ſuos, & tradidit eis bona ſua. Vides*, inquit, *vt ſponte ſol radiat, dies illuminat, fons rigat, imber irrorat, ita ſpiritus cæleſtis infundit.* Hoc ipſum ex parte noſtra poſtulat, nempe vt non alia de cauſa demus, quàm quia placet Deo. Mandauit *Exodi* 20. vt ſi lapideum altare ipſi extruant, impolito ad id lapide vtantur, ídque adeò ſeuerè præcepit, vt omnem mallei ac ſecuris vſum inhibuerit. *Si enim* (inquit) *leuaueris cultrum ſuper eo, polluetur.* Et quia ei obiici poterat ruditas impoliti lapidis, ara Dei indigna, beneplacitum ſuum apertè declarat, *de ſaxis informibus & impolitis*; faſtidit enim obſequia & opera coacta. Num intelliges Dauidis affectum deuotum erga Deum, falſis veſtibus & pannoſis, & panis fruſtulis durioribus quaſi à longè petiris fefellerunt Gabaonitæ ſtrenuum ducem Ioſue; ille verò iuramenti fidem ſeruans etſi vitæ eorum pepercit, eos tamen perpetuæ templi religioni addixit. *Itaque ſub maledictione eritis, & non deficiet de ſtirpe veſtra ligna cadens, aquáſque comportans in domum Dei mei. Vix audit verba Dauid cùm funes ſibi cecidiſſe in præclaris aſſerit, buena fuerta eſlamia ſeñor ya tengo officio en vueſtra caſa.* *Alacritas deuotionis in rebus diuinis maximè Deo placet.* Quod enim hi inuiti exhibent, hoc ego poſito diademate præſtarem libentiſſimè. *Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei, quàm habitare in tarbernaculis peccatorum, vt iumentum factus ſum apud te.* Eligam, inquit, mihi quod Ioſue maledictionem vocauit; hæc enim obſequia libenter præſtita & placent Deo, & rege digna ſunt, nec ignobilia quidem. 24.

Cæterùm non ſolùm volenter ad hoc negotium, ſed integra voluntate & affectu accingi oportet, vt veram nouitatem conſequamur. Aduertit hoc in infeliciſſimi Sau- *Integro affectu Deo nos vertere & noſtra debemus.*

d Apologet. 1. lis tragœdia Nazianzenus [d]. *Quid de Saule exiſtimamus? Nam & vnctus & ſpiritus factus eſt particeps, quoniam autem ſe totum ſpiritui vtendum non præbuit, nec purè atque integrè, vt oraculum ferebat in alium virum mutatus eſt, quid omnes illius calamitates tragica oratione proſequi neceſſe eſt?* Si initia tam glorioſa fuere, & à reliquis Prophetis non abſimilia, quomodo tam in fauſti fines fuere? Non alia de cauſa, inquit Theologus, niſi quia non promptè ſe totum ſpiritui aduenienti dedit, *inſiliet in te ſpiritus Domini, & mutaberis in virum alium.* Certè externa opera Dei ſpiritu exhibita videntur, nam cecinit, prophetauit, laudauit Dominum ſicut & reliqui, non ſine admiratione eorum, at vnum non præbuit quod Deus per Samuelem iniunxerat. *Septem diebus expectabis donec veniam ad te, & oſtendam tibi quid facias.* Sicut ad diſcipulos poſtea dixit, *manete in ciuitate donec induamini virtute ex alta*, vt nempe non corpus ſolùm, ſed ſpiritum & voluntatem Deo ſubiicere diſcant, quod cùm non præſtiterit Saül, non eſt mutatus in virum alterum, & tragico exitu vitam ſuam clauſit.

II. Porrò, negotium ſalutis, ab aliis minoris momenti negotiis animum ſolutum 25. petit; qui enim temporalibus negotiis irretiuntur, huic vni negotia agitando non *Ceſſet ab aliis negotiis qui ſaluti incumbit anima.* ſunt, vnde inſtanter Paulus ait, *Rogamus vos*; noua loquendi ratio rem nouam indicat: *vt abundetis magis*, ne ſtatim labori ſuccumbatis, opera & induſtria indiget hoc negotium, *vt quieti ſitis; & vt negotium veſtrum agatis*, *Abundetis* (inquit) *magis*: nam vlteriùs progredi in inceptæ virtutis itinere laborioſum non eſt.

Ideo Iſai. de veris fidelibus ait, *Current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient.* Cap. 50.13. Er bene quidem currenribus non laſſandos promittir, quia qui in via ſpirituali celeriùs feſtinanr, minus fatiganrur quàm qui ſegnes ſunr, nam quod perfectius eſt, non eſt magis laborioſum; via peccarorum aſpera eſt, virtutum verò facilis. *Ibunt de virtute in virtutem.* Vnde culpar Baſilius adoleſcentem illum, qui cùm initia virtutis expedirè arripuiſſet, defecir in abdicarione rerum temporalium, & abiit triſtis, ignorans qui plus feciſſet poſſe ad reliqua faciliùs peruenire: *ſi enim, vt ais, non occidiſti, non fuiſti mœchus, non fur: cur reliquum ſtudium non addis quo ſolo in Dei regnum poſsis faciliùs peruenire, a vn paſo que dieras mas, ganabas el negocio,* nam diuitibus diriores fieri perfacilè eſt, & qui cœperunt in ſanctirare proficere, abundare faciliùs eſt; ar ſi tepeſcere incipit, air Caſſianus [a], mouer vomirum. *Vtinam calidus aut frigidus eſſes, ſed quia tepidus es, incipiam te euomere, frequenter enim vidimus de frigidis atque carnalibus, id eſt, de ſæcularibus atque paganis ad ſpiritualem perueniſſe feruorem: de tepidis atque animalibus omnino non vidimus;* fames enim quocumque cibo libenter vtitur, & Deus ipſe cùm tanra animarum fame laborer, prophanum quandoque deuorat: nam emundat, condir & ſaginar gratia. Ar quis vnquam vidit quod per vomitum quis proiecir irerum lambendo recipiat atque degluriat. Sic Deus omnino faſtidit repidum, & ſemel à ſe proiectum religioſum, aut Chriſtianum. Quamobrem iſtos (inquir Caſſianus [b]) admonere oporrer ne pieraris prætexru aliis ſe immiſceanr negotiis, ſed ſuo artendanr negorio. *Poſtremò non poſſe ſaluari putat tepidus in eo loco durantem, niſi relicta cella. Tum præterea huc illùcque anxius circunſpectat, & nec fratrem ſibi quenquam aduentare ſuſpirat, ſic vt nulla re alia tantæ oppugnationis remedium quàm viſitatione fratris cuiuſpiam, ſeu ſomni ſolius ſolatio poſſe æſtimat inueniri. Quædam etiam pia ac religioſa dictat officia, illos vel illas debere parentes inquiri, & ad ſalutandos eos crebriùs properari; illam religioſam deuotámque fœminam omni præſertim parentum præſidio deſtitutam magnum opus eſſe pietatis frequentiùs inuiſere: ac ſi quid ei ſit neceſſarium quæ à propriis parentibus negligitur atque deſpicitur, ſanctiſsimum procurari.*

Religioſus ne profana agat negotia.

a Collat. 4. c. 19. & c. 7.

b Lib. monaſticarum inſtitutio. collat. 2. 3. 3. & 4.

26\. Quibus autem in negotiis nobis licirum ſir occupari Gregorius docet [c], & ex ſacra Scripturæ exempla ſumamus. 4. Reg. 4. cùm vidit Eliſeus ſolicitam curam qua ei mulier illa Sunamiris inſeruierar, cùm grates rependere veller, non adiir eius cubiculum, quin potiùs vocauir eam ad ſe, nec intrauir in cubiculum Propheræ, ſed per Giezi percontatus eſt, *ſedulò nobis ſeruiſti & miniſtraſti, habes negotium, & ego loquar regi pro te.* Teneor & poſſum, velim ramen ſcire quod negorium vrget magis, & mea induſtria indiger, grarioſus enim & familiaris ſum regi, mihíque erir perfacile cauſam feliciter expedire. Alia quidem negotia ſunr, air Gregorius, *quæ debent eſſe in patientia, ſed non in amore,* ea enim expetere, &, vr aiebar Caſſianus, eis nos immiſcere prophanum eſt, *putauit enim magis oportere in his operam pietatis impendi, quàm infructuosè ac ſine vllo profectu in cellula reſidere.* Er certè nos vilipendimus, nemo enim eſt qui regi ſeruiar, quia rex eius opera vri velir gratis, imò querelas excirar, niſi eius merita & anni in famularu aur munere conſumpri debiro ſtipendio compenſenrur. Sed ſecundò hæc negoria aſſumunt aliqui vr facilem aditum in domos principum habeanr, & inrer potentiores habeanrur, abuſus quidem turpis religioſi honoris; quemadmodum ſi aureus calix apprimè cælatus & prerioſis lapillis ornarus. Qui ſolùm alrari conſecrarus & addictus eſt, quererur quia illum non in capire omnium plarearum proponunt. Certè iniuſtè querelas exciras, calix enim honorem & decus ſuum habet in alrari, non in menſis, & in abacis principum, ibi enim non immeritò reuerenria & culru priuari deberes, vt bene notar Petrus Damianus [d]; hac enim de cauſa conremnimur à prophanis, quia eiſdem nos cum ipſis negotiis immiſceri vident: nec mirum eſt, inquir Gregorius, cùm vident, *diſperſos lapides ſanctuarij in capite omnium platearum.* Sit ergo vnicum remedium fugere, & dum foras mirtimur, aut impunè abire permirrimur, gaudeamus. Sicur cùm Dauid coram Achis fatui perſonam induir, cùm rex illum ranquam faruum foras pelli iuſſir, gauiſus eſt valde Dauid; nec quid opportunius capriuo, aur vincto, quàm exrra vincula mitti, certè cùm procul à negoriis & principibus pellimur, tempus nobis commodiùs occurrir, vt negorium noſtrum agamus.

c 3. Par. paſtor admonitione 7.

Multa negotia & profana non decent Eccleſiaſticos, nedum religioſos.

Simile.

d De contemptu ſæculi.

A ſimili ex ſacra Scriptura.

27\. III. Tempus occaſionem noſtri negotij peragendi non prætcrire operæpretium eſt, quod impensè nos docet, & inſtanrer reperit Seruaror noſter. *Me oportet operari opera Patris mei, donec dies eſt: veniet vox quando nemo poterit operari:* in inferno enim abiir iam operandi opportunitas, quare, vr notauir Auguſtinus [e], tempus illud infernalis

Impensè negotium ſalutionis agamus.

e Tract. 44. in Ioann.

pœnæ

pœnæ *nox dictum eſt , non flamma , non ignis.* nam etiamſi inferni cruciatus , flammæ & ignis torquent damnatos ; at non minoris tormenti eſt ibi eſſe manibus pedibúſque deuinctis, ita vt nihil boni agere poſſint. Hoc autem tormentum indicat nox, *mitte eum in tenebras exteriores , ligatis manibus & pedibus.* Ex hoc autem infernalis pœna ſubſequitur , *ibi erit fletus & ſtridor dentium.* Quæ infelicitas in illo diuite epulone manifeſtatur , cùm enim eſſet in tormentis , ait Auguſt. *conatus eſt benefacere* , orare nempe, vt ſaltem fratres eius admonerentur, ſed irriti ſunt eius conatus. *O infelix , quando viuebat , tunc erat tempus operandi , modò iam in nocte eſt , in qua iam nemo poſsit operari.* Si enim ſemel ſalutis opportunitatem amittimus , ægrè aut nunquam reſarciri poterit, imò potiùs in pœnam tarditatis , cùm ad Deum adibimus , fortè non inueniemus. Quemadmodum Deus ipſe

Isa. 65. 1.

de ſuis hoſtibus clariſſimè prænuntiauit, nam cùm de prædeſtinatis dixiſſet, *Inuenerunt me qui non quæſierunt me*, Varabl. loco *inuenerunt* , legit, *inueniri me feci* , *yo me hize hallar delos quo me buſcaban.* Et addit , *Quæſierunt me qui non interrogabant me.* & Pagninus legit, *quærere me feci* : at de reprobis ipſe dixit Ioan. 7. *Quæretis me, & non inuenietis*, quia ſerò & in offenſam meam quæſiiſtis; ſicut peccator qui ſemper ad manum, vt ita dicam, & in promptu habuit Deum vt offenderet in foro, in templo, in ludo, in negotiis; in cuius temeritatis ſupplicium fit vt eum enſe confoditur, & negotium ſalutis apud Deum citò & è veſtigio peragere cupit, nec pœnitentiæ ſit memor , vel confeſſarius abſit , ac tandem impœnitens intereat. Vis impletam hanc ſeriam comminationem in Iudæis quibus denuntiata eſt videre ? Au-

Repentino interitu cur impy rapiuntur ? & deſperant de ſalute qui opportunitatē prætereunt.

Actor. 2. 37.

di Scripturam, & Auguſtinum : audientes enim Iudæi D. Petrum dolore compuncti ad inuicem dixerunt, *Quid faciemus viri fratres ?* non audis deſperationis verba? putarunt vtique nullam eſſe relictam ſpem ſalutis quouſque ſanguinem Chriſti in Baptiſmo quodammodo ebiberent. *Quouſque biberent ſanguinem quem fuderant de ſua ſalute deſperauerunt.* Vide quanta opus eſt pietate & gratia Chriſti ad excitandos eos qui opportunitatem amittunt ſuæ ſalutis. Cæterùm neque hos deſpicit , ſed torquet ad momentum, vt cùm poſt deſperatam ſalutem eum quærerent compun-

Actor. 2. 45

cti atque dolentes intenſiùs illum amarent , qui poſt deſperatam ſalutem eos ad ſe iterum reuocabat.

SECVNDA DIVISIO INSTITVTIONIS.

Sed iam ſecundo loco de negotiatione agamus. Inprimis enim ſalus noſtra in negotiatione poſita eſt. Agamus igitur quod mercator ſolers & prudens agere ſolet. Primò ad calculum bona ſua reuocat, ſiue ea quæ mercimoniis peragendis addixit, ſiue quæ domeſtica ſupellectile continentur , ſiue quæ loco moueri nequeunt. Secundò æris alieni contracti magnitudinem expendit, ac rationem init , qua nomen poſſit expungere. Tertiò ſedulò notat an opes quas ad mercaturam inſtituendam attulit, integræ ſint, atque illæſæ, & quanta ad eas facta ſit acceſſio. Quartò an impenſæ, ſumptúſque conſueti pares ſint quæſtui reique familiari. Quintò an affatim fortunarum ſuppetat ad mercatum cum fide tranſigendum. Porrò , ſi certa rei familiaris opúmque ratio conſtet : tum demum omnes prudentiæ neruos contendit, vt latiſſimè in omnes mundi oras citra vllum diſpendium ſua excurrat induſtria ; omnes negotiatores ſumus illius magni mercatoris , qui abiens dixit, *negotiamini dum venio.* Sciamus igitur ſalutem noſtram certam facere , hæc autem negotiationi comparatur Prou. 3. 14. *Melior eſt acquiſitio eius negotiatione argenti* , vel , vt Septuaginta extulerunt, *Melius eſt illam mercari , quàm auri & argenti theſauros* debemus enim ſapientia quaſi pecunia negotiari, & lucrari ſalutem. Cælum namque, vt alibi diximus, venale nobis proponitur (etiãſi nolit Chemnitius *.) Teſtimonia Patrum in hanc ſententiam vide apud P. Vaſquez theologiæ lumen, & Auguſtinũ diſertis verbis aſſerentem [b] , *Venale eſt regnum cælorum, dicis illi, quantum valet ? pretium illius labor eſt* ; & alibi : *Conſilium do lucrorum , diſce mercari , laudas mercatorem qui vendit plumbum , & acquirit aurum , & non laudas mercatorem, qui erogat pecuniam, & acquirit ſalutem & iuſtitiam.* Sed iam noſtram negotiationem diſcutiamus, & rationes nobiſcum ponamus. 28.

I. Quia bona habemus, quantum valent opera noſtra, qualis pretij eſt vita, quónam modo viuimus, diſcute hæc & in iudicium voca, non ante tribunal hominis, neque conſcientiæ tuæ , ſed Dei , *mihi autem pro minimo eſt vt à vobis iudicer , aut ab humano die* , ſic vocat iudices : *ſed neque meipſum iudico , nihil mihi conſcius ſum ; ſed non in hoc iuſtificatus ſum , qui autem iudicat me , Dominus eſt.* Si ille quem mundus laudat conſcientia non arguit , Dei conſpectum timet , quid noſtram inopiam æquum eſt formidare ? ne nobis illa triſtiſſima verba irerentur , *Neſcis quoniam miſer es,* 29.

* Videatur Payua Luſitanus lib 8. orthodox § *quod ſi ad iugulatorem.* Et noſter Theologus P. Vaſquez qui elegantiſſime de bonorum noſtrorum cō dignitate ad meritū Dei omni ſublata acceptatione hanc ſententiam interpretatur 1a. diſput. 215. c. 2. & P. Ferdinand Salaçar tom. 1. Prou. c. 3 n. 94.

b In Pſal. 63. & ſer. de verbis Domini 5.

Simile.

& miſerabilis, pauper, cæcus & nudus. Quoties continget ſtatuam apprimè, & quæ artifici perplacet, alteri qui peritior eſt, & non proprio obcæcatus affectu elaboratã, in multis imperfectam, in pluribus corrigendam inueniri. Sic mihi & tibi continget frater, putaui omni ex parte te nouum hominem conſtituiſſe, & me ad Chriſti imaginem conformaſſe, *nam in manu artificis laudantur opera.* Quid ſi exeamus obuiam Chriſto? Quantos defectus, quanta indigna nouo in Chriſto homine reperiet. Iob 9. *Verebar omnia opera mea, ſciens quia non parceres delinquenti.*

Æs alienum contractum quomodo ſoluendum ſit diſcamus.

II. Æris alieni contracti magnitudinem quónam pacto perſoluam? decem millia talenta debebat ille regi, & vmbra quidem erat peccatoris qui peccati mortalis debito animam ſuam obligat; ſi igitur vno peccato tam immenſum contrahitur æs, quid dicendum de eo qui multis deliquit, quánam cura oportet in intimo corde pulſari, qui nondum incepit debitum ſoluere, imò etiam poſt exhibitam ſatisfactionem quali timore percelli debet, ſicut Dauid: *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & cogitabo pro peccato meo, de dunde pagare yo eſto?*

30.

An imago illa quam accepi infuſcata ſit vitiis.

III. Opes quas ad hanc mercaturam attuli integræ ſunt? hæ ſunt opes illæ ampliſſimæ, quas Deus nobis tradidit cùm ad imaginem ſuam creauit nos, vt in nobis ſplendor ſuus effulgeret, & per nos gloria daretur creatori? quid ſi per tepiditatem & inertiam noſtram maculis infuſcata imago potius ad offenſam quàm ad gloriam animos excitauit? *Si opertum eſt Euangelium noſtrum, in his qui pereunt opertum eſt, in quibus Deus huius ſæculi,* (hoc eſt, dæmon) *excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat in illis illuminatio Euangelij gloria Chriſti qui eſt imago Dei, con los peccados de los tibios ſe cubre la gloria de Dios para que los infieles no la ſientan y ſe conuiertan.* Quid ſi nobis in iudicio aſcribatur cæcitas Turcarum, & infidelium?

Quos habemus virtutum commeatus.

IV. Quid de virtutibus quæ neceſſariæ ſunt ad ſumptus & impenſas quotidianas quas vitare non poſſumus in nobis ipſis, quoniam ex peccati fomite continuè augentur, & inſurgunt in mentem, eáſque reſtringere & cohibere ad vitam ſpiritualem neceſſarium eſt. Rom. 7. *Sentio aliam legem in membris meis,* &c. *Inde bella & lites* (ait Iacobus) *ex concupiſcentiis veſtris.* Foris verò quos laqueos rumpendos, quos viſibiles hoſtes & inuiſibiles ſuperandos habemus. *In via hac qua ambulabam, abſconderunt ſuperbi laqueum mihi,* & quo maior eſt inopia virtutis, eo pericula & laquei plures ſunt & copioſiores. *Pluet ſuper peccatores laqueos.* Nunc ergo de opibus comparandis agamus.

31.

De perſeuerantia agendum vſque ad gloriam.

V. Quantum fortunarum opus erit ad coëmendum cælum, & perſeuerandum cum fide vſque ad nundinas gloriæ? quia qui ad nundinas mercatum abit, conſulit numos quos ſecum affert: in hac igitur negotiatione opera noſtra pro numis ſunt; conſule ergo ſi habeas ad emendum gloriam illam quam virgines tanta puritate emerunt: tanto effuſo ſanguine Martyres mercati ſunt, tanta támque ardenti charitate & patientia Apoſtoli obtinuerunt. Cenſus perpetui & vberiores pluris emuntur, æterni quanti putas coëmendi ſunt; duplicata opera reponere ſanum erit conſilium: ſicut Iacob filios admonuit, *Sumite de optimis terræ frugibus, & ferte munera viro, duplicémque pecuniam ferte vobiſcum.* Gen. 43. De bonis igitur operibus quæ fruges ſunt huius vitæ, debemus duplicatum munus fratri noſtro offerre, ne fortè nobis aliquid deſit, cùm defectus nequeat reſarciri, ſicut Balthaſaro dictum eſt, *Inuentus es minus habens,* cùm non erit copia redeundi Hæ ſunt viæ, hæ induſtriæ, iſtæ negotiationes, quas agitare modò opus eſt, & apud te diſcutere, etſi aberraſſe compereris, dices cum Dauid, *Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in teſtimonia tua.* Pſal. 118.

VERBVM

VERBVM PATRIS.
Aggæi 1. verſ. 2.

Populus iſte dicit : Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ.

Populo Dei veri templi ædificatio demandatur, quod Deus ſpiritualiter inhabitet, religio templi iniungitur, domus & bona cuncta Zachæi publicani, Chriſto conſecrantur.

DISCVRSVS CLXXV.

1\. HÆC *dicit Dominus omnipotens: Populus iſte dicit: Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ.* Putâſne querelam iſtam quam Deus mouet contra populum ſuū myſterio vacare? Dominus queritur? Omnipotēs templo indiget, imò ad inuidiam prouocatur, eo quòd poblicarum & ſuarum domorum ædificandarum curam habuerint, & prophanæ ædificationi inreoti ſacras & diuinas ædes negligerent. Verùm impenſiùs res iſta agitanda eſt, & cauſæ diſcutiendæ.

Cauſa querela diuina quænam ſit inquirendum eſt.

In anno ſecundo Darij. Deſignat annum, vt negligentiæ arguat Iudaicum populum ex captiuitare Babylonica liberatū, eo quòd & mentē mutaſſent, & ab ædificando templo & religionis cultu deſiſterent; quaſi diceret, vos per hoc tempus iam à decreto & voto atque mente religioſa deſtitiſtis; ego verò antiquum illud de hominum ſalote per Chriſtum afferenda conſilium nunquam mutaui. *voſotros preſto deſdeeis y ceſſais de lo decretado yo no he mudado traça.* Quòd ſi vos in captiuitate detinere volui, non ſine arte factum eſt, ſpiritualia obſequia, & virtutis ædificium ego per hæc media & inſtrumenta perficiam. O quàm præclara ſunt verba Ieremiæ, *Ego enim ſcio cogitationes quas ego cogito ſuper vos, ait Dominus, cogitationes pacis, & non afflictionis, vt dem vobis finem & patientiam:* obſequium ædificantium potius quæro quàm operis magnitudinem & molem; ideo Septuaginta legunt, *Ego cogito cogitationem pacis, & non mala, ad dandum vobis hæc.* Et quæ ſuot hæc? niſi quæ ſequuntur, *& orate ad me, & exaudiam vos.* Et Vatabl. *vt dem vobis finem & expectationem:* vel, vt alij, *poſteritatem*, hoc eſt, redemptionem atque ſalutem perfectam, *algun dia ſe entrara por vueſtras puertas Dios ſin enojo, y ſe hara amigo caſero y vezino vueſtro.*

Queritur Deus populi ingratitudinem & diuini obſequij oblinionem.

Cap. 29. 11.

2\. His ergo per ſocordiam opos templi deſerentibus prophetía in capita eorum Zorobabelem & Ieſum filium Ioſedech inuchitur, penes quos omnis & ciuilis & ſacra populi gubernandi poteſtas illo tempore erat, cùm alter ducis ac principis, alter verò ſummi & maximi Pontificis munere fungeretur. *Hæc ait Dominus exercituum,* cognomen Dei adiungit, vt negligenti populo timor iniiceretur. *eſto dice el vengador, populus iſte dicit: Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ*, nondum venit opportunum & maturum tempus, hoc eſt, ſemper dilationem & cunctationem populus defendebat. *Nunquid vobis tempus eſt, vt habitetis in domibus laqueatis, & domus iſta deſerta?* quàm ſoliciti eſtis ô mortales rerum caducarum! quàm finis veſtri immemores laudandi & colendi Deum! & admiratione vtitur in argumento: quî conuenit (inquit) vt plurimas & maximas magnóque artificio conſtructas ædes vobis parare per tempus liceat, & tamen vnam hanc Dei exercituum ædem deſertam excisámque reſtituere non liceat? Num vitæ neceſſitas vobis ipſis priùs conſulendum ſuaſit? cùm tamen diuina primùm, deinde humana curare oportuerit? *Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras*, attendite animum, *penſad en que ira eſto? ſeminaſtis multum, & intuliſtis parum, en que va que quanto mas ricos, eſtais mas pobres o mas eſcaſes? Aſcendite in montem*, Moriam videlicet, ibi expectare Meſſiam venturum qui gentibus etiam ſalutem allaturus eſt, *ædificate domum, & acceptabilis mihi erit, & glorificabor.* Ego promitto vobis templum ex Meſſia glorioſom futurom; Pagninus, *& glorificabo meipſum.* In Hebræo autem latet myſterium: nam, verbum, *& glorificabor*, ea ratione ſcriptum eſt, vt Latinè, *& glorificabor, & glorificabo eam*; ſic tamen ſcriptum eſt, vt *glorificabor*, integrum ſit, *glorificabo eam*, videlicet domum, non ſit integrum; atque illud huiuſmodi myſterio ſignificatur. Diuinam gluriam ex Ieſu Chriſti aduentu, rebus gerendis, obeunda morte, reſurrectione ex mortuis, ex omni denique promiſſi beneficij genere, plenè atque integrè conſtantem fore: huius autem templi in quo hæc omnia edenda fuerint, magnam quidem eſſe, non tameo integram planéque abſolotam. *Nam in propria venit, & ſui eum non receperunt*; ibi beneficia facta repudiarunt, quare dignitas templi euerſa eſt. *la merced que les hare ſera a medias ire al templo y honrrarele con mi preſencia y honrrare me en el pero deſpues le deſtruire porque trazo yo caſa mas ancha y que abraza gentiles y ellos me reciben de grado y voluntad.* Ego igitur ampliſſimam conſtruam domum, & quæ gentes & peccatores capiat; licèt enim materiale templum placet, multo magis ſpirituale: de vtroque autem ſermo erit in ſequentibus.

Commmnatio fit principibus penes quos poteſtas & gubernatio erat.

Rerum humanarum quàm ſolicitos mortales, frigent ad diuina.

Plena gloria templi ex Chriſti myſterio facta eſt.

PARTITIO DISCVRSVS.

Hodie ſalus domui huic facta eſt. Feſtum quidem ſolemniſſimum dedicationis eſt, ſolemnitas enim, ait Thomas [a], penſanda eſt, ex dono quod cælitus nobis factum eſt in his diebus feſtis. Tria, inquit, ſunt genera feſtorum; aliud, in quibus beneficia & dona referimus ab Eccleſia eius capiti Chriſto collata & accepta, puta feſtum natiuitatis, reſurrectionis, aſcenſionis. 3.

a In Ioã. 10.

3\. *Dedicationis Eccleſiæ & ſaluter ac conuerſionis feſtum ſolemniſſimum.* 1.Cor.12. 26.

Alia ſunt in quibus gratias referimus pro donis collatis Eccleſiæ in membris eius, quales ſunt Apoſtoli & omnes beati, eis collætantes & congratulantes, vt ait Paulus. *Si gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra: vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro.* Alia ſunt feſta in quibus beneficia toti Eccleſiæ facta refricamus: hæ ſunt dedicationes Eccleſiarum, maiora quidem feſta quàm omnium ſanctorum, quanto maiora ſunt beneficia corpori integro, quàm vni membro collata. Nam ſi glorioſum eſt Hiſpalēſi, aut Toletanæ vrbi duces & marchiones ac comites ſedem ibi quondam fixiſſe, domos habere, etiamſi vacuas, quid ſi ibidem manentes vnuſquiſque inter eas afferret gloriam ſuam, prouentus diſtribueret, & annuos reditus expenderet, quantos inde honor vrbibus accreſceret? Quanto igitur glorioſius erit Eccleſiæ Catholicæ ſedem Deum in ea fixiſſe, domum ampliſſimam vbique exædificaſſe, vbi continuò degens ſuas inter nos miſericordias diſtribuat.

4\. *Quid honoris Deo accreſcit ex templorum dedicatione.*

Deo autem quid gloriæ accreſcit ex templorum dedicatione: nam ad priores illas interrogationes nondum ſatisfactum eſt, ideoque inprimis reſpondeo cur querelam mouerit Deus contra populum ſocordem & neglìgētem, quod, ni fallor, amoris eſt non leue argumentum. Ad huc autem explicandum priùs quæro, cur templi ædificatio Dauidi denegata, Salomoni verò fuerit conceſſa? cùm maximè ab exitu Ægypti ſemper gauiſus fuerit tentorio & pellibus militaribus, poſtea verò tam acriter poſtulat, vt vidimus.

Cur templi ædificationem non demandabat dum erat in deſerto populus Exodi 6. 4.

Ratio autem ea eſt, quia Deus ex eo tēpore quo populū eduxit ex Ægypto, ducis & imperatoris fortiſſimi perſonā ſuſtinuit, & vindicatoris nomē ſortitus eſt. *Educam populum meū de terra Ægypti, & ſciēt Ægyptij quia ego ſū Dominus qui extenderim manū meā*: manus enim extenſio habitus eſt pugnantis, & imperatoris qui ſignum præbet militibus congrediendi, ſicut Ioſue 8. *Leua clypeum qui in manu tua eſt, & non contraxit manum donec interficerentur omnes habitatores Hai*; itaque omni tempore quo vindicatoris munere fungebatur Deus, arca Dei, *Iſrael & Iuda, habitant in papilionibus, ideoque ego non ingrediar* (aiebat Vrias) *domum meam vt comedam, & bibam, & dormiam.* Dauidi ergo volenti templum permanens ædificare, obſtat Deus, dicens, nondum imperatoris munus & tabernaculum velle deſerere; populi enim res nundum omnino pacatæ, indigebant adhuc rege & milite, atque Deo, qui imperatorem agat, & ſub tabernaculo degat. Sed inſtante iam tempore, cùm triumphatis hoſtibus ſui populi, alienigenis ſub iugum miſſis, pace feliciſſima ex bello diutino parta fruebatur, eúmque regem pacificum promiſſum nactus eſt populus, iam defixa ſede agit, iam arcam transfert ad vrbanam domum, *firmabo regnum eius, & ipſe ædificabit domum* (ædificabit, inquam, ſtabilem, firmam, non inſtar tabernaculi) *nomini meo.* Hinc nota eſt querelæ cauſa.

2\. Reg.7.12. 1. Par.22. 10.

5\. *Ratio querelæ nunc oſtēditur.*

Poſt imperatoris munus, poſt redemptionem ex captiuitate iterum ſic ingratus, ſic ſocordia torpens erit populus, vt cùm in proprias ædes ego reuocauerim, mihi inter eos habitare volenti domum non extruant? Quid ſi Chriſtus diuitibus noſtris & palatia colentibus exprobraret? poſt triginta & tres annos, *quibus habitaui in vobis*, vel Græcè, *in tabernaculo veſtro*: poſt triumphatos hoſtes, poſt bellum Caluariæ montis, cùm iamiam vos è captiuitate liberati ſplendetis in auro & gemmis atque palatiis; ego verò qui vobiſcum in finem ſæculi ſum in ſordidiſſimis parietibus, in obſcuriſſimis & luteis domibus habita? iuſta quidem querela.

Ioan 1.

Maiori digni ſunt reprehenſione diuites irreligioſi & illiberales.

Secunda quæſtio, indigétne Omnipotens templo? Deus per ſe quidem minimè indigebat templis, ſpiritus enim eſt qui replet orbem terrarum, imò exaltata eſt miſericordia eius ſuper cælos, ſicut ipſe aiebat per Iſaiam, *Cælum & terram ego impleo, & quæ eſt iſta domus*, &c. nec ex parte animarum quæ cum Deo agunt, templum oceſſe erat extruere (vt ait Thomas [a].) *nam mens apprehendit Deum non apprehenſum loco ad quendam locum*; quare vbique poteſt illum orare. Salomon orat in templo, Dauid in montibus & deſertis, Ezechias in lecto ægrotans, Ieremias in puteum detruſus, Ionas in ventre ceti, pueri in camino ignis, Daniel in domo manens, Chananæa mulier per viam gradiens, Paulus & Barnabas in catenis & tenebris poſiti, ac tandem, vt Chryſoſtomus [b] ait, *Vbicùmque ſis templum eſt, ora, ne locum quæras*; verùm quia corporei ſumus, externo cultu & cæremoniis indigemus, vt in confeſſione Dei internam deuotionem per hæc externa ſigna profiteamur, ideo Patriarchæ templa conſtruxerunt [*]. Domus item Dei nuncupantur, vt ait Auguſtinus. *Domus mea domus orationis, locus Dei, abuſiuè dicitur templum Dei, non quòd eo contineatur, ſed quòd eo præſens ſit*, & locus aptiſſimus eſt orationi (vt ait Thom.) vel ob cōſecrationē ex qua ſpiritualem deuotionem accipiunt adoratores, vt magis exaudiantur, vt ait S. Thom.[c] & etiam, licèt inuitus, faſſus eſt Heliodorus 2. Mach. 3. *Eo quòd in loco ſit verè quædam Dei virtus, nam ipſe qui in cælis habet habitaculum, viſitator & auditor eſt loci illius, & venientes ad malè faciēdum percutit & perdit.* Secundò propter ſacra myſteria, & alia ſanctitatis ſigna, quæ ibi continentur. Tertiò propter concurſum multorum ibi adorantium, ex quo fit oratio magis exaudibilis, *vbi fuerint duo vel tres*, &c. *Et domi quidem orari poteſt* (ait Chryſoſt.[d]) *non ita vt in Eccleſia, nec ita per te ſolum audiris, vt cum fratribus tuis. hic enim maius aliquid eſt, puta vnanimitas, & conſonantia & charitatis vinculum, & ſacerdotum orationes, las voces de la muſica imperta eſten juntas.* Adeamus igitur tēpla ſicut mercatores ad locum deſtinatum ſolutioni ne fidem fregiſſe putemur: adeamus cum reuerentia, nam ſi inter caſtra ſtercora mitti prohibetur, quia Deus ibi inambulat, quanto magis procul eſſe debent peccata? Adeamus cum ſilentio. Beda: *Qui loquitur in Eccleſia, non ipſe loquitur, ſed diabolus in eo, como en eſpiritados habla el demonio.* Verùm iam de ſpirituali templo & ſanctificatione animæ agamus.

Cur templa extruuntur.

Iſai 66.

a 2.2 Queſt. 84. art. 3.

Vbique oratio fit ad Deum ſed efficacius in templo.

b Hom. 79.

* Noe, Gen. 8. Abraham, Gen. 21. Iſaac, Gen. 26. Iacob, Gen. 35. Moyſes, ex præſcripto Dei Exod. 25. Salomō, 3 Reg. 9. & hoc templo deſtructo Cyrus, 2. Paral. 36 2. Eſdræ 10. Et in nouo Teſtamento, D. Petrus Antiochiæ in domo Theophili templum dedicauit. refert Clemens lib. 2. recognitio. & Nicephorus D. Andræas Conſtantinopolis, vt ait Nizepho. Epheſi in honorem Ioannis ſancto Philippo in Syria, ſācto Thomæ in India, & inde mos iſte fluxit.

c 3.p.q.83.

6\.

d Hom 79. ad popul.

Secvnda pars discvrsvs.

Spiritualis templi dedicatio & mirabilis animæ conuerſio.

Potentia Dei admirandam.

Ecce vir nomine Zachæus. Mirabile opus & arte diuina dignum animum & domum publicani vna die integrè ſanctificatam: nam ſi multum laudamus eum qui ex materia blanda & aptis inſtrumentis viuam & ſpirantem effingit imaginem, quanto magis ſi materia rudi & indiſpoſita idem opus & perfectius efficeretur. Nō iuuabat quidem artificem Deū materia illa prima, vel ſaltim minimè reſiſtebat, nullis præterea ferramentis vſus eſt, niſi voluntate & verbo tenus, *fiat lux*: *ſubeſt enim tibi poſſe cùm volueris; omnia enim operatur ſecundùm conſilium voluntatis*

Digitized by Google

luntatis ſua. Nec upus fuir ſucceſſiooem tempo-ris expectare, in quo infinitè potens viſus eſt, nec eoim Angelus alia extra ſe corpora niſi in tempore mouere poſſet: Deus verò omnia in-inſtanti] plenè perfecit, Eccli. 18. *Qui vinit in æternum creauit omnia ſimul. Non eſt ſimilis tui in diis Domine, nombre de grande artiſice aueis ganado.* Iſai. 65.

7. *Præſtat hoc opus creatione. Difficultates omnes ſuperat gratia in conuerſione peccatoris.*

Nolo tamen ſint in memoria priora, videre ſummi ſculptoris Verbi ioei opus, per Lucam explicatum. Repentè ex Gentili homine (vt putat Ambroſius) ex diuite, ex alienotum compilatore Patrem pauperum Dei filium, fideliſſimum hominem in conſecrata domo ſalutis plenam collocauit, opus hoc ſigillatim intueamur. Prima quidem occurrit materiæ difficultas, quæ quidem qnadtuplex erat. Prima, peccator erat. Secunda, publicanus. Tertia, ex rapina & vſura vinens. Quarta erat princeps inter eos,& ex alienis bonis bene numatus. Primã illam difficulratem nemo melius expendit quàm D. Thomas [a]. Ex peccato enim adeò indiſpoſita maner anima ad opus & expolitionem per gratiam, vt ex parte ſua impoſſibile ſit refingi & reparari propter maculam quæ Dei imaginem deleuit, nòn minus quàm ſi ſuper pulcram imaginem puer atramenti vas effunderet. *Denigrata eſt facies eorum ſuper carbones, non ſunt agniti in plateis.* Hanc nuſquam maculam delere poteſt peccator, ſicut nec pœnam iomenſam decem millium talentorum cui obligatus eſt, neque corruptionem in quam delapſus eſt, poteſt reparare. Iſai. 30. *Erit vobis iniquitas ſicut interruptio cadens, & requiſita in muro excelſo, quoniam ſubitò dum non ſperatur veniet contritio eius: & comminuetur ſicut conteritur lagena figuli contritione pranalida, & non inuenietur de fragmentis eius teſta, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea*; & addit D. Thom. [b] impoſſibile eſſe vel hominis arte, vel Angeli induſtria hanc reparare poſſe imaginem; quæ enim cauſa poteſt effectum ſupra ſe attingere, quanto minus gratiam, quæ diuinæ eſt participatio naturæ, vt ait D. Petrus: aut quomodo deificationem faciat, niſi quòd Deus eſt. Ad hæc etiam D. Thom. [c] videtur aſſerere neque ipſam diſpoſitionem ad hoc vt peccator reſurgat ad gratiam in ipſius peccatoris poteſtate non eſſe, nam gratia illa qua ad hoc indiget, eſt alterius generis ſupra omne quod ex ſe poteſt operari: nequit autem gratiam ſum quid operari ſine Dei auxilio diſponente. Vide in qualem amentiam venerit peccator qui ſe tam longè à ſalute ſua conſtituit, qui viuere cupit, niſi inſanus ſit, aut ebrius, nequaquam ſe interimit, ſcit enim impoſſibilem ſibi eſſe reparationem vitæ; cur igitur ſe perimit peccator, ſcieos virtute propria ad vitam gratiæ nequaquam reparari poſſe.

a 1.2. Quæſt. 109. art. 6.
Irreparabilis damnis ſibi notis peccator.
b 1.2. Quæſt. 112. art. 1.
c 1.2 Quæſt. 109. art. 7.

8. *Publicani munus colligatio iniquitatum.*

Adde publicani munus, & ex rapina & vſura vixiſſe. Graue quidem, & ex multis iniquitatibus colligatum iniuſtitiæ delictum: nam per iniquos contractus à ſeipſo homo deficit, donec iniuſtè ablatum ſupra medietatem iuſti pretij reſtituit animæ ſuæ, dominus non eſt, ſed ſub dæmonis poteſtate maner, abalienauit enim animam à ſe, & quaſi impignoratam habet. Semel & iterum hæc inculcat ſpiritus Eccl. 10. *Nihil iniquius quàm amare pecuniam, hic enim animam habet venalem, quoniam in vita ſua proiecit intima ſua.* Et cùm vecordem illum diuitem excitauit, *Stulte hac nocte repetent animam tuam,* ſæpe ſæpius & inſtanter impignoratam animam extorquebunt. Quid ſi huic iniuſtitiæ damna emergentia aſcribantur? nam quia pauperem expoliaſti, eius in te ægritudines, mortes, inopiæ, dedecora & peccata refunduntur: ne dicas, nihil doleo, integer & ſanus ſum, doleat tibi omne quod pauperem vexat. *Quid niteris bonam oſtendere viam tuam, in alis tuis inuentus eſt ſanguis animarum pauperum & innocentum.* Cæteri quidem peccatores cùm labuntur ſupra firmam terram, videntur tucre, & ſpes recuperationis eſt; hi verò in cœno & luto denſiſſimo infiguntur. *Va qui congregat non ſua, & aggrauat contra ſe denſum lutum*, & ſicut tu ex præda viuis, ſic ab aliis prædaberis. *Nunquid non repentè conſurget qui mordeat te, & ſuſcitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam, mirad por alla ſi ay hacienda agena? requemaſo eſa conſciencia agora? eid la ſoſegalda que no callara?* Adde quod vltimum eſt, iam alienis bonis tumidum & turgidum eſſe, *& ipſe diues*, ſplendidus nempe, & celſior fortunatiórque ſuis vicinis, qui poterit hic faſtum & dignitatem depoaere? premitur iam & quaſi in vinculis detinetur. *Incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, eſt enim* (vt dixit Hilarius [a]) *in pecunia honor ſæculi*, imò pecunia honor ſæculi eſt; imò quantitas hominis, vt ait Seneca [b], non ex qualitate morum, ſed ex quantitate diuitiarum penſatur, & quos diuites inuenimus præ omnibus veluti Deos colimus. *mira qual dificil ſera la ſangria de la vena del honor y credito quan dificil eſcultura hacer de una eſtatua de emparador vn mendigo, hacer penitente al que es adorado por Dios, inſtat enim*, (inquit Ambroſius [c]) *plerumque homines, & tumido ore ſupinat faſtigium nobilitatis, & rerum affluentia ſæcularium, niſi pudeat in te aliena magis quàm propria laudari.*

Ierem. 2.
Diues difficile curatur.
a Can. 33. in Matth.
b Epiſt. 117.
Diſcrimen damnationis diuitum.
c Ser. 13. in Pſal. 118.

9. *Cooperatio noſtra requiritur ad ſalutem.*

Vidimus materiæ difficultatem & ruditatem, nunc iam inſtrumenta contemplemur, nam lignum aut ſtatua nihil iuuat effingentem, tu verò peccator ad iuſtificationem debes tuis etiam inſtrumentis cooperari, & inprimis in Zachæo ſalutis deſiderium ordirur negotium, & parata voluntas locum dat gratiæ, vt iam ex Ambroſio [d] dicemus. *Deſiderabat videre Ieſum.* Poſt deſiderium ſenſit impedimentum, peccator enim perinde ſe gerit, ſicut accipiter qui donec euolare incipit vincula non ſenſit. *& non poterat præ turba, quoniam ſtatura puſillus erat.* Tertiò iam de irrumpendis impedimentis agit. *Aſcendit in arborem ſycomorum, vt videret eum*, &c. Alia tria in Chriſto officia reperiemus. Primùm miſericorditer aſpicere, *ſuſpiciens Ieſus vidit illum.* Secundò alloqui eum, & ad bonum inuitare, *dixit ad illum, deſcende.* Tertiò ſeipſum in hoſpitem dare per internam gratiam. *Hodie in domo tua oportet me manere.* Vides quàm bellè Paulus negotium iuſtificationis inſitioni comparauit: quid enim intereſt ſi ſurculus optimæ arboris natura dulcis ſit, ſi arbor illum non recipit, & virtute ſua & ſucco enutrit & vegetat? *Sapientia quidem facilè inuenitur ab his qui diligunt eam, por Dios no queda.*

d Citato in ſequẽti diſcurſu.
Simile.
Series Euangelij.
Inſitio & iuſtificatio ſimiles.

10. *Feſtinanter iuſtificatio & cooperatio fiat.*

Quanto autem tempore opus per hæc inſtrumenta abſolutum eſt? *Feſtinans deſcende, & deſcendit feſtinans, & ſuſcepit eum gaudens*, ſecuritas enim ſalutis peccatoris in feſtinatione eſt, periculum in mora. Suadet hoc ratio inprimis,

deinde

deinde autboritas: nam mors poſſibilitatem tollit reſurgeodi à peccato, quòd ſi vocanti Deo non reſpondes, poſtea volenti non reſpondebit, ſed à tergo mortis ſpiculis configaris.

Simile.

Quandiu enim boſtis arcum & ſagittam contra te intendit, tu ſi ſanus es ſemper clypeo te munis: ſemper autem Deus hoſtiliter in te agit, & mortem minatur, niſi te gratia continuò protegat. Ideo obligatio ſtatus gratiæ & peccatum non admittendi ſemper obligat. De hoc fructu agit Dauid, *Fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* Loquitur de præceptis affirmatiuis ſuo tempore implendis: at verò de gratia addit, *& folium eius non defluet, el verdor de la gracia noſe a de caer.*

Pſal. 1. *Semper obligat gratia conſeruatio.*

Simile.

Simile hoc ſuadet. Cùm dux iubet equiti famulo ſuo vt nomine ſuo alium inuiſat ducem, tali indutum, & ornatum cultu mittit, qualis decet principem quem repræſentat; ſecus verò ſi eques priuata ſua authoritate & nutu ducem vellet inuiſere, minimè enim tenetur dominus eius cultum & famulitium augere. Cùm Deus peccatorem à pellicatu & lucris, vel ambitionibus auocat, & reuocat, argumentum eſt velle magno donorum apparatu ad Patrem mittere, hoc enim decet perſonam vocantem & mittentem; ſecus verò ſi tu ad te reuerſus ſicut prodigus ais, ibo ad Patrem meum: ſatis tunc erit ſi Deus auxilia communia & ſufficientia concedat.

Non tenetur Deus auxilia efficacia dare.

Sed ò Dei clementiam! cùm ipſe vt eſt clementiſſimus *ſemper ſtat ad oſtium, & pulſat*, ideo vltra ordinaria auxilia dabit, & maiora quàm ex ſe peccator indigeret; ſemper enim ac pulſat ſpeciali auxilio inuitat, non verò tenetur ſuperabundans dare, quale dedit Zachæo, quod prætetire non conuenit, quia cùm fortè volueris, non dabitur tibi, ideò ſub metaphora ad oſtium pulſantis momentum rei declarauit; magnam enim longanimitatem & prudentiam poſtulat diutius ad oſtium expectare.

Auxilia Dei prætermittere ſtultitia & ſocordia eſt magna.

Idipſum authoritas ſuadet, Pauli inprimis, qui dixit. Cùm autem placuit ei qui me ſegregauit, continuò *non acquieui carni, & ſanguini*. nihil enim ipſum qui dixit, *Quid me vis facere*, potuit à conuerſione retardare; in hos qui non feſtinant inuehitur Alexandrinus Clemens [a], *Inebriamini*, inquit, *priuſquam conſideraueritis. An iniuria ſit facienda non valde eſtis ſolliciti, ſed quamprimum iniuriam facitis: ſolùm autem an Deus ſit colendus, quæritis, & an Chriſtus ſit ſequendus, hoc conſiderandum, & conſultandum cenſetis.* Vnde Paulus noſtrum operari vocat currere. Et Chryſoſt. [b] feſtinationem iſtam notat in Anna filium offerentem. *Non dicebas, expectabo donec creſcat puer, vt rebus mundanis vtatur, vt paululum puerili ætate immutetur; ſed relictis his omnibus vnum dumtaxat intendit quomodo ſtatim ab ipſis vitæ exordiis ſpiritualem imagunculam Deo fingendam afferat. hechaba de ber quan difficilmente ſe labra la imagen de Dios en vn peccador como Zacheo.*

Galat. 1. Actor. 9.

a Orat. ad gentes. *Promtitudo ad conuerſionem.*

Philip. 2. Hebr. 12. 1. Cor 11. b Hom 21. in ad Epheſ.

11. *Et murmurabant.* O quàm facilè horum ora poſſumus hodierna die obturare, dum ſummi opificis opus & artem proponimus, ſtupet enim quiſquis conſiderat quàm mirabilis ſit Deus in ſanctis ſuis effingendis, vt ponderat Hugo Cardinalis [c]. *Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, id eſt, ex peccato meo, dum ſcilicet illud abſtuliſti, & me in ſanctorum numero mirabiliter collocaſti.* Quatuor enim difficultates quæ in materia erant quàm facilè ſuperauit. Primam *peccatoris*, videlicet iacentis in ſordibus, vno verbo reparat, *ſtans autem Zachæus, ya parece que ſe a leuantado en pie a la gracia.*

Mirabilis Deus in conuertendo peccatorem.

c In hunc Pſal.

Secundam, aliena rapiendi hoc verbum deſtruit. *Si quid aliquem defraudaui reddo quadruplum, gran ſeñal de ſalud la reſtitucion.* Tertiam, nobilem eſſe in ſcelere nobili etiam & principali reſtitutione compenſat, *reddo quadruplum.* Quartam, auaritiæ cum diuitiis coniunctæ, mira largitate honeſtat, *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus.* Quis non miratur manum artificis quæ in tali conuerſione relucet, nec enim ſine cauſa miracula Chriſtus à conuerſione aquæ orditus eſt, quaſi diceret, in conuertendis peccatoribus mirabilia diuinæ meæ virtutis ſigna erunt.

Reſtitutio alienorum bonorum ſignū ſalutis non leue.

Quatuor hæc diuinæ artis opera eximia breuiter ponderanda ſunt. *Stans autem Zachæus* animoſitatem eius denotat, verbum hoc cùm non loqui ſolùm incipit (hoc enim eſt ſtare) ſed omnes difficultates irrumpit, nullo impeditus laqueo, nullo inimicorum viuo relicto: vt admonet Gregorius [a] faciendum, nonnulli contra quædam *vitia ſe vehementer accingunt, ſed quædam ſubigere negligunt, quæ reparant ea quæ ſubegerunt, dan lugar a los vicios vencidos que ſe recobren porque les van de ſocorro vnos odos vicios no vencidos.*

Animoſitas animæ in conuerſione ad extinguenda omnia vitia.

a Lib. 2. Moral c. 12.

12. II. *Ecce dimidium bonorum do pauperibus.* Quid hoc, ait Ambroſius, & Chryſoſtomus, prius incumbit miſericordiæ quàm iuſtitiæ? quare priùs non reſtituit ablata? Reſpondetur, membra quæ in corpore contracta ſunt prius quàm protendantur blandis vnctionibus indigent; ita ſimiliter contracta quædam & parca ſordidaque corda, Hiſpanè *mezquinos cortos, auaros* cùm aliena ſtricta manu tenent lenientibus vnguentis, & oleo miſericordiæ vngi neceſſe eſt, vt priùs quæ ſua ſunt diſtribuant, & ſicut ſponſæ manus diſtillent, deinde aliena reſtituant. hoc indicant verba Domini, Luc. 11. ad Phariſæos loquentis, *Quod intus eſt veſtrùm plenum eſt rapina & iniquitate*; & quo oleo vngi oportebit rapax iſta manus? addit, *Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis: por ay ſe va a la juſta reſtitucion que es la que deſencoje las manos del todo.*

Cur prius pauperibus quàm creditoribus reddit Zachæus.

Da eleemoſynam vt manus ad reſtitutionem ſe diſponat.

13. III. *Si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.* Non ſatis erat primum, ait Ambroſius, *alterum enim non ſatis eſt, nec habet gratiam liberalitas, ſi iniuria perſeuerat; quoniam non ſpolia, ſed dona quæruntur*: & ait *quadruplum*, nam cùm Exod. 22. præſcriptum eſſet, vt pro vno boue, quem quis furatus eſt, quinque redderet, & pro oue quatuor, & pro pecunia duplum, Zachæus verò damna emergentia & ceſſantia lucra computans quadruplum reſtituendum putauit; tu verò frater ne parcas turgenti ex alienis bonis membro, præcide, etſi doleat. *Hic vre, hic ſeca*, aiebat Auguſtinus, *nihil parcas, vt in æternum parcas.* Iſai. 3. *Stat ad iudicandum Dominus*, & in quos inuehitur eius ira? in diuites auaros, *vos enim depaſti eſtis vineam meam, & rapina pauperis in domo veſtra.*

Eleemoſyna de ablatis non detur.

Reſtitutio fiat etſi doleat deuoti.

Hodie huic domui ſalus facta eſt. Iam in Eccleſiam conſecratur hæc domus, iam ceſſant contractus, finis eſt lucrandi & mercandi Zachæo. *en teniendo a Dios en ſu caſa dexó el trato malo nuncamas*; hoc enim neceſſarium viſum eſt vt Chriſtus poſſet manere in domo eius; intrante enim Chriſto non indigeris vt admoneamus

Finem faciat lucrandi & negotiandi mercator.

mus vos vt prophana & aliena deponatis, ipſe ducet, & erudit animam.

14. Verùm non iniqui contractus reſcindendi ſunt, ſed qui licent, ſi nimij ſunt, vel per multos annos durarunt. Iam habetis neceſſaria, ceſſet ſitis ſuperflua, valetudinem enim corporis his conſtare ferunt medici, *ex motu & quiete, ex ſomno & vigilia.* Similiter anima viciſſitudine & quiete indiget, quando requieſces auare? Auguſtum Cæſarem qui Iani fores clauſit, & amicus pacis fuit, vexabant duces & milites; quare aliena non debellaret regna inſtat Alexandri, qui ſemper regnis inhiabat alienis. Reſpondit, ignorauit Alexander, quid in regno potiùs eſſet, & rege dignum, regnare videlicet, & potiri partis iam regnis. Dicis tamen ad ſenectutem parare bona, vt tunc requie potiare; fallit te dæmon, & mors intercipit, interim te alligatum tenet triremibus mercaturæ, Eccli.6. *Laborare non ceſſat, nec ſatiantur oculi eius diuitiis, nec recogitat, dicens: Cui laboro? & fraudo animam meam bonis gratiæ & gloria ſempiternis?*

Quieſcat animus poſt lites & negotia multa.

VERBVM FILII.
Luc. 19. verſ. 1.

Ingreſſus (Ieſus) perambulabat Ie-richo.

Zachæus conuertitur, domus ſalutem obtinet, Roma Chriſto ſubiugatur, Eccleſia veraque religio mundo affulget.

DISCVRSVS CLXXVI.

1. NIMIRVM, res eſt perfacilis, & nullius negotij, leue facinus dicto ſolùm & verbo patrabitur, factum putate. Et quódnam opus? *Ite Romam diuitiis & triumphis exultantem, in media vrbe templum Eccleſiarum metropolim erigite, altare vni Deo conſecrate, & eiuſdem qui ligno ſuffixus fuit crucem & imaginem adorandam proponite.* Paruo negotio & quaſi per ludum hoc exequi poteſtis. De mari in terram piſcatores nudi & imparati proſilite, & quaſi ab aquis proiecti regna mundi penetrate, in orbis arce Roma pleno ore mundum à vera religione toto aberraſſe cælo prædicate: veſtra ſola ignorantia ſapientibus opponatur. Reges veſtra nuda humilitate ſubiicite: vincite moriendo, gentem augete effundendo ſanguinem; ſeipſis homines exuite à cupiditatibus ſibi coniunctiſſimis abducite, à terra ſuſtollite, vultúſque diuinos illis effingite æternitatis ſpe; rerum humanarum gloriam ſpernite; humilis veſtra demiſſio Romæ faſtum deiiceat, ieiunio menſas opiparè inſtructas euertite, nullo veſtro ardore & turpitudinis ſenſu thalamos & lectos exturbate, errorum zizania comburite, mendacij plena oraculorũ voces oraque obſtruite, idolorum aras ſolo æquate, ſpolium victoriæ ſit Roma, peſſum abeat, ruat ad interitum, cuius imperium ſempiterna ſedes ſit piſcatoris, & templa vni Deo crucifixo dicata.

Mirabile opus conuerſionis Romæ & dedicationis Baſilicæ Saluatoris.

Verbum Dei Romam conuertit.

Quî fieri poterit, quibúſve inſtrumentis (mi Domine) res tanta támque difficilis? Quo pacto (rogas) & quibus armis? Verbo tenus noſtro, *Ecce dedi verba mea in ore tuo.* Verbo tuo (ô Domine) cæli firmati ſunt, & terra & omnis ſpiritus eorum, tuo tamen verbo & ex tuo ore profecto, verùm in meo? in meis prophanis labiis verbum Dei? in ſordidiſſima lingua vox tua? in coinquinato & impuro halitu ſedem figit Spiritus ſanctus; concionator ego? verbi miniſter? veritatis præco? vrbium expugnator? vrbis & gentium ſuperbia, & diuitiis affluentium debellator? Ardua quidem res, & minimè ſuſtinenda prouincia. Vox quidem tua, & ſermo omnipotens erat, & à regalibus ſedibus veniens, verùm modò quid vilius, quid abiectius excogitari poteſt verbo illo quod iam vim & exiſtimationem apud homines amiſit, tantum opus mihi aggrediendum eſt? Ita quidem. *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, vt euellas & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices & plantes.* Prædica Romam igne Spiritus ſancti concremandam. Imperatores ſubiiciendos, exturbanda idola, diruenda palatia, domum nomini meo ædificandam, regium viridarium plantandum. Hæc meo nomine dices: nam *ſi ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris.* Si prædixeris reges ſeparandos, & viles homines cunctamque plebem indiſcriminatim in exilium ducendam, fundandam veram in Babylonia religionem, quaſi fideliſſimus Propheta eris, ego enim quidquid dixeris adimplebo. Hodie igitur Seruator noſter more regum qui palatia & pulcras atque ingentes porticus, & incredibilia opera moliuntur, architectos priuatim vocant, qui extruendæ machinæ ideas, imagines & figuras & prima lineamenta ducant, vnde poſtea ſurget opus, & ſecundùm hanc formam perficietur; ſic in Zachæi * hominis Gentilis domo, & in eius conſecratione, exemplar totius Romanæ fabricæ, conuerſionis & cultus excitandi vnici Redemptoris, formam adumbrat, *haze en caſa de Zacheo traza de ſu conuerſion para la de Roma en ſu caſa pitipie y planta de la Igleſia Romana.*

Ierem. 1. 9.

Semper ſe concionator indignum Dei verbo & prædicatione reputet.

Ierem. 1.

Ierem. 15. 19.

SVMMA DISCVRSVS.

In conſecratione domus Zachæi exemplar fit conuerſionis Romæ.

* Ita videtur ſentire Ambroſius de Zachæo in hunc locum.

Et ingreſſus Ieſus perambulabat Iericho, & ecce vir nomine Zachæus. Quæ deambulatio eſt iſta (magni conſilij Angele) quid cogitas, quid meditaris in Iericho. Sed iam teneo, mentémque percallui. Deus enim cùm immenſus ſit, & gigas altiſſimus, quò aſcendat non habet (proprium enim Dei hoc eſt) gaudet igitur deſcenſu: hincque factum eſt vt naturam humanam aſſumeret Angelis minoratam, *minuiſti eum paulo minus ab Angelis.* Gaudet item humilitate, & abiectis minimiſque ſeſe inſinuat. Sit igitur exemplum pro tanta maieſtate exiguum quidem, ſed proprium. Reges terræ ingentia licet ſibi palatia in regia, vel in vrbibus extruxerint, tuti tamen alias ædes amœniores ad animi oblectationem veluti Salomon dumum ſaltus ædificant; in eas diuertunt vt priuatim animus, ſenſúſque recreentur, vel de ſingulari pictura, vel de antiquis ſimulactis & ſtatuis, vel de ſingularis feri venatione ceruorum vrſorúmque. Hoc ipſum in vniuerſi molitione Deum intendiſſe fertur, & in hominis creatione, viridarium nempe & hominem in ludum & oblectamentum ſibi condere. *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram;* hominis enim opificio peracto requieuit, vt ait 2.

Pſalm 8. 6.

Deſcenſus & humilitas humana ſúmque Deo altiſſimo placet.

Simile.

Ambroſius

Ambroſius, & quaſi lætus dixit, ecce iam homo eſt cum quo oblectemur. *ya tenemos con quien paſſar vn buẽ rato.* Et vbi nos legimus *ludens*, Septuaginta, *iocundabar in orbe terrarum*, ibi mei expreſſam imaginem intueor, *retrato mio*, ibi caſtam mitémque columbam excito, *facó de ſu hornilla la paloma, ſurge, propera columba mea*, ibi vulpeculas capio, *guſto de tirar a vn animal dañino, capite nobis vulpes paruulas.* Capio ſimiliter leonem, *& conculcabis leonem & draconem.* His gaudet, his rex noſter lætatus eſt. Age ergo mi rex, ecce vir adeſt quem optabas, ait P. Chryſologus [a], multum faceſſit negotij huius hominis captio, & venatio; omnes enim hæ ſtatim occurrunt difficultates, *in Iericho vir, nomine Zachæus princeps publicanorum, & ipſe diues. Ex loco, perſona, officio reatus magnitudo monſtratur, vt ex magnitudine criminis remittentis luceat magnitudo. Parece que como el gitano rebuelue a la bara la cinta y quando, mas eſtan y todos dezimos, dentro eſta, el dize pues no ſino fuera y la deſenrreda, aſi eſte ſapientiſſimo ſaluador nos mueſtra eſte hombre que en la vara fragil de ſu vida hauia dado cien bueltas y enredado ſu ſaluacion todo deziamos dentro eſta, al infierno ira. Reatus magnitudo monſtratur, para que? para moſtrar la ſabiduria del que le ſacon fuera eb o fuera del pecado al publicano. vest, vt ex magnitudine criminis remittentis eluceat magnitudo.*

[a] Serm 54. de Zachæo 3.

ALTERA SVMMA DISCVRSVS.

Ecce. Acuite animos, nec paruulum omnino exiſtimate Zachæum qui maximus peccator eſt, quod vel ex hoc licet conijcere, habitat enim in ciuitate verbo Dei rebelli obſtinatæ, cui ſic aures obturauit, vt opus fuerit Ioſue ambabus buccis tubis perſonare, & voci obſtinatos muros tubarum voce & clangore euertere, in qua ciuitate vna Rahab meretrix ſalua fit. Vide qualis reliqua ciuitas erat. In hac ergo Zachæus publicani munus obtinet, probè enim norunt huius farinæ viri quas vrbes & loca incolere tutius & vtilius ſit, in quibus mendacia vigent, iniuſti contractus, vſura & fallacia, *& non defecit de plateis eius vſura & dolus, es mercaduria que la lleba la tierra*, & ideo nunquam de platea deſideratur. *Et non defecit.*

Pſal. 54. 12.

4. *Superbia regnat inter diuites.*

Vir audax, fortis, induſtrius, vafer, qui furandi artem percallebat, conſtantior autem & acrior in furto ſublata conſeruando.

Non minor eſt virtus quàm quærere parta tueri. Princeps publicanorum qui viuebat ex rapina & vſura pecunioſus & inſolẽs quaſi dux perditorum hominum factus. Omnia igitur peccata pro foribus domus Zachæi ſtant, oſtium obſeruant ne Chriſtus ingrediatur. Superbia *princeps publicanorum*, pinguis diuitijs, dignitate elatus, qui quoties de reſtituendo agit, vel faſtum demittere conſtituit, vel modum ſumptibus ſtatuere, rugata fronte, truci vultu & ardentibus oculis ſuperbiæ gigas occurrit, & obſtat. Quid hoc? quid animo deficis? quæ te ſubiit cogitatio? reſtituendi? nunc referre pedem audes? nunc de gradu & ſtatu dignitatis dimouendus? nunc ſpoliandus? nunc præcipitandus? his exterret verbis, & in honoris carcerem & in vincula opinionis populi detrudit homines timens pluſquam Deum, vt Paulus ait, *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli, hechalos en el cepo del que diran.* Auaritia etiam ad oſtium excubabat, & iniuſtitia, quę animum prauis emptionibus, immodicis vſuris & lucris irretit, &

Auaritia ab ſ diuites excæcat.

obligat, & in infernum perducit. Et ſuper hęc addit quòd in vita ſeipſum diuendit diabolo. Qui enim viginti numorum pretio quod decem tantùm numos valebat, vendit, ſeipſum pretio illo iniuſto tradidit; quod probatur, quia etiamſi de peccato iniuſtitiæ doleat donec reſtituat exceſſum, vel efficax propoſitum habet reſtituendi, nondum in dominium rediit animæ ſuæ; venditus eſt dæmoni, nec ad ſeipſum redit, vſque dum ſoluat & reddat. Idcirco notauit D. Baſilius [a] cæleſtem vocem ſtolidum illum diuitem ſic compellaſſe. *Stulte, hac nocte repetent animam tuam, eſta noche te repediran tu alma.* Quid quæſo opus eſt cæleſti miniſtro repetere, nonne ſatis eſt petere? ſemel exigere? & in barathrum detrudere? minimè, ait Baſilius. Quia ſicut pignus aliquod multis traditum & impignoratum dominis ſi eruendum & liberandum eſt opus eſt ab hoc & ab illo multa repetitione extorquere; ita cùm iſtorum vſurariorum anima in negotiatione obſtricta & demerſa eſt, ære alieno eorum quibus vſuram fecit opus eſt, vt hora obitus, dæmon qui exactor eſt ab hoc & ab illo & mille alijs quibus fœneratus eſt exprimat & extorqueat. Eccl. 10. *Nihil iniquius quā amare pecuniam, hic enim animam habet venalem, quoniam in vita ſua proiecit intima ſua, el alma arroja fuera*, non eſt domi Zachæus, fruſtrà domi exquiritur, venditus eſt in iniquitatibus ſuis.

A ſimili.

Vendit animam ſuā, nec recuperat nequius venditor.

[a] In hunc locum. Luc. 12. 20.

Simile.

Tertius gigas qui ad fores obſeruat turpis eſt delectatio luxuriæ, quæ domos incolit diuitum, & de ſua turpitudine & libertate gloriantur, & auidiſſimè fœminam exquirunt, & audenter iurant ſe talem fœminam adepturos, etiamſi media patrimonij pars in ea conſequenda inſumatur. Hæc vocat Spiritus ſanctus in Apocalypſi, *Poma deſiderij animæ tuæ receſſerunt à te*, & Græco verbo *deſiderij* vox hæc *concupiſcentia* reſpondet, *eſos antojos que buſcas como fruta nueua.* Vocat verò concupiſcentias *poma deſiderij*, quia ſicut grauida mulier liberè quidquid ardenter exoptat petit, poſita omni verecundia, etiam impoſſibilia, turpia ardentibus votis concupiſcit, & expetit; ſic diuites ſine pudore iam omnia expetunt, publice ſua deſideria prædicant, & explere conantur, hoc iam extremum malum eſt, malū facere, & de iniquitatibus gloriari, ideo Paulus *inimicos crucis Chriſti* nuncupauit. Sat dixiſti Paule, addit, *Quorum finis interitus*; quid vltrà? ſed vt extremum malum addit, *& gloria in confuſione ipſorum qui terrena ſapiunt*, explicat Chryſoſtomus [b], *in quibus debebant pudefieri, in illis etiam gloriantur.* Graue quidem malum eſt (ô munde) turpia patrare, patrantem verò pudefieri mediocriter malum eſt; quòd verò malè agens glorieris, prodas iniquitates, excellens tua ſtupiditas eſt. Erat denique homuncio iſte moribus inprimis Gentilis, ſed ſimiliter profeſſione Gentilis erat, vt ait Cyprian. [c] Tertullianus [d], Chryſoſtomus [e], Beda & Ambroſius, ideoque grauiter murmuraſſe Phariſæos quòd ad illum diuertiſſet Seruator, quaſi hoc myſterio vacaret.

5. *Turpis delectatio animas & corpora diuitum maculat.*

Cap. 18. 14.

Simile.

Philip. 3. 18.

[b] Serm. 3. in epiſt. ad Philip.

[c] Lib. 2. epiſt. 7.

[d] Lib. 4. contra Marcio.

[e] In hom. de Zachæo.

Agite venari iam cupio peccatorem inſignem. Quis capiet illum, Domine, ego, *ludens coram eo. ludens in orbe terrarum*, quaſi per ludum tollam omnia impedimenta ſalutis. Ludum iſtum Chriſti Domini & gratiæ eius egregiè vobis expoſuit Ambroſius [f], Primò menſa voluntatis

[f] Lib. 2 de vocatione. Gent cap 9.

paranda

paranda eſt, quod ipſa præſtar gratia. *Ipſa enim gratia* (inquit) *in eo quem vocat primam, ſibi receptricem & famulam donorum ſuorũ preparat voluntatem.* Deus enim non ludit cum nolentibus, vel qui velle nequeunt, *nam virtus nolentis nulla eſt.* Poſt hæc autem ſequitur animum menſæ ludi accumbere, & ad Deum propiùs accedere. Hoc ſignificat, ait Ambroſ. Zachæum in arborem conſcendiſſe, ideo nempe, quia Saluatur *inde erat tranſiturus*, vt oſtendat oportere etiam peccatorem aliquid agere, non quòd gratiam de condigno obtineat, ſed vt inuitet gratiæ donatorem. Arma gerebat Dauid ex bello illo Goliath, fundam ſcilicet, & quatuor lapides & gladium gigantis, cùm tamen Ionathas conſideraret quàm bene illis vſus fuerat, aliis eum induit, & moniuit principe dignis: ſic Deus facienti quod in ſe eſt non denegar gratiam; ideo preces beatæ Virginis non omittas, ſtipem da pauperi, orationi & cócioni adeſto primus, *inde enim erat tranſiturus*; per hæc enim opera tranſire ſolet gratia inuitans & excitans, quod in Zachæo valde Chriſto placuiſſe notauit D. Auguſt.[a] Magnum beneficium ille arbitrabatur Chriſtum videre, qui magnum & ineffabile beneficium putabat, tranſeuntem videre; ſubitò meruit in domo habere, infunditur gratia, operatur fides per dilectionem, ſuſcipitur Chriſtus in domum qui iam habitabat in corde. Ideo enim Theologi ducent facienti quod in ſe eſt Deum gratiam non denegare. Maldonatus noſter. In hia autem ſemper primam manum mittit Deus, *ſiempre juega Dios de mano*; præuenit enim ſemper eius miſericordia peccatorem, & licèt Deus in principio nulla ſponſione facta omnia incrementa auxilij dare ſoleat & abundantiſſimam gratiam, ſicut Saulo in itinere Damaſci, & latroni in cruce pendenti; verùm (quod commune eſt) expectat, & ſponſiones minores, deinde maiores facit, quouſque ab anima velle ſuum & couperationem eliciat,
7. vt videat qua ratione ſe gerat. Quòd ſi magnitudine ſponſionis non deterretur, amplificat gratiam, auget incrementa donorum. Quòd ſi renuit anima inuitata ſponſionem concedere, chartas numóſque colligit Deus, & cum alio luſurus pergit, *alzaſe Dios ſi no le admiten los embites y dice vamonos a jugar con quien mas medremos.* Fuit igitur prima ſponſio diuina dum Chriſtus perambulabat Iericho, accedẽdo nempe ad Zachæum, & fama doctrinæ, & miraculorum ſplendore, quibus impulſus eſt vt ſaltim vellet videre Ieſum. Deus enim præbuit principia ſalutis quæ impoſſibilia erant peccatori. Vult ille, & ſponſioni acquieſcit, & ſtatim qua illũ intueri poſſet procurabat. *Et quærebat videre eum quis eſſet, & præcurrens*, &c. Videamus virum iſtum Prophetam ſanctum, nec enim altiora meditabatur, adhuc in peccato iacebat. Dominus verò cùm perplacuiſſet Zachæi animus, auget ſponſionem, *reenbido mas miſericordias*, *atque accedens proſpexit illum, & cum veniſſet ad locum proſpiciens Ieſus vidit illum*, & cùm bene diſpoſitum videret, maiorem miſericordiam adauget, *Zachee feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere*: at ille ſtatim admittit ſponſionem factam, & ita *feſtinans deſcendit.* Redemptor autem interno impulſu nouam amplificatur ſponſionem, quam tamen nihil hæſitans Zachæus acceptat, & *ſtans*, hoc eſt, loqui incipiens, ait, *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus.* Hoc miſericordiæ tribuamus libentiſſime: age perge, & iniurias proximis illatas inſtaura; fiat Domine, & *ſi aliquem defraudaui reddo quadruplum.* O Zachæe, tu felix es; gratiam abſtuliſti, *hodie enim ſalus huic domui facta eſt.* O diuina virtus! ô potentia Redemptoris, cuius ſtudium, celeritatem illi gigãtes pro foribus poſiti nequaquam retardare potuerũt. O Zachæe, vbi ſuperbia? vbi auaritia? probra hominum quomodo ferre poteris? vbi dignitas domus, & familiæ ſplendor? ampla ſupellex, congeſti & obſerati numi? præualuit gratia, vicit Chriſtus. Certè dum gratiæ conſentis, nouæ tibi gratiæ acceſſio facta eſt, quod Chriſtus Dominus maximè obſeruandum prædixerat Marci 4. *Videte quid audiatis, in qua menſura menſi fueritis remetietur vobis, & adycietur vobis; qui enim habet dabitur ei, & ei qui non habet etiam quod habet auferetur ab eo*, vbi de cooperatione agere certum eſt.

Quo ordine Deus auxilia conferat vt lucretur animam.

Propiùs accedis ad Deũ peccator per aliqua pia opera.

a Serm. 8 de verb. Apoſt.

Primò Chriſti gratia accedit ad animam.

Coperatio ſequatur auxilia.

Salutẽ conſecutus eſt Zachæus, Chriſtus verò lucratus eſt eũ.

Sponſiones gratiæ factas acceptare oportet & admittere.

Et murmurabant Phariſæi. Ecce qui circumſidebant Phariſæi otioſi, & ſolùm ludo intererant linguis petulantibus in Saluatorem inuehũtur. 8.
Videte, aiunt, in quam domum, & quam amicitiam ioierit, hic mundum ſaluum facere ſe veniſſe iactat? O maledici obtrectatores, nónne hic ſuo incumbit muneri ſaluos faciendi? quare dum hic vicinus veſter ſalutem conſequitur, vos maledictis authorem ſalutis conſectamini! *& murmurabant* quòd ad hominem peccatorem diuertiſſet. Hoc Iudaicum crimen & execranda iniquitas fuit, inquit Auguſtinus[a]. *Omnes quidem arbitrer mirabantur, ſed non omnes conuertebantur.* Ex eadem concione qua vnus ſeriò ad Deum mente & animo conuertitur, peruerſi & nequiores euadunt ij, qui damnationis præſeferre ſigna videntur. Non ſecus atque vobis in domo veſtra contingit, qui cùm domi alitis catellum pariter & filiolum, vobis gratiſſimum, & cùm eos non multum diſpari amore proſequimini, ex eodem pane catellum & filium alitis, Quid autẽ elapſu iam anno contingit vtriſque; quid? nempe vt ex eodem pane filius magis filius, canis magis canis, euaſerit. Nónne idem panis eſt quem hîc mater noſtra & iuſtis & peccatoribus frangit? idem vtique ſermo, eadem veritatis doctrina? quid tandẽ poſt hæc habemus? vt iuſti iuſtiores verbo Dei in corde repoſito efficiantur, vos verò interim canes acriores, rabidiores detrahatis atro dente concionatori, & dũ Zachæus crumenas & furto ſublatos numos pãdit & reſtituit, vos conſcientias nouis nodis implicatis, & nouos auaritiæ laqueos induitis, nec de pœnitendo cogitatis. *Amirabantur, ſed non conuertebantur.* Quid ſupereſt ergo Domine, quà tibi incedendum eſt via? Iudæos derelinquã modò, pergam ad gentes vt ipſa æmulatione ſtimulati feruentiores ad fidem redeant.

Diuerſa ſors eorum qui Dei verba audiunt.

a Tract. 59 in Ioan.

Simile.

Quò ergo Deus meus properat? Romam Ethnicam ad ſe conuertere ardentiſſimè exoptat, ibi moltos filios fides pariet, ibi cæcos & claudos in regium conuiuium aduocabit; ideo enim Romam ad ſãtum magnitudinis faſtigium aſcendere permiſit Omnipotens, vt maior eſſet verbi diuini & crucis prædicatæ triumphus, ita vt alto conſilio factum verbis Pauli (quondam Pharaoni enuntiatis) prædicatum ſit. *Quia in hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te virtutem meam, & vt annuntietur nomen meum in vniuerſa* 9.

SECVNDA PARS DISCVRSVS.

Mirabilis Romæ conuerſio.

Rom. 9. 17.
Exod. 9. 16.

ſa terra. Et licèt in perangusta domo Zachæi prima lineamenta ducta ſint, modò tamen tempus eſt arcem religionis extruere, & miraculorum omnium maximum edere, vbertimam ſalutem effundere, facinus denique ita ingens & glorioſum patrare, quod reliquorum omnium ſummum, ac præſtantiſſimum inter infinita alia caput attollat. Hinc enim Eccleſiarum coloniæ innumeræ; hinc fortiſſimi religionum exercitus, ac religioſorum agmina ſelectiſſima; hinc diuini cultus eximius ſplendor ac maieſtas; hinc diuina ad animorum ſalutem oracula atque reſponſa; hinc demum cæleſtis fidelium omnium doctrina atque inſtitutio tanquam proprio ex fonte & origine deriuabuntur. Huius tanti facinoris patratorem ſe vidiſſe Ioannes teſtatur Apoc. 5. *Et vidi alium Angelum fortem deſcendentem de cœlo, mari terráque obambulantem*; ſicut quondam

Accingitur Christus ad conuerſionem Romæ.

in Iericho ingreſſus perambulabat. Quò pergis ſalus animarum? Quid mente reuoluit magni conſilij Angelus? Iſai. 9. ita enim legunt Septuaginta, vbi nos, *admirabilis conſiliarius.* Magna equidem meditatur, verùm non magna ſolùm, ſed fortia, addit enim *fortem*, vt iam exinde noueris hunc eſſe qui ad ſubiugandum Chriſti fidei Romanum imperium & bellum inferendum fortis debellator aduenit, *deſcendentem de cœlo.* Cælum enim erat Eccleſia ob cæleſtes mores, & quia certò tibi ſtatuas bellum quod infert per concionatores, eorum aduentum non à terreni regni conſilio, ſed ſupremo ac diuino manaſſe decreto, & in cæleſti ſolio demandatum.

Aduentus concionatorum ad hanc vel illam vrbem à diuino conſilio procedit.

Iris in capite eius, pacis enim fœdera ſtabilire & annuntiare venerat, deſtruit enim vt ædificet, euellit vt plantet, vindicat ſibi ab idolis illatam iniuriam, Romam autem incolumem & ſanctam efficiet; *ipſe enim eſt pax noſtra*, ait Paulus. *Et facies eius ſicut ſol*, vt oſtendat ardens deſiderium ſalutis animarum, & diffundendi Euangelium: nubibus item obtegitur, hoc eſt, humanitate & concionatoribus, quos Solis inſtar excitabit, & in varias plagas diſpertiet: *Pedes eius tanquam columna ignis*, id eſt, magni, firmi, pulcri, ardentes, & inſtar gigantis, *que a ſaluar almas alargar el paſo de gigante*, adeò celeri curſu, *vt pedem dextrum ſuper mare*, ſiniſtrum autem ſuper terram collocauerit; priùs enim pedem fixit in Iudæa, ne derelicta videretur, ipſa autem verbum Dei reſpuente, *ecce conuertimur ad gentes*, ait Paulus, quæ per aquas maris ſignificantur, *vt aqua pariter igne arderent*, ſicut in Actibus perſpicuis verbis profitetur Paulus, *Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, ecce conuertimur ad gentes.*

Conſilia pacis meditatur Christus. Epheſ. 2.

Migratio Verbi Dei ad gentes.

Actuum 16. 46.

Iudæi ergo Domine ſalutem conſequentur? ita, ait, ſed perpauci, Ethnicorum comparatione; lege libellum iſtum pugillarem, *habebat in manu ſua libellum apertum*; in hoc, inquit, ſaluandi conſcripti ſunt. Non legiſti Iſai. 10. *Conſummatio abbreuiata inundabit iuſtitiam, conſummationem enim & abbreuiationem faciet Dominus omnipotens.* Verbum, hoc eſt, opus, vel ſalutem breuem faciet Dominus, ſicut quondam ex decem tribubus ſeruitute oppreſſis paucissimos iuſſit in priſtinam libertatem reuocari, in quibus ſic ad exiguum numerum redactis (teſte Apoſtolo) iudicatur perpaucos ex natione Iudæorum Chriſti beneficio ſalutem conſecutu-

Pauci ex Iudæis dicuntur conuerti ad fidem.

ros: id tibi amarum videtur, verùm dulciſſimum prius tibi viſum eſt Romam in ſalutem vocare, tua gente relicta. Hic grandi voce exclamare potes Paule, *O altitudo diuitiarum, ſapientiæ & ſcientiæ Dei; o que rico es Dios que no a meneſter a nadie*; ô profundiſſimæ diuitiæ! ô altiſſima ſapientia, quæ per æmulationem perfidos Iudæos ad Eccleſiam adducere conatur. Rom. 11. 33.

II. Grande quidem facinus, ſed non ſic leuiter & facilè patrandum, tres enim gigantes pro foribus Romæ ſtant, ſicut qui domum Zachæi obſeruabant, *ſuperbia* nempe regum, & ſenatorum. *Auaritia in mercatoribus.* Turpitudo item, & inhoneſtus amor in nauigantibus ſignificata, in infima nempe plebecula, quibus vniuerſa exundat Roma, *torpeza en la canalla popular y gente corteſana.* Tace tamen, & obſerua qua ratione per ludum, vt aiunt, omnes ſuperabo.

Superbia præoccupat ſinus Romæ.

Primi omnium ſeſe nobis opponunt imperatores, & diuites, quos vno verbo depingit Ioannes. *Qui in delitijs vixerunt*, ſuperbi exultantes. *lo Zanos pompoſos y feroces*: ſicut indomiti equi, qui excuſſis frænis tumultuantur, atque ſuperbiunt, quos tamen ludens humiliat Dominus. Fugiens die quadam Dauid quaſi qui ab aliquo furenti inſano & amenti homine ſe eripit, ad Dei pedes confugit, Pſ. 16. *Eripe animam meam ab impio, ſaner diuino rey que viene contra mi el poder humano loco y con eſpada*; eripe animam meam ab his potentibus ſæculi principibus, *frameam tuam ab inimicis manus tuæ*, vindica & eripe gladium tuum ab inimicis manus tuæ, diuitibus, inquam, iuſtitiæ tuæ aduerſantibus.

Superat Christus diuites & imperatores per luſum.

Quid vocat Dauid frameam, vel gladium? diuitias intelligit in manu potentis, è quibus ipſi gladium fecerunt, vt pauperi pellem vitámque tollant. Non auditis inſanum regem? *Euaginabo gladium meum, perſequar, interficiet eos manus mea.* Ego de medio tollam Petrum, & impunè abibo. At quid mihi numi ſuppetunt in arca? ego litem illi inferam, in qua ad vltimum quadrantem omnes facultates expendat; mihi verò diuiti amicorum caterua ſtipato quanto pretio ſtare poteſt? non vides gladium in manu temulenti, & inſani, quod ipſi ingenuè fatentur, *nos ſtulti*, & illi diuiti dictum audiſti, *ſtulte*; age ergo Domine, impera fortitudini tuæ, manda virtuti tuæ; quid enim mali non inferat amẽtis manus gladio inſtructa? diſtringe gladiũ, oſtende potentiam tuam; nullo modo, ait Dominus, ludens corã eo gladium eripiam.

Gladius in manu temulenti aut inſani diuitiæ in manu potentiorum.

Veruntamen *propter dolos poſuiſti eis, deiecisti eos dum alleuarentur.* Complutenſis, veruntamen in lubrico poſuiſti eos, quod D. Iacobus dixit, *in incerto diuitiarum*, vbi fallente veſtigio de potentia ad humilitatẽ, de throno ad ſtabulum, de gloria ad ignominiã prolabantur. *yo les hare deslizar y caeran fea mente.* Verùm alij legunt, *feciſti eis dolum*; quid hoc? Deus ne poteſt inferre dolum? Quando amens quidam fugit vincula, & enſem diſtrictum arripit, nemo accedere, nemo enſem extrahere audet, magiſter verò qui familiam gubernat, accedit, non quidem diſtricto gladio procedens ad certamen, vel quaſi gladio ludens, *no ſe pone con el vñas arriba vñas abaxo*, ſed doloſè pane ſiniſtra oblato illum allicit, ad eſum inuitat, ſiſte fili, accipe, ede panem iſtum, quo arrepto illum aggreditur, & ſublato enſe & plano ſcapulas percutit, & in obſcurum carcerem coniicit. Quis, ait,

Ludens capit diuites & inſoleſcentes.

12.

Simile.

ait Auguſtinus, ferocientis & tumultuantis Romæ arma gladióſque arriperet? Deus ne ex aduerſo, diſtricto enſe in ſingulare certamen laceſſet illam? abſit, quin potius quaſi per dolum ſiniſtra manu proſperitatis & fortunæ bona porrexit, allexit, attraxit, omnia felicitate plena erant; cùm verò otio & tranquillitate potirentur, enſem ſurripit de manu ſuperbiſſimæ Romæ, & lethalia vulnera infligens in æternam damnatiooem præcipitem agit, & vinculis æternis addixit.

13. Auaritiam & diuitiarum amorem facilè ſimiliter ſuperabit, ipſi enim ſeipſos interimunt diuites, filij Chanaam, ſæculi negotiatores: id

Pſalm. 16. 14. cecinit Dauid, *Domine, à paucis de terra diuide eos, de abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum.*

Auaritiam Romæ ludens abſtulit Deus. Quid opus eſt pauperes à diuitibus diſiungere, nònne modò ſunt in remotiſſimis & diſſimilibus locis? quanto interuallo menſa diuitis & paoperis diſtaot? Ita eſt, ait Dauid, ſed cùm obſignatum teſtamentum Dei reſerabitur, ibi longo ſpatio diſtare videbuntur, cùm hi ad hæreditatem vocentur, illi ad tormeota deferantur. *Idque poſtulat à Deo, Domine à paucis diuide eos*, exhæredes facito de teſtamento modò, vt poſtea abdicati & diuiſi permaneant in ſempiternum; ſiquidem non reſpicientes ad mundum futurum de terrenis ventrem explere non ceſſant. Verùm, *abſcondita*, vocauit diuitias & numos, Deus enim ſaluti eorum conſulens hæc

Simile. terrena in abſcondito poſuit. Quemadmodum mater quæ fortè domum ad quoddam pharma-

** Traxo vn poco de rejalgar para vna medicina.* cum aconitum * attulit, & cùm puerum habeat qui dulcia & bellaria vbicumque ſint inueſtigat & deuorat, anxiè & ſolicite quærit vbi venenum abſcondat, ne fortè ſacchari ſpecie deceptus, mortem edat. Similiter Deus cùm ad pauperum vulnera & inopiam curandam domi ſuæ aurum & argentum prouidiſſet, veritus ne

Diuitijs quas Deus abſcondit ſibi vitam adimunt diuites. diuites veoenum decepti deuorarent, mundi longè remotos montes, rupes aſperas cæcaque ſubterranea & profundiſſima conquiſiuit; illi verò abditiſſima quæque loca penetrantes ventrem de abſconditis explent, mortémque ſibi aſciſcunt: ſicque fit vt Deus nullo è vagina diſtricto gladio ſua eos cupiditate interimat.

14. *Delitiæ Romæ conuerſa in acerbitates.* Quid de inhoneſta & turpi delectatione? peribit ſanè, etiamſi Romæ opulentia, luxuria & petulantia tutata, & in altum ſublata videatur; licèt enim vinum in aureo Paulo mundo proponeret, repentè felle & amaritudine mixtum in teterrimam aceti fæcem commutatum eſt, hac enim pœna animaduertit Deus in voluptatum amatores; nempe vt in medio delectationis curſu cùm via ardenter exoptata capiuot, tunc filum abrumpat vino, formidinis aqua admiſceat, quod maximum horum ſupplicium eſt, vt plangens aiebat Iob 38. *Verſa eſt in luctum cithara mea, & organum meum in vocem*

Agua Dios y deſuirtua los placeres de la carne y eſſo caſtigo les da. *flentium.* Via dum harmoniam percipiebam, riſu gaudióque geſtiebam, cùm in mortualia cymbala, in luctum & dolorem commutauit, ideo ſimiliter coturnices appetentium deſiderio annuit *Num.* 11. vt his eiſdem cupediis mortem præmeditatam duriorem & ſæuiorem illis compararet, & inde inciperet flagellum, vnde guſtus via exordium fecerat, *Adhuc eſca eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei deſcendit ſu-*

Pſalm. 77. *per eos.* Non maximum ſupplicium putauit tol-

lere, ſed guſtum intercipere: ſic Romam dracone inſidente ornatam, hilarem depingit, vinumque propinantem, vt ex inſperato in tormentum & luctum damnata grauiori ſupplicio afficeretur. Sic enim Deus gigantem iſtum Romanæ delectationis turpem & obſcœnum perimit, permiſta nempe magna acerbitate in vino lætitiæ & humanæ delectationis.

Deuictis iam & ſuperatis tribus his hoſtij Romæ cuſtodibus, bellum iam aggredere Domine. 15.

bellum? non bello, inquit, ſed luſu capiam. *Ludeas en orbe terrarum.* Eia menſam parate: con- *Luſit Deus cum Romano Imperatore.*

ueniant qui de ludo ſunt, Nero caput menſæ qui mundi caput eſt occupet. Tu Roma ornata beneque numata conſide, calculos quos vocant *tantos*, dæmon illi fide firmata promiſit, tantos duces, tantos triumphos, tanta támque excelſa mœnia, tantas turres, templa ingentiaque palatia peritura quis audeat cogitare? *abonole los tantos el demonio.* Conſederunt alia ex parte Petrus & Paulus nudi & egentiſſimi, quibus tamen fideliſſimus Deus calculos paupertatis, lacrymarum, famis & patientiæ approbauit, dicens, *Beati pauperes ſpiritu; beati mites, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum, abonoles tantos Dios.* Nero primus faſciculum chartarum ſumit, chartáſque diſtribuit, miſit enim chartas vt Petrum & Paulum comprehendant, Matth. 5. 2.

vinculiſque tradantur. O inſane, totius imperij iacturam feciſti, omnia perdidiſti, quando lucrifacies? diſceſſit hic, & in barathrum detruſus eſt. Omnes verò qui folia picta, quæ Romæ ſorte obuenerant, intuebantur, nullam vnquam iacturam poſſe facere regni & diuitiarum putabant. Per aureos numos ludum non amittet, ex Hiſpania enim multum argenti & auri in illam aſportabatur: per enſes qua ratione amittet ludum? quæ ſicut turris eſt inſtructiſſima, & mille clypei pendent ex ea. Carcheſiis etiam, vulgo *copas*, iacturam non faciet, vaſa enim Romæ vino redundabant pretioſo, Tullio ſuo teſte; baculis etiam, & ſceptris, quî poterit amitti ludus, cùm vni Rom. Imperio ſceptra mundi addicta & ſubiecta ſint. Cæterùm ſumit faſciculum chartarum, diſtribuit Roma chartas Petro, quid tibi obuenit Petre? baculus crucis; & tibi Paule, enſis; admittis? Recipio, inquit: admitto ſimiliter & ego. O principes, ſic largè augetis ſponſionem? quinimo, aiunt, quidquid reliquum eſt reponimus, *el reſto va en nombre de Chriſto.* Apertis igitur chartis, triumphum egerunt. Et Roma, cui calculos confirmauerat dæmon, damnatur vt ſoluat, de menſa extrahitur, in profundo mergitur, voce perſonante præconis, *Quantum glorificauit ſe in delitijs ſuis, tantum date illi tormentum & luctum, tantum*, inquit, *date illi, pague Roma los tantos*; ſuperbiam & faſtum in humilitatem commutet, detur illi cinis pro corona, cilicium pro purpura? ieiunet quæ ventri indulgebat, enſes in verbera conuertantur, aureos numos in eleemoſynas eroget, palatia in templa, Imperator in Papam, ſenatores in purpuratos Patres, eloquentia in diuinas laudes ſanctúmque ſilentium vertantur. Ardeat Roma, & Spiritus ſancti igne conflagrata de prophana religione ad veram Chriſti fidem traducatur. Iam pompam deſerunt reges, diuites rem familiarem, virgines thalamos, ſuperſtitioſi idola, & cælum Alleluia canit, &

Dum litteras dat ſeu chartas Nero imperium amiſit in ludo.

In orationibus.

Victoria Romæ per crucē.

Apoc. 18. 7.

Conuerſio Romæ in Chriſtianā fidem.

Digitized by Google

pæana cælestia ſuccinant. *Exulta ſuper eam cælum, alegrias juſtos.* Iam Romæ imperium Chriſto ſubiugatum eſt, & fidei ſeruit, iam in throno piſcatorem adorat, crucifixum in templis veneratur, *cecidit, cecidit Babylon*, ſeptemplicique voce canitur tanti gloria triumphi. *Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum. Vox Domini confringentis cedros Libani*, Romanam videlicet ſuperbiam. *vox Domini præparantis ceruas, el poderoſo Dios, a cuya vos ſolo aga zaparon los ſoberuios y braues del mundo.* hoc ſonat *præparantis*, ſicut cùm puero principi ligantur cuniculi, & damulæ vinctæ proponuntur, vt ictum dirigat, & pro libito interimat. Sic Pater præparauit Chriſto ſuo Zachæum, Romam Petro, vt verbo ſuo ad vitam traducerent. *Dominus diluuium inhabitare facies*, durabunt Romanæ tempeſtates & tribulationes, ſed per aquam arcam Eccleſiæ ſaluam faciet, *& in templo eius omnes dicent gloriam.* Tantique gloria triumphi ab omnibus pariter in Dei gloriam in ſempiternum celebrabitur, diceturque, *quia fortis eſt qui iudicauit illam*; potentiſſimus enim eſt qui tantam rerum conuerſionem ſic potuit repentè præſtare.

Apoc. 18. 20.

Pſalm. 28. 1.

Simile.

16. Contrario tamen affectu depingit Ioannes ſuperbos reges, auaros mercatores, turpes & inhoneſtos populares, *Væ væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis, quoniam vna hora venit iudicium tuum.* Ponderat hîc Rupertus [a] damnatorum rabiem, & deſperationem, quando peracta iam iuſtorum ſaluatione ipſi in damnationem rapiantur. *Poma deſiderij animæ tuæ receſſerunt à te*, hic planctus, lamentationes & væ carmen quidem ſanctis in ſempiternum; væ autem omnibus impijs & regibus terræ qui cum meretricibus fornicati ſunt. *Poma enim deſiderij receſſerunt à te*, occaſionem aliqui explicant quæ ſemel prætermiſſa recuperari nequit, quod in ipſis luſoribus variaque ludi fortuna videre licet: ludunt de multa nocte equites, vnus lucratur numos ferè omnes, quos alter perdit, intrat puer qui aperto capite ait, multa iam nox eſt, ſecunda hora iam in horologio ſonuit, æquum eſt vos ô domini ſomnum capere. Qui lucrabatur gaudet tali nuntio, at diſſipato ludo numos colligit, chartas relinquit, cœnatum abit, congaudet vxori & filiis iam longa expectatione ſomno oppreſſis. Qui perdit verò ſolus, paruo & pænè extincto cereo ſuper candelabro peruigil, iratus, faſciculum chartarum ſumit, miſcet, percurrit, vnam earum pugno ferit: charta execranda vbinam fuiſti, quomodo nunquam mihi obtigiſti? ferit, furit, inſanit. O dæmon tu tu proculdubio figuram iſtam mihi obuenire feciſti; fremit & frendet, & ſicut leo rugit. Age Domine diſcede cubitum, pernoctant enim in tua domo, nec ſemel amiſſa & euerſa ludo reſarciri queunt. Pergit domum, in qua ſopor omnes occupauit, percutit fores, euertit menſas, alapa ferit pueros, toruo vultu in vxorem inuehitur, lecto denique quaſi in infernali flammo decumbit, ibi roboat, & feritate ſæuiſſima ſe ſuámque fortunam execratur. Similiter (ô mi homo) omnes colluſuri conueniunt, iuſti pariter & peccatores, communis eſt vtriſque chartarum faſciculus rerum creatarum & occaſionum bene operandi, tempúſque lucrandi, finem tamen ludi præſcribere Dei munus eſt; atque adeò in media tribulationis nocte cæleſtis vox nuncij vt dormitum abeant admonet, dicens, *Amodo iam dicit ſpiritus vt requieſcant à laboribus ſuis, el eſpiritu ſancto dice que es hora de deſcanſar ſiervos de Dios.* Ite, requieſcite iuſti; qui è veſtigio relicto creaturarum faſciculo læti & expediti bona opera reponunt, & mori parati diſcedunt, lætiſſimóque Paradiſi cantu cœna, lecto & congratulatione recipiuntur.

Diuerſa ſors peccatorum qui vocationi & auxilia Dei prætereunt, aut contempſerunt.

[a] Apoc. 18. lib. 10.

Occaſio conuerſionis prætermiſſa dolore æterno cruciat damnatum.

Simile.

Angelica vox nuncia affert mortis & gloriæ appropinquantis.

17. Peccatores verò in atris inferni tenebris ludo diſſipato paruo rationis & intellectus lumine nondum extincto, meditantes creaturas culpant; lucrandi occaſiones memoria reuoluit, miſeréque deplorat. Pœnitentia, lacrymæ, eleemoſynæ vbi fuiſtis? quare hæ mihi chartæ nunquam obtigerunt? facies pulcra, figura deteſtanda, quare mihi ſic iucunda obiecta es? propter quam (ô malum!) faciem, Dei & gloriam immortalem amiſi? Numi aurei in damnum meum repoſiti quare vos pauperibus non diſtribui? Vide concionatorem folia miſcentem, libros euoluentem, rationis lumine claro etiam in inferno illuſtrato. O infelix! ſi enim tu chartas foliaque Gentilium miſſa feciſſes, & Dei verba, Gregorios, Hieronymos, Auguſtinos retinuiſſes, te ſimul & proximos lucratus fuiſſes, nunc tibi quid Ouidius putidus, quid vanus contulit Virgilius, omnia perdidiſti. *Poma deſiderij animæ tuæ receſſerunt à te*: iam de te actum eſt, ludique finis adeſt, & Deus pro calculis quos ſupponit ludo, videlicet paupertatem, lacrymas, gloriam & gaudium ſempiternum reddit. *Dominus retribuens eſt, & ſepties tantùm reddet tibi, cada tanto lo pagara Dios con ſiete tanto*, paruam triſtitiam cum ingenti gaudio, paruam humilitatem cum excelſa dignitate compenſat. Prodeat nunc in exemplum non iam Zachæus ille ſtatura paruus, ſed ſummus ille Imperator Conſtantinus, in cuius diebus vniuerſa Eccleſiæ gloria quaſi repentè affulſit. quod licèt obſcuris verbis, vt Prophetam decet, prædixit Dominus Matth. 24. *Sicut fulgur exit ab Oriente, & paret vſque in Occidentem; ſic erit aduentus filij hominis.* Tota ſimul ſub maximo Imperatore fidelis Eccleſia prodibit in publicum, & quaſi ex vmbraculis vera Dei religio ad lucem producetur. Quam gloriam ſibi peperit religioſus & Auguſtus Imperator, dum ludens coram eo ludit in orbe terrarum, quas ſibi chartas reſeruaret, quáſque dimitteret ſapientiſſimè conſiderauit. Aureos numos templis ædificandis donat, enſem nece Martyrum cruentatum in vaginam recondit, pacémque intulit mundo, pocula, ſeu carcheſia pretioſi vini quæ Roma propinabat, orbi errorem & idolorum cultum exhauſit, & euertit, ſceptrum denique, *el baſton*, ad Sylueſtri pedes proiicit: & ad Saluatoris imaginem editiſſimo in loco propoſitam genua flectit adorabundus, mundum ad hanc veram religionem crucifixique adorationē ab idolorum cultu traducens. O felix domus Dei Architectus, nouus & pacificus Salomon, gaudeat ſub tanto principe Roma, cui hodie ſalus facta eſt. Gaudeas & tu mater Eccleſia, quæ vna die tot filios Deo peperiſti. *Omnes in templo iſto dicent gloriam. & vox tubarum multarum dicentium,*

Pœnitentia inutilis peccatorum qui occaſionem amiſerunt bonorum operum.

Cumulatiſſimè Deus promiſſa implet & amiſſa compenſat.

Eccleſia gloria ſub Conſtantino affulget.

tium,

tium, Alleluia. Salus, & gloria. & virtus Deo noſtro eſt, qui cum filio & Spiritu ſancto viuis in ſæcula ſæculorum. Amen, Alleluia.

VERBVM SPIRITVS ſancti Apoc. 10. v. 1.

Vidi alium Angelum fortem, deſcendentem de cælo, amictum nube, & iris in capite eius, &c.

Chriſtus Eccleſiæ fundamenta firma ac fortia ponit, ædificij initia, progreſſus & magnificentiam verbo incipit, gratia promouet, & conſummat gloria.

DISCVRSVS CLXXVII.

1. SI poſtquam pictor imaginem animo comprehendit, primaque penicillo in tabula lineamenta ducit, adeſſet quis attentè contemplans, temere proiectas lituras ad conſpurcandam potius, quàm ad excolendam & effingendam imaginem exiſtimaret; verùm cùm perficit opus, cum picturæ colores inducit, cùm animat, & ſuis inſignibus illuminat, variat atque diſtinguit, ſtatim artem eximiam deprehendit, & ſapientiam laudat artificis. Cogitauit, mentique diuinæ inſedit conſilium reformandi hominis, conuertendi orbem, cælum in terra conſtituendi, opúſque iſtud omnino diuinum duorum piſcatorum electione, & aliorum duorum quaſi temere facta vocatione incipit, verùm rem omnem artifici permitte, ipſe rem comprehendit, exitum expecta. Quòd ſi aliquid licet diſcipulo, id erit interrogare magiſtrum: ſicut enim adamas adamante expolitur, ſic acumen diſcipuli in interrogando magiſtri ſapientiam exacuit in reſpondendo. Et primò quidem dubitandum occurrit quòd tantum negotium mediteris, vt ipſa tua maieſtas meditate & impensè cogitans, tardóque inceſſo deambulans ad ipſum peragendum prodeat? *Ambulans Ieſus iuxta mare Galilea.* Secundò, ſi tui Euangelij nuncios eligere venis, quorſum abiectam Galileæ gentem & maris ſpuma & limoſa terra conſumptos vocas? *iuxta mare Galilea.* Tertiò ſi tui diuini oculi, teſte Iob, omne pretioſum conſpiciunt, quo pacto nunc diuini fulgoris radios oculóſque coniicis in duos ſeminudos & abiectos fratres piſcatores? *Vidit duos fratres.* Quartò iam quòd ex mari extrahis eos, cur non retia trahere & opus perficere deſinis, ſed è veſtigio, *mittentes retia in mare* ad te pertrahis? Quintò dum ſic repente ſui lucri facta iactura vocas, quo cibo, quo præmio allicis ſat tibi videtur dicere, *venite poſt me.* Sextò denique inquiro, quid oneris, aut quid impedimenti foret retia ſecum trahere, quia ea priùs deponere cogis, *relictis omnibus ſequuti ſunt eum*?

Reformandi hominis conſilium in actū reducere meditatur Chriſtus.

EPIPHRASIS ET PARTITIO EVANGELII.

2. *Ambulans Ieſus.* Quæ deambulatio eſt ita Domine, quò te fert iſte tuus in mare inceſſus? quis enim videns principē ſolùm in aula ampliſſima deambulantem, collectis ſeorſibus cogitabundū, grande negotium, acre bellū meditari non putaret, vel inſanam aliquam ædificij molem excitare velle, & ſecum expendere, habeátne ſumptus qui neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficiendum. Porrò quid ſi architectum ſummi Regis impensè & ſedulò circinū in manu & chartam cum delineamentis geſtantem hinc inde incedentem ſuſpenſo gradu & oculis videret, qui altiſſimam turrim excitare velle non putaret? Tantum eſt negotij in figendo tabernaculo Dei cum hominibus, in conuertendis gentibus, in vocandis diſcipulis, in fundando Eccleſiam, vt ſolicitus non ſolùm nobis oſtendatur Chriſtus, ſed de throno exiliens iuxta mare incedens, & qui orbem ſolo verbo ſine vllo labore, ſine vllis ferramentis condidit, nunc dum ſalutem meditatur ſolus obambulet, & rem tacitus ſecum cogitet? Omnia hæc myſteria viuis, vt ſolet, coloribus expreſſa, ſicut accepit, ſic nobis repræſentat Ioannes Apoc. 10. *Vidi alium Angelum fortem, deſcendentem de cælo, amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius erat vt ſol, & pedes eius tanquam columna ignis, & habebat in manu ſua libellum apertum, & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram.* En noui architecti imaginem qui templum, hoc eſt, Eccleſiam gentium ædificare cogitat, cuius forma ſatis oſtendit Catholicam Eccleſiam velle fundare, vt ſol in facie demonſtrat, & notat D. Cyprianus. Pedes autem & inceſſus eius altero pede in terra, altero in mare perſiſtente attentiùs conſiderandi ſunt; terra enim Iudæam ſignificat *, in quam primò pedem intulit ac deſcendit hic Angelus fortis. Et hic fuit primus eius aduentus, in quo ſumma eius benignitas eluxit, amatoriè enim proſequutus eſt, & veluti noſtri cauſa concurſabat per vias Iudææ, *vn amoroſo paſſo ſue ſuprimera venida. dimouet enim à ſtatu diuinus amor,* & dum ad nos venit, aliquid in pago noſtro rapuit cor eius, *algo tenéis en la aldea diuino Principe.* Quorſum enim pedem figis in Iudæa, quorſum ſuſpiria, lacrymas, & gemitus fundis? quorſum fores inſpirando pulſas, quorſum in primo tuo aduentu ſecundum commemoras, niſi vt ruentis orbis ſtrepitu excites dormientes animas vt te canentem & obambulantem videant. Hoc Bernard. [a] deprehendit, dum ait factum illud Eliſæi greſſus noſtri amantiſſimi Chriſti deſignaſſe, qui cùm deſcendiſſet ad ſuſcitandum puerum, & os ori è mortuo adhibuiſſet, & nec ſic reuixiſſe videt, ſurrexit, *Et deambulabat in domo ſemel huc atque illuc.* Quid cogitat in ambulando Propheta: certè apud ſe ſtatuit iterum mortuó amplexari, & os ori coniungere, & ſupra iacentem recumbere. Nam ille fortis Angelus qui iam in Mariæ vtero ſemel hominē amplexari, & mortuam ſuſcitare naturam cœperat, inde exurgens obambulauit per domum, Iudæam videlicet, per triginta & tres annos; quæ deambulatio eſt iſta, *huc atque illuc?* cogito ô mortales iterum in cruce decumbere, & ſupra mortuum iacere, vt ægritudines eius quas ego non habeo ſuſcipiens, ad vitam quam ego habeo valeam reuocare. Ne putet Iudæa, nec vlla animarum etiamſi obſtinatiſſima, Deum omnino dereliquiſſe eas, ſed adhuc in ipſis conuertendis & illuſtrandis & alliciendis perſiſtere †.

Noua hæc deambulatio nouum etiam opus indicat.

Angelus fortis de fundāda & dilatāda in terris Eccleſia agit.

* Sic Ambroſius, Rupertus, Richardus, P. Alcaçar.

3. Dionyſ. Areopagita. *Amor accingit Chriſtum vt ad nos deſcendat.*

a Serm. in Cantica.

4. Reg. 4.

Primus & ſecūdus aduentus Chriſti ad renouationē hominis reſpexit.

† Vide in theſauro abſcondito in feſto ſancti Andreæ in claſse ſacræ Scripturæ locum Communium.

4 Quorſum ergo modò pedem alterum in mare figis, & ad gentea properas? D. Paulus tãquam rem non exilem, ſed magni momenti explicat, *Ipſe eſt pax noſtra qui fecit vtraque vnum, medium parietem ſoluens, vt duos cōderet in ſemetipſo, & veniens euangelizauit pacem vobis qui longè fuiſtis, & pacem his qui prope.* Quaſi dicat, hic ſolus architectus potuit omnes difficultates ſuperare, vt vnam ex Iudæis & Gentibus Eccleſiam colligeret, & ſtabiliret; in primis enim pacis negotium meditari *vis in capite* denotat. Secundò Moſaicam cum Romana coniungere Eccleſiam opus diuinum fuit, & plenum difficultatibus: nam ex terra, hoc eſt, ex terrenis hominibus & brutorum more viuentibus, vel cupiditatibus & auaritiæ deditis, quales Iudæi erãt, primos lapides eligere & extrahere operoſa & diuina res erat. Secundò ſtabilitatē in mari, hoc eſt, inter gentes latiùs per orbem dominantes inuenire, ſedémque ſtabilem figere perinde erat, ac ſi vno pede in fluxis maris vudis perſiſtere vellet. Verùm, ô quàm fortiter, ô quam ſapienter difficultates omnes ſuperauit, & quanta myſteria latēt in hac viſione in primis ex terra, hoc eſt, ex Iudæa & Galilæa diſcipulos extrahere ſumma arte & ſapiēntia cœpit. Quod aliud agens Paulus deſcripſit; ſupponit enim Chriſtum ipſum tanquam primum lapidem eſſe futurum, mox artem qua Eccleſia ædificanda eſt ſpiritualis, non terrena, & ſuis lucris ſeruiens, vt Synagoga, exponit, *Si quis autem ſuperadificat ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam.* Heus, quaſi dicat, Prælati & Eccleſiæ principes, quibus incremētum Eccleſiæ promouere & ædificare incumbit, videte qua ratione Chriſtus ædificationem exorſus eſt, atque adeò intendite animum vt pretioſa eligatis, hoc eſt, ſpiritualia tractetis, & ſpiritualia potius quàm temporalia procuretis, ſpirituale enim ædificium Chriſtus fecit non temporali ſupellectili, nec temporaneis

Quanto amore & labore Eccleſiam ex Gentibus aggregauit. Ephel 2. 14.

Primos Eccleſiæ lapides è Iudæa ſumma ſapientia eduxit. 1. Cor. 3. 12. 13. P Alcazar Apoc. 11. 2. not. 5.

5 rebus, qualia ſunt vineta, oliueta, viridaria, nec ex ligno, hoc eſt, ex domibus bene materiatis, nec fœno, hoc eſt, ex latiſſimis paſcuis, nec ſtipulis, hoc eſt, ex aureis & argenteis vaſculis, quæ ſtipulæ ſunt, & quaſi rudera Eccleſiæ, ſed ex ſpiritualibus rebus, & ex virtutibus auro, argento, gemmis & lapidibus pretioſis ædificium conſtet. Primus enim qui Eccleſiam ædificauit Chriſtus hanc pretioſam elegit materiã, aurum, nempe Petrum charitatis plenum, gemmam candidam & vnionem, nempe Andream, argentum pellucidum, & ſapientiæ ſymbolum Ioannem Euangeliſtam, & præterea ſapphirum, & iaſpidem, Iacobũ videlicet qui prior ex Apoſtolis mortem oppetiit, & addit, *Vniuſcuiuſque opus quale ſit manifeſtum erit, dies enim Domini declarabit, & vniuſcuiuſque opus quale ſit ignis probabit*; quaſi dicat, videte quia vos probabit tribulatio, & perſecutio, ad quam ſuſtinendam ô quàm parum iuuant temporalia, quàm facile diſſipatur ſupellex, & pereunt delitiæ; incumbite ergo ſpirituali incremento, ſicut Chriſtus, qui ex terrena Iudæa & Synagoga non eos elegit qui diuitiis & lucris, vel dediti erant, vel abundabant, ſed tenues & viles, pretioſos tamen, & ad ſuſtinendam tribulationem idóneos.

Chriſti miniſtri & prælati non temporalibus ſplendeant, ſed ſpiritualibus ſe inſtruant armis ad quam tribulationis.

6 His ex Iudæis electis, pedem poſuit ſupra mare, hoc eſt, ad Gentes migrare cœpit, librum in manu geſtans, hoc eſt, nomina eorum quos elegerat, & verba Prophetarum quæ de gentium vocatione agebant, omnia enim in ſacra Scriptura delineatã erant, ſæpiſſimè *Gen.* 8. vbi prodierunt ex arca tres filij Noe, quorum primus Cham iniurius fuit patri, irridens illum, à quo Chananæi extiterunt; licèt autem tã proiectum & impium fratrem habuerint, vide quō pacto benedicit alios duos fratres Pater Noe, *Benedictus Dominus Deus Sem*, hic eſt populus Iudaicus, vbi Deus habitauit. *Dilatet Dominus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem*, hic eſt populus gentium qui per orbem diffuſus eſt, nam etiamſi maior natu frater peccauerit, Deus non aufert dona à reliquiis, ſic etiamſi peccent Iudæi, ex eis eliget Mariã & Apoſtolos primos, vt vnam Eccleſiam ex Iudæis & Gentibus conficet. Ideo Iſai. vocat eos. *Dilata locum territorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum, a vos digo la deſtruida, paupercula tempeſtate conuulſa, pobrecilla como choca de paſtores o rancheria de gañanes mal fundada que con el rio de mi enojo os arrambie, dilata locum.* Iam de area ædificij ago, iam nouũ ædificium meditatus ſum, *ambulans Ieſus*, iam pedem ſupra mare pono, & ius poſſeſſionis aſſigno. Et 7.
quorſum Domine pedem ſupra mare figis, ideo, inquit, quia liberare fidem meam vado, & filij Iapheth vltra mare ſunt: eligã ergo viros maris, & quaſi Angelos mittã eos. *Ite Angeli veloces ad gentem conuulſam, & dilaceratã, & conculcatã.* Hebraicè deſignatur gens, *ad gentē ſineatim conculcatam ad perpendiculũ lineata expectantem, a los Antipodos todos ande caber en mi ciudad.* Nam ego cogito facere vtraque vnũ, & ſternere per ordinem lapides tuos, & ex viuis lapidibus nullã Eccleſiã extruere; ego enim non ita extinguo populũ vt ex ipſo reliquias non reſeruē ad eius recuperandam ſalutē, ſicut ipſe Iſai. prædixit, & Paulus pōderauit. *Niſi Dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorrha ſimiles fuiſſemus.* Hoc eſt (vt interpretatur Paulus) niſi tēpore Chriſti parum reliquiarum, videlicet Apoſtulos & paucos electos ex Iudæis credentes elegiſſet Deus, reprobatus fuiſſet totus Iſrael, & periiſſet ob infidelitatem vt Sodoma, vt tu, anima, ad teipſam hæc eadem applices, ego erã paupercula tempeſtate conuulſa peccatorum, verùm ille verus amans & fortis Angelus ad me deſcēdit, & ſemina gratiæ & inſpirationes immiſit, vult quidem non perdere, ſed ædificare, in hoc ambulat, in hoc cogitat, hoc apud ſe attētè meditatus ambulans Ieſus *iuxta mare Galilea.*

Ex perſtitis Iudæis lectiſſimam virginē & Apoſtolos ſibi elegit Gentium.

Iſai. 54.

Sic exponit locum illum magiſter Ludouicus Legionenſis in Abdiam.

Iuxta mare Galilea. Secundam non poſſumus ſubterfugere difficultatem, contra quam omnes pænè ſcriptores ſedulò & acutè calamos & ingenia temperarunt. Cur ad tam celſum munus legatos & Apoſtolos ab arenis & ſpumis omniũ peripſema extrahere voluiſti? quod certè, vel ideo factum eſt, vt opus reparationis alteri operi creationis aſſimilaretur, in quo ex nihilo cælos & elementa condidit, & ſuper nihilum appenſa, virtute magnetis omnipotentiæ ſuæ tenet, *fundauit eam ſuper nihilum, eſta, roſeſtada ſobre ſumiſina y pendieme de la mano de la virtud immenſa*, Sic etiam orbem ſeparans huius myſtici mundi fundamentum fecit nihilum, *vocat ea quæ non ſunt, tanquã ea quæ ſunt.* Vel hoc pacto tenuiſſimis & imbecillioribus militibus voluit ignominioſè mundum deuincere, & dehoneſtare ac pudefacere. Nequaquam enim decebat, vt ait D. Leo, in ſua congredi maieſtate, enſe diſtricto, æquali 8.

Elegit obſcuros & viles diſcipulos vt ſic mūdū debellaret & pudefaceret.

æquali diſcrimine, *era guerra muy igual y de armas parejas y tal atar con el mundo que dava el muy vanaglorioſo.* Sint ergo eius magiſtri ignorantes, ſint eius debellatores inermes, ſint triumphatores imbelles, ſint ei in pudorem homines qui præ pudore non auderent in hominum oculos incurrere, *infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia*; alij legunt, *vt pudefaciat.* Nec nouum eſt Deo hoc ſtrategema, qui plectere & profligare ſolet hoſtes culicibus, diſſipare exercitus, confractis cum terrore lagunculis, & mœnia æquare ſolo, tenui ac blando ſonitu tubarum clangentium; euenit illa in prolixa perſecutione Dauidis cùm inſequebatur illum Saul, & comprehendiſſe putauit, inuenit lignum pannis & culcitris in hominis formam compoſitis. *Hallo ſe con una muſaraña en las manos.* Pergit vlteriùs, & cùm comperiſſet Dauid confugiſſe in Naioth, vbi Samuel erat, turmam militum, qui eum comprehendant, præmittit, inueniunt Dauidem in corona & circulo Prophetarum, quaſi choreas circumagendo, (quo ritu antequam prophetarent vtebantur,) accedunt propiùs, & ecce ſpiritus Domini deſcendit ſuper eos, & choreas agere incipiunt, mittit alios, & ſubitò in choream arrepti ſunt. Tertiò alios mittens, & hoc ipſum expertos fuiſſe audiens, iratus venit, ſed ecce vix ad choreas peruenit cùm exilire, circumagi, & toga poſita, trium vlnarum corpus in aërem dedit, & cum riſu & cachinno choreas egit, & cecinit per integrum diem & noctem, nulla vi illata Dauidi. O munde inſane, vide quam pueriliter de te triumphum agit Deus, nullis aliis armis quàm citharis & tympanis, riſu & cachinno cæleſtium, *qui habitat in cælo irridebit eos, & Dominus ſubſannabit illos, hara es carnes de ellos y moſa y los en loquecera.* Qui modus vincendi ſicut Deum decet, ſic mundo expedit ad demittendam eius ſuperbiam, qui nihil præter dedecora & vituperia ſentit; ſicut ſtabularius, vel caupo, quem eques & princeps benignè tractat, cibos de menſa mittit, & hoſpitium honorat, ſoluitque libenter expenſa; & poſt paucos dies putat eques repetens per eandem cauponam bene ſecum acturum cauponem, & nihil minus, opus eſt diem noctémque referre, & refricare memoriæ accepta beneficia, quæ iam tot viatorum frequentia abierant, & minimè recordabatur. Contigit autem quadam die obſcurum & tenuiſſimum homuncionem apud eundem diuertere, & de nihilo rixa excitatur, & vxorem dedecorat, ſtabularium calce percutit, & pedibus proculcat, & abit, en per viginti annus huius probri memorem cauponem, & omnibus prætereuntibus cum dolore rem omnem exponit. Es ne memor munde Cæſarum & Alexandri qui penè totam domum occuparunt, & vix eos capiebat orbis? recordare menſas, ornatum, ſumptum, ſtipatores; ô quanta lucra tibi ex eorum ſuperbia obuenerunt. Certè, ait, tot hoſpitum frequentia eorũ deleuerat de mente memoriam? at quadam die ſine baculo & pera nudo capite & pede homunculus pertranſiit, qui dicebatur Franciſcus, qui te contempſit, dedecorauit, peſſumdedit, & relictis omnibus abijt, meminiſti hunc hominem: hô, inquit, hic nunquam de memoria abiit, illa paupertas, ille mundi contemptus, itaque hac ratione rerum memoriam tenes. Ego igitur, ait Deus, nudos & pauperes eligam piſcatores, vt in tua caupona clarior vigeat memoria Petri quàm Auguſti, Andreæ quàm Alexandri, Ioannis & Iacobi quàm Craſſi & Crœſi, vt ſciant honoris ambitioſi quantum aberrant dum diuturnam ſui commendare memoriam volunt obtenta ſede, habitu & inſigni religionis, vel illuſtri nomine & ſtemmate maiorum. Certè nõ poſt multos annos caupo iſte tot principum memoria tui recordationẽ amittet, *no trates de fundar mayorazgo de honrra que lo fundàs en cabeza del mundo inconſtante, des vanecido con tantos como vienen a ſu meſon, y ſe ol vidara, periit memoria eorum cum ſonitu, con el vltimo eſtillado que dieran en la vida ſenecio ſu memoria.* Tertiò alij aſſerunt zelum fuiſſe diuinum quo ſemper honori conſulit, nam licèt in omnium bonorum diſtributione largus & munificus extitit, in honore tamen nullum ſocium admiſit, claues pluuiarum ſibi ſoli reſeruat; verùm & has conceſſit aliquando Eliæ, velociſſimi ſunt currus Solis equi, & ipſe educit & reducit ſuper bonos & malos, verùm iam eorum habenas vt ſiſteret quadam die Ioſue conceſſiſſe narratur. Miracula patrare omnino diuinum eſt opus, ſed ô qualis Moyſi licentia, quàm multiplex facultas Dei ſeruis conceſſa eſt. Nomen denique Saluatoris etiam cum amicis partitus eſt, *aſcendent ſaluatores in montem Sion*; in honore verò nullos ſocios patitur: eligit ergo regni ſui promulgatores qui haudquaquam gloriam ſibi poſſint arrogare, & vt ſic liquidò conſtet virtus Dei in illis. Sicut cùm puella in horto penſibili diuerſa ſemina terræ mandat ſeorſim, vt ea meliùs cognoſcat cùm in flores erumpant, aliàs non cognoſceret ſi mixtim & tumultuariè effunderet. Voluit igitur virtus Dei Euangelij vim mundo mandandam ſeorſim iuxta mare Galileæ iacere inter ignotos & nudos piſcatores, vt cùm flos regni erumperet, cùm Petri caput tiara fulgeret, cùm orbis totus ad fidem rediret, non enſibus & armis Romanorum, non eloquentiæ oratorum, non Græcorum ſapientiæ, ſed verbi Dei virtuti aſſignetur victoria. Sciátque miniſter mihi, non ſibi arrogandam, aut aſcribendam eſſe gloriam & prouentus, ne contingat, ſicut ait Dominus, euaneſcere. *Quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur*; ideo puellarum infirmitati gloriam victoriæ concedit, vt cùm ſe victricem videt Cæcilia aſſerat, *Seminator caſti conſilij accipe ſeminum fructum, quos in Cæcilia ſeminaſti*; & Paulus, *Cùm infirmor, tunc potens ſum*, vt potentiam à Deo eſſe manifeſtetur; *quia virtus* (Dei & Euangelij & miracula quæ operamur) *in infirmitate perficitur*, hoc eſt, declaratur, vt interpretatur Chryſoſtomus [a]; ideo viles piſcatores elegit iuxta mare Galileæ.

11\. *Videt duos fratres.* Iam opus aggreditur noſtræ reparationis, iam prima iacit fundamenta, breui ſurget opus, & creſcet ædificium, vnde ad tertiam dubitationem fiet ſatis, nam licèt, vt ait Iob, *omne pretioſum vidit oculus eius*, non ideo eſt, quia pretioſum eſt quod videt, ſed quia videndo pretioſum facit, qua enim putas ratione pretioſi vniones coagulantur, roſi matutino auroræ rore in conchilio accepto, ſole ſuperueniente ad oram maris conflantur binæ margaritæ, nam adeò eſt liberalis Solis radius, vt non ſingulares, ſed binos creet, ita vt vniones hac de cauſa nuncupentur,

Marginal notes (left): *Cur infirma mundi elegit.* — 9. — *Mundi contemptores glorioſi euadunt pluſquã mundi amatores.* — *Simile.* — 10.

Marginal notes (right): *Deus eligens infirmos ſuo & verbi ſui honori conſuluit.* — *Verbi Dei virtus in vaſis fictilibus clariùs ſplendet.* — *Por eſſo hombre yo mi palabra en eſtos ſieſtos viejos como vna de ellos lo dixo, portamus thesaurum iſtum in vaſis fictilibus.* — *Binos eligit diſcipulos.*

[a] Homilia ad populum vt alibi habes.

cupentur, quia vniti & aſſociati inueniuntur: exiit igitur Chriſtus aſpirante aurora facie vt ſol fulgida, & iride redimitus, vt arcuata corona quid cogitet, quid moliatur oſtendat, nempe Eccleſiam excitare velle, vultu autem Solis, *vidit duos fratres*, & eos ſimul tamquam pretioſos vniones elegit, quas ſuæ cruci inferendos ſtatuit. Verùm myſterio non vacat binos elegiſſe & aſſociatos, vt ædificium inciperet Eccleſiæ, vt in his vnionibus & fratribus oſtenderet quid in tota Eccleſia operæpretium eſſe exiſtimaret, nempe vnionem miniſtrorom eius, aliter enim nequaquam ædificiom diu poſſet perdurare, vt notat Baſilius [a]. *Sicut nullum adificium*, &c. *ſic nec Eccleſia adaugeri, & ad ſuum faſtigium perduci poterit, niſi pacis & charitatis vinculo conſtricta fuerit.* Sint igitur inter ſe vniti, *quia ſine his non adificatur ciuitas*; procul ſint à ſanctis aditibus & euangelicis miniſtris rixæ, inuidiæ, contentiones, cùm eidem

Vnionem miniſtrorum ab initio prætendit.

a Oratione 2. de amore in Deum & proximum.

12. operi humero vno incumbere opotteat. Nec enim fuſtrà Salomonis ſapientia Cherubinos illos qui arcam operiebant alis, æquales & binos fecit, *& vna menſura erat in eis, & vnum opus*, & inſuper ala vnius alterius tangebat alam ſuper propitiatorium. Vmbra quidem, ſed quæ clarè loquitur, inter Euangelij miniſtros paritatem, vnitatemq; & fraternam eſſe debere charitatem, vt eiſdem legibus ſubiaceant, quòd ſi alæ ingenij in diuerſas ſententias diſtrahantur, nihil obſtat, alæ ſunt & ad volandum natæ, ingeniaque non ſunt vna lege frænanda: ad hoc autem quod eſt arcam tegere, negotia animarum peragere, voio ſit animorum, ſententiarum, & pariter volent, nec torno ſint vultu, ſed aſpiciant ſe adinuicem. Sophon. 3. *Dabo eis labium electum*, &c. *& ſeruient ei humero vno.* Quòd ſi ab hoc deficimus, non Chriſtum, ſed nos amamus; ſicut aiebat Apoſtolus, *Omnes quærunt quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti.* Nunquid frater fratri inuidet dum in hæreditate, vel in mercibus maiorem laborem impendit; minimè, quia omnia in vnius Patris vtilitatem redundant. Famuli ſunt qui ſic inuident ſibi, quia non Domini, ſed ſua lucra intendunt. Sic ſurgat opus reliquum Eccleſiæ, nempe ex vnitis inter ſe fidelibus; quamobrem obſerua dixiſſe Ioannem fundamenta Eccleſiæ eſſe ex omni lapide pretioſo (vno excepto adamante, pellitur enim ab Eccleſia obſtinatus lapis, & qui expolitioni non cedit) ſed his omnibus vnus lapis opponitur, & locus Iſaiæ. Agens enim de Eccleſia ait, *fundabo te in ſapphiris.* Quomodo ergo ait Ioannes futurum eſſe ex omni lapide pretioſo? certè, quia ſapphirus cæruleus cùm ſit, & cælo perſimilis, nubeculis tenuiſſimis obductus, vt ait Magnus Albertus [b], virtutem habet animos conciliandi & fœderandi, & oculos extergendi, &, vt ait quidam auctor [*], coram ſapphiro ſtatim aranea extinguitur; ideoque in concordiæ ſymbolum aſſumebatur, quæ inimica eſt inuidiæ, quam aranea deſignat, & oculorum amica, qui fraternitatem & vnionem denotant: nam inter brachia poteſt eſſe diuiſio, & vnum ſurſum eleuari, cùm iacet alterum: at non ſic oculi, ſimul in eandem intendunt

Ne inuicem ſibi inuideant miniſtri eiuſdem Domini filij, eiuſdem parentis.

b 5. De re meta. c. 17.

* Rueus, & aſſertur Dioſcorides.

Oculi vnionis ſymbolum & imago.

rem, & quod vni rubrum eſt, aut viride, alteri nequaquam album aut nigrum apparet, vt aduertit Baſilius [a]. *Nec etiam oculus probe rem aliquam inuenendo cognoſcet, ſi participem officij alterum non habuerit*; ideoque vtrumque

a Orat. 1. de amore in Deum.

13. oculum natura in optico neruo copolauit, vt etiamſi diuerſi ſint, eandem rem pari modo aſpiciant. Eſt ergo ſapphirus concordiæ ſymbolum, vt intelligamus etiamſi fundamenta Eccleſiæ diuerſi ſint lapides, vnum Iſaiæ apparuiſſe, quia ſapphirini, hoc eſt, concordes erant: in ſenſu, in zelo, in fide, in opere, in prædicatione, inter quos inuidiæ aranea locum non habuit, nec reperit vnquam inter Apoſtolicos viros, ſed potiùs *multitudinis credentium cor erat vnum, & anima vna*; quam animorum & voluntatum conſenſionem ab exordio prætendiſſe oſtendit Chriſtus cùm vnitos fratres quaſi vniones reperit iuxta mare, & ſibi adlegit, gloria quidem Eccleſia eius digna, quam cecinit Dauid, *Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei*, verùm id magis glorioſam facit, nempe quòd etiam eos qui te hoſtili animo inſectati ſunt, intra mœnia tua recipis, *memor ero Rahab & Babylonis*, memorabor ſuperbiæ, ecce alienigenæ & Tyrus & populus Æthiopum, hi (omnes) *fuerunt illic* (vnà degentes) & cùm ita diuerſi ſint, *nunquid Sion dicet, homo & homo natus eſt in ea? & ipſe fundauit eam Altiſſimus, per ventura podra decir Syon que tiene hombre y hombre dentro? no, que todos ſon de vn coraçon.* Et in hoc gloria ſui conditoris elucet, *& ipſe fundauit eam Altiſſimus.* Et qua ratione tantum bonum & gloria promoueri & conſeruari poteſt, dicat Paulus. *Vnuſquiſque veſtrùm proximo ſuo placeat in bonum ad adificationem*, ſeruabitur, inquit Auguſtinus [b], iſta concordia ſi nos adinuicem ſuſceperimus: ſicut lapides in ædificio alij alios ſuſtinentes, ſedem concedentes & aliis placentes; cùm verò fideles inter ſe rixantur, vel amicitias incurſit ad peccandum, vrbi ruinam moliuntur, & bona omnia pereunt, vt ait Propheta, *Ephraim in populis commiſcebatur, Ephraim factus eſt ſubcinericius panis qui non reuerſatur, a hecho amiſtades con idolatras, y aſi le luce, que como torta apreſurada en aſcuas abocados ſe la comen. comederunt alieni robur eius, entre en pleytes: y eſcriuanos juezes y letrados ſele comen ſu hacienda*, quia pacem non amat, in qua prima iecit fundamenta conditor eius, *vidit duos fratres.*

Pſal. 86.

Pax & concordia quo pacto conſeruanda.

Rom. 15.

b De verbis Domini ſer. 38.

Diſcordia & lites abſumunt diuitias & patrimonia.

14. *Mittentes retia in mare, erant enim piſcatores*; quaſi diceret, in eos oculos coniecit, quia erant piſcatores, & non otioſi, ſed mittentes retia, hos enim idoneos miniſtros ad promouendam ſuam vrbem & Eccleſiam elegit, quia ſine hoc labore & ſtudio *non adificatur ciuitas*, vt ait Sapiens, qui conſiderans vrbem, vidit Academiam ſcholaſticorum qui à tumultu ſecedentes litteris tantummodo vacant, *Scribe ſapientiam in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu, replebitur ſcientia.* Pergit inde, & videt agricolam ſtimulo boues vrgentem ad arandum, *qui tenet aratrum, & qui gloriatur in iaculo, ſtimulo boues agitat, & enarratio eius in filiis taurorum*; iam multò magis fabrorum mallei ſonant, *ſic omnis faber.* Pergit ad pictorem & effingentem ſtatuas, *qui ſculpit ſignaculo ſculptilia, & aſſiduitas eius variat picturam.* Iam ad figulos venit,

Elegit non otioſos ſed labori deditos.

Eccli. 38.

fic

ſic figulus ſedet ad opus ſuum. Vides omnes operi ſuo adſunt, nullus in theatris conſidet otioſus, *& ſine his non ædificatur ciuitas, y la ciudad donde cada vno no eſta en ſu efficio no es ciudad ne tiene luſtre ni gouierno.* Quem ordinem ſi inuertas confundes omnia, ſicut ſi omnes in theatrum confluunt, Epiſcopus abſens ſit a ſua diœceſi, canonicus venationi incumbat, mercator ludat, negotiator feſtis & delitiis vacet, iudex ſuis delitiis & rebus intendat, ſolitarius in vrbem, mendicans religioſus in eremum, virgo pudica in palatia, nupta in templum deducatur, *non ædificabitur ciuitas, todo ſera vn deſorden y general deſconcierto.* Ideo Saluator eos elegit primos vrbis ſuæ fundatores, qui piſcaturæ aſſuefacti nudi, ieiuni, fatigati nocte & die ſortem vnam expectare ſolent, *mittentes retia in mare*; quorum vnus, vt notauit Hugo Cardinalis [a], *Andreas, interpretatur virilis*, & qui laborem amat; *obedientes enim, & viriliter operantes vult Dominus habere*, & hoc deſignatur verbo illo *mittentes retia*, elegiſſe nempe (ait Chryſoſtomus [b]) *homines in medio ipſius operis conſtitutos.* Et quid miramur Eccleſiæ hæc primordia à ſtudio operandi cœpiſſe, cùm Deus ſic ab initio orbem conſtituerit, & hominem in Paradiſo poſuerit, *vt operaretur & cuſtodiret illum. Hæc enim duo*, ait Ambroſius [c], *ab homine requiruntur, vt operibus noua quærat, & parta cuſtodiat*; nec enim fruſtrà, ait Rupertus [d], ad hortum vocatur ſponſa, & ipſa hortus concluſus nuncupatur, *niſi quia in horto ſemper aliquid oriatur*; terra enim mater noſtra otioſa nunquam eſt, nec parentes otioſos voluit Deus, ne otioſos gignerent & educarent filios, vt notauit Philo [e]. *Et quamuis Paradiſus operibus ruralibus non egeret, tamen quia primus homo lex poſteritatis futurus erat, ideo etiam in Paradiſo ſpeciem ſuſcepit laboris*; niſi mauis cum Auguſtino vt verba illa, *vt operaretur & cuſtodiret*, Deum deſignent, ita vt ſenſus ſit, creauit Deus hominem, ipſúmque in Paradiſo conſtituit, voluitque Deus ipſe eiuſdem eſſe cuſtos, poſitus enim homo in Paradiſo delitiarum, & in otio conſtitutus, ne gratiam & innocentiam amittat, Deo ipſo ad cuſtodiam indigere videtur; *vt cuſtodiret illum*, id eſt, cuſtos illius eſſet. Si qua enim peccatum intrare poterat, & gratia deperdi, hanc vna otioſitas aperiret, vt Lipomanus [f] obſeruat. *Poſuit Dominus hominem in Paradiſo vt operaretur, vt negligentia ſua non amitteret quod ex gratia tanta ſuſceperat, nec aliquid admitteret vnde expelli mereretur.* Et ego quidem ſic interpretarer verſum illum Dauidis, *Beatus vir cuius eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum, in loco quem poſuit.* Obſeruant philoſophi ſic elementa in orbe collocata eſſe, vt vnius influxus ab altero temperentur, nec vacuum in natura detur, ſubitò enim ceſſarent cæleſtes influxus, nec ad inferiora commearent. Seruet ergo vniuerſa creatura ſuam ſedem, hoc ipſum in moralibus tenendum eſt, vt *ſit auxilium à te*, & influas gratiam in hominem, operæpretium erit vt etiamſi aſcenſiones & acceſſiones virtutis in corde ſuo agere diſpoſuerit, eas tamen in ſuo gradu & ſede perſiſtens agat, *in loco quem poſuit*; ideo dicitur Chriſtus reſpexiſſe fratres mittentes retia in mare, *erant enim piſcatores*, id eſt, licèt infelices, triſtes, obſcuri, inopes, nudi & fatigati, meruerunt diuino illuſtrari aſpectu, quia ſuo incumbebant operi. Hanc eandem reddit cauſam Ambroſius cur in eadem occaſione poſiti Dauid & Ioſeph vnus gratiam obtinuit & retinuit, alter amiſit, quia nempe Dauid non erat in loco quem poſuit, id eſt, erat domi eo tempore quo ſolent reges ad bella procedere, Ioſeph verò, *accidit quadam die vt operis quidpiam abſque arbitris faceret minimè otioſus*, ſed ſuo intentus operi vincere non vinci potuit. Porrò ita abhorret ab otio natura, vt conditor orbis qui vſque modò operatur ſeptimum diem vacuum abire non ſit paſſus, vt notauit Theodoretus [a]; ait enim, *Vnuſquiſque dierum reliquorum peculiarem quandam creationem ſortitus eſt*; nulla dies otioſa & vacua relicta eſt. *Cum igitur ad diem ſeptimum Deus creaturam omnem conſummaſſet, diei ſeptimo in creationis locum largitus eſt benedictionem, ne ſolus ille dies præ cæteris honore careret, llenole de bendiciones para que noſe dieſe vacio y entraſe la maldicion.* Quid ſi otio & delitiis dedicaretur, vt à vobis fit, quàm facilis patet aditus peccatis in veſtris feſtiuis diebus, in quibus ab operibus ceſſantes vacui omnino indigni eſtis cæleſti influxu, & benedictione diei ſeptimi.

16.

Mittentes retia in mare. Deſine ergo ſaltem vt retia colligant & appellant ad terram, *aguardad ſeñor cogeran el boliche y varado el nauio vera ſu ſuerte, agora van cebados abogando el lanze no veis que les hablais a la mano?* Mirum ſanè erit ſi è veſtigio tuo imperio obtemperent, ita ſanè eſt mirabile animum ſuis deditum delitiis, & qui retia tetendit, & inhiat diuitiis & honoribus, ſubitò à diuina voce reuocari, vt depoſita omni delectatione accurrat ad Deum, hoc quaſi impoſſibile humanis ſaltim viribus Deus ipſe obiiciebat Iob. *Nunquid capies leænæ prædam, & animam catulorum eius implebis, ſacaras le tu la preſſa a la leona braua en que eſta encarnizada con veinte vñas y otros tantos dientes centelleandole los ojos y bramando?* Perinde erit difficile hominem deditum delitiis & ludo, repentè à ſuo loco affectu diuellere. Erat in templo Ieroboam iuxta altare, & incenſum iam præparatum vt idolo ſacrificium perageret, ſic attentus operi & occupatus, quaſi in vitulo diuinum Numen reſideret, tunc acceſſit Propheta Domini & inclamans ait, *Altare altare, hæc dicit Dominus.* Vocas altare? ita quidem, ait, nam citius à lapidibus exaudiri ſpero, quàm ab iſto peccatore ſuo intento operi, & occaſioni peccandi, & cùm filium idololatram habiturum prophetaret, & cùm diſſoluendum altare timeret, à peccato non ceſſauit, imò ſacrificium vna mano apprehendens altera Prophetam tenuit, in cuius rei teſtimonium brachium eius areſactum eſt, & dum manus parum iuuant, vocem intendit & inclamauit, iubens vt apprehenderent ſeruum Dei; prius enim vox, vires, conſilia, manus & ſpiritus deficiunt, quàm extrahatur à peccandi occaſione peccator. Ad auaritiam & cupiditatem tranſeamus, venit magnis itineribus Balaam à rege pretio conductus vt populo Dei malediceret, ſed & in aſina, & ſic obcæcatus numorum cupidine ibat, vt oppoſitum ſibique gladio minitan

a In Matth. c. 4.

b Hom. 14. in Mat. c. 4.

c Lib. de Paradiſo Gen. 2.

d In Cant. c. 4.

e Citatus à S. Ambr. lib. de Paradiſo.

15\.

Gratia honeſta eſt operatione conſeruanda.

f In Catena in Gen.

Pſal. 83.

a Quæſt. 21. in Gen.

Nullam diem vacuam volait Deus vel temporali vel ſpirituali benedictione.

Mirabile opus ſtatim ad primam vocem ad Chriſtum accurriſſe piſcatores.

Difficile reuocatur ab occaſione peccandi peccator.

minitantem Angelum haudquaquam aſpiceret, verùm textus ait ab aſina videri Angelum, ſiſtit aſina etiamſi calcaria adhiber, & fuſtibus quatit Balaam, donec ſic vexata & fatigata loqui coacta eſt, priuſquam rem intelligat qui in ea equitabat. O qualem ſpiritum, quantam ſpiritualem vim munus iſtud exigit Domine ſuſcitandi, vocandi & reuocandi à prauo incepto opere peccatorem: tu ſolus Domine felicem potes facere piſcaturam, nam promptiores ſunt ad audiendum lapides, ad obediendum bruta, quàm impij dum ſemel iter arripuerunt ad peccandum. Opus quidem mirabile mittere retia, opus inceptum relinquere, vt tuæ voci obtemperarent, *mittentes retia in mare.*

17\. *Venite poſt me.* Videamus quo cibo inueſcaris eos, quo allexeris præmio, vt extemplo relictis omnibus te ſequantur, tanta eſt tua in piſcando animos dexteritas, vt nullo alio cibo nec oblectatione aut præmio poſt te trahere velis ad crucem, ad macellum, ad mortem? Notandum eſt id primum iuſſiſſe, vt retia relinquant, in quibus anxiè & impensè laborabant. Seminudos in medio mari ſole adustos, retibus onuſtos & præmio vacuos, parúmne & exiguum tibi videtur de cœno & ſpumis & inutili labore ad crucem & ſcholam Christi vocari, felicitérque traduci? aperi oculos Christiane, nec tibi nimis obligatum Deum exiſtimes, quia à peccandi occaſionibus abſtines, ne inficeris, nec arrogantia tumeas, grande accipis beneficium, etiamſi nullo alio afficereris: nam quænam; obſecro, vita tua erat cùm in ſordibus peccati iacebas, cùm expiſcandis cupiditatibus inſudabas? quas anxietates, tremores, metum, deſperationes, terrores, phantaſias, morſus, vmbráſque mortis per momẽta ſubibas? te igitur ab his retibus eruere, ab his vndis liberare, ab hoc inferno extrahere nónne ingens præmium eſt. His ergo adde. *Faciam vos fieri piſcatores hominum.* Satis perſpectum habebat hoc qui ſic modulando orabat. *Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum, propter retributionem.* Quid ais *in æternum*? ſi in ſempiternum ſeruire vis, quando eris beatus, & præmio potiri poteris. Hô, inquit, ignoratis quantum ſit præmij in cuſtodiendis diuinis mandatis, hæc vtique obſeruantia mihi pro præmio, imò pro cælo eſt, *in cuſtodiendis illis retributio multa*; ea enim eſt iucunditas ſeruiendi Deo, vt etiamſi religioſa vita in æternum protraheretur, nec Carthuſiano Monacho, nec argumentoſo & occupatiſſimo animorum negotiatori Ieſuitæ, nec inopi & pauperrimo Franciſci filio aliud ſupereſſet præmium, quàm Deo nunc extra ſæculi vndas & pericula ſubſeruire, ſatis ſupérque præmij accepiſſe faterentur, *in cuſtodiendis illis retributio multa, renta ſituada y deporſi y gloria en la tierra guardar vueſtros mandamientos*, & poſt Dominum ambulare, *venite poſt me.*

Quo præmio allexit? nullo alio niſi laboribus, ærumnis & morte propoſito.

In ipſis mandatis Dei cuſtodiendis non leue præmium eſt.

18\. *Relictis retibus ſecuti ſunt eum.* Enodanda eſt vltima difficultas. Quarténe impedimento fore putas ſecum ſub brachio retia trahere? cur ergo retia ponere iubes *relictis omnibus*; docemur in primis conuerſionem ad Deum non dimidiatam eſſe debere, vt partem mundo, partem tibi reſerues, ſed plenam ſpiritus & animi ad irrumpenda occaſionum retia & impedimenta virtutis. Quid enim præſtat ad Deum confugiſſe ſi obambulationes non ceſſant, ſi epiſtolæ amatoriæ non ægrè ſuſcipis, ſi ſeruas in ſcrinio epiſtolas amatorias turpi manu & nomine ſubſcriptas, ſi adhuc vitta, chirotheca, aut capilli apud te ſunt, vt his quaſi retibus iterum capiaris, relinquenda ſunt omnia, ſicut Iſraelitas egiſſe præcinit Dauid, *in ſalicibus in medio eius ſuſpendimus organa noſtra*; venatori enim ſat eſt ſi perdix ex vno vngue laqueo teneatur, ſi conductam habes partem domus ſupremam, tota infima domus qua patet aſcenſus ad ſuperna, libera eſſe debet hoſpiti tuo, ſi ſemel tuum cor tenere & occupare putat fœmina, teneris fores domus patefacere, oculos, aures, manus & munuſcula concedere, nec liberè potes ad Deum clamare, *Quid mihi eſt in cælo, & à te quid volui ſuper terram Deus cordis mei, pars mea Deus in æternum.* Iuſtus verò ingenuè & liberè prædicat, teneat me qui putat me retibus comprehendiſſe; certè non eſt vnde teneat, iam omnia organa ſuſpendi iuxta mare Galileæ, *relictis retibus.* Hoc etiam omnes vos admonet vt quidquid in vobis retis nomen habet deponatis, vt cultus tuus, ô fœmina, contorti crines retia non ſint ad capiendas animas, tui, ô mercator, contractus & negotia retia non ſint ad furandum, mutuatæ pecuniæ retia non ſint vſurarij lucri conuerſatio, eutrus, inceſſus ad templa retia non ſint fœminea & impura, qualia deſcribit Sapiens, *Irretierunt eum multis ſermonibus*, & Eccli. *Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt, & ſagena cor eius, & vincula manus illius, qui placet Deo effugiet illam, qui autem peccator eſt, capietur ab ea.* Porrò etiam *relictis retibus* vocat, quia piſcatura animarum quæ à gratia fit retibus & induſtria humana non indiget: nec naturalibus viribus perficienda ſunt quæ gratia incepta ſunt. Quamobrem cùm fecerit eos piſcatores hominum *per gratiam*, vt ait Carthuſianus [a], non naturali, *ſed rationali ſagena*, vt ait Euthymius [b], opera & auxilio gratiæ ad cœptum opus indigent; ideo opportunè gloſſa interlinearis ait, *Faciam vos fieri piſcatores hominum: aliter fruſtrà laborat Doctor, niſi Deus faciat quod proficiat*; opera enim gratiæ minimè peragi poſſunt ſolius naturæ viribus, *non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.* Senſus liquebit ex dicendis. Docet nos ſuo exemplo D. Petrus, qui *cùm vidiſſet in mari quia Dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe, & miſit ſe in mare.* Altera verò die iuſſus venire ſuper aquas, ſubitò *deſcendens de naui ambulabat ſuper aquas, vt veniret ad Ieſum; & cùm cœpiſſet mergi, exclamauit, Domine ſaluum me fac.* O Petre timide, quare non brachiis & pedibus vteris nandi peritus? timuit vtique ſi naturæ viribus niteretur in mari ſubmergendum; quare ad gratiam primam appellauit, dicens, *Domine ſaluum me fac.* quia, vt ait Arauſicana Synodus [c], *quoties bona operamur, Deus nobis atque nobiſcum vt operemur operatur*, vt notum ſit cunctis ne temere ſe in quamcumque occaſionem inſerant, primæ gratiæ vocationis confiſæ, niſi nouo auxilio adiuti gratiæ, non induſtria cœptum bonum opus perficiendum ſit. Quid enim præſtant arma Saulis? quàm inutilis eſt vngula equi? quàm infirmæ tibiæ viri? præſtantior eſt funda paſtoris

Serió & decretorió atque integrè fiat conuerſio ad Deum.

Nihil quod occupet cor ferre poteſt diuina gratia præſentia.

Prou 19.

Eccli. 17.

a In Mat. 4.

b Ibid.

19\.

Quod ſine ſubſidio gratia miniſtri ſumus.

Ioan. 21.

Matth. 14.

c Conc. II. canon. 19. & Aug. lib. de gratia & libero arbitrio c. 17.

Ille qui præparat voluntatem, & cooperando perficit quod operando incepit.

paſtoris quam in nomine Domini circumagit, & gratiæ viribus gigantem proſternit: nuſquam fidendum propoſitis, nobilitate, virtute propriæ ad reſiſtendum, ſed gratiæ Dei; quare qui ad piſcaturam animarum vocantur, retia ponere iubentur humanæ artis & induſtriæ.

20. *O dulcis Apoſtole Andrea* (ait Damianus) *& primitiua vocatio Saluatoris*, tu primas omnium tuliſti, tu primus penicilli ductus ſummi Pictoris fuiſti, in quo ſui imaginem tam moriendo, quàm viuendo expreſſit. Tu prima vmbra diuini illius Eliſæi qui iuxta mare Galileæ deambulabat ſecum mundi reſurrectionem meditando. Tu primus in iuuenibus, & poſtremus inter ſenes, qui in amiſſo veſtigio agni, ex quo audiſti, *Ecce agnus Dei*, in morte, in terra, in cælo perſequi non ceſſaſti eius greſſus, & vias vſque ad crucem. Primus cathedræ moderator & ſponſæ Chriſti poſſeſſor dum tibi crux, Petro Eccleſia data eſt in ſponſam, prima ſummi regis gemma, & vnio pretioſiſſimus qui ſola in cruce regia dignè inſeri potuit, tu primus inter Apoſtolos, tu primus ferulam ſcholæ Chriſti & palmam arripuiſti, tu primus Doctor, tu primus eques crucis, cui poſt Regem inſediſti; tu diuinam illam cannam & arundinem, in qua Chriſtus vt vermiculus pependit, omnia ad te traxiſti, & cœptum opus Chriſti conſummaſti gratia & gloria.

MODESTIA EXEMPLO SVMMI Regis, in vultu, actione, cultu & ornatu, docetur: regij mores & ſene digni in ſpirituali regno animi præſcribuntur.

INSTITVTIO LX.

SVBLIMIS ac regia dignitas, ad quam te iam tuus conditor & inſtaurator vocat, non tam à regnando, quàm regendo dicta, nec tam in clementia, prudentia, liberalitate & fortitudine ſita eſt, quàm in Chriſtiana modeſtia, quæ cùm ex notitia ſui prouenit regem hominem eſſe, etiamſi hominibus præſit admonet, modum præſcribit honori, actioni, cultui, cupiditati, ac denique regiam poteſtatem ad interna reuocar, & vera dominatio vbinam ſit docet atque perſuadet. 21.

Partitio inſtitutionis.

I. In primis etenim neminem decet magis ſcientia quàm reges, hoc & Plato [a] dixit, *aut reges philoſophari, aut philoſophos regnare debere.* Nam & hieroglyphicè ſymbolum regni *, *ſceptrum cum infixo oculo erat*, & apud Ieremiam [b] virga vigilans, & in arca *lex cum virga & manna* [c] regem ſapientem deſignabant, ſicut per Salomonẽ [d], *etiam leo rex beſtiarum*, qui ſtatim natus videt, & apertis dormit oculis. *Ad vos ergo reges hi ſermones mei vt diſcatis ſapientiam, & non excidatis*, vobis enim maximè neceſſaria eſt ſapientia, maximè autem illa quæ NOVVM DEI HOMINEM decet. Quem Dauid alloquitur, dicens, *& nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram.* Tria vos maximè noſſe velim, *intelligere, diiudicare, & emundare & caſtigare.* Intelligere enim debet homo noſtrum regnum non tam in poſſeſſione eſſe, quàm in abdicatione, & contemptu, nuſquam autem hoc ſecundum perſuaderi poterit, niſi in ſeipſo internum & ſpirituale regnum intelligat habere. Intelligat ergo Regem eſſe, regnum eſſe corpus & animum, thronum ſublimem, mentem ad audiendum, iudicandum, exequendum, terræ autem iudices verè dicuntur qui cùm frænatas habeant appetitiones, pacifici nuncupantur. Vnde namque putas, ait Chryſoſtomus [e], quibuſdam carnem petulanter inſultare, & minimè obtemperare? ex eo videlicet quòd cùm ipſi ſupremo Regi non deferunt obedientiam, ipſis etiam propria caro non obtemperat. *Rectè namque corpus ſuum regere nequit qui non obtemperat rectori ſuo:* vnde, vt ait Gregorius, ſupremus Rex *balteum regum diſſoluit*, & quia prauos motus regere neſciunt, inelegantes, diſcincti & diſſoluti fiunt, & regiam dignitatem amittunt, eóſque quaſi exauthoratos & incompoſitos atque à ſublimi ſede exturbatos alloquitur Propheta. *Deſcende, ſede in puluere, non eſt ſolium filiæ Chaldæorum, quia vltrà non vocaberis mollis & tenera, tolle molam, & mole farinam, denuda turpitudinem tuam, diſcooperi humerum, reuela crura, tranſi flumina*, quæ omnia indigniſſima ſunt regia dignitate, Reginas enim ſolium, aula, & otium decet, & munera atque exercitia nobiliſſima, cum veſte honeſta & ſplendida, quæ & corpus tegat, & longè latéque diffundatur: at ſemel amiſſa dignitate ſic ſenſum ſpiritualem amittit, ſic temporalia appetit, ſic ad externa auocatur, ſic delectationibus diffluit, vt ad quæque turpia, quæcumque prophana, ad

Marginal notes (left): a 5. De legibus. — * Pierius lib. 1. — b Cap. 1. 11. — c Heb. 9. 4. — d Prou. 30. 30. Pſal. 2. 10. Vide Lorinum. — e In hunc Pſal. citatur hom. 18. ad popul. — Iſai. 47. 1.

Marginal notes (right): *Regem decet ſapientia.* — *Regnum Dei intra nos eſt.* — *Inobedientia pœna luxuria.* — *Semel abiecta ſpirituali ac regia dignitate anima ad turpia prolabitur.*

ad ambitionem, ad molam negotiorum ſæcularium circumferendam more carnalium hominum trahi poſſit. *Tolle molam*, age ſæcularia negotia, *diſcooperi humerum*, intentionem, cupiditatem & ambitionem tuam manifeſta; *tranſi flumen*, nam ſi ad concupita vis peruenire, opus eſt pedes denudare, hoc eſt, media & negotiationes quæ non apparebant palàm facere, *quia vltrà non vocaberis mollis & tenera, ya no os tratais como reyna tan poco os tendran por tal.*

22. II. Intelligentia porrò hæc in notitia ſui ſita eſt, cùm videlicet Rex non minus ſe hominem eſſe quàm hominibus præeſſe cogitat. Et de quodam Saladino, qui olim Chriſtianorum terror fuit, refert Lipſius [a], eùm morti iam vicinus eſſet, in cogitationem hanc ſeriò deſcendiſſe, & ſolam interiorem tunicam, pro omni pompa funebri in haſta ſublimem ferri iuſſiſſe, cum acclamatione, *hoc vnum ex domitore Orientis reſtare.* O virum illa & maiori fortuna dignum, qui tam bene eam cœpit; nihil enim hîc proprium regis eſt. Corona, ſceptrum, purpura & omnia hæc ad quæ ſtupemus à Deo ſunt, & ne auferat ad eum referenda. Expendat denique quàm variæ & miſerandæ fuerint ſortes multorum regum, ex quibus eum Seneca [b] colliget. *Quod regnum eſt cui non ſit parata ruina, & proculcatio, & dominus, & carnifex? Nec magnis iſta interuallis diuiſa, ſed horæ momentum intereſt inter ſolium & aliena genua.* Nolo tamen modeſtiam quæ ex cognitione ſui ortum habet à prophanis ediſcas, habes Chriſtum Regem & Doctorem, qui diu ab hominibus Iudæis maximè expectatus, non pugnator, non ſplendidos reportaturus triumphos, ſed, vt ait Zacharias, *Ecce Rex tuus venit tibi pauper, aſcendens ſuper aſinam.* Quem locum ſic legit Matthæus, *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus.* Vbi auctor operis imperfecti ait, *Vis cognoſcere manſuetudinem virtutis? non ſedet in curru aureo pretioſa purpura fulgens, neque aſcendit ſuper feruidum equum diſcordiæ amatorem & litis, qui gloriæ iactantia pectus habet repletum, qui de longè odoratur bellum, & gaudet ad vocem tubæ, & cùm viderit ſanguineam pugnam, dicit in corde ſuo, bene factum eſt. Sed ſedet ſuper aſinam tranquillitatis, & pacis amicam, oneris patientiſſimam ac laboris. Ramos vide frondentes, teſtimonia pietatis.* Venit itaque Rex modeſtiæ exemplar factus, in humilitate vt faſtum deprimat, in paupertate vt auaritiam & diuitias calcet, in aſina inſtrata piſcatorum veſtimentis, vt ſplendorem & nimium veſtium cultum damnet. Nos ergo qui ad eius imaginem reformamur, hæc in Rege noſtro ſedulò contemplemur.

Cognitio ſui decet regem & principem ſpiritualem & terrenū.

Plinius in Panegyrico.

a In notis 2. Politicorū.

b Lib. de animi tranquillitate c. 10.

Manſuetudo regia.

Zach. 9. Mat. 21. & Septuaginta, auctor operis imperfecti in Matth.

23. Modeſtia igitur latè accepta moderatio eſt cupiditatum rationi obediens, quæ, vt ait D. Thom. *in rebus mediocribus ac minimis modum ponit.* De modeſtia autem quæ in vultu & actione conſiſtit agamus, & in primis non minima virtutum cenſenda eſt cùm ab interna temperantia & modeſtia dimanat. Sit in exemplum quod Gen. 1. legimus, *Fecit Deus luminaria magna, luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti.* Quid hoc Moyſes ſancte? quo pacto lunam omnibus planetis minorem, vno excepto Mercurio, magnum luminare vocas? Benedictus Pereira [c] reſpondet. *Quia maior cæteris oculorum iudicio & vulgi æſtimatione videtur, llamole mayor porque aſi parece a los ojos de todos.* Iam ſcimus ex D. Thoma quo loco habenda ſit inter reliquas virtutes modeſtia: at iſta exterior compoſitio ſic eſt hominibus grata & vtilis, vt verè virtus magna & maior cæteris nuncupetur, quia ſi intus eſt in ſupremo gradu, virtutes reliquas exaltat, & foris apparent. Nam, vt ait Hieronymus [d], *Speculum mentis eſt facies, & taciti oculi cordis fatentur arcana, los ojos y lo exterior tienen lengua callada que declara el coraçon.* Vnde Ambroſius [e], *Non nuntiantur opera noſtra, ſed clamant, & ſeipſa nunciant.* Et Alexan. Clemens [f], *Cùm verbæ omnia à cogitationibus emanent, fieri non poteſt vt verba mittantur ridicula, quæ non emanent à moribus ridiculis, ſermo enim fructus eſt cogitationis.* Vnde illud peculiare eſt huic virtuti, vt etiamſi intra priuatos parietes ſit, etiamſi taceat lingua, imò etiamſi fructus alij bonorum operum non appareant, mirabiles fructus edat. Audi Dauidem, de viris religioſis loquentem, *Plantati in domo Domini in atriis domus Dei noſtri florebunt, plantados en la caſa de Dios arrojan las flores a los patios de Palacio a los atrios exteriores a las plazas y calles*; ea enim eſt modeſtiæ vis & peregrina nouaque natura, vt cùm profeſſio contineat eam intra clauſtra, fama tamen modeſtiæ religioſi aut monialis foras erumpit, & flores non ſolùm, ſed fructus emittit copioſiſſimos. Nunc intelliges quid myſterij ſit cùm Deus primum hominem conderet, & ſedem vbi vitam figeret quæreret, ait Scriptura. *Et*

24. *inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.* Quid agis conditor ſapientiſſime, nónne melius

Modeſtia quid & in quibus tenenda.

c In Gen. lib. 2. v. 14. c. 1.

Index bona mentis & ſancta modeſtia exterior.

d Epiſt. 9. ad Furiā de viduitate ſeruanda.

e Lib. 1. in Lucam.

f Lib. 2. pæda. c. 5.

Fama modeſtiæ comprimit prauos mores.

NOTA. Videatur Ambroſius lib. 1. officio. c. 23. multa præterea de ratione dicendi, &c.
NOTA. De modeſtia vide P. Roſignolium cap. 37. Ambroſium 2. Cor. 10. *Bonum regendæ caſtitatis pudor eſt comes*, &c. Baſilius de inhoneſto riſu. reg. fuſius diſput. int. 17. Nazian. orat. 3. contra Iulianum. *Hæc vt conſpexi ſtatim ſum prolocutus amicus, quale malũ Romanorum terra nutrit.*

melius firmiúſque vita cordi indi & figi poterat, & in viſceribus intimis recondi, quàm in faciem mitti rem pretioſam, & quam tot externæ res infeſtant & auferunt? Cæterùm indicare voluit, noluiſſe Deum, nec oportuiſſe pulcritudinem nouæ & excellentis vitæ omnino tegi, ſed licèt ſedes eius ſit propria, cor & interna viſcera: at ſpecies vitæ & ſanctitatis maximè honeſtat, & laudat conditorem. Vnde de his qui exteriùs flores virtutis ab interna ſanctitate mittunt, illud Iſaiæ decantari ſolet, *Plantationes Dei ad glorificandum, vendito ſea el que os crio.* Nec minus operis & laboris putes eſſe in externa ſpecie ad modeſtiam componenda, quàm in interna harmonia virtutum collocanda. *Formauit Deus hominem de limo terræ.* Externum hominem vide quanto ſtudio Deus conſiet, quia exterior eſt, *manu, opere, conſilio & prouidentia*, vt ait Tertullianus, at verò vt vitam inſpiret in intima, nihil laboris habere viſus eſt, nam vno verbo dicitur, *& inſufflauit, hacer vn buen exterior le haze a Dios en lo darſe mas cueſta eſo al parecer que darle alma.* Sicut in ſummo etiam ſacerdote videmus, qui cùm vndequaque ſicut monile aureum ſplenderet, illa tamen lamina ſanctitatis, quanti habenda ſit oſtendit, dum in fronte collocari iubet his literis, *ſanctum*, vel *ſanctitas, haced caſo de la ſanctidad del roſtro que es de oro precioſo y ſeñal de la interior y nota de los ſieruos de Dios.* Cæteros filios Iſraël etiam peculiari ſigno diſtingui voluit. *Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos vt faciant ſibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas.* Domine iam notam habent circuncisionis in carne, ita eſt, ſed mihi nota eſt, tantùm nota ſit etiam hominibus modeſtia veſtra, & ſit ſeruorum Dei inſigne. Vnde quod B. P. Ignatius aiebat filios ſuos nolle dignoſci, alio quàm modeſtiæ habitu, hoc tibi perſuaſum velim, ô mi HOMO, non leue & inane tuæ renouationis in Chriſto ſignum eſſe modeſtiam in vultu & in actione, ſicut veteris hominis ſigna ſunt, quæ in Iudæis reprehendit Iſai. 3. *Pro eo quòd eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt collo extento*, &c. & Prou. 6. *Apoſtata homo*, hoc eſt, perduellis & perditus, *annuit oculis, terit pede, digito loquitur.* Quo loco D. Gregorius nihil ſpeciale his geſtibus denotari putauit, ſed in vniuerſum immoderatos quoſdam corporis motus, (quales in Iuliano alter Gregorius Nazianzen [a]. deprehenderat) internæ deordinationis indices eſſe, *Qui rectè deſcribitur, quod annuit oculis digito loquitur, & terit pede, interior namque eſt cuſtodia, quæ ordinata ſeruat exterius membra. Qui ergo conſtantiam mentis perdidit, ſubſequenter foras inconſtantia motionis fluit, atque exteriori mobilitate indicat, quod nulla interius radice ſtabilitatis ſubſiſtat.* Regia igitur ſpecies modeſtiæ eſt, & filiis Dei digna.

Exterior ſanctitas & modeſtia plurimi habenda.

a Par. 3. paſt. admonitione 24.

II. Modeſtiam etiam in proſperitate ſeruare quaſi rem difficilem ſuo Chriſtus do- 25.
cet exemplo, dum in medio triumpho lacrymas fundit; genus enim ſupplicij eſt impium proſperari cùm modum neſciat tenere in proſperitate, vt bene magnus Gregorius [b] notauit, *Dedit eis regiones gentium, & labores populorum poſſederunt*, vt cuſtodiant iuſtificationes eius, & legem eius requirant, & in Pſalm. 72. *Deiecisti eos dum alleuarentur, quia cùm largientem Deum humana mens boni operis repenſatione non ſequitur, vnde nutrita piè creditur, inde iuſtius damnatur. Hinc per Pſalmiſtam dicitur: Deieciſti eos dum alleuarentur.* Et Chryſoſtomus [c], *Infelix felicitas* (epulonis) *quæ diuitem ad infelicitatem traxit, felix infelicitas quæ pauperem Lazarum in æternam felicitatem induxit; quemadmodum ſegetem nimia proſternit vbertas, ſic virtutem nimia proſternit rerum affluentia*, ex illa enim ſuperbia oritur quæ omnem modeſtiæ ordinem tranſgreditur. *Magna virtutis eſt*, inquit Auguſtinus [d], *cum felicitate luctari, ne illiciat, ne corrumpat, ne ipſa ſubuertat felicitas, magnæ felicitatis eſt à felicitate non vinci, ſed calcare ſæculum: memento fidere te in Chriſto.* Quaſi dicat, fera truculenta eſt proſperitas, caue illam, & in Chriſti humilitate conſiſte. Vnde Chryſoſtomus [e], *Semper egemus Dei prouidentia, maximè cùm liberamur à malis, alligatam beſtiam non ita timemus, vt emiſſam, rerum ſucceſſus maiora mala faciunt, quàm res aduerſæ.* Aliud remedium prouidit Chriſtus lacrymis gloriam triumphi temperando, eſt enim vinum proſperitas, vt ait Ambroſius [f]. *Multos ebrios facere diuitiæ, nobilitas, & poteſtas, conturbat enim qualibet iſtarum rerum iudicium, ſicut contingere ſolet iis, qui poſiti in aliquo excelſo loco, inferiora cùm reſpiciunt, eorum viſus turbatus veluti contremiſcit, ita vt inde facili negotio præcipites ruant, niſi aliquid apprehendant quo ſuſtententur*: ergo memento te fidere in Chriſto, & in eius humilitate conſiſtere, & exemplo lacrymarum eius feſta & mundi glorias temperandas, vt de die feſto decimi diei ſeptimi menſis ponderat Origenes [g], *Dies expiationis erit celeberrimus, affligetis animas veſtras in eo*, &c. *O mira feſtiuitas, dies feſtus vocatur afflictio animæ, ſi vis vt Deus lætetur ſuper te, affige animam tuam, & humilia illam, non ei permittas explere deſideria ſua. Etenim cùm in ſecundis rebus homines ſunt* (ait Chryſoſtomus [h]) *plures efficiuntur inflati,*

Modeſtia in proſperitate.

Remedium contra proſperitatis ſuperbiam.

b Ex Pſal. 104. in paſtora. 3 p. c. 27.
c Hom. 2. de diuite epulone, & videndus eſt in illu i Pſal. 25. *Redemptionem non debet perturbare*, &c. & hom. 40. in Geneſim. ad medium, *humana natura*, &c.
d Ser. 13. de verbis Domini.
e In Pſal. 9.
f Lib. 2. de Cain & Abel.
g Hom. 23. in Nu. Leu. 23. n. 27.
h Hom. 54. ad popul. vide etiã Gregor. lib. 6. Moral. c. 4.

omnibus inimici, iracundi, cùm adeſt potentia; cùm verò fuerit ablata potentia, manſueti fiunt homines, & humiles, & in propriam naturæ cognitionem veniunt. Vide igitur Chriſti modeſtiam, & ad eius te normam compone, cùm potentior eſt, tunc infirmior apparet, cùm illi plauditur plorat, cùm Rex acclamatur, ſedet ſuper aſinam.

Chriſtus ipſe honore ſuperbiam deiicit,

26. III. Cæterũ nõ ſolũ proſperitatis incõmodis medetur lacrymis, ſed ipſo quẽ ſuſcipit honore, ſuperbiã deiicit, & honorẽ accipit, vt mors ſuccedat triſtior, & opprobrio atq; ignominia plenior. Qui enim ſecũdiori fortuna vſi sũt, cũ exturbãtur grauiſſimè dolẽt, nõ tã ictũ & cõtuſionẽ, quã ſignũ externũ & ignominiã. Sicut queritur de fortuna ſua Antiochus, ita vt à curis & ſolicitudinibus ſõnũ capere nõ poſſet, Dauidi etiã cõſolãri ducem ſuũ, ac dicenti, *Nõ te frãgat iſta res, varius eſt euẽtus belli, nũc hũc, nũc illũ cõſumit gladius*, reſpondit, nequit hæc ſpes animam cõſolari, nã *incũdus eram, & dilectus in poteſtate mea*, mea gloria, meiq; triũphi, caſus & ruina potiùs dicẽdi sũt: dũ igitur Chriſtus eſt in Thabore, exitus ſui & exceſſus mẽtionẽ agit, & mox auditur vox, *ipsũ audite*, quaſi diceret, veri magiſtri & Doctoris modeſtiæ lectionẽ audite; ea quidẽ eſt nuſquã honoris iacturã fieri, eo quòd quis in honore ſe abiiciat, dũ plauditur, & acclamatur. Ploret ipſe, & humili loco ſedeat. Huius modeſtię exẽplar pręclariſſimũ eſt in Apo. vbi ſeniores illi q in circuitu agni erãt, *mittebãt coronas ſuas ante thronũ agni*, & ſimul ore grates referebãt. *Dignus eſt agnus qui occiſus eſt.* Et vnus quidẽ eorũ clarè loquitur 2. *Cor.* 6. qui iã inglorius, iã glorioſus, iã exprobratus, poſtea verò eximiè laudatus, ſẽper tamẽ gloriã Chriſto decãtabat. *per gloriam & ignobilitatẽ, per infamiã & bonã famã.* Sed nota, ſeniores eſſe in circuitu throni, & cũ quatuor animalia dicebãt, *ſãctus*, procidebãt ſeniores & coronas è capite, in ſolio deponebãt, & animalia cãticũ dicebãt die & nocte nũquã ceſſãdo; nunquã ergo ſeniores habebant coronas in capite nunquam ſedebãt, *& requiẽ non habebãt, die ac nocte dicẽtia, Sãctus*, &c. Cęterũ nihilominus reges vocãtur, & licèt coronas depo- 2. Reg. 12.

Honoris iacturã nulla fi eo quòd quis in honore ſe abiiciat.

27. fuerint, quia in honorẽ Dei eſt, nihil honoris amittũt: nã cũ honoris videtur iactura fieri per modeſtiã, à Deo per aliã viã maxima fit honoris acceſſio: *ſicut qui ignoti*, vide modeſtiã, *& cogniti*, vide honorẽ, *nũcamas honrrados que quãdo con menos honrra.* Vnde cũ Chriſtus in gloria triũphi ſe abiicit, cũ in Caluario illũ ſũmo dedecore afficiũt, Patet cũ ſũmo honore & gloria illuſtrat, & Ioãnes Chriſti mortẽ gloriã nũcupat, *nondũ ſpiritus erat datus, quoniã Ieſus nondũ fuerat glorificatus.* Vnde Hier. hæc duo extrema cõiunxit, *crux eſt glorificatio, & patibulũ triũphãtis*, hæc enim duo extrema apprimè declarant quo pacto in eodẽ opere demiſſionis ſũma gloria reſplẽduerit, vnde licèt hęc gloria tãta nõ ſit, quãta illa crucis futura eſt, at eã tẽperat, lacrymis & humili abiectione & maiori gloria cumulatur, vt notat Chryſoſt. [a] *Itaq; qui ſe humiliat & tẽperat in honoribus, honoratur. In Domino laudabitur anima mea.* Quod perinde eſt ac ſi diceret, *laudabit anima mea Dominum*, quia qui modeſtè in Domino honorẽ ſuũ collocat, non amittit, ſed cumulat & cuſtodit. 2. Cor. 6.

In demiſſione ſumma gloria reſplendet.

a Hom. 12. ſuper Ioan.

28. IV. Cultus verò ad modeſtię normam & exẽplar Chriſti reformãdus eſt, & ſacrę Scripturę ac Patrũ teſtimoniis, & exceſſus & luxus incõmodis, ac deniq; ipſa neceſſitate & inopia probatur. *In veſtitu ne glorieris vnquã*, ait Sapiẽs, *nec in die honoris tui extollaris.* Petri & Pauli conſonãt oracula, & eis adſtipulatur Iacobus, qui ſic diuites exagitat. *Agite nunc diuites, plorate & vlulate in miſeriis veſtris, diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt. Fugiant* (ait Cyprian.[b]) *caſtæ virgines, & mulieres pudicæ inceſtarum cultus, habitus impudicarũ, lupanariũ inſignia ornamenta meretricum. Serico & purpura indutæ Chriſtum induere non poſſunt, auro & margaritis & monilibus adornatæ ornamenta corporis & pectoris perdiderunt.* 1. Petri 3. 3. 1. Tim. 2. 9.

Cultus veſtiũ verum que omnium ad normã Chriſti temperandus.

b De habitu virg.

29. *Nota* Vide Baſilium hom. 24. de legẽdis libris Gentilium, *comas aut veſtes, &c.* Nazia. ad Olympiam in carmine paranetico *Nõ aurum.* Hier. in vita Paulæ eremitæ. *Vos in tunicis.* & epiſt. 2. ad Nepotia. *veſtes pullas.* Chryſoſt in Gen. hom. 18. *dicunt nobis Baſi parnatiũ vide, veſtiũ luxus.* Vide Paſ. in epiſt. Iacobi c. 5. [illegible]

Incõmoda autẽ vno verbo clauſit Gregor. [c] *Nemo exiſtimet in ſtudio pretioſarũ veſtiũ peccatũ deeſſe*, etiãſi nõ videatur: nã, vt ait Clemens Papa [d] (& alibi deſcripſimus) *sũt omnia meretricis cõſuetudinis indicia.* indicia dixit, ſicut Paulus vocat fidẽ *argumẽtũ nõ apparẽtiũ*: ſicut in aqua foris eminẽt *argumẽta piſcatorũ*, ſic enim ea vocãt quæ ſupra aquã sũt, vbi retia latẽt, & ſubsũt his argumẽtis, ſic externus veſtiũ luxus argumẽtũ eſt internę luxuriæ, & quod latet in tenebris, manifeſtatur in veſtibus, neq; hoc nouũ eſt incõmodũ, ab ipſo naſcẽtis orbis exordio, peccati indices sũt veſtimẽta. *Nã cũ cognouiſſẽt ſe eſſe nudos, cõſuerũt folia ficus, & fecerũt ſibi perizomata.* Manifeſtũ argumẽtũ iã in eis nõ eſſe caſtitatẽ, vt ait Albinus doctor [e]. *Quia ergo gloriã ſimplicis caſtitatis amiſerũt primi parẽtes noſtri, ad duplicẽ libidinis pruriginẽ cõfugerũt.* Nã & folia ficus incẽtiua sũt luxurię, & veſtes inſuper argumẽta sũt amiſſi pudoris. Modũ autẽ veſtiũ Deus ipſe præſcripſit. *Fecit quoque Dñs Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos*, nõ n. ad luxũ indumẽta quętẽda sũt, ſed ad modeſtiã, & mortis memoriã, hoc n. ſignificãt veſtes, vt ait gl. *ergo in tunicis pelliceis, mors quæ poſt peccatũ debebatur naturæ, ſignificata eſt* Et Rup. [f] *Fecit tunicas pelliceas eo modo vt flere debeãt omnes tunicati.* Quare ſi neceſſitati darẽtur veſtes pellicee ſatis eſſent: at quia portantur ad luxũ ſericę, nõ ſufficiũt, nec tot inuẽta vanitatis. Quis enim niſi nouis

c Citatus ab Hugo. in Matth. c. 11.

d Apoſtolicarum conſtitut. c. 3.

Gen. 3.

e Apud Lipomanum in catena. Gen. c. 3.

f In Gen. 3. citat.[a] à Lipomano.

inuentis

a Orat 8. in Verrem, & Plato in Alcibiadem.

inuentis veſtibus exſatiare poterit fœmineam auiditatem? Cicero [a] refert Perſiæ & Syriæ reges ita vxorum cultui indulgentes fuiſſe, vt ad ornatum earundem quamplurimas diſtinctis veſtibus afferendis deſignatas haberent, nec enim vna ciuitas ſufficiens erat, ſicut nec modò vniuerſus ſufficit orbis, nec enim ſine cauſa *mundus muliebris* dicitur veſter ornatus, *ita populos habent vniuerſos non ſolùm conſcios libidinis ſuæ, verùm etiam adminiſtros.* Vnde vos omnes inopiam deploratis, & æs alienum fatemini, non operibus, ſed verbis, faſtus enim & cultus indices ſunt multarum opum, verba verò mendicantium ſunt. Quis ergo vobis tantas vires ſuppeditat, vt tantum æs, tantos ſumptus, támque inſanos ſuſtineatis? inſania certè, ſicut qui phreneſi laborat, qui manum corpúſque in molli lecto vix mouet, & ouum exſorbere nequit: at ſi in phreneſim incidat, quam vim & robur, quos conatus, quas voces, quanta deuorat, quanta effutit, quàm celer & expeditus lecto exilit? amentia eſt, non verùm robur. Sic cùm veſtræ res familiares languidæ ſint, vacuæ crumenæ, exhauſtæ opes, & vix ad manducandum vires ſupperant; ad veſtes tamen, ad noua inuenta, ad inuſitatos luxus ornamentorum & monilium, ad tantum æris alieni pondus, ſuſtinendum robur eſt? non robur quidem, non opes ſunt, ſed inſania, & phreneſis vires temere excitauit.

Inſanos ſumptus veſtium & ſupellectilis non niſi inſania ſuſtentat. Simile.

Modum igitur imponit modeſtia, hortando inprimis errorem eſſe hominum ſtultiſſimum, vt ait Athanaſius [b], exiſtimare ex veſtibus potius quàm ex moribus æſtimandos, ideo totos ſe ad veſtium elegantiam comparandam dederunt, aut, vt putat Clemens Alexand. [c] voluerunt vitia tegere, & peccata operire, turpiaque veſtibus honeſtare. *Vt mihi*, inquit, *videtur oportet id quod tegitur ex tegumento oſtendere ſe eſſe eo melius; vt templo imaginem & corpore animam, & veſte corpus: nunc autem contrà omnino, ſi corpus quidem venundetur, nunquam mille drachmas Atticas inuenerit, vnam autem veſtem mille talentis ementes ſe eſſe veſtibus inutiliores & viliores, arguunt.* Vnde cũ honor ex veſtibus, hoc eſt, ex incerto exhibetur, paſſim decipimur, vt breuiter Tertullian. [d] *Iam certè improbitas honeſtiſſimis quibuſque vſque ad errorem dignoſcendi coæquauit.* Quòd ſi veſtrũ luxũ nec Dei eloquia, nec Patrũ teſtimonia, nec ipſius Chriſti modeſtia frenat & cohibet: ſi exẽpla fideliũ veteris & noui Teſtamenti nihil mouent, ſi Ethnici ſola naturali ratione ducti de luxu iſto contraria ſentientes pudorẽ non incutiunt, ſi tot tragœdiæ eorum qui ob miſerandum veſtium luxum puniti ſunt, timorem non ingerunt. Ad mortem prouoco, *la muerte me vengara de vueſtras demaſias.* Nec enim iam mors ſola fatetur, *quantula ſint hominum corpuſcula*; ſed etiam quàm fœda ac deformia. Et nimirum illuceſcet aliquando ille dies qui oſtendet quid ille veſtium auro gemmíſque fulgentium apparatus ſplendórque texerit, quàm dirum atque abominabile cadauer nimio ſtudio nefaria ambitio in ignem ſempiternum ornauerit.

30. *Homo non tam ex cultu, quàm ex mente & moribus æſtimandus.*

Expoſitio perſuaſionis modeſtiæ.

b In exhortatione ad Monachos lib. 1.
c Lib. 2. pædag. c. 10. Videtur Seneca lib. 10. epiſt. 77. gladium bonum, &c.
d Lib. de cultu mulierum.

VERBVM PATRIS.

Zachar. 9. v. 9.

Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Ieruſalem: ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus, & ſaluator.

Veri regis Chriſti aduentu optatiſſimum HOMINI nuntium affert, à quo diu ſpectatam ſalutem habebat, per mortem & paſſionem obtinet.

DISCVRSVS CLXXVIII.

1. *Veteris Teſtamenti cum Chriſti myſteriis mira conformitas & conſonantia.*

SACRA hæc euoluentes volumina, offendere haudquaquam poſſumus; nec leuiter ſaltem labi, aut titubare: ſequimur enim iuſtitiæ illum Doctorem promiſſum, qui ita ſe his literis abdidit, vt niſi lumen ſuæ ſapientiæ accederet, iacerent in tenebris: ſe tamen α, & ω, hoc eſt, *principium & finis*, myſticè appellare non dubitauit. Quod nomen ſemel & iterum apud Iſai. vſurpatum legimus, *Ego primus, & nouiſſimus.* Ego ſum ille, à quo tes omnes & exordium habuere, & incrementum. Ego ſum ille, in quem tanquam in ſcopum collimarunt verba Prophetarum, *primus, & vltimus* (exponit Procopius) primus quem æternum & vnicum Deum prædicarunt Prophetæ:

Cap. 44. & 48.

Digitized by Google

Iota vnum aut vnus apex non amouendus à ſacra pagina.

Quare tanto ſtudio legem ſe adimpleſſe probat Chriſtus, quam tamen reſcindit, & vt vacuam repulit.

vltimus, id eſt, quem mortem libenter oppetiturum prædixere. Literas euoluite, nullam commonete; nam neque vnus apex, iod videlicet, myſterio vacat, vobiſque lumen in mei agnitionem præferunt. Maximam tamen mihi admirationem mouet (Domine) tanto ſtudio de lege, ſuíſque literis te ſemper cogitare, vt ex illis tuæ humanitatis veritatem adſtruas & vindices, cùm aliàs ſumma ſolicitudine reſcindere ſoleas, & à primo tuo aduentu irrita facere, texere, & annullare quæ in ea decreta ſunt. Si vitia Auicennæ prædicas, illúmque ſequi magiſtrum abhorres; quare, domine Doctor, domi inter reliquos authores ſedem habere pateris? & ſi tibi vſui & delectationi eſt, quare audes palàm improbare?

Simile.

Videtur ſic ſe geſſiſſe Deus erga legem, ſicut quidam è primoribus & nobilioribus, qui amore & pulcritudine allectus vxorem duxit tenuem & obſcuram; poſt hæc autem ancillari muneri inſeruire facit, nullus illi honos domi habetur, verbis etiam vituperare ſolet, ſemper humilitas cum dignitate contendit.

Qui obſcuram ſed honeſtam & pulcram duxit vxorem errat ſi eam minus liberè & ingenuè tractat.

Errant hi quidem toto cælo: nam & puſilli animi ieiuníque & inanis ſe eſſe oſtendunt, & prioris facti ignorantiam leuitate damnant; ſatius eſſet probare ſe ſuis maioribus & nobilitate dignos, & in colenda vxore hæreditariam conſtituere nobilitatem.

2.

Exemplo ſacra Scriptura confirmatur.

Rex quidem & potentiſſimus erat Dauid, qui tamen vt homo vxorem duxit incerti parentis deſpicatiſſimi mariti Vriæ, qui ſtipendij regij partem ſibi, partem in vxoris victum deſtinabat. Poſtea tamen ſic ſe prudentem, gratum, & officioſum erga illam præbuit, vt hanc præ cæteris coleret, & filium ex ea natum Salomonem in ſedem regni adhuc viuens euexerit; quia ſic priùs vxor Bethſabee poſtulauerat. Sic erga ſuas vxores nobiles quique ſe gerant; oppoſitum enim leuitatis, inconſtantiæ, & imbecillitatis argumentum eſt. Quæ cùm à diuina natura longè abſint, exquirendum nobis eſt, quare ſic regio animo & more legem obſeruet, & ex illa fidem myſteriorum adſtruat; cùm tamen illam frangere & debilitare non deſiſtat?

Reſpondetur ad quæſtionem.

Sacra pagina erat veluti picta imago ſponſi Chriſti, hanc poſt impleta myſteria nuptiarum Miſſam facit Chriſtus.

ſic ſe Deus erga Synagogam geſſit, quemadmodum potentiſſimus rex, qui virginė ex regia ſtirpe natam ducere in vxorem conſtituit, cùm tamen illa longè abeſt, & matrimonium per procuratores celebratum ante congreſſum conſpectúmque amoris argumenta vltrò citróque ſibi inuicem præbent. Quare hic reginæ effigiem, vel pictum exemplar ad viuum expreſſum ſibi afferri imperat; illa pariter regis imaginem, eius pulcritudinem adumbrantem apud ſe habere vult. Cùm autem obuiam ſibi inuicem procedunt, & vnuſquiſque in alterius incurrit aſpectum, fictas & pictas imagines miſſas faciunt. Sponſam ſibi iam olim Deus Synagogam per verba de futuro adamauerat, & in ſigna amoris Deus eius formam apud ſe habere multimodè procurauit, vnam in tabernaculi ſpecie viſendá velis variegatis, vaſis ſplendentibus apprimè elaboratis, alteram in ſummi ſacerdotis ornamentis, tintinnabolis, lapillis, mitra, & rationali, aliam denique in illo magnifico Salomonicóque templo, quáque pellucido auro fulgenti: illa item ſui ſponſi formas temporis aduentus, & totius vitæ ſeriem apud ſe habuit expreſſam, incarnationem enim in rubo ardente in monte flammis vndique cooperto, nihilominus incombuſto prænouit. Natiuitatem in Iſaac riſum matri mouente, & gaudium naturæ humanæ prædicente. Exod. 3. Mortem in illo vitæ periculo, quod ipſe innocens filius Iſaac ſubiit ſub patris gladio iam ad necem intento. Crucis ærumnas in illo æneo ſerpente, in quod omnes populi oculi incurrunt, vt hauriant ſalutem. Sepulcrum triſte, & auguſtam è mortuis reſurrectionem in Iona, quem cetus deglutit, poſt tres autem dies reuomit viuum in aridam: Ion. 2. & Matth. 12.

3.

Venit tempus nuptiarum & incarnationis, & imagines repulit ſponſus.

Quare poſt ablatam legem illa vtitur Chriſtus an in teſtimonium & comprobationem veritatis.

eodem autem die quo Deus noſtram redemptionem operatus eſt, præſentémque duxit ſponſam, imagines repulit, typi euanuerunt, ſacerdotium periit, lex tranſlata, templum interdictum eſt, cæremonias annullauit, pacta reſcidit, abrogauit ſacrificia, totum denique in nouum ſtatum traduxit. *Tranſlato enim ſacerdotio neceſſe eſt vt legis tranſlatio fiat.* Sit ita Domine: verùm dum legem vniuerſam euertis, reſcindíſque decreta, quare illa veteris, in tuos vſus conuertis, & iota vnum, nec vnum apicem perire non pateris? Principes, quos primò dixeram, formas & imagines, etiamſi adſint, mutuò inter ſe conferunt, & in congreſſu reſeruant, vt figuram cum prototypo componant, certioréſque fiant illum eſſe, cum quo abſentes matrimonium celebrauerunt. Hoc exiſtimo verba illa ſignificare, *primus & nouiſſimus, α, & ω,* Hiſpanè, *el deantes y el de deſpues, antes prometido, agora preſente.* Nónne videtis, quàm propè accedat imago hæc ad ſponſi mei vultum? Ecce ſerena frons, & tranquilla facies, honeſta, & liberalis, eadem micantium oculorum lætitia, idem prorſus ſine fuco verus ſanguine diffuſus color, en dentes candidos, tergú, pectúſque ex omni parte æquabile. Idem es, ô Rex, qui mihi promiſſus fueras. Hæc eſt, & non inferior ratio, propter quam ſacri hiſtoriographi Euangelij dum Chriſti ſponſi myſteria referunt, & cum Synagoga collocant, in referendo exemplari, quod apud ſponſam erat, ſedulò incumbunt, vt per exemplaria Prophetarum, formáſque ab illo expreſſas, meliùs ab illa dignoſci poſſit. Quare hodiernum plauſum, & in Ieroſolymam auguſtiſſimum ingreſſum referentes, ſtatim euentum cum forma & imagine componunt. *Hoc autem factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam.*

Eſt autem quod in his verbis nouam ingerat difficultatem, *la difficultad conſiſte en eſto; porque dize el Euangeliſta;* Hoc autem factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam: 4.
porque el Rey no es deſte talle porque el retrato lo es, ſi no el retrato eſta bueno y lleno, porque ſe parece al Rey: luego parece menoſcabo dezir que Chriſto obrava para cunplir y llenar el retrato. Nam dicit ſacer textus, *Hoc autem factum eſt vt adimpleretur.* Exemplar, & prophetica effigies, quam Spiritus ſanctus expreſſerat. Nam rex non habet capillum nigrum, vel ſubflauum, quia imago habet, ſed ex aduerſo; ideo tranſumpta imago ſic eſt efformata, quia talis eſt rex, vnde illa eſt expreſſa; aliàs ſequeretur principalius quid eſſe imaginem, dum ad illam adimplendam tanta acclamatio, plauſus, & myſteria patrata ſunt. His tamen ſatiſfactum puto, Chriſti Domini natura perſpecta; erat enim Chriſti imago Patris ea perfectione & pulcritudine (vtpote Patris figura ſubſtantiæ) efformata vt oportebat, ne in ea exprimenda vllus error, præcipuè in primis ducendis

linea

lineamentis, contingeret. *Conuino que no ſe erraſſe el dibuxo.* Ingredior in pictoris officinam, alloquot ſtantem pictorem, ad regis emblema quoddam, quod mente concepi, exprimendum. Velim mihi paſtorem depingas oculis plenum oues circumſpicientem: ecce ille nigro lapide vel carbone primas ducit lineas, ſenſim rectas, vel reflexas, & adumbrare incipit, & figuram iam videas rudem, ſed eximia arte, & egregio opere adumbratam. Tunc ablatam ab illo alteri commendo, qui ſuis pingendo coloribus imaginem adumbratam coloret, animet, variet luminibus, atque diſtinguat, prout lineamenta requirunt, nullam in partem ducto penicillo, quæ non fuerit lineamentis præſignata: in eo enim ſumma artis eſt, non ſolùm in depingendo, ſed in exprimendo id quod ego mente comprehenſum emblema præbueram, vt cum literis affingendis concordet. Erat igitur ſeruator Dominus viua Patris imago, totiúſque legis finis. *Finis legis Chriſtus eſt in ſalutem omni credenti*; quem oportebat maximè ſe & Patri, & exemplari præbere conformē; ad quod euocatis Prophetis Pater in libris legis, verbis, & promiſſis iuſſit regem pacificum, paſtorem bonum, & ſolertem depingi: quod apprimè factum eſſe ipſe fatetur, *In manu Prophetarum aſſimilatus ſum*: arreptam poſtea imaginem adumbratam euangelicis pictoribus, vt egregiis picturæ coloribus perpoliant & illuſtrent nuperauit, qui, Spiritu ſancto penicillum ducente, ſic ad viuum expreſſere, vt parum fellis ori adhibendi cùm deficeret, nondum opus conſummatum eſſe dictum fuerit; eo tamen adhibito *conſummatum eſt*: ſic ſenſim & lineamenta implebant, & complebant ſenia, mentémque æterni Patris; quare cùm diceret Chriſtus, *Ego ſum paſtor bonus*, illi ſignificanter affigunt, *Ego ſum ille bonus, ille paſtor*, ille nempe qui in prima adumbratione continebatur. *Ecce rex tuus venit, ecce ille rex tuus*, eiſdem coloribus illuſtratus, quibus deſideratus, expetitus, & præfiguratus, non vt adimplerentur lineamenta, ſed Patris æterni menti imago inſidens & defixa. Videte fratres, quanti à nobis habenda ſit obedientiæ virtus, quæ legis celſitudo eſt, ſiquidem æternus Dei filius nihil niſi ex præſcripto Patris per manus Prophetarum agere vnquam voluit, *Filius hominis vadit ſicut ſcriptum eſt de illo*, vt honeſtiſſimum ſibi quiſque regularis exiſtimet, ſummámque dignitatem retinere, dum & Dei nutum obſeruat, & ſe totum ad regulam & præſcripta conuertit, vt de quolibet opere audeat dicere, *Filius hominis vadit ſicut ſcriptum eſt de illo.* Quod ſi minus credis, Prophetam audi.

A ſimili ex parabola declaratur.

Euangeliſta indicant imaginem à Patre præconceptam & primis lineamentis in lege deſcriptam viuis iam coloribus in Chriſto conſummatam.

Patris æterni præmeditata imago ſi'q adimpletur, non veri ipſa adimplet verba Prophetarū.

Honor regularium eſt ex præſcripto legis & conſtitutionum omnia peragere.

5\. *Ecce rex.* Maximum populi illius decus & ornamentum decantandum fuit, Deum ex eo tempore, quo illum ex Ægypto eduxit, ducis & imperatoris fortiſſimi inuiſibiliter perſonam & munus ſuſtinuiſſe, *Exod.* 7. 4. at cùm iam finito bello rex pacificus haberi vellet, quaſi iam militia exacta, & quaſi exautoratus belli inſignibus dumi ſe continere, & in templo adorandum præbere voluit. Populus etiam cùm regem viſibilem poſtulaſſet, tunc cùm iam regem pacificum in domum repetentem & viſendum intueretur, ad vota populi alludens Propheta clamat, *Ecce rex*, ecce Chriſtum Domini. Huc vult ſignificare Propheta ſecundùm Hebræos, Origenem, & Chryſoſto-

Dux & imperator Deus olim, modò rex pacificus.

mum. Ecce rex, ne iterum dicat populus, non habemus regem niſi Cæſarem. *Ecce*, rem certam, ſed admirandam denuncio, ille ille decantatus iam digito commonſtrandus venit.

Ecce rex. Voluit Euangeliſta quaſi digito deſignare Iudæis, quòd poſt huius regis triumphum nihil eis ſupereſſet ſperandum, ſed referre deberent gratias, quia antiquis promiſſis & propheriis complementum dabat. *Ecce rex tuus venit tibi.* Sed ô errorem huius gentis! cùm ſalus eorum in ſperando ſita erat, nolebant ſperare, vt probant libri Prophetarum: nunc autem cùm bonum eorum conſiſtit in non ſperando, ſed fruendo, non poſſumus à ſpe deturbare. Ideo, *Ecce rex* 6.

Iudæorum error expectandi cum non oporteret, & non expectandi cū opus eſſet, & Propheta ſuadebant.

Tuus venit tibi. Rex tuus. Egregia nuncupatio, amica vox, plena ſalutis. Rex Chriſtus & noſter totus, qui totus eſt deſiderabilis: quod non tacuit Dauid Pſal. 66. *Benedicat nos Deus, Deus noſter: benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ.* Notandum (ait Hieronymus) ecce in ore Prophetæ Trinitatis myſterium, ter *Dei* nomen repetitum Trinitatem, *cum* vnitatem ſignificat, *Deus, Deus, Deus.* Sed obſerua, cùm ſecundam edidit vocem, *Deus*, qua filius ſignificatur, *noſter* addidiſſe, quaſi innueret, illam præcipuè perſonam noſtram eſſe; & vtique noſtra fuit, noſtra natiuitas, noſtra vita, doctrina, exempla, ſanguis, lacrymæ, mors, ſpiritum; quid dicam? veſtimentorum fimbriæ, totus noſter, totus manducabilis, ſicut cruſtula ſaccharo contecta, & dulciſſimo melle delibuta, quæ tota eſui aptiſſima eſt; ſic enim noſter eſſe voluit, Deus & buccella, Ieſus & eſus, rex & potus, ne deterreret infirmos bonuoculos regia maieſtas, *tuus venit.* 7.

Totus nobis Chriſtus, totus deſiderua, id eſt, ad deſideria explenda.

Simile.

Tuus venit tibi; & ideo pauper, quia tibi internas diuitias venit tribuere: *ergo vt ad internas diuitias rediret homo, foris apparere dignatus eſt pauper Deus*, *tibi*, *para darte lo que has meneſter*; erant enim tunc Iudæi, inquit Chryſoſtomus [a]. Sicut claudus ille qui iacebat ad ianuam templi de more aliorum pauperum, eleemoſynam, non ſanitatem poſtulantes. *Tales erant Iudæi claudicantes; opus erat illis petere ſanitatem, ipſi autem opes petebant, & Meſſiam quærebant, qui ditare, non qui ſanare poſſet. No querian Dios que los ſanaſſe, y como coxos en el entendimiento pedian riquezas y no luz, y ſaluacion.* Venit ergo *ſaluator tuus tibi*; *como le has meneſter. Tibi*, in ipſa cruce pendens ſitim aquæ oſtendit, & aquam poſtulauit ſibi, ſed in vtilitatem noſtram exiuit ſanguis & aqua, *Dionos una fuente copioſa*, tibi, imò, vt acutè notat Guerricus, ideo pecunia venditus & traditus, & pecunia ipſa coemptus eſt ager in ſepulturam peregrinorum; dum enim putares in Chriſto non eſſe, & pecuniam & ſepulcra, *ecce venit tibi*, traditus pecuniis, & pecuniæ collatæ ſunt in ſepulturam, *tuus tibi.*

Chriſtus datus nobis & pro menſura veterum & remedio neceſſitatum.

a Hom 2. in Acta Apoſt.

Chriſtus nobis maximè datus.

Venit tibi, omnium rex eſt, (ait Chryſoſtomus) *ſed non omnibus, tibi, ſi credis; contra te, ſi non credis.* Iuſtorum quippe pariter & impiorum *rex eſt, rex omnis terræ Deus*; ſed non omnibus generoſus & munificus: iis ſe benignum & liberalem præbet, qui miſericordiis non abutuntur, & in eius obtinenda gratia omnem curam, laborem, & diligentiam conferunt: impius autem etſi aliquando in eius beneuolentia manſerint, diuinis & cæleſtibus ornamentis 8.

Chriſtus munificus rex, ſed eis qui fideles ſunt miniſtri eius clemens & ſeuerus.

ſpoliatos à ſe repellit, Ierem. 22. *Si fuerit Iechonias filius Ioakim regis Iuda annulus in manu dextera mea, inde euellam eum.* S. Hieronym. Si princeps *Chonias*; ſic enim habet Hebræa lectio (ait Hieron.) is, qui ne partem nominis Dei habet, *Io* nempe, ex quo *Iehoua* componitur. Theodoretus, is qui inania nobilitatis iactat, qui in ore, & in digito omnium verſari gaudet, ſi eò peruenerit amotis & gratiæ, vt à ſecretis meis ſit; & quaſi ſigillum regium, ſine quo nihil apud me geratur, *inde euellam eum.* Nónne Salomonem proieci, cui mei ſpiritus & ſapientiæ ſtylom commiſeram? Hinc fit, vt impius Deum *Regem ſuum* appellet horrore iuſtitiæ: iuſtus autem *Regem mihi*, ſpe miſericordiæ ductus. Nihil impiis intra parietes tutum, nihil inſidiis vacuum; non eſt vbi pedem figar, niſi virtute innititur. *Omnium enim rex eſt.* Abdiæ 1. *Si exaltatus fueris vt aquila, & inter ſidera poſueris nidum tuum, inde detrabam te, dicit Dominus:* in ipſo enim aquilæ nidu & ſtercore incertum & nomine indignum animalculum gignitur, quod perpetuâ adhæſione & corroſione alarum enervat vim. Timeant ergo Romanæ aquilæ magnarum alarum, quæ ſe totius orbis dominatum habere putant, quia verus rex aduenit, & rex virtutum, cui attolluntur portæ, qui non temporariæ maieſtatis dominatu gaudet, ſed æternæ. Timeant proceres & nobiliſſimi principes, imò & qui ſupra ſacros lapides altaris collocant nidum ſuum: nam etiamſi venit, non ſæpè venit tibi, ſed contra te, quod valde formidandum eſt.

Sola virtus ſecurum reddit, miniſtros Chriſti & regum regum gratioſos. No ay ſeguridad en privancas que no eſtriban en Dios y en la virtud.

9. *Tibi manſuetus. Muy tuyo, parati.* Tibi maximè, quia mitis aduenit, bis rex, mitis rex, bis prælatus, mitis prælatus, Dominus & Pater mitis, bis Dominus, bis Pater appellandus. Neque ideo infirmus, manſuetudo enim non neruos virtutis elidit, ſed auget; longè enim aliter bella gerit Deus atque homines, homines enim vi vim repellunt, ad manus confugiunt, arma armis oppugnant & conterunt, *Peleau de poder apoder.* Chriſtus verò manſuetudine vim, infirmitate virtutem, humilitate ſuperbiam euincere nouit. Paulus, *Quia quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus.* Samſon ligatis manibus quanto horrore perfudit, quàm ſubita nece peremit Philiſthæos? Arca Dei quoties debellauit populi Dei inimicos? & ab illis capta & comprehenſa, quoties eius nomen victricis magna voce pronuntiatum eſt. Quod verò Matthæus *manſuetus* dixit, Zacharias *pauper* eodem ſenſu prophetauerat, paupertas enim manſuetudinem parit, ſic Iob 20.10. de filiis diuitum ſuperbentium dixit, *Filij eius atterentur egeſtate:* quod ibi eſt atterere, intellige lenire, *a ſus hijos ablandar a la pobreza.* Quoniam filij eorum, qui aliena rapina ditati ſunt, in parentum ærumnam & ſupplicium, in ſummam egeſtatem rediguntur; *atterentur* egeſtate, *quedaran blandos y manſos*; mendicantium enim geſtus eſt, ſicut demiſſum animum gerunt, ſic etiam verba triſtia, mitiſſima, quare ſic in originali leges, *Filij eius placabunt mendicos*, in extremam paupertatem venient, quamuis ſignũ erit eos mitiſſimos erga pauperes ſe præbituros; erit ergo *Rex tuus* manſuetus ſicut pauper, pauper mitiſſimus.

Manſuetudo regia virtus & qua bis amabilẽ reddit principem & prælatum.

1. Reg. 5.

Hebraicè etiã parum differt pauper à manſueto, עני ani, id eſt, pauper, & ענו.

Paupertas mites reddit animos.

10. *Iuſtus.* Vt hac voce quaſi præconio Chriſtianos equites admoneat, quibus veſtibus, quo cultu ornati tanto regi occurrere debeant. Iuſtitiæ ornamenta quærant, hæc enim optabiliora & iucundiora ſunt regi Domino, *Iuſtus Dominus, & iuſtitiam dilexit, æquitatem vidit vultus eius.* & Pſal. 88. *Iuſtitia & iudicium præparatio ſedis eius.*

Iuſtitiæ indumẽtum & cultus Chriſtianis equitis eſt.

11. *Et Saluator.* Huius enim iuſtitiæ pretio & merito nos redemit, & in libertatem attulit. Quæ vox plena ſalutis, quoddam quaſi præconium fuit, quod vniuerſam Ieroſolymam in ſpem excitaret, & in lætitiam commoueret, ſicut infrà eodem capite ſubdit, *Conuertimini ad munitionem vincti ſpei, hodie quoque annuncians duplicia reddam tibi.* Non venit capere, ſed ſaluare cupit, non tollere, ſed reddere; te enim emere conſtituit ampliſſima perſona ſanguine, honore, & vita, ſub præconis voce ſubiectis, ad hoc prædixi tibi mitiſſimum eſſe iuſtum, cuius proprium erit dare, & non tollere, nec exturbare ex fortunis homines, vt aliqua imperio fiat acceſſio. Quod fortè vt innueret, Deo interpellatore factum credo, plebeculam prodeuntem pallia ad pedes triumphantis prouoluiſſe. Pallium enim regni ſymbolum eſt; quare vt vni Ieroboamo daturum in ſuam poteſtatem decem tribus Propheta Domini ſignificaret, in decem ſciſſuras pallium diuiſit, *Tolle tibi decem ſciſſuras.* Eadem etiam ſignificatione 1. *Reg.* 15. Samuel pallium diuiſit, hoc eſt, regnum auferendum à Saule: ſicut enim pallij munus eſt cooperire & fouere corpus, ſic regis eſt notu, potentia, & ſumptu totum regnum incolume reddere, omnia tela depellere, omnia ſaluare, honor enim regni in rege conſtitutus eſt, témque ſuam & honorem agit dum ſaluat regnum, ſicut homo pallio cohoneſtatus procedit, ſed pallium ab illo ſuſtentatur. Quare ſapienter quidam dixerat, illam ægrotam eſſe, & propè deſperatã rempublicam, in qua ſapientes ſunt, ſed ſine operibus, ſenes imprudentes & ſtulti, iuuenes inobedientes, diuites ſine pietate, fœminæ procaces & libidinoſæ, Chriſtiani irreligioſi, pauperes ſine humilitate, Epiſcopi ſine ſolicitudine, plebei ſine diſciplina, reſpublica ſine lege, domini ſine virtute, rex ſine ſapientia: cùm autem rex, & ſapiens, & iuſtus eſt, omnia ſalua ſunt; operit hos omnes defectus iacentis reipublicæ pallio ſalutis & decoris; ideo ſaluator eſt. Pallium item regnum repræſentat, quia quod honoris, oneris etiam eſt, & uno plus honoris quàm oneris habet: tunc enim regnum & imperium fortuna & felicitate floret, cùm humeris regiis ſuperfertur, & ſicut alia ornamenta, ſic regna non minori negotio obtinentur quàm conſeruantur. Illi tamen ab hac cura deſiſtunt: nam ſicut qui rixantur, & ad arma veniunt, enſem diſtringunt, & pallium ſiniſtra obuolutum plagis depellendis opponunt; ſic reges qui regno potiuntur, & in tranquillitate fructibus & tributis fruuntur: ſi tamen aduerſa, dura, & miſera temporum conditio obuenerit, & premunt vndique bella, non ſe, ſed ſuos ictibus inimicorum obiiciunt. Chriſtus verò palliatus procedit, & gaudet regni honore & decore, quare ſuper humeros gerit, *Factus eſt principatus eius ſuper humerum eius*, id eſt, ſuſtentat, alit, & defendit regnum, quod, ingruente bello, perſpicuum factum eſt: nam cùm inimici in nocte paſſionis armati procederent, nondum cœptum eſt bellum,

Vox plena ſalutis ſaluator, vt Ieroſolymã in ſpem vocet. Zachariæ 9. 12.

Seipſum vendit Chriſtus vt venditos emeret.

Pallium regni ſymbolum.

3. Reg. 11.

Reipublicæ mala auget rex inſipiens. Mabrinus, refert Roſinus c. 33. Abuſiones vocat Auguſtin. tom. 9. tract. 3.

Rex ſi ſapiens eſt, ſalua ſiũt omnia.

Pallium cur etiam regni ſymbolum eſt.

Iniurioſi reges erga regnũ deſcribuntur.

Chriſtus piiſſimus rex erga regnum ſuum.

lum, nec ad arma ventum eſt, quouſque rex mitiſſimus euocauit diſcipulos, & in vnum coegit, ſicque primus ad hoſtes proceſſit, dicens, *Quem quæritis?* qui cùm *Ieſum Nazarenum* reſpondiſſent, qui more regum pallium opponere poterat, ſe potiùs feriendum obiicit, *ſi me quæritis, ſinite hos abire.* Quaſi diceret, iam meam poteſtatem experti eſtis; cauete igitur, & formidare regem: eadem ergo poteſtate iniungo vobis, ne in meos, ſed in me manus coniiciatis. *Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum.* Verè *manſuetus, & iuſtus.*

12. *Rex vtriuſque populi Chriſtus.*

Sedens ſuper aſinam, & pullum eius. Regnaturum in ambobus ſignificat, in Gentili populo nondum iugu aſſueto, & in Synagoga legi Dei iam ſubiecta. Vtrumque in ſpem vocat, ambos gratiæ participes efficit. Sic Hieronymus *hic*, Auguſtinus[a], Ambroſius[b], Gregorius[c]. Oſtendit ſimiliter, in quo maiorem voluptatem capiat, nempe gaudere valde officio & ſeruitute ſenis, qui iam grandæuus ad animi culturam ſe recipit, & poſtquam profudit ac perdidit annos & officia, & è mundi iugo caput extulit, reſipiſcit, ſumma & extrema officia ſedulò in verum regem traducit; ſed tamen maximè delectatur iuuenis officio, *ſuper quem nullus hominum ſedit*, qui vt primùm vitam & rationem attigit, diuinam voluntatem amplexus eſt. *Nullus hominum*, nec dæmon, nec mundus iugum impoſuit ſuum. Nullum enim tempus opportunius & optabilius, cùm rex ipſe dicit, *ſinite paruulos venire ad me*, &c. Quærit Vegetius[d] ſintne iuuenes idonei ad bellum; qui concedit libenter, & rationem ſubiungit, *Adoleſcentes legendi ſunt: melius enim eſt vt cauſetur iuuenis ætatem nondum aduenisse pugnandi, quàm doleat præteriiſſe. Habet etiam ſpatium vniuerſa addiſcendi.* Melius eſt non poſſe penitus gladium expeditè diſtringere, pueritiæ aſſignare, quàm infirmitati. Melius eſt ieiunia præ teneritudine, verbera propter puſillitatem manus experiri non poſſe, quàm obrepente ſenectute neque os ad preces, nec manus ad labores, nec corpus ab onera virtutis, ſed ad expuendum, tuſſiendum, inſiſtendúmque bacillo, habere. Vtrumque tamen verum habere puto, *Aptiſſima eſſe arma ſenectutis, artes exercitationéſque virtutum.* Deo tamen gratiſſimum fore, qui à prima ætate libidinum vinculis nondum alligatus ſe ad virtutis ſtudium conſecrauit. Aſſertor tamen tardiorem & expeditiorem ſuſcipit, *Aſinam, & pullum eius.*

a Lib. 12. contra Fauſtum.
b 19 In Luc.
c 1. Moral. c. 1.

Et ſenis & iuuenis officio delectatur Chriſtus.

d De re militari lib. 1. c. 4.

Cicer. de ſenect.

13. *Amor Chriſtum vrget & accelerat.*

Et pullum. Non ſat fuiſſe vnam aſinam imperare? amori non ſat erat, agitur enim amore, hic premit amantem maturare, celeritatem adhibere cogit: nam ad ſponſam, ad mortem, ad amoris oſtenſionem properans longiſſimam ſibi viam præ amore ſuſpicatur, ſicque non vno equo vehi patitur, ſed duos celeres & curſores poſtulat, vt vnum pro alio ſubſtituat, & breui viam conficiat. Sic tu Chriſtiane diues, & bona valetudine gaudens, ſi quid ſalutis, ſi quid vitium, ſi quid nobilitatis obtineas, id totum vt celeriùs virtutis itinera obeas, inſumas, & dum meliori equo inſides, valetudine integra, victu copioſo, corpore firmo in maturanda virtutis via feliciter vires impendas, quàm benè audiet hæc qui totus eſt in tuenda & retinenda vita & valetudine, qui quotannis natus ſit neque rogari, neque perquiri patitur, quin potiùs canus plumbeo pectine diſſimulare, rugas extenuare, oculos pituita oppletos ſtibio linire, mendacémque vultum præferre curat: præſagiunt hi proculdubio non habere iter ad Deum poſt mortalem vitam, ſed ad mortem æternam properare, ſicut qui ad ſupplicium rapitur, etiamſi præconis voce ſua crimina prodantur, etiamſi via, per quam ducitur, longa ſit, etiamſi lentiſſimo gradu percurrat; tamen longiorem adhuc deſiderat, & totam concurſare vrbem optaret; ſuſpicatur enim crucem & ſupplicium ſub finem itineris. Vitium equidem ætatis eſſe reor; ſed dum video ſenes ſpe lucis & vitæ paucorum dierum ita oblectari vt æternæ omnino immemores ſedem ac domicilium in hac vita in æuum collocaſſe videntur; ſuſpicor equidem non falſa diuinatione conſcientiam præſagire inferni ſupplicium, cùm vocatur ad exitum vitæ: ſecus tamen iuſtus qui iam ſupernam hæreditatem non difficili coniectura ſibi impendere cum morte præſentit, nihil illi feſtiuius, nihil gratius quàm pulſus maturationem, ægritudinis vim, medici deſperationem aduenire, imò potiùs longioris vitæ pertæſus ingemiſcit, Pſal. 119. *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar*; vrget enim amor creatoris, & timor peccati, in quod prona eſt mortalium vita; præcipuè eorum, qui in Cedar, id eſt, mundi illecebris verſantur. Eundem affectum habebat cùm canit, *Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum*, &c. Pſal. 83. & præ deſiderio fruendi Deo, *Aſcenſiones in corde ſuo diſponet*, vt citius & celeriùs ad te perueniat; ſed quia hoc non tam greſſu, quàm paſſibus rationis obtinetur. *Ibunt de virtute in virtutem.* Auguſtinus, *Iran remudando poſtas.* Iuſtitiam colent, prudentiam, poſtea fortitudinem, pòſt verò temperantiam, modeſtiam, corpus atterent verberibus. *Que priſa es eſta? videbitur Deus Deorum in Sion, quien va a vera Dios, con eſſa prieſſa hadeir. Aſinam & pullum.*

P raremudar poſtas.

Bene valentes & robuſti ardentius ſe diuino obſequio tradant.

Nimium amantes vitam, ad futuram non ituros non falſò indicant.
Simile.

Iuſti morte ingruente gaudent ne Deum offendere contingat in vita.

14. *Modeſtia in honore & proſperitate exemplo Chriſti tenenda & ſperanda.*

Sed quorſum Domine, dum triumphum agere, Regémque auguſtiſſimum decreuiſti, tantæ demiſſionis ornamenta eligis? volebat vtique nos erudire ſuprema maieſtas, quem modum adhibere oporteat honoribus, deliciis, & vitæ plauſibus: nam qui labores óſque ad ſaturitatem exantlauit, *ſaturabitur opprobriis.* Sic honori modum ſtatuit, vt ſummam gloriam cum extrema demiſſione coniunxerit; imò ampliorem ſemper facultatem largitus eſt, vt bibamus calicem, hauriamus ærumnas, quàm delitias, honores, plauſus & quietem, illa enim non obſunt, hæc verò rarò vel nunquam proſunt. Videas hominem ſiti enectum aquæ amphoram perpotare, & vno quaſi hauſtu exhaurire; nemo tamen aſtantium eſt qui ebrietati, ſed ſiti aſſignet. Sed (ô quàm incredibili enecabatur ſiti hic homo) omnes vna voce fatentur; ſecus verò ſi vini calicem comprehenderet, neque à potu deſiſteret, donec totum calicem exhauriret, nemo tunc eſt qui non ebrietati tribuat, & non merum, ſed aqua miſtum oportere illi propinari iudicet. Sic 4. *Reg.* 4. emortuum filium plorans Sunamitis ad Domini Prophetam Eliſeum accurrit, & ad pedes prouolutam Gezi puer Prophetæ, illam auertere à lacrymis tentauit; cui Eliſeus, *Dimitte illam, quoniam anima eius in amaritudine eſt. No ay peligro de muerte en beber deſſa agua ſalada*; quin potius de his

A ſimili.

Ex ſacra Scriptura.

Proſperitatis merum temperandum eſt aqua tribulationis.

loquitur Dominus Matth. 5. *Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.* Proſperitatis autem & honoris merum, deliciarum calices, quos Babylonia propinat, ſine conſtituto modo exhaurire periculoſum eſt. Quis enim vel capitis vertiginem, ebrietatem, & turpitudinem ſubterfugiet? Sic Iob, dum filios inuicem conuiuantes intuetur, ad preces diuinas accurrit, *ne fortè benedicant Deum*; id eſt, ne benè praſi & benè poti blaſphemare contingat, dicentes, *eſteſo Dios alla en ſu gloria, gozeſe alla, y buen prouecho le haga*: quod genus benedictionis eſſe poteras, cùm tamen blaſphemia corde meditata ſit, ideo lacrymarum aqua vinum conuiuantium immiſcuit. Bibebat Salomon, ſed ſine modu, Eccleſiaſtes 2. *Omnia quæ deſiderauerunt oculi mei non negaui eis*, &c. *& hanc ratus ſum partem meam.* Sic auidè has delicias proſecutus eſt, vt opus fuerit Bonauenturam admonere nos, deliberato iudicio Salomonem non in his conſtituiſſe ſummam beatitudinẽ, ſed more peccantiũ loqui, qui ſic perditè rem aliquam amore proſequuntur, ſicut Sapient. 2. ipſi blaterant impij, *Venite, fruamur bonis quæ ſunt ſuper terram, hæc eſt pars noſtra.* O miſera ſors! *Væ vobis qui ridetis, quoniam flebitis.* Modus ergo adhibendus eſt deliciis.

Iob 1. Confirmatur ex ſacra Scriptura.

Modus adhibendus deliciis.

15. Sed de honore quid dicam? in nullo modeſtiores & parciores oportet nos eſſe. Sed rei difficultatem nemo melius quàm Bernardus expendit, cuius ſententia inter alias ſic habet, *Martyrium ſine ſanguine triplex eſt, parcitas in vbertate, quam habuit Dauid: largitas in paupertate, quam exercuit Tobias & vidua: caſtitas in iuuentute, qua vſus eſt Ioſeph in Ægypto.* Quaſi diceret, tria inuenio ardua & difficillima, quæ proculdubio celſiſſimam ſedem & coronam martyrij promerentur. Quid enim ad patiendum difficilius homini ingenuo & claro poteſt euenire, quàm plurimis ſtipatum filiis famelicis & nudis ſupplicibus manibus victum depoſcentibus neque ſubuenire poſſe; depreſſum ſe potiùs & extinctum vellet, ſi optio daretur, martyrium equidem eſt (ô nobilis vir, æquo animo eſto) citò coronaberis. Caſtitas etiam in iuuentute martyrium dicitur. Quid enim difficilius, quàm iuuenis animum ſpe illecebrarum tacita & aſſidua carnis titillatione vexatum, domeſtico ſcelere intra parietes (vt ſæpe contingit) pulcritudine alliciente, impellente dæmone, neque pungi, neque de honeſto propoſito diuelli? O iuuenis, non eſt cur cauſeris ætatem, ſuſtine, erige animum: ecce tibi ad oculorum proſpectum iam martyrij corona propoſita eſt. Tertium tamen difficillimum eſt, *parcitas in vbertate.* Quis enim ſibi, præter Dauidem, in honoribus temperare potuit? quis ad laudem & honorem vocatus qui non annuerit? quis in excelſo loco collocatus tutis & virtutis æquabilem rationem tenuit? quis ſe ſic adhibuit in alta poteſtate, vt multis condimentis & adminiculis non indiguerit, ne in vertiginem capitis, vel in amentiam inducator? Da hominem ſic tenentem in ſumma poteſtate animum & rationem, & ſanctis martyribus adſcribe.

In honore capiendo parciſſimi ſimus.

Triplex martyrij genus ſine ſanguine.

Caſtitas in iuuentute martyrij genus.

Temperantia vel modeſtia in honore genus martyrij.

16. Magnum equidem deliciarum & honoris periculũ eſt, opus eſt ad extrema auxilia deſcendere. Quæ omnia infirmitati noſtræ remedia adhibet Chriſtus Dominus, ſi benè penſentur. Inequitat enim in tanto triumpho aſello humili, plorat, ſibique mortem impendentem contemplatur. Sic nobis ſecuram ad honores viam oſtendit. Qui enim iter parat inoffenſum, ſic omnia diſponit, æſtus eſt, non proficiſcar niſi cùm cælum nubeculis concretum erit, & in pluuiam paratum, equo perficienda eſt via fallaci & prauo, & qui multos de ſede exturbauit; at ego cautè parti ſtapedæ quaſi ſtans vix innitar, vt cùm ruinam moliatur, non me præcipitem agat, ſed ſenſim deſcendam. Si mihi plauſus occurrant, & in me hominum incurrant oculi, vel hoſpes gratiſſimum ſe mihi præbuerit, cogitabo mecum diſceſſum, in quo omnia vſque ad vltimum quadrantem ſoluam. O mira ſanctorum prudentia! ecce Dauid iter ad coronam atripere vult, ſed conſiderat, & attentè omne periculum prouidet, Pſal. 55. *Quoniam multi bellantes aduerſùm me.* Vndique me mala premunt, ingruit multorum in me bellum, omnes ad coronam aditus mihi intercluſi videntur. Sed ego non hæc, quin potiùs proſperitatis & fortunæ lenocinia pertimeſco, *ideo ab altitudine diei timebo*, id eſt, à tempore altæ diei, à fortuna excitata alta & ſublimi, ne ſubitò fallax & inconſtans in miſerum caſum me demittat: quare nulli potentiæ, vtpote quæ ad horam eſt, vt ait interlinealis, nulli alteri innitar, quàm tibi regi immortali Deo, *ego verò in te ſperabo.* Et quia æſtus eſt, & quaſi in meridiano lumine ſplendet fortuna mea nubeculis, obduxiſti cælum, & oculos lacrymari voluiſti, *Poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo.* Immoderatæ enim fortunæ medicina non alia eſt, quàm copioſa lacrymarum effuſio. Ex Niſſeno enim didici, *lacrymas eſſe animi ſanguinem.* Vnde quando fortuna floret homo ſublimiori & præſtantiori, ſanguinem opus eſt mittat, ne animus pereat; hic enim locum habet, quod de vero ſanguine Hippocrates quondam decreuit, *in grauiſſimis doloribus, in vehementiſſimis febribus, in ardentiſſimis inflammationibus mittendum eſſe ſanguinem vſque ad animi deliquium*: nam vbi morbi non vrget vis, parcit infirmo medicus; ſi autem ingraueſcit, mittatur ſanguis, ait ex Hippocratis præſcripto. Sic & ſimiliter cæleſtis medicus, labores hominum, ærumnas, peccandi occaſiones, leuiſſima conſulatione medetur: lætitiam autem, quam ex præſtanti & fecundiori fortuna excepit animus, ardorem illum, exultationem, æſtum, & ardentiſſimam febrem non niſi vi copioſa lacrymarum adhibita curanda eſt; ideo Seruator noſter videns ciuitatis non poſt multa tempora periture immoderatam lætitiam, diſcipulos nimio gaudio lætantes, ſubuenit tempeſtiuè ægrotanti, & quaſi lacrymas animi ſanguinem tenere non valens, tanti futuri mali commemoratione gemens & illacrymans triumphi gloriam eneruat, & honorem, quem miſera plebs largiebatur, mortis recordatione detraxit.

Antidota contra mundanam gloriam & proſperitatem deliciarum venena.

Simile.

Mira ſanctorum prudentia in honoribus & plauſibus excipiendis.

Proſpera fortuna remedia.

Difficile deſtituitur animus exultans & luxurians in proſperitate.

Verùm non ſolùm mortis memoriam honoribus & deliciis, ne noceant, immiſcendam docet, ſed etiam ad impendentem iam mortem ſic ſe comparat, vt nobis exempla & documenta relinquat. Sapientium enim conſilium optimum eſt, cùm mortem aduentare præſentiunt, ſic ſeparare, vt nihil morti faciendum relinquat. Præuiderat Seruator noſter crucem, infamiam, mortem; ideo in aſino ſedentem ſe populo oſtendit, in quo pedes iam à terra eleuatos 17.

Chriſti exemplo ad impendentem mortem nos moriturè comparare debemus.

petit,

gerit; ſed ita parùm eleuatos, vt dicere nequeant ex aliquo altiſſimo dignitatis & honoris gradu præcipitatum fuiſſe: ſeculi enim potentes cùm in honoris faſtigio, & dignitatum cacumine collocati ſunt, morte præoccupati præcipiti caſu deturbantur, & à mundo eleuati inopinatò alliduntur, & ſicut qui è ſupplicij loco deturbati decidunt, repentina morte exterrent intuentes; ſic quando hi potentes ſubitò morbo oppreſſi intra paucos dies decumbunt lecto, & ſpiritus intercluditur, cùm lectus in ſepulcrum, ſedes in feretrum, amplum domicilium in loculum ligneum, byſſus in linteum funebre, in ſindonem, famuli in vermiculos, tapetes in terram ſanie & tabe fœdiſſimam, comitatus in ſolitudinem, fama in obliuionem, riſus in planctum, rubor in pallorem, muſica in lignorum crepitum & cymbalorum ſonitum commutatur: terret, & pauorem ingerit animis intuentium. *Vidi impium eleuatum & exaltatum, & tranſiui, & ecce non erat.* Iuſtus verò, cuius ætas non longè eſt à ſepulcro, ſecum ſtatuit, ſenſim & per gradus ad mortem deſcendere, de nobilitatis ſplendore in humilitatem (*quæ vtilitas in ſanguino meo, dum deſcendo incorruptionem,*) de opulentia in pauperiem, de gula in ieiunium, de ſenſuum libertate in auſteram viuendi philoſophiam; taceat lingua, quæ mortis taciturnitate ſilebit; quieſcant manus mundiſſimæ, quas mancas reddet mors, pereat valetudo morte peritura, corporiſque alabaſtrum conteratur, antequam morbo deleatur, induam libentiſſimè religioſam veſtem, qui ſindone induendus ſum. O nimia (dices) in ſeipſum, & ſæua crudelitas, imò & tacita & laudabilis pietas; ſatius enim eſt, qui deſcendere tenetur, ſenſim & per gradus deſcendere, quàm ſe præcipitem dare; ex hoc enim fit, vt iuſtorum mors nec terrorem nec admirationem moueat: nam interiit qui quaſi mortuus viuebat, vel dormit, vt de Stephano dictum eſt,

Mors principum preceps & inopinata.
Simile.

Bona mors quam per mortificationē voluntariè obit iuſtus.

18. *obdormiuit in Domino.* Ideo ergo cæleſtis Rex ſubit mortis iniurias, ſe humilians, & proſternens, maieſtatem, obnubilans triumphi gloriam, lacrymis, aſello humili, clamoribus qui ipſam mortem denuntient. *Oſanna filio Dauid*, lætamini cum filio Dauid. Benedictus qui venit in nomine Domini Patris ſui, benedictus qui pro nobis venit moriturus, dignus quem vocibus & plauſibus proſequamur, qui tam lætus & alacer ſubit iniurias, ſanguinem redemptionis portat. *Oſanna in excelſis.* O amantiſſime magiſter, quàm benè ad vrgentem mortem comparatus accedis, me obſecro tuæ mortis fac ſocium; age mors me iam crucem aſcendentem interfice, ibi è vita decedam, & ab amoris mei complexu non diſiungar. Eia peccatum, & mundus, me vobis quaſi crucifixum habete, longè abſim à veſtris illecebris, qui Chriſto confixos ſum cruci. Quid aliud (fratres) nos edocent rami, quos manibus geſtatis? innuunt nobis etiam mortem, crucem annunciant, quando bombyx, vermis paruulus, de cuius opere bombycina pretioſa conficiuntur, hebdomadas ſeptem, dormitiones quatuor, opus denique ſuum iam edendo, iam eſuriendo expleuit, ſe in altum locum confert, ex quo intelligunt qui operi aſſiſtunt velle omnes bombyces aſcendere, & mortem oppetere; affiguntur rami, ſenſimque hinc inde fila tenuiſſima educit, intexit ſibi corticem quaſi domum incolendam, in cuius ſe latebras includens latet in abdito & obſcuro tenebrarum loco: inde verò verno tempore lætus & rediuiuus egreditur. Poſt ſeptem ieiuniorum hebdomadas, quibus Chriſto & eius legi ſedulò vacauimus, ille qui dux noſter eſt, & nobis ſanguinem comparauit, iam lætus ad lignum crucis aſcendit: quod intuens ſancta mater Eccleſia, *Oſanna*, hoc eſt, ramos afferri iuſſit, vt conſcendamus imperans per contemplationem myſteriorum, per ardentiſſimum amorem, eò quò Chriſtus properat, & clauſis oculis, valéque dicto mundo mortem noſtri vermiculi adumbremus, nemo opus impediat, nemo fila diſrumpat, vetus homo conſepeliatur. Ecce claui & ſpinæ, hinc fila & indè ducamus vſque ad latus, qui quaſi nidulus nobis præparatus eſt, ibi in nidulo moriamur, mortem illam, quæ non mors, ſed vita nuncupatur. *O bona mors, quæ vitam non aufert, ſed transfert in melius*: quæ non mors, ſed vita appellanda eſt, quæ cum vita, qui Chriſtus eſt, commutatur, per gratiam obtinetur, poſſidetur per gloriam.

Mortis & meditationis indices ſunt rami.
Simile.

Commoriamur cum Chriſto in ſ meditatione paſſionis.

S. Bernard.

VERBVM FILII.
Matth. 21. v. 4.

Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleretur, &c.

Chriſtus de dæmone, de peccatore, proſperitate & morte, triumphum ampliſſimum agere oſtenditur.

DISCVRSVS CLXXIX.

IAM pretioſa es, ô anima, in conſpectu creatoris tui, vt dum te vnam redimat, impenſam hodie faciat vitæ, ſanguinis, honoris, lacrymarum, omnipotentiæ, infirmitatis, humanitatis & diuinitatis, totiuſque miſericordiæ & gratiæ theſauros effundat. Bellum inſtruit, triumphum reportat, mortem oppetit infamia plenam, & quod ob amorem animarum in Paulo nunquam ſatis laudauimus, nempe, *ſcio humiliari, ſcio & abundare (vbique & in omnibus inſtitutus ſum) & ſatiari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati*: hoc breui tempore amor perdiſcere cogit tui amantiſſimum, ſub vexillo motus & indigentiæ, ſicut cæteras creatas res, militate iubet creatorem, & (vereor dicere) in ſtateram eius, quam mundus fortunam vocat, imponit, variámque ſortem experitur: nam ſimul erit in prælium, & triumphat; dum triumphum agit, lacrymas fundit, omnium plauſu ſuſcipitur, & ab omnibus è veſtigio deſeritur; oſtendit omnipotentiam, ſed humanam infirmitatem prodit, vincit mundum, & obumbrat gloria, & ſubitò ab illo incredibili afficitur ignominia. Omnia hodie conſenſerunt, victoria bellum, prælium triumphus, comitatus derelictio, gaudium lacrymæ, gloria & mors, vt te in libertatem afferant, & quanta ſis, vel ex impenſo pretio cognoſcas.

1.
Animarum amore quos ſumptus egerit Chriſtus.

Ad Philip. 4. 12.

Omni euentui ac fortunæ ſe dedit Chriſtus amore animarum ergò.

Diſt et anima quanta ſit ex pretio.

a De ſummi ſacerdotis ornatu ſup. Exod.

b Super Exod. 28. 23.

gnoſcas. Hæc opera, has induſtrias, hos greſſus, hæc itinera tui cauſa arrepta noluit ignorari, neque in obſcuro manere, ob id enim doctè obſeruarunt Rupertus [a], & Beda [b], ſacerdotẽ ſummum diſtinctum in omni ornatu & ſupellectili nudis pedibus incedere, nullo calceamentorum ornatu, quod mirabile eſt, & in gyrum iuxta pedes multa cymbala inter mala punica concrepabant: licèt enim initia vitæ ſummi Sacerdotis Chriſti, & totum vitæ tempus claterat virtutibus, & ſplendebat miraculis ſumma ſpectatione dignis, at in extrema hac die cùm mala punica, hoc eſt, plagæ apertæ rubent, opus eſt vt cymbala, hoc eſt, concionatorum voces animos excitent, & intendere iubeant ad pedes, ad extrema vitæ, ad apertiſſima ſigna amoris. *In finem enim dilexit.* Beda. *Et benè per tunica circuitum deorſum ad pedes mala rubent, & tintinnabula concrepant in ingreſſu ſanctuarij, quoniam videlicet maximè in fine vitæ mortalis operoſa claruit dilectio, vel doctrina Redemptoris.* O diuini greſſus, ô ſacratiſſimi pedes qui ouem amiſſam quærunt! vos ſequar, vos dinumerabo, vos meditabor, &, ſi licet, oſculabor, & audentius alacriúſque reſpondebo quàm miles ille fideliſſimus Dauidis, *Viuit Dominus meus Rex, quoniam in quocunque loco fueris Domine mi Rex, ſiue in morte, ſiue in vita, ibi erit ſeruus tuus. Viua mi Dios, y viua mi buen Ieſus, mi Rey, y mi Dios, que por donde quiera que anduuieredes eſtos dias, me hallera a vueſtro ladoare.* Quęcunque ergo ſubeat pericula tacitus meditabor, &, vt potero, imitabor.

Eximius ſplendor amoris Chriſti in eius paſſione.

2 Reg 15.

SCOPVS DISCVRSVS.

2.

Dæmon primò expugnandus qui animam captiuam tenet.

c Hom. 17. ſup. Matth.

Ite in caſtellum quod contra vos eſt. Expugnatio dæmonis prima occurrit, vt peccator in libertatem aſſeratur, qui liberè ſe hoſti ſubiecit, & alieni regis vexillo nomen dedit, eiúſque legibus cogitur obtemperare, niſi adſit liberator Deus, vt optimè obſeruauit Chryſoſtomus [c], *Homo priuſquam peccet, liberum habet arbitrium, vtrùm velit ſub regno eſſe diaboli: cùm autem peccando ſe tradiderit ſub regno ipſius, iam nemo poteſt eum de poteſtate diaboli eripere, niſi ſolus Deus.* Hanc autem poteſtatem ſuis miniſtris communicat; tanti autem eſt apud Deum anima, vt Deus ipſe armatus comitatus ſuis multo milite aciem inſtruat, & prodat ad bellum, hac ratione, *Miſit duos de diſcipulis ſuis, dicens eis: Ite in quoddam caſtellum quod contra vos eſt.* Domine, quare ſi bellum aggrederis ſigna præfers feſtiua, & pacis, plauſúſque vniuerſæ vrbis? cùm contra apertos hoſtes bellum inſtruit dux, aperto Marte præliatur, & omnia ſigna horroris ſunt, & terroris: ſi verò præliari vult contra veros inimicos, qui tamen fingunt & ſimulant amicitiam, tunc pacificè ingreditur, vt ſecuros reddat, & ex improuiſo puniat eorum fallaciam. *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Paz paz dize el aplauſo, el coraçon de todos guerra guerra.* Tegam igitur ego bellum feſtiuo plauſu, & conclamatione puerorum. Iam Deus hoc ſtrategemate vſus erat; cùm enim vellet auferre regnum a Saule, & Dauidis principatum ſtabilire, iubet Samueli pergat in Bethleem, *vbi docebo te quem te oporteat vngere.* O Domine, interficiet me Saül. Ita eſt, *Sed vitulum de armento tolles in manu tua.* Quòd ſi rogatus fueris, *pacificus ne eſt ingreſſus tuus?* reſponde, *ad immolandum Domino veni. Con la fieſta del ſacrificio diſſimularas tu hecho.* Ingreditur vrbem ſanctam innocentiſſimus filius Dei vt peccati regnum deſtruat, *Nunc iudicium eſt mundi*; & quo bello? *Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum.* Si ergo bellum & victoria paſſione & morte comparanda eſt, celetur & contegatur ad fallendum dæmonem feſtis, plauſu, comitatu. *Pacificus ne eſt ingreſſus tuus? ad immolandum Domino veni.* Vitulum corporis ſui offerendum Patri offert. O bellum diſſimulatum! ô ſimulata pax! quis non timet Deum iſtum? Ne potes, ô peccator nequiſſime, ſat ibi eſſe his diebus confeſſorem fallere, concionatorem eludere; Deo namque haud perinde potes imponere, *Nunc iudicium eſt mundi: no ay dias en el año de mayor temor que eſtos.* Vbi tu fingis pacem, & Chriſtus diſſimulat bellum: nam cùm in crucem eleuari vides regem noſtrum, opus eſt interrogare, *pacificúſne eſt ingreſſus tuus? venis de paz ſeñor mio? quis neget? ad immolandum Domino veni.* Quid claui, quid plagæ prædicant niſi pacem? iuſtis ita eſt; at verò rebelli peccatoris caſtello, in Chriſtum, & beſtiæ ſuis peccatis illaqueatæ, dæmonis transfugæ, bellum bellum indicitur; ecce ſimulata pace contra profanos iſtos pergit in bellum.

Strategema Chriſti in hodierno plauſu ad victoriam reportandam.

1. Reg. 16.

Diſſimulat bellum Deus contra ſimulantes pacem.

Primus huius belli incurſus illis verbis ſignificatur, *Ite in caſtellum quod contra vos eſt*, & pullum ibi ligatum adducite mihi, & aſinam pariter reducite. Quidam primos parentes, qui primi nos vinculis peccati obligauerunt, ſignificari autumant. Cæteri verò Doctores Iudaicum & Gentilem populum adumbrari volunt: ambo enim à legis vinculis, ab idolorum cultu, & à peccatis eruendi erant. *Funibus peccatorum circumplexus eſt peccator. Eſta en la trena, y el ſe enreda mas, y ſe agrana los nudos.* Deploranda quidem dementia: nam quis, quæſo, tam impurus helluo, qui intraret in carcerem, & ibi manere decerneret, quia illa die ientaculum videt apparari vinctis, & edendi cupiditate pedes vinculis & catenis daret inſtar eorum qui ad triremes ducuntur. O miſeræ & inanes puerorum delectationes, ob ſolam momenti delectationem integrum annum cæco carcere arctiſſimis vinculis traditus es, à quibus ſolus Omnipotens liberare poſſit, attende difficultati tui remedij, & diuinæ benignitati.

3.

Aſina & pullus quid denotent.

Peccator ſeipſum vinculis tradit dæmonis.

A ſimili vel à contrario.

Nónne tibi videtur barbara Turcarum vox illa, qua in vincula ductus es? *Alligetur vinculo ferreo, echalde vnos grillos que cruxen y ſuenan, que el miſmo pecado te infama, y la pena del ſe oye en todas partes. Et rore cæli tingatur. No le quede coſa que lo ampare, expueſto a la ira de Dios. Et cum feris erit pars eius in herba terræ. Quien no guſta de Dios ni de ſus Angeles, vaya tras ſus ſentidos, y apaciente ſu ſenſualidad en los deleites comunes a las beſtias. Cor eius ab humano conuertatur, porque troco la razon en apetitos beſtiales, haga ſe eſta metamorfoſi. Cor feræ detur ei, donec agnoſcant viuentes, quoniam dominatur excelſus in regno hominum.* Nam ſi principium remedij eſt tibi id, præſtat cognitio mali, in quo eſt vt quæras Redemptorem, vt egregiè ponderat Auguſtinus [a].

4.

Quantis ſe malis immittit peccator.

Dan 4 12.

a In quæſt. ſuper Exod.

Accedat concionator, poſsítne verbo nodos & vincula ſoluere: nam duos vocat Apoſtolos Chriſtus, vt duo iumenta ſoluant, quia animas omnes repræſentabant, & ad vnamquamque liberandam vno opus eſt præſtantiſſimo & ſpectatiſſimo viro, vnicuique enim animorum parochus aptandus erat; & ecce miniſtri

5.

Inprimis concionator debet nodos ſoluere animarum.

noſtri

noſtri temporis, expeditè & alacriter quinque millia facile ſoluunt, abſoluunt, erudiunt, & ſaluant. Vnus iſtorum concionator eſt, an iſte vincula veſtra tollit? id ſcilicet, nequaquam hoc contendunt conciones, ſed potiùs cantus melodiâ, dulcique concentu vinctorum aures tenere. Quorſum? niſi vt miſeri ſui laboris obliti nuſquam de redemptione agant? Quorſum ſuauis verborum harmonia, auriúmque lenocinia, niſi vt vincula & catenas, quibus corda conſtricta ſunt, pertinaciter ferant? Quorſum in tenebricoſo carcere iacenti cantiunculas? quis inter vinctos ad lyram perſonabit? *Muſica in luctu importuna narratio.* Si lux inferretur, qua ſaltem vincula, locum, & ſqualorem videret, hoc fortè opportunius eſſet; ſi ſenſim ratione, terrore, exhortatione & perſuaſione limaret catenas prauæ conſuetudinis, ſatius eſſet, & conſultius: nam qui vobis eleganti diſcurſu lucem præfert, agit aliquid, ſed parum; ille ille, qui rebellem voluntatem diuerberat & vrget, & inſtanter iam præmij ſpe, iam pœnæ ſempiternæ terrore limat & ſoluit vincula; hic Angelus Dei eſt vnus de mille, nuncius Altiſſimi, Iſai. 49. *In tempore placito exaudiui te, in die ſalutis auxiliatus ſum tui, & ſeruaui te. Para que os guarde yo (predicador) y os di ſaber y gracia? In fœdus populi; para que gaſteis vueſtra vida en pacto de paz entre Dios y los hombres, vt ſuſcitares terram, para deſpertar los hombres, y darles vida en el ſeruicio de Dios; & poſſideres hæreditates diſſipatas: para que fueſſedes a cobrar haziendas perdidas y deudas quebradas*, quarum vix eſt ſpes, neque ſcintilla, neque claritas iuſtitiæ, non muſicis, non lenociniis, ſed verbo vetaei vincula confringente, *vt diceres iis qui vincti ſunt, exite, & his qui in tenebris ſunt, reuelamini.*

Concio ad ſoluendas catenas non ad aurium lenocinia feratur.

Parum præſtant ad ſalutem animarũ diſcurſus ingenioſi niſi rebellis volũtas è vinculis educatur.

6. Meliori tamen induſtriâ, ſecundus fortè diſcipulus peccatorem ſoluet, hic eſt qui confeſſiones audit. Sed deterior facta eſt res. *Peor eſt à quo la paſſada*, ait D. Cyprianus a, *Alia perſecutio eſt hæc, & alia tentatio, quam ſubtilis inimicus impugnandi occultè graſſatur, vt dolor ſileat, lamentatio quieſcat, & memoria delicti euaneſcat, (de que ſirue dezir, no es nada, paſſa adelante? y no ſirue eſto ſino denitigar el dolor) ſi Deus, qui maior eſt ſacerdote, non abſoluit.* Qui enim ſubitò auſcultant, nihil rogant, omnia deuorant; nec peccandi occaſiones obſeruant; prouident, nec ſigna veræ pœnitentiæ ſpectant, neque reſtitutionis famæ aut pecuniæ cura eſt, benè eſt, ſemel roſarij preces percurres, & abi in pace. Hic non ſoluit, ſed præcidit vincula; Chriſtus verò *ſoluite* imperauit. Alij verò nec nodos nec colligationes iniquitatis ſciunt, & dum abſoluunt, ſtrictiùs nodos cõprimunt, ſicut pueri caſtigandi qui dum putas ligulas ſoluere, arctioribus & multiplicatis nodis premunt. Oſeæ 5. *Audite, ô ſacerdotes, & attendite domus Iſrael, quia vobis iudicium eſt.* Hebr. *Quia veſtrûm erit iudicium*, boni ſcilicet, & mali. Sed (ô nefas) *qui laqueus facti eſtis ſpeculationi*, in laqueum conuerſi eſtis, qui eratis ſpeculatores. *El laço eſta cubierto y armado ſobre el granillo que ponen para caçar las aues; meto el cuello la palomita para picar el grano que ha meneſter, y quando quiere alçar, quedaſe aſida van las almas al cenadero del ſacramento a picar el grano de la gracia, y quedanſe aſidas.* Quætunt enim apud vos ſimplices animæ quaſi columbæ abſolutionem, & laqueo conſtringuntur. *Victimas declinaſtis in profundum, deſautorizais los ſacramentos, y deſcarreais las almas: & ego eruditor*, hoc eſt, *me reclamante. Declaren que me quexo, que reclamo, dize Dios, del enormiſſimo agrauio que ſe me haze.* Melius eſt Pauli conſilio acquieſcere, 1. Tim. 5. *Ne facilè manus impoſueris.* Chryſoſt. Ambroſ. *Non facilè ad ſacras ordines promoueas, niſi morum inquiſitione præmiſſa.* Alij, *Ne facilè abſoluas, teneos, no corteis, ne communicaueris peccatis aliorum. Que hazeis vueſtros los pecados mal abſueltos. Et teipſum caſtum cuſtodi. Cerra eſſos ojos, que no os embia ſino para mirar ſu alma fea con pecados.* Chriſti vulnera cogitate, vnde medicamentum adferendum eſt.

Confeſſoris munus prudentia & ſapientia.

a Serm. de lapſis.

Defectus confeſſariorum.

Soluimus ne? nequaquam, adhuc obligatus manet: eueniet enim, verè iam peccata deſerere velle, nóſque doctè & prudenter diſſoluere: & obſtabit, neſcio quis: neque enim fruſtrà admonet Chriſtus diſcipulos, *Si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet, decid que yo os embio, que he meneſter eſſas almas.* Certum eſt enim futurum eſſe aliquem qui perſuadeat, meliùs colligatas eſſe iniquitates, & manere in pellicatu, in vſuris, in quiete culpæ, quàm ſcrupulis conſcientiæ agitari. Accidit enim res perſimilis Amos Prophetæ, qui cùm regem Ieroboamum à vinculis idololatriæ, apoſtaſiæ, iniuſtitiæ & turpitudinis eruere pergit, regi gratioſus Amaſias, idolorúmque ſacerdos, coniurationes terere contra regem Prophetam mentitur. *Rebellauit contra te Amos in medio domus Iſrael*; & ad Amos 4.
ait, *Qui vides gradere, & fuge in terram Iuda, & comede ibi panem, & prophetabis ibi, & in Bethel non adiicies vltrà, vt prophetes. Calla, deſcabulleте ſin ſer oido ni viſto, el Rey y la corte ſe eſta en paz.* Vide quos amicos habeas peccator? qui regreſſum ad Deum prohibent? Irrumpit etiam multa turba aduocatorum, ſcribarum, procuratorum; nihil eſt cur formides, cauſa eſt optimè ligata, quidquid aſſerant Doctores morales. Dirumpar ego, & pereant vna die filij, libri conflagrent, niſi eiicero in hac cauſa, cuiuſmodi plurimas difficiliores ſuperaui: manet ex hoc teligatus in peccato. Venit maior hebdomada, paratur redemptio cunctorum, pergit Chriſtus ad altare crucis; ſed ecce obſtant ſacerdotes, *Videtis quia nihil proficimus, es demonios que nos perdemos, ecce mundus totus poſt eum abit, Agora es tiempo, en que eſte hombre ſe lleua el mundo.* Quid agimus? denuntiant ſententiam excommunicationis in participantes, Ioann. 9. *Vt ſi quis Chriſtum confiteretur, extra Synagogam fieret, Auiſaſe a todos que ninguno confieſſe ni ſiga a Chriſto, ſo pena de excommunion lata ſententia, que ſera echado fuera de la Synagoga.* O miſerrimo peccator, vides quantis vinculis conſtrictus es? vides quia ſub tyranni poteſtate teneris? vides quia vnus Rex potens te poterit in libertatem aſſerere? Igitur

7. *Obſtant plurima ad abſolutionem peccatoris.*

Iniqui aduocati & miniſtri inter ſe pugnãt in abſolutione animarum.

Ecce rex tuus venit tibi. Audi tubam regni cæleſtis, *elo al Rey tuyo, al Redentor, para ſi entra.* & alia, *Lauda filia Sion, exalta in omni corde* 8.

Vox ſalutis & redemptionis.

filia

Digitized by Google

ſi ia Hieruſalem , abſtulit Dominus iudicium tuum.
Alegras almas, no ay juizio ni inſierno para voſo-
tras , eſtando el Rey libertador en vueſtras plaças:
ſolue vincula colli tui captiua filia Sion. Quiebren-
ſe eſſos grillos , haganſe haſtillas eſſos cepos , libertad,
libertad. Oſanna filii Dauid. Vengais en buena
hora manſiſſime Rey : hodie me factum puto regem
ſuper Iſrael. Oy mueſtra ſer Rey eſte ſeñor que vence
pecadores.

Victoria Chriſti non corporum ſed animorum.

9. *Et cùm intraſſet Ieroſolymam.* Noua iam peri-
cula ſibit , in homicidam vrbem intrat , om-
nium corda in ipſum conſpirarunt. Quem exi-
tum habere poteſt iſtud bellum ? ſed ô noſtri
Regis potentia! maior hæc victoria eſt quàm
præcedens. Conſpirauerat enim in illum ciui-
tas, omniaque tormenta parauerat , & in vnum
Chriſtum odio plena intenderat ; occluſæ fo-
res , vigili cuſtodia munitæ : vndique ſpecula-
tores , vndique arma , vbique hoſtili animo de
Chriſto fit mentio , quis poterit hæc corda ſu-

Summa beneficentia liberum feciſſe hominem.

bitò commouere ? Deus , nulla enim maior in
largiendo beneficentia , quàm ſemel creatum
hominem liberum in manu conſilij ſui relin-
quere ; ſeram iſtam artificioſam manu ſua con-
fecit Deus ſecretam , fixam , in vtramque par-
tem volubilem, ſed tanta immunitate dotatam,
vt nulli per vim flectere neque homini neque

D.Thom 1. 2 q 9.

Angelo datum ſit , imò nec Deus ipſe vim infe-
rat vſquam : clauémque vnicuique conceſſit,
Cùm Deus abinitio condidit hominem , & reliquit
illum in manu conſilij ſui. Verùm vt oſtendat ſe
eſſe artificem & fabrum , qui clauem illam &
ſeram condidit , clauem alteram , quam magi-
ſtram vocamus , apud ſe reſeruauit. Rom. 9.

Gen. 31. *Clauem libertatis etiã apud ſe habet Deus,ſed nunquam vim facit.* Gen 43.

Voluntati eius quis reſiſtit ? Receſſit cubitum , vt
dormiret Laban Gentilis homo , ardens ira &
animo ſe vindicandi de Iacob ; ſed cùm ſubitò
mutatus lecto exilit , manum clauémque diui-
nam cor eius reſeraſſe intelligit , *Deus tuus dixit*
mihi , & hoc facto eruditus Iacob à prorege
Ægypti ſperabat fore placandum quem putabat
Gentilem , confidens apud Omnipotentem eſſe
clauem voluntatis , *Deus meus omnipotens faciet*
eum vobis placabilem. Saulus etiam cùm repentè
reſeratum ſenſit cor , diuinam Chriſti agnouit
potentiam , Dominúmque faſſus eſt , *Domine*
quid me vis facere ? Eadem permotus vi latro in
cruce Dominum ſenſit , agnouit , vocauit , vt

a Homil. de latrone.

notauerat opportunè Chryſoſtom. a *Non vi*
ibi mare compeſcuit , nec mortuos ſuſcitauit , ſed
10. *cruci affixus , clauis ſuſpenſus , latronis auerſam*
mentem voluit commutare , vt eius diuinitas vn-
dequaque probaretur. Entroſe como ſuperior y
ſeñor , ſin auiſar y ſin eſperar que le digan que entre.

Tanquam Dominus Ieroſolyma ani mos cor ſaque reſerauit.

Age igitur Omnipotens,hic eſt rebellis Ieroſo-
lyma ianuis clauſis , auerſis cordibus: habes cla-
ues ? Habeo , inquit , claues mortis & inferni,
ſic amo animas , vt ferre nequaquam potuerim
ſine claue cordis eſſe. *Quoniam Dominus his opus*
habet , helas meneſter ; que hiziera mi miſericordia,
ſi no huuiera almas miſerables , y llaues de ſus cora-
çones ? Attendite , adhuc in Bethania reſidebat,
vix fama tulit in vrbem aduentum maieſtatis;
cùm ecce infinita hominum multitudo confluit,
quam Euangeliſta *mundus totus* appellauit. Quò
pergitis homines? quis excitauit,quis ducit vos?
Deus omnipotens : percrebuit enim fama in
vrbem iamiam properare , cùm ecce è veſtigio
nuda ciuitas manet , & ſola , & per montis la-
tera decliui curſu viſendus aſpectus deſcenden-
tium apparuit , vt vident autem triumphato-
rem aſina ſedentem, ſtrata diſcipulorum palliis,
ingens & inaudita exultationis vox excitata eſt:
anguſtæ viæ erant , itinera replebantur , mer-
cium contractus ceſſabat , & puerorum ſcholæ
ſolutæ ſunt , *Ecce mundus totus poſt eum vadit;*
alij veſtes proſternebant , alij arbores conſcen-
debant , ramos & palmas diſcerpentes , ſuſci-
piunt iſti , rapiunt illi , & exultantes præeunt,
pandunt iter alij , & eleuatis in ſublime ramis
& vocibus , conclamabant , *Oſanna filio Dauid,*
bengais en hora buena hijo de Dauid , ſaluacion,
ramos ramos al hijo de Dauid. Fœminæ vtpote
imbecilliores , pueri ſimiliter gradus templi oc-
cupabant cantu ſaltúque frequenti , ſuſcipien- *A ſimili.*
tes eum , non ſecus atque agni & hœdi ad Solis
ortum in ripis & rupibus exilire ſolent , & ar-
reptis inuicem manibus , inuicem ſeſe excita-
bant ſicut paſſerculi , vt ingeminato cantu, acu-
tiſque vocibus altè præcinerent Redemptori
pueros in templo cantantes, & dicentes, Oſanna filio
Dauid. Quis reſerauit corda ? quis pandit oſtia?
quis clauem habet voluntatum ? quis niſi Deus
meus , cui nulla impediunt qui Redemptoris
munere fungatur. Fac igitur , ô mi princeps,
meam tibi patere voluntatem , dormientem
excita , rebellem compelle tua benigniſſima
gratia , qua etiam inimicorum hoſtilia corda
conuertiſti , & in te laudando conſpirare liberè
præcepiſti. Sed ô graue malum!

Videns autem ciuitatem fleuit ſuper illam. Nun- 11.
quam lacrymæ in vultu regis niſi magna de cau-
ſa videntur : multo minus inter triumphandum
flere , quia à communi miſeria & triſti condi-
tione maximè diſtat ; neque minus mirabile eſt,

Magna de cauſa lacrymas Redemptor fundit.

cur qui ſibi lacrymas ſumit , aliis lætitiam im-
pertiatur, & ſpiritu gaudij replet vniuerſam vr-
bem ? ſi enim plorat quia impendet mors ho-
micidæ ciuitati , crudelitatis genus videtur pro-
pinare poculum reo qui ducitur ad ſuſpendium,
quo epoto rideat , ſaltet , & lætabundus prope-
ret in mortem; dum nec appellare ad iudicem,
nec mouere commiſerationem intuentium poſ-
ſit,ſed riſum ? Habeo quid reſpondeam quæſtio-

Varios affectus in ſe ipſo excitat Chriſtus.

ni primæ, quæ cauſam lacrymarum inquirit , ab
hac ſecunda facile me expediam , ſi diuerſos in
Chriſto affectus tunc temporis fuiſſe contem-
plemur ; primus commiſerationis , vnde plora-
bat ; ſecundus iuſtitiæ,vnde ad ſupplicium vrbis
properabat , etiamſi indirectè. Amoris erat ter-
tius affectus erga veram ſponſam Gentilem ple-
bem, quam adamauerat,& quam propè deſpon-
ſare ſibi decreuerat ; itaque nuptiæ celebraban-
tur rectè & occultè , quia externa erat ſponſa;
ideo inimicis ſuis & ſponſæ choreas agere , &
canticis atque plauſu occurrere iubet. Grãde,fa-
teor, ſuppliciũ,& quod ægrè tulit Hebræus po-
pulus ; ſed quod in Aman præfiguratum erat,
qui Mardochæum comitatur, plaudit, & ipſe ad
laqueum effertur , quod Mardochæo parauerat
ipſe.Sed cur in medio triumpho plorat? Reſpon-
det acutè noſter commentator , *Fecit opportunè* P.Maldon.
magnóque conſilio,vt maiorem earum rerum,quas fu-
turas prædicebat , fidem faceret. Llora , para hazer
creible la ruina de Ieruſalen ciudad belliſſima : ita
pulcra, vt cùm ipſe ſpiritus rem aliquã pulcram
laudat,vel Soli,vel lunę,vel Ieroſolymę cõparat.
Si ergo rẽ nouã & calamitoſam prædiceret cùm
flagris & alapis cædebatur,cumque in crucẽ tol-
lebatur,iræ potius & vindictæ aſſignarẽt, quàm

Lacrymarum Chriſti cauſa aſſignantur.

certo

certo prophetiæ vaticinio; at in ſummo honore ab ipſis collato ſummam illis denunciare miſeriam credibilitatis argumentum eſt, id eſt, *flenus ſuper illam*, id eſt, propter illam. Sed qua, obſecro, de cauſa plorat? quanam alia quàm de peccato? Nam ſi Titus cum Veſpaſiano in lactymas proruperunt, cùm præclaram illam vrbem expugnare & demoliri decernunt, quanto magis ille qui cauſam ruinæ alta ſapientia præſciebat & ſpeculabatur; peccato namque ruit Hieruſalem. *Barbarum namque peccatum eſt*, ait Chryſoſtomus, *eſſe eſolque deſtruye y aſſuela barbara y inhumanamente.* Siſte lacrymas Rex optime, gaude cum gaudentibus, longe adhuc abeſt ſupplicium, quod tu prædicis vrbi. Nequit tamen pietas diuina non dolere de noſtris doloribus, quos ipſe præſentit, & miſeriam noſtram eius præcedunt gemi-

Peccati cauſa plorat.

12. tus & lacrymæ. Ideo author operis imperfecti; *Non ſic dolet*, inquit, *quia ipſe ab eis offenditur, ſed quia quaſi violenter cogitur perdere aliquem qui omnes cupit ſaluare. eſta mirando la atalaya de ſu diuina preſciencia, la deſtruicion de Ieruſalen de alli aquarenta años por ſu muerte preſente, y dexa eſta, y llora por eſſotra.* Plus dolet ſupplicij inferendi, quàm illatæ ſibi offenſæ, immò plus doloris iam ſentit pœnæ, quàm mortis, quam obiturus eſt illius cauſa, plus damnatio mea pungit quàm ſua. Verùm ſuper difficili re audiamus Hieronymum in illa verba Pſalm. 108. quæ (teſte D. Petro in Actibus) de Iudæ proditione agunt, *Oratio eius fiat in peccatum*, erit ita infelix, vt ea ipſa oratio, qua reliqui Deum ſibi placabilem reddunt, Deum ipſum offendat, *Pœnitentia Iudæ peius peccatum factum eſt*, ipſa nempe ſua proditione. Sed ne putes iram diuinam, ſed benignitatem, ſed clementiam, audi, *Pro clementia Domini hæc dico, quia magis ex hoc offendit Dominum, quia ſe ſuſpendit, quàm quia Dominum prodidit*, hoc eſt, plus pupugit Deum malum, quod ſibi mala illa pœnitentia irrogauit, quàm quod in ipſum intulit Saluatoré, & ægrotus tulit peccaſſe Iudam contra vitã ſuam, quàm contra authorem vitæ. Immenſa pietas, omni exaggeratione maior. Quid enim ſignificant voces illæ, quas poſt tot enumerata crimina repentè edidit, *Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, Ay de mi que me tengo de vengar.* Meliùs dices (ô Do-

Pœnitentia Iudæ in quo Deum offenderit.

Immenſa Chriſti pietas etiam in Iudam.

Iſa. 1.

13. mine) *va eis*, ſicut cùm dixiſti, *va genti peccatrici*, ita eſt, dum ab illis dolorem ſpero, & medicinam: at cùm accinctus ſum ad ſupplicium, ita premor dolore, vt maior ſit commiſeratio eorum, quàm gaudium de vindicta eſſe ſolet. *Heu conſolabor, Amarges conſuelos, venganças con muertes de almas.* Sicut cùm aiebat, *Videns quòd multa malitia hominum eſſet in terra, pœnituit eum quòd hominem feciſſet in terra.* Quorſum pœnites Domine, nónne vidiſti bonum eſſe feciſſe eum? Vtique; ideo enim non laudaſti, quaſi dictum putaremus vidiſſe quòd bonus eſſet homo: vnde ergo tibi pœnitentia? in quo peccaſti? inquit Tertullianus [a]. *Nec enim quiſquam benefaciendo deliquit; quòd ſi non deliquit, cur pœnitentiam inuadis delinquentium? Porque haze ſos pechoſa ſu bondad y ſantidad? priuatum cur malitia efficium bonitati ſua imponit? y ſi no ſiente elauer hecho al hombre, diga claro que ſe laſtima de ſus ofenſas, y no diga que ſe arrepiente de ſus obras.* Dolet itaque de offenſa, de peccato, de malo noſtro, & hoc eſt quod ſequitur, *Tactus dolore cordis intrinſecus, delebo*, inquit, *hominem quem creaui. Al ſin he de matar al hombre que formaron mis manos?* Peccatum cauſa eſt; ſed magis doleo vicem ſuam, quàm meam offenſam, ideo enim habitu creaueram, vt amorem & delectationem oſtenderem: nunc ergo incredibili dolore auferam quod ineffabili amore donaueram. *Pœnituit enim quòd hominem feciſſet, al paſſo que le agrado el hazerle, le laſtimo el deſtruirle.* Inde etiam fleuit ſuper illam, id eſt, *propter illam*, non propter vicinam mortem, quam triumpho excipiebat. Hac enim commiſeratione triumphat de inimicis.

Plus dolet Deus mala noſtra quàm ſuam offenſam.

a Lib. de pœnit. cap. 2.

Magis dolet Deus vicem noſtrã quàm ſuã offenſam.

14. Vincit inſuper proſperitatem, & infelicitatem: nam intrante eo *commota eſt vniuerſa ciuitas.* Quò tendis Domine? quò me ducis? Vide quia iam fortuna, quam vulgus vocat rotam volubilem, properat; ſed falsò hæ fortunæ adſcribuntur varietates: natura rerum eſt, quæ ſecum iſtas viciſſitudines affert: vnaquæque enim res vni ex triplici ſpecie motus ſubiicitur, vt autor eſt Ariſtoteles, vel vniformi, qualem vides in æquabili rota, vel difformi, quia nullo ordine ducitur, ſicut ignis in tormentis ſeu rotulis papyraceis incluſus; vel denique tertiò vniformiter difformi; quo res in varietate ordinem & ſucceſſionem obſeruat. Vniformem ſtatum concedimus cælitibus, qui æquabili & perpeti ſtabilitate & ordine diem ſine nocte, lætitiam ſine planctu experiuntur. *Vltrà non erit neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà.* Difformi motui traditi ſunt damnati, *vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.* Medius inter hos duos nobis mortalibus natura dedit crebra viciſſitudine eleuando & demittendo multiplici diuerſitate gloriæ & humilitatis verſans humanum genus, *Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos, & reducit.* Mirabilem iſtam varietatem graphicè depinxit Iob, *Fratres mei præterierunt me ſicut torrens qui rapim tranſit in conuallibus, qui timent pruinam, irruet ſuper eos nix. Venian ami amigos como llouidos, vnos lleuauan a otros como las ondas del rio apreſurado; agora todos ſe han ſecado con migo.* Parce igitur diuine Rex, pace tua dicam: ex quo enim eandem cum mortalibus curam excepiſti, eandem ſubiſti aleam. Quis vidit patientiſſime Ieſu, pectora illa ciuium congelata, & quaſi niuali tempore corda triſtia, frigida, lapides in te, probra, & blaſphemias iactantia, cùm ecce repentè tuæ diuinitatis ſplendore ſoluto, confluunt omnes quaſi aquæ rapim in conuallem te excipientes, laudantes, confitentes. Et ecce ſubitò mutantur omnia, ſilent, præterierunt te; non ſecus atque in nemore paſſerculi libenter & per otiom garriunt, cantant, ſibi inuicem placent, & reſpondent, dum pernici volatu accipiter ramo inſidet, receptui canunt auiculæ, & ſilenter ſeſe in abditiſſima abſcondunt, radices ipſas & ſpina penetrantes. Quid aliud in lætiſſimo tuo aduentu fuit Caiphas ille, qui accipiter interpretatur, qui dum canunt pueri, lætantur omnes, iſte iurat tibi mortem, & repentè ſilent pueri, pallium vnuſquiſque arripit, ſubducunt ſe omnes, & te ſolom & incomitatum relinquunt. Intraſti vtique Domine ſphæram, in qua viciſſitudines iſtæ vexant mortales.

Rerum naturam viciſſitudo ſequitur, & eam ſubire voluit Chriſtus Dominus.

Varia rerum viciſſitudo vitam mortalē occupat.

Cap. 6.

Plauſus Chriſti repentè ceſſauit ſicut torrens in conuallibus.

Simile.

15\. Sed hucuſque licèt ſicut homo hnmanos expertus eſt euentus, vide nunc qua ratione diuinitùs omni vetirati dominatur. Vocatur ad ludum, quia quid aliud vita noſtra eſt, quam luſus quidam, inquit Nazian.[a] vbi pecuniæ, quæ in medio ſunt, iam huius, iam illius colluſuris fiunt. *Catera*, inquit, *omnia humana fluxa ſunt, & velut in calculorum ludo aly ad alios iactantur.* Voluit etiam ipſa Dei ſapientia colludete, *ludens coram eo, ludens in orbe terrarum*, qui ſic omnes ſponſiones amiſit, vt animam exponere nō dubitauerit, *jugo la capa, jugo la vida, jugoſe para las galeras de la Crux. Pono animam meam.* Spectatores autem quaſi perditum reputabanr; at ipſe inquit, *iterum ſumam eam, veis me aqui viuo y reſucitado*; ne qui mihi miniſtrat, vereatur quamcunque mecum intrare fortunam, *etiamſi perdiderit animam ſuam, inueniet eam.* Vocatur ad mare, inquit Philo[b], vitam nēpe, in quo ſolus Deus immutabilis eſt, *Res humana eunt retrò citrǒque tanquam aſtuaria.* Quis dicat varietatem fluctuum & vndarum, & ſicut nauigantes ſiue iuſti, ſiue peccatores ſemel in nauim conſcendentes eidem fortunæ ſubiacent, nec eſt cor excuſes te, quia innocens, nec eſt cur accuſes mare, nempe mundum, ſolùm ſupereſt pati. O mi Rex, iam mare nauigaueras, quorſum modò nauem cum ſceletatiſſimis conſcendis? certè eandem cum ipſis tempeſtatem ſubire opus erit. *Et cum ſceleratis reputatus eſt.* Sed hæc mala permitrit Deus, vt poſtea pax & tranquillitas dulcior ſit, vt ait Nazianz.[c] *At mihi quidem videtur hac cauſa eſſe, cur nullum huius vita bonum hominibus certum ſit ac diuturnum, nimirum vt perſpecta horum inſtabilitate, ad futura vita portum contendamus.* Vocaris ad ſtaterā ancipitem fortunæ, quid enim aliud ſunt humani euentus, ait Philo[d]; *Anceps eſt fortuna, rebus humanis tanquam in ſtatera pendentibus, & inequali pondere nunc huc, nunc illuc vergentibus.* Nunc ad te viſendum occurrunt omnes, & ſtatim, *grauis* (aiunt) *eſt nobis homo iſte ad videndum, Mucho peſa eſte hombre, echemoſle de los hombros.* Nunc te inter ſummos Prophetas ſtatera vna eleuabit, & mox deprimeris vſque ad Barabam. Quorſum iſta? vt nos doceret omnium magiſter curam gerere meritorum, dum fortuna nihil de meritis cogitat, & mutationi obnoxia, non pertinaci amore, ſed facili amanda eſſe: nam, vt ait Seneca[e], *Non eſt tuum, quod fortuna fecit tuum*; vel quia tuum nō eſt quod propter merita non eſt collatum, *vel quia datur bonum, quod poteſt à fortuna auferri.* O munde iniuſtiſſime! ô fallax fortuna! intendite animos mortales, reſpicite immutabilem poſt triginta & tres annos meritorum & laborum in ſtatera cum Baraba compoſitum. Vocaris ad choreas: nam, vt ait idem Philo[f], *verbum choreas in orbem ducit*: nam cùm in regia aula ſaltatio inſtituitur, erga fœminam illam quæ ſaltat omnes genuflexiones & reuerentiæ fiunt: finito verò ludo cùm alia ſubſtituitur, illa omnino deſeritur, iſta ab omnibus

16\. veneratur. Nónne ſaltabant Athenienſes, qui excluſi ſunt à Lacedæmoniis? Nónne choream ducebant Aſſyrij, qui extra aulam facti ſunt à Babyloniis? Perſæ ludebant, ſed à Medis perditi ſunt, quos vnus deuincebat Alexander, in cuius conſpectu ſiluit terra, *Chiton, que ſale a dançar Alexandro.* Sed ô quàm breuis omnis potentatus gloria! *Deus enim humilias & ſubleuat.*

Dominus effulget Hieroſolymæ in Chriſti ingreſſu.

a Orat. de pauper. amor.

Chriſtus ludo expoſuit vitā.

b In lib. quòd Deus eſt immutabilis.

c Vbi ſuprà.

d De vita Ioſephi.

Bona fortuna non tua cùm leuiter poſſit auferre.

e Epiſt. 9.

Chorea eſt vita, ad quam vocatur Chriſtus.

f Lib. quòd Deus ſit immortalis.

Quorſum tamen tu immutabilis Deus tantam tibi reuerentiam exhiberi patetis, poſtea nullā? vt diſcat peccator vento, puluere, ipſa inſtabilitate formatus, quantis ſit viciſſitudinibus obnoxius, ſi mare, ſi ludus, ſi chorea, ſi vita, ſi natura non parcit authori. *Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatum, tranſiui. Paſſeme de largo, ne hize caſo, ecce non erat: y bien hize: porque era poco mas que nada.* Septoaginta, *Vidi impium ſicut arborem indigenam vireſcentem: verde; pero como arbol foraſtero que no eſta en ſu natural, naranjo llenado a la montaña, que aunque le pongan capuz de noche, amanece elado*, externa eſt proſperitas peccatoris. Alij legont, *Vidi impium ſicut laurum vireſcentem*, de qua antiqui iactabant, *Non tangitur de calo*, quod falſum eſt; fallitur enim peccator, dum ounquam marceſcibilē putant ſuam felicitatem; melius eſt ramos benedictos apud te habere, res, inquam, & pecunias iuſte comparatas, his parcit iræ Dei fulmen: ideo addit Propheta, *Cuſtodi innocentiam, & vide aquitatem, quia ſunt reliquia homini pacifico, ſiempre te dexara Dios alſo ſobre que te recobres.* Contrà verò peccator funditus exturbatur & deuaſtatut. Seneca[a], *Dom alia exaltat, alia ſubmittit, nec molliter ponit. No trato al malo como al plato de barro, que le baxais poco a poco, y lo dexais en el ſuelo. Sed è faſtigio ſuo nullas habitura reliquias iactat.* Idem Iſai. 30. *Superbia tua eſt, quieſce, eſperate, & conteretur ſicut conteritur lagena ſiguli contritione pravalida, & non inuenietur de fragmentis eius teſta, qua portetur igniculus de incendio.* Meliùs Salomon Prou. 32. *Comedent fructus via ſua, & conſilys ſuis ſaturabuntur; ſed auerſio paruulorum interficiet eos, & proſperitas ſtultorum perdet illos.* Euſebius Emiſſen.[b] *An tu*, inquit, *potentem vocas, qui in mortem ſuam fortis eſt, cui prouentuum fallax vmbra praſentium aternorum congregat cauſas malorum? quis beatam dixerit validam in ſuum iugulum dexteram? quis probabiliter laudet velocem ad ardua pracipitia feſtinantem? quis eius miretur aſcenſum, quem de ſummo preſpicit eſſe caſurum? exultant in rebus peſſimis, & de ſua perditione latantur, ſimiles illis, qui fortè ſumentes exitiales herbarum ſuccos cum riſu perire dicuntur.*

Ad mortem denique pruperat mortis Dominus factus; ideo non eorum obſeruauit voluntatem, ſed à Patre tempora præſcripta, *Sol cognouit occaſum ſuum, No tiene conocimiento el ſol, pero camina al Poniente como ſi le ſupieſſe.* Et licèt exultat vt gigas dum manè oritur, ſtatim ad occidentem oculos intendere videtur, ſciens quando venit hora eius: quis enim poteſt cunctantem vrgere, morantem ſolem accelerare? Deus ille, *qui aſcendit ſuper occaſum*, & ſcit quia venit hora eius, tunc dixit: Ecce homo, victor triumphans, vt his pietatis paſſibus te ad gloriam Paradiſi perducam.

Cur Chriſtus in ſtabilitate plauſus & honoris pati & experiri voluit.

Breuis proſperitas peccatoris.

a Lib. 3. natur. quæſt.

17\.

Simile. Frugalis felicitas peccantium.

b Hom. de ſanct. Epiphoro & Alex.

Properat Chriſtus ſicut ſol ad occaſum ſciens & volens.

VERBVM SPIRITVS ſancti 1. Cor. 1. v. 9.

Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in ſocietatem filij eius Ieſu Chriſti Domini noſtri, &c.

Semel inita cum Chriſto ſocietate, nihil homini formidandum docet, cui vera ſupereſt gloria, vita beata, mors expetenda, Chriſti veſtigia, exempla, merita.

DISCVRSVS CLXXX.

1.

Quare nobis eſt nobis ſemper mortis dubitamus & miramur & timemus.

Aggressvrvs granem & arduam tractationem de bono, bonáque principum morte, præfabor, ô Senex, præmittámque quæſtiunculã illam, quare cùm inter mortales nihil antiquius, nihil ſit morte minus nonum, nobis quotidie noua videatur, & quaſi inſolens & inaudita? Huius igitur infirmitatis cauſa attentè diſcuſſa, nullam aliam inueni, quàm *animam*, nulla enim, etſi Ethnica, minúſque ſuæ creationis & creatoris conſcia fuit, quæ inſtinctu naturali ingenuæ ſuæ naturæ notitiam ſubodorata, nullatenus morti obnoxiam eſſe non cognoſceret; vnde prouenit mortem formidare quaſi damnum non innatum, nec cognitum. Conſiderãs igitur naturã domus corporeæ, quam inhabitat, quæ illi ſorte obtigit, ſummas eius imperfectiones, infirmam fabricam, & fundamenta infirma; quæ minus docta eſt, minúſque diuinæ originis notitiam adepta, per has ægritudines naturalis corporis perueſtigat creatorem optimũ tam nobili hoſpiti nullatenus dediſſe conuenientem, dignámque domum, vel ipſi ſuæ ruinæ cauſam dederunt, & vterque ruinoſam & caducam effecerunt. Itaque ingenua & libera anima mortis exactionem ægre fert, & ruſtici & illiberalis corporis ſtipendia atque penſionẽ tenuit exoluere; indeque fit ſecundò, vt mortem iacturam appellemus impropriè: namque qui terreã domũ diruit, vt ex marmore & porphyrite renouet, nõ perdere, ſed lucrari putat, fallax enim ſenſus, neque vt iudex, neque vt arbiter aduocandus eſt in hoc negotio; eſt enim ſicut puer, cui ſciſſio venæ fit, & poplites ſecandi qui mortem putat ictus & ſciſſuras, quibus recuperat ſanitatem: itaque mors reædificatio corporis eſt.

La alma mas gentil, la menos ſabidora de ſacro con y criador de inſtinto natural deuade tener algun olor de ſu naturaleza, que no es ſujeta amuerte y como hyja dalgo y noble ſiẽpre ſole huele nueuo venirle a pedir el tributo del morir a ſu marido el cuerpo.

Mors non deſtructio & exterminatio ſed reædificatio corporis eſt.

Llamar aluino aſajar, es llamarlea morir enſu pẽſamiento, y enel del medico es ſanarle.

2.

Ex quibus manifeſtum euadit, tem magnam familiari verbo promiſiſſe nobis Paulum, cùm ait, *Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in ſocietatem filij eius Ieſu Chriſti Domini noſtri, qui confirmabit vos vſque in finem ſine crimine in die aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Ecce tibi, ô anima, noua ſocietas, & pluſquam amicitia: nam, vt ait Hieron. *ſocietas pares facit.* Igitur datus eſt nobis amicus & ſodalis Chriſtus: quanta autem bonã in nos de eius ſocietate proueniant, dicat Ambroſius: *Hoc enim nobis donat quod credimus: vt quia credimus Chriſtum filium eſſe Dei, hoc nos eſſe inſpiciamus manſure in eadem dignitate, ſicut manet Chriſtus, quem credimus filium Dei.* Omne illud quod credimus fide informata per charitatem, communicat nobis. Credo & amo Deum infinitũ; efficior quaſi infinitus. Credo & amo immenſum; ecce in me manet per immenſitatem. Credo & amo infinitam ſapientiam, fio vtique quaſi infinitè ſapiens. Credo, etiãſi moriatur, poſſe ſe tertia die ſuſcitare; en eo ipſo donat mihi ſpem reſurrectionis, *Hoc nobis donat quod credimus.* Vide emolumenta ſocietatis Ieſu, vide quàm tibi neceſſarium eſt peccato à

1. Cor. 1. 9.

Societas nobis cum Chriſto ineunda eſt ad magna lucra.

Lucra ex Chriſti amicitia & ſocietate.

tali nunquam diſcedere ſocio. *Lo que fuere del ſerá de ti.* Elegantius autem hanc cum Chriſto ſocietatem deſcribit Paulus exemplo corporis & animæ. *Sicut enim corpus* (hominis) *vnum eſt, & membra habet multa; omnia autem membra corporis cùm ſint multa, vnum tamen corpus ſunt, ita & Chriſtus.* Cuius expoſitio digna eſt Auguſtino *[a]*, *Ita & Chriſtus eſt corpus vnum*, puta Eccleſia: Chriſtus enim non tantùm eſt caput Eccleſiæ, quia omnia Eccleſiæ membra ſuſtentat, & in omnibus operatur, per doctorem docet, per miniſtrum baptizat, per fidem credit, per pœnitentem pœnitet; ſic enim Chriſtus non localiter, ſed myſticè & virtualiter, ſiue operatiuè & per efficientiam eſt corpus, hypoſtaſis, anima, & ſpiritus totius Eccleſiæ. Vnde bene dicitur, Chriſtus patitur ignem in Laurentio, in Stephano lapides, in Ignatio beſtias. Ex his collige ſanum & diuinum conſilium Eccli. cap. 2. *Ne feſtines in tempore obductionis*, illud verbum *feſtines*, ex Iſaia venit explicatum, *Qui crediderit non feſtinet, el que creyere, no ſe corra, no ſe avergnence.* Ergo etiamſi omnia offundi tenebris videas, & ſicut in tempeſtate obduci cælum nubibus, ne paueas, ne timore conueutiaris ad fugiendum, *in tempore obductionis*, nec mortem tibi deſideres, nec formides. *Suſtine ſuſtentationes Dei*, hoc eſt, maximas tentationes ſuſtine *, *coniungere Deo, & ſuſtine*, Deo quaſi glutino quodam inhære amore & longanima patientia; quia etiamſi mors, crux, gladius impendere videantur, non eſt cur inductum timeas, ſed potiùs felicitatis incremento maior tibi gloria accreſcet. Ideo ſubdit, *vt creſcat in nouiſſimo vita tua*; vita enim Chriſti inſtar Solis fuit, & qui videbatur Solis occaſus, eius erat incrementum, quia qui nobis videbatur occidere, in altero hemiſphærio videbatur naſci. Sic vita iuſti, qui per ſocietatem Deo agglutinatur, cùm videtur ad occaſum accedere, *creſcit in nouiſſimo vita*, & cùm deprimi videtur, extollitur, & quod mundo videtur *inſania & finis ſine honore*, in altero hemiſphærio, *cum ſanctis ſors illorum eſt.* Hoc ipſum idem Eccleſiaſticus de ſole decantat, *Sol in aſpectu annuntians in exitu, in meridiano exurit terram magnus Dominus qui fecit illum, & in ſermonibus eius feſtinauit iter.* In ipſo egreſſu ex hoc hemiſphærio annuntiat Dei gloriam, nouúmque ſplendorem alteri hemiſphærio, *al ponerſe en eſte mundo ſe halla mas alto en el otro.* Inſuper autem quis cogitat ſolem iter ſuum agere? quis maturare motum? Certè neceſſe eſt magnum eſſe illum, cuius iuſſu & ordinatione feſtinat curſum ſuum. Siſte ſol, quare ſic properas? nequeo, reſpondet; nam ab ortu meo præſcripta eſt hora & punctum mei occaſus; obſeruat mundus ephemerides, iudicant, & ex illo puncto totius ordo & diſpoſitio dependet. *Sol cognouit occaſum ſuum. ſi el no lo ſupiera, quien le lleuara al Poniente?* Vides in ſole Chriſtum, vides ad occaſum pergere, putabis iacturam, putabis obductionem; vide tamen quia ex quo nobis occidere videtur, oritur, & annuntiat in exitu; & quid annuntiat? tibi gloriam, tibi reſurrectionem. Siſte Domine, quare Ieroſolymam properas, vbi mortui & trucidati ſunt Prophetæ? quia (inquit) *filius hominis vadit ſicut ſcriptum eſt de illo.* Obſeruat Pater, expectat mundus curſum mei occaſus,

1. Cor. 12.

a Lib. 1. de peccator. merit. c. 31.

Chriſtus in ſuis martyribus pati dicitur.

Vide ad hoc P. Benedict. Fernandez in Gen cap. 14. ſect. 5. n. 7. ex Gregorio. & c. 4. ſect. 8. n. 6 & c. 8. ſect. 8. n. 2. noſtra cõmoda quæſiuit cap. 12. ſect. 4. n. 2.

Iſai. 28.

* Sicut mõtes Dei, id eſt, Altiſſimi. Vide Iãſen. hic, & Hug. Card.

Emolumenta tribulationis & mortis maxima & inſperata.

Eccli. 43. 2. & 6.

3.

Simile.

Chriſtus ad mortẽ graditur non neceſſitate, ſed voluntate, & amore ductus.

Mors timenda non eſt.

vt fiat redemptio; expectant Prophetæ, vt vergente ab hoc in illud hemiſphæriũ noua lux illis oriri videatur. Quare nolite mortem vereri, ex quo enim ego aſcendi ſuper eam, non eſt cur feſtinetis in tempore obductionis, *Iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum, Dominus nomen illi, & Domini Domini exitus mortis.*

Pſalm. 67.

Eſt Dominus vniuerſi, *ſeñor ſeñoriſſimo, cuyos ſon los puertos de la muerte, y quando aqui ſe pierde de viſta, alla entra en ſu imperio.* Hoc ipſum iubet expectare, cùm iuſtus ad occaſum vitæ venit, nempe appoſitũ eſſe cum Chriſto ſocio ſuo. Sic de Abrahã dicitur Gen. 15. *& deficiens Abrahã mortuus eſt in ſenectute bona*, hic eſt occaſus. Vide quid annunciat in ipſo exitu, *Congregatuſque eſt ad populum ſuum*, Hieron. [a] *Deficere & imminui Abrahã nullatenus conuenit; mortuus eſſe dicitur reſolutione quidem corporis, attamen cũ ſanctis viuit Deo.* Et quis eſt iſte populus? interlinealis, *Ad angelos, quorum conciuis erat*, Origenes [b], *Optemus ergo & nos huiuſmodi mortem, vt ſcilicet moriamur peccato, & viuamus Deo.*

4\.
a Apud Lippom. in caten. in Gen.
b Citatus à Lippomano.

Nam Gentiles moriuntur quidem morte brutorum, quia ſine ſpe alterius hemiſphærij ad Occaſum veniunt: ideo etiamſi ſoles nuncupari velint; Prophetæ autem eos, & eorum regna equis, camelo, & aſino comparant, intereunt omnino, & nulla pars ſupereſt futuro ſeculo gloriæ. Principum verò Chriſtianorum occaſus Soli comparatur occidenti, quia cùm à nobis auferuntur, *collocat eos Dominus cũ principibus populi ſui, ſon criados viejos, mudan caſa, pero ſirven al miſmo amo: fidelis enim eſt Deus, qui nos vocauit in ſocietatem filij ſui*, cuius exitũ quaſi ortum Solis celebrant hædi exilientes, paſſerculi canentes, pueri vociferantes, & omnis Ieroſolyma concinit, *Oſanna filio Dauid.*

Zachar.
Ezech.
Daniel.
Iſai.

5\.
Cap 24.

Has laudes videtur auſcultaſſe Iſaias, *A finibus terræ laudes iuſti.* Sed quid dixit *ſecretum meũ mihi: mucho ay que ſaber aqui*; ita eſt: ſed à quo, & quando reſerandum eſt ſecretum? ipſe videtur reſpondiſſe, *mihi, en mi pecho eſta*, apud me, in ſinu meo repoſita eſt hæc ſpes mea, hoc ſecretum à me reſerandum eſt. Cedó igitur clauem, ſit ita, ecce myſterium. *Ecce intelliget ſeruus meus, exaltabitur & eleuabitur, & ſublimis erit valde: ſicut obſtupuerunt ſuper te multi, ſic glorioſus erit aſpectus eius inter multos. Ecce intelliget. el miſterio ſe entendera mi hijo Chriſto, y ſieruo por razon de la humana naturaleza.* Et quid intelligit? acutè reſpondet Cyprianus, intelliget oportere honorem mundi dedecus reputare, & ita accipere gloriam quaſi ignominiam; imò ſicut in ſupplicio alicuius delinquẽtis quicquid eſt honoris, videlicet præconium ſedere ſuper aſinum, obambulare vrbem, eminere, idipſum infamia eſt plenum, & cum rubore & lacrymis ſuſcipitur: ita Chriſtus Dominus plauſum mundi, voces, triumphum ſibi & ſeruis eius in dedecus redundare, & cum lacrymis ſuſcipiendum docet; & hoc eſt ſecretum, vt nempe honorem iſtum præſciret & præpararet, vt inde ſibi maius dedecus accreſceret. Sicut enim vt dolores acerrimè ſentiret, delicatiſſimum corpus amor adaptauit illi, *corpus adaptaſti mihi*, & ideo vinum myrrhatum renuit, ne ſenſus conſopiret ad dolorem; ſic non ſolùm purum dedecus, & quale nuſquam fuit, ſibi adaptauit, ſed, quod grauius eſt, anteriores glorias, honorem, & triumphum præmiſit, vt miſerrima ſuccederet conditio infamiæ, & eo infelicior, quo fuerat felicior, videretur; *ideo exaltabitur, & eleuabitur, & ſublimis erit.* Ideo in Thaborem diuertit, diuino fulgore, honore, ſede, ſplendet, vt cùm gloriam accipiat, quaſi ex illa maiorem ſibi infamiam & ignominiam adſciſcat, quod non tacuit D. Lucas, *Loquebantur*, inquit, *de exceſſu quem completurus erat in Hieruſalem*: nam vt exceſſum ignominiæ ſubiret, præcedat opus eſt exceſſus gloriæ, doleat vicem diuerſam inter latrones qui inter Moyſem & Eliam exultauit; ſit nuditas eius omnibus propoſita, qui omne candidiores veſtes induerat, nõ ſit illi ſpecies, neque decor, cuius facies Solis inſtar affulſerat. Tollat crucem per mediam vrbem, cui paulo antea triumphali plauſu occurrerat ipſa. *Sic inglorius erit aſpectus eius.* Idipſum meditabatur apud ſe Bernard. [a] *Vnde & proceſſionis gloria voluit ſublimari, qui paulo poſt ſibi nouerat imminere diẽ ignominioſiſſimæ paſſionis.* Et [b], *Sed quid fuit, quod proceſſionẽ habere voluit, qui mox futurã nouerat paſſionẽ: fortè vt maior eſſet paſſio quàm proceſſio præceſſiſſet.*

Ierui Chriſti honorem dedecus reputãt.
Summũ dedecus paſſus eſt Chriſtus.
Summũ dedecoru fuit paſſio, quia præmiſit ante ipſam. gloriã & plauſum.
a Ser. 1. de Ramis.
b Idem ſer. 2.

6\.

Et cum appropinquaſſet Ieroſolymis. Non timet locum mortis, etſi conſcius eſt eius quod dixerat, *Non capit Prophetam perire extra Hieruſalem*, quin potiùs vt oſtenderet quàm libenter mortem oppetat, animos ad lætitiam excitauit: in hoc enim ſolatium omnibus mortalibus conſecrabat, ne quis iam deinceps mortem reformidet, vt Auguſt. in Dauidem notat, *Domini Domini exitus mortis.* Ita ſtabilitum eſt homines ſemel morituros, vt Dominus Dominus non alium habuerit exitum in hac vita? Quis igitur nouam rem putat mortem? inquit Seneca [c]; antea enim iogauerat ſic Philoſophus: *Quare tamen bonis viris patitur aliquid mali Deus fieri, ille verò non patitur?* certè non alia de cauſa, niſi aliquid eſſet, in quo homines Deo antecederent; ideo aiebat, *Fortè fortiter: hoc eſt, quo Deum antecedatis.* Sed hoc quod ſuperbè, ſtultè, & ſtoicè aſſerere audet, iam retractare poteſt, dum Deus ad mortem graditur: iã enim *maximum ſolatium eſt cogitare id ſibi accidiſſe, quod antè paſſi ſunt, omnes omnẽſque paſſuri; ideo mihi videtur rerum natura quod grauiſſimum fecit, commune feciſſe, vt crudelitatem fati conſolaretur æqualitas. Grande namque ſolatium eſt cum vniuerſo rapi.* Quid ſi addere poſſet, *Cum Chriſto in mortem rapimur, prædux noſter eſt*, ſequamur illum, ne nobis improperet eadem illa vox *, *Pati timetis, exire non vultis, quid faciam vobis?*

Pſalm. 67. Senſus, non verba ſunt Auguſtini.
c Lib. de prouid. c. 6. Grauiter ſed ſtoicè ſenſit & indicauit de morte Seneca.
* De hoc moriẽdi deſiderio, & cauſis eius, vide P. Corneliũ à Lapide ad Phil. 1. & Ambroſ. lib. de bon. mort. & P. Alfonſum Rodri. de conform. cùm diuina voluntate,

7\.

Vide autem, quantum bonum ſit moriendi deſiderium, vel ſaltem præmeditatio mortis, vt ex ipſa homo quaſi diuinus ſit, & humana diſponat quaſi moriturus. Et licèt ad hoc exempla illuſtria habeamus Redemptoris, verba ſaltẽ Senecæ excipiemus. *O ignares malorũ ſuorum, quibus non mors vt optimum inuentum naturæ laudatur, quæ ſiue felicitatem includit, ſiue calamitatem repellit, ſiue ſatietatem aut laſſitudinem ſenis terminat: omnibus finis* (eſt) *multis remedium, quibuſdam votum. Hæc eſt, in qua nemo humilitatem ſuam ſenſit.* † Penſanda ſunt hæc vltima verba; in morte nihil humile, nihil abiectum ſentitur: nulla re omnia ſiue ad vitam, ſiue ad mortem neceſſaria melius parantur, quàm proximæ mortis memoria. Vide in ſequentibus.

etiã in mortis negotio, muneris ſæpe qui apparuit, moriẽti. vt refert de Cypriano S. Aug. teſte Poſſidonio c. 27. in vita S. Auguſtini.
Mortis obliuio & encomia.
† Senec. ad Marc. 20.

8\.

Inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea, ſoluite, & adducite mihi. Moribundus enim non ſentit an equo an aſino feratur, dummodò finem ſuum conſequatur; ideo poſt triumphum De-

Morti proximus dedecus nec timet nec ſentit.

bora

Digitized by Google

Iudic 5.10. Ionathan Chaldæus verſ. 9. de ſcribis & Doctoribus verſ. 10. de negotiatoribus ampliſſ.

Triumphat humilitas & manſuetudo Chriſti.

bora laudat non ſolùm victores, ſed & aſinas, in quibus victoriam & triumphum reportauerunt. *Quia aſcenditis ſuper nitentes aſinos, & ſedetis in iudicio, & ambulatis in via, loquimini.* Agit cum negotiatoribus, qui, vt notum eſt, lucrum in omnibus quærunt: iſti igitur aſinis vehebantur, omnibus pictarum veſtium generibus ſtratis: iſti igitur loquentur ſortitudines quæ ſactæ ſunt ipſis, *contaran triunfos y ganancias.* Et quas victorias valet aſinus, quæ bella ſuperare brutum rude, tardum, & bardum? ita eſt; at verò manſuetudo & humilitas triumphare ſolent in exitu Chriſti; qui non putat dedecus, nec iacturam honoris aſcendere aſinam, imò crucem: ſcit enim in morte vitam, in demiſſione gloriã comparare: ideo properat ad mortem innitente aſina, Græcè *refulgenti*, alia lectio, *candida. Para morir qualquiera cauallericies buena, y todos los altos lugares ſon baxos, y los baxos ninguno es deſconforme. Quia in morte nemo humilitatem ſuam ſenſit,* multo minus Chriſtus qui dum abiectum animal eligit, aſcendit, acquirit gloriam.

9.

Multa impediunt abſolutionẽ animæ.

Si quis aliquid vobis dixerit. Domine quæ cõtradictio poteſt fieri iumento ſoluendo? hô, inquit, vos experiemini quanta impediunt abſolutionem animæ; vnus confeſſarius cupiet abſoluere, neque poterit, eſt enim vſurarius ille contractus; obſtabit alter, ego abſoluam, nullatenus eſt vſurarius; ille occaſionem proximã eſſe dicit, neque poſſe abſolui niſi ponat illã; occurrit alter, & ſoluit ingenuè. Ita ne fiet inter nos, vt non conueniamus in re graui, ſicut fabri & architecti, qui cùm ad taxandum opus conueniunt, conſentiunt inter ſe, ne vnus impediat alterum; idem ſentiamus, idem dicamus omnes, ſicut promiſit Deus per Soph. 3. *Reddã populis labium electum* (id eſt, purum) *vt inuocent omnes nomen Domini, & ſeruiant ei humero vno. ſi todos juntaſſemos los hombros no ſe carria la carga.*

Simile. Conſentiant inter ſe miniſtri animarũ.

Iuuenis etiam qui Deo ſe mancipare cupit, nonne in ſoluendo & fugiendo ſeculum habet contradictores? non ſat eſt dicere, *Quoniam Dominus his opus habet*? Occurrit mater, *quid facitis*? occurrunt amici; occurrit ad miſellam meretriculam peccator, quid facitis? quî poteris ſine peccatis viuere? *Deus his opus habet*: ne acquieſcas eis, quia ſicut medicus grauiter ægrotantibus indiget vt peritiam oſtentet, ita Deus, vobis, ô fœminæ, indiget, vt potentiam & bonitatẽ benefaciendo oſtendat: ſin verò manere vultis, ſignum eſt indigere vobis Dei iuſtitiam, vt iram in vobis exerceat, & amentiam veſtrã in exemplum proponat. *Quomodo verſa eſt in deſertũ Babylon in gentibus? illaqueaui te, & captaes Babylon, & neſciebas. Atada te dexa como a vna beſtia necia; inuenta es & apprehenſa, quoniam Dominum prouocaſti. Aperuit Dominus theſaurum ſuum (ſu armeria) & protulit vaſa iræ ſuæ, quoniam opus eſt Domino Deo exercituum in terra Chaldæorum, Os ha meneſter Dios para moſtrar en vos ſu ira y juſticia, eſta os pues atada.*

Quonã pacto indiget Deus peccatoribus.

Iere. 50. 23.

Ad oſtenſionẽ iræ ſuæ ſeruat peccatorem.

10.

Rex & equites inopiam eo ipſo profitentur

Ecce Rex tuus venit. Si Rex, *quomodo his opus habet*? imò quia Regis nomen aſſumit, liber maner ad indigendũ & poſtulandum. Ante hos dies longiores vias egerat, nuſquã tamen equũ neque iumenta popoſcerat; qua die tamen ad erudiendum nos ſtatũ mutare & augere voluit, coactus eſt poſtulare, *Dominus his opus habet.* Puto enim ſacra Scriptura notũ, reges terræ indigẽtiſſimos omnium eſſe: ideo enim probat Dauid Deũ eſſe Regẽ regum, quia non indiget: non autem indiget, quia non dependet; quid enim eſt indigẽtia niſi dependẽtia; vnde cùm magis dependeat rex quàm mercator, aut ciuis, magis indigens eſt: vnde illa verba cõiungit, *Dominus his opus habet, ſeñor y neceſſitado es lo miſmo, & potiùs ſeruus eſt dicendus quàm Dominus.* Origen. *Qui vocatur ad epiſcopatum, non vocatur ad dignitatẽ, ſed ad ſeruitutem totius Eccleſiæ. Ecce Rex tuus,* aptatur optimè Regis titulus cum ratione quam reddit, *quia Dominus his opus habet*: nam ſi tãquam Rex publice mandat, publicã reddit cauſam, ne querelis materiam præbeat, acerbitates & murmurantium linguas euitet, quæ oriri ſolent ex publico opere, cuius ratio ignoratur, & manet in occulto. Et quia *Rex tuus eſt*, non vult à ſubditis vi remedium indigentiæ ſuæ extorquere, ſed verè indigens poſtulat neceſſitate cõpulſus, non vt ſibi gratioſis large donet, ipſi enim ingenuè primi ſua veſtimẽta ſubſtrarunt; & vrbane & benignè poſtulat, vt non tyrannus, ſed pater videatur; eúmque primi familiares eius pallia humeris ſuis depoſuerunt, hoc documento cæteri ſua libenter exhibuerũt; quod ſi poſtulat, ſtatim promittit, *venit ſibi.* Ne onoroſa ſit Regis poſtulatio, accedat aliqua, etſi non æqualis cõpenſatio, *De algo quien pide mucho a ſus vaſſallos.* Sic enim Deus cùm in profundiſſimo ſomno Adamo coſtã abſtulit ad fabricandã Euam, *ſtatim autem repleuit carnem pro ea*: quo cùm non acerbè tulit Adam. Sic reges cùm è venis ſubditorum vigilantium bona ſua educunt, opus eſt ne doleant pro eis aliquid ſuſtinere præmij, honoris, lucri: vnde Iſai. *Dicite,* inquit, *filiæ Sion. Ecce ſaluator tuus venit, ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo*: nam ſi Zacharias pauperem vocat, ideo eſt, ne populus ille putaret venturum in tẽporali ſplendore; ſed ne putet mercedẽ & dona ſpiritualia non redonaturũ, occurrit Iſai. *Ecce merces eius cũ eo, trahe ſu paga, y ſu caudal para hazer mercedes.*

Reges omniũ indigẽtiſſimi.

Reipublica rationem publicè reddat Rex & Princeps dũ licet.

Rex qui tributa imponit tribuat liberaliter dona

11.

Mors modum ponit honoribus.

Manſuetus, ſedens ſuper aſinam. Proxima mors, qualiter honores accipiẽdi ſunt, optimè docet, vt perituros, vt ruituros, & vt cum debita temperantia ſuſcipiantur, fines eorũ, & exitus mortis contemplandi: fallunt enim initia honoris, fines verò ſapientes faciunt. Vide luctantes infantulos in materno vtero Iacobum & Eſau ſuper dignitate primogeniti obtinẽda; Eſau prior caput emiſit, Iacob autẽ exiuit tenens plantam prioris. Ecce humana lex, priori qui caput emiſerat primatum dedit; at lex diuina eum præfecit qui calcẽ tenuerat, ſcire enim dignitatẽ pede tenere, & munus per modum morituri accipere, ſapientia eſt digna Iacob qui dicitur videns Deũ, qui æternâ lege dignus eſt dignitate & munere; ſuperbiæ enim, inflati ſpiritus, iurgia, lites, obeũtium dignitates, vnde niſi ex hac incuria exitum cogitandi & arripiendi, naſcuntur? Vnde Moyſes noſtri Seruatoris viua imago, cùm lux illa, qua ſplendebat, lux erat dignitatis & muneris, & mortali collatam eam prudens temperauit, & quaſi iniecto velo eclipſim pati voluit, velo, inquam, vel ſudario quo ex Hebræo more vultus moribũdi vel defuncti velari ſolebat, quo pacto & gratior, & benignior, & facilior ſuis effectus eſt. Ita Chriſtus, inquit Auguſt. [a] qui Regis inacceſſam lucẽ gerebat, ſic ſe demittit, ſic obſcurat gloriam, vt vulgus tota circumeat, accedant pueri; *manſuetus* omnibus, velut Zacharias *pauper* ab omnibus circumſpiciatur.

Mors faciles & humanos facit principes.

a Suprà. Cyprianus ſuprà.

12. *Spirituales & vera diuitia tegenda ſunt.*

Pauper, & ſedens ſuper aſinam: vt diſcamus nos operire ſpirituales & verè regias diuitias, internaſque animi dotes, aſperâ & abiectâ veſte humiliationis & ſtudio non oſtentandi, Ezech. 1. *Sancta illa animalia duabus alis volabant, & duabus tegebant corpora ſua*; nec minori ſtudio velabant quàm volabant. In Deum internis alis rectæ deuotionis volare oportet, poſtea verò opus manifeſtare virtutis, ita tamen vt ore profiteamur. *Gladius Dei, & Gedeonis eſt*, hoc eſt, primò Dei, deinde Gedeonis. Docet nos denique mundanam gloriam temperare, & hîc minuere, & parcè ſumere, vt in cælo cumulatior orbis ſuccedat.

Honor & gloria parcè ſumendus.

Humiliauit ſemetipſum, &c. *propter quod*, &c. Ita tibi eueniet ſi hîc parcis honori, copioſiorem reddet fidelis Deus.

A ſimili.

Diſſident bello duo reges, & ad negotia ſeu pacta pacis aut induciarum hic ad illum mittit ducem: ſuſcipit eum rex, & magnis honoribus eum afficere parat; at ille quàm fortiter obſtat, ne ſuſpicionem proditionis ingeneret; illum ſolum honorem legato dignum ſuſcipit, fugit alium, & quo maiores honores repellit, maioribus afficitur à ſuo rege. Diſſident iam pridem Deus & mundus; ſi mundi honores ſine modo accipis contra Dei voluntatem, infidelitatis reus efficeris; accipe tuo muneri conuenientem honorem; ſciens quo maiores propter Deum reliqueris, vberiores à Deo ſuſcipies, vbi veri honores ſunt, non perituri, nec de mundo delati, ſed inde nati.

Modeſtia in accipiendis honoribus.

Vnde inſanus eſſet, qui ad Sinas ſericas telas inueheret, aut ad inſulâ Luſitaniæ (vulgo *Delamadera*) dulciaria multa conueheret; ferto tecum quæ itineri ſunt neceſſaria, vix enim in inſulam appuleris, cùm ingentem copiam inde tranſuehendam videas. Ne in cælum deferas honores, vbi ſuppetunt diuini & ſempiterni, ſatis ſit eis vti opportunis itineri & muneri tuo peragendo, terreni enim pedibus conculcandi ſunt, Iſai. 28. *Pedibus conculcabitur corona ſuperbiæ ebriorū Ephraim, & erit flos decidens gloriæ exultationis eius qui eſt ſuper verticem vallis pinguium. Flor que ſe cae mañana, y ſe ſeca.* Addit aliam ſimilitudinem, *Quaſi temporaneum ante maturitatem autumni, quod cum aſpexerit videns, ſtatim vt manu tenuerit, deuorabit illud. Quiere deſir, que durarà vueſtra honra tanto como durarà el higo temprano en la mano del muchacho goloſo, que apenas miro el higo, y ya le tiene en la mano, y luego en la boca.* His autem qui honoribus ſe abdicarunt propter Deum, quanta gloria maneat; ſubdit, *Erit Dominus exercituum corona gloriæ, & ſertum exultationis reſiduo populi ſui.* Tege igitur marceſcibilem coronam, qui immortalem cum Chriſto Rege expectas.

13. *Ornatus iſte quid denotet.*

Et impoſuerunt ſuper humeros veſtimenta ſua. Quàm vili cultu contentus eſt Rex regum! Vbi ſunt, Domine, equi præſtantiſſimi, quos Hiſpania fert, vel Gallia, pulcerrimè & magnificè ſtrati, frænati, & bullis pretioſiſſimis, ephippiis ſericis ornati? Audi, cùm Deus tantummodo Deus erat, non qualicumque equo nec tegumento vtebatur, ſed Cherubinis, *Qui aſcendit ſuper Cherubim, & volauit ſuper pennas ventorum, amictus lumine ſicut veſtimento*, &c. At homo factus ſimilem abiectionem gloriam reputauit: ita ſimiliter eques nobilis & princeps, cùm ſecularis erat, mirum non eſt, ſi honori ſuo & ſplendori conſulat moderatè ſaltem, & pro dignitate, ſemel autem exauthoratus, profano cultu, & ſacerdotalibus vel religioſis ornamentis indutus contrariis gaudere debet, & gloriari in panno magis quàm in purpura, *ſicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animā ſuam in redemptionem pro multis. Hecho hombre, deſto me precio, eſſotro como cayere.*

Chriſtus homo factus ad multa ſe facile abiecit nec indigna Deo.

Pietas communis plebis quanta facit bona opera.

His additur pietas ſingulorū, hic pallium ſubſtrauit, ramos ille excerpebat, ſuſcipiebat iſte, laudabat alter; nunquam enim ſic indigemus, vt nobis non ſuperſit aliquid Deo offerendum; qui paucis contentus eſt, dummodo à noſtra voluntate procedāt, in qua totus pauperum ſiſtit theſaurus, vt ait Auguſt. [a] *Voluntas bona theſaurus pauperū, habet ſemper vnde det, cuius plenū eſt charitate pectus.* Hanc etiam reddit cauſam D. Greg. [b] quare ſanato iuueni Luc. 13. *redire in domum ſuam iubet Chriſtus*, nec ſequendi ſe facultatem dedit: quod enim in aliis realis & vera imitatio & ſequela fecerat, in hoc bona voluntas cōpendioſè præſtiterat; illi ſequendo, iſti deſiderādo. Quam ſynceram voluntatem ſic amat, vt notat Tertull. cùm Deus tot ieiunia in lege veteri ex præcepto iniūxerit, in Euāgelio nulla præſcripſerit, vt puritas legis gratiæ in eo clareret; ſi nulla lege coacti idē quod Deo placet, perageremus; magis Deo gratum, quia magis voluntariū; imò, vt notat Nazian. [c] tenuitati pauperum prouidens, qui tabernaculū eximio opere elaborati abintus iuſſit, deforis pellibus opertum eſſe decreuit, quo & obſequio pauperum locus eſſet, & indigentia non tolleret bonam offerendi voluntatem: quæ oblatio quàm grata ſit, dicat Magdalena, quæ cùm diues erat, attulit alabaſtrum vnguenti, quod etiamſi placuit, non ſicut lacrymæ quas ex paupertate & amore effudit; itaque voces & lacrymas ſuſcipit.

a In ſeſ. 36.
b 16. Moral. cap. 12.
Luc. 13.
Bona volūtas multū valet apud Deum.
c Orat. in ſanctū Baptiſma.
Exod. 26

14. *Corda ad ſe allexit in quo diuinitatem oſtendit.* *Simile.*

Oſanna filio Dauid, &c. En corda oraque inimicorū reſerauit, in quo ſe verum Dei filiū manifeſtauit, & habere clauem, hoc eſt, poteſtatem Dauid regiam & diuinam. Quod conſultò fecit Pater æternus, vt inimicorum corda conuinceret: nam cùm rex ſingulariter amat famulum, idē amor duo poſtulat, vt largas illi mercedes tribuat, & vt præluceant merita talibus muneribus digna. Eadem ratione, licèt Deus nullo præcedente merito, imò obſtante demerito ſoleat ſicut Saulum in Apoſtolatum accire, vt peccatorum ſpem & corda erigat, communiter tamen Abrahamum filium offerre iubet, vt magna illa cōferat dona, *Quia feciſti rem hanc*, &c. Gen. 22. Saulem ſimiliter proceritate & fortitudine inſignem eſſe voluit, vt liberè aſſerat, *Certè videtis quem elegerit Dominus, quoniam non ſit illi ſimilis in omni populo.* Dauidem quorſum victoriis, & trophæis illuſtrē fecit, niſi vt perilluſtrē eius in Euangelio mentionē inſereret? ſicut Elizabeth & Zachariæ laus præmittitur ſanctitatis, quibus tantus filius præcurſor dono dandus erat. Et dum hæc minutius quàm par eſt concedimus, quorſum Spiritus ſanctus *Act.* 8. œconomum reginæ Candacis laudat religionis, peregrinationis, quā egerat ad orandum in templo Hieruſalem, & in itinere lectioni vacauiſſe Iſaiæ, niſi vt Deus adoptionis & iuſtificationis operi maiorē exiſtimationē pareret ſubitò in filiū Dei referenti, & ipſe pariter eunuchus maiorem ſui expectationem concitaret? Ideo *Paralip.* 19. dixit Ioſaphat ſuis gubernatoribus, *Videte quid faciatis, non hominis exercetis iudicium, ſed Dei.* Et in quo imitandus? *Non eſt apud Deum noſtrum iniquitas, nec*

Maiores gratias & dona Deus collaturus maiora obſequia poſtulat.

acceptio

Digitized by Google

acceptio perſonarum, nec cupido munerum. Igitur qui in ſingulatibus hæc obſeruat, in vniuerſali & principali cauſa vtique oportuit obſeruare. Vnde vt amori erga nos ſatisfaciat, & miſericordiæ quæ in nos propendebat, filium ſuum vnigenitum dedit, vt Redemptor perſona eſſet infinita: vt autem ſuam rectitudinem, æquitatem, & iuſtitiam oſtentet, & homo pariter redemptus, & honore affectus maneret, effectum eſt vt homo verus ex ſuo ſanguine numeratâ pecuniâ quidquid debebatur exolueret. *Erat*, inquit Paulus, *Deus* (Pater Auguſt. [a] explicat) *in Chriſto* (id eſt, erat Deus ſicut ipſe dixit Ioan. 19. *Ego in Patre, & Pater in me eſt*) *mundum reconcilians ſibi.* Sed quoniam ad iuſtificandam ſuam æquitatem veſtiri carne oportebat, addit. *Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit* (id eſt, carnem) *vt nos efficeremur iuſtitia Dei in illo, Para que quedaſſemos nos otros acreditados y honrados con tales meritos, no nueſtros, mas de nueſtra parte.* Vnde qui ſalutem expectat, non *ſoluat Dominum Ieſum*, ſed ſumat Chriſtum ſicut aureum funiculum; in quo etiam ſerica fila ſubſunt non contemnenda, imò pari pretio æſtimanda atque aurum; ita nemo ſoluat humanitatem à diuinitate. Quod ita obſeruari voluit Chriſtus Dominus, vt verbis & operibus humanitatis verba & opera diuinitatem atteſtantia ſubiungeret, vt eleganter Leo Magnus [b], *Saluator humani generis condens eam fidem, quæ impios ad iuſtitiam, mortuos reuocat ad vitam, ad hoc diſcipulos ſuos doctrinæ meritis & operum miraculis imbuebat, vt idem & vnigenitus Dei & hominis crederetur: nam horum vnum ſine alio non proderat ad ſalutem: & æqualis erat periculi Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum aut Deum ſine homine, aut ſine Deo hominem credidiſſe.* In quo autem magis eluxit poteſtas? in ſedando mari minimè, ſed in commouendo & concitando voluntates, *Commota eſt vniuerſa ciuitas*, nullâ illata vi, libero arbitrio, quod diuinum eſt, & auguſtiſſimum attributum, *Dominus*: tunc enim ſe Dominum oſtendit, cùm voluntati dominatur. Itaque repentè mutat voluntatem hominis illius, qui aſinam & pullum è veſtigio dedit, quia Dominus his opus habet. Mouet ſecundò corda populi; quorum exultationem dum ſacerdotes cohibere volunt, ait, *Si iſti tacuerint, lapides clamabunt.* Tertiò ſummâ poteſtate à templo eliminat vendentes, nullo reſiſtente, inter quos ditiores aggreſſus eſt, vt notauit Rupertus, puſillis relictis, *Potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo; tuum brachium cum potentia: llaue tenéis de los coraçones.* Faber ferrarius viginti ſeras alicuius monaſterij conficit omnino diuerſas, vt omnia ſecura & cuſtodita ſint apud religioſos; ſed mirabili arte vnam clauem conficit, quam magiſtram vocant, ſeu communem, quam ſolus ſuperior ſeruat, quæque reſerat omnes. Ita Deus vnicuique ſeram ſui liberi arbitrij affixit, quæ renuente à nullâ poteſtate cogitur: ſummus verò voluntatum artifex clauem ſibi reſeruare potuit, quâ nullam inferens vim potenti virtute corda inimicorum pertrahit, allicit, ſed non cogit, imò puerorum corda, qui adulterari nequeunt, commouet. Chryſoſtomus [a], *Teſtimonium irrefragabile puerorum, in quibus ſola natura conteſtabatur in excelſis*, Oſanna in excelſis, non in terrenis, vbi fallax teſtimonium eſt: vt verum ſit illud Gen. 49. *Iuda te laudabunt fratres tui, manus tuâ in ceruicibus inimicorum tuorum.*

Margin notes: Idem æquitatem ſeruauit Deus in opere Redemptionis. — a Epiſt. 68. — In Chriſto duæ naturæ ab vtraque pretium & valor meritorum emanat. — b Ser. de paſſione. — 15. — Sũma Chriſti poteſtas hodie plusquam in mari eluxit. — Matth. 21. — Ioan. 12. — Ioan. 19. — Cordis claues habet Deus. Simile. — a In imperfect. in Mat.

16. In quo tamen ſe Deum magis declarauit, mors fuit, in quam tanquam Deus aſcendit, *Qui aſcendit ſuper Occaſum*; non ſolùm ob ipſam, quam ex ignominia peperit gloriam, ſed quia mortem obiit diuinam. Quid ais diuinam? Diuina dicitur; ſicut regia pietas dicitur, non quia Rex miſer ſit, ſed quia Rege dignam miſericordiam exhibet. Mors iſta nihil excludit, nullum reſpuit peccatorem. Bernardus [b], *Quid enim tam ad mortem, quod non tuâ morte ſaluetur? Que enfermedad tan de ſabuciada, que no la cure eſta muerte?*

b Ser. de paſſione.

Pòſt verò bona mortis alto ſermone prædicare incipit, *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit*, &c. vbi de bono mortis à nobis agendum, niſi iam inſtitutione 35. cùm de iuſtorum morte ſermo occurrit, actum ſatis fuerit.

EXTREMI MALI ET ÆTERNI cruciatus denuntiatio, non vt mæreat NOVVS HOMO, ſed vt caueat, non ad magnitudinem pœnæ, ſed ad grauitatem culpæ vitandam, deſcribitur, ſuadetur.

INSTITVTIO LXI.

17. NOLO te triſtem ac mœſtum reddere (Venerande Senex) dum inferorum ſedem, altum puteum, æternas flammas, cruciatus terribiles, Dei deſiderium, vmbras ſempiternas deſcribo; nec enim eſt cur quis triſtitiæ ſe tradat, ex eo quòd miſerum homuncionem quem taurus cornibus iamiam impetu appetit & inuadit, cauere ſibi admoneat, & contenta acceleri voce fugere ac properare præcipiat. Quorſum enim putas equo pallido inſidens mors deſcribitur, & eius inſectator infernus, niſi vt mortales admoneantur, & cautelam addant, quia ſi omnium ter-

Memoria inferni non ad mærorem, ſed ad cautelam refricari debet.

 ribilium

ribilium terribiliſſima mors, *poſt hæc autem infernus*, multo plus cauendus infernus eſt, multo horribiliores inferales flammæ. Igitur vox erit ſalutis & diuinæ laudis, hæc diuini verbi perſuaſio & extremi mali fugiendi inſtitutio, quæ & tibi viam vitæ, & Dei gloriæ eiúſque iuſtitiæ præconia denuntiat. Quod Iſaias tectis verbis, ſed non nimium obſcuris prædixerat. *Et auditam faciet Dominus gloriam vocis ſuæ, & terrorem brachy ſui oſtendet in comminatione furoris, & flamma ignis deuorantis: allidet in turbine, & in lapide grandinis.* Laudauerat Dei verbum bonitatem Patris cùm pependit in cruce, modò verò iuſtitiæ eius gloria decantanda eſt, non in cruce, nec in gloria, ſed in inferno, iam ſicut fur pendens in ligno melius quàm cùm liberè vagabatur, laudat iuſtitiam; ſic etiamſi peccatum, quod Deus in vita tolerat, eius miſericordiam commendat: at cùm in inferno ſimul in vnum pœna & culpa conſonant, harmoniam mirabilem efficiunt, & gloriam Domini decantant. *Gloriam vocis ſuæ & terrorem brachy ſui oſtendet.* Duo igitur hæc audiamus; & grauitatem culpæ quæ tali pœna punitur, & immenſitatem pœnæ quæ nunquam humana mente concipitur, aut lingua explicatur.

Cap. 30. 30

Conſonantia pœna & culpa etiã in inferno iudicem æternum laudat.

SVMMA INSTITVTIONIS.

18. I. Eſt vtique infernus, nec inficias ire quis poterit niſi hæreticus, aut, ſi quid ſtultius eſt, Ethnicus homo; quia etſi non multi ab inferis redierunt, vt ait Chryſoſtomus, abiiſſe tamen quamplurimos ad inferos dubitandum non eſt, imò ab inferno litteras allatas comperimus. Cùm enim profligatiſſimus vir ab vxore ſua blandè corriperetur vt mores in meliorem frugem mutaret, ne, vt concionator minabatur, æternas flammas incurreret, abi, inquit, ſtulta, tu credis feriò hæc à prædicatoribus agi, fingunt hæc, & inferni cruciatus exaggerant, vt mentito terrore homines contineant, quia ſi infernus ſit, nec ne, Deus ſcit. His dictis ſubita morte correptus, teterrimum fumum emittere cœpit, exilit lecto mulier, vocantur ancillæ, afferuntur lumina, & truncum iacens cadauer in carbonem fumigantem conuerſum inuenitur, has litteras carbone inferni deſcriptas in manu tenens, *Iam certus factus ſum quòd eſt infernus*; qui enim Euangelio non credunt, hac ratione erudiuntur, miſſo ſcilicet igne de cælo, vt ait Ieremias, *Miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me, es gran maeſtro el fuego*; ideóque ab inferis redire concionatorem aliquem ſtultus ille diues poſtulabat, neſciens maioris eſſe authoritatis vocem noſtram quàm inferni flammas quibus ab inferis rediens, quis damnatorum pœnas illas indicaret, huic enim viſioni ſubeſſe poſſet falſum, verbis autem Dei nulla falſitas poteſt contingere; *habemus enim propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes*, &c. Eſt enim inferni pœna vltimum iuſtitiæ punitiuæ remedium, decebat enim vt Dei iuſtitia omnibus modis infirmitati noſtræ ſubueniret; atque adeò ſicut cùm tumor vlceroſus in corpore ſit, & blanda pharmaca non iuuant, ferrũ adhibetur candens, & adurens. Sic Deus poſtquam pietatis remedia & pharmaca ſanguinis, lacrymarum & meritorum ſuorum præſtitit, cùm nihil profeciſſe videt, ferrum & flammas afferri mandabit. *Et erunt poſt hæc decidentes ſine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum: quoniam diſrumpet illos inflatos ſine voce, abrira el apoſtema con fuego quando no ſe ablandare con miſericordias.*

Certiſſimum eſt infernum ſupereſſe peccantibus.

Henricus Gran. & Cæſarius, videantur in ſpeculo exemplorum verbo Infernus

Thren. 1

Docet Dei iuſtitiã pœnas ſtatuisse eſſe peccatis.

19. I I. Quàm grande malum ſit vno verbo dicam. *Vltimum eſt & irreparabile*, quid amplius dici poteſt. Nam cùm Deus & Pater creaturæ quam condidit poſt longam expectationem, ad vindictam tandem accingitur, qualem putas iram effundet? Eccleſiaſtici 5. *Ne dixeris peccaui, & quid mihi accidit triſte*; & reddit rationem, *Altiſſimus enim eſt patiens redditor*, differt enim Deus ab aliis iudicibus, reliqui enim aut diſſimulant, aut ſeuerè puniunt, Deus verò paterno quodam & grauiori ſupplicio caſtigat, nempe tolerantia, & multo quidem acrius, quàm ſi grauem inferrent plagam. *Hæc ſi Deus pollere permittat, tunc indignatur grauiùs: hæc ſi impunita dimittat, tunc punit infeſtiùs*; datur enim locus vt virga refloreat, *floruit virga*; & addit, *quoniam nihil infelicius felicitate peccantium qua pœnalis nutritur iniquitas: terrible caſtigo criar vn hyo y permittirle viuir y crecer para la horca.* Hinc illa mira peccatoris ſtoliditas permanendi in peccato & obſtinatione ortum habet, vt notauit D. Iuſti. Martyr. [a] Putabant enim ſeueram Dei comminationem citò implendam, & aiebant per Iſai. *Feſtinet, & citò veniat opus eius, & videamus, & appropiet, & veniat conſilium ſancti Iſraël, & ſciemus illud.* Diſtulit autem Deus aduentum Romani exercitus & alias plagas, ex quo duriores facti ſunt, ſed hæc ipſa tarditas & patientia in grauius redundauit ſupplicium, eſt enim patiens *redditor*. *Caſtiga con ſuffrimiento, y quando ſe acaba el ſuffrimiento es mal ſin remedio*, & vox illa *væ*, indicat irreparabile malum. Cæterùm per hoc noli exiſtimare Deum iram continere vt

Vltimum & irreparabile malum eſt.

August. alibi à nobis citatus

Tolerantia diuina genus ſolet eſſe ſupplicij.

a Apolog. 2. pro Chriſtianis in illud Iſai. 5. Rom. 4.

grauiori

grauiori ſupplicio puniat, primò enim intendit expectare, ſin minus punire, vt *Non continet iram Deus vt ſeueriùs puniat, ſed expectat vt pœna minor ſit dando pœnitentia locum.*
Rom. 2. 4. Paulus notauit. *Diuitias patientiæ eius contemnis? ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit:* inuitat, imò adducit te ad fores indulgentiæ, cui ſi reſiſtis, iam extrema ira accenſus ſic punit vt in æternum puniat. *Patietur Deus te in æternum puniri*, quo nihil amplius dici poteſt. *Suffrira Dios el ver te padecer.* Tu tormenta ſu-
a Ser. 122. ſtinebis, ille patientiam, vt breui ſermone comprehendit Chryſologus [a], agens enim de illa dura benignitate qua Abraham diuitem inferno *filium* nuncupauit, ait: *Voco filium vt in me mea patientia, & in te tua maneat pœna.* Eadem ratione ſummus Pater cùm patiens redditor eſt, dum decernit punire, ita fit vt tormenta maneant in damnatis ſine fine & patientia in punitore æterna, ſicut ipſe æternus eſt; nam poſt inflictum extremum malum illud ſupererat indubitatum manere, nempe, Deum patienter tolerare creaturam ſuam in æternum torqueri.

Sed non grande ſolùm malum, verùm graue admodum & intolerabilis magnitudinis eſt, præcipuè homini imbecillo, delicatæ fœminæ: grauitas autem huius tormenti ex loco in quo eſt deprehendi poteſt, vocatur enim *locus tormentorum.* 20.
Expertus loquitur diues iſte, ſciebat enim hanc vitam non verè dici locum tormentorum, alia enim alia ſuperant, & priorum obliuionem inducunt, nec locus naturalis eſt, nec in ea plura ſimul eſſe poſſunt, niſi, vt ait Seneca, leuiora & mitiora ſint. At in inferno ſunt in natiuo loco, & omnium tormentorum continentiſſimo, quaſi vnius tantùm eſſet capax, & minus non leuius ſentitur quàm maius. Nam quid eſt, quæſo, ſitis linguæ aridæ, cum flammis & totius corporis ardore, nónne ſtultus videretur qui è mediis flammis aquæ potum ad ſitim linguæ reſtinguendam poſceret, nónne conſultius eſſet optare in ſtagnum profundiſſimum mitti; cur ergo ſitis meminit diues inter flammas inferni? Dicam: vt inde conjicias ô mortalis homo, quanta te totum & infirmam carnem maneant tormenta reliqua, vbi hæc vna ſitis ſic vexat, ſic excruciat diuitem, vt ſtultam vocem emittat, & guttæ vnius ſolatia quærat. Hoc ipſum *Grauitas tormenti & cruciatus ex loco deprehenditur.*
b Ser. de Lazaro, & diuite. Chryſoſtomus [b] obſeruauit in Lazari fame. *Quanta in iſto pœna eſt, in quo inter tanta vulnera non meminit dolores plagarum, ſed famem.* Si corruptis & vermicantibus vulneribus vermium non eſt memor, ſed famis, quanta putas excruciabatur fame? Fac in ſimili forma argumentum; ſi in mediis flammis ſolius ſitis memor eſt diues, quanto dolore afficiebatur ex tormentis, qui tali cruciatu linguæ exclamare cogebatur, imò & ſubſidia ab inimicis poſtulare, & ſanctos exorare, ſancti enim non amant Dei inimicos, quos palàm iam in tormentis eſſe comperiunt, imò potiùs oc- *Confirmatur argumento ſacra Scriptura.*
c Suprà. cupant locum pietatis, pectus nempe & diuinum cor, vnde Chryſologus [c] diuiti reſpondet, *Miſerere mei Pater Abraham. Bene* (inquit) *diceres, ſi Lazarus in ſinu reſidens ipſum pectus iudicis non teneret:* appellas, ad miſericordiam confugis, ad immunitatem clementiæ tanquam ad ſacrum aſylum; ſed ô infelix, vide quia anteuertit Lazarus, & præripuit ſedem, occupauit ſinum & cor Abrahæ, ſed vi tormentorum compulſus in ſubſidium vocat inimicos, & affuturos ſibi ſperat. Iob namque vtpote qui medicabili morbo laborabat ſolùm amicos in auxilium vocauit, at iſte in immedicabili malo cogitur inimicos inuocare, vt quàm longè ſit à remedio manifeſtum fiat, ſiquidem minori tormentorum ſubueniendo inimicos non defuturos putauit.

Adde grauitati & magnitudini æternitatem. Bene molæ aſinariæ ſymbolo declaratur, circumuolutio enim rotæ apprimè declarat perpetuitatem motus. Quæ- 21. *Æternitas cruciatuum ſuperat magnitudinem & acerbitatem.*
cumque enim ſub vexillo motus militant, viciſſitudinem & finem habent: hæc autem ſunt bona & mala huius vitæ, nam ſi bona ſemel ſphæram gloriæ attingunt, æternùm durant; ſi verò in infernum malum aliquod deprimatur, æternum fit, ſicut mors præcipitata in infernum æterna facta eſt, vnde quidquid doloris in vita contingit, non rotæ, ſed ſagittæ nomine ſignificatur. *Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt*, labores & ærumnæ torporariæ ſunt, & finem habent, motus enim ſagittæ inter duos terminos intercipitur & ceſſat: at cùm rota in ſeipſum circumuoluitur, & nec per ſpatia loci, ſed temporis reuoluitur, in æternum poſſe malum durare propriiſſimè exprimit, *vox tonitrui tui in rota*, vt alibi ex Auguſtino ponderaui. O æternitatem! ô interminabile malum! ô diuturnitatem! ô perpetuitatem nunquam ex auribus animiſque noſtris deponendam, quæ non ad ſexcenta annorum millia permanebit ſolùm, ſed cum omni eſt Dei immortalitate coæquanda; & aliis & innumerabilibus ſemper effluentibus, totidem infinita ſuccedent atque renaſcentur ſæcula. Quamobrem Chriſtus Dominus cùm ignem æternum dixit non loquutus eſt vt ſæpius Scriptura con-

ſueuit

ſueuit, intelligens æternum quod per multa ſæcula durat; quia nec finietur æternitas, nec damnati, vt infrà dicam, deficient in æternum; & vt nos ab hac falſa opinione liberaret, vt notat Auguſtinus [a], non ſatis viſum ſibi eſt ignem æternum nuncupare, ſed addidit in illo igne æternum fore tormentum, *ibunt hi in ſupplicium æternum, aut,* vt Auguſtinus legit, *in combuſtionem æternam, a los ardores eternos los enbia y no lo ſeran. hoc prouidens Dominus Ieſus ſententiam ſuam concluſit, ita dicens; Sic ibunt hi in combuſtionem æternam: erit ergo æterna combuſtio ſicut ignis*; præuidit enim incredulitatem, & temeritatem, nam qui vix credunt æterna tormenta, audentiſſimi ſunt ad promerenda: terreamus igitur illos ignem obücienres, & affirmemus fore æternos, vt credant, futuros, & error omnis erga tantum malum amentibus hominum euellatur.

Æternitas pœnarum ex Euangelio indubitanter adſtruitur.

[a] Lib. de fide & operibus, cap. 15.

22. Potéſtne æternitati aliquid grauius addi? ita; id nempe quod æternitatem conſequitur, quod eſt, nempe hæc tormenta omnia eſſe ſimul, ſicut ipſa æternitas quæ nullis æui finibus, aut temporis ſucceſſione circunſcribitur. Quod vt ſimul credas & intelligas, audi Iſaiam. *Onus Moab.* Titulus culpam eius prodit: *Ego Dominus qui ſeruo eam* (vineam) *repentè propinabo ei.* De iuſtis loquitur qui fructum adinuentionum ſuarum comedent. Itaque comedet quiuis quod ſeminauit, aut plantauit, qui vinum protulit generoſum, generoſo item potabitur vino, qui fœtens & amarum, amari atque fœtentis vini poculum hauriet. Sed pro *repentè* in Hebræo eſt *lirgaim*, quod frequentem repetitionem ſignificat actionis aut officij, ac ſi dicat, ſingulis momentis, ſiue indeſinenter propinabo; illud ergo *repentè* explicat frequens & continuatum officium, nam לרגעם *lirgaim* momentum eſt, & ad ſingula momenta valet, *en vn trago y en vn momento le daran a beber el eterno mal y eſe ſe repite por vna eternidad.* Quòd ſi propinare idem eſt quod rigare, ſicut *Gen. 2.* fons aſcendebat de terra irrigans vniuerſam terram: ſicut miram benignitatem Dei denotat erga iuſtos quos per momenta irrigat, & in æterno virore conſeruat; ſic mirificè eius iram declarat qui damnatos non irrigat ſolùm tormentis, ſed per momenta, ne deſit pœna: ſicut arbores iuxta aquas plantatas, vt in ſempiterno tormento ſint. Sed de hac paterna indignatione & conſtantia in puniendo iam agamus.

Supra æternitatem augentur pœnæ eo quòd ſimul ſunt omnes.

Iſai. 15.

23. Poſt hæc enim ſolùm tormenta exaggerat ira paterna non ſolùm, ſed perſeuerantia in puniendo, quam eleganter depinxit Iſaias, *Onus Moab*, inſcriptio peccatum manifeſtat. Duo filij nati ſunt Loth ex maiori magíſque perìculoſo incendio filiarum ſuarum, quàm quòd recens à tergo reliquerat in ardente Sodoma; alter ætate maior vocatus eſt *Moab*, id eſt, de patre, quòd nomen ſupplicij quoddam genus videtur fuiſſe, vt in filij nomine quaſi conſignatum extaret exectabile quoddam monumentum, quo poſteritas omnis nefarij concubitus flagitium cognoſceret, *eſtos traben eſcrita en la frente ſu condenacion que los que no eſcarmienta en el fuego de aca van a parar al de alla. Quia de nocte vaſtata eſt Aſſur, Moab conticuit.* Obſeruat Hieron. his verbis exprobrari peccatum, & dignam pœnam eius declarari; nam Moab quoniam de inceſto concubitu conceptus eſt, ideóque conuitium iſtud ſolitum erat iactari à finitimis gentibus in Moabitas & Amonitas, qui ex nocturno, hoc eſt, ignobili atque obſcuro conceptu, quique celati debuit, nocturnis tenebris propagati ſunt. *Muertes repentinas, por peccados publicos y fuera de regla y inſolentes.* Aliam notam ſubdit, *vitulam conternantem*; ſic vocatur Segor, etiam à Ieremia, *conternans*, triennis, vel tertiò inſtaurata. *que la he eſperado y remediados vnados y tres veces. Conternantem* trima vitula, ſiue triennalis, robuſta & pulcra, vt explicat Cyrillus & Baſilius, quia pulcrior ex vrbibus erat quæ vltricibus flammis conſumptæ ſunt. Vitulæ autem nomine eius luxuria denotatur, vel nomine trium annorum quàm breuiter infortunium ſubitutam Segor laſciuam, ſignificat. *Que a eſtos peceadores ſin ſer propheta ſe les puede decir, ganadillo de muerte poco te duraran tus placeres que fenece nen lla mas eternas.* Aliud ſignum additur, *aquæ enim Nimrim deſertæ erunt.* Nimrim locus aquarum iuxta Segor ex Hieronymo, & dicuntur Nimrim, id eſt, amaræ: nam eædem aquæ quæ illam fertilem & amœnam conſtituerunt, turpioris intemperantiæ domicilium verè illi attulerunt vaſtitatem. *Tanto regalo y permiſſion de Dios en que auia de venir a parar ſino en condenacion eterna?* Mox addit hanc perſeuerantem Dei iram, quia ſicut, vincti à cuſtode viſitari ſolent, & compedes & catenæ ne ſoluantur arctiſſimè ſolent comprimi, & luſtrari omnia, atque effugia intercludi; ſic poſt ſæcula innumera ira Dei viſitabit illos. *Secundùm magnitudinem operis viſitatio eorum, ad torrentem ſalicum ducent eos, quia aquæ Dibon repletæ ſunt ſanguine, & ponam*

Perſeuerantia diuina ira in puniendo auget pœnarum grauitatem.

Sodoma flamma indices ſunt æternarum.

Hebraica vox *ſoliah* ternarium ſonat, vide P. Gaſpar Sanchez.

Simile.

ſuper

ſuper Dibon additamenta. Omnia ſigna ſunt pœnæ infernalis. Prima *ſecundum magnitudinem* pœnæ ſenſus deſcriptio eſt. Secundò *viſitatio*, quæ fit poſt multos dies, ſuſpenſam pœnam denotat, quæ valde exagitat vinctos, *& poſt multos dies viſitabuntur.* Tertiò ad *torrentem ſalicum*, rabies denotatur, & dolor incredibilis ex Dei priuatione, *non videbo Dominum in terra viuentium*; eſt enim vero pluſquam ſimile ſpectaſſe Prophetam cùm hæc diceret ad illud Pſal. 133. *Super flumina in ſalicibus, in medio eius ſuſpendimus organa noſtra.* Mox addit tumultuariam illam damnandorum occiſionem & proiectionem. *Quia aquæ Dibon repletæ ſunt ſanguine*; ita graſſaturum hoſtile ferrum in Dibon, vt riui occiſorum ſanguine augeantur. *pena de muchos ſin diſtinciõn de rico a pobre.* Mox addit quod deſiderabamus explicare, *& ponam ſuper Dibon additamenta, teſon de la diuina iuſticia.* Finge ciuem aliquem in carcerem miſiſſe inimicum ſuum, vt lentis tormentis affligeret, & repertis flagris vindictam ſumeret, ſi poſt decem annos iterum rediens mandaret, date illi maiora tormenta, ſi poſt triginta adhuc in furore perſiſteret, ac pertinaci ſæuitia carnifices adhue cruciatus iterare præciperet, nónne diabolicam & inauditam iram diceres? O Pater clementiſſime, quid hoc de te prædicem? poſt tot ſæcula, poſt ſolertem luſtrationem & viſitationem, poſt infinita ſæcula iterum atque iterum deſæuiens furor tuus tortoribus mandabit, *ponite additamenta*, torqueте eos ampliùs, pergat ſupplicium. Haymo & Dionyſius explicant, *additamenta*, id eſt, plagam ſuper plagam, *daldes daldes, mas & y mas y mas.* O malum! eo quidem grauius, quo à ſummo bono ſui vindictam exequentis prouenis, & captum ſuperas hominum & Angelorum.

Vna ex ſ…ma pœn… ſ… flata.

A ſimili.

Sed quia Deum amiſiſſe ſummum malorum eſt, non eſt hæc derelictio, hæc amiſſio, hæc diſtantia ſilentio inuoluenda. Cogita diuitem, qui plenam fert ſecum crumenam numis aureis ad nundinas, fur verò clam ſurripit, & aufugit; cùm ille tempore ſolutionis furtum deprehendit, vt pallet, vt ſilet, vt ſtupet, quales voces deinde in ſurtipientem, in ſeipſum, qualia probra conicit. Diſce ex his iacturis rem grandem, & ex temporaneis æterna conuce. At dices, propè eſt Deus, & poterit facilè iactura reſarciri. Falleris ſtulte, hoc enim putauit alter ille ſtultus; nam licèt per pœnitentiam quaſi per gradus anima eò vnde reciderat redeat, & ablata pœnitentia ſumma eſt diſtantia à peccatore ad Deum. *Fruſtrà itaque agis pœnitentiam* (ô diues) *vbi non eſt pœnitentiæ locus*, ait Chryſoſtomus. Quæ enim ſcala ab inferno cælum poteſt attingere? à terra ad cælum ſcimus gradum poſſe fieri, ſcala illa Iacob, vt 2. Reg. 23. indicarum eſt: nam vbi nos legimus, *Dixit vir cui conſtitutum eſt de Chriſto Dei Iacob*, D. Hieronymus [a] ex Hebræo refert, *cuius conſtituta eſt ſcala Chriſto Dei Iacob.* Scalam autem eſſe pœnitentiæ apertè declarat. *Scala eidem Chriſto Dei Iacob*, id eſt, Dauid, *conſtituta eſt, per quam aſcenderet ad Deum, eo quòd idem ſcilicet confeſſus fuerat ſe peccaſſe in Vria Etheo, & pœnitentiam agens per hanc ſcalam conſcenderit ad Deum.* Itaque pœnitentia fuit pro ſcala Dauid, vt ad Deum rediret: at verò ab inferno ad cælum abſit, profundior enim eſt. *Chaos magnum firmatum eſt, vt qui velint hinc tranſire ad vos non poſſint, neque indè huc tranſmeare, no es mas poſsible hallar paſo del cielo al infierno que del infierno al cielo. Fruſtrà igitur agis pœnitentiam vbi non eſt pœnitentia locus. Perdida de Dios ſin aſperanza de recuperarle, eſte es el infierno.* Hinc oritur illa inueniendi curioſitas, illa ſolertia, quæ non niſi canis ſagacis impetu & celeritate in indagando poteſt explicari, qui ſi ſemel catena alligatus eſt, & hora cœnæ, aut prandij impendet, atque acutiſſimo olfactu cibos odoratus eſt, videas brutum animal ire, & redire conari, & quaſi ſolutus ſit iterum, atque iterum ad odorem pergere, nec voce, nec virga, nec denique catena queat appetitiua vis illa cohiberi. O anima quæ in inferno ſemel alligata vltimum finem tuum ſubodorata es, quid ſi in cælo conuiuij illius æterni epulas olfeceris? quid ſi accumbentes videas? quid ſi Deum accinctum miniſtrantem audias? quali impetu in finem tendis? infinito quidem atque adeò impatientiſſimo, ſiſte, fruſtrà conaris, *non videbis Deum in terra viuentium.* Quis hîc me detruſum tenet? culpa; & quis damnauit, Deus? hic nónne eſt qui condidit, & conſeruauit? ita; cur ergo ſic ſuam exagitat creaturam? quia ſua iam non eſt? iam ego Dei non ſum, nec penes Deum eſt cura de me? nullas execror igitur ſummum bonum, odi Deum, & quòd bonus ſit pœnitet, & Deo ipſi mortem imprecor, & ab omnibus odio haberi cupio. O infernus! ô pœna horribilis non animis tantùm, ſed & auribus iuſtorum qui te verè norunt Deum, & vt par eſt diligunt. Quis contra me ſententiam dixit, Chriſtus? cur hic quod redemit

24.

Summum & extremũ malorum Deum in æternum amiſiſſe.

Simile.

Scala eſt pœnitentia quà ab inferno peccato ad gratiam & ſpem gloriæ aſcendimus.

[a] Quæſtio. in Hebraica.

Immenſa auiditas naturæ Deum adipiſcendi.

Simile.

Blaſphemant in inferno animæ parcarum, pœna horribilis & quam horrent aures iuſtorum.

demit exterminat, quos vocauit repellit, pro quibus mortuus eſt morti adiudicat æternæ? quia æquiſſimus iudex eſt, & culpæ vindex ac ſui ſanguinis; væ ſanguini, pereat vita mórſque Redemptoris, deleatur de mente ac memoria, quæ ſic damnat mortales, nónne quinque illi fontes pietatis eius (vulnera inquam) patent eis qui ad miſericordiam confugiunt? ita, ſed ſerò iam venis. Ibo ad Matrem piiſſimam? fruſtrà, hæc iam leænæ inſtar rabidæ te quaſi hoſtem filij inſectatur. O, pereat virgo, pereat lac & vbera, quibus filium lactauit. Sat eſt, iam noui Domine quid ſit infernus, quia noui quis qualíſque ſit Deus.

25. *Vellent nō eſſe damnati.* Hinc iam remedium in nouo deſiderio collocant, vellent enim non eſſe, & in nihilum redigi, fruſtrà tamen, eſt enim hoc deſiderium in primis contra naturam, nam Lucifer ipſe quando Deitatis æqualitatem appetiit, in propria natura permanere putauit, ideo ſolùm dixit, *Similis ero Altiſsimo.* At nihilominus hi ſic finem tanti mali anxiè & ſolicitè meditantur, vt poſſe non eſſe credant, & occaſiones captent ſi quæ ſunt. Nam cùm eques quidam, qui dicebatur mors, equo pallido inſidens pertranſiret, cædes plurimas exequendo, en infernus prodiit, & per metonymiam, *infernales*, hoc eſt, qui inferalibus flammis addicti, & quaſi amandati ſunt, & lapides ſepulcrorum reuoluentes, oraque triſtiſſima & tererrima pandentes mortem mortem inſectabantur, quaſi reclamantes & compellantes, te te quærimus eques, te mortem deſideramus, mors enim quæ hîc eſt, eſt æterna, tu quæ in Martyres tendis diuerte huc tantiſper, interfice nos, en nos ipſos prodimus, en mortem oppetimus. Sed ô irritos conatus, Deus enim prouidit vt homo mortalis, & qui incapax æternitatis tormentorum videbatur, quia dæmonis malitiam imitatus eſt immortali, ſicut ille pœna mulctetur atque adeò ignis, *qui paratus erat diabolo, & Angelis eius*, torquear mortales, ſed quaſi immortales, ſic enim erit temperatus ignis vt conſumat pariter, & conſeruet, imò ignis ipſe vigebit & nutrietur depaſcendo eos, *ſuſtentara los el fuego ſuſtentandoſe en ellos*, vt eleganter Lactantius [a], *Vna eadémque vi atque potentia & cremabit impios, & recreabit, & quantum corporibus abſumet, tantum reponet*; quare [a] Lib. 7. c. 21. dum videtur deuorare reficit, & condit, & ſuos cenſus habet in ipſis ſumptibus, conſumit, & in æternum producit, exterminat & cuſtodit. Vnde D. Paulus illa duo terribiliſſima copulauit, *terribilis quædam expectatio, iudicij & ignis æmulatio*: nam ſibiipſi contrarius erit ignis & naturæ ſuæ æmulator; nam, vt ait Tertullianus, *erogat dum rapit.* Ignis æmulatio dicitur, quia vel contra culpam luctatur, vel, quod terribiliſſimum eſt, contra beatorum gloriam, vt ſicut ipſa in æternum producitur, ſic ignis æmulator in ſempiternum torqueat damnatos. O bellum! ô lucta, quæ in capite damnatorum fit, & in cordibus eorũ quaſi in arena prælium hoc in æternum committitur.

VERBVM PATRIS.
Malachiæ 3. verſ. 18.

Conuertimini, & videbitis quid ſit inter iuſtum & impium: & inter ſeruientem Deo, & non ſeruientem ei.

Quantum interſit inter iuſtum & impium; & iniuſtum diuitem poſt mortem ſempiternis inferorum ignibus damnari perſuadet.

DISCVRSVS CLXXXI.

1. *Circa diuinæ prouidentiæ rationem varia piorum & impiorum iudicia.* CVM magna ædificij moles à peritiſſimo architecto in area latiſſima & firmis fundamentis excitatur, & cùm ædificium ab exiguis initiis profectum nondum in omnem magnitudinem & amplitudinem aſcendit, ſolet architectus à tergo alicuius columnæ ingredientes auſcultare, quòd hi ſapienter, alij inſipienter & ſtultè, de nondum perfecto ædificio, iudicant: eadem ratione ait Malachias inceptam fabricam templi Dei quam Deus in iuſtis nunc incipit vt abſoluat & conſummet in gloria; peccatores & iuſti pariter intueri, & oculis luſtrare cœperunt, attento & quaſi à tergo auſcultante Deo. *Attendit Dominus, & audiuit*, illos enim à quibus diuina prouidentia oppugnatur, non negligenter, ſed attentiſſimè audit Deus, quare verbum *attendit*, habet adiunctam curam & diligentiam ex Hebræo verbo *kaſſabab* [a]. Et quidem iniuſti mirabilem artem diuinæ prouidentiæ ignorãtes impudentiſſimè & ſuperbiſſimè loquuti ſunt, *Vanus eſt qui ſeruit Deo, que traça es eſta, harto necio es el que ſirue a Dios*: fruſtrà oleum operámque impendit qui Deum colit. Deus longè à rebus hominum ſepoſitus quid commune cum hominibus habet?

Malach. 3. 16.

[a] Sicut Pſ. 5. *Intende voci orationis meæ Rex meus & Deus meus.*

habet? qui neque rerũ humanarum indiget, aut expetit, nihil mortalium cultu afficitur: ſuperuacaneum eſt igitur his rebus ſtudium operamque impendere, quod enim emolumentum ſperare poſſumus, quæ mala hoc pacto fugere, quæ bona adipiſci putamus? ridiculum eſt cogitare hac via vllum beneficiis præmium, vllámve maleficiis apud Deum pœnam conſtare, *& quia ambulauimus triſtes coram Domino exercituum*; cur patienter humilitérque egimus, timore correpti. Neminem læſimus, neque etiam læſi noſtras iniurias vlti ſumus. Sicut Iob, *Mœrens incedebã*, & Dauid, *Quare triſtis incedo corã Domino exercituum*; religio ergo, neque pietatis obſeruantia, neque Deum neque cultores beat ſuos, neque ab iniuriis defendit, nec vlciſcitur; ergo nunc ſupereſt beatos dicere arrogantes. *Siquidem ædificati ſunt facientes impietatem*, perpetuum impiorum argumentum hoc eſt, ex improborũ hominum proſperitatibus Dei prouidentiã apud homines redarguere, *como un bacallon de gente perdida de las des igualdades preſentes argair que no ay prouidencia.* Quid præſtitit nobis modeſtia & temperantia? Certe alterius partis ſectatores feliciores ſunt, ſiquidem ipſi iniuria, fraude, dolo, furto, rapina, & alia, non modò patrimonia conſeruarunt, ſed cõparata ampliſſimaque conſtituta ædificarunt, *ædificati ſunt, & tentauerunt Deũ, & ſalui facti ſunt.* Hebraicè *Heloim, iudices, gubernatores.* Sic ergo qui natura iudex eſt, nónne hæc permittit; vt videlicet Nabuchodonoſor ſupellectilem omnem ſacram è templo cum Nummis contemptu diripuiſſe dicitur, & Pompeius Magnus ſecundi etiam templi temporibus idem auſus eſt, prætereà & Roboam religionem Dei veram omnẽ apud Iſraelitas euertit & perturbauit, & ea tempeſtate qua id moliebatur impunè Deus viſus eſt tuliſſe. Iuſti verò qui diuinam artem minimè norunt, nec finem rerum ſpeculati ſunt, ſubmiſſa voce inter ſe colloquuti ſunt, *Tunc locuti ſunt timentes Deum*; quid autem loquuti ſint non refertur. Satis ſit oſtendere ſeſe mutuò exhortatos fuiſſe, ne videlicet ob huiuſmodi argumenta animum deſponderent, atque à pietate ad ſcelera deſciſcerẽt. Hæc omnia Deus qui audierat, *librum monumenti*, vt Hebraicè dicitur, *recordationis* afferri iuſſit, & omnia iuſtorum nomina appinxit, & in hæreditatem & bona æterna ſua deſtinauit, & futũram diem promittit, in qua veram inter iuſtos & iniuſtos diſtinctioné videre licebit. *Conuertimini, & videbitis quid ſit, inter iuſtum & impium, & inter ſeruientem Deo, & non ſeruientem ei.* Et quæ dies iſta erit Domine? duo ſigna præbet, *in die qua ego facio peculium*; Euangelij tempus diem peculij nominat: ſicut Luc. 12. *Separationem veni facere, dia de particiones.* Alterum ſignum eſt extremi diei. *Ecce dies veniet ſuccenſa quaſi caminus, & erunt omnes ſuperbi, & omnes facientes impietatem ſtipula, un dia de tanto fuego que lo abraſara todo y ſeran como aſtillas todos los malos juntos.* Præſens iam eſt & dies iſta, & ſpectaculum geſtiunt iam oculi ſpectare, ſic ad viuum à ſancto Euangelio repræſentatum, vt videre, non audire putes.

Cap. 30.
Pſalm. 42.

Commune & frequens peccatoribus eſt Dei prouidentiã apud homines redarguere.

Silentium diuinæ iuſtitiæ.

Diuerſorũ iuſtorum iudicium de diuina prouidentia.

2. ECPHRASIS EVANGELII.

Chriſtus enim vt æternitati vnius iuſti memoriam commendaret, turpiſſimum peccatoré memorat, & hiſtoriã eius enarrat, in qua nullum verbum eſt quod diuitis damnationem nõ proferat & pronuntiet. *Homo* qui natura ſua in miſericordia propendere debuiſſet: *diues* ad largiendum ſatis inſtructus. vt liquet ex cultu tam ventris quàm corporis; nam *byſſo & purpura induebatur, & epulabatur quotidie ſplendidè.* Ne tamen ſcatere domũ pauperibus reſpondeat, vnus erat inſigni mendicitate notiſſimus, *erat quidam mendicus*, & nomine clarus, *nomine Lazarus.* Putares tamen longe à domo diuitis degere? quinimo *iacebat ad ianuam eius.* Dices, proprio labore & opera indigentiam poterat ſubleuare: habilis, erat enim *vlceribus plenus.* Et quidem dimidium bonorum diuitis poſtulabat? ne tam quidem, *cupiebat ſaturari de micis.* Erant vtique in vrbe alij plures, à quibus ſtipem corrogaret & acciperet? minime vero, *nemo illi dabat.* At ſaltem neceſſitas nec grauis nec extrema erat? contrarium probat canum pietas non tacenda, qui cum hoſtes notiſſimi ſint pauperum, quia de ſuperfluis viuũt, & in externos latrare ſolent, *lingebant vulnera eius*, & melius quam hero ſuo nõ adulatoriè, ſed blande & vtiliter vulnera curabant. Ipſe demum, neque famuli quidquam dabant, *nemo illi dabat*, famuli enim tam in bonis, quam in prauis, dominorum ſuorum mores imitantur. Videte quàm perſpectam habet cauſam, quam luſtratos proceſſus & tabulas, quibus damnationis ſententiam Deus pronuntiabit, omnia poſt mortem cõmutata ſunt. Siquidem alter in inferno ſepultus, alter eſt in requie collocatus: ſed quia hæc diuerſitas finis eſt totius diſcurſus, tragœdiam iſtam veramque in alio ſæculo diſtinctionem per cauſas ſuas oſtendere operæpretium eſt.

Euangelic & iuſti memoria & diuitis damnatio ſermone conteſtata.

3.

Homo quidam erat diues. Sicut morbi inter ſe complicari ſolent vt in ſepulcrum inferant corpus, ſic vitia in vna auaritia colligantur, vt miſeram animam in infernum deprimant. Ideoque contrarios morbos in hoc diuite comperiemus: & vt à primo auaro & diuite incipiamus, Cain *poſſeſſio* interpretatur, Abel *vanitas*, aut *leuis aura*, germana quidem duorum fratrum ſignificatio, vt vel ex nomine & ex ore ſapientiſſimi & diuiſſimi ſententiã diſcas. *Vidi in omnibus vanitatem & afflictionem ſpiritus*; in quibus verbis *poſſedi ſeruos*, Hebraicè eſt *canubi*, & nomine *vanitatis* Abel in Hebræo ſignificatur, vt à principio & à ventre ipſáque natura germanas putes *poſſeſſiones & vanitates*, ſicut Cainum & Abelem. Vnde ſumma leuitas & inconſtantia diuitiarum eſt quæ vno flatu pereunt, vndè Salomon, *Qui nititur mendacijs, hic paſcit ventos*, vbi & antecedentia & mendacij nomen & inſtabilitas venti diuitias deſcribere demonſtrant. Sed expendamus verbum illud, *paſcit ventos.* Primò enim ſignificat diuitẽ ipſis ventis paſci, ita enim eſt tenuis diuitiarũ poſſeſſio, vt quæ quaſi expirando inſumuntur, reſpirando ſicut halitus diſſipantur, niſi, quod peius eſt, infletur venter animi, & ſicut Iudas diſrumpantur. Sap. 4. *Et erunt diuites ſine honore, quoniam diſrumpet illos inflatos ſine voce.* Et hinc etiã Deus peculiari rationé animaduertit in hos inflatos, *qui aufert ſpiritum principũ*, vbi Auguſt.[a] exponit, *audaciam, ſcilicet ſuperborum*; & ſicut non ſolum ardor Solis, ſed vehemẽs etiam ventus flores exiccat & abſumit, ſic Dei ſpiritus ac flatus diuitias conterit. Sed quid poteſt fingi infelicius quàm ex vento viuere, & chamæleonis inſtar vento paſci? vnde Ariſt.[b] *Si fortunam ſequimur, ſæpenumero eundem felicem ac miſerum dicemus, chamæleonem oſtendentes ipſum*

Auaritia diuitis vanitas & ægritudo antiqua orbis.

Prou. 10.

Inflatur animus diuitijs.

a In Pſal. 75.

b Lib. 1 Moral. ad Nicomachum cap. 3.

felicem eſſe: nam quo pacto felices dices, qui vento & incerto diuitiarũ, vt ait Paulus, paſcuntur. De chamæleonte illud refert idem Ariſto-

a Lib. 2. de hiſtoria animal. c. 11. *Leues & tardi diues.*

teles [a], *Chamæleontis totum reliquum corpus, præter lienem conſpicuum, & pellucidum eſt, quem permagnum habet, & corpori ſatis diſparem, ex quo fit, vt ſit animal tardigradum, ac moroſum.* Nonne vides iam complicatos morbos, modò leuitate laborabat diues, iam laborat tarditate. Certè genus quoddam auarorum deſcribitur, qui in reliquis modeſti, & compoſiti ſunt, orationi, & perfectionis operibus vacant, lienem tamen

Aliud auarorum genus.

habent inflatum, & grauem amorem, videlicet pecuniarum, quas multa cuſtodia, & ſolertia obſeruant; lucidi ſunt in reliquis, in hoc auaritia ægrotant. Et congruè quidem theſauri lieni

Apohthegma de Traiano.

comparantur, ex ſententia Traiani: nam cùm lien inflatur, cætera membra flacceſcunt, & lan-

4. *Inflantur & turgent domini, pauperes verò flacceſcunt.*

guent, ſic cùm fiſcus augetur tributis, languent reipublicæ membra; ſi verò tributa, & res numaria rectè, & iuſtè expendatur, omnia membra exonerantur, & ad opera, & munera aptiora ſunt. Quamobrem cùm epulo iſte diues tumebat auaritia, & venter eius inflatus erat; etiamſi in reliquo byſſo, & purpura ſplendebat, languebat tamen pauper ad fores eius, & iacebat ad ianuam. Quòd ſi *paſcere ventos*, ad paſtum ducere ſignificat, ex verbo [illegible], alludere videtur, vel ſimiles facit diuites monſtro illi, quod regere, & in antro ventos claudere fabulabantur poëtæ, quem Homerus ... nuncupauit, *paſtorem ventorum*; nam ſicut mera fabula illa plena erat morali doctrina, quia impoſſibile erat, quod poëtæ cõfinxerunt de Æolo, ſic diuites ad impoſſibile nituntur, cùm diuitias claudere poſſe autumant, vt apud eos permaneant, ſicut venti concluſi, & obſerati: verè enim dixit

b Orat. ad ciues.

Nazianzenus [b], *Mutationibus temporum, quæ alias in alios ventilant, inſtabilem opulentiam. Potius ventis, aut lineis in aqua deſcriptis fidendum eſſe dixerim, quàm diuitijs.* Vnde egregiè ponderat Euſebius Emiſſenus prima verba Euangelij, *Homo quidam erat diues, erat, non eſt, quia præterijt quaſi vmbra fugiens.* Vnde etiam Auguſtinus acutè ſatis carpit eos, qui inani rerum temporalium ſpecie decipiuntur, cùm in mundo omnia falſi-

c Epiſt. 45. NOTA. Vide Bernard. ſerm. de verbis Apoſtoli, *Non eſt regnũ Dei, &c.* & ſerm. 4. de Aduentu, &

tatem proclament. *Tanta* (inquit [c]) *rerum labe contriti ſunt, vt etiam ſpem ſeductionis amiſerit, eſtà ya tan acabado el mundo, y tan deſengañado, que aun la maſcara, y eſperanza de engañar ha perdido. Nam quantum illi laudandi, atque prædicandi, qui dignati non ſunt cum mundo florente florere, tantum increpandi, & accuſandi ſunt, quos perire cum pereunte delectat.*

5. ſerm de primordiis. Cyprianus epiſt. ad Donatũ Chryſoſt. hom. 3. ſuper. *Vidi Dominum.* d Serm. 121. *Non tam diuites abſolutè damnantur quàm auidiſſimè diſcernendi.* 1. Tim. 6. *Cupiditas diuitiarum.*

Homo quidam erat diues. Quid habent diuitiæ, ait Chryſologus [d]? nunquid per ſe tantùm diuitiæ criminoſæ ſunt, aut ſolæ, & per ſe, & penes Deum damnandæ ſunt veſtes? & epulæ vnde ferant, & merentur exitium? Verùm vt reſpondeam illud ex D. Paulo ſtabiliendum, non diuites abſolutè damnari, nam ideo nobis diues proponitur Abraham, vt ibidẽ notat Chryſologus. Sed illi abſolutè in periculo ſunt qui diuitiis inhiant, & cupiditatĩ ſatiandæ, nõ pauperi alendo inſudant: vnde ait Paulus, *Radix omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide*: vnde Vatabl. nomine *cupiditatis* legit, *ſtudium pecuniæ*, & loco *auaritiæ* alij, *vtilitatem, medrar ſeñor querria*, alij *emolumentum, acrecentamiento deſeo*: & ſic paulatim ad extremum mali perueniunt, *errauerunt à fide*. Quo quidem morbo laboraſſe diuitẽ, febris illa qua adhuc flagrabat in inferno, demonſtrat; nam in tormẽtis poſtulabat vt Lazarus pergeret in do-

Diues ſeruaſſe non credidiſſe eſſe infernũ.

mum patris ſui, vt videntes eum fratres infernum eſſe certò credant. Ecce apertè demonſtrat in fidelitate laboraſſe tam ipſum quàm familiã patris ſui: atque non credendo pœnas in pœnas

Gen. c. 4. *Cain diuinã prouidentiam abnegaſſe vel ignoraſſe videtur.*

incidiſſe. Hac eadem febre vel phreneſi laboraſſe putatur Cain, qui diuinam prouidentiã ſcientiamque negauit, quod denotat verbum illud, *Maior eſt iniquitas mea quàm vt veniam merear.* Deſperaui & meritò, maior enim eſt mea culpa quàm Dei potentia, & medici ſapientia: febre phreneticus es ô Cain, vnde tantum malũ caput occupauit, certè medicus diuinus morbi cauſam oſtendit, nã ſecundùm Septuaginta ſic leges, *ſi rectè offeras, non autem rectè diuidas, peccaſti.* Peccauit igitur in offerendo peiora, & non ſicut Cain optima, ſed auarè ſibi retinendo, vt

a Lib de Caine. 67

notauit Ambroſ. [a] ideo addit, *quieſce*, id eſt, ſemel concepta auaritia & infidelitate, ne vlteriùs progrediare: nam ſtatim de auaritia ad fratricidium progredieris, imò ad idololatriã, vna enim ægritudo diſponit ad aliam, vt optimus medi-

Epheſ 5

corum ait, *aut auarus, (quod eſt idolorum ſeruitus)* vnde ortum habuit grauis illa Cypriani ſententia, & opinio minus quidem vera quàm terribi-

Dubitatum de de fide, eius qui auarus eſt.

lis, *impoſſibile eſſe auarum fidem habere*; quare qui non depoſita auaritia ad Baptiſmum properabat, nequaquam dici poſſe baptizatum, ſed iterum oportere baptizari. Affert Auguſt. & refert *lib. 4. contra Donatiſtas.* clariùs tamen Paulus ait, *Auaritiam quæ eſt idolorum ſeruitus*, & econtrario

Ezech. 33.

Ezechiel idolorum cultum auaritiam vocat ſecundùm Septuaginta, qui loco verbi, *auaritiam*, legunt, *idola, aut ſordes, aut inquinamenta*, & Hieronymus *abominationes*.

6. *Diuites deplorandi ſunt.*

Sed verbum, *erat diues*, grauitatem morbi, & quaſi ſalutẽ deſperatam plangendã indicat. Sic-

Iacob. 5. 1.

ut cùm ait Iacobus, *Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miſerijs veſtris quæ aduenient vobis.* Quid agitis diuites, quomodo non iã ſuper vos planctum aſſumitis, non alia de cauſa, niſi quia diuites eſtis, & auidè diuitias amatis, vt ait Saluia-

b Lib. 2. ad Eccleſ.

nus [b], *Et hoc quo mina magis timenda ſint propter ſolas tantummodo opes, propter inſanã cupiditatem: vt oſtenderet ſcilicet ſufficere hoc hominis ad interitum, etſi reatus alij non fuiſſent.* Quòd ſi minus ſu-

Graue mali cupiditas diuitiarum.

per ſe plorant, deplorandi à nobis ſunt multis de cauſis. *Væ vobis diuitibus*, eſtis enim verè pau-

Luc. 6. Coloſ. 3.

peres, dum non habetis veſtimenta nuptialia,

c Hom. 25 in Pſal. 44. d Epiſt 103. e Horat 1. ſer. ſatyr. 3. f Pelaſiota lib. 1 epiſt. 146. & ibid. epiſt 233. g Greg. 15. moral. c 13. h Auguſt. ſerm. 28. de tempore. i Iſidorus lib. 4 de ſummo bono. k Lib. de charitate. l Pſalm. 61. 13.

viſcera nempe miſericordiæ, vt põderat Baſil. [c] eſtis enim verè miſeri, qui licet multa congeratis, in extrema miſeria eſtis; tã enim deeſt vobis quod habetis, quàm quod nõ habetis, vt optimè aiebat Hieron. [d] *Et ijs quibus abundant, quia neſciunt vti, carent* [e], qui iugi terrore agitamini dum latrones timetis, veremini potentiores, famulis non creditis, & aliquando à filiis nõ ſolùm mortui, ſed viui etiam ſpoliamini [f]: imò tam dirè cruciamini, vt inferorum ſupplicium iam perpeti videamini [g]; diues enim tanta infelix patitur, quanta pati timet: & diuitiæ pericula potiùs nuncupandæ [h], atque adeò qui bona mundi diligit, velit nolit, timoris & doloris pœnæ ſuccũbit [i]. Et quidem cruditatem & ingluuiem ventris eſſe morbum diuitum Philo [k] eleganter aſſeruit, *redditus ſibi parant ex miſerorum ventribus.* Quare admonet Dauid [l], *Diuitiæ ſi affluant no-*

liteeor apponere, aunq̃ te arden rodando no os deis por ſatisfechos de ellas no es harseis; ſaturitas enim grauis eſt morbus, aggrauat enim ventrem. De Abraham *Gen.* 13. vbi nos legimus, *erat diues valde*, Hebræa legit, *grauis vehementer.* Hieron. nã quæ aliis diuitiæ videbantur, ipſe onus exiſtimabat, licet videantur eſſe diuitiæ, tamen ſi Ægyptiæ ſunt viro ſancto graues ſunt: nam qui vere Dei diues eſt, vt ait Chryſologus [a], ſicut Abrahã, *non ſibi, ſed pauperi diues fuit, & opes non habere, ſed perogare geſtiuit, llebabalas como a cueſtas para los pobres*, non ſibi, nã ſi ſibi portaret, geſtaſſet quidẽ in veſtibus, in purpura, & byſſo, in capite, in ventre, nec poſſet expeditè ambulare. Vnde de ipſo dictum eſt, *aſcendit ergo Abrahã* at verò de diuite dicitur, *ſepultus eſt in inferno.*

Quiſnam dicendus verè diues.

a Serm. 121.

7\. *Induebatur purpura & byſſo.* Iam alia immedicabilis morbi cauſa aperitur, nempe febrẽ non ad externa erupiſſe, ſed ad interna penetraſſe, nam in externo cultu, vultu, coloris ſuauitate nihil mali diceres in diuite, ſed grauior morbus, quia occultior. *quando el mal arroja afuero no ay peligro los ricos y galanes encubren el tabardillo con el buen exterior.* Vnde liquet error veſter qui de medicamentis gloriamini, & vittas chirurgi ad elegantiam geritis, *haceis gala del emplaſto y de la venda*, neceſſitas enim & morbi grauitas induxit in orbem veſtes. Sed quãnam ratione ruit aliquando puer aliquis ex eminentiori loco, cõteruntur membra, & miſerando caſu totus exanimis iacet, exuitur ſtatim pelle ſua ouis; & puer infaſciatur craſſa & calente adhuc pellicula, & reuiuiſcens, & ad ſe rediens ſtatim, inde extrahi & liberari poſcit. Cecidit miſerando caſu humanum genus à ſublimi loco, in miſeriarum barathrum, & diuinus medicus ſtatim pelliceas tunicas induit, ad elegantiam? minimè, ſed ad neceſſitatem. *Si autem ſubtilium pretioſarúmque veſtium cultus culpa non eſſet, nequaquã ſermo Dei hoc tam vigilanter exprimeret*, ideóque non folia dedit, quia ex folijs arborũ bombyces nutriuntur, ſed pelliceas tunicas, vt caſus lapſúſque memor eſſet: erit ergo culpa nouúmque delictũ pretioſas induere veſtes, in quibus morbus occultus tectúſque maneat, & morbus difficile curari poſſit, dum remedia contraria adhibentur, non lanæ, ſed purpuræ & byſſi, vt ait Tertull. [b] *Et arbuſta veſtiunt, & lini herbida poſt virorem lauacro niueſcunt, llegã ya la demaſia no aſembrar ſino a peſcar tanbien el veſtido y ornato. Non fuit ſatis tunicam pangere & ſerere, niſi & piſcari veſtitum contigiſſet.* Ad hoc autem quæ artes, quæ ingenia & inſtrumenta parantur. *Tantam igitur paraturam materiarum, ingenia quoque veſtificina proſecuta.* Ignorant quidem cecidiſſe, ignorant pelles in medicamentum adhibitas fuiſſe. *Primum ſegendo homini quaſi neceſſitas praceſſiſſet*, poſtea grauiter ferre cœperunt medicamentum, *& pergunt ornando, imò & inſtando, quam ambitio ſucceſſit, varias indumentorum formas promulgauere.* Sicque diſſimulato morbo aggrauatur vſque ad mortem; quem enim effectum habere poterant pretioſæ veſtes, quibus Eſau benedictionem perdidit, *veſtibus Eſau valde bonis.* Et Ioſeph *tunica polymita*, exitiale odiũ in corde fratrum excitauit, & diuitem iſtum apud inferos ſepeliuit purpura & byſſus.

Grauis morbus latet ſub ſpecioſa veſte.

Simile.

Gregor. in hunc locũ.

Nimij cultus exceſſus & immodeſtia.

b Lib. de pallio c. 3.

Gen. 27.
Gen. 37.

8\. Purpura cultus pretioſus nõ ſolùm quia nimius, ſed quia vitiorum origo eſt, reprehenditur. Quis neget, ait Gregor. vos ad inanem gloriam ornari. *Nemo quippe veſtimenta pretioſa, niſi ad inanem gloriam quærit, vt honorabilior cæteris eſſe videatur: nam nemo vult ibi pretioſis veſtibus indui, vbi ab alijs non videtur*; inde germana iniuſtitia ſuccedit. *Quid niteris bonam oſtendere viã tuam, que diſſimulacion es eſa de donde eſas galas y ricos diamantes? in alis tuis*, Vatabl. *in veſtimentis tuis. inuentus eſt ſanguis animarum pauperum & innocentum. veſtis de ſudores agenos y el aforro es ſangre de pobres.* Ornatum nimium ſtatim impudicitia ſubſequitur, nec enim aliis coloribus Ioannes meretricẽ depinxit in Apocalypſi byſſo & purpura veſtitam, quæ quaſi ramus ſunt pendens ante tabernam, quòd vinum ibi diuendatur ſignificans; eodem cultu veſtita erat quæ turpem adoleſcentem ad ſe rapere coram Salomone prodiit. *Occurrit illi mulier ornatu meretricio præparata ad capiendas animas.* Impietas in pauperes his exceſſibus innata eſt, ſumptus enim maximi omnem exhauriunt facultatem, & ne deponatis ornatum pauperi repulſam datis. Sed omnia Deus in codicem tuæ conſcientiæ refert, vt aiebat Auguſt. [a] *Interroga conſcientiam tuam, ne fortè delitias præparando, & ornamenta ad luxuriam comparando non habeas quod pro remedio animæ tuæ poſſis pauperibus erogare.* Exemplo amplius hæc impudẽs iniuſtitia patebit. Vocat (inquit Chryſoſt. [b]) princeps quidam totius domus præpoſitum, iubétque familiam omnem nouo cultu & veſtitu ornare ad feſta celeberrima, impleret hic quod in mandatis habet ſi ſeipſum eleganti, pretioſo aureæ telæ veſtitu, aurato enſe, & pretioſis lapillis gemmato & clauato pallio, ante conſpectũ Domini appareret, reliquis ſordido & communi veſtitu permanentibus? Eadem Ambroſ. [c] *Nónne ideo te diuitem feci vt excuſationem habere non poſſis.* Et affert exemplum Iudæ cui permiſit loculos habere, & in munere ſuo honore affecit, ne excuſationem haberet in venditione Chriſti. Ita vos diuites fecit Deus vt in honore & delitiis poſiti nullã apud Deum excuſationem habeatis, in veſtris iniuſtis venditionibus, & inſanis ſumptibus, in quibus bona pauperum inſumitis. O diuites audite. *Heriles quidem pecuniæ ſunt vndecumque eas collegerimus, & ideo tibi plura poſſidere conceſſit Deus non vt in ſcortationes, temulentiã, ingluuiem, in veſtes ſumptuoſas aliámque mollitiem conſumeres, ſed vt ea diſtribueres egentibus. Nónne pœnas dat præpoſitus domus qui diuitias regias in proprias conſumpſerit delitias, ita ſanè & diues receptor quiſpiam eſt pecuniarum quæ pauperibus diſtribui debeant, itaque cùm in mandatis habeat ea diſtribuere conſeruis ſuis egẽtibus, ſi quid amplius quàm poſtulat neceſſitas in ſeipſum inſumpſerit, grauiſſimas illic daturus eſt pœnas, non enim ſunt ipſius quæ poſſidet, ſed conſeruorũ.*

Ornatus nimius ad inanem gloriam.

Ier. 2.

Prou. 7.
Impietas comes nimij ornatus.

a Serm. 217. de tempore.

b Concione 3. de Lazaro poſt mediũ ex Luc. 16. tom. 2.

c Lib. 3. offic. cap. 26.

Epulabatur quotidie ſplendidè. Etiam exceſſus iſte valetudini maximè aduerſatur, *para la ſalud guardar la boca:* periclitatur autem animæ ſalus in conuiuiis, ideo aſſeueranter Gregor. ſtatuit. *Celebrari ſine culpa conuiuia vix poſſunt, penè ſemper epulas comitatur voluptas.* Certè turpe eſt quod ſequitur, dicam tamen ad terrorem noſtrum, ex leuiori peccato, ex mortalibus, & quod difficiliùs committitur, quæ monſtra oriri experientia compertum ſit. Loquatur Ezechiel, qui Sodomiticum peccatum vocat, cùm ob hæc eadem increpat Hieruſalẽ. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ, ſaturitas panis, & abundantia, & otiũ ipſius, & filiarum eius, & manum egenti & pauperi non porrigebant.* Cap. 16.

9\. *Valetudini animæ etiam epulæ nimiæ obſunt.*

Sed adhuc grauius deliquiſti, *penè ſceleratiora feciſti*. Quid ais Propheta, nónne horrent animi & aures ad memoria peccati Sodomitici, poteſtne eſſe aliud turpius, fœdius & horribilius? Ita quidẽ, nam auaritia & impietas in pauperes & innoluit Sodomiticũ crimen, & ſuperat in impietate erga pauperes; quare ne putes in Sodomis viguiſſe ſolum carnis turpitudinem, ſed etiam in pauperes impietatem. Quare duo in hanc rem obſerua. Primum ex Iudæ acri increpatione. *Væ illis qui abierunt in via Cain, &c. Hi ſunt in epulis veſtris macula conuiuantes, ſine timore ſeipſos paſcentes.* Cain ſine dubio deteriorem hoſtiam obtulit, & ita ſordidè & parcè Deo, ſibi meliora reſeruauit; erúntne in Eccleſia Chriſti qui morem iſtum imitentur? Ita quidẽ, ait Paulus, nam cùm conuinationes inuentæ eſſent ad fouendam mutuã fidelium charitatem, ſuperbi Corinthij finem harum charitatum fruſtrabant, comedentes & bibentes, & nihil in pauperes diſtribuentes: vnde ait, *Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendũ, comer por comer mexor ſe hiciera en caſa el comer aqui era para dar limoſna y caridad.* Alludit ergo ad hæc Iudas, *hi ſunt in epulis veſtris macula*, Græcè *in charitatibus* *, id eſt, vacui ſunt, ſicut in veſtibus ſpatium dicitur *macula*, ita iſti loca ſua vacua relinquũt, vt ſeipſos ſeorſim paſcant, & ita Græcè, *conuinantes inter ſe, hacian rancho à parte*, & ſine Dei timore ſplendidè prãdentes nihil in pauperẽ erogabant. *Vel macula*, Græcè σπιλάδες, ſaxa ſunt cõcaua, & rupes cauernoſæ, quæ ſub aquis maris deliteſcunt, & naufragiũ adferre ſolent incautis nauigantibus; ita hi ſe in conuiuia interſerebãt vt in turpes & obſcœnas cupiditates cõueſcentium animas velut naufragas præcipitarent †. Quod quidem peccatũ Cainicũ eſt, ob auaritiam, & Sodomiticum ob turpitudinem. Vnde ſecũdò colliges cur Deus cùm in ſubuerſionem Sodomæ properat, ad domum Abrahæ diuertit, vbi vt peregrinus voluit ſuſcipi, & pane vti piiſſimi Abrahami; ideo nempe, quia qui hæc duo crimina obſcœnitatis & auaritiæ plectere meditabatur, aciem gladij acuere volebat in miſericordia & ſanctitate Abrahæ. Et hoc fuit peccatũ huius diuitis, quod reſpexiſſe Prophetam ait Hieron. *Diues ille in Euangelio purpuratus nihil aliud legitur habuiſſe criminis, niſi quod opibus & diuitijs affluens in tantam eruperat ſuperbiã, vt manum egeno, & paupero Lazaro nõ porrigeret*, ſicut Sodomæ infandi ciues & obſcœni.

Nimia & lauta conuiuia cõfraternitatum & ſodalitiorum damnantur.

* Ioannes Gagnæus Græca ſic vertit: Hi ſunt conuiuiis veſtris tanquã confragoſa in mari ſaxa, & cauernoſæ rupes, ac renitẽ, vobiſcum intrepidè cõueſcentes, ſe ipſos paſcẽtes, vbi videtur epulas Græcè vocaſſe ἀγάπας, hoc eſt, *dilectiones*, hoc eſt, ſobriæ cœnæ, & frugi conuiuia confirmandæ charitatis gratia.

† Turrianus expẽdit hunc locũ, & tu habes diſc. 30. n. 28. & ibi macula ſignificat, rugam, σπιλάδας, à trahendo cœnũ, quo verbo vſus eſt D. Petrus 2. Petri 2. 10. & Iudas n. 8. poſt cœnas enim ait

10\. *Et erat quidem mendicus nomine Lazarus.* Iam de curando diuite agit Deus, nullius enim dum viuit deſperanda ſalus, ideo in remedium eius Lazarum aduocauit, vt acutè notauit Chryſologus [a], & ad ianuam poſuit. *Modo tibi iuſtus occurrit, qui tunc, vt tibi pius eſſes, diu Lazarũ paſſus eſt cruciari. para dar remedio a aquel rico dexo padecer a eſte probre tanto.* Sed cùm ægritudo ad cordis duritiẽ peruenisſet, fruſtrà omnes hæ diuinæ artes & induſtriæ ceſſerunt. *purpura, byſſo, delicatis veſtibus, epulis blãdis, ferrea viſcera, crudelis anima nutriebat, llego el mal a dureza de coraçõ, quẽ Deus humanæ ſalutis auidus inquiſitor emollire cupiens non tam Lazarum, quàm ipſum pietatis conflatoriũ eius proiecit ad ianuam. Conflatoriũ dixi, propter ferrea viſcera. fragua y botica puſo ala puerta del rico para que martillaſe en el o le ablãdaſe la miſeria del pobre.* Vnde fit, vt bene notauit Chryſoſt. impietatẽ diuitis ſine excuſatione eſſe. *puſole vn herrero a la puerta y vna botica como hauia de ignorar para que eſtaba alli: Iacebat ad ianuã. ne diues diceret, non vidi, nemo mihi nuntiauit, videbat eũ exiens & reuertens.* Sic enim Deus omnia peccatori effugia præcludere ſolet, & occupare vias, vt ſine excuſatione ſit eius delictũ, ideo, vt ex Ambroſio notaui, ſumptus rationẽ & loculos Iudæ cõceſſit Chriſtus, ne vel cõtẽptus, vel minus fidelis, vel denique omnino indigẽs, in peccatũ auaritiæ laberetur. *Ne videretur aut quaſi inhonorus, aut quaſi egenus Dominum prodidiſſe.* Præterea etiam Deus iuſtificatam vult eſſe inter mortales ſuæ prouidentiæ rationem, ne putetur pauper periiſſe defectu diuinæ prouidentiæ, quam calumniam à ſe procul abiicit & purgat ipſa Sapiẽtia Prou. 22. *Diues & pauper obuiauerunt ſibi, vtriuſque operator eſt Deus.* hoc eſt, cũ pauperem diuiti occurrere videritis, ne caſu fieri putetis, iuſtificauit ſapiẽtia opera ſua, iam Deus quantum ex ſe eſt fecit partes ſuas, agat modò diues: nam ſi poſt occurſum diuitis pauper perit, diuiti aſcribenda eſt mors. Itaque fame conſumptus eſt Lazarus, non Dei culpa, qui ad ianuã diuitis collocauit, ſed diuitis impietate; quem morbum diuitis vt pelleret diuinus medicus omne tentauit mediũ, *quia obduratis auribus* (ait Chryſologus [a]) *vnius oris nihil erat vox clamantis ad aperiendũ cor diuitis, totum corpus pauperis vulneribus aperit, vt in admonendo diuite tot eſſent pauperis ora, quot vulnera: vt quem vox eſurientis, vel ſuſpiria, vel dolores, gemitus & tota ærumnarum congeries commoueret.*

Clemens Alex. 3 ſtromat. poſt ſaturitatẽ remoto lumine miſcebãtur quomodo libebat, & cum quibus.

a Serm. 122. *Nullius enim auari diuitis deſperata ſalus eſt Deo & concionatoribus.*

Pauperes in ſalutem diuitum ſunt.

Cordis duritiès.

Nullam habuit excuſationem diues impius.

Pauper interire ſolet non defectu diuinæ prouidentiæ, ſed diuitũ culpa.

Multipliciter clamat pauper.

a Ser. 122.

11\. *Et nemo illi dabat.* Non ſolùm herus auarus erat, ſed & famuli eius mores & auaritiam imbiberant, nam vel timore, vel prauo exẽplo inhibebãtur; turba enim hæc famulorũ & puerorum domini ſui plerũque mores imitatur, ſicut è regione cùm Ezechias cilicinã veſtem induit, tota domus induta eſt cilicio. Certè ſtolidi ipſi ſicut herus fuerunt, nihil enim præter ſuperflua & proiectitia poſtulabat, vt notat Chryſoſt. [b] *Quod proijcis de menſa, hoc præbe eleemoſynã*: nam ideo ait Chriſtus, *nemo illi dabat*, nã omnes poterant impunè dare ſuperflua, & à nullo occupãda, eóque miſeria grauior acerbiórque mors, quia corã ipſis rebus inutilibus & ſuperfluis *cupiebat ſaturari*, & mortem ſubibat, *quia nemo illi dabat.* Vis tamen ſcire aulicorũ faſtus & ſplendor vnde procedant, contemplare pauperem, hic alit canes diuitis, quis audiuit huic ſimile? *Nouo modo humanitatis ordo mutatur, la mendiguez ſe haze humana para condenar la inhumanidad de la codicia. fit humana mendicitas vt cupiditas prodatur inhumana. Diues pauperẽ, nec cadentibus de menſa micis paſcit; è contra verò Lazarus quia aliud non habebat de carnibus ſuis canibus humanus extitit. Diuitis purpurati fuge frater exẽplũ, vbi canes pauper Lazarus ſuis vulneribus pauit*, ait Aug. Fuge palatia & aulas domóſque principũ, vbi exceſſus inſani, & ſuperbiſſimi ſumptus ex vlceribus, ſudoribus ſanguineque pauperũ aluntur. *Nemo illi dabat.*

Famuli mores dominorum imitantur.

4\. Reg. 19.

b Homil. de diuite in c. 16 Luc. tom. 2.

Chryſolog.

12\. *Factum eſt vt moreretur mendicus*; fame vtique, ſicut ille nimia ſaturitate: nam cùm epulabatur quotidie ſplendidè, quid niſi apoplexia poterat tanta ſubſequi cõuiuia. Sed cur quæſo mors iuſti narratur priuſquã mors diuitis, cùm vita diuitis priuſquam Lazari prædicata fuerit? Certè in narranda vita diuitis res vt nunc ſunt in mũdo commemorat, in mundo autem præcedunt diuites, at cùm forum alterius vitæ attigit, ordo

Quo morbo arreptus eſt diues niſi apoplexia?

inuer

Diuerſa ſors miſerorum & impiorum. Chryſolog. ſer. 66.

inuertitur, & vices mutantur. *Lazari pauperis ſtupendas vices, pauendas ſucceſſiones, conditiones admodum lamentãdas, eſtupendas trueques. Quiero vn cauallero disfraçarſe y paſear ſin que lo conozcã y dale a ſus criados ſus veſtidos y dizele paſas adelãte como ſi fueſedes el ſeñor y el amo y el quedaſe atras, deshaceſe el disfraz y buelue el ſeñor a tomar ſus veſtidos*, &c. *o ricos y que de veces ſe os a dicho que Chriſto va agora rebozado con la capa del pobre y voſotros ſoys los que repreſentais ſeñorio, pero acabado el disfraz Lazaro va delante.* Stupẽdas vices. Et vide diuinam pietatem: humeris angelicis ſubleuatur portatúrque, & quorſum? Reſpondet Chryſoſt. *Portatur poſt tantos labores, quia defecerat ne ſaltem ambulans laboraret*, non quia putet animam corporis vinculis exutam tardius quàm ignem ſublimia petere, ſed quia ea eſt diuina pietas, vt ad ſignificandam curam Lazari fatigati, etiam ea in quibus requiem ſumere non poterat, Deus prouidiſſet: *como quãdo va el rey a caballo le ſigue de reſpecto la carroza con otros ſeis cauallos.* Sic deſcribitur, portatus ab Angelis, hoc eſt, minimè à Deo derelictus: vt poſtulabat quidam rex, *cum defecerit virtus mea ne derelinquas me.* Et quàm hilares Angelis geſtiebat vnuſquiſque pauperem portare, vt ait Chryſoſt. *Gaudet vnuſquiſque Angelus tantum onus tangere, libenter talibus oneribus prægrauatur.*

a Serm 10. de temp.

Mortuus eſt autem diues, & ſepultus eſt inferno, ſic legit Auguſt. [a] Quare non dicitur collocarunt illum in inferno, ſed ſepelierunt? ideo nempe, quia in inferno diſtinctæ ſunt ſedes & gradus ſecundùm vitiorum turpitudinẽ. Ezech. 32. *Ibi Aſſur, & multitudo eius in circuitu illius, quorum data ſunt ſepulcra in nouiſſimis locis, alli veras des a Aſur con toda ſu Xereia a quien apoſentaron en las catacumbas del infierno.*

13. *Eleuans autem oculos ſuos.* Stupẽdæ ſunt vices, dum in vita erat quaſi in ſublimi poſitus humi proſtratos contemnebat, & quaſi ſuper humerum aſpiciebat, modò verò eleuat oculos, & à longè aſpicit quem iuxtà poſitũ non reſpexerat.

Locus tormentorum infernus.

Cum eſſet in tormentis. O dolor inferni, ſat benè, licèt ſerò oculos aperis peccatorum. O ſi ex tuis flammis vel ſcintilla vna in fidelium oculos exiliret! Locum tormentorum expertus diues nuncupauit; nam in hac vita vnũ tormẽtum non eſt in loco alterius, nam vnum obliuionem cauſat alterius, non enim ſunt in propria ſphæra tormẽta in hoc loco, quia vel moderati ſunt, vt bene notauit Seneca, vel ſimul cum vita finiuntur: at infernus omnes capit, quia locus eorum eſt, & ita è tormentis ait, *Mitte Lazarum in hunc locum tormentorum.* Vocat ſic etiam, quia nõ vnum tormentum tantùm, ſed plura ſunt, conſcientiæ morſus.

Plura ſunt quæ torquent in inferno.

Vni loco addictas eſſe animas quaſi venatici canes deuinctæ, dum odorẽ æterni boni perceperunt, dæmonum ſocietas, potentiæ coactæ & violentæ in actibus ſuis; mens in aſſidua ſummi mali conſideratione, ſine vlla vel ſomni, vel diuerſionis intermiſſione voluntas acri & continuo dolore de Dei iactura, ita & odio omnis boni & mali. Perdidiſſe Deum denique, & odiſſe quod ineffabile eſt, & hæc omnia in æternum: ſed duo velim attentè mala mediteris.

Furor damnatorum quo ſe ipſos dilaniãt & diſcerpunt in vanas & inutiles reſipiſcentias.

Primum eſt furorem illum contemplare, quo ſe morſibus dilacerãt, & mente cruciant ſeipſos accuſando. O me miſerrimũ! quàm facilè has omnes potui vitare pœnas; ô ſtupidũ! quàm conuenientia pacta pacis & pœnitentiæ

prætermiſi; ô infelicem, quàm opportunas ſalutis occaſiones amiſi. Videte meã inſaniam, ſi ea ſolicitudine qua diuitiis cõgerendis inhiaui, expendẽdis aut contẽnendis (quod facilius erat) inclinaſſem animum, cælum lucrabar? Non ſecus atque largus colluſor chartarum cùm magnam ſponſionẽ amiſit, ſolus ſecũ chartarum faſciculũ euoluit, miſcet, cõtemplatur, & pugno menſam concutit; ô meam inſipientiam! ſi ſicut hac vis chartas ícon eas depoſuiſſem, meã & alienã pecuniam lucrabar, & nunc omnia perdidimos. Vide obſecro hos duos colluſores; Lazaro ſolùm obuenit ſcipio cui innitebatur, *el baſton en que ſe affirmaba:* diues autem bona ſuſcepit in vita ſua, *las mejores cartas le vinieron, eras diues, oros, epulabatur quotidie ſplendidè, copas;* erat tamen du ſcipionem abiecit, & ad ianuam reiecit, *deſcartoſe de la zazo y hecho le a la puerta*, aliis chartis ſatis inſtructus; finito ludo quem amiſit diues lucrata colligit Lazarus in ſacculo, & abiit præſultãs cũ Angelis. Vide, obſecro, ex illa die vſque in æternum rabiem, pœnitentiam, blaſphemias. O ingẽtem ſtultitiam! ô ſingularẽ vecordiam! nam ſi ego pretioſa ornamẽta abieciſſem, ſumptus cõmutaſſem, & in pauperes expẽdiſſem, omnia lucratus fuiſſem bona, cælum, Deum, & meipſum, & modò omnia amiſi?

Vecordia auari & epulonis, & ſera pœnitentia.

Pater Abraham mitte Lazarũ, &c. Fruſtrà agis pœnitentiam vbi non eſt pœnitentiæ locus (ait Chryſoſt. [a]) *tormenta te cogunt, non mentis affectus*, inter iacet magnum chaos, nec per gradus potes aſcendere. Potuit vtique Dauid (ait Hieron. [b]) à terra ad cælũ conſcendere, *quia ſcala eidem Chriſto Dei Iacob*, hoc eſt, Dauid, *cõſtituta eſt, per quam aſcenderet ad Deum, eo quòd idem ſcilicet confeſſus fuerat ſe peccaſſe in Vria Ethæo, & pœnitentiã agens per hanc ſcalam conſcenderet*, à terra videlicet, nam infernus depreſſior locus eſt, & minimè pœnitẽtiæ idoneus. *Fruſtrà agis pœnitentiam vbi non eſt pœnitentiæ locus.* Verùm ea eſt pœnarũ acerbitas, vt cogat ipſum domum adire inimici, & rogare quẽ offenderat quod appoſitè ſatis Chryſolog. [c] notat. *Miſerere mei pater Abraham, bene diceres, ſi Lazarus in ſinu reſidẽs ipſum pectus iudiciis non teneret, no vees que a tomado Lazaro las puertas de la miſericordia y ſeno de ſu Padre y tiene cotra ti la cueſta y las piedras?* Sed vis tormentorum eſt tanta, vt cogat rogare inimicos, & ipſum adire iudicẽ & offenſum, Iob namque nunquam niſi ab amicis miſerationẽ poſtulat, *Miſeremini mei ſaltem vos amici mei*; hic verò ad leuius tormentum ſubleuandum guttam ab hoſte & offenſo petit. 14.

a Suprà.

Fruſtrà pœnitent peccatores in inferno.

b In 2. Lib. Reg c. 23. in illa verba, *dixit vir cui conſtitutum eſt de Chriſto Dei Iacob.* Hebraicè, *cui conſtituta eſt ſcala Chriſto Dei Iacob.*

c Ser. 122.

Antiqua felicitatis memoria torquet damnatos.

Mitte Lazarum. Vt video, quod agit diues ex inuidia & zelo prouenit antiquo (ait Chryſologus [*]) inuidia magis incẽditur quàm igne, eſt graue illud malũ, & incendium non ferendũ, quos aliquando habuere contemptui videre felices, *iam vobis verſa ſunt vices, vides eius gloriam cuius ſupplicium ſic ſpreuiſti. Rogo vt mittas Lazarum in domũ patris mei* [*], *quieres tu bechar por puertas al que ya eſtubo en ellas y dexo ſixados con ſu hãbre libellos de tu inhumanidad, y dexo laureados y coronados los lienteles con ſus llagas y con ſu padre pintõ tus migajas? pate ergo ſtare vices, iam depone dolos, licèt quia tu Lazarũ nõ potes videre, ſcitur quia plus te felicitas Lazari, quàm gehennæ torques incendiũ.* 15.

* Chryſologus ſer 66.

In domum antequam bene iacuit Lazarus ad illam ianuã in qua fama ſua inhumanitatis tuæ titulos fixit, vbi poſtes tuos tuis vlceribus laureauit, vbi fame ſua pinxit micas tuas?

Habent Moyſem & Prophetas. Erras toto cælo ſi Moyſi qui regna Ægypti cõtriuit, Deus ſiccauit mare, ditauit fluctus, lapides in fluenta conuertit, non crediderunt, credent autẽ Lazarum; 16.

Loquitur diues in inferno, ex ſententia impiorum & prophanorũ. Etiãſi de alia vita reduces prædicarent obſtinati non crederent eis. 2. Paralip. 21.

dignabuntur audire quem tot vulnera ſepiunt? Apage ſis, *Non Pater Abraham, ſed ſi quis ierit à mortuis ad eos, pœnitentiã agent*, hoc diues de corde omniũ & de votis prophanorum dicit, *mundanos enim ſuſurrantes audire conſueuimus: O ſi quis venires à mortuis, & quod ibi agitur hic referres.* Sed falſa eſt veſtra perſuaſio, mundani, iã enim experientia cõperimus, vos etiã alterius vitæ nũtiis fidem nõn dare. Liquet hoc in Ioram rege, ad quẽ, vt alibi dixi, Elias ex illo loco vbi à Deo ſeruatur litteras miſit, in quibus diuino zelo ardens grauiſſima mala denuotiat, quæ tamẽ mala incurrit rex vt in litteris cõtinebãtur, quia fidem nõ dedit eis, nec duobus annis quibus grauiter morbo ſibi denuntiato ægrotauit, reſipuit, quin potiùs ſepulturæ aſini amandatus in inferno quem non crederet ſepultus eſt; vbi iã clarè videbit quod in exordio propoſuimos, quãtum intetſit inter iuſtum & impium, ſtupendas vices & pauẽdas ſucceſſiones diuitis, *cùm Lazarus recipit pro doloribus requiem, pro opprobrio gloriã, pro contumelijs honorem, pro deſpectu gratiam, pro pœnis immortalitatem, pro fame cæleſtis menſæ delitias ſempiternas, & quem diuitis angulus non cepit, ſinus diuinæ cõſolationis includit.* En huius tragœdiæ finis adeſt, pœnæ impiis, gratiæ iuſtis & gloriæ præmia meritò in perpetuum præſcribens.

Chryſolog. ſer. 66.

VERBVM FILII. Matth. 13. v. 30.

Colligite primùm zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum, &c.

Iudicij ſeueritatem, peccatorum extirpationem, vltimámque iuſtorum ab impiis diremptionem, vt ad illam HOMO DEI ſe comparet, denuntiat.

DISCVRSVS CLXXXII.

1\. *Aberrarunt à veritate amici Iob dum eum culpa arguiſſe.*

PEccaverunt quidem ignorãtes tres illi amici Iob, maximéque ab ſcopo veritatis aberrarunt, Beatum iſtum neſcientes, eiúſque ſanctiſſima verba in prauũ ſenſum derotquentes, concludendo videlicet, atque ex verbis eius efficiẽdo quod nec cogitauerat ille, nec enũtiauerat verbo, vel quia malè erga illum animati erant, vel quia imprudenti xelo erant affecti (eſt enim grauis & pæoè iotolerandus inſipiẽs ipſa ſanctitate ioflatus, qui ſtulta & elata inſolentia in cunctis rebus ſcandalixatur, cuocta corripienda & corrigenda putat.) Cùm igitur Iob altè & eruditè probaſſet *cap.* 21. (inſiſteodo contra dictum Sophar) eſſe nempe frequentiſſimum iniqoos ſecnnda & felici fortuna frui in hoc ſæculo: duo ex his elicit Eliphaz Themanites, *cap.* 22. dixiſſe nempe Iobũ, Deom nec præmio probos, nec pœna improbos afficere: vnde & iſti regnant, patiuntur illi. Secundò, perſuaſum, imò obſtinatum eſſe in hac ſententia, noſtrarum vittotom oulla Deo emolumenta venire; nec ſcelera damnum inferre, vnde tandem Iobum putare exiſtimat, omnino Deum nec iuſtotum curam habere, vtpote inutilium, nec ſontes punire, quia nihilo nocẽt illi: ita vt proteruus & ignorans ex manifeſta veritate infert intolerandam iſtam blaſphemiam.

Hoc ipſum quod contra Iobũ iactarũt amici eius, contra Deũ quaſi dormientẽ blaſphemauerũt peccatores. Eſto enim (inquit Chryſolog.[a]) *quòd dormierint ſerui, nunquid & Dominus dormiebat?* Omnia alto cõſilio facta ſunt, ideo enim oegotiũ iſtud cõparatur *homini ſeminanti bonũ ſemẽ in agro ſuo*; prudens enim & ſedulus agricola Dei gubernationẽ imitatur diſponẽdo terrã ad vtiles opportunóſque ſatus, arat enim, ſubigit & proſcindit terrã, nuoc ligone, nũc vomere æquat raſtris, & aliter atque aliter pro frugũ, temporis ac ſoli natura curas, & ruſtica miniſteria diſpeoſat. Ita Deus ſupra fructus quos ita molliter atque iodulgẽter tractauit, in eaſdẽ ſegetes plauſtra immitter ſerrantia, tribulatiooes videlicet. hoc prudẽter feciſſe Deũ prædicat Iſai. *Nunquid tota die arabit arans vt ferat, proſcindet vt ſarriat humũ ſuã, hauia de hacer eſtas labores el labrador ſin cõſejo? non enim in ſerris triturabitur gith, nec rota plauſtri ſuper cymmũ circuibit.* Gith, nigellã vertũt, Hiſpanè, *neguilla, y auia de poner el trillo para trillar neguilla ni ruedas de carros para los cominos. ſed in virga excutietur gith, & cyminũ in baculo. con vna varilla los ſecudira tratara los como a flacos: & hoc à Domino exercituũ exiuit.* Hæc omnia nõ ſine magno Dei conſilio facta ſunt, ſiquidem agricola non ſine conſilio io re longè minori opus ruſticum ioſtituit: coofilio enim eligit agrum, conſilio arat, & occat edoctus à Deo, à quo ſine cõſilio oihil fit, ideo comparatur negotium iſtud *homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo.*

2\. *Falſo Deo aſcribũt ſomnum aut obliuionem.* a Ser. 97. *Cur agricolæ ſit Deus comparat. Simile.*

Cap. 28. 24. *Nõ ſupra vires, ſed prouidè cõncanunt.*

Venit tamẽ inimicus, & ſuperſeminauit zizania. Seminauit, inquit Chryſolog.[b] ex voo homine Deus terrã, & ex voo humanum genus multiplicauit ad meſſem, ſed inimicus ſuperſemioauit zizania, malóſque homines rigauit, non deleuit diluuio. Seminauit Deus legem, diuinis & veracibus ſatã præceptis ſuperſeminauit ille, & humanis mendacibúſque fucauit inuentis, ſacerdotẽ fecit perſecutorẽ, doctorẽ deprauatorem, defenſorem fecit inimicũ. Seminauit Deus ſuæ deitatis, ſuæ vnitatis fidẽ, atque notitiam, ſuperſeminauit ipſe errores, & vt neſcitetur Deus, Deos plurimos eſſe mentitus eſt. Miſit ille euãgelicã ſegetem ſatam cæleſti ſemine, ſuperſeminauit iſte hæretica zizania. Et quid plura, poſteaquam ipſe in dæmonem conuerſus ex Aogelo, ne qua creatura in ſuo ſtatu conſiſteret arte, dolis, machiois, fraude contendit. *Ecce quẽ Deus faciens vocauit mundum, inficiens reddidit inimicus immundum.* Ecce omnium errorũ origines, qnos vnumqoodque Euangelij verbom extinguit.

3\. b Ser. 96. *Zizania & vitia ſuperſeminauit dæmon.*

Immundus dæmon mundum infecit erroribus.

Impij enim videntes orbẽ iſtum dixeruot hæreditatẽ eſſe abſque Domino, & bona terræ primò occupantis eſſe, *No ay dueño y eſtos bienes ſon moſtrencos.* Obſtat Euangeliũ, *Simile eſt regnum cælorum homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo, dueño tiene y Rey prouido y hombre que ſe humana a labrarla.* Videntes tot ſcatere ſpiois, zizaniis, peccatis videlicet, & affectibus prauis, nouum Deum malorum auctorem coofinxerũt, nequaquam à bono Deo hæc fluxiſſe affirmantes. Ita eſt, ait agricola, non ego, *inimicus homo hoc fecit.* Viderunt proſperari malos, abiectos, & ſqualore plenos, rectos & ſanctos, intuleruot ex hoc, *Vanus eſt qui ſeruit Deo.* Nónne videtis qua ratione ſinit creſcere iniquos? Ita eſt, reſpoodet, ſed nõ ignorat, tempus & opportunitatem expectat, *ſinite vtraque creſcere.* Videntes etiam innumeros peccatorũ greges hæreditatẽ depaſcẽtes nulláque virga, voce, flagello fugari

4\. *Errores impiorum orbem ſine Domino eſſe.* ECPHRASIS EVANGELII ET PARTIS DISCVRSVS. *Mala non à Deo ſed à dæmone facta iudicabant.*

longa

Expectationẽ longanimam Dei ſomnium putabant.

longanimam Dei patientiam & expectationem, ſomniũ dixerunt, vel humana non prouidere, ſed negat Euangelium. *Nam in tempore meſſis dicam meſſoribus, colligite.* Viderunt denique bonos maloſque vno modo naſci, vno exitu conſummari, vna fouea ſepeliri. *Simul in vnum diues & pauper,* indeque libertatem licentiámque viuendi inferunt, *comedamus & bibamus, cras enim moriemur.* Nam par exitus eſt hominum & iumentorum, vna diuitum & pauperum futura ſors. Falleris ſemen diaboli, diuerſa ſors eſt, diuerſa vtriſque parata præmia. *Colligite primùm Zizania,* diabolo ſuos prouentus reddite: mihi verò adlegite triticum, & ſciant amici Iob, Scribæ & Phariſæi, Gentiles & Iudæi, fideles & hæretici, iuſti & peccatores poſſeſſionem iſtam non eſſe ſine poſſeſſore, orbem ſine Deo, mundum ſine gubernatrice prouidentia nequaquam perſiſtere.

Ex pari obitu iuſtorum & impiorum viuendi licentiã inferunt.

5\. *Summa totius rationis diuina prouidentia.*

Vis imus & colligimus Zizania. Verbum iſtud rem omnem cauſáſque continet prouidentiæ, ſilentij, diuinæ longanimæque expectationis, qua præſtolatur Deus bonorũ malorúmque conſummationem. Et quo affectu hæc verba dixerint famuli Dei, expendunt D. Chryſoſt. & Chryſol. [a] *Sic deuoti ſerui indefeſſum promittunt laborem.* Quo autem affectu permoueantur quærendum eſt. Primò quidem ipſa vitæ puritate, quorſum enim ſanctos ſanctiores aliis efficit, niſi vt alij aliorũ mores corrigere, vel peccata emendare contendant. Quod reipſa nos docet Eccleſia dũ ad eradicanda cõſciẽtiæ zizania ſuo ordine interceſſores diſponit pro vt magis minúſve a Deo & Chriſto innocentiæ fonte diſtant. Poſt Deum enim cui natura eſt innocentia, & peccare impoſſibile, ſtatim virgo inuocatur puriſſima, quæ etiáſi natura poſſet peccare, nulla per gratiam peccati, nec originalis fœdata eſt macula. Deinde Michaël & Angeli mirabiliter gratia ſtabiliti. Baptiſta deinde, qui ſaltem originale contraxit; poſtea verò ij qui ex peccatoribus ad gratiã reconciliati ſunt, eóſque liber verbis Auguſt. [b] rogare. *Si ſemper bonus fuiſti, habeto miſericordiam,* quo verbo Virgo flectenda eſt. *Etſi aliquando malus fuiſti, noli perdere memoriam:* vt hoc ſtimulo agitati extirpandis aliorum vitiis & condonandis incumbamus, quia ſerui Dei dicimur. *Serui autem dixerunt ei.* Permouet nos etiam zeli ardor vt peccata vitare ſtudeamus, primò propter ſcandalum quod nobis præſtat, & vbi offendit peccans, *qui* (vt ait Auguſtinus [c]) *in illos peccauit, quos teſtes ſua iniquitatis fecit*; hac enim de cauſa præſcripſerat in lege Deus vt teſtes delicti primi in plectendo & lapidando delinquentem aſſiſterent, quaſi qui grauiùs & proximiùs offenſi eſſent. Secundò, quia iniuſtis ex eodem amore quo Deo intimè coniuncti ſunt dolor offenſæ Deo illatæ, oritur, & in vindictam peccati exardeſcit, vbi enim eſt cor vnum, & anima vna, nulla vni inferri poteſt iniuria qua alter non afficiatur & doleat. Ideo Deus, cuius amor erga nos purus eſt, ſui inimicos declarauit, quos inimicè agere videt erga populum ſuum: quod reipſa præſtitiſſe liquet, maximè ex Iſaiæ *cap.* 1. vbi diſtricto enſe & ira turgidus irrumpit per mediam plebem hoſtes quærens, & qui ſunt hoſtes idolorum cultores; his enim ſcater terra, & ex diametro diuinæ tuæ Deitati aduerſantur? minimè, ſed impij qui acerbè paruulum affligunt, & deuorant iuſtitiam viduæ & pupilli. Aſtringit ſe Deus iureiurando, necémque illis comminatur. *Propter hoc ait Dominus exercituum Deus Iſrael: Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis.* Qui ſunt iſti hoſtes? nondum enim idola colentes nuncupaſti qui verè fures ſunt tui nominis & numinis? Eia me percipite, ego non voco inimicus qui meæ detrahunt diuinitati, ſed eos qui rapina, probro & iniuſtitia vos amicos meos vexant: nam cùm pupilli & paruuli cordi meo affixi ſint, frangor ego eorum miſeratione, & ad vindictam eorum accingor citius quàm ad meam. Hæc vera & minimè fucati amoris argumenta cogunt Dei ſeruos diuinam quaſi propriam agere cauſam, & Dei offenſam propriam quaſi reputare; qui enim ſecus ſe habet, non ſolùm non dixerim amicum, ſed verè inimicum, quod acutè obſeruauit Chryſologus [a]. *Vis imus,* inquiunt, *& colligimus ea? auditam ſui Domini præuenerunt, ne ſecuri de innocentia reatum ſilentio ſuſtinerent: acudierò luego por no hauerle ſoſpechoſſos y el ſilencio viniera a ſer tenido por conſentimiento*; ideo

a Sec. 97.

Zelus ſeruorũ Dei alios ad Dei obſequiũ pertrahendo.

b Tract. de omnibus c. 5.

Peccata etiã euellere curemus vt ſcandala ſic euitemus.

c Ser. 16. de verbis Domini.

Impios potius quam idola colentes euellit Deus de terra.

a Suprà.

6\. *Inuidet damõ lucris hominũ ſicut proprio damno.*

Superſeminauit Zizania. Vt quid, inquit Chryſologus, vt periret dominica meſſis, & hoc ad lucrum quid pertinebit inimici? Reſpondet dupliciter. Inuidet dæmon & hominum lucrum proprium computat damnum, vix vidit grana in prædio Ieſu Chriſti, ſeminata cùm timuit ingentes prouentus. *Temo vnos granos de trigo medio podridos entre terrones ſi aciertan a caer en tierra de Ieſu Chriſto*; ſecum enim habet Chriſtus nubes, ſolem, rorem, pluuiam, & quidquid ad incrementa frugum iuuare videtur, & ideo ſuperſeminat zizania peccatorum, non vt zizania, ſed vt triticum perdat. *Hoſtis enim plus ducem quàm militem petit; ſic diabolus non peccatores quærit capere quos poſſidet ſubiugatos, ſed iuſtos vt capiat ſic laborat.* Secundò verò in tenebris celauit opus ſuum, *vt adulterata meſſis noxa redundaret ad ſeruos, & hinc pœnam ſumerent, vnde ſperauerant palmam: vnde vigilantes expaueſcant, hoc metuentes ne Zizaniorum germina ad illorum redirent offenſam: procuran probar la coartada y que ſin culpa ſuya ſe hizo el daño*, ſcientes ſi hanc non probarent, aſcribenda fore illis damna Domini ſui.

Chryſologus ſer. 96.

Animorum damna inertia miniſtrorum Dei aſcribuntur.

7\. *Cenſores fidei vigilare debent.*

Quamobrem primò fidei cenſores vigilare conuenit, ne ibi infidelitatis zizania eſſe ſuſpicentur vbi infidelium vitia naſcuntur. *Nam quod latet in herba* (ait Chryſologus) *manifeſtatur in ſpica, & quod celatur in gramine, aperitur in fructu; ſic quos credentes patamus, pares fide, diſpares inuenimus, iuxta illud dictum dominicum, ex fructibus eorum cognoſcetis eos.* Vitia enim Gentiliũ aliquo tempore latere poſſunt, nõ multo, ideo comparantur hęc vitia ſternutamẽto, nam porrigere brachia, oſcitari, hiſcere, geſticulari, vitia ſunt quæ facilè comprimimus & euellimus, ſternutamentum verò quis cohibeat? teporem deuotionis, inertiam ſimulat ſpecie deuotionis hypocrita, & quælibet vitia latere quodammodo poſſunt, infidelitas verò quæ ſternutamentum dæmonis eſt, quis continebit? *ſternutatio eius vt fulgur*; hæreſis enim & fulgore & ſonitu horribili ſe prodit; nam ſternutamentum, flatuoſitas quædam eſt ab ſtomacho in caput aſcendente, cùm nihil eſt quod obſtet, & per nares diffluit & diſſipatur. Hæreſis concepta vel ex ambitione, vel ſuperbia, vel turpi luxuria manifeſtatur, mœchiæ aut Sodomię, quæ vitia cùm Gentilium ſint

Vitia Gentiliũ apud fideles infidelitatis argumenta ſunt.

Iob. 41. Hæreſis ſternutamentum dæmonis.

vbi naſcuntur, ibi infidelitatem eſſe denotant.

8\. Vigilent etiam vrbis rectores ſuper his quæ quotidie dæmon zizaniis ſeminat, quibus bonum ſemen perdere contendit, ne contingat Eccleſiæ & ciuitati quod contra Ieroſolymam Antiochus egiſſe narratur *Machab.*1. qui poſtquam irruit ſuper ciuitatem, repentè percuſſit, & perdidit populum multum, & ſuccendit eam igni; *Ædificauerunt ciuitatem Dauid muro magno, & firmo, & facta eſt illis in arcem.* Quid hoc? iam reſedit ira? iam cecinit receptui, iam nouo conſilio non deſtruere, ſed excitare vrbẽ meditatur? Sed proh nefas! *Poſuerunt ibi gentem peccatricem: viros iniquos, & conualuerunt in ea, & congregauerunt ſpolia Hieruſalem, & repoſuerunt illic.* & addit, *Et factum eſt hoc ad inſidias ſanctificationi, & in diabolum malum in Iſraël,* Rectè expreſſit omnia vitia quæ graſſari ſolent in vrbibus, & vltimum iſtud quod ad inſidias ſanctitatis & religionis fit, vocat *diabolum malum,* quia nempe iſti idololatræ erãt, & ad deſerendam fidem incitabant, & cumpellebant; nam dæmones alij ſunt aliis nequiores, malus qui expoliauit Iob, malus qui filios abſtulit, nequiſſimus tamen qui ad blaſphemiam adigebat pium & ſanctum virum, itaque iſti qui pacem prædicant, inſidias religioni parant, & mali diaboli zizania ſuperſeminant.

Vigilent etiã rectores vrbiũ.

Arcem vrbiũ occupant vitia ſi dormiũt qui cuſtodiũt ciuitatem.

Vitia vrbium.

9\. Nec minus vigilare iuuet principes ſuper palatij ſui famulos & ancillas; videant enim qualia zizania ſuperſeminauerit dæmon in eos. Deſcribit, teſte Gregorio [a], Iſaias domum in quam omnis generis peccata ſe recipiunt. *Nobiles eius non erunt ibi. No ay ſeñores como los de antes, Regem potius inuocabunt;* quia domus ipſa & primogenita & regna, imò & palatia regem optabunt, *eſtaran las caſas con deſeo de buen amo y darian las llaues a qualquiera, & omnes principes eius erunt in nihilum;* tota domus & annui cenſus ita conſumpti, vt nihil ſupereſſe videatur, *& orientur in domibus eius ſpina & vrtica, & paliurus in munitionibus eius; eſpinas a la puerta y por cerca y vallado que ſignifican?* Quis ſepem ſpinarum in dumo vidit principum? Spinæ (inquit Gregorius) domi naſcuntur & paliurus (*la cambronera*) vallat & ſepit & circummunit, quia nobiles peccata peccatis defendunt, & contegunt, & tanti faciunt ſcelera ſua, vt quaſi prædia feraciſſima vel viridaria ſpinis defendant. Sanctes Pagninus. *Et aſcendent in palatiis eius vrtica & paliurus.* Quid ais? hęc aſpera naſcuntur apud molles? hæc ruſtica in media vrbe? Ita quidem, nam mollitiem ſuam & peccata carnis duro & aſpero ſpinarum vallo defendunt ex hac ſecuritate, quid ſequatur audi. *Et occurrent dæmonia onocentauris;* luxurioſi enim, inquit Gregorius, eleuato capite ibi gregatim ambulant, & inde ceruicem erigunt vnde humiliare debuiſſent. *Et piloſus clamabit alter ad alterum.* Hos explicat Gregorius nomine Græco πανὰς, Latini verò incubos appellant, quorum nimirum forma ab humana effigie incipit, ſed beſtiali extremitate terminatur, vitia enim inter nobiles vrbanitatis ſpeciem oſtendunt, deſinunt autem in beſtiali opere, & turpi, ſed noua, vera tamen interpretatio videtur, *& piloſus clamabit alter ad alterum,* de famolis principum intelligens, quos eleganter comparat ludo quem laſciuientes hædi inſtituunt, cùm militarem in modum ex diuerſis ſtationibus emiſſi aduerſis frontibus congrediuntur, & inſultant mutuò. Hi enim iuuenes & pueri liberè & ſine metu concurſant inter ſe, & inſultant mutuò, *alter verò ad alterum,* ſaltare dicuntur vel odio obſtrepentes, vel turpi luxu laſciuientes, huc enim trahunt vitia otioſos nobiles. Nam piloſus alter ad alterum clamat (ait Greg.) cùm perpetrata nequitia ad aliam perpetrandam malitiam prouocat, & culpam inuitat. Alia item animantia ibidẽ congregantur, lamia, hericius, dracones, & ſtruthiones, omnia enim hæc monſtra ſpinæ diuitum nutriunt, atque defendunt. Hæc autem zizania non per diem, ſed noctu diſſeminat dæmon in palatiis, *Nam inſidiator in noctibus latitat, in diebus vigilantes fugit, appetit dormientes;* hæc enim terra opera carnis excipit, & fructus reddit copioſiſſimos, quos enumerat Paulus, ebrietatem, luxum, &c.

a Lib. 7 in Iob cap. 12. Iſai.

Vigilent principes ſuper palatij ſui vigiles familiaris adminiſtros.

Peccatis ſe muniunt & defendunt principes.

In ſecuritate & otio potentiorum, dæmones inſultant & liberè vagantur.

Pueri principũ ſemper otioſi luxu diffluere ſolent.

Chryſologus.

10\. Maximè tamen peruigilare debent patresfamilias ſuper filios & filias ſuas; licet enim liberi ſint quamplurimi ab hac obligatione inquirendi nimis zizania & nimis curioſè inueſtigandi peccatores, vt ait Auguſtinus, *non quærendo quid reprehendas, ſed videndo quid corrigas, no andes en acecho de las faltas agenas corrige lo que vee claramente:* vos tamen ſi parentes & domini obligatio tenet inquirendi ſunt, ne inter familiares vitia & zizania eradicanda, quemadmodum Dauid egiſſe fatetur. Luſtrabam, inquit, domum meam. *Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ, eſcuchaba eſtaba attento y alerta para reconocer mi caſa,* ſcrutatus ſum vniuerſam domum, & cuiuſuis generis impios eliminaui. *Non habitauit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam: el entonado no me quedò en caſa, qui loquitur iniqua non direxit in conſpectu oculorum meorum, no encarrè lo con migo el deslinguado: detrahentem ſecretò proximo ſuo, al de dos caras perſegiole. Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat: ſolamente me quedè con los que aſentaban bien el pie con los de paſos.* O vtinam perdaraſſes Dauid! Sed amore filiorum cura hæc langueſcere cœpit; ſic eorum prauis moribus ſi non conſenſit diſſimulauit, vt nec aſpero verbo principem perſtrinxerit poſt patratum ſcelus fœdiſſimum quod profligatiſſimus hominum minimè perpetraſſet. Noluit contriſtare ſpiritum *Amnon filij ſui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei.* Et quid inde? creuerunt zizania, & infelicior factus eſt in filiis vir ſanctus omnibus parentibus poſt hominum memoriam: nam maior natu filius ſororem ſuam conſtuprauit, & inſano ſceleri dedecus ſummum addidit: nam & violatam ita exoſam ſubitò habuit vt in media via collocari iuſſerit, & fores obſtrui vt abiret, quæ aſperſo cinere capiti ſuo, & ſciſſa tunica talari, impoſitiſque manibus ſuper caput ſuum ibat, ingrediens & clamans, dolens duplicem iniuriam à fratre acceptam, qualem non inferret barbarus & infenſiſſimus hoſtis. Hunc in conuiuio, in huius rei vindictam peremit gladio Abſalon; ipſe verò rebellat in patrem, turpat in publico foro vxores eius, ac tandem triplici haſtarum ferro confoſſus occumbit. Primus item filius Bethſabee ex adulterio & homicidio natus, obiit Salomon, occidit Adoniam fratrem tumultuantem, & qui optimus videbatur nequior euaſit Salomon, mulieroſus idolorum cultor poſt tot diuinæ ſapientiæ dona præſtita; vide in quem cumulum infelicitatis, zizania, incuria

Vigilẽt patresfamiliãs.

In curia Dauid erga filiorum correptionem.

Filiorum Dauid infanda crimina.

Punitur pater in filiorũ ſordibus & flagitiis.

vnius

vnius parentis diu tolerata exercuerint. Pœna quidem digna parente, qui tot filiorum crimina vel nata tolerat, vel digno ſupplicio non animaduertit.

11. *Concionatores admonentur à Chriſto quibus maximè vitiis eradicandis incumbant.*

Concionatores verò quam operam in eradicandis vitiis exhibere debeant, quæque zizania colligenda ſint, tribus docet verbis auctor parabolæ Chriſtus. Rogati (inquit) cur ſummè bonus Deus permiſit peccatum in mundum intrare? Reſpondete. *Inimicus homo hoc fecit.* Secundò, quare ſemel inuecta mala in mundum non deſtruit? Reſpondete, *ne fortè eradicetis ſimul & triticum.*

SVBDIVISIO DISCVRSVS.

Tertiò, ſit ita quòd oporteat malos aliquandiu cum iuſtis tolerare? erítne eadem ſors & ratio in alia vita? Reſpondete, minimè gentium, *alligate ea in faſciculos.* Diuerſa diuerſis aptantur loca, aliis vita, mors aliis ſempiterna: pergamus ad ſingula.

Inimicus homo hoc fecit. Rogant omnes quis fecit malum? Reſpondent D. Dionyſius [a], & Auguſtinus [b], *malum non ex optimo, neque enim ignis eſt frigere, neque optimi non optima facere.* Quis ergo fecit malum? eſtne Deus ille quem Marcion ſomniauit, & Manichæus? Reſpondet Dionyſius, malum non habet eſſe, niſi in quantum defectus eſt boni. Quare cùm priuatio ſit, ait Auguſtinus [c], non poteſt per ſe ſubſiſtere: vide ergo quis auctor fuit defectus alicuius boni, vtique idem fuit cauſa mali. Cur, rogo, permiſit Deus ingreſſum mali? Reſpondet Auguſt. [d] *Sinuntur eſſe mala ad demonſtrandum quòd poſſit ipſis bene vti iuſtitia prouidentiſſima creatoris, & vt perfecta opera Dei prælucerent*, quaſi vmbræ imagini ſubiciuntur. *Son como las hombras junto a los claros y realces de la pintura, y en aquellas deſcubre a veces vn ſabio mas primores que en la imagen.* Secundò vt homo liber creatus conſilij ſui libertatẽ exerceret, vt ait Dionyſius. *Para que el hombre hicieſſe actos de hidalgo y libre.* Sicut Ioſeph qui cùm claues haberet carceris non aufugit ſicut egiſſet vtique ignobilis quis & abiectus homo. *Vos autem in libertatem vocati eſtis.* Homo tamen & inimicus dicitur, quia dæmon non ita proiectus ad audendum fuiſſet, niſi homo porrigeret opem & conſilium: nam dæmon ſolitarius quid ageret? inimicus verò dæmon & homo omnia peregerunt ſcelera, & mala quæque in orbem induxerunt, *inimico* ſeipſum tegente *hominis ſpecie inimicus homo.*

a 4 De diuinis nominibus
b Lib. 80. Quæſt. quæſtione 16.
c 14. De ciu. c. 11.
d Ibid.
Mala cur permiſit Deus.
Mala iuxta bona ſinuntur eſſe ad exercitium virtutis.
Galat. 5.
Homo ope dæmonis & à contra mũdi perpetrarunt.

12. *Hominis ruinam dæmon & homo peregerunt.*

Primum opus fuit hominis ruina: ad hoc autem dæmon ſpeciẽ ſerpentis aſſumpſit. Sed quid agat inimicus ne fugiat Eua faciẽ ſerpentis, fiat *homo*, & ſerpentis naturam humana ſaltim facie veſtiamus. Ideo auctor Hiſtoriæ Scholaſticæ [e], Bonau. [f] & Carthuſianus ac Beda [g] aſſerunt quæſiſſe dæmonem certum genus ſerpentis, fœminæ quàm ſimillimum, renuit Lyra tale ſerpentis genus, myſticè autem eſſe non negat. Modò enim quidquid callidus ſerpens per ſe nequit perficere, mulieris aut hominis ſpecie obtinet, *inimicus homo*, dæmon enim cùm tentat fatetur eſſe inimicum, at impura lena, amicam & matrem ſe vocat, cùm verè delicatæ iuuentutis inimica ſit, quã perdit lenociniis, & meretricia diſciplina. Præclara itẽ & grauiſſima fuere ſupplicia & plagę illæ quas intulit Deus Ægyptiis, nec vſquam verbera illis fuerunt comparanda: at quis talem vaſtationem efficere potuit? dæmones? minimè, non commiſit Angelis, ſed hominibus Moyſi & Aaroni. Oritur hîc dubitatio, aſſerunt enim quidam, nec improbabiliter, Angelum percuſſorem Ægyptiorum dæmonem fuiſſe, cuius iram frenabat Deus, & nocendi rabiem, *& non ſinet ingredi percuſſorem*; quod nocendi deſiderium non aptè Angelo bono conuenit. Dubitatur igitur quare mortis primogenitorum plagã Angelo nequam inferre demandauit, & Ægyptum percutere non Angelis, ſed hominibus dedit. Ratio eſt, quia ſupplicium plagarũ erat vniuerſale, & quod ad omnes protẽdebatur vaſtare, terrere, turbare aquas, aërem, terram, animantia & homines: tanta igitur támque ſæua prouincia hominibus demandetur, qui ſine vlla pietate vaſtãt, deuorant, perimunt: primogenitorum verò mors cùm ſingularis ſit, & in vnaquaque domo vnus tantùmodò interficiendus, dæmoni commendetur, qui præſcriptis ſtabit, & iram comprimet, ac maiori pietate inferet gladiũ quàm homo. Quod liquet maximè ex lege quæ præſcripſerat quadraginta verbera, quam vt obſeruarent adeò deſides fuerunt homines, vt quinque millia verberũ ab eis acceperit Chriſtus, *coſa en que ſe pida medida de pena y enojo no ſela en comendeis a hombre ninguno.* Neque alia de cauſa Dauid peſtẽ & nõ bella, neque famẽ elegit in pœnã, cùm optio data eſt illi à Deo, famẽ non elegit, ne culpam in regem refunderet; cuius propriũ eſt panem largè ſuppeditare, *era tocarle en la corona*, & fames inſuper vexat pauperes, & non diuites. Bellum noluit eligere, quia furorẽ hominis irati quis comprimit? elegit peſtem, quia flagellum eſt in manu Domini conſtitutum, quem precibus & lacrymis facilè mitigamus. Quis autem irrumpentem exercitum & iratum ducem ſiſtere faciat? cùm vrbem obſeſſam capere & vaſtare ſperat. *Inimicus homo.*

e Cap. 21.
f In 2. diſt. 21.
g In Gen.
Lena pernicioſiſſima.
Sæuitia & crudelitatis mãdata exequenda hominibus potiùs quàm dæmonibus dantur.
Homo deſæuiit in Chriſtum.

13. *Chriſti Domini prædictam inimicus homo fecit.*

Fuitne inſuper maius terriúſque crimen quàm ad crucem damnare Dei filium? & quis hoc facinus perpetrauit? *inimicus homo*, dæmon ſolus? abſit, ſed homo à dæmone poſſeſſus. *Cùm diabolus miſiſſet in cor vt traderet eum Iudas, hizo vna turqueſa de doz coraZones vno de Iudas y otro del demonio y en eſa ſe forjò tanto mal.* Age igitur, & quid præſtiterunt hi duo, inimicus & homo? dæmon potuit perimere? nullo modo, Iudas intulit mortem? abſit, imò fortè neque putauit inferendam. Quid ergo peccauerunt? tradendo nempe eum in manus peccatorum & Gentilium; quid quod neque poterant, neque ſomniauerant efficere illi duo, homines egerunt. Et quàm breuiſſimo tempore (quod mirabile eſt) verberarunt, & in crucẽ egerunt. Qua ratione tam breuiter hæc omnia facta ſunt? Reſpondet, *Tradetur enim gentibus*, & non qualibuſcumque, ſed Pilato præſidi & Pontificibus. Ratio autem eſt manifeſta, nam cùm fur furatur, noctem quęrit, metu percellitur, & fur tum tegit, certus ſe ſi cõprehendatur ſuſpendio mulctandum eſſe; ſi verò caterua latronum ſenſim & occultè munera reipublicæ obtinerent & obirent, hic præſidem ageret, ille auditorem; ſcribam ille, teſtem & accuſatorem alter: & ipſi tantùm comprehenderent reos, inquirerent, ſcriberent & ſententias ferrent. Dicite mihi quæſo, qua ratione furta punirentur, nónne ad inaudita crimina & facinora pauerent homines, & rogantibus, qua ratione hoc factum eſt? reſponderent: Iudex dixit, præſes decreuit, teſtes affirmarunt. Vides quomodo hi latrones ſub ſpecie iuſtorum miniſtrorum orbem vniuerſum exturbarent? compilarent, ac funditus delerent? Idem igitur in

A ſimili ex parabola declaratur quõ pacto paſſio Chriſti tã citò parata ſit.

morte

morte Chriſti contigiſſe puta. Dæmon namque ſolus auſus non eſt mortem moliri Chriſto, ſolo enim verbo à ſe propelleret Dominus, ſicut in deſerto: vade retro ſatana; quid agat? euocat dæmonum cateruam ab inferno, & in Hieruſalem mittit cum poteſtate, & aſſumit vnuſquiſque munus & perſonam, illi militum, iſti ſacerdotum, alij Pontificum, accuſant iſti, comprehendunt illi, & exercitum ſic armatum producunt. *El demonio que entrò en Caiphas era deſcomulgado que no oya ſermones, y aſſi le reprehendio el ſeñor yo en el templo he predicado pregunta a los que oyen ſermones, que tu no los oyes el demonio de Anas era peor porque tenia malos miniſtros y vno de ellos delante de ſu ſeñor dio vna bofetada al ſeñor y callò ſu amo. El de Pilatos era peor por que era demonio ambicioſſo y timido, que llegan los judios, y le piden a Chriſto para crucificarle y ſeloda y llega Nicodemo y ſelo pide para ſepultarle y ſeloda, la ambicion los trahe al retorter.* Nouit bonus Magiſter technas dæmonis, & ait, *hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum.* Homines eſtis, ſed dominantur in vobis tenebrarum principes dæmones. Iſti igitur comprehenſum, flagellatum in crucem tollunt. Pilate qualem ſententiam dixiſti? abſit à me crimen, *gens tua & Pontifices tui tradiderunt te mihi*; & vos ô Pontifices, quare tradidiſtis? quia nobis tradiderat Iudas, & tu ô Iuda quid tam immane ſcelus perpetraſti? non ego, inquit, ſed dæmonis ope & conſilio egi, *Inimicus homo hoc fecit, el demonio y yo la traçamos*; neque enim ipſe ſufficeret, niſi mea abuteretur ope & malitia. *Homo homini lupus, guarda el lobo (Chriſtiano.) O, ô, fugite à facie aquilonis, cauete autem ab hominibus*, aiebat qui condidit & redemit eos; caue tibi & honori tuo, ô ciuis, caue tibi puella, nemo eſt cui fidas honorem tuum: vide quia clàm & tectè honori tuo inſidiatur, *fugite, fugite*, ſerua pallium ô diues, & tu togam religioſe, infernus enim perſonatus incedit facie & perſona peccatorum tali audacia tàmque proiecto animo, vt ſi iterum mundum repeteret Deus, probro, dedecore, detractatione, catenis cruceque afficeretur. Teipſum time, te fuge, tibi mortem myſticam infer, tecum inimicitias gere, quia homo es, nullum alium mali & peccati auctorem quæras tu, & tuus frater, & qui te amicum vocat inimicus eſt, *inimicus homo hoc fecit.*

Cauendum ab hominibus.

14. *Sinite vtraque creſcere.* Quare cùm Deus ab exordio facilè poſſet eradicare zizania permiſit? Reſpondet primò Gregorius [a]. Maioris enim ſanctitatis eſt teſtimonium bonum eſſe inter malos. *Nec enim eſt valde laudabile bonum eſſe cum bonis, maximè autem laudabile eſt bonum eſſe cum malis.* Hac de cauſa laudatur Loth à D. Petro, quia iuſtus inter Sodomitas, & quia cruciabant eum mala eorum opera, & ſponſa hanc reddit rationem dilectionis ſponſi, quia erat *ſicut malus inter ligna ſiluarum*, & ille quia ipſa erat *ſicut lilium inter ſpinas.* Diſce ô fœmina hoc reſpondendi genus; quare es pudica? *quia plurima ſunt quæ iam de impudicitia gloriantur, & tunc eſt tempus faciendi Domine*, cùm diſſipauerunt legem tuam. Secunda ratio, quia ſi Deus è veſtigio impios raperet in ſupplicium, manerent iuſti onere munerum temporalium grauati, & his miniſteriis addicti quæ communiter in republica mali exhibent & auocarentur à diuino cultu. Quis (quæſo) eſſet tabellio & caupo, &c. quæ munera & periculoſa grauiſſima eſſent & operoſa iuſtis. Tolerantur ergo, ſicut cùm nocens quidam addictus eſt per ſententiam morti, condonatur illi mors vt ad triremes miſſus ſeruiat regi, ita multi ex his miniſtris iam diu diuina iuſtitia ob ingentia crimina deſtinati videntur in gehennam: parcit autem Deus vt interim ſeruiant iuſtis emendo, inferendo merces, lites agitando. Habet authorem hæc ratio, ſed nullo indiget. Tertiã dat Magnus Auguſtinus, ſi iniquis omnibus ſtatim parata eſſet pœna, ferè nullus fidei daretur locus, fidei, inquam, alterius ſæculi, videntes enim pœnam ſubſequi è veſtigio culpam, nihil iræ diuinæ, nihil venturo iudici reſeruatum putarent; nec eſſe æternas, nec purgatorias flammas, ſed ſicut in triremi vel in ſchola puerorum à peccato raperetur impius in ſupplicium. Puniantur igitur aliqui, vt prouidentia effulgeat, & diſſimulentur aliqui inſigniter ſcelesti, vt credamus ſaltem his paratum eſſe infernum, quos dæmon quaſi arida ligna præparat, & Deus ſinit ea creſcere. Diuinam iſtam prouidentiæ rationem, & tolerantiam confirmat Iob, *Ad nimium calorem tranſeunt ab aquis niuium, & vſque ad inferos peccatum illius, ſon peccadores en hibierno y en verano*, migrant enim à domo in domum dum vrit conſcientia, quærunt in hiemali parte domus refrigeria; ſi verò pluit Deus, & labores mittit, remigrant ad æſtiualẽ partem, & ita vſque ad mortem ſunt peccatores, *& vſque ad inferos peccatum illius.* addit, *obliuiſcatur eius miſericordia, dulcedo illius vermis.* Quid dicam, Deus qui ipſa eſt miſericordia & pietas, ſinit eos, & quaſi miſſos facit, fiuntque, vt ait Hier. *equi ſine freno, dexalos como a cablos desbocados ſin tener los derienda.* mox addit impietatem eorum, *pauit enim ſterilem*, illud *non* repetendum eſt, *& quæ non parit, & vidua non benefecit, no apacento ala eſteril ni hizo bien ala binda.* hoc quaſi extremam dementiam & malitiam refert; *extremo de mal hazer mal a vna binda.* Nunc timores deſcribit, *& cum ſteterit non credet vitæ ſuæ, no ſe oſa reballir como el que belteò el toro, eſtando le mirando Dios enojado.* nam ante omnia *dedit ei locum pænitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbiam.* Hebr. *darale a la confianza.* Videamus ſi ſit in eo aliqua morum emendatio, ſi nequior quotidie fit, ſi iterum ſe commouet, & redit ad mores ſuos, attendit. *Oculi autem eius ſunt in viis illius: mira, buele, ſi viue mal el peccador, eleuati ſunt ad modicum*: erigit caput, & iterum ad vetera peccata redire cupit, tunc quaſi taurus ira turgidus Deus deiicit eos in ſempiternum, *& nõ ſubſiſtent.* Hebr. *& non ipſe, no lo dexara para hombre, & humiliabuntur, derribaralos por juſticia.* Declarat locum alter Eccli. 10. *In pigritiis humiliabitur contignatio, quando el techo o la pared haze vientre preſto ſe caera e la derribaran por juſticia.* Pulcrum quidem caducæ felicitatis ſymbolum paries grauidatus, homo terreus tumidus & inflatus theſauris & rapinis, qui exiguo mercaturæ quæſtu opulentiſſimus factus eſt. Terra quis te tantum & tam breui extulit? ſic furto tollis, ſic alienis bonis diteſcis homo heri leuiſſimus & obſcuriſſimus. Ruet vtique, vel iudex exturbabit eum, *humiliabitur contignatio, humiliabuntur ſicut omnia.* Pagninus, *claudentur ſicut omnes, hecharanlos preſſos como a gente de por ay.* Et morientur in ferro qui ſplendebant

a Lib. 1 Moral.

Cur permiſit Deus zizania.

Boni inter malos laudandi ſunt.

Seruiunt impij vt onera negotiorum & munerum obeant & ſoluant ne grauentur iuſti.

Simile.

Vt detur locus fidei impunitè manent plurimi impiorum.

Simile.

Cap. 24. 19 vide expoſitiones apud P. Pineda.

15.

Sinit liberè viuere Deus impios & obſtinatos.

Felicitas mala ſecura quæ iniuſtè vtis nititur.

bant in atito. Rabbi Moſeb, *Saltabunt de loco ſuo, ſubieron aprieſſa a la grandeza vaxaran de ella deſpeñados.* Septuaginta, *emarcuit ſicut malua,* quam affirmant Solis motum in gyrum imitari, & regis vultu toruo aut mutato hi tyranni ſtatim marceſcunt, *& ſicut ſummitates ſpicarum ſuccidentur, cortaralos Dios a tiempo que eſtan altes y ricos ſin eſperanza de recobrarſe ni reuerdecer. Quod ſi non eſt ita, quis me poteſt arguere eſſe mentitum, eſto cada dia paſa pero los tiempos dïran que no miento,* aut (quis poterit) *ponere ante Deum verba mea, quien me acuſara ante Dios que he dicho mal?* Deus igitur quoſdam hic ſeuerè punit ne dormire putetur, alios verò quaſi oues occiſionis viuere patitur, & depaſci terram, non ſine conſilio, *ſinite vtraque creſcere.* Concedit viuere perditiſſimam illam mulierem, quia ſub eius vmbra & poteſtate virgo pudica educatur, ſeruat inter viuos ciuem illum iniquum, quia modò ad gubernacula reipublicæ ſulertiſſimus eſt. *Sinite vtraque creſcere.*

Simile.

Simile.

Deus quoſdã punit ne dormire putetur.

16. *Colligite primùm Zizania.* Oſtendit iam tertium etiamſi in hac vita diſſimulet, non eandem rationem in alia vita futuram eſſe iuſtorum & peccatorum. Dicet enim opportuno tempore Angelis ſuis, *Colligite primùm Zizania. A la ſiega Angeles ſegad primero la zizaña.* O quanta cum celeritate tiaras, coronas, vela, pileos, togas, cucullos ex Eccleſia colligent: *alligate ea in faſciculos* ſigillatim, & ad ignem aduoluite. Ad ignem Domine? fuit Pontifex, *colligite*; fuit delicatus rex, *colligite*; presbyter erat honeſtiſſimus, *colligite*; pudica illa videbatur ſanctimonialis, *colligite*; putarent iſti hypocritæ non aliam ſortem aliámque rationem habituras fore res in alia vita? Audiant hiſtoriam; vixit, bibit, & ſplendidè indutus eſt diues quidam ſuperbus, ad cuius ianuam iacebat mendicus Lazarus. *Factum eſt autem vt moreretur mendicus,* & diues nónne etiam mortuus eſt? Certum eſt obiiſſe ex nimio cibo, potu, cruditate, aut apoplexia; illum in compluuio, iſtum in molli & aptato lecto. Domine quare, obſecro, res inuerſo ordine narras, priùs vitam diuitis, nunc verò priùs mortem pauperis commemoras? ita fieri oportet, narro ego res vt ſe habent, diuerſus autem eſt ordo in illa, & in præſenti vita mutantur fora & leges poſt obitum, diuerſa eſt ſors: *como quando ſe disfraça un cauallero dura el deſorden mientras dura el disfraz luego toma cada vno ſu lugar, el, el ſuyo y los criados el ſuyo.* Splenderis nunc ô diuites in amictu, in famulitio, in menſis & abacis & lectulis, & ſqualet Dominus in tuguriis, inuertet ordinem mors & regali voce dicet Chriſtus, recedite diuites, præcedat iam pauper. Exierunt ambæ animæ nudæ & expoliatæ omnibus; æqua enim eſt ſors, dum ad flumen mortis accedunt nudi omnes tranare debent: datur Lazaro Abrahæ ſinus, infernus verò diuiti, vbi nec aquæ gutta ſuppetebat, petit aquæ guttam, ſed noua fora nouæque leges denuntiantur illi. O fili, crede ludum fuiſſe vitam in qua de iactu globuli lignei certatur: hac autem lege vt qui vna vice globulum bonum tulit deferat alia vice malum. Luſiſtis pariter tu & Lazarus: tu primam manum artipuiſti, felicem ſortem, vitam (vt aiunt) bonam, *diſte ſa buena vida*: nunc ergo æquum eſt malam ducas. *Fili recepiſti bona in vita tua, no ves que llebas te la bida buena? Lazarus autem mala.* Tace igitur nunc, & ita legibus huius vitæ, quæ longe diuerſæ ſunt; diſcant tunc peccatores, Deum nempe ſcire commutare vices, & ſortem inuertere.

Iudicij dies omnes aduolues & in faſciculos colliget.

Diuerſa ſors & ordo huius & alterius vitæ.

Alligate ea in faſciculos. Vix perſonabit hæc vox cùm dehiſcente terra in longiſſimos currus ingenti ſtrepitu inferni meſſores catenis & funibus præparatis, ſicut ſerpentes in faſces redigent, & deferent comburendos, ſinite me, quia ſuum Cæſar, quare Pompeio me alligatis? auferte etiam me ab iſto faſciculo vbi domina iſta ſemper mihi infenſa alligatur, ſuſtinete, non patiar vno faſciculo comprimi cum equite iſto à quo genus meum ſemper alienato fuit animo. O zizania maledicta nunc loqueris? ſemen diabuli, dæmon te ſeminauit, diabolus te colliget; ſit ita, iſtius generis filij qui vnius odij, vnius animi fuerunt, colligentur in vno faſce, ſeorſim alij, ambo tamen infernalibus flammis amandentur: mea namque Eccleſia locus erat pacis quem mea natiuitate ſacraui pacem naſcendo, pacem dum viuerem, & moriendo dedicaui; dæmon autem horum hominum facie tectus & perſonatus diſcordias ſeminauit. *Colligite*, ſeparate ea & detrudite. In ſempiternum pax, ô Chriſtiani, pacem amicam enuncio, licèt enim Deus patienter diu tolerat zizania, mutata tamen vice triticum in horrea recondit poſt æſtum vitæ, & labores in ſempiternam gloriam. 17.

VERBVM SPIRITVS ſancti. Epheſ. 4. v. 7.

Vnicuique noſtrûm data eſt gratia ſecundùm menſuram donationis Chriſti.

Larga Dei manus in talentorum diſtributione, tenacitatem & illiberalitatem hominis damnat: talenta tribus perſonarum gradibus, quibus parare ſibi poſſint æterna lucra, largitur.

DISCVRSVS CLXXXIII.

SANCTA Eccleſia cupida, vt chariſſimi filij ſui non oſtiatim à creatis rebus ſtipem colligant, ſed tantummodo ad patentes diuinæ bonitatis portas accurrentes eleemoſynam petant cupidiſſimè elargiendi; ſigna quædam nobis præbet huius theſauri, huius ærarij publici, in quo bonorum omnium ſumma aggregatio repoſita eſt. *Manus eius* (inquit) *tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis.* Manus eius inſpicite, in illis enim quis ſit oſtenditur. Perplacet hoc nobis (Eccleſia ſancta) verùm primùm vt illas meliùs æſtimemus, in hominum manibus figemus oculorum aciem. Iob 37. poſtquam furentis tempeſtatis fluctus egregiè depinxit, addit, *In manu omnium hominum ſignas, vt nouerint ſinguli opera ſua.* Nicolaus 1.

Ærarium publicum Chriſti Domini manus liberaliſsima.

Manus hominis deſcribuntur.

Nicolaus à Lyra nomen habens, quia ſicut aptè temperata lyra textui conſonat, & alij Doctores Latini affirmant, ſignificare Deum Opt. Max. omnium *hominum manus obſignare*, in illis quaſi mutare tempora, multiplices rerum varietates & occaſiones, veluti demonſtrando, nunc dies elucet, neceſſe eſt iam labori manus admouere; nunc eſt nox atra tenebris, tempus exigit vt conquieſcant; nunc tempus eſt ſemina telluri mandandi, ſtatim metendi veniet; ſciunt quid peragendum ſit, aut intelligunt quibus rebus oporteat occupari. D. Thomus qui totus intellectus eſt, vult vt hoc ſignum in intellectu collocetur, & inde in manus deriuetur, inſtar muſici qui priùs notas callet, & mente tenet artem, quam chordis poſtea apponit, & hoc eſt in intellectu & arte operari. Titelmanus inquit ſignificari, vt vnuſquiſque manibus ſuis attendat, & in illis manifeſtè quò ſua natura incliner, intuebitur: videbis illum ab incunabulis altaria erigentem, ornantem ſummo ſtudio, Eccleſiaſticus erit; alium gladiolis ſtudentem, miles; illum minima quæque furantem, latrunculus, *In ſtudiis ſuis cognoſcitur puer.* Hoc alij tribuunt Dei ſapienti prouidentiæ, quæ concedendo homini manus, demonſtrauit exercitationi virtutum omnium & artium natum eſſe, quod animalibus non tribuit; cúmque author interpretationis medicus idem ſit, nobis alloquentem Galenum [a] inducit, *Non ſolum hominem rectè manibus vti, ſed ſolum hominem habuiſſe manus; inſtrumentum quidem animali ſapienti conuenientiſſimum, homini maximè proprium.* Etenim ſi manum contemplemur, omnes artes, & artium inſtrumenta illâ contineri videbimus. Contracta manu mouet & vibrat gladium, ars militaris, & omnis artis præcepta ad dirigendum enſem ſurſum, deorſúmve, punctim, cæſim feriendum, reducendum aut deducendum mirâ induſtriâ & dexteritate confert. Tribus tantummodo digitis calamum politica ſuſtinet, & leges ſtatuit; ambabus manibus œconomica domum componit, & exornat: eiſdem opifices mille artificia moliuntur, feras immanes domant, equos frænant, corpori opem ferunt. Veluti intellectus ſeruit animæ, ita manus corpori (aiebat Ariſtot.) in pugnum contracta manus logica eſt, deducta & prolata Rhetorica; quatuordecim partibus egregium opus Rhetoricum, & diſcurſus ſuaſorius amplificatur, quæ his quatuordecim articulis vnius manus collocantur. In manu muſica breui deſcripta cernitur, huius interualla, claues, deductiones, tum vocum, tum fiſtulæ chordarum & organi. In hac fides quatuordecim articulos conſtituit, diuina lex præcepta decem, ſpes vires ponit & anchoram bonorum operum; charitas miſericordiæ munera, religio orationem, arithmetica rationem numerorum, menſuras geographia, atque etiam chiromantia, vt ridiculi homines voluere; teſtes ſint huius rei mulieres quæ paſſim his nugis & inſaniis fidem habent. Verùm enimuerò germani ſenſus huius loci ſunt, alter quidem literalis; agit enim Iobus de hyeme, niuibus, & glacie, & inquit, *In manu omnis hominis ſignat*, id eſt, omnium manus ſigillis munit, & inſignit ſummo frigore quod mittit in terras, *vt nouerint ſinguli opera ſua*, id eſt, vt vix poſſint opera ſua peragere. *Nouerint*, idem eſt quod

Deus dux eſt operis faciendi hominibus, & temporis ſignat.

Signum manus in intellectu fieri autumat D. Th.

Homo natus ad laborem & artium ſtudia.

Vide P. Pineda in Iob.

a De partib. anim. & locis.

2.

Intellectus animæ manus corpori ſeruit.

Officio manus & omnium artium inſtrumentum vel ſignum.

Germanus ſenſus verborum Iob.

Hiſpanè *entender, hazer, ocuparſe, en que entenders.* Itaque frigore comprimit ita manus, vt videatur obſignare eas, vt nihil agant, *haze tan grandes frios, que les haze dar de mano a la labor del campo.* Hoc verò accommodatum animæ ſibi vult dicere quod Nicetas, & S. Concilium Mileuitanum cap. 7. teſtantur; vt enim niue terra frigeſcit & conglaciat, & hac etiam fouetur, & contegitur, calorémque in gremio, & ipſius penetralibus colligit, quo fit vt plantæ altiſſimas agant radices, & ima telluris petant, viréſque in ſeipſis recuperent; ſic cordis ſiccitates quando conglaciat animus & triſtatur, quaſi abſente Deo, cælum occluſum experitur, totum id in bono animæ inſeruit, vt nouas virtutes induat, nouas vires ſumat, & præſertim maximis virtutibus exaggerata euadat, quæ non in blandis deliciis, & ſuaui dulcedine collocatæ ſunt, ſed in ingenti animo, & valido, magnóque ſpiritu, quo ſine humano ſolatio, & ſine ſpe præmiorum mundi maximæ difficultates ſuperantur; & quando manus ſignat alicuius hominis, vt opera externa non peragat, ideo eſt, vt ſe colligat, & domus animæ ſuæ operibus attendat, & animaduertat, ea quæ forſan fluxarum rerum curâ diſtractus cernere non poterat, *vt noſtræ infirmitatis conſcij modeſtè de nobis ſentire diſcamus*; ſicque ſanctiſſimorum Patrum Concilium Dauidis illud interpretatur, *Delicta quis intelligit?* animæ recondita ſcelera quis mente aut cognitione vnquam conſequitur? ille nempe, qui ad ſe, & ad domum animæ ſuæ ſe recipit. Sunt aliqui, qui ſtatim matutino tempore pallio ſumpto domo ſuâ diſcedunt, & occidente ſole lares repetunt; qui fieri poteſt, vt quid domi actum fuerit, intelligant? *quis intelliget?* Eadem prorſus ratione ſunt aliquorum animæ, quæ hâc illácque liberè vagantur, nunquam ſe recipiunt: verùm quando naturæ parens Deus illorum ſignat manus, tunc ad ſe redeunt. Nolo vt gubernacula reipublicæ pertractes, nolo vt aliis impetes, pone virgam, tu ſceptrum, tu pulpitum, eia receptui canite. Illic per animi quietem ſcelera viſuntur, illic ſeſe ipſe ſcrutatur, ſe iudicat, & gubernat, ſibi concionatur: & ita Septuaginta vertunt, *Vt ſciat omnis homo infirmitatem ſuam.* Illorum manus obſignat, vt ſe dignoſcant, & quis ſit Deus, intelligant.

Verùm latet adhuc in cortice literæ nucleus ſpiritus, *In manu omnium hominum ſignat, vt nouerint ſinguli opera ſua.* Vultis hominum intima penetrare, ipſum etiam Deum agnoſcere? manus igitur intuemini; opera etiam quid ſit vnuſquiſque manifeſtè declarant. *Et manus quidem ſunt ad rectè faciendum*, vt dixit Anaxagoras, cuius dictum aliquid authoritatis habet, quia toties Ariſtoteles [a] etiam idem repetiuit, *Omnium animalium hominem prudentiſſimum, quoniam vnus omnium manus obtinet*; & ita homo eſſe dignoſcitur. Et probatur hac ratione: nam præcepta Dei ſeruare eſt verè hominem eſſe: probatur ex Eccleſiaſte, *Deum time, & mandata eius ſerua, & hoc eſt omnis homo.* Sed qui liberales manus habet vt pauperi opem ferat, non contemnit, ſed potiùs iuſſis ſupremæ legis obtemperat. Patet propoſitio ex Eccleſiaſtico 7. *Bonum eſt ſuſtentare iuſtum, ſed & ab illo non ſubtrahas manum, quia qui timet Deum,*

Siccitates animi & deſolationes in tribulationibus ipſum ſeruant

Ad ſe redit anima in tribulatione poſita.

Simile.

Cognitionem ſui affert tribulatio.

3.

Manus liberalitatem indicat, & quiſque in manu facilè cognoſcitur.

a Lib. 1. de partibus anim.

Probatur ratione.

nihil

nihil negligit. Hic igitur liberalis verè dicendus eſt homo. Videre quomodo hominι ſint neceſſariæ manus, vt ſit homo, & ſuæ dignitati & naturæ reſpondeat, & vt talis habeatur. Econtrà verò qui manus ſuas cruore imbuit, & paſcit animum aliorum profuſo ſanguine, à nobiliori & præſtantiori natura degenerans, ad viliorem & abiectiorem deprimitur, araneæ inſtar, vt ait regius Vates, *Propter iniquitatem corripuiſti hominem, & tabeſcere feciſti ſicut araneam animam eius.* Quia fruſtrà manus accepit, fit aranea, quæ manibus & arte inſtruitur, & veneno armatur tantùm, vt caducas texat telas, vt venetur, vt capiat, vt muſcæ miſeræ ſanguinem abſorbeat, & totum eius corpus conflatum eſſe videtur manibus, vt malum, peſtémque aliis importet, & ita illius pœna conſtituatur, vt inſtar araneæ ſint deformes, inhoneſti, bonis omnibus deſtituti, vt rapidus ventus, & omnes creaturæ illorum telam, & ampliſſima quæque patrimonia diripiant, & illorum omnia inuenta volubili fortunæ motu labefactata concidant, & vniuerſus orbis in illos quaſi facto impetu irruat; vt ſit contra araneas iſtas diuites, opulentos, inquam, qui quidem nunquam mouentur, vt aliis bona importent, ſed longas habent manus, vt quæ poſſint mala cæteris inferant. Munifici verò & liberales manibus agnoſcuntur, & in omnium ore linguiſque verſantur. Illum Artaxerxem Longimanum Plutarchus [a] dixit, cuius dextera longior erat ſiniſtra, virio vertebant aliqui, quibus ipſe aiebat, gratis me taxatis; natus vt rex eſſem longam manum nactus ſum, vt omnibus largè effuſéque donarem. Quo item argumento vſus eſt Iſai. ad reuocandum ad diuinam ſpem infideles filios, *Ecce non eſt abbreuiata manus Domini vt ſaluare nequeat.* Quis eſt qui diffidat ſalutem non conſequuturum? nonne Dei ſunt longiſſimæ manus? ſed hominum manus breuitas & auaritia diuinas manus decurtat, & breuiores exiſtimat. Illum *Comimanum* appellabant, alium *apertæ manus, el de la mano horadada,* nuncupabant, & communiter liberales, *manirrotos,* deductæ & profuſæ manus vocant. *In manu cuiuſcunque hominis ſignat.* Illos à manibus dignoſcetis.

Manibus ingenit homo vt homo ſit.

Qui manus ad nocendum habet ab homine tranſit in araneam.

Longas manus ad rapiendum qui habeant.

[a] Apoph. Rom c. 10.

Cap. 59. 1.

Auari manus breues in manibus cognoſcuntur, ſicut & liberales.

4. Videndum eſt nobis modò, ſi Deum à manibus etiam agnoſcemus. Exacuite mentis aciem, & omnes creaturas à nutu, & diuinæ bonitatis manibus videte pendentes, *Sicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum; ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum.* Ecce omnes oculi in manibus Domini; agėſis, non conîicies oculos in caput, vel in oculos Domini? Minimè, ſed in manus, ibi quis, & qualis ſit, vnuſquiſque dignoſcitur, etiam ipſe Deus. O vtinam has manus intueremini, & non impiorum hominum mundi ſuſpiceretis, *In manibus dominorum ſuorum.* Et quemadmodum cùm quis liberalem ſe gerit in pauperes eleemoſynas impertiens, nullus illius nomen ignorat. Age heus, qui vocatur hic nobiliſſimus eques? ignoro, reſpondet, id vnum ſcio, liberalem eſſe & pium. Et ſicut beatiſſima Virgo, quæ etiamſi à parentibus nobiliſſima trahit cognomina, nunc à beneficiis quæ in homines confert nomina accipit, Deipata Virgo gratiæ, remedij, ſecundæ fortunæ, auxilij, conſolationis, ſic Deus Opt. Max. à liberalitate & munificentia ſua nomen accipit. Deus *à dando* dicitur, *Dios Dios; illum enim datorem, el dador,* maiores noſtri vocabant. Humanos induit artus, & pertranſiit viram, *benefaciendo & ſanando.* Et cùm iam morti proximus eſſet profecturus ad Patrem, omnes creaturas ex cruce vocauit; tot & tanta habet cruci affixus quæ impartiatur & diuidat? nam in crucem ſemel aſcendens omnibus omnia diſtribuit. *Ecce* Ioannes *mater tua,* & tu mater amantiſſima accipe, *ecce filium tuum.* Eia felix latro Paradiſi gloria fruere, & potire cæleſti regno. Accipite milites veſtes meas; & tu ſol luminum Princeps indue eclipſis caliginem quaſi atram veſtem, *tomad luto ſol.* Hebræi infenſiſſimi hoſtes ex imo cordis affectu preces accipite, eia homines accipite meum ſanguinem, quo ſordes veſtras expietis: terra tibi corpus trado, *conſummatum eſt,* nihil supereſt diſtribuendum, dirumpite hanc tunicam, hoc latus aperite, videbitis nihil amplius remanere, quod vobis dem, niſi transfoſſum pectus, manus etiam transfixas & terebratas; hic, inquam, hic quàm verè Deus eſt, eia mater Eccleſia, iam inuenimus ſponſum tuum, ſacroſanctum Euangelium, profert omnia ſigna quæ de illo demonſtraſti, vt videre iam licet.

Deus etiam à manibus cognoſcitur.

A ſimili.

Liberalis & miſericors nullo alio nomine aut titulo indige.

Largitas Christi in cruce.

Manus eius. Si manibus homo eſt, & cognoſcitur homo, *homo quidam,* hic homo Chriſtus eſt, & ſponſus veſter. Sic exponit D. Hieronymus, Origenes, Hilarius, Theophylactus Eph. 4. *Aſcendens Chriſtus in altum, & dedit dona hominibus.*

Applicatio Evangelii et paraphrasis.

5. *Tornatiles.* Torno eleganter elaboratæ, quæ facillime hucuſque vertuntur vt dent. *Vocauit ſeruos ſuos, & dedit illis.* Tornatiles, quia ſumma liberalitate bona ſuppeditat, ſed eorum quæ dedit rationem exiget, Hiſpanus explicat, *Mercedes al torno, porque quieren retorno, y torna a a tomar dellas cuenta. Tornatiles.* Iuſtas vocat Hiſpanus, quia illius manus non aliena, ſed propria largiuntur. *Dedit illis bona ſua.* Illos enim defraudare, vt aliis bona ſubminiſtrentur, non liberalitatis, non iuſtitiæ, ſed iniuſtitiæ tribuendum eſt, vt aliqui mercaturam exercentes, qui aliorum bonis rem agunt ſuam, & ea quæ ſunt aliena, ſuis committunt actoribus vt negotientur. *Panis eius in vtero eius vertetur in fel aſpidum.* Illius pœna (teſte Iob) eſt ſimilis gulæ ventrique dedito, qui ſatiatur, expletur dulciſſimis bellariis ſacchari & mellis, & (anthore Galeno) calidis, & quæ facilè in bilem conuertuntur. Dulce quidem eſt aliorum bona deuorare, deglutire, abſorbere; ſed in bilem ea mutantur, quæ illos excruciat & torquet, quia ſudent, palleant, nauſeent. *Diuitias quas deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet illas Deus.* Adiuuat vomentem

Tornatiles manus Christi quia & facilè dant & rationem accepti exigent.

Manos a preſſa dar a la ley y razon.

Mercatores qui alienis bonis ditescunt & de alienis largè donant.

confeſſor, eia forti animo magnóque eſto, teneris vtique hæc omnia reſtituere, & breui tum diuitias ipſas dolens amittit. Illis verò contingit, inquit Nazianzenus, vt his qui nauſeabundi malè coctorum ciborum, bonos etiam vi & ſpiritu impellente proiiciunt; ſic etiam Deus hos bonis omnibus tum malè cùm benè partis ſpoliat. *Tornatiles* igitur ſint eleemoſynæ, *hechas al juſto y juſtas.*

6.

Manus Chriſti repeto dinna celeſtia dona promittunt & donant.

Plenæ hyacinthis. Quibus probat ſe Deum eſſe, quia cælorum, & æternæ beatitudinis bona largitur, hæc enim hyacinthis deſignantur. *Manus eius cauda pauonis*; centum namque oculis ſuæ prouidentiæ omnium creaturarum oculos in ſe rapit, & manus oculatas habet, mulieris inſtar fortis, *quæ operata eſt conſilio manuum ſuarum*, quia ſummo conſilio, ſumma prouidentia negotia pertractat, & in dando modum & menſuram ſeruat *.

* Secundùm propriam virtutem, *conforme ſabia que lo podian legrar, y como quien tenia ojo a pedirlo cuenta.*

Vnicuique ſecundùm propriam virtutem: hoc eſt, quia præſciebat quomodo erat ab vnoquoque luctandum; attendebat enim rationi exigendæ propter commiſerationem, qua maximè tangendi ſunt, qui ingentibus eleemoſynas impertiuntur, vt nempe opem ferant maioris momenti indigentiæ: quare Ierem. in verſu vbi inquit, *Recordare paupertatis & tranſgreſſionis meæ abſinthij & fellis*, literam *zain* collocauit, quæ oculum ſignificat, vt oculus in maiori neceſſitate defigatur, ille accurrat qui eleemoſynas impertitur, ideo addidit, *& fellis*; nam miſericordiæ eſt & pietatis magnæ pauperi clamanti in huius oſtio templi crura diro morbo conſumpta, & ſanie corrupta patefacienti ſubuenire. Cæterùm ſi quis abſinthij poculum ebibiſſet, cùm huius morbus lateat intus, & ipſe loqui vix poſſet, ſi id ſcires, hic potiùs ſubleuandus erat; iuſtum & æquum eſt noſodochij pauperibus, aut his qui vicatim colligunt, eleemoſynas largiri, verùm pietatis oculi in ſummis calamitatibus oppreſſos, & rerum omnium indigentes, honore tamen præditos, conferantur, quia quaſi felle torquentur & excruciantur, lectiſſimam filiam, & honoratum filium conſpiciendo ſame confectos perire. Heu pietas, proh dolor, ibi ibi inuigilare oportet, & tantam leuare paupertatem, & inſtar pauonis oculatas manus habere quaſi ſummi Dei & Chriſti Domini, aut Nicolai, qui oculos defixit in honeſtiſſimis virginibus in ſummo diſcrimine poſitis, & in bono parente, qui variis curis & ſolicitudinibus angebatur. *Plena hyacinthis.*

Cap. 3. 19.

Pauperibus potioribus & qui præ pudore non mendicant ſubueniendum eſt.

7.

Lucrandi animas talentum à Chriſto datur.

a Hom. 41. in Gen.

Vni dedit quinque talenta. Et iſtæ tam liberales manus tales eſſe declararunt in his quæ tam largè effuſéque donarunt *quinque talenta.* Munus lucrandi animas eſt iſtud, vt inquit Chryſoſtomus ª, & ſingularia dona, & egregia talenta ad hoc ſanctiſſimum opus præſtita deſignantur. *Hæc omnia de magiſtris dicta ſint, vt talenta ſibi credita non abſcondant, ſed omni diligentia diſcere cupientibus apponant*, doctis & literatis, viris religioſis, & his qui animorum lucris occupantur, id quod D. Paulus dixit, *Vnicuique noſtrûm data eſt gratia ſecundùm menſuram donationis Chriſti.* Quando? in diſceſſu ad Patrem. *Propter quod dicit aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.* Quid verò hoc eſt quod dedit? *Quoſdam Apoſtolos, quoſdam Prophetas.* Ad quem ſcopum ſpectauit? *Ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti*; ad perficiendum veſtro munere, & exædificandum animis, Chriſti Domini myſticum corpus. Inde percipies tu qui literis operam dediſti, tu qui in Eccleſia ad gradum es alicuius dignitatis euectus, quò tui conatus, diligentiæ & ſtudiorum prora dirigenda ſit, vt felicem nauigationis curſum nanciſcaris, ne ad ſcopulos appellas, ſed quamplures animas Chriſti Domini ſubdas imperio. Pretium autem huius mercaturæ non leui ductus coniectura conſequeris ex tempore incidente, & opportunitate, in qua aliis hoc negotium curámque demandauit.

Doctores & ſcholaſtici ſua dirigere ſtudia & vitæ ad lucra animarum tantùm debent.

Peregrè proficiſcens vocauit ſeruos ſuos. Quando? mox nempe diſceſſurus, antè nullatenus, neque enim æquo animo ferre potuit cor eius amore animarum incenſum & inflammatum, dum viueret animorum negotium aliis iniunctum relinquere. Ita Petro *Matth.* 16. non dixit, te paſtorem conſtituo, nec tibi patrimonia & greges trado, *ſed tibi dabo*, poſtea tibi dabo; verùm dum hic vobiſcum ſpiritum duco, ſine me euigilare, & meas ipſas oues pertractare manibus. Tunc poſt reſurrectionem Petrum vocat, & inquit, meus iam imminet diſceſſus, vt carnis meæ peregrinationem ad cælum peragam, nunc tibi bona mea committam, *Paſce oues meas*; antea ipſe ardentiſſimo amore ductabat illas, quo ita inflammabatur, vt vaticinatus fuerit Ezechiel, *Ego paſcam oues meas, & ego accubare eas faciam, dicit Dominus.* Cap. 34. Verumenimuerò riuulos, vt aiunt, ne conſectemur, huius rei fontem videamus, vbi pretium & æſtimatio eius impetu quodam exilier. Ipſe enim Dominus rem exaggerauit Ioann. 10. *Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam, vt iterum ſumam eam.* Quî fieri poteſt (Domine) vt quia tu propter me vitam amittis, ſanguinemque profundis, & me ardenter amas, hac de cauſa ſummus Pater te amet, charúmque habeat? ergo me magis amat quàm te? Quod facilè probatur, quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis: diligit te propter me; ergo me prius & potius diligit quàm te. Ergo quod fuit temporis, qualis eſt mors, potuit eſſe cauſa æterni, amoris, inquam, quem erga te Pater habebat ab æterno? Hoc non adducor vt credam, & ita iſtud aliud mente non conſequor. D. Chryſoſtomus reſpondet ſubmiſſiùs de ſe Chriſtum loqui per diſpenſationem, vt quando pater quidam filium amat, ex quo natus fuit, quia filius eſt, cùm tamen natu grandior magnum aliquod opus perfecit ad nutum obſequiúmque parentis, poteſt dicere, propter hoc amat me Pater, nunc illius amori faces admoui,

Quanti æſtimet animas Chriſtus vnde coniectandum.

Quo pacto dicatur Pater amare filium quia filius mortuus eſt propter animas.

A ſimili.

ni, vt in Geneſi dicitur Iſaac amaſſe Eſau, quia illum de venatione ſua delicijs oble-
8. ctabat, & quia filius erat. Sic in Christo illum Pater dilexit ab æterno, verùm quia quando cruci affixus ſpiritum emittens nouas amoris addidit cauſas, inquit, *Propterea me diligit Pater.* D. Thom. alium ponit aditum, *Propterea diligit me Pater, & nouo dilectionis ſigna me ſtatuit donare, exaltando me propter paſſionem*, vt paſſim dicitis, quia Petrus legis diuinæ decem præcepta obſeruat, illum amat Deus; manifeſtum eſt amorem Dei anteiſſe, & præueniſſe eum gratia antequam legem opere exequeretur, ſed vult dicere, quia legem obſeruat, ideo res ſuas Deus ipſe fortunat, *Porque guarda los mandamientos, ſe le muestra Dios fauorable.* Theophylactus recurrit ad æternum amorem, hac de cauſa diligit me Pater, quia ita ad illius nutum voluntatémque me totum effinxi in ipſa æternitate, vt non dubitauerim illius obediendo voluntati pro animabus vitam ſanguinémque profundere, quo extunc ſciebam illum maximè delectari: itaque ratio propter quam Pater amat Christum, ſit illa ſumma voluntatis conformatio, & filij adhæſio, quam ab æterno coniunctam habuit cum Patre, ita vt propter animas ad mortem vſque diligendo perueneritn. Dicitur autem cauſa amoris æterni tale facinus, quia conformitas illa æterna fuit, & noui amoris cauſa, dicens ſic oſtentaſſe ſe amare, vt mori non recuſauerit hac de cauſa, ſed etiam ab æterno expetiuerit. Quare in hac demonſtratione moriendi oſtenſionem collocauerat huius conformitatis, Ioann. 17. *Vt cognoſcat mundus quia diligo Patrem, & ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio. Surgite, eamus hinc. Vamos a morir, que me conformo con la voluntad del Padre, y llega la hora de moſtrarlo.* Superentur difficilia, labores perferantur, cruciatus tolerentur, mortis etiam nomen deuoretur, me enim diuinæ conformari voluntati, & imminet hora, in qua id ſum patefacturus O crux! o claui! ô ſpinæ! ô mors in æternitate præuiſa, à longéque dilecta, quid enim eſt aliud præſcire iſta, quam diligere ea animarum gratia. O pretioſas animas, quis pro vobis labores pertimeſcat, pericula reformidet? quis non pro vobis perſeueranter inſudet, vt vobis opem ferat, iacentes erigat, erectas recreet, recreatas confirmet. Et quid addit, *Vt iterum ſumam eam.* Communiter intelligitur finaliter, id eſt, morior vt reſurgam: verùm Theophylactus, dixiſſe aſſerit Christum, vt ſuum paternúmque amorem erga animas exaggeraret, non ſolùm amat me, quia pro illis morior, verùm etiam quia animus iterum repetiuit corpus, vt propter illas reſurgerem, nam me reſurgente, vocantur & illi in ſpem reſurgendi, *Qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.* Et Eccleſia, *Mortem noſtram moriendo deſtruxit, & vitam reſurgendo reparauit.* Itáne eſt, vt animarum cauſa moriatur ille, & propter illas reſurgat? & quia pro illis moritur, ipſum Pater diligat, & ab inferis excitet? O cælicam, ô diuinam mercaturam! ô Deus meus! vita mea! nunquam cogitaui tam diues & quæſtuoſum hoc lucri genus animarum: quis non hanc mercaturam exercet? cur non hinc in ſtudiis liberalium artium, & ſacræ Theologiæ mens & cogitatio dirigitur? cur non contendis vt præſtantior euadas, & huic lucro te ingeras? cur non virtutem amplexaris, honeſtatem colis, pietatem obſeruas, vt aptius fias inſtrumentum? O munus honorificentiſſimum! ô altiſſimum miniſterium! ô vtiliſſimum lucrum! adiutores enim Dei ſumus, quid agitis, cur non omnes hoc munere fungimini; & hoc faſtigium ſummæ conſcenditis maieſtatis?

Simile.

Voluntatem æternam filij praeuidit Pater, & ob hanc filium diligere dicitur.

Amorē æternum & voluntatem moriendi in morte manifestauit Christus; hac morte manifestatio noui amoris cauſa dicitur cum amor nouus non ſit.

Multo magis animas crucē & mortem amauit.

Etiam dicitur Chriſtus reſurrexiſſe propter nos Rom. 4. 25.

Miniſterium & munus animarum expetendum maximè.

9\. Siſte (obſecro) quanto enim honorificentius munus, & excellentior & ſublimior dignitas, & mercatura *pretioſior*, *tanto* magis pertimeſcendus eſt caſus, tanto iactura maior & perículoſior. Faber lignarius, qui parui pretij ligna dolat & leuigat, ſtipulas ſi amittat, parum intereſt: verùm artifex & gemmarum cælator, qui aurum, qui adamantem manibus tractat, ſi auferat ex adamante tantillum quantum granum coriandri, centum nummos aureos amittet: hæc ergo ars cælandarum gemmarum ſi arti lucrandi animas comparetur, fabri lignarij ars potiùs eſſet cenſenda; tam graue, tantique ponderis eſt alicuius animam perdere. Animam, Angelum, inquam, Dei ſempiternis addicere cruciatibus, qui ad omnes æternitates diuino Dei conſpectu priuatur, nónne graue eſt? Chriſti Domini ſanguinem perdere, pedibúſque terere, atque conculcare? in illa anima æternas & diuinas laudes ſemper duraturas, quas erat Deo cantatura, in æternos eiulatus & lamentabiles gemitus ſemper permanſuras immutare? præterquam quòd ſeipſum perdit, & lata ſententia eſt in illum, *expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria, & demergatur in profundum maris.* Sic iudicauit Chriſtus Dominus, & hoc cordis dolore tactus eſt in hora ſui deceſſus, cùm peregrè proficiſceretur ad Patrem; ait enim Auguſtinus [a], cœnantem Seruatorem, & ſylueſtres lactucas comedentem triſtitia affectum eſſe, *Triſtatus eſt, & ingemuit; quia et quia praeuidit Dominus quanta mala imminerent Eccleſiæ; ſciebat enim quiſnam eſſet qui traderet eum.* Illud, *amen, amen*, quaſi dito inflicta vulnera, quæ etiamſi cordi illata fuere, ex quibus heu heu ingemuit. Quid hoc eſt noſtræ ſalutis vindex? noſtræ libertatis aſſertor? quid? *ſciebat enim*, & callebat inteſtina damna, & calamitates quæ Eccleſiæ impendebant, illorum cauſa qui libentes & volentes quinque talenta ſuſcipiunt, ſibique ex ambitione accommodant ſublimem illum dignitatis gradum: nam Apoſtolus erat qui eum traditurus erat. *Quanta mala.* Quæ mala ſunt iſta? quis valeat explicare? peritiſſimum qui ſummam rei conficiat arithmeticum quæramus. Origenes [b], ni fallor, rem attigit, dum rationum grauitatem, & immenſum debitum ponderaui illius ſerui regis qui vocatus vt rationem redderet, decem millia talenta expendiſſe inuentus eſt. *Et oblatus eſt ei vnus.* Quis eſt iſte vnus qui regi decem millia talenta debet. Talenta dixiſti; Eccleſiaſticus eſt, *yo quemare mis libros ſi no es Eccleſiaſtico.* Et quanta debet? decem millia talenta. Quanti

Ne timore miniſterium animarum obeundum eſt nobis.

Simile.

Anima incluta triſtiſſima

a In Ioan

Contriſtant Chriſtū mala quæ per indignos miniſtros imperdent Eccleſiæ.

Expenditur iactura animarum quæ miniſtris aſcribitur.

b In Matth. tract. 7.

10\.

a Lib.° de ponderib.

* Dirè mil talentos, ſi ſon de oro, valen ciento y quarẽnta y ocho millones y quarenta mil ducados. ſi ſon de plata los diez mil talentos, valen onze millones y ocho ciẽtos y ochenta mil ducados. Cada talento de oro vale catorze mil y ocho cientos y catorze ducados, y ſi es de plata, ſetecientos y ocho ducados. Vide Exod c. 38. verſ 25. vnde conſtat ſex centos mille homines, & plures offerentes ſingulos ſiclum ſ. dimidium ſicli confeciſſe centum talenta & mille ſeptingẽtos & ſexaginta ſiclos argenti. Cũ igitur ſiclũ dimidiũ vnciæ habere certum ſit, talentum continet tria millia ſiclorũ, duodecim mille dragmas mille & quingentas vncias, ſeu cẽtũ viginti quinque libras duodecim vnciarum. Vide S. Epiph citat P Villalpan tom 3 lib. 2. de ponder c 31 P Barradas lib. 5 c. 5 n 35 Açor tom 1 lib 6. c. 54. q 3. Lorin c 2. in Eccleſiaſten. v 8 Suidas, Mariana, & alios in cõpend P. Martim Stephani.

ponderis eſt talentum? non credes, crede Epiphanio [a], *Talentum omnem menſuram qua ponderatur excedit; verùm iuxta libra pondus eſt librarum centum viginti quinque* *. Antiqui Rabbini in Bibliorum verſione Caſtellana nomine talenti, vertunt, *quintal*, refert Pineda de rebus Salomonis *lib. 5. c. 5. n. 35.* vnde talentum continet decies nouẽ millia & ducentas dragmas, ſi aureæ ſint, decies nouem millia aurea ſcuta, *veinte y trés mil y ſetecientos quarenta y cincoducados*, nonne meritò dixi, *vix credas*, nam incredibilem ſummam conſiderans Origenes nullum admirationis finem facit, ſed apud ſe ſæpius repetit hæc verba, *Debitor multorum talentorum, debitor effeceretur multorum talentorum.* Age heus, quomodo vnus potuit tantam ſummam expendere, & æs incredibile contrahere? vtique iſte præſul eſt, animarum curam gerebat, concionator eſt; talis tantuſque ſumptus, ea profuſio, exceſſus tantus, quomodo id fieri poteſt? Reſpondet Origenes, *Intellige vnumquodque maximum peccatum dici talentum damni dominici, qualia peccant fornicatores, adulteri, molles*, &c. Itaque peccatum iſtorum, etiamſi mortale, at ſimplex eſt, & ſolitarium; at verò qui animarum mercaturam exercet, & talentis rem ſuam metitur, illi adſcribuntur, non ſolùm ea crimina quæ ipſe committit, verùm etiam ea, quæ errabundæ oues, clientes & auditores committunt, *ſicut & iſte nihil modicum, ſed omnia magna & peſſima peccauit, qui forſan tot talenta perdidit, quantos perdidit homines qui receperunt eum in ſe talia operantem peccata. Pierde tantas almas quantas tiene en ſu grey el mal obiſpo y en ſu auditorio el mal predicador. Veis ahi como ſe hizo vna ſuma tan grande.* Quod medium (rogas) vt rectè hoc munere fungaris? id nempe, vt tibi Deus ingenium viréſque ſuppeditet, vt id exequi poſſis; at qua ratione induſtriam viréſque ſubminiſtrabit? aptè quidem, & ad rem percontatus es. Quando à Deo vocaberis, *vocabit ſeruos ſuos*, quando ingredieris accerſitus ad animarum negotia pertractanda, tunc Deus ipſe obſtringitur verbo quo te vocauit, vt artem, induſtriam, viréſque ſuppeditet, quibus debita cum dignitate hæc munera exerceas, & votis omnium reſpondeas, *hoc eſt, vocauit ſeruos ſuos, & dedit illis bona ſua*; quia ipſe vocauit, ideo dedit quod vnicuique erat operæpretium, & vnicuique talentum, quod par erat vniuſcuiuſque humeris & viribus: quia alius aptus non eſt vt Epiſcopatum obtineat, nec ille vt curam gerat animarum, neque alius vt conciones habeat; quare ipſi ſeſe miniſerunt & intulerunt. 1. Mach. 5. *In die illa ceciderunt ſacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dum ſine conſilio exierunt in prælium. es de ver vn ſoldado viejo que dieſtramente juega de vna lança y tercia vna eſpada y diſpara vn moſquete toma eſas armas vn viſoño y con cien manos noſe apaña, deſnuda la eſpada y ſiegale los dedos, pega fuego al frenculo y quemaſe las barbas, apunta al enemigo y mataſe aſi miſmo. aſi ſon los que ſin talentos ni diſciplina ſe injeren al miniſterio de las almas.* Videre eſt veteranum militem bellicis artibus imbutum ſumma dexteritate huc illúcque vibrantem haſtam, aut ſclopum diſplodentem à tyrone vix ſuſtineri poſſe, hæret ille, æſtuat, & telis ſe ſuis ſclopóque iugulans imperitia ſua in periculum propriam peſtémque ruitur. Nihil eſt amplius peragendum, ſtatim pulpitum conſcendamus, pro roſtris oremus; elegans byſſina veſtis induatur, beneficium mitræ conferatur; & dum ad aliquam peccatorum confeſſionem audiendam pergit, parum aut nihil intereſt, alterius Herculis inſtar, malè doctus inquit, *Tanto monta cortar como deſatar*, & ad omnem æternitatem animam à Deo diuidit ac ſeiungit, & abſolutionem eam pronunciat, qua veluti calce ab ſclopo ſeipſum perimit, & ad inferorum cruciatus propriam animam præcipitem agit. Ex his quos Deus ipſe vocauit, Saül & Iudas infelicem exitum viderunt, ad quæ putas præcipitia deuoluuntur hi qui confitentibus aures accommodant, & animarum curam habent propria adducti voluntate? deſine, & expecta vt voceris, & tibi Dominus talentum & ſtatum det. *Quæ quæ talenta.*

Vocatus ſummas men[...] verũ animarũ.

Nemo niſi diuina electione ad animarum curam aſcendat.

Confeſſor dum inſipienter abſoluit ſeipſum perimit.

Alij verò duo. Pauciora his credit, ſed tamen curâ & diligentiâ opus eſt illis. Hæc ſunt caduca & fluxa bona, honores, munera publica, reipublicæ bona, præbendæ eccleſiaſticæ. Intelligant huiuſmodi homines cùm omnia bona, & ampliſſimæ diuitiæ ſint illis tradita, ipſos nihil aliud eſſe, quàm publicum ærarium vitæ ſanguiniſque pauperum; quod ſi non curant, Deus exactam rationem exiget, *Sanguinem eorum de manibus tuis requiram.* In horum manibus ſalus & vita pauperum adhærere ſolet, & talenta miſerrimo naufragio interire, *en manos deſtos ſe mal logra el remedio y vida de los pobres, reteniendo ellos los talentos temporales.* Nam noſtrum corpus eâ ratione compactum eſt, vt vnaquæque pars ſuo munere fungatur; verùm præcipuè membra aliqua ſunt velut ærarta & theſauri publici ſanguinis & vitæ; & ſi hæc aliquo morbo laborant, totum corpus periclitatur; hepar enim aliquando cùm in illo innutritur & fouetur ſanguis, ipſum colligit omnem, & retinet, nec aliis membris vult impertiri, tumeſcit, inflatur. Quæ medicina tanto malo adhibebitur? Præſtantiſſimus medicus Nazianzênus [a] inquit: Statim incidatur manus, vena aperiatur, hæc manus purgatur, ibi fluat largiſſimè ſanguis, cuius multam copiam ſibi iecur arrogauerat. Medicina hæc à præſtantiſſimo Doctore Gregorio ad nos venit, imò ad vos, ô diuites, ô prælati, & reipublicæ rectores; qui cùm panegyrica oratione parentem Epiſcopum iacentem & præſentem in eadem Eccleſia Naziazena laudaret, inquit, Pater meus amantiſſimus plurimas ciuitatis obiit dignitates, cáſque ſummi lucri; verùm quis audebit affirmare guttam etiam ſanguinis ſibi reſeruaſſe? *In magnis muneribus verſatus ne teruncio quidem facultates ſuas auxerit; itque cùm alios cerneret publicis bonis, Briarei * manus, vt dici ſolet, iniicientes, ac molis lucris turgentes: ſic enim opes iniuſtè acquiſitas collectas voco, idque cùm alios rapaces & auaras manus fiſco iniicientes cerneret, ac malis lucris tumeſcentes non ſecus ac corporis partes, quæ ob redundantem ſanguinis copiam turgeſcũt. Natura enim cùm exundantem ſanguinem videt, ac minora vaſa impleta ſunt, nec ſanguinis copiam continent, deinceps cùm ad minora* vaſa

11.

Qui præbendas & alia munera reipublicæ gerunt vigilare debẽt.

Iniqui adminiſtratores bona reipublicæ retinent cũ diſpendio pauperum.

Simile.

12.

a Orat. 19. in obitu patris, matre item præſente.

Exemplum recta adminiſtrationis.

* Briareus erat vnus ex centimanis Gigantibus importunus & rapax. Elias Cretenſis.

vaſa quoque propellit, vbi ſi obdenſetur, putreſcit expirationis & refrigerationis expers. Sic ingentes aurei numi repoſiti & iacētes pauperum ſanguis ſunt oppreſſus & oppilatus & in diuitis corde & arca incluſa eſt vita, oportet vt tumens & turgens hepar per manum ſanguinem emittat, aliter enim morte plectetur æterna. Sed quoniam renuunt ſanguinis miſſionem, aduocemus alium Doctorem, *Dificultad ay en hazer eſta ſangria, llamemos otro Doctor.* Sit D. Auguſtinus [a], qui errorem, in quo iſti verſantur, ingenioſè diſcutit. *Filius meus ſeruo, his chariſſimus natis. Magna excuſatio, filius meus ſeruo. Videamus, ſeruat tibi pater tuus. Seruas tu filiis tuis? Filij tui filiis ſuis, & ſic per omnes, & nullus ſequutus eſt præcepta Dei? Quare non illi potius impendis omnia qui te fecit ex nihilo? Qui te fecit, ipſe te paſcit; ex his quæ fecit ipſe paſcit & filios tuos.* Certè hypocriſis eſt iſta, palliare ſe volunt nomine pietatis, & dealbare, vt quaſi propter filios videantur ſeruare homines quod propter auaritiam ſeruant. Age-ſis, ſi mulier prolem in vtero habuerit, cur illius vena non inciditur? iuſtiſſimis de cauſis vt viuat infans qui in vtero eſt. Quid ſi iam puer mortuus eſt? Fiat venarum inciſio, fluat ſanguis, ipſa enim morietur niſi fiat inciſio. Quare non facis eleemoſynam, *quia ſeruat filiis?* Quid ſi puer vnus iam mortuus eſt, tunc mittatur ſanguis, quis prohibet? mitte poſt illum partem ſuam per manus pauperum. Quare non facit eleemoſynam? *Quia ſeruat filiis, contingit vt amittat vnum, Si propter filios ſeruabat, mittat poſt illum partem ſuam. Quare illam tenet in ſæculo, & illum relinquit ab animo? Redde illi quod ſuum eſt, redde quod illi ſeruabas.* Et alia pulcre & ingenioſe dicta, poſt quæ concludit, *Videtis, fratres, quia mendacium eſt quod dicunt homines, filiis meis ſeruo, mendacium eſt, fratres mei, mendacium eſt.* In manibus iſtorum diuinæ, ampliſſima patrimonia, aut in eorum adminiſtris naufragantur. Quam pulcram & graphicam ſpeciem miniſtrorum Dei oſtentabant animalia illa Ezechielis 1. & Ioann. Apocal. 1. *Quatro reyes de armas del Rey ſoberano*, qui oculorum multitudine miniſtros eſſe diuinæ prouidentiæ demonſtrabant; & licet ſpeciem animalium referebant, leonis in pectore, æquilæ in regiis alis, vituli in pedum plantis labori deditis, hominis in facie, vbi manſuetudo & pietas humana emicabat, verùm ſub alis manus habebant, non aquilæ, non leonis, non tauri, ſed hominis, *Manus hominis* (ſecus enim extitiſſent monſtra, & oſtenta, & magica animalia) hominis manus habebant nati & educati ad bona largienda, & vt illis ſe credat genus hominum vniuerſum; ſi enim manus non hominis extitiſſent, illis nequaquam fidendum erat. Nam aliquos videbitis alatos, & innatos leonum inſignibus, ſumma grauitate & incredibili auctoritate, & quando nihil tale cogitatis rapaces leonis vngues acuunt, petulantis, elati, ſuperbientis, quo aut mitram Epiſcopi, aut regium munus, aut imperium & gubernacula rapiant: ille aquilæ alis ſeſe attollit, perpetuò generis nobilitatem, auos, atauóſque & maiores iactat, & dum manus humanas oſtendere deberet, crudis Hircanæ tigridis vnguibus omnia lacerat & cruentat, ad omnem obſecrationem pauperum & viduarum inexorabiles; rabidi nullatenus ad hoc emolliunt pectus, nam alis opinionis & dignitatis in ſublime quaſi aquilæ euecti nullis vexantur miſeriis, alius tamus manſuetus, mactatus, demiſſo collo, Dei voluntati omnino conformis, ſed repentè politicorum manus & facta producit, & ad ſacram Synaxim publicè accedit, ad latrocinia & furta ſpecie religionis occultanda. Alius faciem Angeli, ſeu hominis pulcerrimam præferens albicantibus ſacris veſtibus lineis, impuriſſimas hircorum manus protendit, horum mos eſt aliquando ſacris precibus delectari, erga pietatis opera bene animari, piaculares globulos percurrere, B. Virgini horarum penſa ſacrarum perſoluere, ſanctorum aras frequentare, & mille turpiſſimas & fœdiſſimas cogitationes mente reuoluunt, fouent, & illis aſſentiuntur, & ſub falſa imagine execrandas manus abſcondunt, *Manos malditas, ſelladas y marcadas para el infierno, abrid los ojos*, ſuper hoc inuigilate, nam fideles miniſtri Dei ſe tales eſſe manibus ſuis demonſtrant, *en las manos ſe mueſtran quien ſon, no en la cara que miente.* Inde illis felix ſors, & vera felicitas nuncianda eſt, non propter Doctoris, mitra, purpuræ inſignia, aut æquilæ, aut regis; nam ſi manus hominis non ſint, verus Dei adminiſter minimè eſt habendus.

Theſauri abſcondùt ſanguis ſunt pauperum.

Perit in æternum ſalus diuitis niſi per eleemoſynam manum exſcindat.

a In lib. de decem chordis.

A comparatione.

Miniſtrorum Dei imagines & inſignia & ſanctitatis ſymbola.

13.

Diſſimulant iniquitatem magis monſtra.

Tyranni raptores & trucidatores in ſubditos.

Hypocrita qui furto ablata politicè velo religionis obtegit.

Alij pietate impietatè & turpitudinem diſſimulant.

Manus itaque, qualis quiſque ſit oſtendunt.

Alij verò vnum. Tertiò vnum tantummodo talentum fuit impertitus, hi ſunt artifices, operarij, agricolæ, hiſce infirmis artibus exculti, non literis & doctrina, vt manifeſtet Deus aditus omnibus patere ad gratiam; ſed hæc talenta pedetentim, & quaſi hominum animos tentando donat, vt experiatur, ſi validi, ſi integri ſint, vt in illis maiora beneficia reponantur. Pretioſum aliquem liquorem cùm vaſi fragili vis infundere, prius quàm probaueris ipſi non credis, blandè prius pulſas, aut aquam infundis, ſi asperè ſonet, *ſi ſuena acaſcado, o ſe reçuma*, aut fluat aqua, nihil illi credis; ſic Dominus pedetentim huiuſmodi homines experitur, gratiæ & gloriæ liquorem, & talenta vult infundere, pulſat, fidit aquam temporaneam ſpatio trium aut quatuor annorum, pluat, abundet rebus omnibus ad victum; animaduertit vanum vacuúmque eſſe tinnitum, *ſueran a vazios y vanos*, & ruſticanos homines equitum iam faſtus affectare, aut diffluere aquam, ludis, veſtium luxu, pruphanis ſumptibus, *Quando ve que ſe reçuman en juegos, veſtidos, gaſtos, y torpezas, alça la mano*, illos bonis omnibus ſpoliat Deus, nec aquam, nec gratiam conſequentur. Dona hæc largienda ſanctis, quia digni ſunt, *In paucis vexati, in multis benè diſponentur, quoniam inuenit eos dignos ſe.* Quando diuitias, terræ prouentus, & aquam petunt, vt Eccleſiæ bono ſit & incremento, tunc redundantia dat illis Deus flumina, & cumulatiſſimè explet eorum deſideria.

14.

Artifices & agricolæ etiã talentum accipiunt & cur vnum ſaltem.

Cur vnum tantùm talentum his donat. Simile.

Prodit pulcerrima illa fœmina *Apocal.* 12. 15.
circumamicta ſole, hoc eſt, Martyribus, pro

Digitized by Google

Eccleſia vndique fulgens & ſplendida laborum & agricolarum opera indiget.

ſandaliis lunam geſtabat pedibus, confeſſores nempe & pœnitentes, qui ad ſolem conuertuntur, & rorem lacrymarum inſtar lunæ blandæ ſtillant, niſi mauis virginem conſtituere quaſi decus & argenteam columnam, cui Eccleſia adnitatur. Capitis ſtellas Doctores interpretare, ſunt binæ alæ aquilinæ Paulus & Barnabas concionatores, & cùm ita cælico decorata lumine & Numine perſiſteret, quando Imperij Romani draco rotundo & magno oris eloquentiæ diducto hiatu illam voluit abſorbere, tunc & *adiuuauit terra mulierem, & aperuit terra os ſuum, & abſorbuit flumen, quod miſit draco de ore ſuo**. Fauit Eccleſiæ opportunè terra humilis, & contra eloquentiæ flumina os aperuit ſuum qualecunque; illuſtrior enim Academia, vel religioſorum familia coruſcantibus doctorum ſtellis ſplendidior, ſcintillantibus concionatorum aſtris lucidior, humilis monachi & hortulani indiget opera, qui terram arat, prandium parat, rebus domeſticis inſeruit, & in Eccleſia ſuum obtinet gradum. Et grauior & nobilior clericorum conſeſſus deſudantis agricolæ eget laboribus, & qui confitentibus aures præbent, & magiſtri ſpirituales ſunt, opificibus indigent; & illi, etſi infimi & abiecti, horum tamen ſpiritualium lucrorum participes fiunt. Videlicet quia cùm immania draco dilatauit ora, & eloquentiæ flumen effudit, & perſecutionem Neronianam, quibus naſcentem Eccleſiam obrueret: deduxit tunc etiam tellus ora, & ingentem voraginem aperuit, & flumen abſorpſit; nam etiamſi eloquatur Roma, ſapientior erit agricola in Eccleſia ſacro lauacro Baptiſmatis expiatus, Tulliis, & Hortenſiis, ne hunc gradum in Eccleſia contemnatis qui altiorem occupatis. Videas inſolentem heram ſplendentem omni monili & fuco inſtar mulieris Apocalypſis, & ob leuiſſima quæque ad inſaniam iraſcitur, in ſeruam, in ancillam, & inſanam & fatuam vocat, & ſine talento; ſed, tua pace, domina, tu fatua es & barda, non conſideras ideo non plura talenta habere, quia vnum tantùm accepit talentum, ne illi vitio vertas: nam ſi plura talenta haberet hæc miſella, tibi ne deſeruiret? an tu illi miniſtrares? Tace, nam opetibus Dei notam inuris, qui hunc mundum multiplici talentorum varietate compoſuit & exornauit, aquilæ dedit alas vt volaret, teſtudini vt lento pede incederet, venatorio cani vt curtat, hericio vt ſe occultet, & in ſaxis delitеſcat. Sint omnes aquilæ & canes Euro velociores, ſint omnes Thomæ, & Nauarri, aut Gregorij, quis pagos erudiat? ille igitur in regis aula concionem habeat, iſte in ruſticanorum caula, illi artifices vrbi, iſti ſuburbiis inſeruiant, ſiquidem eis non plura talenta impertitus eſt, ſed *vnum*.

Apoc. 12. 16.

*Terræ nomine intellige homines terrenos, qui Neronem oetinuerunt, non ob veræ religionis defenſionẽ, ſed ſuarum cupiditatũ cauſa: vel Iudæam intellige nomine terræ, vel finem perſecutionis Neronianæ denotat ſub ſymbolo fluminis, qui per ſpatiũ aliquod demergitur, vt penitus non appareat *como guadiana en eſpaña por ſiete leguas.*

Quid eſt terram aperuiſſe os, & abſorbuiſſe flumen.

Agricola Chriſtianus praſtat eloquentia Romana principibus.

Serui aſsimilidi etsi miſi vnum talentum tantùm acceperint. Simile.

16\. *Qui verò quinque talenta acceperas, lucratus eſt alia quinque.* Cura & diligentia in his ſtatibus diſerimen conſtituit; væ illi, qui à Deo munus & talentum abſcondit; ille autem ſeruus, & illud hominum genus perit, quod omni poſita cura *fodit in terram, & abſcondit pecuniam domini ſui.* Quis iſte eſt? qui vtitur ingenio ad terrena opera. Ita Beda [a], Chryſoſt. [b] *Abſcondit talentum ſuum in terra, qui accipiens notitiam Chriſti, contemnit vitam ſpiritualem, & in terrenis actibus & deliciis conuerſans obruit illud in carne ſua, ahogalo como entre eſpinas.* Suffocat quaſi ſpinis inter delicias & blandimenta carnis: & mundi varias ſolicitudines. Auguſtinus [a], *Ligauit in ſudario, id eſt, doctrinam Patrisfamilias molliter, & delicatè viuendo eneruauit.* Theophylactus [b], *Fodit in terram qui ſua vtilitatis curam habet, & non alterius.* S. Thom. [c] Hi ſunt qui ob peccandi timorem confitentibus aures accommodare recuſant, concionari ſubterfugiunt, quibus videtur Deus iudex ſeueriſſimus. *Dicunt aliqui, ſi audio confeſſiores, & facio prædicationes, fortaſſis aliquid accidet mihi, tales Deum durum reputant.* Confide, ne deſperes, fauebit ipſe, benigniſſimus illis eſt, qui ad eum confugiunt, Sap. 11. *Hos enim tanquam Pater monens probaſti, illos tanquam Rex durus interrogans condemnaſti. Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis.* Thren. 3. *Bonus eſt Dominus omnibus inuocantibus eum.*

Qui talenta non lucratur ſed abſcondit punitur.

a Hic.
b Ho. n. 53. in ope. ſ.

a Tom 1. lib. de vera relig. c. 54. ſup lib. 19.
b Hic.
c Hic.

Iuſtis omnes argumentur.

17\. Verùm quomodo hic tertius ſtatus talentum occultauit? quærendum eſt, & quare? non abſcondit vt laborem declinaret, ſic probo; nam illud in terra collocauit; aut, vt alius Euangeliſta teſtatur, *in ſudario*, perſeueranter inſudabat, ſine dubio, & elaborabat: verùm aliis negotiis diſtentus, non ſuo talento occupatus, in aratione & agricultura laborabat; verùm non in eo loco, vbi talentum habebat. Dicam rem, in qua horum hominum ſalus poſita eſſe videtur; nempe, omnes labores quos tolerant propter lucra, ſi Dei amorem, & propriam ſalutem non ſpectant, & vt officio, vitæque rationi, & muneri ſuo ſatisfaciant, errant toto cælo, & otioſitati adſcribuntur, & propriæ ſuæ voluntati. Fatigetur arator, ſudet meſſor, terat & conſumat opifex vngues, calamo frangantur digiti cauſidici, ſi ea omnia non ad ſpiritualia bona conferuntur, irrita vota cadent, talentum in gremio telluris occultat, & ipſe nihil agit, & talentum otioſum eſt. Nam licèt frangaris laboribus, & diſrumparis fatigationibus, inutiles ſudores ſunt; non enim diuinæ voluntatis rationi adſcribendi ſunt. Bone orator, quis negotiatorem te conſtituit? Te verò negotiator quis iuriſperitum reddidit? Homo ſapiens quis te in reipublicæ gubernacula traxit à tranquilla vita? tu qui confeſſarius es, quare te horologiis fabricandis, & lineis mathematicis implicas Euclidis. Monache, quis tibi iniunxit, vt genealogias & maiorum libros plenos vanitatis poſteritati relinquas? Apage, in nihilo occupatus oleum & operam perdis, rationem redditurus blaſphemabis, inquiens, *Te durum & aſperum reputaui Deum, metentem vbi ſementem non feciſti.* O te miſerum hominem, ſi hoc callebas, quare labores quaſi ſemen ſpargebas, vbi non Deus iniungit, forſitan alieno talento vitam adepturus æternam? *Penſais ſaluar os con el talento ageno, o no ſino con el vueſtro? pues trabajad en eſſe, que eſſotro va perdido, aunque ſudeis, y lo eſcondais en ſudores y ſudarios.* Auferet à te quod largietur alteri, qui lucratus eſt ſuis talentis ampliſſimos theſauros: inuitat Deus gratia ſua, & ſi reſpondent, auget illam, aliter immotus perſeuerat.

Quomodo abſcondiſſe dicitur qui vnum tantum talentum accepit.

Cauiè & attente eligenda opera ne fruſtrà laboraſſe dicamur.

Proprio muneri & negotio ex Dei præſcripto quiſque incumbat, aliàs otioſus dicitur.

18\. *Euge ſerue bone & fidelis.* Vox gaudij & lætitiæ, *euge viderunt oculi noſtri*, optimè optimè voti compotes euaſimus, *Pſalm. 34.* vt quando Rex ipſe teſtatur duci, *optime mea voluntati inſeruiſti, buen me aneis ſeruido, in pauca*, quid vocas pauca? aut quod præmium illud erit, quod

Vox læta ſeruum fidelem laudat.

Rex

Immenſi præmij ſerui fidelis ponderatio.

Rex vocat *multa*? vires, vitam, ingenium, & orbem vniuerſum, amorem, gratiam, Euangelium, infinita Chriſti Domini merita, quæ credidit ad lucrandum, omnia hæc, Spiritus ſanctus vocat pauca; pauca ſunt hæc? quod, & quantum, & quanti ponderis *multa* illa erunt, quæ præparata ſeruat filiis ſuis à conſtitutione mundi? ſi gratiam, ſi cætera quæ donauit cum filio, pauca nuncupat, quæ nullo modo pauca eſſe poſſunt, quanta erunt illa quæ veritas multa vocat? *Intra in gaudium Domini tui.* Vocat gaudium beatitudinem: nam cum Dei viſione, in qua eſt præmium principale, gaudium etiam tanquam finale præmium coniungitur. *Intra* (inquit) *in gaudium*, quia cætera gaudia cùm de creatis ſint, ea capere poteſt cor humanum, imò nunquam expletur. *Et vacua eſt anima eius*, Iſai. 29. 8. At cùm in cælo Deus præmium eſt, & gaudendi materia in omnem æternitatem, non eam capere poteſt animus, ita vt plenè & perfecte comprehendat. Quare quod minus eſt, intrat in id quod maius eſt, & repletur in bonis domus Dei gratiæ & gloriæ.

CÆLESTIS BEATITVDINIS, ET ſedis æternæ à conſtitutione mundi NOVO HOMINI præparatæ, pulcritudo & ſplendor, deſcribitur: & infinitæ felicitatis pro modulò noſtro perueſtigatio fit.

INSTITVTIO LXII.

QVOD olim Achates ex longa iactatione Italiam cernens, id tu quoque iam (ô Dei HOMO) inter infeſtos vitæ fluctus exclamare potes, cælum, cælum ecce apertum, immortalis lætitiæ ac quietis portum video. O quies æterna, Dei domicilium, voluptatum omnium ſacratium, te video, te ſaluto, ad te tendo glorioſa ciuitas Dei, liceat mihi pace tua in laudes tuas excurrere. Quod enim nefas, quæ ingratitudo eſt tui obliuiſci in tanta bonorum immortalium affluentia? Neque verò ſiluit Auguſtinus pro eximia ſua ac præſtanti pietate, quando inquit, cùm creauit Deus hominem, cælum pariter & terram creauit, *cælum & terram*, neque enim terra omnibus licèt bonis affluens allicere & ſatiare poterat per ſe hominem, niſi ad cæli quoque perennes delitias in oculis ſitas ſimul inuitaretur. Itaque hac de cauſa facta eſt repentè in cælo lux aſtraque vniuerſa, quæ bona omnia in eo incluſa oculis noui hominis ſubiiceret, tunc enim iam in cælo plurima erant ſpectanda, multa deſideranda, cùm interim terra inornata erat, imò, vt textus ait, *terra erat inanis, & vacua*, nimirum qui hîc humi adhuc reptant, in cælum oculos quos poſſunt attollere debent, opéſque ſibi repoſitas inueſtigare. 19.

Statim oculis & animo ad portum gloriæ properandum eſt.

SCOPVS INSTITVTIONIS.

I. Et primò quidem quanta ſit illa humana felicitas *ex felicitate peccantium* delineabimus, quæ cùm omnium rerum ſit infeliciſſima (vt ait Auguſtinus) ſi nomen felicitatis obtinet (*beatus populus cui hæc ſunt*) quantam demum eſſe iuſtorum veram felicitatem conuenit; ſi enim præſcitos (vt ait idem Auguſtinus [a]) ſic afficit: præordinatos qua tandem voluptate perfundet? Sed ipſe Deus hæc Iſaiæ verbis dicat, *Miſereamur impio? & non diſcet iuſtitias*: demus impio quæ non meretur præmia. Itáne verò? ſic tam bene ſceleratos habes Domine? ſed ſile, (ait) non eſt illa ingens gratia, ne inuideas, & *non videbit gloriam Domini. no tomes pena que el deſuenturado no a de ver la gloria de Dios*; enimuero ſi eos qui tuo vultu nunquam fruentur, Cæſares, Alexandros, Dynaſtas facis, quid prædeſtinatis facturum te arbitramur? *merces veſtra copioſa eſt in cælis.* 20.

Si tanta eſt felicitas peccantibus permiſſa, quanta Beatis erit præparata.

a Lib. 22. de ciuit.

II. Inueſtigemus illud gaudium ex eiuſmodi voluptatis veſtigiis, quam hîc ſanctis ſuis Deus impertit. Quæ enim erit (rogat Auguſtinus) illa lætitia cæleſtis, quando in his pietatis lacrymis ac pœnitentiæ fructum tantum iucunditatis haurio? *Domine Deus, ſi tantum ditas depauperando, quid facies ditando.* Si cùm te per aliquas orationis rimas adſpexi tanto ſum profuſus gaudio, quid erit vbi te facie ad faciem videbo? ſi pios homines mille ſæculi huius moleſtiis ac ærumnis irretitos tantis delectationibus aſperſiſti, ac propè exanimaſti, in deſerto degentes fame, ſiti & nuditate confectos in ecſtaſim præ gaudio & ſuauitate rapuiſti, quid illis cæleſtis aulæ clientibus facies eidem tecum menſæ accumbentibus? & ſicut ait Thom. quantum eſt 21.

Ex conſolationibus & delitiis ſpiritualibus inſtorum inueſtigatio ſit gloriæ.

pondus bonitatis, & perfectionis quantitas, tantum quoque amorem qui in eam fertur, & delectationem eſſe oportet: porrò ſi duobus gradibus bonitas continetur, totidem quoque modis gaudium intendi eſt neceſſe; ſi verò immenſa ſit bonitas, voluptas quæ ex ea manabit, nullis quoque limitibus poterit contineri. Talis verò tua in cælis eſt, & noſtra quidem, ideo enim dixiſti, *merces veſtra eſt in cælis*, quam ne quis noſtram eſſe dubitet, vidit Ezechiel quendam candidis veſtibus lineiſque indutum, vt hæredes calamo per ordinem ſcriberet, quem Chriſtum eſſe affirmat Hieron. qui ſanctorum ſuorum cenſum init, &, vt ait Propheta Malachias, in codicem refert. *Et allatus eſt liber monumenti in conſpectu eius*, non quòd vlla ei obreperit obliuio, ſed vt illi ſciant copioſam eſſe mercedem ſibi in cælis repoſitam, ad quam Chriſtus ſuo ſanguine pro atramento, & clauis pro calamis in cruce conſcripſit. Addit, *in cælis*: nam licèt magna eſt regis merces, vel in pago clientibus ſuis tributa; at in aula maior: in cælo ergo quantum eſſe cenſemus quod aula regis eſt, & ibi noſtra merces copioſa eſt conſignata.

Noſtra eſt hæreditas & magnitudinis. — *Simile.*

22. III. Ex laboribus & ærumnis ſanctorũ intuere eorum thalamos doloris, equuleos, ſartagines plumbatas cæteraque tormenta, neque enim illorum cruciatuum dolor vllam eius voluptatis quæ de cælo depluit, partem complectitur. *In paucis vexati, in multis bene diſponentur.* Quapropter *non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.* D. Auguſtin. legit, *indignæ ſunt.* Tantum eſt Deum facie ad faciem intueri, vt D. Paulo dictum ſit poſt hæc omnia gratis beatitudinem dari. Intende mentem ad ea pauliſper quæ Paulus de ſanctorum laboribus effatur. *Secti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt.* Et poſt hæc dignos ne ait fuiſſe? nequaquam, ſed in fide probatos, & ob hanc cauſam fortè Concilium Tridentinum a Gratiam appellat remunerationem ſanctorum, non vt per hoc neget meritum, & cooperationem, ſed quòd tanta ſit remuneratio, vt meritorum noſtrorum riuus in illum Oceanum illabens inſtar fluuiorum nomen perdat, ac ſic Tertullianus legit, *donationem fecit eis. hizoles merced del cielo a los martyres,*

Tormenta & arumna ſanctorum & gloria magna non eſt adæquat. — a Seſſione 6.

23. IV. Quanto pretio ſteterit Redemptori non leue argumentum eſt. Nam regium eſt dare, pati maius, ſanguinem fundere maximum, quid ſi ſtillatim exhauriatur? maxime cùm ſtilla ſanguinis infiniti ſit valoris, nónne ob hanc rem, *copioſa vocatur redemptio*, ſicut merces veſtra *copioſa eſt in cælis*, vt vnam ex alia venari poſſemus? nónne ob hanc cauſam *glorificationem* & gloriam ſuam paſſionem dicebat Chriſtus, vt cùm mens in illam glorioſam vrbem vellet contemplando excurrere, per paſſionis ſuæ greſſus & cruciatus poſſet inueſtigare?

Ex Chriſti paſſione inueſtigatio fit gloriæ.

24. V. Si quis videre cupiat quanta ſit gloriæ æternæ vbertas in gratiæ efficaciam (quæ ſemen gloriæ eſt) oculos pauliſper intendat, quæ ex perduelle æternæ maieſtatis amicum facit, de hoſte bonorum immortalium hæredem conſtituit. Quod quidem Caimo Deus apertè dixiſſe videtur, *cur concidit facies tua? nónne ſi bene egeris recipies?* alia verſio dicitur, *nónne ſi bene egeris leuabis? ſi obrares bien leuantaras?* Quid verò leuabit? nónne gloriæ pondus? de quo Paulus clamat, *momentaneum & leue tribulationis noſtræ* (in hoc ſæculo) *ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Vnumquodque opus gratiæ in hac vita maximum gloriæ pondus in altum attollit. Inuenit hominum induſtria rotam qua grauiſſimas moles nullo negotio ad ſupremum ædificij culmen ac faſtigium eleuaret. Dicet ergo Caimo Deus, *Nónne ſi bene egeris leuabis?* vt alij legunt, *Nónne ſi conuerſus fueris leuabis?* Facilè intelligi poteſt quid hæc vocabula declarent. Sed mihi propoſitum eſt ſonum eorum tantùm vociſque vim enucleare. *Conuerti* propriè ſignificat, *iterum verti.* Quod quidem nulli rei aptius quàm rotæ poteſt conuenire, itaque egregiè, vt ſolet, hoc ponderauit Gerſon, qui rationem indagans cur antiqui illi Patres monachos omnes conuerſorum nomine appellarint, (quod quidem nomen in iure duntaxat ſuperſtes iam inuenitur, laicóſque ſolos afficit) comparat eos rotæ, quæ ex ſe paribus momentis in vtramque partem æqualiter propendens motoris ſui arbitrio quocumque libuerit, flecti poteſt. Eodem ergo pacto æquis arbitrij ſui ponderibus in bonum aut malum nutat & mutatur homo, qui quidem vbi decreuit meliora in omni vitæ curſu amplecti *conuerſus* dicitur & *ſubleuans* quaſi rota immenſum gloriæ pondus: quanta igitur eſt gratiæ cæleſtis efficacia quæ hominem longiſſimè à Deo remotum facili voluntatis velut rotæ cuiuſdam vertigine ad altiſſimam filiorum Dei dignitatem, & ad gloriæ adyta Numénque ipſum erigit? *leuabis* ingentis præmij pondus, hoc hæretici haudquaquam capere poſſunt, quia gratiæ vim atque artificium ignorant; maximè cùm ſicut grus ceſſare non poſſit,

Ex gratia quantum ſit gloria quid hæc ſit & quanta deprehenditur. — *Mirabilis conuerſio peccatorum ſeu remotorum per gratiam ad Deum.*

ſic

ſic qui ad Deum conuerſus eſt, ſemper ad maiora & perfectiora (vt ait Bernardus) moueri debeat, ſiſtere enim vetat tota perfectionis, ne ſaxum cùm iam in altum adductum fuerit repentino motu concidat,& deſiſtat à perfectione. Sicut cùm iuuenes Ieroſolymis exercebantur, *& declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt*; in via enim Dei non progredi regredi eſt.

Alterum verò artificium quo pondera moléſque tolluntur, eſt Romana, ſic vulgo dicta trutina, quam deſcribit Chymi, vnus è barbaris illis Hebræorum Rabbinis. *Virga eſt*, inquit, *oblonga ſignata punctis*, ad cognoſcendum pondera, & appendunt in ſummitate virgę lapidem ponderis,& ex alia parte ingens pondus ſubleuat.Illud hic eſt mirandum quod res tam leuis grauiſſimis ponderibus tollendis par ſit, in quo gratiæ vis quæ ad conſequutionem gloriæ datur adumbrari videtur;ſi ergo vas aquæ frigidæ ex vna parte cum gratia poſitum cælum obtinet, quod erit gloriæ pondus ſi nunc gratiæ tanta virtus eſt, præſertim cùm tam æquus rerum arbiter & remunerator ſit Deus, vt de eo dictum ſit, *Pondus & ſtatera iudicia Domini ſunt.* Cæterùm vim iſtam occultam gratiæ ad obtinendam gloriæ ſublimitatem Sapiens parabolicè, vt ſolet, declarat. *Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ.* Hebraicè, *aude in Domino*, ſecurus eſto de illius ope, Septuaginta, *ſuper Dominum*; *ſuper* enim vim gratiæ & auxiliorum Dei declarat. Hebraicè ad literam, *Iacta ſuper Dominum onus, vel pondus tuum.* Vnde homo gratia Dei adiutus naui oneratiæ comparatur à S. Machario, quæ dum in terra eſt inanis & vacua, difficile mouetur: at cum ingenti onere cùm in mare propellitur, velaque tenduntur, afflante vento rebus omnibus onuſta, vel in ipſas Indias nullo labore penetrat. *Itidem non poteſt anima ſeipſam ſuperare, aut tranſmittere acerbum mare peccati, & difficilem abyſſum improborum ſpirituum, niſi ſuſceperit ſubtilem, cæleſtem & volatilem Chriſti ſpiritum ambulantem & incedentem ſuper omnem nequitiam, & minimè fluctuantem, cuius beneficio recto & breui curſu & ſalubri nauigatione ad cæleſtem quietis portum peruenire poterit.* Et Baſilius[a], *Da mihi nauim vacuam, gubernatorem, nautas, funes, anchoras, omnia diſpoſita, & nuſquam eſſe ſpiritum. Nónne ceſſat omnis quicumque apparatus.* Adde dictũ principis Comædi. *Neque fœminam neque nauim ſatis vnquam eſſe inſtructas*: ſi ergo naues grauiſſimas vi gratiæ volitare cernimus in mari, ſi ſic inſtruit animas ſanctas, vt per ſeptuaginta vitæ annos inoffenſo gradu ad portũ appellant; cùm ille maris ventorúmque Rex Deus tam benigna aura in portum perennitatis eas peruehat, quid tandem ſperandum eſt de gloria, *quam à conſtitutione mundi præparauit Deus diligentibus ſe. Si conſola la fuerza de la gracia paſa vn alma el mar traydor de eſta vida ſin tropiezo de culpa que la a fonde, y ponga a pique, quando vaya por el mar de la gloria.*

25.

Modus alter inueſtigandi immenſum gloriæ pondus.

Prou. 3. 5.

Gratia eſt arca marabilis.

Hom. 44.

a Hom. de Spiritu ſancto.

V I. Ex itineris quod eò ducit difficultate cognoſcere poſſumus cuiuſinodi ſit illa gloriæ ciuitas. *Amarus eſt in indignatione ſpiritus meus*, ait Ezechiel; quid dolet Propheta, fortè dolor ille contractus eſt ex apoſtemate quopiam, aut iis quæ vita hæc & triſtes euentus per mœrorem generant, aut iis malis quæ in hac lacrymarum valle abundantiſſimè ſuccreſcunt? non, inquit, ſed ex viſione gloriæ, quæ talis eſt, iiſque difficultatibus iter ad illam eſt obſeptum. Et S. Gregor. in illud, *Qui addit ſcientiam, addit & laborem. Vbi multa eſt ſapientia, multa eſt indignatio*, ſic enim incendit animum cogitantem, vt aſſerat, talis eſt gloria, & ego quid ago? quis non pugnauit contra Bethulianos, qui tam decoras fœminas habent, dicebant Holophernis milites. Agedum operi manus admouete. Sicut virgo illa quam Othoniel propoſuit vincenti ciuitatem diſciplinarum, vocabatur Axa, hoc eſt, ira, quia ita pulcra erat vt intuentes ad iram excitaret, séque ipſi increparent quòd tali præmio propoſito non laborarent. Ita tantis donis gloriam cumulauit Deus, vt eam cunctis amabilem redderet, dignámque quæ magno labore quæreretur. Quin ipſe quoque Dei filius *propoſito ſibi gaudio* quaſi animatus eſt, *& ſuſtinuit crucem confuſione contempta.* Quódque his etiam maius eſt, viam ſe ipſe fecit quo aditum nobis aperiret. Auguſtinus, *Glorioſa ciuitas Dei, quæ talis es vt qui fundauerit te ſeſe nobis conſtituerit, & factus ſit via per quam graderemur ad te. Ego* (inquit) *ſum via, veritas & vita.* Quia exiſtimauit ſuauiorem nobis atque gratiorem futuram gloriam, ſi per paupertatem duróſque angores ac lacrymas ad eam tenderemus. Ideo viam ad beatitudinem ærumnis & laboribus ſtrauit. *Beati pauperes, beati qui lugent, beati qui perſecutionem patiuntur, quoniam veſtrum eſt regnum cælorum.* Quod genus prouidentiæ, nempe vt poſt acerbitates dulcior nobis gloria obueniret, diſertè Bernardus[b] declarauit, cuius verba infrà proſequar, nunc hæc accipe. *Opportunè poſt triſtitiam gaudium ſubiit, poſt laborem quies, poſt naufragium portus, placet cunctis ſecuritas, ſed ei magis*

26.

Amore gloriæ incenſi Martyres laborem vincerunt nec tormenta ſentiebant.

b Serm. 68 in Cantica in medio.

Dulcior gloria poſt labores.

qui

qui timuit; iucunda omnibus lux, ſed euadenti de poteſtate tenebrarum iucundior; tranſiſſe de morte ad vitam vitæ gratiam duplicat. inuencion diuina para multiplicar la gloria hacer que precedan trabaxos y para hazer mas ſabroſo aquel combite poner por ſalſa picante la tribulacion de eſta vida. Pars mea hac in cæleſti conuiuio & ſeorſum ab ipſis ſpiritibus beatis, eſte plato no lo comen los Angeles con tan linda ſalſa porque ellos no padecieron: audeo dicere expertem meæ beatitudinis ipſam beatam vitam. Nam epulum tam iucundum non exhibet niſi his qui acidas præſentis vitæ anguſtias deguſtarunt.

27. *Tribus modis [illegible] gaudia gloria.* VII. Ergo quantum bonorum ſperandum nobis ſit videamus, tantum omnino, quantum credimus. Paulus modum dabit. *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus.* Tria, ſpeculum, ænigma, ideam ædificij. *Tres inſtrumentos de perſpectiua o largo mira de la gloria, vn eſpejo, vn enigma, vna idea.*

28. *[illegible] ſperandarum rerum [illegible] per ſacram ſcripturam [illegible] indicat* Fides enim eſt eorum, quæ ſpe percipimus, ſpeculum: ſume, inquit Gregor.[a] quaſi ſpeculum Scripturam ſacram, & hiſtoriam, videbis in ea aliquid velut in ſpeculo, parum tamen, quódque breui ſub obliuionem cadit, veluti illa quæ in ſpeculo cernuntur. Vſquámne præſtantior extitit hortus, aut ad viſum amœnior Paradiſo? Vlla nox iucundior quàm ea qua Ægypto exceſſit populus, itérque per mare apertum habuit? apparuit ne exercitus maior ſplendidiórque quàm cùm duodecim tribus aperto in campo coram Dei tabernaculo turmas ſuas explicuerunt? Quid felicius prælio Ioſue, cui ſol ipſe etiam eſt obſecutus? Quid illo nuntio lætius quod populo ſuo Iuditha tulit Holofernis cæſi ſpoliis inſignis? fuítne glorioſior triumphus, magiſque ab omnibus decantatus, quàm regreſſus ille Dauid, triumphato, & truncato Goliath, cuius caput è contortis crinibus in manu, gladium in altera deferens, auguſtus victórque eſt acclamatus. Quæ maieſtas ſplendórve tantus, qui cum templo Salomonis conferri queat? Quid ſplendidius conuiuio Aſſueri, & tragœdia Amani? Data eſt vſquam comœdia iucundior quàm illa Suſannæ formoſiſſimæ, & Iobi patientiſſimi? fuítne ementita ſimulatio, & perſonati alicuius ficta figura præſtantior quàm vera illa Angeli ſub ſpecie adoleſcentis perſona apud Tobiam? fuítne poëſis varietate iucundior, copia felicior, myſterio clarior, ſpiritu prophetico vberior, quàm pſalterij Dauidis? celebratæ ſunt nuptiæ maioris gaudij, myſterij, plauſus, quàm illæ quas Salomon ipſe deſcribit & cantat? Vides hæc omnia: explorata quidem oſtendunt nihil eſſe aliud quàm adumbratam quandam in ſpeculo eorum imaginem, illarum voluptatum quas in ampliſſimo illo diuorum domicilio ſuis præparauit Deus. Vmbram, inquam, illius Paradiſi æterni, illius victoris exercitus Dei ingreſſus in cælum, illius Solis in medio Empyrei cæli perſiſtentis, illius promiſſæ terræ, illius lætiſſimi nuntij, illius plauſus, illius templi maximi diuinitatis, illius comœdiæ exitus iucundi & inexpectati, illius ſub forma hominis manifeſtatio Chriſti, illius denique conuiuij, harmoniæ, nuptiarum æterni amoris. Speculum eſt, inquit Gregorius, & leuis quædam Dei manifeſtatio. Sed *Creata [illegible] ſpeculum [illegible]* ſume cum Theodoreto aliud, rerum nempe creatarum ſpeculum, ait enim res creatas vniuerſas ſpeculi vicem implere, in quo Deum intueri poſſimus. Aſpice illius in ſole ſplendorem, immenſitatem in cælis, firmitatem in terra, ſuauitatem in ventis, in fluminibus perennitatem, profunditatem in mari, in Samſone robur, in Ioſepho bonitatem, in Salomone ſapientiam, in Maria ſanctitatem, diuinitatem in Chriſto, vnionem gloriæ in communione: enimuero in ſpeculo hæc omnia vidiſti quæ ad perfectam illam Dei viſionem parum omnino valent, *per fidem enim ambulamus, non per ſpeciem. reſpecto de la viſion clara de Dios quebra eſos eſpejos que ſon raſgos y ſombras en comparation de ver y gozar lo que por ellos ſe boſquexa.* 2 Cor. 5. 7.

29. *In ænigmate.* Hoc inſtrumento vſus eſt Auguſtinus[b], ſi ſublunaria hæc (ait) contempleris, nihil aliud ſunt quàm ænigma quod cogitationem attollit, & mentem aliò ducit, & augurari cogit. Verbi gratia: pingunt ænigma cataphracti hominis cum pede vno dentato; vnóque oculo, & licèt dentes in pede vides, & monoculum, putas tamen hominem eſſe, & ſenſus hoc ingenuè fatentur; tu verò mentem attollis ſublimiùs, & quid nouum augurarís, atque ex illis partibus totius magnitudinem colligis. Atqui idem, inquit, eſt, de his quæ tibi ſperanda ac credenda proponuntur. Caue ſtes in his quæ oculis ſubiiciuntur, ſed animo hæc cuncta tranſcende. Vides hîc pictam ciuitatem de cælo deſcendentem, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo, habentem claritatem Dei, & lumen eius ſimile lapidi pretioſo tanquam lapidi iaſpidis, ſicut cryſtallum, & habet murum magnum & altum, habentem portas duodecim, & ciuitas in quadro poſita eſt, & erat ſtructura muri eius ex lapide iaſpide. Ipſa verò ciuitas aurum mundum ſimile vitro mundo, & fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioſo

[illegible] Hieruſalem cæleſtis [illegible] Hieruſalem. Apoc. 21.

[a] Lib. 3. expoſitio. in 1. Reg c. 5.

[b] Lib. 15 de Trinit. c. 8.

pretioſo ornata, & duodecim portæ duodecim margaritæ ſunt, & platea ciuitatis aurum mundum, tanquam vitrum pellucidum, &c. Aſcende, ait Auguſtinus, cum certa ænigmatis ſcientia ad expreſſam illius veritatem contemplandam. Ciuitas eſt gloria, quia perpetuæ habitationis domicilium in ea figi ſolet, *deſcendit de cælo*, quia non ab heri, aut nudiuſtertius, ſed à conſtitutione mundi nobilitata eſt, & à Deo originem ducit. Murus albus & grandis, eſt æterna ſecuritas illorum bonorum, quorum ſibi fructum à nullo eripi poſſe ſciunt. Quadratura illa perfectum omnium gaudium & voluntatem declarat, quæ inter ſe nexi tenentur, nequit enim ars rem quadratam ex omni parte depingere, ſic prouidente Deo, vt gaudium quadrans nullibi niſi in cælo ſperemus, fundamenta duodecim ex illis lapidibus duodecim Apoſtolorum gradum ſignificant, qui ſymboli catholici articulis continentur, de quo dicit Chriſtus, *Creditis in Deum, & in me credite*, quia qui fidem pro fundamento habet, ſperat fore vt gloria fruatur. Auro intus fulgent omnia, quia ibi ampliſſimis diuinitatis theſauris locupletantur omnes. Portæ non clauduntur, quia nullus ibi latronũ eſt metus, nec fugiendi periculum aliquem ex ciuibus. Platea ex auro mundo & pellucido conuerſatio eſt, quam inter ſe miſcent puriſſimam, candidam, amabilem & claram, penetrantémque cogitationes Pauli, Auguſtini, eloquentiam Chryſoſtomi, Theologiam Thomæ, ſublimem Ioannis intellectũ. Non opus eſt alia luce quàm agni. Vna menſura omnium eſt arundinis aureæ, quia licèt omnes charitatis pleni ſunt, pro rata beatitudinis ſuæ parte fulgent, quam pro ratione meritorum omnibus admetitur Deus. Haud ſecus quàm *Simile.* ſartor ex eadem purpura infanti atque adoleſcenti conſentaneam veſtem concinnant, *como el ſaſtre que corta de vna miſma tela de brocado veſtido para vn niño y para vn mancebo ſu hermano aſito doz viſten de brocado y ven a Dios mas el vno como hombre el otro como Angel*, menſura hominis quæ eſt Angeli. Bellè quidem Auguſtinus & ænigma nobis euoluiſſe videtur; ſed Paulum tamen audiamus.

Nũc cognoſco ex parte, & (alibi) *ex parte prophetamus.* Quidquid finxit, aut creauit Deus, 30. exigua eorum pars eſt quæ facere cogitauit ac molitus eſt. Quidquid diuinæ miſericordiæ vidiſtis, archetypon eſt, & breue quaſi lineamentum maioris. Sume totum Teſtamentũ nouum, contẽplare miſericordias Domini, quas cũ hominibus ampliſſimas fecit, redemptionẽ, vitam, ſudorem, ſanguinem, crucem, mortem, reſurrectionem oculis ſubiice, partem videbis eorum quæ diuinamus & prophetizamus. Cætera verbis ex- *E creatis res quaſi ex parte diuina hora prophetamus* *Iſai 32.* plicari nõ queunt, niſi Iſaias iuuaret. *Non auertet iram indignationis Dominus, donec faciat, donec compleat cogitationes cordis ſui in nouiſſimo die intelligetis.* Deus binas moles ampliſſimas machinatur, quarum vna quidem eſt inferorum ſedes ſubterranea, altera eſt diuorum domicilium ad omnem iucunditatem & lætitiam compoſitum. Et hæc quidem ab ipſis mũdi primordiis cœpit, neque ante eiuſdem ruinam atque interitum abſoluetur. Quidquid actum eſt hactenus, magni operis archetypon eſt dumtaxat. Quemadmodum in templo Ieroſolymitano ſi Salomon perfectè iam tabula cerneret, ſi ſancta *A ſimili.* ſanctorum, ſi arcã, ſi Cherubinos, ſi aras, ſi mare æneum, ſi atrium exterius, ſi cryptas, ſi lilia, ſi columnas aureas, ac conuocatis architectis ſigillatim omnium iudicium exquirens peteret, quidquam ne ad illius operis perfectionem deſiderari putarent, illiſque omnino quidquam requiri negantibus ſubiungeret, nihil putatis deſiderari, certè ſola operis noſtri quod moliri in animo habeo rudia quædam lineamenta velut in charta in toto hoc templo adumbrauimus. *haſta aqui no aueis hecho ſino la traza y el modelo de lo que pienſo hazer: quando ſe acabara? ſeñor el dia del juicio.* Quæ dies, rogo, extremam fabricæ manum imponet? certè extrema dies mundi. Bellè: nam hoc ædificium alterius 31. quod moliturus ſum veſtigiũ eſt, & idea ædificij. Venit in hãc lucem aliquis, & pulcer- *A ſimili de mundi fabrica qualis cæleſtis vrbs ſit inquiritur.* rimum hoc ſapiẽtiæ Dei in orbe terrarum ludentis amphitheatrum cernit, miratur illos elementorum poſtes, illud mundi tabulatum, illos cæli triumphales arcus; & quid hoc eſt? Reſpondet Paulus: propoſitum eſſe Deo ingentem Eccleſiam erigere, in qua humanitatis ac diuinitatis arcam collocet, ſuóſque electos, quos adhuc expectat antequam hic mundus omnis in cineres eat. *Vanitati enim creatura ſubiecta eſt, non volens, ſed propter eum qui ſubiecit eas in ſpe.* Omnes creaturæ tabulata ſunt, in quibus ſpes ſuſtentatur, *ſpe enim ſalui facti ſumus*; ſperamus fore vt Deus nos reſuſcitet. Venit Deus, repoſita ſunt ſancta ſanctorum diuinitatis ter ſanctiſſimæ in terris, arca Chriſtus, duo Cherubim, Ioſeph, & Maria, duæ illæ columnæ Petrus & Paulus. Hinc baptiſmus, illinc ara & euchariſtici panes propoſitionis, inde montis Caluarij rogus holocauſti, Chriſtúſque æterni Patris victima ſimul & filius, in altero vero atrio, hinc religioſorum ordo, illinc virginum chori, inde Martyrum cunei. Vocat modò architectos ſuos

ſuos Chriſtus, & magnitudinem Eccleſiæ mirantibus oſtendit quanta tandem futura ſit illa, quam ab æterno deſtinatam habet. Quid vobis videtur de noſtro templo? Domine, *Ecce plus quàm Salomon hic*, nihil vltrà addi poteſt. Et quid tandem in eo deſideratur, nihil? Bellè quidem; imò nunc cœpimus, & ideas præmiſimus triumphantis Eccleſiæ, prima rudiaque lineamenta iecimus. Quando hæc finientur Domine? in extrema die; & quando putatis cœpiſſe opus? à conſtitutione mundi. Euangelium dicitis. *In nouiſsimo die intelligetis.* Proh Deus immortalis! in tanto gloriæ ſplendore quid omnino deeſſe videri poteſt? nihil præter ſigillum. *Ego ſum via, veritas & vita.* Secuti hoc tramite homines *iter ſuum* proſequantur. *Ipſum exquiſierunt quotquot de futura in nobis gloria prophetauerunt.* Hanc ſibi gloriam omnes propoſuerunt quotquot in ſanctiſsimo religionis ſtadio decurrerunt; & cur ego oculos non attollo? *Adhæreat lingua faucibus meis, ſi non meminero tui, ſi non propoſuero Hieruſalem in principio lætitiæ meæ.* Vale beata hæreditas, ſolùm veſtigia & prima tui lineamenta rudi penicillo exprimere decreui; iam illud pro comperto habeo nullam animo meo eſſe poſſe lætitiam, præter hanc, è qua velut perpetuo torrente vberrimus voluptatum omnium fructus in pios omnes emanat. Nunc de vltima renouatione agamus.

VERBVM PATRIS.

1. Mach. 4. v. 36.

Dixit autem Iudas, & fratres eius: Ecce contriti ſunt inimici noſtri; aſcendamus nunc mundare ſancta, & renouare.

Peccata contra pietatem à templo Dei eliminanda: innouatio Eccleſiæ à vero duce Chriſto verbo, atque opere abſoluenda deſcribitur.

DISCVRSVS CLXXXIV.

1\.

Quàm deforme monſtrum ſit peccatum ex damno eius cognoſcitur.

NVLLA beſtiarum truculentior, nullum tam deforme, horrendúmque inferni lacus monſtrum, quam peccatum eſt omni immanitate, atque impietate teterrimum. Conſule Ethnicos, qui *pietatem, & religionem, & rerum diuinarum curationem in primis colendam, & aliis virtutibus anteferendam* conclamant. Nam cùm nihil aliud ſit pietas, *quàm Dei notio, & prius eſt Deum ſcire, quàm eum colere*; ideo Deum pia mente concipere, & de Deo optimè exiſtimare, pietatis eſt exordium: præter hoc etiam exteriori cultu, hoc eſt, religione, *qua nihil eſt in rebus humanis præſtantius*, colendus, & venerandus eſt. Omnino ô reges omni conatu defendite religionem Chriſti, a qua ſi quis exiuerit, à ſpe vitæ, & ſalutis æternæ alienus eſt. Audi miſerrimam poſt hominum memoriam templi, & vrbis deuaſtationem. *Exiit ex eis radix peccatrix Antiochus illuſtris.* Obſerua verbum iſtud, & vide Troiæ renouatam tragœdiam. Aſcendit Ieroſolymam in multitudine graui, & intrauit in ſanctificationem cum ſuperbia, & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & vniuerſa vaſa eius, &c. Et accepit aurum, & argentum, & accepit theſauros occultos, & fecit cædem hominum, & locutus eſt in ſuperbia magna, & ingemuerunt principes, & ſeniores, virgines, & iuuenes infirmati ſunt, & irruit ſuper ciuitatem repentè, & percuſſit eam plaga magna. Nónne tibi viſus es fatalem illum equum non in media

Ariſt. lib. 7. polit.

Triſmegiſt. apud Lactant. lib. 5. inſtit. c. 15.

Lactant. 5. inſtit. c. 10.

Religio imprimis tenenda.

Religioni defendendæ imprimis incumbant principes.

1\. Mach. 1.

Ieroſolyma deuaſtatio per Antiochũ quàm deforme monſtrum ſit peccatum oſtendit.

Troia, ſed in media Ieroſolyma intueri funeſta; vnde in omnes peſtis, ac exitium erupit? Quis tantum malum in vnam vrbem intulit? *Peccatum: exiit ex eis radix peccatrix: Raiz de deſolacion; deſolatio enim idem cum peccato.* Intrat Iudas cum ſociis, & viderunt ſanctificationem deſertam, & altare prophanatum, & portas exuſtas, & in atriis virgulta nata ſicut in ſaltu, vel in montibus, & paſtophoria diruta, & ſciderunt veſtimenta ſua, & planxerunt; quis in Dei ſacrarium fatalem illam lucem induxit? Peccatum. Vnde exit tam immane portentum? *Ex eis.* Et qui ſunt iſti? Iudææ reges, & principes peccatores. Audi Iſaiam: *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum.* Ne putes inſane populo hæc tibi ſupplicia obueniſſe ob crimina vnius Iechoniæ regis, à multis retro diebus originem habet peccatum. *Eſpeccado, que viene raſtrando de tus padres en los delgados.* Quæ licèt tenuiſſima videbantur, aliis tamen coninncta, & contorta, oblongum, & grandem finem effecerunt, quo miſerandum illud monſtrum traxiſtis, & in templum induxiſtis. Peccata enim in parentibus ſæpe videas, quæ putes effugere diuinum aſpectum, & oculos: *No veo eſto Dios, pues no lo caſtiga.* Hæc autem tenuiſſima fila manu, & digitis tenèt, ex quibus finem vltimæ damnationis texit. Peccauit Manaſſes, qui fecit malum in conſpectu Domini ſuper omnes gentes, & totius

Cap. 5. 18.

2\.

Peccatum peccato additum graue ſupplicij pondus trahit.

2\. Paral. 33. 9.

Digitized by Google

totius ipſe mali origo. Filium habuit Amon, qui patri fuit in peccatis ſimillimus, in bonis moribus, & pœnitentia diſſimilis. Vnus interceſſit Ioſias, cuius cauſa triginta, & tres annos ſupplicium diſtuli. Sed ecce Ioachaz rex a populo factus, & Eliacim impietate etiam, quamſimiles. Ioacim poſtea parentibus pernicioſior, & quem in captiuitatem duxit Nabuchodonozor cum matre, principibus, & omni milite architectis, & vulgo, theſauris, vaſis pretioſis, ſacris, & prophanis, quid hoc? Funis ex tenuiſſimis filis conflatus: vt cum in vrbe bellum ciuile, in regno hæreſim, in templo Antiochum videris longo ductam fune ruinam, & vaſtationem ſciatis, ex minutiſſimis enim, & quæ viſum fugiunt peccatis Eccleſiæ Dei mala conflantur. Et ne a longe petita, loca, & exempla referam; retine in memoria verbum illud: *Ex his radix peccatrix*, &c. Iubet Deus Ezechieli (cui totum hodiernum myſterium oſtenſum eſt) *& tu fili hominis ſume tibi gladium radentem pilos*, &c. *& tertiam partem igne combures*; quia peſte, & fame peribũt multi ex Iſraelitis, *tertiam concides gladio*; tertia enim pars cadet in circuitu tuo: *tertiam verò aliam diſperges in ventum, & gladium nudabis poſt eos*; quia tertiam partem tuam in omnem ventũ diſpergam, & gladium euaginabo poſt eos. Addit autem: *& aſſumes paruum numerum, & ligabis eos in ſummitate pallij tui*. Sunt omnes iſti iuſti? minime; *imo ex eis rurſum tolles, & proijcies eos in medio ignis*, erant enim aliqui negligentes in rebus pietatis, & beneficiis nihilo facti meliores, vt notat quidam ſcholiaſtes: *notad que eſta es la leuadura de todo el mal*. Addit verba notãda Propheta: *ex eo egredietur ignis in omnem domum Iſrael: atencion eis el fuego en caſa*. Ex eo ſcilicet igne, ſcintilla vna exibit, qua conflagret vrbs, templum, & ipſe filius Dei cruci ſuffigatur. Et quæ eſt iſta ſcintilla? Ecce digitu commonſtrant illam, hiſtoriæ iſtę Machabæorum 1. *In diebus illis exierunt ex Iſrael filij iniqui, & ſuaſerunt multis, dicentes: Eamus & diſponamus teſtamentum cum gentibus*, &c. *Et ædificauerunt gymnaſium*, in Ieroſolymis ſecundum leges nationum, & fecerunt ſibi præputia, & receſſerunt a teſtamento ſancto. Et paratum eſt regnum in conſpectu Antiochi. Vnde tantum malum prodit? *ex eis: de aquellos poquitos como cabellos ſutiles: ex eo: de aquel fuego de idolatria ſalio eſta del dia de oy: ex eis: de aquellos poquitos idolatras*. Idola in tẽplo collocata ſunt; ex peccatis enim omnis ſuperſtitio, & euerſio veræ religionis ortum ducit. Quod vt crederent Iudæi, qui in captiuitate erant, iubetur Ezechiel: *Tu autem fili hominis oſtende domus Iſrael templum, & confundantur ab iniquitatibus ſuis, & metiantur fabricam, & erubeſcant ex omnibus, quæ fecerunt. Auerguenzalos, conuencelos, atalos con eſte eſpectaculo del templo deſtruido por peccados ſuyos para que lleuen en paciencia el cauterio*. Et vt ſciant me aliud templum magnificentius inſtauraturum; ſicut cùm chirurgus ferrũ candens alicui parti adhibiturus eſt, priùs ligat partem illam, vt minus doloris ferrum afferat. *Conuiene atar, y conuencer el pueble Chriſtiano con exemplos delos que han caido de la fe, y negado a Dios para que no ſienta el cauterio, que da el predicador en materia, y parte tan ſenſible como es fe, y religion verdadera*. Sie nos cùm hodierna die partes omnes Eccleſiæ, & templi renouare cupientes ferro correptionis aduenimus, præmiſimus exempla hæc horrore plena vt tolerabilius correptionem toleretis, qui piorum, fidelium, & religioſorum erga Deum nomen habetis. Et quis ergo tam pius, & potens dux erit, qui templi inſtaurationem aggrediatur? Ecce vnus Iudas Machabæus cum ſociis: *Ecce contriti ſunt inimici noſtri, aſcendamus nunc mundare ſancta, & renouare*. Quod facinus anniuerſaria ſolemnitate Hebræorum populus celebrabat. Alteri tamen egregio inſtauratori opus hoc demandatum erat, Chriſto videlicet noſtro, qui non ſolùm tecta, & parietes, ſed animam Dei templum inſtaurat, ſicut aiebat Ambroſius [a]: *Eſt & alius Antichriſtus author huius, diabolus ſcilicet, qui meam Hieruſalem, meam animam, certe animam Dei, animam pacificam obſidere nititur, ſua legionis exercitu*. Et Nazianzenus *cum quotidiano Antiocho confligentes*. Qui cùm veri inſtauratoris ſigna præ ſe ferret clariſſima; nihilominus Iudæi quærunt ab illo, ſiue ille, qui templum, & vrbem ſit reſtaurator? *quouſque animam noſtram tollis?*

Ex leuiſſimis peccatis diſſimulatis maiora ſiunt, & ex his ruina ingens ſuperuenit.

1.Machab. 1. 4.

Ezech. 1.

3.

Ex parua ſcintilla, ignis hæreſis & idololatria ortum habet.

Simile.

Miſeranda exempla & triſtiſſima referuntur vt correptio vitiorum facilius toleretur.

Chriſtus verus Templi inſtaurator & orbis.

a Lib. 10. in Luc. cap. 21.

Facta ſunt encænia in Ieroſolymis, & ambulabat Ieſus. Quæ deambulatio eſt iſta in die ſolemni, publica, & myſterio plena? Quærant alij, & nouas perſcrutentur cauſas. Vnum ego a Propheta Ezechiele, & Euangeliſta mutuatam reddam. Viderat Ezechiel inſtauratorem templi poſt viginti annos exilij in exordio anni decima menſis: *& dimiſit me in montem excelſum nimis*. Ieroſolymam intelligit Gregorius, & Rabbi Dauid præcognouit hunc eſſe montem præparatum ad mundi renouationem, & aduentum Meſſiæ, *& ecce vir ſtabat in porta*, inſtaurator videlicet (vt exponit Hieronymus, & Gregorius.) Hinc fit, vt à porticu Salomonis templi, & mundi renouationem ordiatur. Quare tamen, dices, deambulando opus aggreditur? Notandum eſt ex Euangeliſtis ſemel, & iterum eiceiſſe de templo, Ieſum vendentes, & ementes, de templo, inquam, de porticu, & prima templi parte, quò etiam licitum erat gentibus intrare, vt *Ioan*. 12. manifeſtum eſt, ibi enim refertur ingreſſos fuiſſe Gentiles ad Ieſum, qui erat in porticu Salomonis, dicentes Philippo, *Volumus Ieſum videre*. Hîc ergo deambulat Ieſus, quid agit? Obſeruat templum, ne quiſquam gerens onera, illac pertranſiret. Quid ego affirmo? Clariùs multo D. Marcus 11. cap. *Et non ſinebat, vt quis transferret vas per templum*. Vas genericum nomen, & onera, vel quidquid attinet ad id, de quo eſt ſermo, ſignificat onera, animantia, ligna, &c. quaſi diceret, in templi ingreſſu duæ erant viæ. Altera erat porticus Salomonis breuior multo, quare ferentes onera compendij cauſa illac ingredi aſſueti erant: ait ergo; æternum illud Dei verbum, Patris infinita ſapientia ex illo breuiſſimo triennio temporis, & ex illis ſacratiſſimis diebus, quos ad mundi reparationem elegit, cùm iam proxime tanti negotij exitus impendebat, non leuem partem pretioſi temporis collocat in cuſtodiendo Patris ſui templum, & partem illam qualemcumque & prophanam cuſtodiebat, ne eius religio pollueretur, nec pedem inferrent beſtiæ, & ruſtici homines, vt inde iã Chriſtiani coniectemur, quãta deuotione, & reuerentia limina illa ſacra tangere debeamus, & quantam iniuriam, quantám-

4.

Chriſtus Dominus deambulans templum Patris obſeruat atque cuſtodit.

que iraſcendi cauſam irrogẽt Angelo illi Chriſto, qui ſtat in porta, contumelioſa dicta,& facta in ſacratiſſimo eius templo perpetrata. *Deãbulabas Ieſus in portien Salomonis: por eſcuſar peccados tan graues, como los del templo, que ſon contra la Mageſtad, y contra ſu corona.*

Templum diuinæ maieſtatis ſedes eximiè colendum.

5. In templo namque reſidet diuina Chriſti maieſtas, ſacerdoris ſummi, & Regis excelſi geminam dignitatem repræſentans, quod non obſcurè Zachariæ prænunciatum eſt, dum vtramque coronam in vno Meſſia Pontifice, & Rege collocaturus dicit Pater: *Sumes aurum, & argentum, & facies coronas, & pones in capite, Ieſu filij Ioſedech ſacerdotis magni.*

Zach. 6. 11.

Nam coronam, quam modò gerit Zorobabel princeps cum ſacerdotali pariter in capite Meſſiæ ponam, *& conſilium pacis erit inter illos. Veranſe juntos Papa, y Rey, Thiara, y corona en vna cabeza de mi Chriſto.* Quis ergo audeat intra templũ vel peccata deferre, vel moliri, vel augere riſu, leuitate, garrulitate,& obſcœnis geſtibus, quæ terreno regi inferre nõ auderes. Benignus quidẽ noſter Rex, dũ inter nos deambulat, & fixit ſedem, & habitauit in nobis; verumtamen, *terribilis, excelſus, Rex magnus ſuper omnem terram: grande ſe queda, terrible, alto, y aſſi ſus inimicos lo ſeran.* Audias, obſecro, plãgentem Dauidem: *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci.* Quid doles Dauid? quid ſignificat, *tibi ſoli peccaui?* dum reſpondere tenebatur, iterum ſeipſum interrogat. *Cur timebo in die mala?* Ænigma eſt, quod proponit antecedenti verſu: *Inclinabo in parabolam aurem meam, iniquitas calcanei mei circundabit me.*

Peccatum contra Dei præſentiam doluit maximè Dauid.

Vis eſt interrogationis, qua quis vrget ſe quo peccato in eas me coniiciam anguſtias, vt cùm premar calamitate diei malæ iudicij, totus expalleſcam, & quodammodo deſperem? quaſi elatiùs dicat (inquit Baſilius) in iudicio nullus alius erit accuſator præter peccata.

Peccata accuſabunt

Quod peccatum timebo? Primus Gagneius,& etiã D. Thomas; cur ego trepidem potentes & florentes, qui gloriantur in multitudine diuitiarũ. *Pues mañana les dará vn traz pie como a mi la muerte?* Quid ego timebo dies malos ſenectutis, & ad illos tranſigendus comparabo iniquè diuitias dignas conculcationeẽ? *Arañare para la vejez, y cegareme con el oro que he de andar debaxo de los pies.* Caietanus.

P. Lorinus diem malã explicat diẽ ſenectutis, in qua quo vitæ minus, plus quærere viatici ſolent mortales.

O quantum ſupplicium timeam aliorum peccatorum, ſi quod inter mortalia minimum eſt etiãſi graue, quale eſt peccatũ carnis, ſic me circumdedit, ſic me affecit mœrore? *Si tanto me a coſtado vn deſlizar el talon, como flaco en vna ocaſion de torpeza con no ſer el mayor de los peccados, que haran los demas?* Auguſtinus, Remigius, Bruno Carthuſia.

6.

Peccatũ graue pertimeſcendum. Impœnitentia malum.

Quid ego mortalis poſſum timere? nẽpe, peccator cùm ſim, peruenire vſque ad extremum diem abſque pœnitentia, quam diabolus curat maximè, & iſto modo inſidias parat calcaneo: *no ay mayor mal, que llegar los peccados haſta el talon, y fin de la vida.* Vel fortè timebo peccatum illud calcanei, quo proditoriè Vriam ſupplantaui, & occidi eo modo, quo luctator ſocium euertit, *Quiza me acoſara la zancadilla, que le di a Vrias.*

Gen. 3. 15.

Aut fortè ipſum adulteriũ; nam, vt medici tradunt, à pedis planta inchoat vena, quæ concitat libidinem, ita vt ea de cauſa ſymbolicè, & allegoricè ſimul dixerint, in ſolo calcaneo vulnerari Achillẽ potuiſſe. Et, Orpheo teſte, princeps libidinis locus talus eſt, tale quid innuit Cicero cùm cauet de vno pede, quẽ daret conſularis ſoror, Atticum conqueri, licèt etiam alterum ipſe tolleret.

Vide P. Lorinum qui citat authores.
Adulterium execrandum.

Denique id maximum peccatum refert, nempe peccando conculcaſſe, nihilque feciſſe Deum, ante cuius conſpectum ſtabat iuxta parœmiam, *oculum habere in ſolea*, nec reſpicere cælum, atque Deum, ſicut improperat Daniel ſenibus libidinoſis; & Paulus, *filium conculcantes.*

Qui peccat in templo conculcare videtur Deum.

Dan. 3. 8. Hebr. 10. 28.

Hoc igitur meum ingens piaculum Domine, tete inter peccandum contempſiſſe, *tibi ſoli peccaui*, conſcio te ſolo,& coram te. O Rex, bene doctus deflere peccatum in conclaui perpetratum; quia coram Deo, vel quaſi non coràm eſſet Deus, veni, vt ſeriùs deplores crimina, quæ in ipſa Dei facie, in ipſo regio cubili, in ipſo throno ſerui audẽtiſſimi impiè, nefariéque committunt, digníque ſunt, vt qui Deum quærunt, & miſericordias experiunt, ſeuera puniantur iuſtitia.

7.

Iuſtè enim, & piè legibus, & decretis locis ſactis immunitas data, & inuiolabiliter obſeruata eſt, vt neque etiam delinquens ad ea confugiens extrahi poſſit: intellige autem niſi delictum in ipſo loco ſacro commiſſum non ſit; ſecus verò omnino extrahitur, & ab Eccleſia velut ſacrilegus proditur, & prophano iudici traditur.

Graue peccatum in tẽplo excipit a tẽplorum immunitate dignoſcitur.

Quid templa, & vnde? niſi ab immunitate, in quæ confugiant mortales diuinam ſeueritatẽ vitantes ob ea crimina, quæ extra templa commiſerunt. Contigit autẽ, vt in hoc ipſo templo grauiora ſint veſtra crimina, fitque inde, vt ipſa mater Eccleſia filios ſuos prodat, & iuſtitiæ tradat puniendos, Vel cùm domum repetitis, vel deprædata bona, vel maculatum honorẽ, vel triſte nunciũ, vel litem ortam, vel denique repentinũ obitum inueniatis.

Seuerè puniũtur peccantes in templo.

Habeo rei huius luculentum exemplũ *Eſther* 7. Conſtituerat iam Aſſuerus ab aula, & ſua gratia exturbare Aman, dum lignũ excitatum erat, ex quo pẽderet Mardochæus, venit inuitatus à rege, & regina, qui iram in ſinu recondebant; & poſt poſtulatam regis gratiam honeſtiſſima Eſther ardentibus oculis, & minaci vultu digitum intendens in Aman dixit, *Hoſtis, & inimicus noſter peſſimus iſte eſt Aman.*

Confirmatur ex ſacra Scriptura.

Seuerus, & grauis viſus eſt rex, regina turgens ira inſtar leænæ excandet; proditor autem expalleſcit, reſilit rex, & ad viridarium, quod proximum erat, diuertit, regina in ſtrato recubuit, vix terga dederat rex, cùm Aman totus abit illacrymans, & tremens ad miſericordiæ aſylum, reginam videlicet placandam, ad eius pedes ſeſe prouoluit, vt iacebat; reuertit rex, & Aman iuxta reginã conſiderans ſaltim irreuerenter iacentem, cui primò pepercerat, nunc minaci vultu, & altiori voce, quæ excipi poterat in aula, inquit: *Etiam reginam vult opprimere me præſente in domo mea.* Notanda verba, quibus dictis ſtatim Aman inter mortuos annumeratus eſt,& velatu vultu in ſuſpendium rapitur.

Certum eſt (ô Chriſtiane) peccata tua in loco prophano facta grauiſſima eſſe, proditiones, furta, contra quæ meritiſſimè excandeſcit Deus; ſed in his diſſimulat, & tolerat vſque ad diem conuiuij in die feſto, vbi magnorum criminum indulgentia præſtatur, ſed accedis ad templum tali audacia, & libertate ad aſpectandas fœminas, præbendã ſigna, & nouã pellicem conferendam in domũ, quo fit, vt Deus ille, qui ad menſam patientiſſimè vocauerat, terga vertere diſſimulans, nunc ſuper iſta crimina quaſi mare rugiat; etiã reginã vult opprimere me præſente in domo mea? *Al alma mi eſpoſa*

Quanta merentur ſupplicia qui in tẽplo peccant.

en el

en el templo en mi preſencia? Arcete illum extra Eccleſiam, ſuſpendatur, vel relinquatur in manu deſideriorum ſuorum, quibus vltimam iram, & damnationem promereatur. *Ideo ambulabat Ieſus.*

Ab Eccleſia & Eccleſiaſticis renouatio incipiat.

8. *In portien Salomonis.* Inde etenim opus eſt incipiat renouatio; vidit enim Iudas *portas exuſtas: de alli comenzo el mal.* Ideo fores obſeruandæ admodum ſunt, quod munus nulli alteri demádauit Dauid, tabernaculi Dei ſanctitatem conſiderans præ omnibus regum palatiis colendá. Quapropter aiebat: *Mane adſtabo tibi, & videbo. yo ſere el primero, que os haga eſtado por la mañana.* Et videbo, quia perſpexi ſatis, & perſpiciam etiam; *quoniá non Deus volens iniquitatem tu es* *. Non es tu velut Dij falſi, vel vt princeps terræ, qui omnibus etiá iniquis aditum, & fores præbent. Ná obſeruaui quo titulo pater aditus in palatia principú plurimis nefariis hominibus, & reperi alios intrare, quia *maligni*, quos aulæ peritiores vocant. *Hombres de auiſos, y de medios, hombres de negocios:* ſed Deus abſolutè vocat malignos; & ſancti Doctores nequiſſimis nominibus cópellant (vide P. Lorinú.) Alij recipiuntur, quia *iniuſti*; quos meliori ſermone vocatis *intelligentes, de leyes, alumnos de la iuſticia:* abſit à me talis intelligentia, qua vt fiſcum augeant leges veluti blandas chirothecas quoquò versùs volunt cóuertunt: *teneos alla, neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos.* Alij excipiútur, quia operarij ſunt, & artifices mali: *Por officiales de mal ſu obras:* vel quia aſſentatores ſunt, & adulatores; ſed apud Deú verba non valent, etiam eliminantur: *odiſti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendaciú.* Aliſ quia pruditionem, ſanguinolentiam, mendacium, vel falſum teſtimonium audécter nimis perpetrant. Principes enim miniſtris indigent audacioribus pluſquá valentibus: *Pajes ſin fuerças, pero atreuidos como los de Anas, y Caiphas.* Sic placuit Doeg Idumæus in domo Saul, qui veſtitos ſacris veſtibus ſacerdutes aggreſſus eſt. Sic placuerunt mendaces Roboamo: Architophel malignus conſiliarius Abſalomo, omnibus his paritec aditus interclusus eſt in templum: *virum ſanguiniú, & doloſum abominabitur Dominus; ego autem in multitudine miſericordia tua introibo in domum tuam,* &c. Ideo Iudas * dicitur *abſtuliſſe lapides cótaminationis,* népe ſtatuas Deorú, quas ibidem refertur in foro, & plateis collocaſſe Antiochus, Saturnum nempe voracem, Iouem adulterum, & nefariè laſciuú, Martem ſanguinarium, Mercurium prædonem, Apollinem rufum calamiſtratum, & ſtipatum Muſis. Hi namque lapides, & ſi quid ſimile inter Chriſtianos eſt, contaminati dicuntur, ſicut lapides domi leproſi; quæ enim lepra fœdior, quàm in vna æde commorati hæc monſtra cum Chriſto, & ſanctis beatis: *que eſten en vna Miſſa el carnal, y el puro, el vſurero, y el limoſnero, el ſangriento, y el manſo.* Omnia obiiciútur, & excómunicationis gladio diſſecantur meritiſſimo. Triſtis ſanè pictura membrorú, quæ ſeruierunt immunditiæ, & iniquitati, quæ omnino in mundi totius renouatione abiicientur, & à cæleſti téplo diuina lege arcentur: *non intrabit in illam aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium: timidis autem, aut incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis,* &c. *pars illorum erit in ſtagno ardenti.* Vnde Beda *, qui per gratiá regenerationis ſanctæ Eccleſiæ incorporatus nihil amplius pro ſua ſalute operari ſtuduerit, hi quaſi lapis mortuus cæleſti pruſus eſt ædificatione indignus, ideoque abiiciendus diuino examine, atque alius, qui dignus eſt, loco eius ſubſtituendus, iuxta præceptum Leuitici, in quo lapides leproſi inſpici, & inter immundos computari præcipitur, hæreticorum ſupplicium deſcribens.

Pſalm. 5.

* Vide quàm prudéter dixerit, *no volens*, non autem nolens es tu, ſi namque nollet voluntate abſoluta, omnino non fieret vlla iniquitas voluntate, quá voluntate *bena* non vult, contra nouatores iſtos qui *permiſſiones* nomen irrident.

Conſiliari & aduocati intelligentiores vocantur iniuſti.

Miniſtri audaces placent dominis & principibus.

Abdicantur à templo impuri & iniuſti homines.

* Cap. 1. v. 50. & lib. 2. cap. 10.

Apoc. 22.

a In 1. Petr. 2.

Altare prophanatum. Quomodò pollutú fuerit holocauſtorum altare, varias referunt cauſas Lyranus, & noſter P. Serarius: quomodo autem templa, & ſacrificia Dei noſtri polluta dicantur, examinandum eſt. Nam quadam die videns in templo victimas vendentes ſubirato vultu, & voce dixit: *Auferte iſta hinc.* Quid Domine habent iſta? iſta non ſunt, quæ tu tam auidè poſtulaſti; *Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum.* Iſta non ſunt abominationes, hoc eſt, idola Ægyptiorú, quid tibi gratius, & honorificentius, quàm eadem ipſa idola mactata coram te, & ad pedes tuos prouoluta intueri? Iſta non ſunt diu deſiderata, an fortè mutatus es, ſicut Amon, qui cùm ſororem deperditè cócupiſſet, ſtatim poſt violationem euocato maligno illo famulo ait, *Ejice à me hanc foras, & claude oſtium poſt eam.* Nec deeſt, qui pœnitentia ductú hæc duxiſſe affirmet *. Ecce Domine fortè iam pœniter hęc holocauſta appetiuiſſe: Cauſa igitur ea eſt, qua deſpicit, & abiicit ſacrificia; quia quæ ab ipſo inſtituta erát, & ea de cauſa ad tempus veneratione digna miniſtrorum praua tum intentione, tú auaritia, & iniqua adminiſtratione in Dei offenſioné, & offendicula animarum, erant traducta. Nam méſæ numulariorum pecunias ipſorum ſacerdotum mutuandas vſurario lucro proponebát indigenis, qui oblata pecunia victimas vberiores emebant, & ſic gemino lucro ditteſcebant Pótifices, & ſacerdotes: *con el pie de altar, y dinero vſurario ſe hazian ricos.* Igitur tam ſanctum ſacrificium in idololatriam conuerſum eſt, hoc eſt, in auaritiá, quæ eſt idolorum ſeruitus; imò, vt grauiter notauit Hieron. cultus, qui videbatur eſſe Dei, ſolius auaritiæ erat; *quia poſt multa mala opera etiam à cultu Domini receſſerunt.* Genus namque idololatriæ eſt rem ſacram magis amore pecuniæ facere, quàm religionis, qua ſcilicet auaritia, ſi ſemel irrepſit in ſacra myſteria Miſſæ, dæmon, quod amiſerat, cumulatiſſimè recompenſat: *Deſquitaſe el demonio deque ya no le adoran en los altares, poniendo en los miſmos altares, o la auaricia, o los ſacerdotes auarientos.* Quare idolorum cultus, qui furtiuè tenebatur à gentibus, audaciſſimè, & impudenter ad noſtras peruenit aras, quod Ieremias 7. genus furti vocat, & furto peius: nam furibus non valet Eccleſia, nec immunitas eius; iſti autem ſic vafri latrones ſunt, vt in ipſo loco ſacro auaritiæ furta, quæ efficiebant, defenderent: *nunquid ergo ſpelunca facta eſt domus iſta, in qua inuocatum eſt nomen meum, ego ego ſum, ego vidi.* Ipſum etiam templum latronum ſpeluncam vocat, quia ſub prætextu templi ſuis vtilitatibus, & lucris inſeruiebant; quare verba mendacij vocat ea, *templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt: o ſeñor el templo es vna gran coſa, por que no falte al templo aun a los Padres ſeles a de quitar de la boca.* Quod 10.
planè mendacium vocat Dominus; quia dum ſactis inſeruire videbantur, lucris addicti erant; & quia hoc, quod exterius eſt, ſophiſtica,

9. *Cur abijcit Chriſtus hæc ſacrificanda animantia*

* S Barchiarius pœnitétiam culpæ fuiſſe cuius nó leue indiciú eſt patrem vidiſſe crimen, & nullum verbum illi dixiſſe: *quia vidit illum citò ad pœnitentiam reduſſi.*

Vſurariá pecunia à téplo eliminantur à Chriſto & vera fide.

Auaritia lógè ſit à ſacris adytis & Eccleſiaſticis.

Sic Lyra.

ſtica ſpecie tegi poteſt, vt fallat mortales, nun Deum, aut quia de furto ablatis feſta, & ſacrificia inſtituebant, quod iniquiùs eſt, inquit S. P. Chryſologus [a]; *Audeo dicere qui de fraude offert, cumulat crimina, non emundat.* & audent, vt ait Ieremias, furari, occidere, & adulterari: *& veniſtis, & ſtetiſtis coram me in domo hac; numquid ſpelunca latronũ facta eſt domus iſta?* Grauior ſupereſt iniquitas: *& dixiſtis, liberati ſumus, eo quòd fecerimus omnes abominationes iſtas.* Abominationes vocat ſacrificia (exponit Lyra, Hugo de ſancto Victore) *ſacrificio, y miſſas ſehan dicho, no ay que temer.* Quod apertis verbis petulans adultera dixit victimas obtuliſſe pro incolumitate: *ya Dios es tercero de nueſtro pecado, el callarà y nos dexarà libres, ya ſe le han dicho miſſas.* Vide quò prorumpat iniquitas eorũ, qui fideles vocantur, eò nempe, vt quo magis Deũ offendant, tutiores ſint apud illũ, & remotiores à virga, & peccata ipſa quaſi murum opponunt Dei ſeueritati, peccemus in loco ſacro, & liberati ſumus. Nam ſi dé confitendis criminibus agimus, ſi de reſtituẽdis ablatis, ſi congregationi nomen damus, ſi in meliorem ſtugem mores commutamus, ſtatim nobis mors ingruet, & Deus tollet de vita, ne ad mores noſtros redeamus: igitur cumulemus iniquitatem, & ſaturemus Deum iniquitatibus, & tunc liberi, & tranquilli eſſe poterimus. O nefas, audi Hieronymũ: *In tantam prorumpunt amentiã, vt liberatos ſe putent; quia poſt mala opera etiam à cultu Domini receſſerunt, hoc eſt, abominandum ei cultum exhibent ab eo recedentes: ſuma de maldad offender à Dios en las miſmas obras, y horas ſagradas.* Itaque quidquid opera iſta, & ſacrificia polluit, eliminandum eſt, & exturbandum funditus.

a Ser 45. Cap. 7.

Oblatio non ex alienis & iniuſte acquiſitis fiat.

Audacia peccantium in Eccleſia.

II. *Altare prophanatum.* Iam de ſacrificiis, moue de ſacerdotibus ipſis innouandis opus perdifficile, & ſumma, & cæleſti prudentia aggrediendum. Hanc innouationem præoſtendit Ezechieli, vt oſtenderet Deum ob peccata illius populi iam ſecum meditari templum aliud magnificentius excitare peccata; ſic recenſet oculatus teſtis Exech. 8. *Miſit me Dominus in Hieruſalem in viſione Dei, iuxta oſtium interius, quod reſpiciebat ad Aquilonem vbi erat idolum Zeli, &c. & ecce ibi erat gloria Domini:* oſtenſa, inquit, mihi eſt eadem gloria, quam videram in campo iuxta fluuium Chobar. Sed quorſum Domine iuxta Baal conſtitit Dei maieſtas? quæ conuentio lucis ad tenebras? Dei ad Belial? Vtique non delectabatur tali vicinia, ſed vt oſtenderet ſe iam egredi de ſanctuario, & tẽplo ſuo eiuſmodi ſordibus polluto, atque ad gẽtes migrare, vt vel hinc diſcant Prælati primam ſedem in Dei curru ſplendidam tenere, non vt in vno loco ſint otioſi, & vacantes, ſed vt deambulent, luſtrent, & concurſent per Epiſcopatum, & propriis oculis percipiant, quod eis dolorem, & ſolicitudinem afferet, & iuſtitias, & iudicia ſua iuſtificare, teſtantes ſe iam vidiſſe, & propriis oculis inſpexiſſe, maximè tamen templorum, & ſacerdotum viſitationem nemini cõmittant. *Idolum zeli erat in ipſo introitu ad prouocandam æmulationem;* hoc eſt, iſtud ſolum peccatum ſatis erat ad incitandam diuinam indignationẽ. Sed adhuc conuerſus videbis abominationes maiores. Sed iã hinc pedetentim incedendum eſt: *fode parietem;* tantum fac foramen: nam presbyterorũ crimina tu ſolus examinare debes, & quaſi per foramen, vt negare poſſis te rem talem tuis oculis vidiſſe: *no han viſto tal mis ojos*, vt ſeculares viri ſe dimiſſos omnino putent à iudicio presbyterorum, ab eorum diſquiſitione, correptione, detractione, ſoli ſuo iudici hæc relinquant. Quare ab antiquis ſacerdotes exempti ſunt, à ſæcularium iudicum iuriſdictione, ne apud ſæcularia tribunalia eorum crimina propalentur, quod eorum venerationem de medio tollit. Et in templo iuſſit Deus emunctorias forcipes adhibendas iuxta candelabrum, & inſuper aquam, vt quod emunctum eſt, è veſtigio extingui poſſet, vt admoneat Prælatum correctionem neceſſariam eſſe, ſed plenam aureæ charitatis, & in eo maximè charitas eluceat, vt quas reperit noxas, ſtatim extinguat, nec ad nares ſæcularium peruenire ſinat: *que no ande incenſando con las faltas de los clerigos.* Aliter enim, & miniſtrorum peccata fouet, & omnium linguas ſoluit, vt liberiùs contra eorum honorem inuehantur: *& ecce omnis ſimilitudo reptilium.* Theodoretus; *præter impietatem ingens ſtultitia exuperantia.* Nam & idola, & hæc viliſſima adorant coram Domino ſuo omnipotenti rege; ſuperſtitio hæc nõ vnius, aut alterius; *ſed ſeptuaginta ex ſenioribus Iſrael: todo vn cabildo los ſemaneros: quibus eſſe in gazophylacio permittebatur thuribulum in manu ſua. Cada vno tenia vna ſalua:* id eſt, *patellam* argenteam, quibus prunæ imponebantur, adolebántque thuris grana, inuentio quidem antiquiſſima, & à Deo profecta, ideo abuſus maior, & vnicuique aſcribendus: *todos, y cada vno pecauan.* Et ea eſt humani cordis profunditas, vt ore blaſphemo audeant dicere; *Non videt Dominus, dereliquit Dominus terram. Et ecce mulieres* non in atrio intimo, *ſed ad oſtium ipſius atrij.* Vide impudentiam fœminarum; quò enim ne leuitis quidem promiſcuè licebat ingredi, ibi fœminæ Adonidem lugebant: nam *ſedere* dolentis habitus eſt; *quomodo ſedet ſola ciuitas.* Vide ergo leuitatem fœminarum, Deum non reuerentur, & Adonidis petuli, & laſciui homuncionis mortem recolẽte lacrymas effundunt. *Adhuc conuerſus videbis abominationes maiores:* & in atrio interiori iuxta altare victimarum *, quaſi viginti viri dorſa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem; nam adoraturi ad Occidentem ſpectabant, ſic Deo prouidente, vt extirparetur ſuperſtitio, quæ diu viguit apud gentes orientem ſolẽ adorandi †. *Trazò el ſeñor de manera el templo, que todos boluieſſen las eſpaldas al ſol, y el por la puerta Oriental entraſſe pecho por tierra adorando a ſu criador.* Iſti autem omnem religionem peruertunt. Et inſuper *applicant ramum ad nares ſuas*, laurum videlicet Apollini dicatam, cui grates reddebant odoris tanquam conditori ſupremum facinus, in quod prolabitur humana mortalitas cùm peccatum ſuum ſicut Sodoma prædicant. Hos tu Domine vis inſtaurare? res magni negotij.

Sacerdotũ innouatio qui fieri debeat.

Excurrant epiſcopatum præſules, & luſtrẽt ac viſitent omnia.

Clã & caute peccata eccleſiaſticorũ ſpeculari oportet.

Por ſus ojos no ha viſto aquellas faltas que ſolo vno de ſus ojos las vea y peccada de ello no lo an viſto otros ojos.

Abſtineãt ſeculares à iudicio & detractione clericorum.

12.

Fœminarum leuitas & ad ſuperſtitionẽ procliuitas.

* Sic quidã Scholiaſtes Græcus, & vide P. Prado.

† Sic Iob 31. & Vitru. Archit. lib. 4. c. 5.

13. Eſt quidem per difficilis curatio ſacerdotum, & ſi qua Deo multum faceſſit negotij vna hæc eſt, quam nec tacere voluit, dum ait: *Quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur?* quaſi anceps ſit, & conſilij inops ipſe ſummus Paſtor, qua ratione paſtores, & presbyteros poſſit medicari. Eadem tamen difficultas Iudæ Machabæo ſeſe obtulit: nam cùm peruenìſſent ad altare holocauſtorũ, *cogitauit: que haremos deſto? quod prophanatum erat, quid de eo faceret:* nam contaminatos lapides tulerunt in locum immundum, nimirum

Perdifficilis eſt curatio & renouatio ſacerdotũ.

Matth. 5.

Mach. 4.44.

erant

erant omnino prophani, & immundi, & à prophanis ad prophana poſiti: *las eſtatuas de monton al muladar, que importa, que ſon profanas.* Hoc verò altare oleo, ritúque à veris ſacerdotibus Deo dicatum aliter tractandum eſt: *incidit illis conſilium bonum, vt deſtruerent illud, & repoſuerunt lapides in monte domus Domini in loco apto, quoad vſque veniret Propheta, & reſponderet de eis.* Idem prorſus euenire ſolet viſitatori Epiſcopatus; veniens enim in aliquam vrbem adit viſere, & luſtrare templum Dei, & altare, videt quaſdam imagines perantiquas, informes, decoloratas, quæ vix prima lineamenta retinent, nec alicuius beati effigiem repræſentant, ſed ſaltim ſenes pagani, vel anus memoria retinent illum, qoi tenet partem gladij in dextra compreſſa, eſſe beatum Paulum, vel Bartholomæum; illum etiam, qui partes clauium reliquas in manu gerit, D. Petrum. Auferte, ait, iſta ligna hinc, ne ampliùs venerationi ſint. Verumtamen quid de eis agendum erit nobis? nam ſecuri effringere, & diſſecta igni tradere, ſcandalum pariet hominibus, præcipuè paganis, qui Caluiniſtarum hæreſim redolere putabunt; ſi verò extra altare obuia cuique ſunt, deſpectui erunt: incidit illi conſilium bonum; tollite imagines, & in illa ſuperiori parte ſactarij collocentur rudi aliquo velo tectæ. Hoc idem Prælatis obſeruandum venit: reperient namque clericos aliquos ſic obliterata ſpecie tantæ dignitatis, vt vix clauium poteſtatem, aut prima lineamenta ſacratiſſimi illius olei inueniat retinere: *como imagines viejas ſin color, ſin matices, ſin barnices, ſin narices, ſin dedos, ſin talle, ni figura mas que vnos truncos con la piedad toda via venerados.* Similia ligna, & quaſi clericorum cadauera (quæ noſtra vbique fert infirmitas) abduci à ſede, ab Eccleſiæ conſpectu arripi iubeat; ſeruata tamen celſiſſima dignitate, ne Caluiniſtarum contra Papiſtas errorem induxiſſe videamur (vide quàm parum abeſt ab hæreticis qui presbyteris, & religioſis detrahunt) arceantur verò à Dei cultu, ne ſcandalum præbeant populo. Incidat illis illud conſilium abſtrahendi, remouendi, & in ſecretiori loco collocandi; vbi neque venerati, neque deſpecti ſunt, quouſque veniat Propheta, qui reſpondeat de eis, hoc eſt, Christus Paſtor paſtorum, qui iudicium feret de omnibus, grauiſſimum autem de his, qui præſunt.

A ſimili.

Etiam inter clericos imperfecti reperiundi, ſed eamdè caſtigando & corripiendo.

Qui detrahit viris Eccleſiaſticis nedũ religioſis parũ abſunt ab hæreticis.

14 *Ambulabat ergo Ieſus in porticu Salomonis.* Amat feſtos dies tamquam mercator nundinas, vt animas, & animos ſibi lucretur: animi enim hac regum, & principum facilitate, & benignitate maximè capiontur. Hoc diuiniſſimum exemplum docet, & alia quamplurima de ſuo Traiano Plinius [a]; *Nulla in audiendo* (inquit) *difficultas, nulla in reſpondendo mora, audiuntur ſtatim, dimittuntur ſtatim.* & infrà: *Hæret lateri tuo quiſquis acceſſit, finémque ſermonis ſuus cuique pudor, non tua ſuperbia facit.* Et ille alter ad filium, barbarorum eſſe, qui vt maieſtatem ſeruent, populi conſpectum vitant; tu contrà, inquit, fores patulas habes, magíſque pauperi, quàm ditiori, vt qui tuo fauore magis indigeat, ſic tamen iſta temperanda ſunt, vt ſciant ſubditi non temere, minimíſve de cauſis adeundum principem ſuum. Nam quemadmodum nauis Salaminia non propter minimos vſus (vt tradit Plutarchus) educebatur, ſed modò ad principes excipiendos, ſimiléſque ſolemnitates; ſic reſpublica Athenienſis Themiſtoclis authoritate & opera non niſi in ſummis difficultatibus, & cauſis illuſtribus vti ſolebat. Et in ſacris litteris fons patens vocatur Chriſtus per Zachariam: vnde cùm vnus militum latus eius aperuit, ait Auguſtinus [a]; *Vigilanti verbo Euangeliſta vſus eſt, vt non diceret, latus eius percuſſit, aut vulnerauit, aut quid aliud, ſed aperuit, vt illic vitæ oſtium quodammodo panderetur: abierto dexo para todos, y que la miſma agua, y ſangre buſquen a los hombres: ibunt aqua, dixo el otro Propheta.* Eadem de cauſa floti comparatur campi, ſine tecto, ſine cancellis enutrito: *ego flos campi.* Nam ſi hæc facultas adeundi Deum penès miniſtros eſſet, venderetur vtique ſicut in tribunalibus principum, & iudicum terræ. Hanc facilitatem erga Deum oſtendit illa parabola poſtulantis ab amico tres panes Luc. 11. *Secreti ſui cubile ipſam collocauit ad ianuam*, aiebat Chryſologus, *ſin duda, que tenia la cama junto a la puerta.* Modò verò ad redimendam vexationem emunt accelerationem negotij muneribus multis, & donariolis, digni quidem alligari ad ſtipitem, & fumo appoſito, & humidis ſtipulis necari, præcone dicente: *Fumo punitur, qui fumum vendidit*, ſicut feciſſe legimus Alexandrum Seuerum: medeantur huic malo principes, & malo quidem, quod ita inualuit in ipſo orbe Chriſtiano, vt non putem aulam tam ſanctam, & bene moratam, quin in illam penetrarit.

Lucro animarum vbique quærebat Chriſtus.

a In Panegyrico.

Facilitas & humanitas Chriſti ad capiendos animos.

A ſimili.

Zach. 13.

a Tract. 120 in Ioan. 19.

Cant. 2.

Pleſtendi famuli qui adeundi principem facultatem adimũt, vel vendunt.

Circumdederunt eum Iudæi. Placet hoc, Euangeliſta ſacer, proprio appellas nomine eos, qui calumniantur alios; nam vel dæmones ſunt, vel Iudæi, vel aliquid horum participant: *Salir en ojeo de faltas officio de demonios de mala caſta.* Prodit ad venationem princeps, excitantur, ſoluuntur venatici canes, qui circumquaque ſiluam perambulant, olfaciunt, diſquirunt, eunt, & redeunt ad principem. Ne mireris, hæc eſt natura eorum. Sed vides catulum Melitenſem paruulum non ruri ſolùm, ſed domi nunquam conſectari deſinit mulieres nobiles incedendo, quò illæ contenderint, contigit in viridarium intrare, ecce excurrit totum breui ſpatio, olfacit herbas examinás, & quaſi diſquirens: quid te vrget catelle examinare herbas? Reſpondere poſſet, ea parte, qua ſimilis eſt cani venatico inclinari ad hæc diſquiréda. *Por lo que tiene de perro ventor, y podenco haze eſſo.* Iudæos, dæmonéſve, ſentes, & ſpineta peccatorum odorari, & ſagaciter diſquirere & manifeſtare mirum non eſt; ille enim *circuit quærens, iſti circumdederunt Ieſum*, ea eſt eorum natura. Verùm tu detractor, quare matronam domo exeuntem inſequeris, olfacis veſtigia, greſſus obſeruas? Tu quoque quare herbas olfacis, & abiectos homines examinas, & domus angulos roſtro erras odorans; certè ea parte, qua vel dæmon es, vel Iudæus. *Por lo que tienen de perros ventores, de aquellos digo, que cercauan ad ſeñor.*

15 *Aliorum calumniatores dæmones vel Iudæi dicuntur.*

Iudaicũ vitium & diabolicum venari vitia aliorum.

Opera, quæ ego facio, illa teſtimonium perhibent de me, &c. Deus opera ſua in diuinitatis argumentum, & teſtimonium allegat. Opera enim ſicut & ſanctitatis indicia ſunt, ſic & diuinitatis ſi diuina. Huc facit exemplar

16 *Ipſe Deus in diuinitatis argumentum opera adducit.*

Baruch 6.

plar epiſtolæ, quam miſit Ieremias ad captiuos, qui erant io Babylonia, monens videlicet idola Deos non eſſe; *ſceptrum enim habet vt homo, ſicut index regionis: habet etiam in manu gladium, ſe autem de bello, & latronibus non liberat: vnde vobis notum ſit, quia non ſunt dij; non ergo timueritis eos, vidua non miſerentur, neque orphanis bene faciunt; vnde notum ſit, quia non ſunt Dij: no ay obras, nó ay diuinidad.* Imò, vt Tertullianus [a] argumentatur: *Facilius credetem Deum non eſſe, quàm ſine cauſa eſſe: Dij enim iſtorum non habent Dei pignus opera bona.* Deus item ipſe in terris degens ſuperfluum putauit cœlaſte teſtimonium diuioitatis, vbi bonorum operum exhibitio ſuppetebat. Quorſum enim (rogo) cùm in Thaboris vertice ſplendet maieſtas regalis, adeſt teſtimouium Patris, & vox de nube à magoifica gloria procedit? Et quare non item in Caluariæ monte à Patte quaſi derelictus conqueritur, *vt quid dereliquiſti me?* Huc Domine, huc oportuiſſet teſtimonia præclara adhibere; vbi latebat diuinitas, humanitas præſentabatur omni probro, & deſpectu onerata, vbi negat diſcipulus, vendit alter, deſerunt reliqui? Ratio ea eſſe videtur in Thabore, vbi multum gloriæ inuſitata viſebatur, & opera non prælucebant; etiamſi verba de exceſſu complendo eraot, ibi, vbi verba, non opera ſunt, deferatur à Patte teſtimonium diuinitatis, ne fides ſine fundamento ſtabiliatur operum, & ſolo auditu contenti dicerent, *Bonum eſt nos hîc non eſſe.* At in cruce cùm bonorum operum ſic clarè ſplenderet exemplum, vt tacente Deo ooo verbis diuinis, ſed factis compunguntur creaturæ, vt excandeſcentes contra Iudam, contra incredulos, contra abnegantes, contra gratos homines, bonorum operum teſtimonium ſuſtinere oequeunt, ſed ſcinduotur petræ, reſerantur ſepulcra, deſcinditur velum, & ſol mortoo Domino fidem ſeruat, & centurio, qui ſolom militem egerat, Theologus repentè fit, teſtimonium efferens illuſtriſſimum: *Verè filius Dei erat iſte: eſte ſi que es Dios, que aſi obra, viue, y muere.* Vnde vos, ô iudices, ô mortales, ſi verum de vobis exhibere vultis teſtimonium, pergite benefacere, & opera oſtendere, ne da vobis enuncietur, quod de idolis Baruch eleganter inducit, *Deos non eſſe: no es poſſible ſer vos juez, ni vos Regidor, prueuozo; porque no huuieran los exceſſos que ay, y las mengnas en la republica.* Diſcurſus Baruch in toto iſto capite ſexto videndus eſt.

a Contra Marcio.

Chriſtus vſus eſt bonorum operum teſtimonio ad diuinitatis probationem.

17. *Opera, quæ ego facio.* Hæc ſunt, quæ Chriſti animum tranquillant, & ſolantur impendente iam morte, bona peregiſſe, & mala pertuliſſe, & tantummodo homines non hilares, ſed beatos reddunt etiam in ipſo mortis diſcrimine. Scis qualiter ſe habeant bona opera in eatrema hora? ſicut columbæ, quæ licèt de feneſtris ſuis io diuerſa loca aduolent; nocte appetente, en omnes repetont domum, & ſuas quæque fcoeſtellas agnoſcunt: ita pariter cùm bona opera agitis, triſtamini, periiſſe putantes, ieiunia tranſiiſſe, æternas eleemoſynas obliuioni datas, & quæ in iuuentute honeſtè feciſtis, iam in ſenectute quaſi deleta omnino, & inania exiſtimatis; hora verò mortis ingruente, ecce omnes conuolant, redeunt: *opera enim illorum ſequuntur illos. Beati* (inquit Bernardus [a]) *qui in veritate dicere poſſunt, gloria noſtra hac eſt, teſtimonium conſcientia noſtra. Et de operibus habemus in Apoc. Opera enim illorum ſequuntur illos; ad quid verò ſequuntur, niſi vt laudent eos in portis: para que va la gloria de las buenas obras a la gloria? puede ſe le añadir agua al mar infinito? ad quid ſequuntur? niſi vt multiplicentur à fructu eorum. ſiguenlos ſus obras para darles gloria accidental.* Quid ais? Eſtne ibi alind gaudium, quàm videre Deum? Habet eques domum elegantem, ſplendidam io media vrbe, refertiſſimam, opulentiſſimam; at nihilominus ad oblectandum animum, & liberiùs, & ſuauiùs viuendum ad villam, & domum puletam diuertit: ita pariter viſione Dei repletur anima Deo, & intrat in gaudium Domini ſui: at (inquit Bernardus) prouidente ſpiritu diuino, opera iuſtos ſequuntur ad gloriam, in quibus accidentaliter lætantur: *accipientes gloriam de fructu manuum ſuarum; exultabunt enim ſancti in gloria Dei, ſed lætabuntur in cubilibus ſuis*, D. Bernardus legit, *in conſcientijs ſuis: van a ſolaçarſe a ſus conſciencias como a caſa de campo, y aſi la ſepultura es la puerta, las andas el coche, la muerte camino de la caſa del campo de la buena conciencia.*

Solantur iuſtos bona opera maximè in exitus hora.

Simile.

a Epiſt 42. in illud Pauli Gal. *vt ſic habeas in ſemetipſo gloriam, non in altero*, & 2. Cor.

Idē ſer. 3. in feſto omniū ſanctorum.

Maior accreſcit gloria accidentalis beatis ex conſortio bonorum operum.

Simile.

18. *Oues meæ vocem meam audiunt.* Sponſalia dona ſunt, & amoris ſigna inſpirationes; iræ verò & indignationis extremæ ablatio earum eſt, quod innuunt, teſte Gregorio, & Tertulliano, armillæ illæ, & murenulæ, quas abſtulit Aaroo ad conflandum vitulum, digna quidem pœna ſui peccati, vbi obdurauerunt corda, obturauerunt aures, & exacerbauerunt Deum, vt verba Dei auferantur: *ornamenta aurium perdiderunt, hoc eſt, Dei voces, & ſponſa, murenulas aureas faciemus tibi*, &c. Cyrillus Alexandr. [b] autem vocat Dei verbum notrimentum animæ, quo oullum aptius, & congruentius eſſe poteſt, ſicut infanti mater ſua nullam pulticulam, aut quid aliud poteſt porrigere dulcius, & aptius lacte materno: *no ay qual pro quo de la leche natural*; quia non niſi colore differt à ſanguioe, quo natus infans coagulatus & outritus fuit in ventre. Cùm igitur verbo nata, & coagmentata ſit Eccleſia, & ſanguine Chriſti, ac verbo Dei generetur, & nutriatur, oullo meliori cibo ali debet: vnde Paulus, *Prædica verbum*, Græcè *hoc verbum*, quo naſci vidiſti animas, quo deficiente peribunt, & reiecto hoc vituli cibo, potes inter præſcitos anoumerare, & affirmare; *propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.*

Sponſalia dona inſpirationes diuinæ.

Cant. 1.

b Lib. de adoratione in Spiritu ſancto.

Verbum Dei nutrimentum animæ.

Deſperanda ſalus eius qui Verbum Dei reſpuit.

19. *Oues meæ vocem meam audiunt.* Reciprocus amor, ego loquor, & illæ mea obſeroant verba; quid enim eſt, oiſi amoris ſignum Deum iudicem erudire oos per inſpirationem, vt oostra cauſa, & negotium rectè peragatur. Pendet lis quædam, & diſquiſitio fit, atque teſtes examioantur, ſecretò tamen, oe ſi vna pars accuſationes ſubodoretur, excuſationes apud ſe cogitet, ſed potiùs inopinatò reſpondere cogatur. Quid ſi iudex ipſe clam iubet accuſationes, & informationem ipſi reo manifeſtari, bene animatus eſt iudea erga eum, vt ad ſpem excitet. Hoc præſtat Deus per inſpirationes, & verba Dei, ſuis prædeſtinatis. Iſai. 57. 16. *Non enim in ſempiternum litigabo, neque vſque ad finem iraſcar, quia ſpiritus à facie mea egredietur: yo*

Inſpirationis beneficium ſingulare.

Simile.

ledare

le dare ſoplo de lo que paſſa en mi conſejo: & flatus ego faciam: yo le embiare auiſos, y menſajeros: creans fructum labiorum pacem: embiarele fruta del cielo, anunciadores de paz, lenguas, y labios de Eſpiritu ſanto pacem ei, qui longe eſt; que alcancen almas alexado. Et quod verbis promittit, factis explet. Ideo notat Auguſtinus verbum Dei brachium appellari: non ſolum quia ipſe loquebatur, *Ecce adeſt, & brachium Domini reuelatum eſt*; ſed vt oſtendat Deum aliter quàm nos loqui, aliter promiſſa explere; videas enim inter homines verè affirmare, *del dicho al fato ay gran rato*: at cùm Dei dicere ſit idem, quod facere, optimè manus cum verbo conſentiunt.

Diuini afflatus ſunt inſpirationes.

Verbum cur Dei brachiũ dictum.

20. Illi verò primùm linguis, poſtea lapidibus impetere incipiunt, mos Iudæorum iſtorum ad linguam, & lapides tanquam ad arma venire. *Virga ſuperbia in ore ſtultorum*: alij, *virga iniuriarum: traben tan amano el murmurar, como trabe vn anciano el baculo*; quam ad manum, & in promptu habebant iſti lapides, & probra? Quare digna illis irrogatur pœna, vt nequeant conſiſtere, ſed labantur animæ eorum in infernum: *vir linguoſus non dirigetur in terra, virum iniuſtum mala capient in interitu: al ſalir el alma, y al paſar por la lengua deſlizarà al infierno.* Sicut dicere ſolemus exhalaſſe animam per os; ibi ergo in interitu mala capient: *alli peligrarà.*

Stultorum more linguis impetebant Iudæi Chriſtum.

Mala linguæ ſupplicium in exitu.

Tulerunt lapides. Noluit ille lapidibus impeti, amoris enim mortem oppetebat, vt conſuleret honori ſponſæ; mortem enim obibat propter peccata eius: pœna autem illa adulteris infligebatur. Ne igitur adulteram ſuſpicentur, nolo lapidatus peccata tollere, ac denique cùm amore ducor ſponſæ, carnalem poterunt ſuſpicari, ſi inſtar Abimelechi ictu lapidis interirem. *no ha de morir nadie depiedrada de muger, ni de achaque de amor carnal.* Cùm tanto ſit nobilior, támque fortior diuinus amor, quî clauis, & ſpinis ſuffigere poteſt Dei verbum, vt nobis gratiam, ſibi immortalem compararet gloriam.

Cur Chriſtus lapidari noluit interire.

VERBVM FILII.

Ioan. 10. v. 22. & 23.

Facta ſunt autem encænia in Ieroſolymis, & hiems erat. Et ambulabat Ieſus in templo, in porticu Salomonis.

Deambulantis in porticu templi, vltimam hominis innouationem meditatur. Enceniorum gloriæ pondus & altitudinem ferrea & aurea virga dimetitur, & expendit.

DISCVRSVS CLXXXV.

1. QVæ deambulatio eſt iſta? Quæ negotia (Domine) tam grauia & operoſa te in tam altum meditationis pelagus abripiunt, omnémque mentis quietem atque otium adimunt? Vide regis ingenem architectum iuxta ingentem aliquam ædificij molem ambulantem, ſecum cogitantem, & ſuſpenſum animo qui noſtra manu circinum tenet, & exemplar atque formã incepti operis in papyro delineatam. Altera tenet barbam, digitos dentibus ſine dolore & ſenſu mordet, quidquid obuium ſit pedibus proterit, nihil attendens, ictus cædentiu, lapides malleorum & ferramentorum polientium opus abſtractus à ſenſibus non percipit, nec voces in ſupremo ædificij faſtigio fabricantium, nec rotarum lignearum gemitum, nec gerulos tranſeuntes conſiderat; credas vtique inſignem aliquem concepti operis errorem deprehendiſſe, vel ab exemplari normáque deflexiſſe, vel aliud quidpiam aliamve formam commentari, qua errata anteuertat, & banc exequi molitur ſic ſuſpenſus, ſic cogitabundus.

Deambulationis Chriſti quæ cauſa.

A ſimili.

Quiſnam mortalium in ſummam non rapit admirationem, contemplans orbis & cælorum conditorem poſt exactam rerum omnium gubernationem, illa ſua immenſa capacitate, ſolùm cogitantem, & obambulantem, iuxta inſignem illam templi maximi fabricam; & dum præ oculis habet formas omnes illas & vetera lineamenta ſacrificiorum tot animantia in atrio illo & porticu immolanda, ſic abſtractus à ſenſibus eſt, vt nec agniculi vallatus pungat animum, expreſſa cùm ſit ſui figura obitus, nec vituli mugitus ſub gladio procumbentis, crucis ſuæ ſimulacrum: nec mouet paſſerculus volans ante oculos in deſertum, ſocio ſuo in cornu altaris & in media nece relicto, noſtræ redemptionis vmbra clariſſima, qua homo libertatem ex Chriſti morte conſequitur. Oculis in cælum eleuatis, nec colloquia quærit, nec verba miſcet, nec intrantes aſpicit, nec ſuggeſtum aſcendit; quid cogitat magnus hic architectus? ſine dubio deflexiſſe, & ruinam minari competit legis ædificium, vmbras vanas, vacua ſacramenta, totam denique legem veterem ruere atque concidere. Aut Samſonis inſtar inimicorum ſuorum ruinam meditatur, & templi columnas diſturbare, & vna morte Phariſæos cunctos perimere? Sed abſit hoc à me longè, diuerſæ ſunt meæ cogitationes: nam *ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis.* Et quænam ſunt iſtæ, *vt nempe dem vobis finem & patientiam.* Volo per patientiam opus conſummare quod cœpi, etenim *patientia opus perfectum habet*, maximè cùm ſim ego *α*, & *ω*, *principium & finis*, qui cœpi, & qui totam fabricam in optatum finem deducam. Audi totius myſterij noſtræ ſalutis ſummam his duabus literis contentam, *α*, & *ω*, *principium & finis.* Ob ſedulam miniſtrationem Eliſæus Propheta Sunamitidi filium parituram promiſit, quem cùm dura mors arripuiſſet, pergit ad virum Dei mater, vitam filij repoſcens, vt cœptum opus perficeret, ne illuderet illam; ingreſſo ergo Eliſæo domum, ecce puer mortuus iacebat in lecto, & oratione facta incubuit ſuper puerum incuruans, & colligens ſe vſquedum calefieret caro pueri. At ille reuerſus deambulauit in domo ſemel huc atque illuc, & rediit ſecundò, & incubans iterum ſuſcitauit illum. En, inquit Bernardus [a], magnum illum Prophetam Dei filium, qui filius Mariæ virginis & datus eſt, hic hominis ſalutem incepit, hic nouus HOMO, hic 2.

Quid ſecum meditetur Chriſtus.

Opus renouationis cõſummare meditatur Chriſtus.

Confirmatur ex ſacra Scriptura.

a In Cant. ſer 16.
4 Reg. 4.

PRIMVS ET NOVISSIMVS viduæ naturę &orbatę filiis gratis datus. Ibi in vtero beatiſſimæ Virginis puero huic, hoc eſt, inueterato homini iacenti ſe inclinauit, *Ori meo vnxit ſuũ, & mortuo ſignum pacis impreſſit.* Opus autem hoc inſtaurationis non tunc perfectum, ſed inceptum eſt, ſuperetat huc illúcque per triginta annos deambulatio, & cùm iam proximus ſit cruci vbi ſe iterum extendat, finem deambulationi facit, oſtendens ſe eſſe inceptorem operis & conſummatorem, atque adeò os ori in cruce applicuit, mortuus eſt, ſua merita dedit, & ſpiritum emiſit, ſpirans in faciem ſpiraculum vitæ reduxit ad vitam, & perfecta eſt redemptio noſtra, & opus gratiæ conſummatum eſt. *Suauiter rumino iſta, & replentur viſcera mea, & interiora mea ſaginantur, & omnia oſſa mea germinent laudem dum video ſaluatorem meum*, α, & ω, meæ ſalutis factum. Sed vt auctorem tuæ renouationis agnoſcas, percurramus Euangelium.

In Chriſti paſſione hominis renouatio facta recreat animam contemplantem.

SECVNDVS EVANGELII ET DISCVRSVS.

3. *Facta ſunt encænia in Ieroſolymis.* En feſtum renouationis ſpiritualis eo quidem fine à Deo inſtitutum, & ſacrum apud Hebræos, vt ſicut reliqua feſta beneficia creationis, conſeruationis & redemptionis memoriam recolebant, ita hæc renouationem omnium beneficiorum ſummam recoleret, etenim cùm primùm rationis lumen radios ſuus ſpargit, debet homo ad creatorem & ſanctificatorem per gratiarum actionem regredi, *ſicut nulla eſt hora, vel punctum*, ait Auguſtinus [a], *quo tuo beneficio non vtar; ſic nulla debet eſſe hora qua te non habeam ante oculos: ſcio namque quòd ingratitudo multum tibi diſplicet.* Maximè verò nota ingratitudinis polluit eos qui renouati & emundati per gratiam, ingrati ſunt ſanctificatori & inſtauratori, ideo Dominus antequam Lazarum reuocaret ad vitam, gratias egit Patri quaſi ſuper ſingulare opus, ſicut etiam, vt notat Chryſoſtomus [b], antequam corpus ſuum ſub ſpeciebus panis & vini ſanguinem porrigeret, gratias Deo Patri egit, *vt nos quoque ſimiliter faciamus.* Vnde ſicut Hebræos ſingula beneficia recolere docuit, ſic tibi per Eucharistiam & renouationem templi hoc beneficium referre mandauit *, vt idem notauit Chryſoſtomus. Cæterùm quorſum cogitabundus obambulat Chriſtus Dominus? an fortè, quia in porticu Salomonis obambulans renouationis noſtræ difficultatem denotabat, *ambulabat enim in porticu Salomonis*, in templo videlicet, quod etſi ſemel & iterum renouatum fuerat, ſemper veteris nomen retinebat, præuidebátque ſupplicium quo à Deo puniendi erant Iudæi, nempe vt ſemel deſtructo templo neque ipſi, neque templum in poſterum reſtaurandi eſſent; pœna quidem digna eorum qui in ſordibus & peccatis inueteraſcunt, vt minatur Paulus Hebr. 6. *Impoſſibile enim eſt eos qui ſemel ſunt illuminati, &c. & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam;* aliquando enim Paulus ad quotidianam innouationem ſuum interiorem inuitabat hominem, *Is qui intus eſt renouatur de die in diem*, hoc eſt, de virtute in virtutem, non verò de peccato ad gratiam, in quo maxima illa difficultas eſt quam nomine impoſſibilitatis declarat. Nouus verò homo renouatur de die in diẽ, & encænia celebrat, feſtúmque ſolẽne, ſicut ſpõſa renouata quæ in admirationem rapuit Angelos, *Quæ eſt iſta quæ aſcendit*, quoties eam aſpicimus altera nobis videtur. *Quaſi aurora conſurgens*, mox quaſi luna, *pulcra vt luna*, Sed ô iam Solis ſpeciem gerit, electa *vt ſol*; verùm ne ſola videatur, in formam etiam cæleſtis exercitus excreuiſſe videtur. *Caſtrorum acies ordinata.* Felix mutatio, & inſtauratio mirabilis, vndénam prouenit, niſi quia à terrena vetuſtate ad cæleſtem innouationem lucis & virtutis tranſiuit; terrena enim, & quæ humi reptant, vetera ſunt ab initio: Deus autem vnus eſt qui ſenium non patitur, nec vetuſtatem; ideo ab Auguſtino vocatur *Pulcritudo antiqua & noua*, quia ex antiquitate videtur nouitatem traxiſſe, ſicut flumen quod eo copioſiùs, & pleniùs defluit, quo ab origine plus diſcedit. Iuueneſcit itaque Deus antiquitate; res verò create ſicut riuulus quo longiùs defluunt, citiùs extenuantur & areſcunt; ideóque queritur Ierem. *Foderunt ſibi ciſternas diſſipatas* (puteos pertuſos, legunt alij.) Si recenter foderunt eas, quo pacto, Domine, veteres vocas. Cæterùm ſtatim & è veſtigio ac foderunt iam veteraſcentes & pertuſas reperiunt, quidquid enim naſcitur vel fit, incredibili celeritate à principio ſuo ad terminum & exitũ ſui tendit, niſi à Deo conſeruaretur, vnde cùm tã properè à principio recedit, & in nihilum tendit, potius ſenium quàm iuuentutem experitur. Quã vetuſtatem experti impij dixerunt, *Venite, vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, no eſperemos a que la roſa ſe deſabroche, cojamos en agraz las criaturas que ſe paſan en vn punto al vando de la vez.* Vnde ſponſa quæ ad perfectam innouationẽ tendebat auroræ, lunæ & Solis atque aſtrorum meminit, veſperæ verò non meminit, iuſtus enim creſcit vſque in perfectum diem, neſciens veſperam, creaturæ ſunt quæ vix in lucem efferuntur, cùm iam veſperam & occaſum experiuntur; vnde *Gen.* 1. dies creationis à veſpera, non à mane narrantur, *factum eſt veſpere & mane dies vnus*, vt videas rem creatam & temporaneam à fine ſuo incipere, & quandiu à Deo conſeruata durat, à ſeipſa deficit. Tu ergo mi homo nec creaturis vtere, nec eas ama, in eis enim citiùs ſenium inuenies, vel ſenis mores imitaberis, qui antiquis & vetuſtioribus rebus gaudet. *es propiedad de viejos amar lo viejo*; tu verò mores veteres exue, *expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum*; huius verò renouationis auctorem ex Euangelio dignoſces.

D.Th. 1.2. Q. 102. art. 4. ad 10.

a Soliloquiis c. 18.

Turpis ingratitudo hominis renouati ad gratiam.

Ioan. 11. 41.

b Hom. 83. & hom. 51. in Matth.

* Iudæis quidem ſingulis annis beneficiorũ ſuorũ monimẽta poſt feſtos dies Deus propoſuit, tibi verò quotidie ipſe ne obliuiſcaris proponitur (in Euchariſtiæ ſacramento) hæc ſunt decora

4.

noſtra, hæc ſacramenta, hoc ornamur dono, hoc gloriamur.

Difficultas renouationis de peccato ad gratiam.

Deus antiquitate nouus.

Simile.

Cap. 2.

Noſtiar vſque ... nouus homo, ſed creſcat de die in diem.

5. *Loquor vobis, & non creditis mihi.* Quid bonæ ſequelæ eſt Domine in verbis iſtis, *hablo yo y no me creeis*? imò quia tu loqueris tibi non credunt. Cæterùm illud verbum *ego*, & *vobis*, vim conſecutionis oſtendit: nam qui loquitur eſt Verbum incarnatum, & cui loquitur, Synagoga erat Iudæorum, quæ auidiſſimè dixerat Cant. 1. *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Pro quo nota, *Dei verba oſcula eſſe Dei*, ſic vocat Gregorius [a], & doctrinam euangelicam oſculum eſſe Dei Origenes [b], Hieronymus [c], Carpatius & Anſelmus [d] tenent, aitque ſponſa, miſit Deus ad me Prophetas & Angelos, ſed illa oſcula per alios accepta meum non expleuerant animum, nec omnino mœrentem ſpiritum recreauerant; quare aliquid maius deſidero, ſpiritum nempe non alieno ore, ſed ſuo in os meum, & intima inhalet præcordia; hoc eſt, opto iam habere præſentem illius propheticæ doctrinæ inſpiratorem, corámque ab ipſo præſens audire, *Aperuit igitur Chriſtus os ſuum*, vt teſtantur Euangeliſtæ, & circundederunt eum Iudæi: ſed dum oſcula

Verba Dei oſcula ſuauiſſima.

a Mor. 19. c. 22.

b Hom. 1. Ex 4.

c Epiſt. 146. ad Damaſum.

d In hũc locum.

dulcia

dulcia ſonare docet ſponſa, tenuit; miratur igitur ſponſus, *loquor egomet vobis*, nec mea doctrina nocet iam deprædicatum *reſonat*, & *non creditis mihi?* mirantur ſane eſt ſic affectum mutaſſe; cæterum dum verbis non attenditis, manus & opera conſiderate, *Opera quæ ego facio, illa teſtimonium perhibent de me*, liquet enim ex eis me renouatorem animarum veniſſe, & de ea nunc ſolicite agere, & obambulando cogitare. Sed relinquamus Iudæos.

V. de P. Gaſpar Sāchez qui pulcrè & ingenioſè allegoriam ediſſerit in hoc loco.

Iam, mi Domine, poteris quieſcere, cùm delineatum ſit meæ redemptionis opus, & alta mente tua repoſitum: in cruce redimetur homo, & inceepta iuſtotum perficietur fabrica. Quid inſuper deambulando moliris? Quid denuo meditaris? *Vt dem vobis finem & patientiam.* Oſtendere cupio me tuæ eſſe renouationis auctorem & conſummatorem. Volo aliquam gloriæ quæ te manet, menſuram oſtendere, vt cum ego ad conſummandum morte & cruce opus inceptum propero, quale ſit cæleſtis gloriæ moles facile poſſis augurari.

Vult Chriſtus ſe renouationis eſſe auctorem oſtendere oſtenſo gloriæ magnitudine.

6\. Vtraque menſura eſt apud Ioannem Apoc. c. 11. *Datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ, & dictum eſt mihi, ſurge & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo.* Nunc de hac menſura agamus, mox de alia ſecunda. Primò igitur Angelo Ioanni, in terris adhuc degenti, Eccleſiam militantem metiri datum eſt. Cùm enim de diuinis decretis, de gloria, ac de futuris euentibus, nobis diuinare non liceat, nec cuilibet coniecturæ fidem dare, duo præmittit nobis Spiritus ſanctus, quibus non temere augurari & præſagire poſſimus immenſam illam fabricam, & bona inuiſibilia quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Primum eſt ipſum fundamentum Eccleſiæ renouandæ vſque ad gloriæ culmen atque faſtigium; alterum eſt, calamus iſte ſimilis virgæ ferreæ, quo Ioanni ex laboribus & ærumnis facultas datur menſurandi & portendendi quanta ſit diuinæ gloriæ & cæleſtis Eccleſiæ amplitudo.

Quónam pacto inueſtigāda ſit gloria ad quam per paſſionem ſuā iter nobis pandit Chriſtus.

Primo gloria menſura calamus & fundamentum adijcitur.

7\. Fundamenta enim rerúmque principia ſi magna ſunt fines & exitus præclaros coniectari cogunt: ſicut enim ad regium palatium extruendum, fundamenta iaciuntur firma, fortia, profunda, ampla, quid de parietibus, quid de tectis, quid de teſtudinationibus & incruſtationibus & culminibus poſſumus conijcere, vbi talia præiaciuntur fundamenta. Vide ergo fundamenta templi gloriæ. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis* (canit Dauid) *in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius. Fundatur exultatione vniuerſæ terræ mons Sion, latera Aquilonis ciuitas Regis magni. Deus in domibus eius cognoſcetur, cùm ſuſcipiet eam.* Ampliſſima quidem ſunt quæ expectamus, nam ſi ex potentia ædificantis facimus coniecturam, *magnus Dominus*, ſi expenſas ſumptúſque conſideras, vt hìc ponderat Heſychius, *Deus homo dignatus eſt fieri, & ob id laudabilis nimis*, ſi nomen ciuitatis, *in ciuitate Dei noſtri*, quam eleganter vocat Heſychius *Metropolim miraculorum Domini*, quæ anguſtiori vocabulo poteſt dici *Chriſtopolis, la ciudad de Chriſto*, area locúſque ædificij firmiſſimus, *in monte ſancto eius, lugar ſagrado.* Euſebius, *in cælo*, ibi fundata eſt Eccleſia vna eadémque cum cæleſti & triumphante, ſolemnitas qua maior eſſe nequit, *fundatur exultatione vniuerſæ terræ.* Vis ſcire ritum gaudiaque quibus natalem diem huius vrbis & templi celebrari oportuerit? exultatione vniuerſæ terræ encænia facta ſunt, nam *Regnum Dei non eſt eſca & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto.* Charitas inſuper in qua radicamur & fundamur, vnde fit vt gauiſi ſint magi *gaudio magno, gauiſi ſint diſcipuli gaudio magno. Samaritani replebantur gaudio cum Spiritu ſancto*, & narratio de conuerſione gentium *faciebat gaudium magnum fratribus*; ac denique vt omnem exultationem comprehenderet, vſus eſt illo verbo *noph*, vt notauit vir doctus *, quod *leuare, germen, ſponſam, regionem, fauum mellis* ſignificat; quaſi dicat, hæc vera exultatio rei eleuatæ & bene fundatæ, *alegria de bienes diuinos y ciertos*, & quæ frondet vernantibus ramis, *alegria de mayo.* Hæc exultatio eſt nuptialis ſponſæ, videlicet ipſi Regi Salomoni Chriſto traditæ, *alegria de boda*, hæc exultatio quaſi ciuium ab exilio in Patriam redeuntium. Hæc denique exultatio exuberans, dulcis, delitiis ſpiritualibus affluens, quam ſicut fauum ex floribus omnium delitiarum argumentoſa apis, ſapientia videlicet, fabricauit: omni ergo exultatione fundatur. Vt vno verbo quidquid exhilarare poteſt comprehenderet, addit, *latera Aquilonis*; quid hoc? nonne Hieruſalem meridionalis erat? ita, ſed mons Sion erat ad meridiem, templum autem & inferior ciuitas quæ *Salem* dicebatur, erant ad Aquilonem, hoc eſt, Aquilonari vento expoſita erant latera eius, in quo vtraque Eccleſia triumphans & militans apprimè explicantur, illa enim quæ in Sion eſt, hoc eſt, in gloria, nec vexatur curis, nec contrariis ventis, nec labores & ærumnæ illuc appropiant; iſtam verò vtpote Aquilonarem omnia pulſant mala, *ab Aquilone enim pandetur omne malum, de eſa parte le combaten todos los vientos y trabaxos.* Ventus quidem non ingratus ſponſæ à Deo eruditæ, *ſurge Aquilo, veni Auſter, perfla ortum meum.* Priùs vocat frigidum Aquilonem; non ait ſurge, hoc eſt, abi, & recede, ſed ſurge, *veni*, fiet enim tuo aduentu vt fluant aromata, odor enim virtutis non niſi contrariis ventis Aquilonaribus innotuit mundo. Dicetur itaque, *ciuitas regis magni*, & ex his colligit cum Dauide Ambroſius, *Deus in domibus eius cognoſcetur cùm ſuſcipiet eam*, hoc eſt, ſi dedicatio iſta Eccleſiæ quæ Aquilonibus perflatur contrariis, ſi terrena iſta fundatio vbi intolerabilium peccatorum germina pullulant, ſi encænia iſta mœroris, triſtitiæ, gemitus, pœnitentiæ, exultationem toto orbe diffundunt per indulgentiam peccatorum, qua putas exultatione fundatam auſtralem illam ciuitatem Regis magni Dei in cælis? *ſi la primera piedra del templo de lagrimas y penitencia pobreza y dolor, ſe fundo con tantos gozos y regozizos el templo de la gloria que ſerà quando Dios entre en el a habitarlo, cùm ſuſcipiat eam*, videlicet tanquam ſponſam?

Pſal. 47. 2.

P. Roa de die natali tum ſacro, tum profano.

Rom 14. 17. Actuū 8. 39. & Actuum 13. 52.

* Ricardus Cenomanus hîc.

Ex laboribus Eccleſia gloriæ magnitudo deprehenditur.

8\. *Datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ.* Sumat nunc Angelus virgam, & metiatur lapidem, vt ex vno coniecturam totius molis faciat, in qua menſura duo conſideranda ſunt, primum vocari calamum, vt innuat menſuram datam Ioanni, eſſe humanæ ſtaturæ antiquæ, quæ eſt Adami, vel Nohemi, in ſex partes, vel ſex cubitos diuiſam. *Medida de vn gigante.* Secundum, menſuram iſtam dici *ſimilem virgæ*, virga enim ſupplicium ſignificat: cùm igitur dicatur

Altera gloria menſura ex patientia & laboribus iuſtorum.

tur calamus ſimilis virgæ, agitur de afflictionibus, tribulationibus, & patientia iuſtorum, quæ ſpeciem tantùm habet virgæ & punitionis, cùm reuera ſit menſura gloriæ; quod ne ignoremus, ſæpius in ſacta Scriptura legimus, *Gloriamur in tribulationibus, ſcientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem; probatio verò ſpem*; & Dauid, *Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Rogo igitur quare menſura gloriæ quæ in terris eſt, nempe *tribulatio*, illius magnæ ſtaturæ eſſe fingitur. Reſpondeo, vt ſignificetur omnes quotquot ſunt veluti pygmæos eſſe ſi alia dncuntur via quàm per tribulationes (mitto charitatem veram meritorum menſuram penes Deum, hic agimus de ferrea menſura, non de aurea, de qua poſtea) & quis, obſecro, tam longam & procetam menſuram conſtituit? Dicam libens, Chriſtus cui cùm primogenitus eſſet ſaluandorúmque menſura, obtigit duplo maior hæreditas quàm cuilibet ea reliquis fratribus, & ſicut auctus eſt in hæreditate, ſic & in doloribus & ærumnis. Vis ſcire quid contigerit in hoc caſu, quod in vrbe quadam contingere ſolet. Per quam migrat gigas quidam omni populo viſendus, & ſpectandus, qui corporis proceritate longè cunctos ſuperat. Pòſt verò ſuæ ſtaturæ menſoram in virga relinquit, vt poſteri illi compoſiti eo maiores & altiores videantur, quo ad illam magis accedunt. Pari ratione Chriſtus Dominus exultauit vt gigas, & propoſito ſibi gaudio gloriam ſui corporis & nobis morte ſua beatitudinem comparaoit: nemo eius gratiam, nullus paſſionem, nullus item gloriam eius eaæquauit, ſed reliquit virgam crucis, & tribulationis, vt metiamur ex cruce ſedem gloriæ, virga, ſceptrum regni, & ea tribulatione conſolationem, ex paſſione gloriam; quid enim non molitus gigas iſte vt nobis gloriam acquireret, quid non peepeſſus eſt? quámnam enim putas eſſe gloriam, propter quam omnem pretioſum venarum ſanguinem exhauſit. Vnde Ioan. qui vidit Agnum tanquam occiſum, fluuium etiam ſplendidum à throno Agni procedentem vidit; copioſa enim merces nobis parta, nobíſque promiſſa, vnde niſi ex Chriſti meritis copioſiſſimis poterat emanare? Quid deinde ſupereſt, niſi vt ſecundùm hanc virgam & regulam omnes illos gigantes ſanctitatis menſuremus.

Rom. 5. 3. & 8.17. & 2. ad Corinth. 1. 7. & 2. ad Tim. 2. 12. Pſal. 93. 19.

Egregij viri omnes viam tribulationis ingreſſi ſunt.

Simile.

Crux virga menſoria gloriæ iuſtorum à Chriſto facta & relicta.

9. Magnus quidem Abel, Henoch, Abraham, cæterùm ſi calamo menſorio crucis ad gloriam capeſſendam menſurentur, multum ab ea diſtabant, *iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti non acceptis repromiſſionibus: arto fue que la creyeron y la ſaludaron de lexos, non acceptis repromiſſionibus, ſed à longè eas aſpicientes, & ſalutantes*, eminus portum gloriæ aſpicientes primi acclamarunt, *vidimus gloriam*, & iuxta hanc fidem defuncti ſunt poſt ingentes labores. Cæterùm hæc omnia leuia ſunt reſpectu gloriæ, ideo aiebat Sapientia, *in paucis vexati.* Quid hoc? quo pacto exigui ſunt labores Abrahami, Noëmi, Abelis? Reſpondet; *in multis bene diſponentur*; tanta eſt támque copioſa merces, vt cruci Chriſti compoſiti omnes ſint quaſi pueri & pomiliones. Pergit Paulus, & magnos illos viros vocat vt calamo metiantur labores & patientiam ſuam, *Gedeon, Barac, Samſon, Iephthe, David, Samuel & Prophetas*, narrat eorum facinora, *extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij, &c. lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt in occiſione gladij, mortui ſunt.* Nunquid iſti adæquant menſuram gloriæ? abſit, *& hi omnes teſtimonio fidei probati non acceperunt repromiſſionem*, nempe gloriam, & conſummatam benedictionem. Poſt hæc iubetur Ioannes metiri Eccleſiam & altare, hoc eſt, altare holocauſti, quaſi illi dictum ſit, voca iam omnes Apoſtolos & Martyres, qui ſe ad mortem ſponte offerunt, & vitas in holocauſtum libentiſſimè conſecrant; comprehende, ſi potes, quanta fuerit perſecutionis Eccleſiæ magnitudo, crux Petri, catenæ Pauli, lapides Stephani, prunæ Laurentij, ſagittæ Sebaſtiani, leones Ignatij, nouacolæ Catherinæ, & horribilia illa tormenta innumeris Martyribus inflicta, omnes iſti adhuc longè ſunt à promerenda, vt par eſt, gloria, & poſt tot labores ore Petri certiores fiunt, quòd *gratis ſaluati eſtis: de valde es dan vn bien tan grande*; qua ratione dicet Paulus, datur mihi corona iuſtitiæ gratis cùm plus omnibus laborauerim, & quam reddere tanquam brauium mihi iuſtus iudea promiſit? cui ſtatim reſpondet Auguſtinus [a], *Deus reddit debita nulli debens.* Omnia tua opera ſunt Dei, & gratiæ ipſius; quare ſi tibi gloria obuenerit, gratis dabitur à fideliſſimo Deo. Iubetur denique metiri Ioannes *omnes adorantes in eo*, hoc eſt, omnes fideles Chriſti membra, & comperient facilè pomiliones eſſe ſi cum gloriæ ſublimitate comparentur. Accedat Auguſtinus, accedat Benedictus, Magni illi Gregorij, Baſilij, hos omnes eorúmque labores impares eſſe ad beatitudinem vnus Tertullianus [b] ore Pauli affirmet. *Reputo enim* (ſic legit ille) *paſſiones huius temporis non eſſe dignas ad gloriam quæ in nos habeat reuelari, & hic minora oſtendit incommoda præmiis ſuis.* Et D. Auguſtinus, *Indignæ ſunt* (legit) *paſſiones huius ſæculi ad futuram gloriam.* Non quia modicum opus noſtrum ex gratia factum vitam æternam non promereatur, tum ſua dignitate & pretio, tum ex promiſſione & inſtitutione Dei, ſed quia non æquam dignitatem habent ad gloriam; quæ enim proportio eſt inter terrenam paſſionem & horæ vnius cruciatum cum æterna & immenſa gloria cæleſti. Si quotidie (ait Auguſtinus) oporteret nos tormenta perferre, ſi gehennam ipſam paruo tempore tolerare, vt Chriſtum videre digni eſſemus, nónne erat dignum pati omne quod triſte eſt? *Ser. 2. de feſto omnium ſanctorum.* Hinc aiebat ſanctus Franciſcus [c]: Tanta eſt gloria quam expecto, vt omnis me pœna delectet, omnis morbus, humiliatio omnis, perſecutio omnis, omníſque mortificatio. Neque alienam puto à mente orthodoxorum Patrum Concilij Tridentini hanc doctrinam, ibi enim *ſeſſ. 6.* etiamſi opus ex gratia factum ex Dei fidelitate & ex iuſtitia quadam commutatiua ſuppoſita promiſſione proportionem ad gloriam habere & retributionem indubitatè expectare poſſe affirmant: tamen poſt hæc diuinam memorant miſericordiam, ex qua tantum bonum irrogari nobis, nolunt ignorari. *Siquis dixerit iuſtos non debere pro bonis operibus quæ in Deo fuerint facta expectare, & ſperare æternam retributionem à Deo per eius miſericordiam* (nota verbum) *& Ieſu Chriſti meritum, ſi bene agendo & diuina mandata cuſtodiendo vſque*

Exigui videntur labores Patriarcharum in comparatione gloriæ.

Quaſi gratis ſaluati videntur Apoſtoli & martyres ſi cum gloria comparantur.

Non negat merita neque ad obtinendam gloriam.

2. Tim. 4.

a Lib. 2 confeſſio. c. 4. Anſelmus &c. Vide P. Cornelium à Lapide.

b De reſurrectione c. 40.

1 Rom. 8. 18.

c Tom. 1 hiſtoriæ Franciſcanæ.

vſque in finem pe ſeuerauerint, anathema ſit: vtique gratis ſaluamur ſi ad crucem Chriſti & gloriam comparamur.

10. Vnde cùm Ioannes virgam tenere iubetur, ingentis beneficij loco fit. Quaſi diceretur illi, dic Eccleſiæ magnum quidem eſſe gloriæ præmium, ſed magnam item eſſe Dei liberalitatem qui menſuram obtinendæ gloriæ in manus cuiuſlibet conſtituit. Patientia enim menſura beatitudinis eſt, vnde exultans Tertullianus [a] ait, cùm ſeruum Dei virgam patientiæ tenentem videt; *O ſeruum illum beatum, cuius emendationi Dominus inſtat, cui dignatur iraſci quem admonendi diſſimulatione non decipit.* Ideo ipſe acutè obſeruauit, cùm Iob poſt acerbitatem plagæ duplicata bona reddantur, poſſet quidam exiſtimare, iam Iob recepit mercedem ſuam, iam eius patientiæ ſatisfactum eſt? Reſpondet, abſit, nunquam virgam depoſuit, tenuit manu patientiam, ideo enim vbi omnia duplicia recepit, ſoli filij non duplicantur, fieret à Deo perquam facile, ſi ipſe voluiſſet, ſed ſecurus fit de Domino diſtulit alios ſeptem filios poſcere. *Sic enim ſuſtinuit iam voluntariam orbitatem, ne ſine aliqua patientia viueret, ſeñor no me volvais los ſiete hijos por que no me ſalse de la mano la paciencia medida y prenda de gloria.* Ob hanc eandem cauſam labores quos tolerabat obſeruabat, & apud ſe numerabat. *Sic & ego habui menſes vacuos, & noctes laborioſas numeraui mihi.* Primos illos menſes præteritos (explicat D. Thom.) non magni facio, quia proſperitatis erant, & quaſi vacui merito ad gloriam, nunc autem poſtquam in manu ſitam video menſuram gloriæ, iam auarus ſum laborum, & quaſi in loculo quis numos aureos abſcondit, ita ego *noctes laborioſas numeraui mihi*: vbi numerare eſt ſeparare, & Hiſpanè *reſtar quien de tantos ſaca tantos quedan tantos*, obſeruabo mihi ſedulò quidquid ſupereſt laboris & vigiliæ, quia noctes doloris non fruſtrà datæ ſunt mihi, ſed ad promerendam gloriam cumulatiſſimam & multiplicatam. Obſeruauerat hoc D. Gregorius [b], dum verba Iob expoſuit. *Electus, qui ſit decurſus præſentis temporis penſat, dies cum operibus numerat, ne à labore tranſeant vacua vitæ momenta formidat, aduerſis gaudet, paſſione reficitur, mærore refouetur, quia ſubſequentis vitæ premiis, tanto ſe remunerari largius conſpicit, quanto præ amore illius quotidianis ſe moribus verius impendit*; & Cyprianus [c], *Ne vereamur occidi quos conſtat quando occidimur coronari.* Vnde hac menſura perſpecta, Paulus gloriabundus ait, *Gloriamur in tribulationibus, ſcientes quòd tribulatio patientiam operatur*; cui concinit Dauid, *Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* Domine nónne aptiùs diceres, beatus es, quia manducabis fructum laborum, quis vnquam vidit labores manducari? Sed quid multum, inquit Deus, aliquem beatum fieri beatitudine glorioſum, gloria ſaturatum cibo? hoc autem mirabile eſt tale eſſe gloriæ bonum, & ſpem eius, vt labores illius gratia perpeſſi delitiæ ſint, infamia in gloriam conuertatur, & eſſe in via, ac de torrente bibere ſit iam æterno perfundi gaudio, & virgam in manu tenere; firmiſſimum ſit potiundæ beatitudinis augurium [*].

Gloria caleſtis menſurā ſibi quiſque in manu ſua ac poteſtate habet.

a De patientia.

Nemo deponat patientiā in tribulatione quæ eſt menſura gloriæ.

b In cap 3. Iob.

c Lib. 3. contra Demetri ad. & ep 56.

[*] De beatitudine quæ in tentationibus ipſis eſt, & quòd tentationes vitæ pignora ſunt æternæ coronæ, Paëz in ep Iacobi c. 1. ſ. 1. & 3.

ALTERA PARS DISCVRSVS.

11. Secundo loco, *cap.* videlicet 12. *Apoc.* alter Angelus apparuit Ioanni, qui Paulum videtur repræſentare, & cui datum eſt calamo aureo gloriam beatorum menſurare, *& qui loquebatur mecum habebat menſuram arundineam (auream) vt metiretur ciuitatem, & portas eius, & murum*; nec enim vana eſt coniectura Paulum eſſe hunc Angelum, qui iam inter beatos erat, & qui de ſeipſo munus hoc metiendi gloriam *Epheſ. 3.* non obſcurè fatetur. *Mihi omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc euangelizare diuitias Chriſti in gentibus* (id eſt, in gentes effundendas.) & paulo infrà, *Flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ corroborari per ſpiritum eius, vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum*, gloriæ nempe, vt explicant Patres; vide P. Salmeron in hunc locum, & P. Corpelium à Lapide.

Altera menſura calami aurei in manu Pauli.

Paulus igitur ad trutinam reuocat diuitias gloriæ, & appendit in aurea virga quam vocamus, *Romana*, atque æternum gloriæ pondus mirabiliter extollit. Sed quia arduum tibi videbitur omnium bonorum aggregationem breui comprehendere oratione, & humana cogitatione velle perpendere, arte illa & induſtria vtar qua aurifices immenſi argenti quod ab Indis defertur, & pretium, bonitatem & gradus examinant. *enſayan la plata y prueban vn grano en vn peſo delicado y de aquel grano ſacan de quantos marcos o dineros es todo lo que reſta.* Ex vno enim grano in tenuiſſima & delicatiſſima trutina reliquam argenti maſſam & quantitatem diſcernunt & indicant. Operoſum ſanè eſt, & ipſas ingenij vires excedit velle æternitatem in breuiſſima hora, beatitudinem mortali lingua, æternum gloriæ pondus ingenij tenuitate expendere. Sumam, tua pace, ô beata felicitas, pertenuiſſimo meo ingeniolo granum vel ſtillam vnam ſempiternæ tuæ dulcedinis, imponámque in humanæ rationis lance, vt ex hac libeat ineffabilis boni reliqui quantitatem & ſuauitatem auſpicari. 12.

Arte & induſtria ingentem gloriæ cumulum æſtimare & penſare debemus.

A ſimili.

Stilla vna gloria index eſt reliqua.

I. Eamus primò in illud patientiæ theatrum, antiqui Regis thronum ſterquilinium, vide ibi Iobum humanæ calamitatis ſpectaculum, vlceribus plenum; aliquid ſolatij poſtulantem auſculta. *Quis mihi tribuat?* quid poſcis patientiſſime Pater, quæ eſt tua poſtulatio? *vt ſcribantur ſermones mei.* ad eam inopiam redactus ſum vt regula vix ſuppetat, contorti digiti, compreſſæ manus, frigore & vlceribus plenæ. Vellem quidem ad ſolatium meum breues ſermones litteris commendare. Aderit vtique qui ſcribat; quid ſupereſt? papyrus; ecce tibi charta papyracea. Sed parcite, quæſo, deferatur membrana, pergamena, nam papyracea deletur facilè, & abrumpitur; *exarentur in libro*, concedimus libenter. Sed ô me miſerum! nollem tantum bonum litteris & membranæ, quæ putrefactioni obnoxiæ ſunt, commendare. Eritne forſitan plumbum extenſum & amplum, cui adhæreant, ſcripta immortaliter? aderit. *Stilo ferreo, & plumbi lamina.* Verùm, ni fallor, igne ſolui poteſt plumbum, poſcam aliud ſi petax & moroſus non ſim; certè importunitate non cares, ſed afferatur ſilex. *Vel certè ſculpantur in ſilice.* 13.

Guttula gloriata ſpe Iobi proſita leuiſſimas tribulationes efficiebat.

Futuri Redemptoris & glorificatoris ſpes fulciebat Iobi animum.

ſilice. Ecce ſilex, ſculpam ego, tu referes verba. *Scio* (inquit) *quod Redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum: repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.* Certus ſum de venturo Saluatore, qui iam eſt Deus viuus, cuius fide & ſpe ita gaudio totus perfundor, vt in hoc vno non ſolatij cauſam, ſed gloriam in extrema calamitate iam me putem eſſe conſecutum. *Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo, hago de eſtas letras vna nomina y pongola en el cuello por que ella ſola me da ſalud en medio de tanta enfermedad y gloria en tanta miſeria.* Pende igitur humana ratio granum iſtud ſpei. Si ſpes tenuis illius gloriæ quam à lungè proſpexit Iob mille retro annis tolerabilem reddebat vitam, nuditatem, morbos inſanabiles, vlcus peſſimum, ignem ſacrum, lepram, ſcabiem, elephantiaſim, dolorem articularem, viſcera putrida, apoſtema, grauem halitum, vxorem ſtultam, dæmonem, infamiam, probra & ſterquilinium in Paradiſi ſpeciem conuertebat. Quid quæſo gaudij cor, mentem, & oculos occupauit cùm Chriſtum apud inferos vidit, cùm ad immortalem vitam à ſuo Redemptore inuectus eſt. Eſt ne alia ponderatio? & maior quidem eſt.

Ponderatio ſit gloria.

14. *Stilla beatitudinis qualem afferat iucunditatem.*

II. Sume tibi illius ſuauitatis guttulam quaniam vix exciperet roſtro ſuo paſſerculus, inde coniicies immenſi Oceani ineffabilem dulcedinem. Referunt hiſtoriæ veterum Patrum vnum ex grandæuis illis annis & meritis exaggeratum monachum, ſtillam gloriæ experiri voluiſſe, oraſſe & exoptaſſe, annuit Dominus; & miſſo paſſerculo inter orandum ſic cantus lenocinio aures, mentem & cor à ſenſibus abſtraxit, vt per trecentos annos pendulum ab eius ore ſenem leuis ille paſſer tenuerit, nec cibi, nec ſomni, nec præterlabentium ſeculorum memorem, vllo modo eſſe permiſerit. Nunquam hæc cogito ſine ſumma animi admiratione, & interna ſpiritus dulcedine. Quis te, ô venerande ſenex, videret defixis oculis & attenta aure paſſerem exiguum per montes ac valles ab hac in illam arborem volitantem ſequi, & ex tenuiſſimo roſtro cibum quotidianum, ſtillas nempe cæleſtes dulcedinis excipere, qua mens per tot annos perfundebatur. Pende igitur humana ratio. Voluit Deus portionem cæleſtis boni quaſi rex huic ſuo famulo impertiri; & cui commiſit diſpenſationem? paſſerculo, qui aliena furatur, & inſilit in vetita. Si igitur in infideli miniſtro ad trecentos & amplius annos firmam conſtituit beatitudinis partem, & regia ſtipendia, qualem quantámque gloriam diuina non iam fide, ſed eſſentiæ viſione ſtabilitam à conſtitutione mundi larga illa manus Dei glorificatoris condidit, qua non iam ruſticum mortalem & ſenem, ſed filios & amicos in aula cæleſti donabit; éſtne alia maior ponderatio? vtique maior.

Ponderatio ſit.

15. a 1.2. Quæſt. de beatitudine, vtrum beatitudo ſit in honore.

III. Sume iterum granum alterum, vel calculum gloriæ, vt docet nos D. Thom.[a] qui vt liquidum verúmque ſtatuit beatitudinem ſitam non eſſe in humano honore, nec temporaneam gloriam, nec voluptatem, congruum eſſe virtutis præmium: ad quid ergo deſeruit honor qui viro iuſto exhibetur? honores iſtos, inquit, exhibent homines, & Deus per ipſos tanquam qui ampliora non habent præmia, quibus bene meritos iuſtos afficiant, *tanquam à non habentibus ad dandum maius.* Declaro verba Angelici Doctoris, colludunt tres equites chartis pictis, alteri eorum deeſt præſens pecunia, dat claues puero, deferas mihi numos ex theca, interim inferuntur calculi loco numorum, & ſubſtituuntur ad arbitrium colludentium, *abonan los tantos que ſon vnas piedras:* finito ludu numeratur pecunia, & propelluntur calculi. Eadem ratione colludunt Deus & iuſti viri, Deo autem deeſt in hac vita præmium iuſtis operibus dignum, & bonis operibus quæ ex gratia fiunt. Intulit in menſam paupertatem, & ſubſtituit loco beatitudinis. *Beati pauperes, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Infert lacrymas pro lætitia cæleſti; *Beati qui lugent*; infert honorem, gloriam miraculorum, vitæ ſplendorem, iubet beatos prædicari, refert in ſanctorum numerum, coli & cuſtodiri oſſa pretioſa iubet: vides hanc Dei largitatem, inopia eſt Dei, & hæc confert, *tanquam non habens ad dandum quid maius, como quien no tiene aqui la bolſa paga con tantos y abona piedras y alabanzas humanas.* Pende igitur humana ratio grana iſta quæ impono, confer in vnum, honores, plauſus, triumphos, coronas, quibus antiqua ſæcula ſuos Cæſares Alexandros & Pharaones, honeſtaſſe legis: reſpice etiam ad religioſum, & pænè diuinum cultum, quo mortales homines fides & Eccleſia proſecuta eſt Petrum, catenam, crucem craticulam, cineres, ſanguinem, & quidquid eorum ſacra corpora tetigit; hæc nihil aliud ſunt quàm quidam calculi ad præmia ſupputanda ad tempus illata: ſi ergo regna regnandique poteſtas, quam ita auidè exoptant homines, vt vnus vocem illam emiſerit, *regnem vno die, & interfice meo, dexame ſer Rey vn dia y matame luego.* Quantum præmij expectare licebit cùm deferantur numi, cùm denarius ille non diurnus, ſed æternus intrudatur in manu? Ponderat hoc D. Petrus Chryſologus[a], ſi Chriſtus loco pignoris & calculi in nocte cœnæ corpus ſuum tradidit, qualis erit gloria cuius Chriſtus calculus eſt, & loco pignoris ſufficitur. *Chriſtiane qui ſe tibi hic manducandum dedit, quid ſuum tibi denegare poterit in futurum? & qui tantum tibi viaticum parauit ad victum, quid in illa tibi manſione perpetua non parabit? manducabitis in menſa mea, in Regno meo.* Eſt ne alia ponderatio? grauior vtique.

Guttula eſt humana felicitas mari gloriæ comparata.

Simile.

Ponderatio ſit.

Mariana hiſtoria Hiſpaniæ tom. 1.

a Ser. 95.

IV. Excipe guttam vnam maris immenſi beatitudinis, aperiantur hîc inferni fauces, & terra illa atque caliginoſa regio. Vides clariſſimas tenebras? vides diffuſum in omnem partem fumum? vides horribilem & ſempiternum ignem? vides profunditatem quò omnium ſæculorum fæces confluxerunt? ſentis odoris intolerandam fœditatem, intueris terrificas & deteſtabiles figuras damnatorum, quorum lamentis & clamoribus omnia complentur? vides inſtrumenta mali, horribiles dæmonum formas? vides ſummi mali ſummam pœnam ſine Deo; Deo immortali 16.

Quanta ſit ſtilla gloriæ ex hypotheſi declaratur.

coæquan

Digitized by Google

a Ser. de cæleſti beatitudine. coæquandam? finge nunc, ait Auguſtinus [a], Deum ſtillam gloriæ quaſi rorem in hunc miſeriarum locum inſtillaſſe, ecce ſubitò infernus in cælum verteretur, flammæ in roſas, fœtor in vitalem auram, triſtitia in enarrabile gaudium, clamores in voces laudis, rabies illa furialis in tranquillitatem, canes, lupi, leones frementes, in Angelos & filios Dei. Sed ne putes diuinare, aut fingere, ſume ex Euangelio vocem illam diuitis, qui à tormentorũ loco oculos attollens ad regionem viuentium & vnam tantummodo guttam gloriæ ſummo digito ſibi ſtillari poſcit. O miſer, Ponderatio fit. quare dum poſcis, integrum vas aquæ frigidæ non poſtulas? ſitis vtique tua maior erat, ſed bene petis guttam, vt nos crederemus guttâ tua vnicâ gloriæ poſſe omnia illa inferni mala reſtingui, & infimo quoquam gloriæ gradu omnes in beatitudinem aſſeri. Auguſt. *Tanta eſt dulcedo futura gloria, quòd ſi vna gutta in infernum diffluneret, totam damnatorum amaritudinem dulcoraret*; quænam huic exæquabitur ponderatio?

17. Grani ſinapis regni Dei ſymbolum. V I. Sed ne ex meo cerebro confinxiſſe has computandi rationes & expendendi exiſtimes, ſume ex Euangelio quod minimũ in eo eſt, & ex omnibus ſeminibus ſinapis granum. Quid latet in hoc grano? Audi Chryſologum [b]: *In* b Ser. 98. *quo potentiam totam ſuperna dominationis includit, & illud regnum ſingularitate potens, æternitate felix, diuinitate fulgens, diffuſum toto cælo, tota terra dilatatum, in grano ſinapis coarctat, & concludit anguſtias? ſpes iſta eſt credentium tota, expectatio iſta eſt fidelium, ſumma iſta eſt felicitas virginum longis continentia laboribus comparata? iſta eſt gloria Martyrum totius effuſione ſanguinis conquiſita? hoc eſt quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit?* Hoc eſt quod ineffabili ſacramento diligentibus Deum promittit Apoſtolus *eſſe præparatum*? Ponderatio fit. quale erit regnum Dei non iam grano, ſed per Empyrei cæli ſpatia dilatatum? eſtne alia ponderatio maior, alia & alia.

18. V I I. Sume iam tritici granum & rationem illam multiplicandi per ſe, quam vocant, in tabula ſcachidis experire. Ex bona enim Arithmetica euidens calculatio inuenitur: ſi nempe quatuor grana tritici in prima ſede tabulæ ſcachidis collocentur, & per ſe multipliMoya in arithmetica practica & ſpeculatiua. *Calculatoria ratio gloriam quodammodo venatur.* centur, 16. faciunt, & in ſecunda ſede per ſe multiplicentur, ſunt 144. in tertia erunt 576. antequam ſexaginta quatuor ſedes compleantur, tanta tritici copia opus erit, quantam onerariæ & frumentariæ naues vix capient. Mirabilis quidem calculatio, & quæ vix credi poſſit ab his qui Arithmeticæ ignari ſunt. Expecta tamen Auguſtini ingenium acutiſſimum, qui non tritico, ſed immenſo gloriæ cumulo rem examinat, & expendit. Eia, agedum, humanum cor, exulta anima mea, nunc explebuntur viſcera tua, & ineffabilis gaudij plena euades, *Cor humanum, cor indigens, cor obrutum miſerijs*, complana tabulam tuæ *immenſa capacitatis*, & viſcerum internas ſedes cæleſti fruitione explendas, fac te in gloriam introduci, & in prima ſede tui cordis, gaudium beatæ viſionis Dei collocaD Auguſt. Manuali c. penult. tur. *Primero entras y vees a Dios eſa, gloria ocupa la primera caſa y aun toda. Interroga vltima*

anima tua ſi capere poſſint gaudium de tanta beatitudine ſua, preguntá a lo profundo de tus entrañas ſi cabra en ellas aquel grande gozo que Dios te ha de dar? quod tibi dabitur capies vtique; quid ſi in ſecunda ſede obuius tibi fieret in cælo amicus chariſſimus, gauderes de eius gaudio, quod eſt amicitiæ & amoris proprium, *duplicaretur gaudium tuum*; quid ſi in tertia & quarta ſede patrem, fratres & propinquos inuenires, *triplicaretur gaudium tuum*. Habes iam ſinus & viſcera, quæ tantam poſſint gloriam capere? Siſte Auguſtine, ceſſa, multum enim probatur hæc tua calculatio, *no cabe mas, baſta*. Hô, inquit, maiora ſuperſunt, *dad le vn golpe a la medida*, ibi enim Deum plus quàm te dilecturus es: igitur plus gaudio Dei tui, quàm tuo exultabis? Ponderatio fit. Perpende igitur humana ratio, ſi diuinum gaudium immenſum eſt, inſatiabile, æternum, vt immenſus ille Deus eo quaſi in pelago innaret ſeipſo fruens, ſeipſo beatus, & ſeipſo quaſi immerſus; vermicule, quid erit cùm ſempiternum iſtud gaudium intres? *como os va nadador vadeais eſte mar?* O Auguſtine, nec cogitatione comprehendo, nec verbis aſſequor mare dulcedinis, nulla ſuppetit dicendi facultas, ſed fruendi, ſed natandi, ſed mergendi me in immenſum gloriæ Domini mei gaudium. O fideliſſime Domine, iſtud eſt illud quod tu promiſeras gaudium, cùm dixiſti, *Intra in gaudium Domini tui*. Benedicis, Auguſt. ſuprà. *intra*, tantum enim gaudium capere & comprehendere omnino nequeo; quare non intrabit in me tam propriè, quàm ego in illud intrabo, éſtne alia maior ponderatio, maior.

Seipſum ſuperat Auguſtinus, maiori ponderatione & certiori quæ ex Euangelio elici- 19. tur; ego verò ſtillam vnam primo digito aſſumam, hæc enim vna totum immenſum mare gloriæ quale ſit oſtendat: nam volens Chriſtus Dominus magnitudinem præmij miſericordiæ oſtendere, prouerbialem illam ſententiam præfatus eſt, *Menſuram bonam & conſertam & coagitatam & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum*. Non vtique ſunt condignæ paſſiones huius temporis, neque actiones ad futuram gloriam æquè comparantur, ſed nihilominus gloria proportionabitur vaſi, præmio enim afficier omne meritum. Secundò conferta erit & coagitata præmio vltra condignum, & quia non totum omnimodo capiet, erit ſupereffluens. Vniuerſa igitur gloria in me vno afficiendo tota erit, & quaſi impendetur? Digna hoc loco dubitatio? *ſi el coraçon es immenſo y la gloria le a de bañar y verterſe ſin duda toda la gloria ſe empleara en mi?* Sed ô quantum aberras à coniectura, inquit Auguſtinus. Vnde rogat, perſona Spiritus ſancti, cur vocatur in ſacra Scriptura digitus Dei, cùm ſit Eccleſiæ conſolator, quo munere & attributo ipſe maximè gloriatur. Plena enim manu conſolationes refundit, non digito. Bella item brachio petenti peragit, non digito; quare ergo dicitur, *ſi in digito Dei ejicio dæmonia*? Reſpondet Auguſtinus per hoc voluit Spiritus ſanctus differentiam ſignificaſſe conſolationum & donorum, quibus iuſtos afficit in hac vita, & in cæleſti patria; quia li-

Ex paſſionibus huius temporis æſtimatur gloria. Luc. 6. Vide Maldonat. Matth. 7. 2.

Omnis diuina conſolatio in via eſt ſicut ſtilla beatitudine.

cèt ſit idem Deus, eadem liberalitas, conſolator idem, & licèt merces huius vitæ magna videatur, at ſi cum gloria comparentur, ſtillæ ſunt digitis diſtillatæ. Sit homo iuxta mare ſi vellet mare diuidere ſua manu, & diſtribuere aquas in diuerſa vaſa, certum eſt non poſſe quocumque vaſe vno hauſtu, nec vna mano porrigere, ſed mano ſtricta, & digitis ſtillantibos. Ideo Dauid conſiderans bona gratiæ & charitatis, quæ Deus impendit in hac vita reſpectu alterius, guſtum ex primis digitis perceptum vocat. *Guſtate & videte quàm ſuauis eſt Dominus, probados ruego eſta miel de el dedo de Dios:* at cùm alia bona commemorat, ebrietati & ſatietati comparat, *inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Satiabor cùm apparuerit gloria tua.* Pende igitur, ſi vales, humana ratio quæ ex ipſo Euangelio nemo poterit inficiari, conſidera Spiritus ſancti manum, qua quinque tantùm digitis tenuiter, & tranſeuntet quinque myſteria gloriæ operatus eſt. Vidiſti gaudium Ioannis ſanctificati in vtero, & cum exultatione orbis enaſcentis, ſtilla fuit digiti conſolatoris; vidiſti

Ponderatio ſit.

20. naſcentis Chriſti gaudia Mariæ, paſtorum, regum, ſtilla fuit roris cæleſtis toties expetiti, *rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum* *. *no fue mas que caer vna gota de rocio en vna roſa nacer de madre ſin mas ruido ſin mas agrauio, ſin mas trabaxo del Eſpiritu ſancto.* Vidiſti gloriam Thaboris montis, vbi lumine & fulgore Chriſti cuncta perfuſa niteſcebant & coruſcabant; ſtilla fuit gloriæ quæ ex mente D. Thom. a primam ſuperficiem corporis honeſtauit, vidiſti reſurgentem Chriſtum, eiúſque & Patrum lætitiam, quæ ad matrem diſcipulos Magdalenam, Petrum & limbum diffuſa eſt, ſtilla fuit digitus Spiritus ſancti ei perſimilis quo aurora olera ſolet aſpergere. Iſai. 26. *Ros lucis ros tuus.* Hieronymus, *ros auroræ ros tuus.* Pagninus, *ros olerum ros tuus.* Chriſti reſurrectionem cunctorúmque mortalium ad vitam reductionem ea facilitate digitus Dei peragat, qua cælum tornauit, terram firmauit, & rotam ſuper olera ſparſit. Vides denique Chriſti in cælum aſcenſum triumphato orbe, ſedéſque Angelorum beatiſſimo lumine complentem perinde fuit ac ſi ex valle lacrymarum guttula vna in immenſum Oceanum gloriæ eſſentialis beatorum refunderetur. Quid ergo erit gloria illa non vno digito, ſed plena manu menſuram cordis ſine menſura replens, mentem ipſam & ingenium ſuperans, aciem fugiens noſtram, & prætetuolans non ſolùm linguæ facultatem, ſed illas inſaturabiles & inexplebiles menſuras excedit, quas enumerat Paulus, *neque oculus vidit*; quis ſatianit oculos? *neque auris audiuit*; quis expleuit auiditatem audiendi? *neque in cor hominis aſcendit*; quis cordis humani cupiditatem exſatiauit? omnem ergo ſuperat humanam ponderationem, ſoli Deo immortali expendenda relinquitur merces illa magna quam præparauit Deus diligentibus ſe. Hæc ergo meditatur Chriſtus, vt nempe det nobis finem & patientiam, & qui cœpit opus ſicut alpha per gratiam, conſummet ſicut omega per gloriam.

* Ambroſ. in illud, deſcẽdet ſicut pluuia in vellus & Gregor.

a 3. Quæſt. 2. a. 1. ad 3. Suarez tomo 1. de incarnatione diſput. 32. in ſola ſuperficie corporis Chriſti fulgorem hæſiſſe, quoniã id ſatis erat ad ſcopum quem intendebat Chriſtus Dominus. Lorinus videatur in cap. 1. Petri 1.

VERBVM SPIRITVS ſancti. Apoc. 21. v. 21.

Et vidi cælum nouum, & terram nouam, &c. Et audiui vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum honoribus.

Vltima renouatione in cæleſti Ieroſolyma perficienda opus Noui Hominis conſummat: abſolutam vndequaque gloriæ felicitatem qualem Ioannes viderat, contemplatur.

DISCVRSVS CLXXXVI.

ENcænia gloriæ, vltimámque beatæ vitæ renouationem, dicere aggredimur, & vtinam Deo præſtante illud conſequamur: immenſum 1.
enim pondus eius non ferens Paulus, & quaſi de abyſſi profundo emergens in hanc demum vocem admirabundus erupit, *Nec oculus vidit, neque auris audiuit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe.* Cæterùm infiniti illius boni veſtigia quædam & liba dulcedinis habiturum non deſpero, Iſaias namque, à quo verba tranſcripſerat Paulus, difficilem hanc prouinciam affirmans Dei ſubſidio conſequi poſſe non deſperat, ait enim, *oculus non vidit, neque auris audiuit, Deus, abſque te*, &c. Fateor ſublimiorem mentem abſque te tuóque auxilio ſuſtinere non poſſe immenſum gloriæ pondus, neque in gaudium Domini intrare, niſi Deo duce, qui hæc à conſtitutione mundi præparans non ſine cauſa * procul à nobis ponere, & occulta cælorum quaſi velis expanſis eſſe decreuit. Vnde, ni fallor, Ioannes *Apoc.* 21. vt iam dicemus, gloriam quaſi ſponſam feliciſſimam *deſcendentem de cælo* deſcribit: opus enim erat vt ipſa gloria dum nos ad eam non aſcendimus, ipſa ad nos deſcendere videretur, vt optimè D. Auguſtinus a, qui poſt ſtillam quandam gloriæ prælibatam, vt ipſe commemorat, ruſum ad contemplandam illam dulcedinem eleuari poſtulat Pſalm. 85. *Lætifica animam ſerui tui, ſolus enim tu es iucunditas, amaritudine plenus eſt mundus, quia tu Domine ſuauis & mitis. O beate popule* b, *putas intelligis iubilationem? nullo modo beatus es, niſi intelligas iubilationem, ſcias vnde gaudeas, quod verbis explicare non poſſis, gaudium enim tuum non de te, vt qui glorientur in Domino glorientur: de fuera a de venir el gozo verdadero que el vueſtro caſero y domeſtico es terreno, deſcendentem de cælo.* In hoc autem quòd deſcendat de cælo & ſignis ac ſymbolis potius quàm verbis ſeipſam prodat beatitudo aliquid myſterij latere puto, & attigiſſe videtur Chryſoſtomus c. *Vide vti*

cum

Ineffabile eſt cæleſte gaudium, & conſultò à noſtris oculis ſemotũ.

* Cauſa cur latere voluit nos hæc bona, vide apud P. Fr. Didacũ Lopez Auguſtinianũ in fine ſecũdæ partis Quadrageſimæ.

a Confeſſio. lib. 9. cap. 10. de diuina conſolatione, quam ſimul cũ matre expertus fuerat ait: *Et cõtinuetur hoc vt talis ſit ſempiterna vita quale fuit hoc momentũ intelligentiæ, cui ſuſpirauimus, nonne hoc eſt, intra in gaudium Domini tui.*

b Auguſt. Pſ 88. 16.

Cur deſcẽdere ad nos deſcribitur gloria

c Hom 5.

In epiſt. ad Rom. 2. 7. reddet vnicuique ſecundùm opera.

cùm de futuris bonis loquitur manifeſtè, ac liquidò, bona ipſa qualia ſunt manifeſtare nequeat, ſed & gloria & honoris nominibus abutatur: nam quandoquidem ea bona humanis omnibus bonis ſuperiora ſunt, non habet vnde earum rerum imaginem proferat, ſed ea nobis ab ijs quæ apud nos ſplendida & illuſtria eſſe videntur, vtcumque repræſentat à gloria, ab honore, à vita; hæc enim ab hominibus maiorem in modum expetuntur, illa autem non eiuſmodi ſunt, ſed his ea etiam præſtantiora, quòd & incorruptibilia & immutabilia ſint.

2\. *Svmma et scopvs discvrsvs.*

His poſitis cùm oobis ad inuiſibilia per ſpeciem rerum viſibiliom mens eleuanda ſit, Ioannes gloriam ad ooſtram cognitiooem deſcendentem, quali ſpecie deſcribat audiamus, & æternæ noſtræ hæreditatis duodecim ſorter non grauatim nunc per fidem excipiamus. Textus ſic habet.

3\. *Apoc. 21. 2.*

Et ego Ioannes vidi ſanctam ciuitatem Hieruſalem nouam deſcendentem de cœlo à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.

Ingens claritas.

I. *Habentem claritatem Dei, & lumen eius ſimile lapidi pretioſo tanquam lapidi jaſpidis, ſicut cryſtallum.*

Murus admirabilis.

II. *Et habebat murum magnum & altum.*

Porta ingentes & ternæ.

III. *Habentem portas duodecim, & in portis Angelos duodecim ab Oriente portæ tres, &c.*

Fundamenta muri duodecim gemmæ.

IV. *Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipſis nomina duodecim Apoſtolorum Agni.*

Proportio ædificiorum.

V. *Et ciuitas in quadro poſita eſt, & longitudo eius tanta eſt, quanta & latitudo; & menſus eſt ciuitatem arundine aurea per ſtadia duodecim millia.*

Ciuitatis magnitudo perquàm ingens.

VI. *Et menſus eſt murum eius centum quadraginta quatuor cubitorum menſura hominis, quæ eſt Angeli.*

Platea ex auro puriſſimo.

VII. *Ipſa verò ciuitas aurum mundum ſimile vitro mundo, & platea ciuitatis aurum mundum tanquam vitrum pellucidum.*

Fluuius mediam vrbem profluens.

VIII. *Et oſtendit mihi fluuium aquæ vitæ ſplendidum tanquam cryſtallum procedentem de ſede Dei, & Agni.*

Arbores vitæ & immortalitatis.

IX. *In medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim per menſes ſingulos reddens fructum ſuum, & folia ligni ad ſanitatem gentium.*

Chari omnes regi.

X. *Et ſerui eius ſeruient ei, & videbunt faciem eius, & nomen eius in frontibus eorum.*

Nulla culpa per quam à gratia cadere poſſint.

XI. *Et omne maledictum non erit amplius: ſedes Dei & Agni in illa erunt, & ſerui eius ſeruient ei.*

Nihil pretioſum deeſt, omne glorioſum eſt, reges enim ſunt in æternum.

XII. *Et Reges afferent gloriam ſuam, & honorem in illam, & afferent gloriam & honorem gentium in illam; & regnabunt in ſæcula ſæculorum.*

Ecphrasis hvivs textvs.

Vt autem hæc ſymbola intelligamus; ex conſilio Chryſoſtomi, ne exiſtimemus eiuſmodi eſſe bona gloriæ, ſed præſtantiora, vtpote incorruptibilia, & immutabilia, ſed pro modolo noſtro terrenæ felicitati comparando magnitudinem eorum inueſtigabimus.

4\. *Lux indeficit felicitatem denotat.*

I. Quid vis inprimis humana voluntas? Vellem (ais) ſummam & indeficientem felicitatem: intra igitur in vrbem hanc quæ in decore ſuo Ieroſolymæ, in felicitate ſponſæ Dei; in ſplendore luci indeficienti ac diuinæ comparatur, *claritas Dei illuminauit eam, nox non erit illic, neque eget ſole, neque luna*; eſt enim plena ſumma felicitate, nec viciſſitudine obumbratur, neque calamitatibus tangitur.

Murus omne quod interturbare poteſt pacem remouet.

II. Dices, at ſaltem deforis aliquid pacem & felicitatem poterit interturbare, abſit; altiſſimus enim & pretioſiſſimus murus denotat cæleſtis vrbis ſecuritatem.

Porta gaudiũ ſingulare, non commune denotant.

III. Moras tamen ciuium vt libet ingredientium in eam inochent infelicitatem, & immeritis & indignis aditus patebit. Falleris, inquit Ioannes, portæ denotant neminem eò ingredi poſſe, niſi per vitæ ſanctimoniam, ac puritatem, & charitatem, & vnionem cum vera Eccleſia, quod gehennæ & vniones denotant.

Fundamenta gaudij perpetuitatem deſignant.

IV. Sed quid proderunt boni mores ciuium, ſi deſunt bona immobilia, & radices, in quibus diuturna ſit felicitas; certè ignoras fundamenta gloriæ eſſe fidem & verba Dei, ac merita & labores ſanctorum, & ex his quaſi ex radicibus fructus & prouentus æternos dimanaſſe.

Quadrata ciuitas æquale omnium gaudium oſtẽdit.

V. Tolle, quî poſſunt ciues æqualis fortunæ fieri, alter ſordet in pannis, alter ſplendet in amictu; ita eſt, ſi terram aſpicis ſuſpice cælum: nam ciuitas in quadro poſita quadratam & æqualem in omnibus eſſentialem beatitudinem denotat: indeque veram amicitiam & concordiam dimanare abſque eo quòd aliquid promineat, aut eleuetur.

Amplitudo ciuitatis vniuerſalitatem gaudij ſignificat.

VI. Apage, inquis, hanc tuam concordiam, vix duo numerantur amicorum paria, diuites & opulenti non plurimi ſunt, quorſum tu tam ingentem fingis ciuitatem; ideo vtique tam ampla vrbs depingitur, vt vniuerſalitas felicitatis denotetur, *ay gozo para todos no es de vno ſolo el contento.*

Platea communionem gaudiorũ deſignat.

VII. At (dices) vnuſquiſque ſicut diues ille epulo ſuis ſaturatus bonis ſeorſim ab aliis fruetur. O ſordidum & terrenum viuendi genus! inprimis erit platea, & conuerſatio omnium inter ſe, & inſuper communio omnium bonorum, ac reciproca gaudiorum fruitio, quam domus ex ſpeculis aureis pellucidis ædificatæ oſtendunt.

Fluuius fluere diuina gaudia, ſed non deficere manifeſtat.

VIII. Sed quæ bona non conſumantur, quæ felicitas diuturna eſt? quæ æterna & diuina, fluuius enim indicat veriſſimæ ac puriſſimæ voluptatis copiam & affluentiam in ſapientia fundatam.

Lignum vitæ immortalitatem affert.

IX. Viuant & permaneant muri, domus, platea: at ciues, mors & ægritudines non impetent? minimè, eſt enim lignum vitæ & immortalitatis, à quo incorruptibilitatem accipiunt.

Vocantur ſerui regis vt gratioſi ipſi exiſtimentur.

X. Quid inde: nam hæc omnia princeps terræ aliquando habet, & mœret animo: & in luctu & ſordibus eſſe putatur, ſi regi charus non eſt, aut ab eius eſt gratia & aula repulſus. Hô, ſcio iam quid quæras, priuatam gratiam apud Deum, accipe, *& ſerui eius ſeruient ei, & videbunt faciem eius*, & ipſi Angeli tanquam quid ſingulare gloriabundi narrabant, *Ego ſum vnus ex ſeptem qui aſtamus ante Dominum.*

Ab hac gratia nunquam exturbandos, ideo muri ex iaſpide, ideo maledictum amplius futurum nō eſſe additur.

XI. Cæterùm quæ gratia regum ſtabilis, quis fuit ſemper charus regi, ob leuem culpam repelluntur, Ita & hi tui principes ſicut Lucifer à Dei conſpectu & gratia exturbati ruent? putáſne hoc non præcautum eſſe, inprimis murus ex iaſpide conſtat, qui lapis contra dæmones vim habere dicitur, deinde nulli peccato, nulli culpæ, aut mendacio locus erit, *omne maledictum non erit amplius.*

Omnes reges, & regnabunt in æternum.

XII. At ſi gratia Regis non deſit eis, deerit aliquid aliud, & ſaltem æmuli erunt coronæ, & regiæ dignitatis? erras toto cælo, *nihil enim deeſſe poterit* in gloria, ad quam tanquam ad emporium omnes reges afferent gloriam ſuam, imò reges omnes erunt, & regnabunt in æternum.

Summa felicitas deſcribitur.

5. Primò ergo lucis nomine ſymbolum datur ſummæ felicitatis à diuina deriuatæ, hoc enim denotant verba illa, *claritas Dei illuminauit eam*, & in eo quod ſubditur, *nox non erit illic*, indicat felicitatis huius lucem nunquam nocte aliqua aut infortunij obſcuritate interturbari. Inſuper etiam non eget ſole, *neque luna*, quia ipſius felicitas ac lux, à Chriſto & æterno ipſius parente proficiſcitur. Quæ omnia diſertè & appoſitè comprehendit Gregorius [a]. *Erit*, inquit, *in illa beatitudine culpæ memoria, non quæ mentem polluat, ſed quæ nos arctius lætitiæ aſtringat: vt dum doloris ſui animus ſine dolore reminiſcitur, & debitorem ſe medico verius intelligat, & eo magis acceptam ſalutem diligat, quo moleſtia meminit quam euaſit*; itaque nihil eſt quod obumbret felicitatem illam, etiam memoria culpæ, gloria & felicitate plena eſt, quia ſemel in luce æterna poſitis nihil poteſt vera illa gaudia interturbare. *In illa itaque lætitia ſi nunc ſine tædio mala noſtra conſpicimus, ſicut nunc in luce poſiti ſine vlla cordis caligine animo tenebras videmus, quia, etſi obſcurum eſt quod mente cernimus, de iudicio eſt hoc luminis, non de paſſione cæcitatis. In æternum ergo laudes miſericordiæ largitori noſtro referimus, & nequaquam miſeria conſcientiæ grauamur, quia dum mala noſtra ſine aliquo mentis malo reſpicimus, & nunquam erit quod corda laudantium de tranſactis iniquitatibus polluat, & ſemper erit quod hæc ad laudem liberatoris accendat. Eſtando en tanta luz ſiempre no ſe da lugar a las peſadillas y ſombras de culpa, y ſiempre eſta a la viſta lo que alegra y deſpierta el alma como la luz a las aues a cantar.* Porrò diei perfecti nomine ſine vlla tenebrarum viciſſitudine vera & æterna felicitas denotatur: nam licèt *iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, creſcit autem vſque ad perfectum diem*: beatitudo autem perfecta dies dicitur, ad quam poſt tenebras vitæ iuſtus ducitur, vt ait Iob, *& quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam; iuſto*, inquit, *meridianus fulgor ad veſperam ſurgit, quia quanta ſibi claritas maneat cum iam occumbere cœperit, animaduertit.* Vbi *meridies*, ait Auguſtinus [b], *magnum feruorem magnúmque ſplendorem ſonat*; ideoque meritò ſponſum in meridie cupiebat ſponſa inuenire, quia ex vtroque, nempe ex ſplendore viſionis Dei, & feruore dilectionis coaleſcit

a 4. Moral. c. vltimo.

Nihil obnubilat lucem illā aut interturbat gloriam.

Gregor. lib. 10. moral. cap. 12.

b Ser. 50. de verbis Domini.

beatitudo. Dies etiam vitæ imperfectus eſt, 6.
& quia nunc per fidem ambulamus, non viſione clara, & quia charitas quotidie depeſcit, ideo vir quidam doctus hic legit: *donec corrigat ſe dies*; itaque perfecta dies & correcta idem eſſe videntur. Sed correcta dies vna eſſe videtur, quam cupiebat Dauid. *Melior eſt dies vna in atrijs tuis quam habitare in tabernaculis peccatorum*; itaque dies noſtri *pauci & mali*, vt aiebat Iacob, occupari & iniquitati obnoxij, vt aiebat Paulus, *quoniam dies mali ſunt*: beati autem dies, *boni* antonomaſticè dicuntur. *Qui ergo vult vitam, & diligit dies videre bonos*; bonum enim ex integra cauſa, & ideo bona illa dies omni defectu caret, vt notat Auguſtinus [a], *Vita beata eſſe non poteſt niſi æterna, ibi ſunt dies boni, nec multi, ſed vnus ex conſuetudine huius vitæ appellati ſunt dies; illa dies neſcit ortum, neſcit occaſum; illi diei non ſuccedit craſtinus, quia non præcedit heſternus.* Et quia dubitare poteras cur vna dies correctior & melior ſit ſuper mille dies, in quibus varietas & viciſſitudo oblectare videtur animos, reſpondet Ioannes, *Claritas Dei illuminabit eam*, fulgor ille & ſplendor à diuinitate procedit, *hæc eſt illa dies*, *eſte ſi que es dia*, ait Gregorius, *quam verus ille ſol illuminat, qui neſcit occaſum*; in terra enim nequit eſſe perfecta lætitia, quia non à Deo immediatè, ſed à creatura mutuatur, vt bene notauit Rupertus [b], *Confuſum eſt gaudium à filijs hominum, an confundido el gozo los hombres gozanſe en lo terreno y oluidan lo celeſtial. Confuderunt gaudium, ſiue non ſeruauerunt ordinem gaudij filij hominum; primùm enim & particulariter gaudere debuerant in Domino, ſecundariè verò in bonis, ſed de bonis Domini ſuper frumento, vino & oleo, & cæteris quæ dantur à Domino, hic erat rectus ordo gaudij.* Inde ſicut gaudia hominum planctus excipiat, *idcirco plange quaſi virgo*, &c. At verò cùm claritas, hoc eſt, felicitas ex Deo eſt, veram affert lætitiam & beatitudinem, vt bene Seneca [c]. Hoc ante omnia fac, mi Lucilli, diſce gaudere. exiſtimas me nunc detrahere tibi multas voluptates? imò contrà nolo tibi vnquam deeſſe lætitiam, volo, illam tibi domi naſci. Naſcitur ſi intra teipſum ſit. diſice, & conculca iſta quæ extrinſecus ſplendent, quæ tibi promittuntur ab alio, at verum bonum expecta, & de tuo gaude. Et melius Bernardus [d]. Quæ omnia vno verbo comprehendit Ioannes, dum ait vidiſſe beatitudinem deſcendentem tanquam ſponſam ornatam viro ſuo, nam dies nuptiarum ſemper gratiſſimus & feliciſſimus eſt, præterea vnica eſt ſponſa, & de illo vero gaudio nunc nobis gaudendum eſt: ac præterea ſicut per momenta ſponſus ſponſæ ſuæ recordatur, ſic oporteret nos nunquam noſtræ iucundiſſimæ ſponſæ memoriam deponere; *adhæreat lingua faucibus meis, ſi non meminero tui, ſi non propoſuero Hieruſalem in principio lætitiæ meæ.*

Lucifer Cœlum irradians.

Gen. 47. 9

Eph. 5. 16.

a Ser. 16. vbi ſuprà in Matthæum. Vide etiam Aug. Pſ. 83. quoniā melior eſt vna dies ſuper millia. & Grego. in Pſ. 7. *illa eſt dies quam verus ſol illuminat.*

Gaudio abutuntur homines & miſcēt cæleſtibus terrena.

b In Ioel. 1.

c Lib. 3. epiſt. 23.

d Epiſt. 14.

II. Securitatem ab omni metu liberam, 7.
ab

ab omni hoſtium incurſu & impreſſione, murus ille altus denotat, quia vel murus eſt Deus ipſe Ieremias [a], vel ſancti & Prophetæ [*], ſic enim vocantur ab Iſaia; vbi Septuaginta legunt, *liqueſiet later, & eadem murum*; impius enim timet, neque ſecuritatem habet: at verò iuſti in ſumma ſecuritate ſunt; vnde [b], *Quod timet impius, veniet ſuper eum, deſiderium ſuum iuſtis dabit. Quaſi tem peſtas tranſiens non erit impius, iuſtus autem quaſi fundamentum ſempiternum.* Quanta enim timent impij, ne ſcilicet eorum ſcelera prodantur, ne quid contra eos, vota & deſideria accidat verentur fortunarum amiſſiones, honoris iacturas, & alia eiuſmodi: hæc autem quæ timent ſæpiſſime illos occupant, & opprimunt, contrà verò iuſti, *quaſi fundamentum ſempiternum.* Hiſpanica, *como cimiento del mundo*: vnde non poſſunt habere lætitiam, nec vera felicitate frui: nam, vt ait Plutarchus [c], *Timor hebetem facit lætitiam, perinde atque flammam flatu vehementiori inhibitam*: at verò ſi nomine muri ipſa Diuinitas intelligatur, ô magnam ſecuritatem! ô permanentiam felicitatis æternam. Vnde tam magnus & altus murus eſt? Reſpondet Ambroſius [d], ex eo oriri quòd Deus viſus ſit omne bonum incommutabile. *Demonſtra nobis Domine illud bonum ſimile ſui, indiſſolubile, in quo æterni ſimus, agnoſcentes omne bonum.* Latiùs Bernardus [e], *O vera quietis locus in quo Deus non quaſi turbatus ira, nec velut diſtentus cura percipitur, ſed quieſcens; hic ergo verè quieſcitur. Tranquillus Deus tranquillat omnia, & quietem aſpicere quieſcere eſt.* Vnde etiam Auguſtinus [f], diem ſeptimum, ait, gloriæ deſtinaſſe Deum, *quia requieuit in illo: quare ſequutum vt ex ſex diebus quibus operatus eſt*, *ſolus ſeptimus non mane, nec veſperam habere dicatur*, quo ſtatus gloriæ omnis ſecuritatis plenus, omnis viciſſitudinis expers ſignificaretur, & B. Hieronymus [g], ſtabilitatem muri, ex quo capite veniat, oſtendit, *Angeli* (& beati) *omne liberum ſuum arbitrium in ſolius Dei charitatem verterunt, ſicque immobiles facti ſunt perſiſtentes in veritate.* Quam diuinam ſecuritatem ipſa beata ſponſa decantat. *Læua eius ſub capite meo*, dum militabam in terris, me diuitiis; & gloria & prouidentia muniebat: at modò in beatitudine *dextera illius amplexabitur me*, quia *in dextera illius longitudo vitæ eſt*, Prou. 31. vnde Ambroſius [h]. *Læua præſentium remuneratrix, dextera futurorum, læua ſub capite ſponſa eſt, dextera ſupra quæ totam complectitur ſponſam.* Vnde ad ſecuritatem ſponſæ murum in hac vita, in alia verò propugnacula argentea promittit, ſecuritas enim illa ex bona conſcientia, & ex diuina tutela componitur; ideo ait, *Si murus eſt, ædificemus ei propugnacula argentea.*

a Cap. 1. 18

* Ezechiel 13. 5. & Iſai. 24 in fine

b Prou. 10. 24.

Securitas æterna deſignatur muro ciuitatis.

c Lib. de tranquillitate animi.

d Lib. de bono mortis. *Vnde ſecuritas beatitudinis proueniat.*

e Ser. 23.

f 11. De ciuit. c. 31. *Hæc habet in ſenſu.*

Gen. 2. 2.

g Ad cap. 25. Iob.

Cant 2.

h In Pſalm. 118. octona. 14. v. 5.

8. III. Portæ verò, quæ non clauduntur, & margaritis ornatæ ſunt, nemini patere ingreſſum ad gloriam, niſi per ſanctimoniam, & puritatem, & per charitatem, & vnionem, ſignificant; *qui enim ingreditur ſine macula, qui eſt innocens manibus, & mundo corde.* Sed iam geſtit animus explicare cur portæ omnibus pateant, & per æternitatem clauſæ non ſint, vel ad denotandum quocumque tempore ſiue hora ad cælum bene quis diſpoſitus acceſſerit, eas patentes inuenturum. Vnde bene dicitur, *nox non erit illic*, alludit ad receptam conſuetudinem, qua vrbium portæ noctu obſeruari ſolent. Cæterùm addam alteram ex Bernardo rationem, ſicut enim in religioſis familiis, vbi religioſi & moniales veræ ſponſæ Chriſti ſunt, & ſpirituales delitias deguſtarunt, fores patere poſſent, nemo enim earum fugeret, ſic ait Bernardus [a]. *Cum beatam mentem ſibi totam vendicauit ſapor boni, & odium mali, boni quidem intimus ſapor mentis interna tota occupat ſuauitate*, ita vt ab ſponſi amore diuelli nequeat. *Iuraui*, inquit, *& ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ*, & ſpretis omnibus in ſponſo gloriatur. *Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te, no ſe yran aunque eſten las puertas abiertas.* Tertiò fores patent ad deſignandam expectationem quam noſtri habet illa ciuitas, ſecundùm illud, *Expectatio iuſtorum lætitia*, id eſt, ipſamet lætitia expectare fingitur in cælo: nam non ſolùm iuſti expectant illam felicitatem, ſed ab ipſa etiam beatitudine & bonorum omnium cumulo ipſi auidè expectantur, quod mirificè dignitatem iuſtorum commendat, nam, vt docebat Seneca, plurimum intereſt inter illos qui magiſtratum aliquem expectant, & eos quos magiſtratus ipſe dignitáſque præſtolatur, illi enim ſperant magiſtratum qui magiſtratu honeſtandi ſunt, illos verò magiſtratus ipſe expectat, qui ipſimet magiſtratui decorem & gloriam allaturi ſunt, beatitudo enim hoc præcipuum habet, quòd non niſi iuſtis decoratur, & magnis principibus Dei conſertor.

Nemo intrat niſi ſanctis & incoinquinatis.

Cur portæ non clauduntur

Signum non timetos ſenere intra mœnia ciuitatis.

a Ser. 75. in Cant. excerpta ſumpta ſunt verba ex diuerſis locis, & vide alia ibid. ante finem.

Matth. 19

Prou 10. 28

Cæterùm ego per patentiſſimas fores ſummam liberalitatem & facilitatem ingrediendi ad gloriam, ex quo Chriſtus fores crucis claue & ingreſſu ſuo reſerauit, denotari exiſtimo. Nam cùm tota ciuitas plena ſplendore & lumine agni deſcripta ſit, quid inſuper deeſſe videbatur, niſi vt ipſa bonitas Solis & lucis ſpecie deſignata ſe totam per fores pietatis effunderet: ideo enim à Iacobo Pater luminum nuncupatur, *cùm omne datum optimum, & omne donum perfectum* ab eo deſcendere affirmat, dat enim exemplo Solis totam beatitudinem, & lucem ſimul, & in inſtanti impertitur. Vnde latroni ſalutem poſtulanti in ipſa die portas Paradiſi ingreſſurum promittit, *hodie mecum eris in Paradiſo.* Obſecro tamen Domine, quare fores iſtæ cæleſtes prius latroni quàm vni Prophetarum aut Patriarcharum patuerunt? Reſpondet Chryſoſt. [b] vt omnibus patere manifeſtum fieret, nam vt notat iſte beatus Doctor, in eâ ipſa die, feria 6. videlicet, qua Chriſtus paſſus, & latro liberatus, Adam fuerat è Paradiſo eiectus. *hodie Adam eiectus fuerat è Paradiſo, & hodie latro in Paradiſum ingreditur, exijt fur, & introijt fur*; quo fine? vtique vt ſicut cum vno fure in exilium miſſo aditum in cælum peccatoribus intercluſum quis putaret, ita nunc vno recepto latrone intra beatitudinis ianuas liquidũ notúmque fieret omnibus peccatoribus apertas eſſe: nam ſi iuſtus primus reciperetur, nutaret adhuc ſpes, modò verò excitatur, fulcitur, & in certam fiduciam

9.

Patent fores vt facilitas adeunda gloriæ poſt Chriſti ingreſſum denotetur.

Iacob. 1. 17.

b Hom. 1. de cruce & latrone.

vocatur: nam ſicut mors incepit in Abel iuſto, vt certiores fierent reliqui iuſtos omnes ad portas mortis peruenturos; ſic primus qui ad ianuas cæli peruenit latro eſt, & non Patriarcha, vt fores iſtæ apertæ liberalitatem & facilitatem cunctos recipiendi maniſeſtè prædicent; cunctos, inquam, nec enim fruſtrà portæ iſtæ parent ad Auſtrum, tres ad Aquilonē, tres ad Orientem, tres, &c. Chriſtus enim ſic fores reſerauit, & aperuit, vt non iuſtos ſolùm ex Iſrael, ſed ex omni tribu, natione & gente ad ſe per mortem ſuam oues venturas affirmet. Nam cùm Seraphim ille qui in cuſtodiam Paradiſi igneo & flāmigero enſe inſtructus eſt, vt cuſtodiret, & peccatores arceret, poterat vtique dormire, ſicut contingit militi qui excubias agit, & dormientē dux contentiori voce excitaret, *framea ſuſcitare ſuper paſtorem meū, & ſuper virum cohærentem mihi.* Ne expectes ó mucro Domini ſolùm peccatores, nec enim hi ad Paradiſum accedent, exi inde, & aciē tuam in illum exere qui omnino immunis à peccato eſt. *Super paſtorē meum.* Domine, ſi paſtorem percutis, *diſpergentur oues gregis*, nec vota ſuccedent, nec optatum gregem in cæleſtes caulas reuocabis. Falleris, inquit Ambroſius [a], nam bonus iſte paſtor etiāſi percuſſus morietur in cruce, at oues eius diſſipabûtur, hoc eſt, copioſi eius greges faciem vniuerſæ terræ occupabunt, & inſuper ipſe eſt oſtium, *ego ſum oſtium*, vt quos mors diſperſit, amor congreget, & ita patens erit oſtium, *vt ſi quis introierit ſaluetur, & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.* Scio Domine Hebræā eſſe phraſim, *egredi, & ingredi*, vt optimi fauſtique euentus denotentur. Cæterùm quo pacto conuenit beatis egredi, vel quare fores beatitudinis non clauduntur? Reſpondet ſummus Paſtor, ideo fores ad egreſſum patentes deſcribi, non quia beatorum quiſquam egreſſurus ſit, ſed vt denotetur boni paſtoris cura, & crucis virtus, quæ Paradiſum tot ſeris & cuſtodibus clauſam iamiam patere non ſanctis ſolùm Patriarchis, ſed latroni & gregi copioſiſſimo ingredienti, & ſi vellet egredienti. *Fores eius non claudentur.*

Facilitas ingrediendi ad beatitudinē.

a Pſ. 118. ſerm. 2.

Quid eſt ingredi & egredi ex beatitudine.

10\. IV. Admirabilia fundamenta vrbis & felicitatis æternitatem & ſecuritatē fabricæ denotāt, quæ tria mihi maximè videntur. Primò, fundata eſt fide & verbo Dei quod manet in æternum: nam fundamenta duodecim futuræ beatitudinis duodecim ſymboli veritatibus & articulis nituntur, vt latè & eruditè (ſi attentè legatur) huius ænigmatis præclariſſimus interpres vnus è noſtris P. Alcazar [b] explicauit, & pro ſua ſententia (quæ noua viſa eſt) veteres poſſet Patres citare, præcipuè Magiſtrum ſententiarum [c], cuius verba & mirabilem expoſitionem non amplectitur ſolùm Ianſenius in Pſ. ſed minutatim conciſam in moralem & allegoricam doctrinam variis in locis diſperſit: itaque quod modò credimus in ænigmate, & ex parte cognoſcimus, idipſum in fundamentū noſtræ beatitudinis ſupponitur, & beati eſſe iā incipiunt qui ſolido fidei fundamento nituntur. *Beata quæ credidiſti: beati qui non viderunt, & crediderunt.* Rogabis tamen quid noſtra fides, quid ſpes præſtent ad beatitudinem? quare complent illam futuram felicitatem ſi excidunt & pereunt in conſpectu Dei? Reſpōdet Bernard. [a] *Quæris ad quid? ad videndum in bonitate electorum ſuorum, ad lætandū in lætitia gentis ſuæ, vt laudetur cum hæreditate ſua. las almas que creyeron ſon las que llenan la gloria y en quien ſe glorîa Dios. Nec parum hoc opus exiſtimes, nullum dico tibi remanebit opus perfectum, ſi hoc nutarit, es el fundamento de la gloria el coraçon creyente. Nonne de ſtatu & conſummatione Eccleſiæ finis omnium pendet? Tolle hanc, & fruſtrà inferior iſta creatura reuelationem filiorum Dei expectat. Tolle hanc, & neque Patriarchæ, neque Prophetæ aliqui conſummabuntur, cùm Paulus aſſerat Deum ita prouidiſſe pro nobis, ne ſine nobis conſummarentur: vnde perfecta illa laus implenda, niſi ex ore infantium & lactentium, & hi ad laudem quaſi complendam à Propheta inuitantur, dicente: Laudate pueri Dominum. Hoc genus lætitiæ cæli neſcierunt, niſi per Eccleſiæ filios*, &c. fides vndique & ſpes fundamenta præſtruunt futuræ beatitudinis. Secundum tamen non minus firmum fundamentum vrbis feliciſſimæ & bonorū æternorum in noſtris meritis & laboribus firmiter ſolidari octo illæ beatitudines oſtendunt. Vnde Bernardus ſecuritatem Eccleſiæ, quæ martyrio & ſanctis operibus conſummatur, indicaus ſubdit. *Nam & de meritis quid ſolicita ſit, no cae en duda que las obras buenas no ſean cimiento de la gloria*, cui (Eccleſiæ) *de propoſito Dei firmior ſuppetit ſecuriórque gloriandi ratio? Non poteſt ſeipſum negare Deus, neque non facere quæ iam fecit, vt ſcriptum eſt, qui fecit quæ futura ſunt faciet; faciet, nec deerit ſuo propoſito Deus*; quare beatitudo pauperum firmiſſimas habet radices, quaſi *cedrus exaltata ſum in Libano*, quæ altiſſima cùm ſit, firmiſſimas habet etiam radices; ſic paupertas. *Altiſſima paupertas eorū*, ſublimis eſt, & Deo proxima, eſt enim Deus Saday, hoc eſt, bonorum omnium refertiſſimus, quia omnia habet, atque ita pauper (inquit Auguſt.) ſimillimus eſt Deo, quia nemo proximior eſt ad habendum omnia, quàm qui contemnit omnia, addit Paulus, *abundauit in diuitias ſimplicitatis*, veſtra enim opulētia multis eſt diffuſa ramis, & radices non habet, at felicitas paupertatis non mole, non ſplendore, ſed in ſimplicitate ſita eſt, ſicut multæ dragmæ in vno aureo numo ſimplicius continentur. Beati etiam dicuntur mites, nec leui fundamento, ſunt enim, *quaſi palma exaltata ſum in Cades*, vt ait Ambroſius; hi enim ex quo iram frænant, & à vindicta abſtinent, digniſſimi ſunt cæleſtis coronæ. Vnde obſerua Chriſtiani mitis præclarum ſymbolum. Prodiit verbum Dei, equo inſidens albo, qui color equum frena facilè ſuſcipere, & ſegniorem eſſe ad pugnam denotat. *& habebat arcum*, de ſagittis nulla fit mentio, *& data eſt ei corona*, imò & victoria, *& exiuit vincens vt vinceret.* Quare in introitu iam illi corona & victoria decantatur? vtique quia amoris & manſuetudinis ſpeciem gerit, nam qui vindictæ appetitum frænat, & ſibi ipſi dominatur, & præterea cùm habet arcum, hoc eſt, potentiam, ad vindictam amatorias ſolùm ſagittas mittit, dignus eſt cæleſti corona, & ſempiterna felicitate. *Beati qui lugent.* Putabis lacrymas firmas non habere radices beatitudinis, *cupreſſo* comparantur, *& quaſi cupreſſus in monte Sion*; lugubris enim arbor, teſte Plinio, odorifera eſt, altas habet radices, &

Qui credunt quare iā beati dicuntur.

b In cap. 21. & 22. Apoc.

c Citatum à Ianſenio verbo *articulis fidei*, quos lapillis pretioſis comparat.

a Ser. 68. in Cant.

Fides fundamentum beatitudinis.

Octo beatitudines fundamentum ſunt futuræ gloriæ

Eccli. 24. 17.

Paupertas profundum fundamentū.

11.

Mites ſicut palma.

Manſueti Chriſtiani ſymbolum.

Apoc. 6. 2.

Lugentes cupreſſo aſſignantur.

Plinius.

lacry

Sitientes iuſtitiã platanum imitantur.

lacrymæ non citò areſcunt, cùm peccatorum cauſa funduntur. *Beati etiam qui ſitiunt iuſtitiam*, fames autem & ſitis illa nónne fundamentum & indicium eſt beatitudinis, ideo platano comparatur, *Quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquã*; eſt enim arbor ſitibũ da; qui enim ſitim habẽt, propriæ & aliorum ſalutis hereditatem cæleſtem ſubodorantur; videatur Origenes. *Beati etiam miſericordes, qui ſicut oliua ſpecioſa in campis*, pauperes habent in circuitu menſæ ſuæ, & oleo miſericordiæ bona præparant in vitam æternam. *Beati mundo corde* prædicantur, & Deum viſuros ſpeciatim prænuntiatur, quia *ſicut plantatio roſa in Iericho* (vbi candidæ enaſcuntur, vt ait Origenes,) beatitudinis candor puris & candidis aptiſſimus denotatur. *Beati* inſuper *pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur*, & meritò *cynamomo & balſamo* aptantur, altera enim arbor flores odoriferas, hoc eſt, bona verba, altera balſamo odoratiſſimo diuiſa & conſciſſa vnit, & ſanat, pacifici enim diuiſiones tollunt, conciliant diſcordes, & filij Dei vocantur, *qui eſt pax quæ exuperat omnem ſenſum*. *Beati* denique, qui perſecutiones tolerant, nuncupãtur, & copioſa aſſignatur merces, quia etſi *quaſi myrrha electa*, amaro ſint animo, *dant tamen ſuauitatem odoris*; & bene acerbitas & amaritudo gloriæ accõmodatur, vt gratior, & dulcior ſit poſt labores: nam ſi lacrymæ meæ, ait Bernardus, ſunt deliciæ Angelorum, qui lætantur ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, mihi quàm dulces erunt? *Si mis lagrimas ſon ſalſa y ſaynete con que les ſabe mejor la gloria a los Angeles que ſera a mi? que gozo tendre de auer padecido? omne opus Angelorum laudare Deum, ſed deeſt laudi ſi deſint qui dicant: Tranſiuimus per ignem, & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium.* Vides quàm firmas habet radices illa beata felicitas in meritis bonorum operum? ideo ipſa loquitur Sapientia, *Sic in Sion firmata ſum*, &c. *& radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius.*

Qui perſecutionem patiũtur myrrhæ comparantur.

Gaudiũ beatorum poſt labores perpeſſos.

Eccli. 24. 14.

12. V. Ciuitas in quadro poſita & quadratam felicitatem & pacem ciuium æquali ſorte adumbrat, vnde & ipſi quadrant inter ſe, & amicitia ad inuicem coniunguntur, & ſi verum eſt amicum fidelem protectionem eſſe fortem, qualem putas eſſe fortitudinem illorum ciuium qui omnes quotquot ſunt in eandem voluntatem & ſententiam & opus in æternum conſenſerunt, vbi non eſt *meum & tuum*, ſed vnicuique quadrata ſors cecidit, & tota felicitas in quadro poſita eſt, valdè hominum & Angelorum naturæ conſentiens & quadrans.

Commune gaudium.

V I. Sed quòd priuata non ſit, & vnius aut alterius tantùm felicitas (quod inuidiam excitat) ſed multorum prædeſtinatorum capaciſſima huius vrbis laxitas denotat. *Gozo vniuerſal y contento de muchos.*

Speculorũ ad inſtar inter ſe inuicem reflexionum gloria beatorum communicatur reciproco amore.

V I I. Aurea platea ad inſtar ſpeculi pellucidi & ipſæ domus, & ædificia ex pellucenti auro conflata inſtar ſpeculi, quid niſi communionẽ ſanctorum & gaudiorum denotat. Nam ob mutuam inter ſeſe charitatem cæterorum omnium gloria perfruuntur, ſicuti ædificia ſingula reciprocè inſpectari poſſent, ſi omnia ex perſpicuo & pellucenti auro conſtarent. Mirabile quidem ſymbolum communicationis amoris & felicitatis ſanctorum. Vnde Bernardus [a], Angelos dicit carentes fore beatitudinis ſanctorum, ſi ſanctos inuicem ibi præſentes non haberent. *Audeo dicere expertem meæ beatitudinis ipſam beatam vitam, niſi, ſi dignetur fateri quod per charitatem ea in me fruatur & per me: como el eſpejo es oro de amor y todos eſtan hechos de amor los Angeles gozan de los ſanctos y los ſanctos entre ſi ſe veen y gozan*: vide quæ immediatè hic ex Bernardo ſubiicimus. *Et hæc omnia vnum*, &c.

a Supra.

13. V I I I. Veriſſimam, puriſſimam & perennem felicitatis copiam fluuius ille apprimè denotat, qui optimè fluuius dicitur, ob abundantiam & ſaturitatem, vt Bernardus [b] contemplatur. *In remuneratione torrens eſt voluptatis, & fluminis impetus; flumen planè eſt, ſed quòd affluat, non quòd fluat, vel effluat, flumen vocatur; non quòd tranſeat, vel pertranſeat, ſed quòd abundet iuſtorum expectatio: non aliquod lætum, ſed ipſa lætitia eſt. Nobis enim non fauum mellis, ſed ipſum puriſſimum & liquidiſſimum mel, repoſuit Deus, ipſam planè lætitiam, vitam, gloriam, pacem, voluptatem, amœnitatem, felicitatem, iucunditatem & exultationem theſaurizauit nobis Dominus Deus noſter, & hæc omnia vnum, & participatio ſit Hieruſalem*, &c. & [c], *Quæ eſt iſta copia vbi nihil quod nolis ſit, totum ſit quod velis?* Flumen autem tranſuadari non poteſt, ideo deſcribitur ab Ezechiele mille cubitos habens, quòd licet traiicere conatur, nequit tamen, *nam & menſus eſt mille torrentem, quem non potui pertranſire, quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis, qui non poteſt tranſuadari*. Hebr. *aquæ natationis*. nam mille illi vltimi cubiti quos menſus eſt Angelus, beatorum ſtatum deſignant, qui tranſuadari non poteſt: nam in abyſſum gloriæ cæleſtis ingrediuntur, nando viuunt, nunc intellectum, nunc voluntatem extendentes ad contemplationem, dilectionémque diuinæ pulcritudinis, intumeſcunt enim ibi aquæ profundi torrentis qui non poteſt modo vllo tranſuadari. Præterea *fluminis aqua viua ſplendidus tanquam cryſtallus* nuncupatur, quia gaudium beatificum viuo planè nec vnquam intermiſſo curſu fluit. Certitudo etiam deſignatur, quia nunquam deficiet, ſed permanebit inſtar cryſtalli tranſparentis: vnde impetus iſte fluminis lætificat ciuitatem Dei, nam inde beati verè arbores Paradiſi cæleſtis, gaudium quo rigantur folijs & fructibus iucundiſſimis exhibent toto anno, duodecies ſcilicet, reddentes eundem fructum, hoc eſt, nunquam non exhibentes gaudium eadem ſemper iucunditate gratum. Nam cùm gaudium eſſentiale beatorum idem ſemper ſit, tamen ita ſemper placet ac ſi nouum ſit, & varium, quod per ſe placere ſolet. Eſt igitur & ſine ſatietate conſtans, & in ipſa conſtantia, delectatione varium. *tiene de mas de eſto eſ gloria ſus crecientes quien tal penſara? Gaudium erit in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.* In quẽ locum Bernard. [d] ait: *Tu putas Deum noſtrum totam habiturum ſuæ gloriæ laudem, donec veniant qui in conſpectu Angelorum pſallant ſibi, lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti, annis quibus vidimus mala*, &c.

b Ser. de fallacia præſentis ſæculi.

Copia indeficiens felicitatis æternæ.

c De triplici genere bonorum.

Ezechielis 47. v. 3. & 4.

Status beatorum adumbratur.

Luc. 15. 10.

d Ser. 68.

14. I X. Fluat, inquis, perenni curſu gaudij & felicitatis amnis, cæterũ vnde habemus ciues adeò felices eſſe vt immortalitate vigeant? ideo ſub-

Immortalitas beatorum à ligno vitæ.

dit, lignum in vitæ media vrbe eſſe, & alia arbuſta, per quæ immortalitas & incorruptibilitas figuratur; & vſus huius arboris pro præmio datur his qui lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni. Vnde videtur deſumptum illud

Cap. 65. 18. & 22.

Iſaiæ, *Gaudebitis & exultabitis vſque in ſempiternum, in his quæ ego creo; quia ecce ego creo Hieruſalem exultationem, & populum eius gaudium. Secundùm enim dies ligni, erunt dies populi, & opera manuum eorum inueterabunt.* Quod ſit hoc lignum alibi expendimus, ſed quid opus eſt ad interpretationes confugere, cùm Ioànnes

Diſcurſu 51. 52. vel 53.

alludens ad Iſaiæ caput, felicitatem iſtam deſcribentis, ſicut ipſe ligni meminit, ſic Ioannes lignum vitæ & immortalitatis conſtituit. Quòd ſi gratis in platea immortalitatis fructus & poma dantur, certè niſi deforis veniat, locus non eſt corruptioni & morti: ad hoc autem præcanendum ipſe Iſaias pulcrè murorum cuſtodiam, ſalutem ipſam & incolomitatem

Iſai. 60. 18. *Simile.*

præſcribit. *Occupabit ſalus muros tuos*: ſicut enim tempore peſtilentis morbi fores & muri ciuitatis cuſtodiuntur, ita muros huius vrbis & fores eius ſalus ipſa cuſtodiet, & denique per omnes vias vrbis vitales huiuſmodi arbores diſpoſitæ dicuntur, vt poſſeſſio immortalitatis nullo labore parta ipſis ciuibus concedatur. Vitæ autem dicitur, ſiue vitale lignum, qua ratione etiam *fluuius aquæ vitæ* dicebatur ſuprà, vt plenam intelligas voluptatem & felicitatem, & ex aqua ſapientiæ qua mens tota & intellectus in viſione Dei perfunditur, & pomis vitalis ligni, quibus & vita ſuſtentatur, & *voluntas* reficitur & recreatur. *Folia* inſuper *ad ſanitatem gentium* habere dicuntur, non ad ſanandum, quia ibi nulli morbi & ægritudines ſunt, ſed ad præmuniendum & præſeruandum, immortalitas enim ſanctorum corpora ſanat à quolibet morbo, & cicatrice quæ ipſis in hac vita mortali inerat; ſicut etiam ab omni ſpirituali imbecillitate, ad quam virtutem ſignificandam deſeruit aptiſſimè mira foliorum medicinalium virtus.

15. *Gratia apud Regem ſempiterna.*

X. Præclara quidem hæc dies, ſed ô quàm parum iuuant ad felicitatem ſi deſit quod præcipuum eſt, gratia Regis, & eius familiaritas, quã perditè amãt principes, qui in media abundantia quaſi emortuæ arbores ſunt & eradicatæ, ſi regi grati chariquе non ſint. Sed audi dulce verbum humana ambitio, *& videbunt faciem eius, & nomen eius in frontibus eorum.* Duo hæc vtpote ſumma omnis felicitatis explicanda ſunt. Beatorum enim gloria in hac Dei clara viſione conſiſtit; quamobrem eam intelligamus, & æternitatem eius ſemel aſtruamus. Hic eſt ille meridies quem auidè cupiebat ſponſa, cupiebat enim videre eum ſicuti eſt; *illa namque viſio ſtat* (ait Bernardus [a]) *quia forma ſtat quæ tunc videtur. Eſt enim, nec vllam capit ex eo quod fuit, vel erit mutationem. Tolle nempe fuit, & erit, vnde iam transmutatio, aut viciſſitudinis obumbratio? Solùm verè eſt quod nec adfuit præciditur, nec abeſt expungitur; ſed ſolum atque inexpugnabile remanet ei eſt, & manet quod eſt; cùm igitur ipſe qui ſic eſt, imò qui non ſic aut ſic eſt, videtur ſicuti eſt, ſtat (vt dixi) illa viſio, quia nulla eam interpolat viciſſitudo. No tiene los baybenes y ſuſtos ni temores que la priuanza de los Reyes de la tierra tienen la ſegura como el real que teneis*

a Ser. 31. in Cantica in principio. *Verè nominis dici beatitudo denotatur.*

cula bolſa; ideo addit, *Et tunc illo de Euangelio vnus omnibus qui ſic vident, denarius redditur in vna ſpecie qua offertur. Nam & quod apparet vt inuariabile in ſe eſt, ita inuariabiliter in tuentibus præſto eſt. Ex quibus apparet, nihil videre deſiderabilius volunt, nihil poſſunt delectabilius.* Et

Denarium gloriam ſecuram denotat. Matth. 20.

ſicut habitatores Ægypti nunquam formidant Nili inundationem defuturam, æternos enim etſi ipſis ignotos, fontes ſuſpicantur, vnde illa fluenta manant; ita Dei amicitia & viſio clara quietos & tranquillos reddit beatos, & de perennitate illius viſionis ſecuros; vide verò fontes & ſcaturigines æterni gaudij. *Quando ergo illa vel faſtidiet auiditas, vel ſe ſubtrahet ſuauitas, vel fraudabit veritas, vel deficiet æternitas. Quòd ſi in æternum extenditur videndi copia, pariter & voluntas: quomodo non plena felicitas, nihil quippe aut deeſt tam ſemper videntibus, aut ſupereſt ſemper volentibus.* Itaque cùm ex Deo & viſio & promiſſio & poſſeſſio æternitate conſignata ſit, ex parte videntis & fruentis faſtidium poterat quis ſuſpicari, ideo Paulus cùm de præmio ſtrennè laborantibus dando agit, ait, *Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim ſuo metemus non deficientes.* nam cùm dixiſſet meſſuros poſt labores copioſa præmia & fructus, poſſet quis exiſtimare in Dei fruitione faſtidium aut laborem fore, ideo vt hunc tollat errorem, ait, *non deficientes.* nunquam faſtidio erit illa Dei ſempiterna viſio, atque adeò ex nullo capite deficiet, aut finem habebit. Nam etſi hic nobis contemplatio conceditur, quæ, vt ait D. Thom. [a] in inſpectione diuinæ veritatis principaliter conſiſtit, ſed per ſpeculum in ænigmate: at ſumma illa ac æterna beatitudo in viſione clara Dei conſiſtit; viſione, ob certitudinem, vt notauit Baſilius; clara, vt à modo cognoſcendi in ænigmate diſtinguatur, vt diſertè Auguſtinus [b]. *Hic nobis* (inquit) *contemplatio promittitur actionum omnium finis, atque æterna perfectio gaudiorum, filij enim Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus, ſcimus autem quia cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Quod enim dixit famulo ſuo Moyſi: Ego ſum qui ſum, hoc contemplabimur cùm viuemus in æternum. Ita quippe ait: Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Hoc fiet cùm venerit Dominus, & illuminabit abſcondita tenebrarum, cùm tenebræ mortalitatis huius corruptioniſque tranſierint. Tunc erit mane noſtrum,* de quo dicitur, *Manè aſtabo tibi, & videbo, non quæremus aliud cùm ad illius viſionem peruenerimus; tunc erit quod ſcriptum eſt: Adimplebis me lætitia cum vultu tuo; illa lætitia nihil amplius requiretur, quia nec erit quod amplius requiratur.*

A ſimili.

Securitatis fontes in beatis qui ſunt.

Nullo tedio afficientur in æternum.

Galat. 6.

Contemplatio umbra gloriæ & viſionis. a 2. 2. Quæſt. 180. art. 4.

b 1. de Trinit. c. 8.

Pſal. 5. 5.

Pſal. 15. 11.

XI. Eſt vtique Domine quod deſideretur: nam licèt gratia regum magni fiat, & in conſpectu eius verſari omnibus donis præſtantius habeatur, at quàm leui de cauſa reges amicitiam violant, familiaritatem deſerunt, & charos à ſe propellunt, qui nodus cùm abrumpitur, non ſine vitæ diſpendio corruit vniuerſa felicitas. Abſit hoc, inquit Ioannes, à Rege noſtro, cautum enim eſt ne maledictum in ea locum 16.

Non poſſunt à diuina gratia cadere.

habeat,

habeat, aut quidquid gratiam violare poſſit. *Et omne maledictum non erit amplius*; & æterno Domino coæterni erunt ſerui eius, *Sedes Dei & Agni in illa erunt, & ſerui eius ſeruient ei.* Quod vt certum ipſius ſummi Regis oraculo conteſtatum maneret, ipſe ſummus Rex ſic ſecum loquens depingitur ab Iſaia, *Indignatio non eſt mihi*, non amplius beatis meis metuendum eſt mihi. *Quis enim dabit me ſpinam & veprem.* Non ſum affectus iam in hanc vberem & gratam vineam, eo affectu quo in aliam infidelem & ſterilem, cuius ſepem euerti obruíque permiſi ſpinis, quibus adactus & ſtimulatus in ſupplicium properaui: at nihil iam adueniet quod me pungat & faciat eſſe in ſpinam, & in ſupplicium. *In prælium gradiar ſuper eam, ſuccendam eam pariter?* iam non armabo indignationem meam, iam bello exauthoratus, iam in æternum arma poſui, imò potiùs amplexus & amorem fortiſſimum præſtabo illi, *tenebit potiùs fortitudinem meam*, non efficiet vt clemens non ſim, & mea fortitudo (quo nomine miſericordia nuncupatur) nuſquam de ea vindicanda ab omni malo ceſſabit. *nam omne maledictum non erit amplius*; & addit Propheta, *faciet pacem mihi, pacem faciet mihi*, in æternum ero erga illum miſericors, quia in æternum mea hæreditas faciet pacem mihi, & ſeruiet mihi in æternum; quæ verba conſona ſunt verbis Ioannis, *& ſerui eius ſeruient ei.*

Æterno Domino coæterni ſunt.

In æternũ miſericors Deus in beatos.

17. XII. Quòd ſi nomen, *ſeruorum*, aliquid tantæ felicitati adimere putas, aut ſeruiendi munus continuè & ſine intermiſſione bonis illis perfruendis obfuturum, audi quod additur, *& nox vltra non erit, & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine Solis*; in illa enim Dei gratia & amicitia nec abruptio, nec intermiſſio, nec viciſſitudo eſt, *no ay noche como en las felicidades de aqui, ni an meneſter fauores ni intercesores, ne tiene menguantes como la luna ni eclipſis como el ſol*; *quoniam Dominus illuminabit illos.* Et ne putes aliquid bonorum operum deperiiſſe, aut in illa vrbe aliquid deſiderari ad eius opulentiam & copiam, addit, *Omnes reges afferent in eam gloriam ſuam*; quo vno verbo quidquid de ſanctorum meritis dici poterat, ſatis explicatum eſt. Sed quid immoror, faciam finem dicendi vbi infinitum eſt quod dicendum erat. *Et regnabunt in ſæcula ſæculorum.* Amen.

Seruorum nomen abrumpendam felicitatem nõ denotat, nõ enim eſt viciſſitudo in gloria.

18. Quapropter, HOMO DEI, quod adiiciam tot gloriæ ornamentis, quibus te præditum ob ſpem perennis imperij Deus vocat, haudquaquam reperio. Atque vtinam mihi contingeret vt virtutibus te potius meritíſque immortalibus, quàm verbis expolitum cernerem. Veniat tibi illud in mentem, te quaſi vnam ex arboribus eſſe, quas vidit diuinus Ezechiel, *Super torrentem orietur in ripis eius lignum pomiferum, & non deflue[t] folium eius ex eo, & non deficiet fructus eius.* Ex quo liquidò tibi conſtat operæpretium eſſe ad eam nouitatem à qua propter ignauiam tuam & ſocordiam prolapſus es per ſtudium ac diligentiam vitæque purgationem iterum redeas; cuius rei fidem faciet Tertullianus [a], illud aſſerens veriſſime, *Hominem non natura in bonum diſpoſitum eſſe, ſed inſtitutione*; forte enim ideo Deus formato homine non dixit quòd eſſet bonus, vt intelligeret illam bonitatem inchoatam eſſe, non perfectam, & abſolutam. Itaque vt arbor aſſiduo agricolæ ſtudio curáque debet excoli, ſic hoc munus vnicuique impoſuit Deus, vt ſeipſum ſtudio & exercitatione bonum faceret. *Planta igitur cæleſtis cùm ſit homo* (vt ait Clemens Alexandrinus [b]) *vt cæleſtes quoque virtutum fructus ferat, inutiles vitiorum ſtolones pœnitentiæ ferro circuncidat. Arbor enim*, vt ait Lyricus, *ab ipſo ducit opes animúmque ferro*; & Ambroſius [c], *Vnicuique ſua cultura fruges donat.*

Perorat[i]o & totius operis epilogus.

Cap 47.52.

a 2. Contra Marcio.

Non parum iuuat diſciplina renouationis & ſtudiũ eã adipiſcendi.

b In adhortatione.

Horatius.

c In cap 7. Luc.

Portò hanc reſtaurandæ mentis culturam ac laborem primùm Deus ipſe eſt auſpicatus aloquio ſuo, verbíſque ſacratiſſimis. *Tu eſto* (ait Chryſoſtomus [d]) *arbuſculæ tuæ diligens cultor, ô Homo, arida & infructuoſa reſeca, fructuoſa etſi luxuriant, abſcinde, vbertate enim germinis, non inani ſpe Dominus delectatur.* Excultus ergo cùm ſis, & aſperſus diuini eloquij rore, non poteris non pulcerrimas frondes effundere, aut illo vbertatis dono carere, *& folium eius non defluet*, quod eſt ſermo cæleſtis quo ſubactus & inſtitutus homo abundare debet in primis verborum cæleſtium copia, vt nunquam ex ore eius deficiant, tum ad exhortandum, tum ad conſolandum, tum etiam ad arguendum. Veruntamen, quia hoc apparatu vniuerſo non tam verbis ad docendum, quàm rebus ad agendum te inſtituere contendi, illud officij tui erit, vt ad vberrimum fructum conſilia tua mentémque dirigas. Quam rem iam antè in principio temporis Deus PATER inchoauit, fecit aſſumpta mortali carne FILIVS, perficere verò SPIRITVS ſanctiſſimus nunquam deſiſtit.

d Hom 23 in varia Matthæi loca.

Verba Dei folia noui hominis.

Fructus bona opera. Agricola tres diuinæ perſonæ.

INTRODVCTIO. Nihil amiſit Lazarus moriens, imò maiora pericula ſubiit dum reuocatur ad vitam & proſperitatem. ad hoc Ezech. c.14. *Terra cùm peccauerit, non extendam manum, ſi fuerint tres viri iſti, Noë, Daniel & Iob.* Gloſſa hos vt iuſtiſſimos proponit, quia ante tribulationē, & poſt ipſā duplici proſperitate frui permiſſi ſunt, & inuenti iuſti, & amici Dei, vnus ex his eſt Lazarus. Vide claſſe ſeq. verba Senecæ.

ALIA. Languor ſenſim in infirmitatem, infirmitas in mortem tranſiit. Operæpretium eſt omnes languoris cauſas amonere. Parcè in primis vtimini rebus creatis. Gen. 9. *Quaſi olera virentia*; manet enim cœna magna, & prima fercula ſunt creaturæ, nolite veſci ad ſaturitatem, ne occaſionem detis ægritudini quæ veluti mors fugienda eſt, ideo Gen. 49 Laudatur Ioſeph ſupra omnes equites; *inuiderúntque illi habentes iacula*, quia lubrica occaſione victor euaſit, vicit omnes equites: nam licèt qui in caſu vel galerum palliúmve amittit, gloriam etiam apud homines amittit; tu verò mittendo pallium victor fuiſti. Chryſoſt. ſerm. de Ioſeph. *Habe apud te exuuias, teſtimonium pudici victoris*, &c. Caue ergo languorē ne tranſeat in mortem & fœtorem.

ALIA. *Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua.* Pagn. Vatabl. [illegible] *bra tua.* Semper enim per[illegible] ſequitur: hæc autem c[illegible] ſole occidit; diuina verò [illegible] abeſt

abeſt, vbi gratia & amicitia adeſt, *Lazarus amicus.*

DOCTORES ET PATRES.

De caſtello Marthæ. Nobilis & diues nihil amiſit moriendo, viuentes enim Principes deſcribuntur a Iob. *Egeſtate & fame ſteriles.* Seneca epiſt. ad Lucilium. *Congregentur in te quidquid multi locupletes*, &c. addit Iob, *qui rodebant in ſolitudine, aſolas ſe van a roer como perros hambrientos ſinqueser pariter connadie.* De hoc Chryſoſt. hom. 30. in Gen. c. 11. *Celebremus nomen noſtrum.* Ædificat ille domum, vt immortalem ſeruet memoriam, de caſtello Marthæ. Mortuus eſt in adoleſcentia, & de hoc dolent ſorores, ſed non eſt immatura mors ei qui diligit Chriſtum, & eſt Dei ſeruus; amor enim accelerat amantem vt cupiat mortem. Pſal. 38. *Concaluit cor meum intra me*, &c. *Notum fac Domine finem meum.* Angitur, quia æſtu amoris ardet. *Señor tengo de viuir mucho.* Porrò amicus Dei etſi mortuus eſt viuit in cælo. De hoc Chryſoſt. hom. 2. in Acta Apoſt. *Angeli de cælo venium*, &c. *& tu ploras.* & 1. Cor. 1. hom. 1. *Conſolatur nos.*

Æger animæ. Multo amarior eſt: at quis dicat animam mortalem eſſe. Greg lib. 4. moral. c. 7. *Anima immortaliter mortalis eſt, & mortaliter immortalis.* Vide verba Auguſt. tract. 49. in Ioan.

Mortem carnis, &c. Iuſti à delicto quaſi à ſomno excitantur, alij altè dormiunt. Auguſt. tract. 49. *Genus mortis mala conſuetudo appellatur.* D. Greg. lib. 4 moral. c. 4. *Sepultura aggere premitur*, &c.

SCHOLASTICI.

Erat quidam languens. Introductio, & de Chriſti Domini commiſeratione 1. p. q. 21. a. 3. De hodierno miraculo. 1. p. q. 115. art. 8. *Infirmitas hæc.* 1. p. q. 19. art. 7. Sed pro gloria Dei. 1. p. q. 65. a. 2. & q. 70. a. 2. & 1. 2. q. 47. art. 7. Item *vt manifeſtetur filius Dei.* 3. p. q. 43. a. 4. Turbauit ſe. 1. 1. q. 24. a. 2 & q. 59. a. 2 & q. 14. a. 3. ad 1. & 3. p. q. 9. a. 5. & q. 15. a. 4.

Manſit duos dies. 2. 2. quæſt. 47. art. 9. ad 3.

Lacrymatus eſt Plorat vt conſoletur ſe. 1. 2. q. 38. a. 2. & vt leuet dolorem ſororum. *Voce magna.* Supplem. q. 76. a. 2. *Ligatus prodiit*, vt ſignificaret poſt dimiſſam culpam reatum manere pœnæ, & obligationem ad ſatisfactionem. 1. 2. q. 189. art. 6. Item ait Chriſtus, *ſoluite eum.* 1. 2 q. 102 a. 3. ad 8. & 1. p. q. 103. a. 6. An hæ lacrymæ Chriſti mœroris fuerint cùm ſciret dormire Lazarum, & ſtatim ſuſcitaturum illum. Baſilius hom 4. de gratiarum actione. Quis veſtrum amicum dormientem lamentetur, aut lugeat quem ſperat aliquando expergefactum iri, &c. Chryſolog. lætitiæ cauſa fudiſſe ait, ſerm. 64. vide. Actorum 26. de reſurrectione agente Paulo Feſtus ait: *Audiemus te de hoc iterum*; nemo verò audeat hoc promittere.

RECENTIORES.

Erat quidam. Veni foras. Ceruantes Sap. 2. theor. 60. & fol. 224. 229. *Amicus noſter.* Talis matura morte decedens maturus etiam & ſenex moritur. cap. 4. theor. 10. De morte peccati Paez in epiſt. Iacobi c. 1. v. 15. §. 2. *Nonne duodecim horæ ſunt.* Summa inconſtantia vitæ denoratur. Paez c. 3. v. 6. §. 2. ad illa verba, *Hunc etiam eſt. Languens.* Incertitudo vitæ. cap 4. v. 14. §. 1. *Gratias tibi ago.* Orandum cum gratiarum actione. Paez in Cant Moyſis text. 1. annot. 2. Ioan. 11. n. 41. in margine, & annot 5. *Infirmatur.* In tempore tribulationis exaudit Deus, & ſuccurrit ſuis. Cant. Moyſis text 2. annot. 4. *Inuenit.* Ironica irriſio. cap. 11. Eccl. Pineda v. 9. n. 1 & v. 10. Moribundi vel defuncti ſigna c. 12 Eccl. Pineda verſ. 7. interpretatione 4. & 5 *Ecce quem amas.* Soto maior in Cant. pag. 203. col. 1. & 204. col. 2. Amanti nuntiaſſe ſat eſt. pag. 985. col. 1. *Eamus in Iudæã iterũ.* Amoris œſtro pungitur vt properet. pag. 985. col. 1. *Nunc quærebant te lapidare.* Cura officij, non vitæ tuendæ, pag. 646. col. 2. *Si quis ambulauerit in die*, i. mecum ac me duce qui lux ſum mundi. pag. 177. col 2. *Infremuit ſpiritu* Mulieres eſſe oculorum dolores, Alexander aiebat pag. 823. col. 2. *Eamus & nos, & moriamur cum illo.* Saltim per mortificationem. Ghiſlerius in Cant. pag. 915. col. 2. & vide ibi Elenchum in Euangelia.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P Barrad. tom. 3. lib. 6. c. 1. P. Bened. Fernand. in Gen. *Languens*, Lazarus. Adoleſcentes caſtigandi, ſin minus, à Deo morte mulctantur. c. 9. ſect. 11. præcipuè n. 5. in fine. Inobedientiam iuuenum comprimit ſaltem mors, & alia circa hoc cap. 3. ſect. 38. n. 6. Sed inde gloriam ſuam & pœnitentiam nobis lucratur Deus. n. 7. Sic etiã orbem in iuuente morte caſtigauit tanquam iuuenem. cap. 7. ſect. 4. n. 8. *Amicus dormit.* De requie iſta iuſtorum cap. 8. ſect. 1. n. 5. *Domine ecce quem amas*, Orandum cum fide & ſpe atque amore. c. 12 ſect. 9. n. 4. *Sed tunc manſit duobus diebus*; ſcit enim quando petita concedere oporteat. cap. 14. ſect. 10. n. 6. *Ingemuit, lacrymatus eſt*, Triſtitiam Dominus ſuſcepit pro nobis. cap. 3. ſect. 38. n. 1. & n. 6. ex Ambroſ.

Pro gloria Dei. Etiam in amicis & iuſtis mirabiliter, glorioſior apparet affligendo illos. c. 14. ſect. 3 n 4. *Facies eius ſudario erat ligata.* Pudor ex antiqua culpa tollitur per veram pœnitentiam. c. 3. ſect 22. num. 1. ante finem, *Soluite illum.* De poteſtate ſacerdotis, & de confeſſione, c. 8. ſect. 2. n. 2.

P. Cornelius in Paulum habet in dicem Euangeliorum.

De conſuetudine peccandi & qualem fœtorem generet, P. Barrad. tom. 3. lib. 6. c. 4. à n. 21 ibid. c. 5. de reſurrectione carnis à n 1.

Amicus noſter. Deletur memoria hominum niſi ſcribantur in corde Chriſti Pineda in Eccl. c. 1. v. 11. per totum. Ignorat diem mortis homo. c. 3 v. 11. n. 8.

Iam fœtet. Nomen malum & fœtidi mores diuitum peccatorum poſt mortẽ fœditatem & fœtorem oſtendunt incluſum in maieſtate delitiis, & fama. c. 7. v. 2. n. 4. Vide c. 7. v. 18. n 7 De vi mortis & peccati ex ſimilitudine venti & itari Regis. c. 8. v. 8. n. 6. & 7. Breuitas vitæ noſtræ. Antonius Fernand. viſ. 23. ſect. 2 num. 3. ante maturitatem vncino pomorum à morte deceptus eſt. viſ. 28. ſect. 2. n. 3.

NOSTRA.

Languens. Etiam à iuuenibus exigit mors ſolutionem bonorum Dei d. 130. 12. Mors beſtiæ comparatur, quæ fœno, i. ſenibus ſaturata irritat ciborum appetentiam iuuenum viriditate, Eccl. c. 40. n. 16. *Super omnem aquam viriditas*, &c. Hoc erat Lazarus, & qui attentè res conſiderat iam languentes videt. Iob 5. Gregor. 6. moral. c. 4. *Vidi ſtultum firma radice*, vſque *ſtatim.* d. 167. 14.

Miſerunt ſorores. Benè ad Chriſtum primò confugiunt in tribulatione. d. 144. n. 27. Modeſtia in oratione etiamſi ſit fiducia plena. Bernard. de gradibus humilitatis, gradu 12.

Quem amas. Iam ſenſerat ipſe malum. d. 138. n. 29. & 30.

Infirmatur. Ad verum medicum confugiunt qui altera manu febrem mittit, altera tollit. Iob 5. *Increpationẽ Domini ne reprobes*, &c. d. 22. n. 8. Sed nobiles cùm iam mortua eſt filia, ſicut Archiſynagogus, vel cùm iam æger extra mentem eſt adhibent media animæ. diſc. 134. num. 3. & 38. 16.

Amicus dicitur; & nihilominus mortem guſtauit, & quare. diſc. 25. n. 16. & tribulantur ſorores. diſc. 144 num. 25.

Dormit. Mors ſomnus, & alia, d.

101. 57. 58. & 41. Amicum vocat, quia Chriſtus etiam mortuos amat, & eis numquam deeſt. D. Thom. Amicus non quia amet Lazarus, ſed quia ametur a Chriſto, vide alia in D. Thoma, & d. 112. 15.

Reſurrectio & vita. Sapienter permiſit mortẽ, vt educeret vitam. d. 33. n. 7. Quam hilariter Chriſtum excipiunt etiam mortuo fratre non friget deuotio iuſti tribulati. Eccli. 33. præcordia fatui, &c.

Lacrymatus eſt. Medicinam conficit reuocantem ad vitam mortuos. diſc. 116. 32. Dolor & lacrymæ tanquam ſanguis materna præcordia manifeſtant, ita vt dicere poſſimus cum Salomone. *Hæc eſt mater eius.*

Veni foras. d. 110. n. 27. & quare lacrymatus eſt, ibid. paulo antè.

Dominica V. in Paſſione. Ioan. 8. *Quis ex vobis arguet.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Tolet. Mald. Salm. tom. 8. tract. 41.

INTRODVCTIO ex Paulo ad Hebr. 11. n. 19. *Vnde in parabolam accepit.* Exempla præceſſerant huius mortis, ſed vmbræ quidem ſi cum oblatione Chriſti componantur. Vide P. Salazar Prou. 1. num. 14. per totum.

ALIA. Quãdo criminali cauſa aliqua ſatis cõflictata, eò perueniunt litigantes vt vnus alteri generis ſanguinis, morũmve maculas obiiciat, extremæ iræ, ne dicam inſaniæ, ſignum eſt. Nõnne apud Ezechielem ſimile quid reperies. c. 16. Iubetur Propheta quis Deus, quæ item Hieruſalem ſit diſſerere. *Hæc dicit Dominus.* Facilique negotio eius attributa prædicauit, ſatis toto orbe nota. Hieruſalem verò fæces ſanguinis, ignobilem proſapiam, ortum fœdiſſimum prodit. *Radix tua de terra Chanaan, decendes del gran cã. Pater tuus Amorrhæus* captiuus in Africa. Mater tua Cethæa, India videlicet vecors, barda, nuda &c. *Non eſt præciſus vmbilicus* adhuc: Gentilicos mores turpémque ſanguinem hauris. Iam Chriſti cauſa agitatur, & ad morum diſquiſitionem deuentum eſt. *Quis ex vobis.* Ego vos actores conſtituo, ſed vę vobis falſi, mendaces, veritatis hoſtes, filij dæmonis, & qui æternæ damnationis & reprobationis ſigna non leuia præfertis. O quis finem litis exſpectet, crux quidem finis erit diſcordiarum.

DOCTORES ET PATRES.

Barbarum vocauit peccatum Chryſoſt. Cuncta deſtruit, ſed hæc damna deſcribit tom. 5. hom. de vanitate & breuitate vitæ. *Creaui ego cælum,* &c. Tollit potentiam Iſai. 50. & Ambroſ. in hæc verba, *Quis eſt creditor meus cui vendidi vos?* ego minimè neceſſitate compulſus vos vendidi. *Ecce in iniquitatibus veſtris venditi eſtis.* Orig. hom. 16. in Exod. *Et vide qua pecunia vos emat dæmon, homicidio, adulterio, in pecuniam accepiſti,* &c. peccatum quidem quod tu in Adamo execraris, & quotidie perpetras Bernard. ſerm. 1. omnium ſanctorum. *Qui fieri potuit,* &c. Deſtruit ſapientiam. *Sicut equus & mulus*; eſt enim animal monſtruoſum, degenerat enim à parentibus & peccator etiam. *Vos ex patre diabolo eſtis.* Plato legatur dialogo 9 de republica.

Finge itaque, &c. Perdit *amorem*; caro enim dominatur, ſed ſpiritus habet patrocinantem Chriſtum. De hoc quæritur caro. Bonauentura in ſtimulu amoris c. 14. *Tibi Deo Patri iuſto,* &c. Purgat ergo ſe Chriſtus à peccati calumnia, quaſi de antichriſto qui deſtruit omnia. *Si veritatem.* De odio veritatis vide Aug. lib. 10. confeſſio. cap. 23. *Quicumque aliud amant,* & alia plura vide apud P. Barrad. tom. 3. lib. 1. cap. 21. num. 28 &c.

Qui ex Deo eſt. Bern. ſerm. 1. Septuageſimæ *Nonnullos ſic interdum.* Mirabile ſilentium & manſuetudo Saluatoris in tanta poteſtate & maieſtate, Greg. in Iob 30. *Amica enim poteſtati penè ſemper impatientia eſt.*

SCHOLASTICI.

Arguet me de peccato. 3. p. q. 2. a. 12. & q. 15. a. 1. *De peccato.* Hoc timet iuſtus, non pœnas. 1. p. q 48. a. 6. An ſit peccatum bonum ſuum cognoſcere, & approbare cõſcientiam ſuam, 2. 2. q. 132. art. 1. in corp. Item de iactantia. 2. 2. q. 112. a. 1. in corp. Item quando ſit laudabile appetere gloriam ſuam, & bonam famam. 2. 2. q. 132. art. 1. ad 3.

Si veritatem. 1. 2. q. 29. a. 5. & 1. p. q. 16. De veritate, & de veracitate 2. 2. q. 109. per totam. *Nõnne bene dicimus nos.* An Chriſtus debuerit prædicare Iudæis ſine eorum offenſione. 3. p. q. 42 art. 2. *Non quæro gloriam meam.* 2. 2. q. 132. a. 1. Ad hoc afferri poteſt quod alibi Chriſtus, *quomodo poteſtis credere qui gloriam ab inuicem quæritis.* 2. 2. q. 132. a. 3. *eſt qui glorificet.* 1. 2. q. 2. a. 2. *Abſcondit ſe.* 2. 2. q. 97. a. 1. *Abraham vidit Deum meum.* Quinam iſte dies fuerit. P. Barrad. tom. 3. lib. 1. c. 21. n. 11. An ſit dies æternitatis. Aug. incertum eſſe dicit tract. 43. Sed de die aduentus Chriſti in mundum intelligi videtur.

RECENTIORES.

Quis ex vobis. Ceruant. cap. 7. Sap. theor. 86. vſque ad 103. & fol. 180. 431. 485. 486. 481.

De peccato. Hæc non dicat peccator, ſed agnoſcat ſe, nec execretur confeſſarium, qui ipſum arguit de peccato, & diſcutit conſcientiam ſuam. Paez in epiſt. Iacobi c. 1. v. 16. in expoſitione litteræ. *Vos inhonoraſtis me.* Debemus prouidere noſtræ famæ. Paez c. 3. v. 8. §. 1. & v. 12. De mordacitate linguæ. §. 1. & ante. *Si veritatem.* ibid. Manſuetudo & lenitas Chriſti verè Deum, & verum paſtorem denotabat. c. 3. v. 13. §. 2. *Si veritatem*; quia inuidi nec aſſerunt eam, nec audire poſſunt. c. 3. v. 14. §. 6. etſi error eſt in impreſſione Lugdunenſi. Sed ab impugnatoribus illuſtratur. c. 3. v. 14. § 8.

Quis ex vobis. Redarguit poſtea eos pag. 139. col. 1. Vt fuerit impeccabilis. Soto orator in Cant. pag. 286. col. 1.

Electus ex millibus. Quis enim poterat redimere niſi immunis à peccato. pag. 999.

Si veritatem dico. Quare odium parit. pag. 1023. col. 1. Veriſſima doctrina eius pag. 611. col. 1. Veritatem primam & puriſſimam diſtillant labia mea, & transeuntem, vt habent Hebræa, quia ſine fructu per aures iſtorum præteribant. pag. 1021. col. 2. *Non quæro gloriam meam.* pag. 975. col. 1. & 979 2.

Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Prouenit ex dilectione Dei, vt illius verba libenter audiantur. Ghiſlerius in Cant. pag. 960. col. 2. & 41. col. 2.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 3. lib. 1. cap. 10. P. Bened. Fernand. in Gen. Triſtitia & quaſi incubo laborans Dauid ſomniat, & verè dolet audaciam humanam arguentem Deum de peccato, ſolatur triſtitiam aduentu lucis, & Meſſiæ. *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam.* Ad hanc admirationem & mundiciem Chriſti vide Fernand. c. 1. ſect. 3. n. 10. maximè cùm peccatum vmbra ſit à qua diuiſit Deus lucem, ideſt, Chriſtum. c. 3. ſect. 17. n. 3. & c. 3. ſect. 21. n. 3. quàm acriter arguet ipſe nos de peccato. c. 11. ſect. 8 n. 2. Securitas bonæ conſciẽtiæ, quæ ſi arguitur non conuincitur de peccato. c. 4. ſect. 12. n. 4. & c. 4. ſect. 14. num. 5. reproborum verò malè quieta. c. 6. ſect. 2. n. 6. iuſtorum verò c 8. ſect. 3. n. 6. *Si veritatem.* Veritas Chriſti columba. c. 3. ſect. 1. n. 7. Veritas

Digitized by Google

ritas Chriſti columba.c.3.ſect. 1. n. 7.Sed hominibus odioſa.c.11. ſect. 13.n.4. *Ego dæmonium non habeo*. c. 4. ſect. 2.n.4.& 6.

P.Cornelius in Paulum habet indicem Euangeliorum.

Melius eſſet non fuiſſe animam quàm inimicam eſſe Dei, & de peccato poſſe conuinci. Pineda Eccl. 4. v.4. In digreſſione calumnia irritat animum, at vir ſapiens cohibet iram. Eccl.c.7. v. 9. ſed præcipuè c. 7. v. 10. P. Pineda ibi. Patientia & manſuetudo Chriſti inſtruit prælatos.c.7.v.17.n.5. Arguere de peccato munus cæleſte eſt. Ant. Fernand. viſ.33. ſect.1.n.3.

Detrahebant iſti ſermonibus veritatis, ſed arguere & conuincere non poſſunt. P. Pineda Iob c. 6.v. 25.n.1.2.& 3. *Samaritanus es tu*. Contumelia grauiſſima.c.3.v.2.ſect. 2.n. 5. *Non quæro gloriam meam*. Sic verus conciuuator non captet gloriam vulgi.c.3.v.1.num.8. *Abſcondit ſe*. De more iudicum cùm laturi erunt ſententiam capitalem. c. 9.v.24.n.4. & c.13.v.24.n.4.

NOSTRA.

Amor nimius filiorum adducit Chriſtum ad crucem.d.2. n. 2. 3. & 4.& proprietates filij adoptati ſunt in Euangelio. Vide & de cruce.d.61. n.1.& ſeq. Mater eſt crux.d.2.0.2.& d.62. num. 8.& d.63.maximè 0.12. Amor moriendi.d.65.n.1.

Quis ex vobis. Probat innocentiã ſuam, vt poſſit corripere eos. d 66. n..0. Parum eſt ſi ſanctus ſit Præſul ſibi, niſi etiam aliis nota ſit ſanctitas, non ad vanitatem, ſed ad exemplum. Exodi 28. Audiatur ſonitus quando ingreditur ſacerdos,&c. d. 21.n.12.d.96.n.23 &c.

Si veritatem. Sciebat veritatem liberam eſſe, nec poſſe alligari, nec inficiari poterant.d.50 n. 17. Ratio eſt, quia veritas eſt vincta, & cùm in libertate non ſit, non auditur. Rom. 1. *In iniuſtitia detinent*, ideo in curia & in aula ſacerdotis nec Petrus audet proferre veritatem. Ambroſ. lib. 10. in Luc. c. 22. Ingenua & libera non poteſt vinculis tradi.d.5. n.18.& 107.

Nónne benedicimus nos. Vbi deeſt ratio, detractor dat pondus detractioni, ex authoritate perſonæ. d. 47.n.13.& 16.

Samaritanus es tu. Detractionis & huius contumeliæ cauſa, error eſt & audacia detrahentium.d.7.n. 23.in fine.

Ego dæmonium non habeo. Chryſoſt. Lingua noſtra eſt lingua Chriſti, ſi manſuetè loquatur, & qui ita loquitur maior eſt quàm qui futura prædicit.d.106.n.20. & 105. 19. Noluit miraculis audaciam iſtorum retundere. Nam, vt notauit Aug. ſerm.6. in paraſceue miracula vitæ Chriſti erant ad dominum placitum, at miracula paſſionis, vt diſcant quid placeat Chriſto, vt ſcindantur corda, vt ſuperbi humilientur, vt ſol iuſtitiæ ſolus illuminet.

Crucis damnatur. Tria Chriſti attributa ſub infima ſpecie crucis manifeſtata. d. 62. n. 2. &c. Amor quo in crucem pergit ardentiſſimus. d. 74.n.6.7.& d.74.n.8.

Feria 4. Dom. V. Quadrag. Ioan. 10. *Facta ſunt encænia.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Tolet. Mald. n. 22. Salm.tom.8.tract.43.

INTRODVCTIO ex Iſai. 30. v. 8. *Nunc ergo ingreſſus ſcribe ei*. Inſcribe ſic litteras, *ſuper buxum, & in libro diligenter exara illud*: triaque crimina illi obiice. *Populus enim ad iracundiam prouocans eſt, & filij mendaces, & nolentes audire legem Dei*. Secundum. *Qui dicunt videntibus, nolite videre, no bagaiſcaſo de lo que ſe predica. Loquimini nobis placentia, videte nobis errores*. Tertium, inſaniunt iſti Prophetæ dum iamiam adeſſe Meſſiam effutiunt. *Auferte viam, quia à alla tanto ya viene, élo élo, hæc dicit Dominus, hæc dicit ſanctus Iſraël*, litteras tamẽ buxo commendare non vacat myſterio, non ſolùm quia buxus eſt magis ad excipiendos characteres idonea, nec quia eſt ad diuturnitatem firmior, peccata verò hæc & diuina beneficia iubet Prophetæ Deus vt in æternum maneant conſignata. *In teſtimonium vſque in æternum*. Sed ideo in buxo exarantur, quia pallidus color mortem & damnationẽ indicat, & ſicut amoris gratia vel zelotypiæ ardentes vt diuturniores ſuas querelas facerent buxo inſculpebant, vel alteri arbori, & augeſcente arbore etiam litteræ maiores fierent. Sic Chriſtus querelas ſuas defert ad Phariſæos & in crucem, quam Dominica præcedenti eduxit, ſcribit: ſed iam hodie accuſationes grauiores ſunt, & damnationis litteræ manifeſtiſſimè mortem ipſi minantur.

DOCTORES ET PATRES.

Facta ſunt encænia. Renouatio animæ, templi ſcilicet Dei. Auguſt. epiſt.57.ad Dardanum. *Vt enim ſimul omnes vnum templum & ſinguli templa ſumus*. De hac renouatione vide in theſauro rerum, verbo *Nouus homo, & renouatio*: & Barrad.tom.3.lib.4.c. 18.è num.16.

Quouſque animam noſtram tollis. Animus ſubdolus non amat veritatem. Chryſoſt.hom.60.in Ioan. *Charitate quadam*, longè. *Vos non eſtis ex ouibus meis*. Chryſoſt. Nota, inquit, etiam cùm repellit allicit, dicens, *Vos non auditis*, &c. *Hæc autem dicebat vt oues fieri admitterentur*. hom. 60. in Ioan. *Non peribunt in æternum*. Auguſt.tract.48. in Ioan. *Non peribunt*,&c.& P.Barrad.tom.3.lib. 4. c. 19.num.18.

Nemo rapiet eas. Chryſoſt. hom. 60. in Ioannem. *Quia ergo ſi propter Patris virtutem nemo rapit*,&c. *Ego & Pater vnum ſumus*; lege diuina verba Bern.ſerm.71.in Cant.

Mando cùm arguor, glutior cùm inſtituor,&c. *tulerunt lapides*. iuxta illud Pſalm.54. *Non eſt illis commutatio, & non timuerunt Deum, extendit manum ſuam in retribuendo*. Mutare noluerunt mentem, & pro ſummis beneficiis ſummum maleficiũ, i. necem retribuerunt. Chryſoſt. huc loco. *Animo deſperato nihil peius*,&c. Aug. hic. *Tanta duritia quo currerit niſi ad ſimiles*,&c.

SCHOLASTICI.

Encænia. De feſtis Iudæorum 1 2. q.102.a.4. Item encæuia ſunt renouationes, & reædificationes per pœnitentiam.3.p q.84.a.6.ad 3. *Cognoſce oues meas*. 1.2.q.2.art.3. Item cognoſcit oues, ſicut gubernator cognóſcit vſque ad particulariſſima ſubditorum.1.p.q.103.art. 5.& 6. Item Chriſtus *cognoſcit oues*, quia illas ſigno impreſſo in baptiſmo ſignat. 3. p.q.63.a.1. *Non rapiet eas*.1.p. q. 24. a 1. Operibus credite de miraculis. 3 p.q.43. art. 1.& 4.ad quos ſermo Dei.1.p.q.13.a. 9. *Propter quod opus*. 2.2.q.82.a.3. *In me eſt Pater, & ego in patre*.1.p.q.42 a.5.q.27.a.1.& 3.q.37. a.1.& 3 p.q.2.a.9. *Non creditis mihi, quia non eſtis ex ouibus meis*, i. prædeſtinati. ita Auguſt. Sed difficultas eſt, nam non eſſe prædeſtinatum non eſt cauſa cur homo non credat: nam poteſt eſſe reprobus, & credere. P.Barrad.tom.3.lib.4.c. 16. num. 53. Bonau.tom. 2.opuſc. meditatione 64.

RECENTIORES.

Facta ſunt encænia. Ceruantes Sap. c.7.theor.100.101. & fol.765. *Ambulabat* IESVS. Quã facile inuenitur ſapientia. Ceruantes Sap. 6. v. 13. theor.51.præſertim theor.54.& 55. *Ambulabat*, vt partem illam templi ſanctiorem à negotiatoribus purgaret. Ira ſalutaris. Paez in epiſt. Iacobi c.1.v.19 § 9. *Facta ſunt encænia*. Probat Eccleſiaſticum cultum. Soto maior in Cant. pag. 318. col. 2. & quia renouationis feſtum feſta Eccleſiæ denotabat. pag 847. col. 2. & 848.

& 848. col. 1. *& ambulabat Ieſus.* Gloria templi ſecundi, i. Eccleſiæ amplior. pag. 411. 2. *In porticu Salomonis.* Facilis communiſque omnibus Rex Chriſtus. pag. 114. col. 1. Quin tenuentes vocat Ioan 7. Clamauit enim dictis, factis, morte, vita, deſcenſu, aſcenſu, vt ait Auguſt. pag. 1059. col. 2. & offert ſe, & pulſat ad oſtium. pag. 936. col. 2. &c. *& hiems erat.* pag. 173. col. 2. *Circumdederunt eum;* à quibuſdam enim coarctatur Deus. pag. 332. col. 7. *Opera quæ ego facio.* pag. 74. col. 1. & 1042. col. 1. *Non rapiet eas*, prædeſtinatos. pag. 862. col. 7. & pag. 1041. col. 1. *Ambulabat* IESVS. In quibus habitet Deus, in quibus verò extrinſecus ambulet, Ghiſletius in Caur. pag. 191. col. 1. & 174. col. 1. Vide ibid. elenchum in Euangelia.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Battad. tom. 2. lib. 4. c. 16. P. Bened. Fernand. in Gen. Encænia & renouatio morum facienda. cap. 3. ſect. 1. num. 7.

Ambulabat in porticu. Zelo paterni honoris, vt arceret ab ingreſſu illo tēpli ſarcinas ferentes, ſactatiorem viam defendens à prophanis. De hoc zelo & præſentia prælati, c. 3. ſect 4. n. 4.

P. Cornelius in Paulum habet indicem Euangeliorum.

Ambulabat. Obſeruabat partem illam exteriorem templi à prophanis. De cultu & reuerentia templi, Pineda Eccl. c. 4. v. 17. n. 9. 10. & 12. *Quouſque animam noſtram tollis.* En quo pacto excuſant ſuam ignorantiam, vel obſtinationem. cap. 7. verſ. 11. num 4.

Opera quæ ego facio. Opera ſunt quaſi rami arboris, quæ indicant in quam partem caſura ſit cùm præcidatur. Pineda Eccl. c. 11. v. 3. eruditè & piè, n. 10. *Dic nobis palam.* Gens inuia & petroſa cur dicantur Iudæi, quia negabant viam ad fidem, & duriſſimi erant. Ant. Fernand. viſ. 8. ſect. 2. Oſtenditur reuerentia cæleſtium ſpirituum coram Deo ad confundendos Iudæos. Ant. Fern. viſ. 10. ſect 6 in fine.

In porticu Salomonis. Boni filij hoc eſt, ſæpius adire templum patris. Ant. Fernand. viſ. 14. c. 8. ſect. 2. n. 1. *Ambulabat*, zelo ardens, cuſtodiens domum Dei. Ant. Fernaod. viſ. 14 c. 8. ſect. 2. & 3. fol. 410. Increduli & obſtinati Iudæi & Gentiles ſeruantur quaſi ſal ad eruditionem noſtram. viſ. 20. ſect. 6. n. 2. Vide tom. 1. Pinedæ in Iob, & ibi indicem Feria 4. Encæniorum. *Non creditis mihi.* Huic reſpōdet ipſe Ioan. 12. *Propterea non poterant credere*, &c. P. Sanchez Ierem. 4. n. 36. col. 138.

NOSTRA.

Renouationis opus, feſtum, auctor, difficultas, neceſſitas deſcribitur prælud. 1. num. 7. 8. 9. 10. Gaudium in Eccleſia de hominis renouatione d. 141. n. 37.

Circumdederunt eum. Peccator ad peccandum non veretur immunitatem loci ſacri. diſc. 28. num. 26. d. 98. num. 5.

Hiems erat. Grande malum in medio ignis frigida eſſe corda. diſc. 1. num. 9 Vide in indice rerum verbo *Renouatio.*

Si tu es Chriſtus, dic nobis palàm. Ab ipſo veritatem poſcunt, & ſuæ authoritati relinquunt, & nihilominus lapides tollunt, naſcitur hoc ex cæcitate mentis. d. 23. 17.

Loquor vobis, & non creditis. Vim huius conſequentiæ vide d. 106 13. quia opus erat vt crederent pellere odium & prauas affectiones, ideo nolunt credere, ſicut Auguſtinus.

Amans beatam vitam, timebam eam in ſede ſua, i. in anima vitia amputanda. d. 182. n. 6. 7.

Opera quæ ego facio. Optimum teſtimonium d. 113. 13. Inexcuſabilis eſt auditor vbi opera manifeſta ſunt. d. 50. n. 45. ſed maximè num. 6. Verba ſola non ſufficiunt ad teſtimonium ſine operibus, ſicut nec ſtatua Regis, quæ non reſpondet ad poſtulata ſicut Rex. d. 155. n. 15. d. 133. 11. Vide *Opera*, & *Cooperatio.*

Oues meæ. d. 33. n. 27. &c. & d. 51. à n. 17. d. 106. 16. &c.

Suſtulerunt ergo lapides, Ingratitudo turpiſſima, imò, vt ait Bernardus, *peremptoria*, tunc maximè cùm concurrunt & beneficium & ingratitudo: ſicut bona voluntas Vitæ & litteræ damnationis contra eum d. 87. num. 19.

Multa bona opera. Ingratitudo iſta deſcribitur & damnatur. d. 65. num. 11. & diſc. 87. n. 21. & antè & vſque ad finem.

Opera quæ ego facio teſtimonium perhibent. Sicut etſi nubes aliqua opponatur Soli, nō ideo nox fit in orbe, imò nubes ipſa luce circumfunditur; ſic licèt humilitas Chriſti obnubat miracula eius, ipſa humilitas pariter, & ipſe Chriſtus illuſtrabatur; ita etiam à nobis opera exigit quæ lucem fidei in nobis teſtentur. d. 159. n. 19. & d. 9. n. 7.

Feria 6. Dom. V. Quadrag. Ioan. 11. *Collegerunt Pontifices.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Tolet. Mald. Salm. tom. 8. tract 54.

INTRODVCTIO. Gen. 49. n. 6. *Simeon & Leui*, &c. *In conſilium eorum.* Vide Pereira tom. 4. Valderrama Quadrageſima, Paez Cant. Moyſis text. 8. annotatione 1. ab illis verbis, *nulli proinde.* & P. Battad. tom. 3. lib. 6. c. 7. num. 12.

ALIA fiat ex his quæ habes infrà de ingratitudine, de cōmuni confeſſorum. *Homo quidã.* In introductione 1. claſſe 1. Adde ad ingratitudinē ſæuitiam, tectámque malitiã, ſimilem Rechab & Baana, qui dormientem Isboſeth filium Saulis interfecerunt. Dormit ancilla ad fores emūdans triticum, ipſi verò *aſſumentes ſpicas tritici*, Gloſſa, *Aſſumunt ſpicas tritici more primitiarum.* Nam de more regionis primitiæ regi offerebantur, quo prætextu ipſi mortem moliuntur, & dormientem necant. Hæc tua ſæuitia eſt ô ingrata Synagoga, ſigna & miracula digna Deo in manu geſtas, vt mortem machineris. Verè dormiuit ancilla, verè dormitauit Synagoga. Vide aliud exemplum ingratitudinis 2. Paralip. c 24. n. 22. Vbi inter innumera & infanda crimina quæ Deus memorare debuiſſet, hæc vna vox auditur; *Non eſt recordatus Ioas rex miſericordiæ quam fecerat Ioiada*, &c. Superat omnes iniquitates ingratitudo, & meditata mors, cùm multa acceperis beneficia Vide Dom. in Quinquageſ. ſuprà in claſſe 1.

DOCTORES ET PATRES.

Collegerunt. Concordia malorum peſſima. Bernard. ſerm. 5. de aſſumptione B. Mariæ. *Alia eſt vnitas ſanctorum*, &c. *Venient Romani.* Imò ideo venient, & peccato veſtro puniet Deus vos. Auguſt. tract. 10. in Ioan. *Vnuſquiſque in peccatis ſuis reſtem ſibi texit.* Guarricus ſermone de omnibus ſanctis. *Iam nunc vindicat in peccatores diuina iuſtitia, vitia faciens eſſe ſupplicia* Rupertus in Ioan. 2. n. 15. Flagellum de funiculis. *Solent plerumque ea, in quibus peccamus, fieri flagella peccantium.* & Bernard. ſerm. 5. de natali Domini. *Deus ex ſe ſumit materiam. Multa ſigna.* Fuit inuidia de aliena felicitate. Aug. ſerm. 83. de tempore. *Quid in felici viro praſtat inuidia.* Chryſoſt. hom. 22. in c. 2. Ioannis. & concione 4. de Lazaro. *Euſnodeſt inuidia, pugnat aduerſus domeſtica decora*, &c. & ſeipſam incendit Synagoga. Vide Gregor. lib. 8. moral. c. 19. iuxta illud, *terra de qua oriebatur panis*, &c. *Si hunc dimittimus.* Timor amittendi terrena, ideo vocat Bernardus hoc concilium *iudicium timoris*, in initio tract. de grad. humilit. Auguſt. tract. 49. in Ioan. Temporalia perdere timuerunt. De concilio in cælis habito vt vnus moriatur,

Google

moriatur, Bern. ſerm. 1. de annunciatione. *Medius Pater luminum.* Vide Baſil. Seleuc. orat. 42. *Quid ſibi verba iſta?* Greg. lib. 6. moral. c. 11. Vide ſuprà in Euangelio viuex, in claſſe Scholaſt. in fine.

SCHOLASTICI.

Quid facimus. Hos permouit inuidia, de qua 2.2. q. 36. *Multa ſigna.* 3. p. q. 43. *Expedit vt vnus.* 3. p. q. 50. art. 1. quo pacto Caiphas bona locutus eſt, ita malus ſacerdos ſacramentum ſanctum conficit. 3. p. q. 64. a. 5. & 6. & ſupplem. q. 19. art. 5. *A ſemetipſo non dixit.* 2.2. q. 171. a. 5. & q. 172. a. 6. & q. 173. a. 4. *Cogitauerunt vt interficerent.* 1. p. q. 64. a. 2. ad 3. de praua cogitatione & voluntate homicidij: quare inanis fuit excuſatio eorum eos non occidiſſe, ſed gentiles. Iam non in palàm ambulabat. 2.2. q. 97. a. 1. *Hic homo multa ſigna facit.* Dolor ex aliena felicitate. Paez in Cant. Moyſis text. 14. annotatione vnica. Cùm dicitur, *collegerunt Pontifices*, putandúmne fuiſſe plures Pontifices? abſit, ſed videatur P. Barrad. tom. 3. lib. 6. c. 6. n. 3. niſi moralem ſenſum velis excerpere, videlicet tam ſuperbè abutebatur Annas Pontificatu, quàm ſi primam ſedem teneret, vt colligitur ex Euang. *Duxerūt illum ad Annam primum.* Pontifex non erat, ſed vt Pontifex colebatur.

RECENTIORES.

Concilium. Peruersè cogitantes à Deo ſeparari meruerunt. Cernantes Sap. 1. v. 3. theor. 20. & ſeq. & theor. 21. & 22. præſertim §. *Sapientia ergo.* & theor. 25. & c. 2. à theor. 50. & fol. 71. & 182. 259. *& tollent locum noſtrum.* Auaritia euertit vrbes. cap. 5. theor. 29. & ſeq. *Cùm eſſet Pontifex.* Ecce linguam impiſſimam domat Spiritus ſanctus. Vide Paez in c. 3. epiſt. Iacobi v. 8. ex Aug. duo loca, maximè qui eſt tomo 10. ſerm. 4. de verbis Domini. c. 2. *Si linguam.*

Multa ſigna. Præ inuidia multa dicunt qui nullum ſignum credebant. c. 3. Paez v. 14. §. 1. Inuidię crudelitas. §. 3. *Vos neſcitis quidquam.* Superbia cum crudelitate inſipientem fecerunt paſtorem iſtum. c. 3. v. 17. §. 6. in verba Bernardi, &c. *Vnus.* hic ſufficit. Cant. Moyſis text. 2. annot. 2. ad illa verba, *hunc etiam liberatorem*, & illa, *perſequitur hoc argumentum. Tollent locum noſtrum.* Auaritia crudelis, &c. Cant. Moyſis text. 3. 4. 1. annot. 7. *Imò*, quia occiditis venient Romani. ibid. annot. 12. ab illis verbis, *grani pro vnde*, &c. *collegerunt* Sed fruſtrà. Cant. Moyſis text. 8 à princ. annot. 1. Sed præſertim ab illis verbis, *Nulls proinde. Ab illo die cogitauerunt*, &c. ob quæ crimina Domine, vtique non tua, ſed à me ſuffurata. Pſalm. 31. *Beati quorum remiſſa, &c. & quorum tecta ſunt peccata*, Hebraicè *furata*, idem enim eſt atque *abſcondita*, fur enim ſtatim curat abſcondere ſublata.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 3. lib. 6. cap. 6. P. Bened. Fern. in Gen. c. 11. ſect. 9. n. 1. Concordia peccantium mala, id indicat verbum *collegerunt.* & aiunt, *Quid facimus*, &c. Inuidia non ſinit eos quieſcere. c. 4. ſect. 6. n. 4. & c. 14. ſect. 7. n. 3. Maior in homine quàm in diabolo. *Venient Romani.* En timor vrget peccantes. c. 3. ſect. 15. n. 5. in medio.

Vt vnus moriatur. Specie boni communis colorat ſummum ſcelus. c. 3. ſect. 14. n. 2. Abſurda ſententia. c. 3. ſect. 13. 1.

Tollent locum noſtrum. Auaritia in aulicis pernicioſa. c. 11. ſect. 5. n. 6. Sacerdotum & Principum peſſima. c. 11. ſect. 4. n. 2. & c. 13. ſect. 1. n. 5. & ſeq. Puniuntur in eo quod timebant Iudæi. Sicut Cain inſtabilis. c. 4. ſect. 17. n. 5 & ſect. 18. n. 6. Poſteritas deleta. c. 4. ſect. 19. n. 1. & denique c. 2. ſect. 4 n. 4.

P. Cornelius in Paulum habet indicem Euangeliorum.

Tria capita iniquiſſimi huius indicij narrantur ab Eccl. c. 3. v. 16. Pineda ibi n. 9. & n. 10. *Venient Romani.* Ita erit, nam Deus violenta iudicia & tyrannos alijs violentioribus punit. c. 5. v. 7. n. 3. Auaritia iudicum. c. 5. v. 9. n. 3. *Vos neſcitis.* Nimis iuſtus & ſaptēs ſibi viſus eſt, inde ſequuta eſt deſolatio. c. 7. v. 17. n. 5. Vires colligunt vt praua voluntas cum potentia monſtrū iſtud mortis Chriſti proferant. c. 8. v. 4. n. 12. *Vt vnus moriatur.* Expleuit menſuras iniquitatis ſuæ Ieruſalem. Ant. Ferrand. viſ. 34. ſect. 1. n. 1. & 2. & viſ. 34. ſect. 2. n. 4. *Venient Romani.* Auaritiæ oculis intentiſſimi erant lucris. ibid. n. 4. & 5. Coniuratio quid. Sanchez Ierem. c. 11. v. 9. col. 284. in ſua aſtutia illos deprehendit Deus. Pineda Iob c. 5. v. 11. vſque ad 14 & 12. v. 17. & 20. n. 25. & c. 10 v. 1. n. 11.

NOSTRA.

Tot capita contra Chriſtum oportuiſſet ſuo tempore extinxiſſe. d. 25. n. 13. & 14.

Collegerunt. Vnio & conſenſio in malum euertit ciuitates & regna. diſc. 130. 21. Timor collegit eos & corda, vt ingens facinus perpetrarent d. 171. n. 23. Quid boni conſilij capient homines ſuis lucris inhiantes. Eccl. 37. *A conſiliario ſerua animam tuam, &c. &, noli conſiliari cum ſocero tuo, quia ſilta lucro attendet.* d. 162. n. 10. & 66. 17.

Hic homo multa ſigna facit. Extrema ingratitudo. d. 87. n. 21. Abſurda ratio, & contra pietatem. diſc. 90. num. 17.

Quid facimus. Ira & feſtinatio duo ſunt conſilijs inimica, aliàs expedire citò negotia laudabile foret. Sicut Salomon, *Diuidatur infans.* & 2. Reg. 8. Dauid faciebat iudicium, i. dicebat ſententiam, *& iuſtitiam*, i. exequebatur citò. d. 64. num. 14.

Vos neſcitis quidquam. Quid damni eſt ſi vnus moriatur, vnus, inquam, & obſcuris natus parentibus, & vnus denique. Detractio ex ore principum, vel ſacerdotum quanti ponderis eſt. d. 47. n. 13. & 16.

Vnus. Deſpectu quodam hoc verbum dixit, ſed Spiritus ſanctus amorem Patris denotauit, & per Paulum idem repetit verbum. *Vnus pro omnibus*, quaſi dicat pater, ſic ego diligo mundum, vt non maximum iudicem *vnum* filium dare, & æſtimationem iſtam tam calluit filius, cùm ait, *Ego ſum vermis.* i. vt vermis traditus. d. 151. & 152. & 153. & vide illa verba, *Tu autem repuliſti, diſtuliſti Chriſtum tuum*, Pſal. 88. 39. d. 108. n. 10 & 11.

Cùm eſſet Pontifex. i. vide quantum erit eius peccatum qui ex munere debebat irrumpere telam iniquitatis. Bernard. epiſt. 127. *Principis error multos inuoluit, & tantis obeſt, præeſt ipſe.* & Ierem. 23. *Factus eſt curſus*, &c. d. 96. 27. & 28. quia Pontifex vindictam non deberet ſumere. diſc. 37. n. 5.

Dominica VI. in Palmis. Matth. 21. *Cùm appropinquaſſet.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Mald. ibid. Salm. tom. 6. tract. 47.

INTRODVCTIO ex Eſther 13. Oratio nempe Mardochęi. *Domine Rex omnipotens*, &c. quòd autem nemo Dei voluntati reſiſtere queat, nulla illata vi, libero arbitrio, multis probatur 1. Reg. 10. ex hiſtoria illorum ſeruorum, & militum, quos miſit Saul, & omnes in gyrum ambulantes canere, hoc eſt, prophetare cœperunt, & tandem ipſe, &c. Vide in diſc. noſtro 178. 179.

ALIA. Tragœdiæ finis adeſt quam ſummo Deo Patri Chriſtus à præſepio dare cœpit lacrymis, &c. ſcena iſta paruulorum & vulgi clamore & plauſu conſtat, ſed denotat terribilem exitum: vt Ierem. 48. 9. *Date florem Moab.* Pagni. *Date alas*

Mo. c.

Digitized by Google

*Moab.*Septuaginta, *Date ſigna Moab, quia tactu tangetur.* vulgat. *quia florens egredietur.* Cùm enim noces agebatur in ſuſpendium, ramis & floribus coronabatur, & *ſigna* amoris dabat populus, & quaſi *alas*, vt hilarius graderetur in mortem: *alas* autem, inquit, *date ei*, quia nihil amori eius opportunius poſſet occurrere, quam alato equo iter agere, ideo enim aſinam & pullum petit, vt magnis itineribus properet ad mortem, vnde amor deſatigationis Chriſti immemor nouas induſtrias accelerandi inuenire cogit, & noua dona, quæ poſſit effundere. Sicut ſponſus qui ab ſponſa repulſus, & rore conſperſus, nihil memorat, ſed potius ſtatim *deſcendit in hortum nucum*, vt noua aromata colligeret, & flores; iam enim in peſſulum & in floribus vnguenta & flores effuderat.

DOCTORES ET PATRES.

Cùm appropinquaſſent. Voluit in triumpho paupertatem honorare. Paulus 2. Cor. 8. 9. *Scitis gratiam Domini noſtri*, &c. *vt illius inopia*, &c. ibid. Chryſoſtomus. *Nam hoc mirabile eſt quod paupertas opulentas facit diuitias.*

Ite in caſtellum. Quaſi certus de victoria in caſtellum mittit piſcatores inermes. Apoc. 6. 2. *Vincens vt vinceret*; nunquam enim dubia fuit victoria quam diuinitas in paupertate & humilitate aggrediebatur. S. Maxim. hom. 1. de accuſato Domino, etiam in iudicio ſilentio vicit calumnias. *Quid ergo opus ei loqui ante iudicium, cui ipſum ut luminerai plena victoria. Et inuenietis aſinam.* Caſtella intrare, ſtabula enim inueniebris ſordida, & peccatis plena, gentes more beſtiarum viuentes. De peccatis aulæ & palatij atque curiæ, vide P. Pineda verbo *Aulici*, vel *Aula*, in Eccl. *Dominus his opus habet.* Ex quo Chriſtus equitare, vel, vt ita dicam, equitem agere intendit, egere incipit. Sed ita eget vt omnia quę petit in vtilitatem noſtram & ſubditorum refundat. Zacharias, *Rex tuus venit tibi.* & Ariſt. *Tyrannus ſuum ipſius commodum ſpectat, & quærit: at Rex ſubditorum politia.* cap. 10. exemplum Ioſeph. Gen. 47. 23. Theodoret. ibid. q. 106. *Inopia frumenti*, &c. *Aſinum & pullum homines & iumenta*, i. rudiores etiam ſaluare venit. Bern. ſerm. 1. de purificat. B. Mariæ creſcat corpus, creſcat & miſeratio. & ſerm. 3. in Palmis.

SCHOLASTICI.

Soluite & adducite. Pro regibus & gubernatoribus. 1. p. q. 103. a. 6. & a. 6. Sequitur ad illa verba, *ecce rex tuus.* Item, *ſoluite & adducite.* 1. 2. q. 110. a. 3. *Dominus his opus habet.* 2. 2. q. 66. a. 1. & 2. *Ecce Rex tuus venit tibi.* 1. 2. q. 105. art. 1. ad 2.

Soluite. Remiſſio peccatorum eſt res in ſacramento pœnitentiæ, actus verò exteriores pœnitentis & abſoluentis ſunt ſacramentum tantùm. 3. p. q. 54. a. 1. ad 3. *Soluite*, in remotione materiæ conſiſtit. 3. p. q. 84. a. 3. Remiſſio culpæ vt ſit effectus pœnitentiæ virtutis, ſed principalius ſacramenti, & principalius gratiæ, & principalius charitatis, & ex vi clauium in miniſtris. 3. p. q. 86. a. 6. & q. 89. a. 1. ad 2. Peccatores ſoluere magnum opus. Athanaſius ſerm. in illud, *in pagum profecti; tantopere enim noſtri curam gerit.* & Ambroſius lib. 9. in Luc. *Soluit enim manus Apoſtolica*, &c. Similis fit homo iumento, ſed ſaluatur à Chriſto. Bern. ſerm. 7. in Pſalm. 9. *Vt iumentum*, &c. *Oſanna quid ſit*, Ambroſ. lib. 9. in Lucan.. Pulcrè autem, Bonauentura tom. 2. opuſc. pro modo prædicandi.

RECENTIORES.

Dominus his opus habet. Soto maior in Cant. pag. 289. col. 2. *& eũ deſuper ſeaere.* Aſellus etiam in pompa ſuo loco & humilitate contentus adeſt pag. 705. col. 1. *Strauerunt veſtimenta.* Quàd mirum fideles hoc facere Deo. pag. 701. col. 1. Multa in excipiendo Deo impendere licet. pag. 883. col. 1. *Commota eſt ciuitas.* pag. 57. col. 2. & 68. col. 2. & 94. col. 2.

Strauerunt. Cùm veſtimenta noſtra ſint virtutum habitus. Ghiſlerius in Cant. pag. 605. col. 2.

Rex tuus manſuetus. Sed qui fortiter pugnabat pro nobis, & expugnabat vrbem. Pacz Cant. Moyſis text. 5. 45. annot. 2. etſi error eſt in impreſſione Vlyſſibonenſi, vel Luſitana. Rex qui regnat in æternum, & corona affixa eſt capiti eius. Pacz in Cant. Moyſis text. 18. annot. vnica. Tu ad ipſum adire debuiſſes, accipe. Soto maior in Cant. pag. 1063. col. 1.

Oſanna. Puerorum cantus. Sap. 10. *Decantauerunt Domine*, &c. Vide Caſtru, Lorinum, Ceruantes, & Pſal. 8. *perfeciſti laudem*, Hieron. *Fundaſti fortitudinem.* Vide Lorinum, & Aug. lib. 2. de ciuita. c. 22. in expugnatione vrbis à Gallis dormierunt canes, anſeres verò crocitatu ſuo excitarunt Capitolium. O pueri, vos excitatis dormientes Chriſtianos, & obturatis ora Iudæorum. Vide Pacz in procemio Cant. Moyſis verba Philonis & Auguſtini. etiam infantes cantico celebraſſe exitum per mare rubrum. columna penultima. *Cædebant ramos de arboribus.* Vel palmas, i. progreſſus noſtros ante pedes Chriſti ſubſternamus. Ghiſlerius in Cant. pag. 860. col. 2. Vide elenchum in Euangelia.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Battad. tom. 3. lib. 1. cap 6. P. Bened. Fernand. in Gen. *Cùm appropinquaſſet.* Alacritas quam habet currens ad mortem. c. 6. ſect. 3. n. 4. *Caſtellum quod contra vos eſt.* Incantatum à dæmone excantatur à Chriſto. c. 3. ſect. 1. n. 8. in medio. *Pullum & aſinam.* Vtrumque populum. c. 3. ſect. 55. n. 3 c. 9. ſect. 4. n. 2. Impius à beſtia non differt. c. 14. ſect. 2. n. 1. *His opus habet.* Animæ excellentia & pretium. c. 2. ſect. 3. n. 5. & ſeq. *Manſuetus tibi*, i. peccatoribus. c. 3. ſect. 13. num. 9. *Sedens ſuper aſinam.* Humilis quærit humiles. c 8. ſect. 4. n. 2. & cap. 11 ſect. 6. n. 8. Attulit contemptum temporalium. cap. 12. ſect. 7. num. 2.

P. Cornelius in Paulum habet indicem Euangeliorum.

Sapientes non mirantur Solis eclipſim, quinimo deſideraretur ſecundùm rationes Aſtronomorũ. Mirabilis autem eſt eclipſis iſta Solis iuſtitiæ. Vide P. Pineda Eccl. c. 1. v. 5. n. 2. & 3. An quia ſponſus terræ cum ſit ſol à terra etiã eclipſim ſicut à luna patitur. ibid. paulo ante verſ. 4. n. 6. in fine. Vide in Euangelio ſequenti in claſſe Doctorum Bernardum citatum. Modeſtia regis plauſum & comitatum deſpicientis. c 4. v. 16. & antè. Plorat in triumpho, quia virgam vigilantem, i. ſupplicium impendens præuidebat. Ant. Fernand. viſ. 11. n. 1. Alacritas Chriſti nos ad patientiam vocat alacriter. Pineda Iob cap 5. v. 5. n. 7. *Veniſſet.* Tanquam Dominus. c. 1. v. 7. n. 4. *Duos.* Semper indicat fraternitatis amorem. Vide *frater* in indice Pinedæ. Oſanna c. 5. v. 1. n. 3. & c. 3. v. 8. n. 4.

NOSTRA.

De hac diuina Regis modeſtia in tanto honore, vide d. 177. num. 22. 25 & 26. &c.

Rex tuus. Imò & Deus omnipotens, hęc enim voluntatũ conuerſio & temporalis obſcuratio diuina eſt: habet enim Deus ad quodlibet negotium punctum temporis ſignatum, ſine quo nihil ſortitur effectum, & cum paratis omnibus fruſtratur, puta tempus non adueniſſe, & punctum Dei feciſſe. vide *Paſſio, & Prouidentia.*

Manſuetus. Pauper, & quid denotet viris miſericordibus. d. 135. n. 33. in fine. & d. 177. n. 22.

Benedictus. Quid hoc eſt? plauſus ante victoriam? ita: eſt enim certus

tus

Digitized by Google

tus de euētu. Apoc. 6. *Exiuit vincens*, ſed addit, *vt vinceret*, & plures in capite gerebat coronas. & Iudith 13. Miſit caput Holofernis in peram ſuam, tulerat enim eam eo quidem fine, & certa de victoria: ſicut filij Iſrael de Ægypto abſtulerunt etiam vaſa lætitiæ, & inſtrumenta, prophetante victoriam Maria, hoc enim videtur indicare textus Exodi 15. *Maria propheteſſa aſſumpſit tympanum in manu ſua. Egreſſæque ſunt omnes mulieres poſtea in tympanis, & choris*: & Angeli nato puero, *Natus eſt vobis Saluator.* Et pueri, *Benedictus qui venit in nomine Domini.* & in ipſa irriſione coronatur, & Rex inauguratur. d. 110. n. 65. & d. 180. n. 8.

Soluite, & adducite mihi. Vide vbi ſit peccator tanquam beſtia illaqueata, & venali voce præconis propoſita. Rom. 7. *Venundatus ſub peccato.* Non dixit *venditus*, ſed *venundatus*, ſub haſta & voce præconis, vnde illius erit qui ſoluerit te. Ierem. 15. *Non eſt anima mea ad populum iſtum, eiice eos à facie mea, & egrediantur.* Quò ibunt Domine ſine te.

Dices ad eos qui ad mortem ad mortē, &c. ecce ergo Saluatorem qui iubet abſoluere. d. 47. n. 1. & 2. & 28. n. 6. & 39. 19.

Feria V. in cœna Domini. Ioan. 13. *Ante diem feſtum.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Tolet. Mald. Salm. tom. 9. tract. 4.

INTRODVCTIO ex Canticorum c. 1. n. 4. *Introduxit me Rex in cellā vinariam, & ordinauit in me charitatem.* Cùm me impensè decreuit debellare, ordinauit (*contra me*) caſtra charitatum amoris machinas, ita vt ego quaſi iam victa vexillum eius ſuper me collocare liberè patiar, nemo enim eſt qui reſiſtat charitati tuæ. Vide P. Gaſpar Sanchez, & poſtea Ghiſlerium. Ordinem illum amoris & caſtrametandi firmam accepit à Deo Moyſes Num. 2. 1. *Singuli per turmas, ſigna atque vexilla*, &c. Oleaſtro vnaquæque tribus ſignum præferebat eiuſdem coloris cum lapide pectoralis, in quo inſcripta erat. Sicut v. g. Ruben qui inſcriptus erat in ſardio ignito lapide, vt ait Plin. 3. naturalis hiſtoriæ, ideo vexillum eius rubei coloris erat, facieſque in eo depicta erat, vel hominis, vel leonis, ſecundùm ea quæ in benedictionibus patris ſui præſignata fuerant: eleuat ergo oculos ſponſa, & Chriſti noſtri vexillum *candidum & rubicundum videt*, in eo agnus typicus depictus eſt, ex alia parte crucis virga, vt tranſeat *ex hoc mundo ad patrem, ordinauit contra me, veneratione ſui ducta.*

ALIA. Mirum ſanè Chriſtum inter extrema conſtitutum felicitatis, quia ad Patrem vadit, & miſeriæ, *quia venit hora eius*, curam noſtri geſſiſſe, & in finem dilexiſſe. Dedit Deus hominibus compaſſionem quaſi ſubſtitutam miſericordiæ, & vt eam exciret, at cùm compaſſio alienæ miſeriæ ceſſet in extrema miſeria, aut proſperitate, ceſſat etiam miſericordia: at cùm in Deo miſericordia ex amore procedat, ſemper eſt idem, etiam inter extrema malorum conſtitutus.

DOCTORES ET PATRES.

Sciens quia venit hora eius. Omnia difficilia ſuperat amor. P. Chryſolog. ſerm. 147. *Non accipit*, &c. Eclipſis illa paſſionis non triſtat Chriſtum, ſciebat enim horam eius, & quia ſol iuſtitiæ cognouit *occaſum ſuum*, & ſapientes non mirantur has mutationes in ſole. Mutationes iſtas deſcribit Bern. ſerm. 2. ſuper Miſſus eſt. *Videas ſi attendas potentiam regis*, &c. at opportuniſſima fuit hora mortis, ſed ſua dicitur, nos infirmi eramus, & noſtra ſalus agebatur, Rom. 5.

Secundum tempus pro nobis mortuus eſt, i. vt ipſe dixerat, *cum adhuc infirmi eſſemus.* Hieron. opportunè epiſt. 151. c. 2. & 7. eius dicitur hora, quia vtilis eſt nobis P. Barrad. tom. 4. lib. n. 16. videatur.

Cum dilexiſſet, in finem dilexit. Laurentius Iuſtinian. amor inquietat res, &c. *in fine totus effunditur*, in faſciculo diuini amoris. Concinit 2. c. 5. Paulo ad Philip. 2.

Semetipſum exinaniuit. Tertullian. lib. 1. contra Marcio. c. 20. *exhauſit ſeipſum*; quaſi dicat, idem eſt vas & diuinitas eadem, ſed liquorem, i. attributa, dona & beneficia in nos transfudiſſe videtur: Bernard. hic ſupra citatus, *Videas ſi attendas triſtem letitiam. Ponit veſtimenta ſua.* Opus hoc humilitatis non diſſonat ab illo exordio Ioannis; amor enim & humilitas idem ſunt. Vide diſcurſus noſtros 139. 140. 141. & Rupertum in Exodum c. 32. lib. 4. c. 30. poſt initium, *Deus humilitas eſt, Deus charitas eſt.* Amor item obediens eſt; ideo Petrus obtemperat. Bernard. tract. de præcept. & diſpen. *Perfecta obedientia legem neſcit.*

SCHOLASTICI.

Cū dilexiſſet. 1. p. q. 20. præſertim a. 2. ad 3. *Quia venit hora eius.* 3. p. q. 46. art. 9. *& cœna facta*; nempe cœna legalis, & figuratiua agni, quam ſubſecuta eſt ſacramentalis. 1. 2. q. 102. a. 5. ad 2. Item de eſu paſchali a. 5. ad 2 Item de cœna ſacramentali. 3. p. q. 73. art. 5. & 6. & q. 81 Item quomodo nunc eſt Sacerdos, & craſtina die erit ſacrificium. 3. p. q. 22. a. 1. & 2 *Miſit me.* 1. 2. q. 80. per totam. & 1. p. q. 111. art. 2 *Vocatis me magiſter.* 2. 2. q. 13 a. art. 1. ad 1 *Si ergo ego.* 1. p. q. 6. art. 3. & 4. *Exemplum dedi.* 1. 2. q 61. a. 2. & 3. p. q. 24. a. 3. & 4. *Vos mundi eſtis, ſed non omnes.* Clementia erga Iudam vt conuertat ad ſe. Sicut Dauid 1. Reg 24. cum Saul nollet occidere, omnes verò id cuperent maximè, *confregit Dauid viros ſuos ſermonibus.* Lauat pedes modò, ſicut poſtea animas ſanguine. Rupertus lib 5. de diuinis officiis. c. 20. *Surrexerat Dominus*, contra eos qui pedes lauare dedignantur. Auguſt. ſerm. 127. de tempore. *Mala nobilitas.*

RECENTIORES.

Ante diem feſtum. Paſcha eligit qui ſalutem noſtram ſuam reputat eſſe gloriam. Paez in Cant. Moyſis text. 1. annotatione 5. poſt initium in Luc. 23.

Cum dilexiſſet. Perennitas huius amoris ab æternitate manantis, deſcribitur à Cernantes Sap. 2. theor. 2. §. atque illud, è contra verò perennis eſt iniquitas noſtra. ibid. ex Ierem. 6. & c. 7. theor. 31. 50. 51. 52. & fol. 117. 257. *Quia venit hora eius.* Tranquillitas ſumma. Paez in Cant. Moyſis text. 9. annot. 4. poſt initium. *Venit hora eius.* In hoc extremo conſtitutus miſeriæ ſummam exhibet pietatē. Mirabatur Chryſoſtomus Chriſtum ipſum dicentem, *Si offers munus tuum*, &c. *relinque ibi munus tuum. O admirabilem benignitatem, honorem deſpiciendum in proximum charitatem requirit.* Quid dicat Chryſoſtomus, vbi Chriſtus ipſe eſt in ara crucis, ipſe eſt offerens, & hoſtia factus pro nobis maledictum, & hic talem erga proximos charitatem exhibeat, cum iactura proprij honoris ſe ad pedes abiiciat?

Inclinantur vmbra, & figuræ. Soto maior in Cant. pag. 617. & vide elenchum in Euangelia, & plura loca ab eo citata.

Magiſter & Domine. Nam in humiliatione ſua dominos facit ſeruos. Paez in Iacobi epiſt. c. 1. §. 2.

Cum dilexiſſe. Ghiſlerius in Cant. pag. 544. col. 1. & vide elenchum huius auihoris ibid.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad tom. 4 lib. 2. c. 1. & ſeq. P Bened. Fernand. in Gen. Chriſti humilitas ex amore; inebrians enim, ſicut Noe in datur in taber-

naculo ſuo, & pouit veſtimenta. d. cap.9.ſect.6.n.1. & deinde n.5. antę verba Bernardi, *vocatur exceſſus paſſio, enbriaguez de amor.* & n. 6. amor ſine fine, *in finem. Miſiſſet in cor.* Iudæ obſtinatio.c.4.ſect.8.n.1. in medio. *in finem*, ad ſummum, i. vſque ad Eucharistiæ inſtitutionem. cap. 14. ſect 8.n.5. Solus cœpit lauare, quia ſolus poteſt emundare.c.3.ſect. 16. n.1. *Exemplum dedi* c.3.ſect.28. n. 4. & ſect. 29.n. 11.& 2.& c. 4. ſect. 22. n.4.c.12.ſect.5.n.1.

P.Cornelius in Paulum habet indicem Euangeliorum.

Hora eius. Horologij cæleſtis, non arenarij, quales ſunt horæ hominum: nam in horologio arenario, terræ ſiue arenæ, ex vna parte in alteram commutatio horas efficit; illam enim horam ſuam æſtimat, qua terreni boni poſſeſſio ab altero in ipſum commutatur. Horam Chriſti ardens ſol efficit. P. Barradas tom.4.lib 2.c.5.n.17.

Dilexiſſet. Quàm incerti ſunt de amore Principes, ſamuli & aulici, nos verò quàm ſecuri ſumus. P. Pineda Eccl.c.9.v.1.n. 18. reddit cum fœnore Abraham in filiis ſuis Apoſtolis, conuiuium & pedum ablutionem, quam ab ipſo acceperat Deus. Pineda Eccl.c.11.v.1.& v.3.n. 4. Abluant peccata mortalia prædicatores. Ant.Fernand.viſ.6.fol. 202. excluſo Iuda mundi manent Apoſtoli.viſ.10.ſect.1.n.2.

NOSTRA.

Diſcurſus integer datur d. 138.n. 24. & 33. &c. diſcurſus etiam eſt apud Auguſt. ſuper Pſalm. 143. *Domine quid eſt homo*, &c. & reſpondet echo, totum quo eſt, hoc eſt, quia innotuiſti ei, &c. Præl. 9 n.35.

Sciens IESVS. Amor manifeſtatur in hoc.d.89.n.5. Inſignis amor quia morte non moritur, horrore non infirmatur, ſed naturam ſuperat; ſicut amor Ionathę erga Dauid, quo magis pater eum odio habebat. d. 89.n.5.& 64.n.23.

Dilexiſſet. Amorem in humilitate manifeſtat. d. 125. 15. Si cœpit à Iuda lauarę, amorem animarum valde declarauit, d.69.19. Idem videtur dicere Ioan. quod dixerat, *in principio erat.* qui inuenit auri venam, ô quas ſpes concipit, hęc vena amoris eſt, & æterna; vide *Chriſti amor.* Cæterùm ſi nos dilexit ab æterno, vbi eſt communicatio amoris; ideo enim ait Auguſt.8.c.lib.15 de ciuit. antiqui Peripatetici mundum ab æterno conſtituebant, ne immenſa bonitas ſine communicatione eſſet. Sed reſpondetur hunc amorem perfectiſſimum fuiſſe ab æterno, Vide *Chriſti amor*, & *Dei amor*, & *Amor in communi.*

Non lauabis. Fides Petri memoratur ad ſolatium Chriſti. De perditione Iudæ d.90.n.31.& 32.

Dilexiſſet. Iam amor, Verbum Dei nobis ab æterno communicare decreuerat, ita vt ſi tandem nobis ſe ſubtraheret, furti ſuiipſius argueretur. Philip. 2. *Quę cùm in forma Dei eſſet, non rapinam.* Vide Origenē contra Celſum in hæc verba Pauli, & vide diſcurſum noſtrum de circunciſione, d.15.

Cùm diabolus miſiſſet in cor. Ecce quomodo nuntij dæmonis miſſi in animam ſunt prauæ cogitationes. Præl.d.5.n.6.& d9.n.35.& 52.n.15.

Tria exterminauit ab orbe Iudas, teſte Gregorio, *amorē* falſam amicitiam ſimulādo, *virtutem* hypocriſin tegendo, *timorem* quia primus auſit in peccato Euchariſtiam ſumere, ideo inſigniter punitur. d.135.n.11. & 16. obſtinatio eius d.139.n.11. Vale dicit diſcipulis d.110.5.

Feria 6. Paſſionis Dominicæ. Ioan. Luc. Matth. Marci. *Egreſſus.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Tolet. Mald. Salm. egregiè tom. 10. tract. 10.

INTRODVCTIO ex Leuit.23. in ſacrificio agni pro peccato, *affligetis animas veſtras, & offeretis holocauſtum. Omnis anima quæ afflicta non fuerit, peribit de populo meo.* Qoid de veri agni holocauſto dicemus. Cōmoriamur cum illo: nām, vt obſeruarunt Nazianz. oratione de Machabæis, Ambroſ. 3. offic. cap.12. Hieron. in Ierem.7. noluit Dominus humanæ perſonæ ſacrificium, vnius tantùm filij mors placuit, hæc enim ius obtinuit in omnes. Vnus pro omnibus mortuus eſt: ergo omnes mortui ſumus. Vis conſequentiæ in hoc eſt, quòd qui mortuus eſt, erat perſona infinitæ dignitatis, &c.

Conuerſus Dominus reſpexit Petrum. Sicut cùm artifex videt ſubitò cadentem lapidem quem ipſe in ſublimi collocauerat, opus eſt vt ipſe caſum eius doleat, lapis enim cæcus eſt. ita Ierem. 3. n. 2. *Leua oculos tuos in directum, & vide vbinam proſtrata ſis.* Leua, inquit, vt è ſublimitate loci profunditatem miſeræ conditionis agnoſcas.

Dedit alapam IESV. Cyrillus. *Delictum Adæ alapa Chriſto inflicta deletum eſt*; aliàs enim quî poterat bonus Pater vnicum naturalem filium turpi miniſtri audacia impudentiſſimè alapis percutiendum dare. En iniuriæ paradiſi Deo illatæ ſatis ſuperque punitæ, imò *deletæ*, vt ait Cyrillus.

Hodie mecum eris. Tu mecum eris qui in prima hora conuerſionis ad me veniſti vocatus. Iudæi verò & tardi peccatores, Pſal.58. *Conuertentur ad veſperam, & famem patientur vt canes.* Vide comparationem quam inuoluit, & ſeram pœnitentiam eorum ad quos Chriſtus prædicauit in limbo. 1. Petri 3. *Qui expectabant Dei patientiam*, i. nimis confidebant.

DOCTORES ET PATRES.

Pro introductione verba Bern. ſer.11. in Cant. circa med *Opus noſtræ redemptionis à memoria*, &c. *Quid vultis mihi dare.* Quaſi vile mancipium. Hieron. ibid. *Iudas non poſtulat.* Matth.26.n.15.

Quatuor Paſſionis partes, Hortus, Caiphas, Pilatus & crux. illam ſic Chryſologus ſerm. 78. vocat, *Tempeſtatem terris inexpertem, tremendam cælis, inauditam ſæculis, & infernis non ferendam.*

1. *Hortus.* Ambroſ. lib.2. de fide c. 3. *Certè oſtendat.* & in Pſal. 39. *Cur id petit, in quo ſe non exaudiendum.* Nazianz. orat. 5. *Septimo loco dicatur.* Leo ſerm.3. de paſſione Dom. c. 4. *quibus verbis.* & ſerm. 5. c.2. Prima petitio Chryſoſt. hom. 84 in Matth. *Sublimem admirabilis.* Chryſoſt. hom. 1. in fer.5. Paſſionis Domini. *Quid autem fratres.* Ambroſ. lib. 6. exameron c. 9. de oſculo quid loquar.

2. *Caiphas. Alapam dedit.* Chryſoſt. hic, *exhorreſcat tunc, expuerunt in faciem.* Negat Petrus. Auguſt, lib. 1. de gratia Chriſti c. 45. *Non poteſt dici.* Leo ſerm. 9. *Felices lacrymæ tuæ.* P. Barrad. tom.4. lib.6.c.1.n. 15.

3. *Pilatus.* Leo ſerm.3 *Expectaſſet à Iuda conſummationem.* Curioſitas Herodis. Greg in Iob 12. *Lampas contempta. Flagellatio.* Auguſt. ſerm. 114. de tempore.

4. *Crux.* Leo ſerm. 3. de paſſione, *latis manibus.* Nuditas. Ambroſ. Luc. 23. Cætera vide Barrad. & P. Haye. Cartagena tom. 2. de B. Maria lib. 12.& 13.

SCHOLASTICI.

Meditandum nobis opus paſſionis Chriſti, & offerendum Deo. 1.2. q.102.a.3. ad 12. & 3.p.q.46. Fons gratiæ. 3.p.q.62.a. 5. Conuenientiæ eius & neceſſitas, 3.p.q.46. a. 1.& 2. 3. Oratio in horto. 3.p.q.21.art.2.& expoſitio petitionis Chriſti. a. 4. in corp. & ad 1. *Cœpit mæſtus eſſe.* 1.2. q. 59.a.3.& 3.p.q.15.a.7. *Factus in agonia.* Maximus dolorum hic fuit. 1.2. q.35.a.7. *Confortans.* 3.p.q.12.art.4. *Comprehenſio.* De hoc peccato Iudæ 2.2.q.186.a.10.& 12.q.73.art. 10.& 11.q.75 Circumſtantiæ huius criminis. Negationes Petri 2.2.q.186.art. 10.& 12.q.45.a.4. ad aggrauandum

peccatum

peccatum.1.2.q.73.a.10. *Exiuit foras.* Cautè fecit.1.2.q.95.art.4. *Fleuit amarè.* 3.p.q.84 a 8. *In domo Herodis.* Summa Chriſti patientia. Item apud Pilatum.1.2.q.48.a.2. *Crucifixio.* Tenebræ.3.p.q.44 a.2. *Conſummatum eſt* 3.p.q.73.a.1.ad 1. *Latrones.* 3.parte q.52.a.3 *Sepulcrum* 3.p.q.51. per totam. Bonauentura lib.3. ſent. diſt.16.q.3. De ſeptẽ verbis Chriſti Domini Cartagena tomo 1.lib.11.

RECENTIORES.

Egreſſus IESVS. Ceruantes Sap. 2. n.12.vſque ad finem.& fol 370. de latrone iuſto. c. 2.theor.15.16. & c. 7.theor.85.& c.1.theor. 40. 50. & theor.59.c.2. *Hodie mecum eris.* Pacz in epiſt.Iacobi cap.1.v.12.§.1. *Pater ignoſce.* c.2.v.8.§.2. *Pater ſi poſſibile eſt.* c.2.v.25.§.2.in Luc.22. *Ter me negabis.* Vt laus detur omnipotẽtię gratiæ. Pacz c.2.Iacobi verſ. 25. §.4.ad illa verba, *vel etiam,* &c. *Domine memento.* Poteſtas gratiæ. ibid. *Hodie mecum eris.* c.4.v.2.§.4.in med. *Fleuit amarè.* cap. 4 v.9. §.1.& 3.& 4 & 5. *Quem quæritis.* Patientia mirabilis.c. 5.v.6.§ 2. *Amice ad quid veniſti.* ibid. *Accepto pane gratias egit.* c. 5. v.11.in expoſitione litteræ,& alia multa de paſſione & patientia Chriſti. *Sanguis & aqua.* in Cant. Moyſis text. 1. annotatione 5.ad illa verba, *licèt autem Deus. Sinite hos abire.* quia rex eſt & paſtor. Pacz in Cãt. Moyſis text. 2. annot. 3 ex Hilario. In margine eſt Luc.22.n.24.& paulo inferius.

Prætereuntes blaſphemabant. Quid otium. Cant. Moyſis text.2.annot. 2.ad illa verba, *eſt optimus pro hac re.*

Triſtis eſt anima. Pacz Cant. Moyſis text. 7. annot. 3 ab illis verbis, *vnde aperiè conſtat. Amice.* ibid. ab illis verbis, *hinc eſt. Mitte gladium.* Pacz Cant. Moyſis text. 9. annot.1. poſt initium. Iudæ damnatio deſcribitur ab Agellio. Pſal. 108. in titulo Pſalmi, vide Ghiſlerium in Cant. habet elenchum in Euangelia de Paſſione Chriſti Cartagena lib.10. tom.1.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P.Barrad. tom. 4.lib.6.& tom.3. lib.7.c.1.tomo 4.lib.6.& ſeq. P. Bened. Fernand. in Gen. *Orate ne intretis.* c.12.ſect.8.n.3.ante finem. *Triſtis eſt anima mea,* ob ingratos.cap.4. ſect. 19.n.6.ex Hieronymo.

Sic non potuiſtis vna hora. Excuſat carnis infirmitatem.c. 3.ſect.10.n.7. *Amice ad quid veniſti.* Pietas redemptoris.c.3.ſect.23.n 9. *Reus eſt mortis.* Auaritiæ vox iſta. c. 11. ſect.5.n.6. Vide ſuprà Dominica Quinquageſimæ in hoc theſauro claſſe noſtræ Societ. Bened. Fernandez in Gen. citatum ibi.

P.Cornelius in Paulum habet in-
Fr.Garoa Euang. Conc. Tom. 2.

decem Euangeliorum.

Duo falſi teſtes. Audacia iſtorum ex iniquo Pontifice ortum habuit. Pineda Eccl.c.3.v.16.n 12.

Portans ſpineam coronam. P. Antonius Fernand. viſ. 6. ſect. 2. n. 11.& 12.fol.189.

Triginta argenteis. Ant. Fernand. viſ.27.ſect.1.n.1.

Simon dormis. Soto maior in Cant. pag.917.col.1.

Sudor eius. Soto maior in Cant. pag.941.col.1.

Reſpexit Petrum. Soto maior in Cant.pag.378.col.1.

Fleuit amarè. Soto maior Cant. pag.953.& 1149.

Illuſit indutum veſte alba. Soto maior Cant.pag.851.

Domine memento mei. Soto maior 983. Hæc per errorem in hanc claſſem irrepſerunt.

De planctu virginis. & his quæ ad ſepulcrum pertinent, Cartagena tom 2 de B.Virg.lib.12.& lib 13.

Hodie mecum eris. Morti proximus ſolicitus eſt hortum. Pineda Iob 14. num.22. Vinum myrrhatum. P.Sanchez Ierem.25.n.3.col.364.

Exiuit ſanguis & aqua Bis occiſus fuerat Ant.Fern.viſ.20.ſect. 1.n. 3. Inde duplex baptiſmus cæteraque myſteria manarunt.ibid.

NOSTRA.

INTRODVCTIO.d.65.n.1.& d.83. n. 1. &c. Omnes alios dolores tam pœnitentiæ quàm calamitatum doler, & ita in ſolatium datur paſſio. d.108.n.20.

Oratio Chriſti in orto. d.81.n 39. vbi de triſtitia eius agitur, de myſteriis penè omnibus & amore Chriſti. d. 82. à principio per totum. Cauſa triſtitiæ d.90. num. 20. hoc ſoo timore robuſtos & intrepidos reddit fideles.

Pater ſi poſſibile eſt. Nunquam pœnituit eum mortis ſuæ. diſc. 138. 32. Oratione in tribulatione.d. 12. n.17.& 110.n.17.

Quem quæritis. Ego ſum. Ceciderunt retrorſum: quidam Deum quærunt, & oblata occaſione deſpondent animum, & à recto propoſito deficiunt.d.51.n.9.& 112.16.

Si me quæritis. Quàm libenter ſe obtulit fideiuſſorem.d.67.8. *Hæc eſt hora veſtra,* i. ego do vobis poteſtatem. d. 81.n.26. Ideo tam citò peracta, quia dæmones & homines conſenſerunt.d.18x.n.12.

Dedit alapam. d. 44. n. 5.iacet ex amore.d.72.n.19.

Non noui hominem. d.110.§.1.& 75. n.10.& 0.12.

Nullam in eo inuenio cauſam. d.106. 0.3.4.& 5.& 31.n.12.

Ecce homo. Frenat peccantes.d 66 0.23.& 108.n.10.

Non hunc, ſed Barabbam. Multa in tribus diſcurſibus 178.179.180.

Flagellatum. d. 108 n. 24. de dolore Chriſti.d 65.n.2.3. nuditas pro nobis d.108.n.28 Vide *Paupertas.*

Spineam coronam. Nouum inuentum amoris paſſio,& corona doloris. d.64.n 23.& d. 110. Vide longè.

Crucifixerunt eum: vt videant & confundantur homines ab iniquitatibus ſuis.diſc. 108. n. 15. & antè num.10.

Latroni datur pœnitentiæ locus. d.147.n.16.

Prætereuntes blaſphemabant. diſc. 90.num.8.

Pater ignoſce. d 34 n 34. De ſeptem verbis Cartagena tom.1. lib. 11. de Chriſti ſepultura lib.13.

Dominica Reſurrect. Domini 2. die. Luc.24. *Duo ex diſcipulis.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Mald. ibid. Salm. tom.11. tract.14.

INTRODVCTIO. Duo ex ſapientum doctrina, longè abſunt à Deo, mori,& mentiri. Paulus, *Qui ſolus habet immortalitatem, & impoſſibile eſt mentiri Deum.* Sed vnum ex his fecit poſſibile, carnem aſſumeos, in qua mori poſſit, non verò in qua poſſet mentiri. *Nec inuentus eſt dolus in ore eius.* & in Apoc. *Fidelis & vera dicitur.* Hanc veritatis Dei columnam non facile mouendam dæmon exturbare tentauit. Euæ quondam dixit, *nequaquam moriemini.* Rupertus lib.3.in Gen.cap.6. Nuſquam talem blaſphemiam legimus mendacij ſuſpicionem Deo aſcribendo, dicens Deum fefelliſſe eos, dum dixit morituros ſi veritum pomum attingerent: dicere itaque Deum mẽdacem fuiſſe, eo peius grauiúſque crimen fuit, quàm cùm primò deliquit; ibi enim voluit eſſe ſimilis Deo, hîc verò in paradiſo Deum ſibi ſimilem eſſe voluit, quiſnam hęreticorum impudentiſſimus Deũ mendacij accuſauit? quamobrem hæc ſuſpicio eorum terruit ac debilitauit animos, & in deſperationem induxit: ſicut Iſraelem, & duces eorum Moyſem & Aaron vt minus de Deo crederent. Lethale quidem crimen, & cuius cauſa ſolùm in mortem dati ſunt filij Dei in deſerto. *Quia non credidiſtis mihi.* Adhuc pergit, & flectere vult Cedros Libani. & Apoſtolos io ſpem dubiam & timidam adducit: *nos autem ſperabamus.*

DOCTORES ET PATRES.

Et ecce duo. Chryſologus ſerm. 82. *Quare non eribus loquebantur.* Gregor.lib.14.moral.c.24. *Sed quia paſſionis eius tempore iſti dentes præ timore mortis*,&c.

Oculi autem. Auguſt.epiſt.59.quæſtio.8. *Ne ex mutatione.*

Loquebantur. Auguſt. Pſalmo 51. *Cibos amaritudinis.*

Quæ. Referri vult quæ paſſus eſt tanquam gloriæ memoriam, reputat enim ſuam gloriam bonum noſtrum. Vide Doctores,Paez in Cant.Moyſis text.1.annot.5.

Potens in opere & ſermone. Ad hoc Præſul tenetur. Greg. lib. 1. epiſt. 24. *Quos loci ſui neceſſitate exigunt ſumma dicere, hac eadem neceſſitate compelluntur ſumma monſtrare*, &c. Seneca epiſt 104. *Cato.*

O ſtulti. Nos etiam increpamur. Leo ſerm.1. de aſcenſione Domini. cap.2. *Ad omnem noſtræ ambiguitatis.* Tertullian.lib. 4. aduerſus Marcio. c.43.Auguſt.ſerm.146 *Hoſpes in terra.*& ſerm.140.de tempore. *Vbi voluit Dominus agnoſci.*

Qui ſunt hi ſermones. Placent Chriſto hi ſermones & colloquia de diuinis myſteriis. Bern. ſerm.9. *Verecundius id moliri. Vtique libens appropiat*, &c.

Se finxit longiùs ire. Bern. ſer. 74. in Cant. *Simulabat ſe longiùs ire Dominus, ſed volebat audire: Mane nobiſcum Domine.*

Coëgerunt eum. Chryſoſt.Concio. 2.de Lazaro. *Pro foribus ſedens*, &c. *In fractione panis* Auguſt. ſerm.146. *Aperti ſunt ergo.*

SCHOLASTICI.

De conuenientia reſurrectionis & apparitionum.3.p.quæſt. 53.54. 55. & 56. videatur ibi P. Suarez. Corporis decor,dotes mirificæ.1.2. q.4.a.5.& 6 Cauſa noſtræ reſurrectionis.Supplem.q.77.a 3. Deſcenſus ad inferos.3.p. q. 52. Item quid ſit limbus, vel ſinus Abrahæ. Supplem.q.69.tota.

1. *Euangelium.*

3.P.q.55.a.1. ad 3. *Venerunt diluculo.*3 p.q.51 a.4 *Nazarenum.* 3.p.q. 25. art. 4. *Præcedam vos.*3. p. q. 55. art.3.ad 4. Vide d.114.

2. *Euangelium.*

*Sperabamus.*2.2.q.136. art. 5. *Fuit vir Propheta.*2.2.q.174.a.5. ad 3. *Potens in opere.*3.p.q.44.a.3. ad 1. *Oportuit Chriſtum pati.*3.p.q. 49.a. 5. & q. 14. *& non cognouerunt.*3 p.q. 54.a. 1. & q.55 a 4. *Aperuit illis.*2 2.q. 62.a. 5. *Finxit ſe longiùs ire.*2.2.q.111.art. 1. Suarez ibid.

Bonauentura tom. 2. opuſculorum pro modo prædicandi.De myſterio reſurrectionis Virginis Cartagena tom.2.de B. Virgine lib. 13. in fine.

RECENTIORES.

Duo ex diſcipulis. Errantes quærit bonus paſtor.Paez in epiſt.Iacobi c. 5.v.20.§.1.*Peregrinus.* Formas varias induit vt ad ſe alliciat.Cant Moyſis text. 3.4. 5.annot.1.*& ipſi loquebantur*; amabant enim Chriſtum. Soto maior in Cant.pag.990.col.2. Dum fabularentur. pag. 32. col. 2. & 34. col.1. loquentibus de ſe facilè adeſt Chriſtus.pag.990.col.2.*Ibat cum illis aduenans.*pag.243.col. 2. & occurrit citiùs principiis malorum.pag.590. col.2.*Euanuit.*pag.209.col. 1.*Tenebantur oculi.* Sicut etiam animi increduli erant,ſpeculum enim animi ſunt oculi. pag. 378. col. 2. *Tu ſolus peregrinus.*pag.166.col.2.*Quæ.* Amãtis eſt recolere,& præ oculis habere quæ ſunt amata. pag. 695. *O ſtulti*, quod latru agnouit non agnoſcitis. pag.934. col. 1. Indicat quantum nos diligat, dū ait,*oportuit*,pag.591. col. 1. nos indigemus illo, ille verò nun.pag. 960. col. 2. *oportuit.* quia obedire voluit torque colli ſignificatum. pag.821.*Eſtis triſtes.* Ingruit enim triſtitia, vbi non eſt memoria reſurrectionis, & regni Chriſti. Agellius Pſalm.117.v.23. Vel ex memoria eloquiorum Dei & ſacræ Scripturæ.Pſalm.118.v.162. & maximè exulantes à patria,vel à Chriſti præſentia. Pſalm. 125. v. 1. & 2. Vide Ghislerium in Cant. habet elenchum in Euangelia ibidem. De Chriſti reſurrectione Cartagena tom.1.lib.14.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P.Barrad.tom.4.lib.3.c. 5. P. Bened. Fernand. in Gen. *Nónne oportuit Chriſtum pati.*c.8.ſect.4. num. 2. *Mane nobiſcum Domine.* Hoſpitalitas.c.14.ſect.7.n.2. & hoſpites perquirendi,ibid. *O ſtulti.* Mirabile eſt contriſtatos ſic reprehendere. c. 4. ſect.15.n.4.Quære cauſam. an quia ingratitudo Iudæorum fuit ſemper deteſtabilis.c.2.ſect. 3.nom. 4. & 5. & ſect. 5.n.6.& ſect.7.n.2 & c.8.n... ſect. 2.n.5.

P. Cornelius in Paolum habet indicem Euangeliorum.

Ambulantes,& eſtis triſtes. Gaudete & fruimini bonis in die bona. c. 7. v. 15.n.4 Pineda Eccl.*Sapiens Dominus excæcat hebetes diſcipulos.*c. 10. v.10.n. 8.*Tu ſolus peregrinus.* Quàm propriè hoc Chriſto dicatur. Ant. Fernand. viſ. 2. ſect. 1. n. 2. de ſpe reſurgendi per verbum Dei & Spiritum ſanctum qui ſuſcitauit Ieſum. Ant.Fernand.viſ.17.ſect.1.& ſect.2.num.6. Deſperatio vnde naſcitur. P. Sanchez Ierem.c.2.n.88.col. 80. pulcra verba Ieremiæ.Chriſto peregrino,& quaſi nō potuerit ſaluos facere ſuus. Vide Ierem. 14. v. 8. apud Sanchez ibid. n. 12. *Expectatio Iſrael*,& verſionem LXX. Chriſti benignitas erga ſuos.c 23.n.15.col. 515. *Bonus paſtor quærit oues.*c.23.n.6.col.509.& n.13. col 551. *Quæ* i quali iam paſſionis oblitus indicet magnitudinem gaudij, quæ affert obliuionem laborum. Pineda Iob c. 11. v. 16.n.1.& 2.

Oportuit Chriſtum pati. Patientiæ neceſſitas, & quod illi potiſſimum conferatur præmium, præfatione c. 6. n. 2.& 3.De reſurrectione noſtra vide *Reſurrectio* apud Pinedam, & nomina filiarum Iob.tom. 2. c.vlt. in quibos iouolutè ſignificatur ter maxima gloria Chriſti & noſtri.

NOSTRA.

Reſurrectio noſtra ſpiritualis ad formam reſurrectionis Chriſti fiet. Pral. 1.n.12.&c.Officium ducendi & illuminandi etiam poſt reſurrectionem obit. Bernardus ſerm. de verbis Abacuc. *Semel locutus eſt Deus? ſemel vtique, quia ſemper*, &c. *Sed continua & perpetua locutio eſt.* d. 31.num.19.

Qui ſunt hi ſermones. Pulſus amòris Dei memoria eſt ſermo de Deo. d.111.n.68.& 149.12.

Oculi autem eorum. De cognoſcendo Chriſtum, inſt. 3. præcipuè num. 33.

Eſtis triſtes. Sic procedat qui Deum amiſit vt recuperandi ſpem habeat,& præbeat.d.110.n.7.Lætitia in peccatis lethalis eſt. Exodi 32.in adoratione vituli gaudet populus.

Vocem cantantium ego audio, idcóque triginta tria millia interfecit propter vanam exaltationem peccati.d.29.15.&.30. n. 24. Veræ contritionis effectus ſolicitudo.d. 114. num.9.& Baruc.3. *Anima quæ triſtis eſt*, &c.

Tu ſolus peregrinus. Imò ideo peregrinus apud vos, quia vos eſtis peregrini erga illū. Nyſſenus. Sicut ſpeculū,ſic ſe Deus habet erga nos.

Oportuit. Non mori ſolùm,ſed ſepeliri.Ratio redditur d.33.num. 10. & 12.

Aperuit Scripturas. Quaſi teſtamentum reſerans, vt morte iam intercedente firma ſit ſpes reſurrectionis & gloriæ futuræ. d. 171. à num. 1. vſque ad 11. & 162. n.21.& 586.num.9.

Ardens erat in via. Colloquia Dei quam vim habeant.d.111.à num.64. vſque ad finem.

O ſtulti & tardo corde. Sic eſt carpenda acriter deſperatio, ſicut Petrus in Ananiam, vt ait Hieron. epiſt.

Google

epiſt.ad Demetriadem.d.171.n. 24. & 93.num.16.

Euanuit ab oculis eorum. Myſterium hoc æſtimare docet alia beneficia Chriſti.d.88.n. 20.

Domin. in octaua Paſchæ Ioan. 20. *Cùm ſe-rò eſſet.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Toler. Mald. Salm. tom.11.tract.16.

INTRODVCTIO ex Iſai. cap. 57. verſ.17. ſecundùm LXX Loquitur Deus Pater de Chriſto poſt reſurrectionem in medio diſcipulorum Spiritũ ſanctum & pacẽ impertiẽtẽ, ſanantem Thomã, & Eccleſiam vera lætitia perfundentem. *Propter peccatum modicum quid triſtitia affeci eum, & percuſſi eum*, &c. *Vias eius vidi, & ſanaui eum, quia ſpiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam.* ego qui ſemel in Adam inſufflaui, &c. Creaui fructum labiorum pacem. *Pax vobis* & quia Thomas. *Non erat cum eis, pacem ei qui longè eſt*, & vniuerſæ Eccleſiæ, *& qui propè, & ſanaui eum. Non eſt pax impiis.* LXX. *Non eſt gaudere impiis malas paſcuas, para ei mundo.*

ALIA ex Gen.c. 8. *At illa* (columba) *venit ad eum ad veſperam*, &c. Bened. Fern. in Gen. c.8.ſect. 5. n.1.& n.8. Item ex Iſai.c.26.n. 1. *In illa die cãt. &c. Saluator. ponetur in ea murus*, & ortia ſuc vulnera. Vide Pacz in Cant. Moyſis text.2. annot. 1. in princ. & Pal.51. *Attendite ad petram.* Vide LXX. & P. Viegas in hunc locum, & Pagninum ad perforationem ciſternæ. Vide hic in claſſe recentiorum citatum Pacz de vero gaudio in Chriſto.

DOCTORES ET PATRES.

Cùm ſerò eſſet. Temperat iterum citharam corporis vi, vt exhilaret diſcipulos. Rupertus lib. 12. de victoria verbi Dei c.27. ad illa verba, *exurge gloria mea*, &c. *& fores eſſent clauſæ.* Nouis miraculis fidem adſtruit reſurrectionis. Hieron. epiſt. ad Pammach. aduersùs errores Ioan. Hieroſol. *Porrò quod clauſis.* & epiſt.ad Euſtoch.epith.Paulæ, *Quod ſi obienderis.* Gaudia cæleſtia dantur his qui ſæculo fores occludunt. Gregor. in Iob 40. *Omnes beſtiæ ludent ibi*, &c. Secedere opus eſt. Seneca initio lib. 4 Quæſtio natural. *Nunquam. Gauiſi ſunt viſo Domino.* Auguſt. Pſalm.14. n. 8. *Plebs tua lætabitur in te. Malo ſuo lætabitur in ſe*, &c. & Pſalm.83.n.3. *Cor meum & caro.* Non exultauit in hoc mundo. Imperfect. Math.15. *Vt quid delectatur in terra.* & Chryſoſt. homil. 1. in acta Apoſt. *Itaque diebus aliquot. Appare coram Ephraim*, &c. Pſal. 79. & vide Bern. ſerm.6. in Vigilia natalis Domini. *Eſt qui oblitus eſt.* Chryſologus ſerm. 83. Mirum eſt apparuiſſe epulantibus, &c. & ſerm. 84. *Serò erat. Pax vobis.* Ambroſ. lib. de Ioſeph c. 12. Chryſol. ſerm.81. *Ego ſum crucifixus ille.* Ambroſ. lib. 10. in Lucam, *Dominus vt ſpeciem nobis*, &c.

Vobis, & qui verè pœnitentiam agunt. Pſalm.84 *Audiam quid loquatur in me*, &c. Hieron. *Loquetur pacem ad populum ſuum, & ad ſanctos ſuos vt non conuertantur ad ſtultitiam.* Cætera vide in feſto S.Thomæ.

SCHOLASTICI.

Pax vobis. De pace, quid pax.2.2. q.29.a.1. Duplex, patriæ, & viæ.2.2. q 29.a.2.ad 4. Homo peccator non habet veram pacem.2.2. q. 29. a. 3. ad 1. An Chriſtus ſit pax noſtra. 3.p. q.35.a.8.ad 1. Cur inſufflauit. 1.p.q. 43.a.7. ad 6. *Quorum remiſeritis.* An ſacerdos abſoluens verè remittat. Supplem q.18.a.1.& 3.p.q 84. art.3. ad 3. De poteſtate clauium, ſupplemento q.18. *Ianuis clauſis.* Quo pacto potuit intrare.3.p.q.54 a. 4. per totum. *Inferi digitum.* Cur anima Chriſti ſumpſit corpus cum cicatricibus.3.p.q.54 a.4. & ibid. de cæteris qualitatibus corporis reſurgentis. *Eſſe incredulus.* De infidelitate 2.2.q. 10. *Quia vidiſti me.* An Thomas id quod vidit crediderit.3.p.q.55.a. 5. Cur Chriſtus non ſcripſit doctrinam ſuam. 3.p.q. 42.a.4. Bonauentura tom. 2. opuſc. Pro modo prædicandi. De penetratione facta propter dotem ſubtilitatis, vide Lud. Tenam in epiſt. ad Hebræos pag. 302.col.1. n. 34. Cur pacis dicatur Deus in nouo Teſtamento. pag. 1221.n.50.c.1.& pag.61.c.1.n.32.

RECENTIORES.

Cùm ſerò eſſet. Non deſperant reſurrectionem, ſicut impij. Ceruantes Sap.cap.2.theor. 59. *Quorum remiſeritis.* De dignitate ſacerdotali Pacz in epiſt.Iacubi c.1.v.8.§.3. *Pax vobis*, & mundo quidem, quia ea maximè indiget. Pacz c.3.epiſt.v.18. §.7. *Gauiſi ſunt.* In vallem lacrymarum gaudia affert Chriſtus cæleſtia. c.4.epiſt.Iacobi v.9 §.6. *Quorum remiſeritis.* Maturitas & prudentia ſacerdotis ad ſacra peragenda, vel adminiſtranda. Pacz c.5.v.14.& 15. §. 1. & 2. *Quorum remiſeritis.* De confeſſionis ſacramento vide c 5.v.16. §.1. *Deinde dicit Thomæ.* Facilè indulget erroribus eorum qui ſaluti animarum incumbunt.c.5.v. 20. in expoſitione literæ. *Gauiſi ſunt.* Vera gaudia in Deo viuo & vero. in Cant. Moyſis text. 2. annot. 4.& in Ioëlis 1.n.10. ad illa verba, *vnde inſtæ eſt. Paſſaug & videte.* text. 3. annot. 1. in Ioan.20.

Cùm ſerò eſſet. Quies & opportunitas ſucceſſus rerum iuuant. Soto maior in Cant. pag. 243.col. 1. *Stetit in medio*, quaſi centrum: pag. 1002. *Pax vobis.* Ne formidẽt, ſed timeantur, & terribiles ſint in pace vnum. pag. 1078. col.1. *Gauiſi ſunt viſo Domino.* Vide quali de fonte hauriunt lætitiam. Agellius Cant. Iſai. verſ.4. fol 780.col. 2 & eſt lætitia quæ in Chriſto radices agit, & ſuo tempore reſurgit. Pſal.96.v. 11. Vide Ghiſlerium in Cant. & elenchum ibid. in Euangelia.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad.tom. 4.lib.14.cap.17. P. Bened. Fern. in Gen. Chriſtus reſurgens *pacem* præfert.c.8.ſect. 5.n. 8. *& Thomas cum eis.* Etiamſi delinquat iuſtus, bona exercitia non omittat, nec deſperat.c. 11. ſect. 12. n.3.ex Chryſoſtomo. Apoſtoli caſus & incredulitas grauior. cap. 6. ſect 1. n. 2. Sed lapſus excuſatur in ſtorum.c.9.ſect.9.n. 6. Friget Thomas, ſed pia mater manus infra ſinum recondit. cap.3.ſect.21. n.3.in medio.

P. Cornelius in Paulum habet indicem Euangeliorum.

Quorum remiſeritis. Eximia dignitas & ſupra regiam, & vnctio ſingularis. P. Pineda præuio Salomone lib.2.c.6 §.2.

Sicut lætantium omnium habitatio eſt cœnaculum & ad aſpectũ gloriæ collætantur in Chriſto. c. 2. v. 8. n 15. Inſtauratur lætitia poſt triſtitiam.c.3.v.15.n.5. Luſtret, viſitet, examinet & inquirat ſubditorum opera, & aperiat ſuperior eos qui clauſi ſunt. P. Ant. Fernand. viſ. 14. Ezechielis 8 ſect.4.n.3 *Gauiſi ſunt diſcipuli.* Lætitia ex mœrore ſemper fit. Salazar Prou.c.14.n.59. Deus læta ſæpe mœſtis admiſcere ſolet.cap. 14.n 60.& tunc gratiſſima eſt. n.16. & 61. & 62. Sed lætitia hæc vtpote de æterno bono & Chriſti reſurrectione maxima fuit.c.14.n.44. *Cùm ſerò eſſet.* Sic patitur affligi ſuos quaſi non curet Deus. P. Sanchez Ierem. c.14.n.12.col.342. Sed attemperat vexationem ſaluti animæ.cap.30.n. 17.col.635. Dei fidelitas & humanitas. *Stetit in medio*, como camarada. c.38.n.13.col.794.

NOSTRA.

Cur ſerò, & ianuis clauſis? Opportunitatem obſeruauit.d. 170. n. 7. & 13. etſi ſerò dicitur venire, ſed parum ſemper durat tribulatio, diſc.169.num. 10. Satis eſt eſſe

ſimul, & perſeuerare in tribulatione.d.168.n.21.

Venit. Opportunè, ſerò, & celeriter, quo pactu hæc duo conueniant d. 99.n.19.

Pax vobis. Poſt debellatas paſſiones nobis pax oritur. diſc.91. 12. & 91.n.10.

Gauiſi ſunt. Cauſa huius gaudij datur Prælud. 6. n. 5. Chriſtus ciuitatem lætantium omnium fundauit.d.114.n.25. Vana gaudia.d 149. n.10.& d.91.n.29.

Stetit in medio. Viſitat ſuos.d.156. n.21.in marg.& 156. num. 27. & d. 184.n 11.

Oſtendit eis manus & latus. Teſtimonia amoris qui in æternum viuit.d.138.n.35. Idē quod pro ſalute mundi exhibuit, idipſum vni Thomæ concedit, vt ſinguli nos debuotas ſuæ paſſionis cahibeamus: ſicut Paulus Gal. 2. *Tradidit ſemetipſum pro me.* Vide Chryſoſt. lib. 2. de compunctione cordis. Auguſt. 3. confeſſio. c.11. *O tu bone omnipotens, qui ſic curas vnumquemque noſtrûm, velut ſolum cures: ſic omnes tanquam ſingulos curares & diligeres* diſc.87 n.25. Vulnera ſunt cauſa lætitiæ, Præl ud.6.n.5.

Manus & latus. In ſignum amoris, quo ea pertulerat, & etiam poſt reſurrectionem gloriatur de cruce. d.83.n.13.& d. 91.n.12.& 13. & vt oſtendat eis & amare & operari. d. 91.n.19 Vide *Vulnera Chriſti.*

Accipite Spiritum ſanctum. Nunc videlicet docti eſtis ad ſoluenda peccata cùm grauitatem peccati in meis vulneribus perſpexiſtis.d. 111. n 38.& d.108.n.17.

Dominica II. poſt Paſcha. Ioan. 10. *Ego ſum Paſtor bonus.*

S. SCRIPTVRA.

Expositio. Tolet. Mald. Salm. tom.7.tract.15.

Introdvctio ex Pſal.118.176. *Erraui ſicut ouis quæ periit.* Vide D. Ambroſ. Errans ouis amiſit potentiam, ſapientiam & amorem, ac per conſequentiam Trinitatem. Potentiam, vt ponderat Chryſoſt. tom. 5. hom. de vanitate & breuitate præſentis vitæ. *Creaui ego cælum & terram, in ſuſcepta à me creandi licentia facite de terra cacum, potes namque,* &c. Sicut ſi pictur filium doceat picturam, & quidem meliori forma & materia. *Formant draconem ad illudendum ei,* &c. Capitur ouicula, venditur. Iſai. 50. & Ambroſius ponderat *Ecce in iniquitatibus veſtris vendit eſtis.* Secundò ſapientiam amiſit. *el bueniino de oueja que camina a Dios* Chryſoſtom. homil. 2. de Iob. *Vir erat,* &c. *Sicut equa & mulus.* Factus ex duplici ſexu, ex diabolo patre, & ex peccato. Vide monſtrum iſtud apud Platonem dialogo 9. de republ. *Pinge itaque figuram beſtiæ.* Tertiò amorem perdidit. Quærit de hac iactura Bonauentura 3. parte ſtimuli amoris. c. 14. *Tibi Deo patre iuſto.* Sed ô benignitas à bono paſtore ouicula Trinitati redditur. Eſt enim paſtor potens, *nemo rapiet.* eſt ſapiens, *cognoſco oues.* Eſt denique amans eorum, *bonus paſtor animam ſuam,* &c. Cognoſce tu Paſtorem animarum.

Alia ex Zachariæ 13.5. *Homo agricola;* videatur Pineda in Eccl. c. 2.v.7.num.10.

DOCTORES ET PATRES.

Paſtor bonus, qui oues deſerit. Auguſt. Soliloquiorum.c.14. *In tote tempore totum me ſimul conſideras,* Rarus eſt *bonus paſtor.* Bernard. epiſt. 248. quæ eſt ad Eugeniū. *Si rebus raritas pretium facit* Græcè, *ille bonus, ſiue pulcer.* Pulcritudo autem ea eſt, *bonus paſtor animam ſuam dat,* &c. Videant Præſules quale onus ſuper ſe tollunt. Rupertus Ioan. 10. *Aſperſa ſunt ouilia. Sanguine paſtorum,* &c.

Mercenarius autem. Gregor. hom. 14. in Euangelia. *Sola cauſa.*

Sicut nouit me Pater. Comparatio eſt plena amoris & dignitatis. Quēadmodum nouit Patrem, & me eſt cognitio mutua amoris plena, &c. ſic nouit me & oues meas. *Alias oues habeo,* &c. Loquitur de omnibus ouibus tam prædeſtinatis, quàm non prædeſtinatis. Videatur Aug. ſerm 50 de verbis Domini. Agit etiam de Gentilibus & de nouo orbe Indiarum. Auguſt. tract. 45. in Ioan. *Duobus gregibus.* Habes in diſcurſibus boni paſtoris.157.158.

Cognoſcunt me, i. præcepta mea ſeruant. Baſilius hom.26. *Has ad blaſphemiæ ſuæ ſtructuram.*

Et alias oues habeo. Greg hom. 14. in Euangelia.

Quia redempter. Cæſarius dialogo 4. *Quod dixit Dominus.*

Propterea Pater me diligit, i. quaſi denuo me amat propter inſigne facinus moriendi. Chryſoſt. hom. in Pſalm. 44.

SCHOLASTICI.

Paſtor bonus. Qualis Paſtor ſit Chriſtus. 3.p.q 8.a.6.ad 3.& 3. p. q. 40.a.3.in corp.& q.41.a.3.ad 1. *Bonus paſtor.* Quid pertineat ad officium paſtorale. 2.2.q.184.art. 5. in corp.& 7.ad 1. An cura paſtoralis ſit teſtimonium dilectionis Dei. 2.2.q. 184.a.7.ad 1.& q.185.art.2.ad 1. Ad quos propriè pertineat. 2.2.q.184.a. 6.in corp.ad 2. Epiſcoporum ſtatus. 2.2.q.184.a.5. & 7. *Mercenarius autem quis dicatur.* 2.2.q.185.a.5 ad 1.

Dimittit oues. An liceat Epiſcopum deſerere gregem. 2.2.q.185.a. 5. *Cognoſcunt me mea.* An ſemper recurrendum ſit ad prælatos, &c. 2. 2. q. 47.art.4.& q.88. 1.2. Item. *& vocem meam audiunt.* Proprium officium prælati prædicare. 2.2. q. 187. a.4. *Vnus paſtor.* 3.p.q.8. Bonauentura tom.2. opuſculo, pro modo prædicandi. D. Thom. explicat illa verba, *ſicut nouit me Pater.* hoc eſt, omnia quæ in Patre ſunt, eius cognitiones, conſilia, voluntatem cognoſco, ſicut ille omnia quæ in me ſunt. Noui ergo illum decreuiſſe, & velle me pro ouibus ſubire mortem.

RECENTIORES.

Paſtor bonus. Nunquam deſerit oues. Paez in epiſt. Iacobi c 1.v. 1. §. 4. Benigne tractat oues. c.1.v.1. §. 4. & ſeq. non fallit ouiculis. Sciat & cognuſcat oues & diuina myſteria. Paez c.3.v.1.§.3.

Non pertinet ad eum de ouibus. Sed lucra quærit. c.3.v.1.§. 4. omnes labores omnium ſuarum ferat. §. 4. ad illa verba, *conducit.* Manſuetudo in correptione. c.3.v.2.§ 6. Boni paſtoris requiſitæ qualitates. Paez c. 3. v. 13. à §.1. vſque 6. *Bonus,* quia zelum habet bonum. c.3.v. 14. §.1. in fine. Sapientiam cum pietate coniungat. c. 3. v.17.§.6. Quærit & reducit oues bonus paſtor. cap. 5. v.20.§. 1. Quanti animas facere debeat. in Cant. Moyſis text. 1. annot. 5. ante finem *Bonus paſtor animam ſuam dat.* in Cant. Moyſis text. 2. annot. 3. *Ante illas vadit.* ibid paulo pòſt. *Paſter bonus.* Græce, *ille bonus, & vnus.* Rari ſunt boni Soto maior in Cant. 225.col.2.& 653.col 1.& 241.col.1. & 216.col.1.& 219.col.1. Paſco inter lilia clementer & abundanter. pag.607. col. 2. *Animam ſuam dat.* pag. 171.col. 1. *& vigilias agit.* 649. col. 2. *Cognoſce oues, & ipſe me.* pag. 930. col.1. Paſtor bonus Chriſtus, nus oues eius. Agellius Pſalm. 94. v. 7.& Pſal. 47.v.14. Paſtoris boni munera & pietas in fœtas oues. Pſalm. 77.v.74. & 75. Vide Ghiſlerium in Cant. & elenchum in Euangelia.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 3. lib.2.cap. 6. P. Bened. Feroand. in Gen. *Ego ſum Paſtor* (ille) *bonus.* Ad quem alludat articulus *ille,* an ad Abraham, vide verb. *Abraham* in indice Fernand. an ad Adam, qui factus eſt ab initio bonus paſtor, & cognouit oues ſuas. c. 2. ſect.10.n. 1. ſed præcipuè n.9. *Oues vocem audiunt.* c.8 ſect. 4. n. 1. *Et animam meam pono pro eis.* cap.8. ſect.8.

Digitized by Google

ſect.8.n.2.Amor ouium ſuarum ſolabatur dolores crucis. ibid. *Vocem meam*, tanquam Dei audiunt. c. 12. ſect. 1. n. 4. Vide verbo *Prælatus*, in hoc auctore.

P.Cornelius in Paulum habet indicem Euangeliorum.

Peſſima eur dicatur occupatio ducendi, corripiendi & regendi. Pineda c.1.Eccl.v.15.n.4.5.&c.Paſtor bonus, pius & nó nimis iuſtus.c.7.v. 17.n.5.& 6.*Quia mercenarius eſt*.Vide. de hoc contemptu muneris, & ouiú c.7.v.18.n. 4. Quid ſi malus ſit paſtor.c.8.v.9 n.5.Mors boni paſtoris, & alia, vide c. 8. v. 10 n.9 Prælatus mercenarius quæ mala inferat.c.10. v.8.num.16.& præſertim n.18. *Paſtor & idolum*, indignus Præſul c.10. v.10.v. 5. *Cognoſco oues*. Subditorum exemplu prælatus proficit. c. 10. v. 10.num 6.*& cognoſcunt me mea*.ibid. Pigritiæ prælati & principis damna.c.10.v 28.

Cognoſco oues.Vix delatoribus det locum.c.10.v.20.n.17. Paſtor vnus Deus, bonus Chriſtus dicitur.c. 12. v.11.n.6.Paſtoralis exercitatio prænia ad prælationem. Ant. Fernand. viſ.6.præfatione num. 9.*Vt animam ſuam ponat*. viſ. 6. ſect.1.n.5.ille bonus Rex qui fuit Paſtor. viſ. 6. ſect. 2. n. 3. & in ſeq.*Cognoſco oues*.De dignitate huius viſionis & cognitionis viſ.11.ſect.1.n.2.

NOSTRA.

Ego ſum Paſtor bonus. Qui ones impensè amat.d.130.num. 16. Vide *Charitas Chriſti*,&, *Amor Chriſti*. *Bonus Paſtor animam ſuam dat*.d.64. n. 23.& 89.5.

Cognoſco oues meas, & quæ ſigna ſunt illa.d.174.num.19 & 20.idest, amo eas ardenter.d. 133. 6. vigiler. 182.num.10.

Mercenarius autem. d.182.num.6. quanta ſit iactura vnius ouis.d.183. n.9 Iniqui deſcribuntur.d.183.n.12. & 13. Vide *Miniſter*.

Lupus rapit.Anima peculium eſt, & grex Chriſti, raptu abutitur ea dæmon.Sua non eſt.d.174.n.17.184. n.14.Latrunculus 44.n.13.

Ego ſum Paſtor bonus.Quàm clarè loquitur Chriſtus in his quæ non tam credere, quàm ſperare docet, ne ſpes titubet.d.6.n.33.& d.12.10.Sperandum in eo etiam in extrema inopia.d.137.11.

Cognoſco oues meas. Hæc cognitio non tollit libertatem, quin promouet ad bene & liberè operandum.d. 164.n.16.&.179.num.10.eſt veluti ſpeculum, refert, ſed non cogit.

Cognoſcunt me mea.Chriſti cognitio, & dignitas ineſtabilis.d.6.n 25. Cupit amari.d.123.28.& 162.10.

Et alias oues habeo. Vocatio gentium.d.134.n.2.

Et alias oues. Audite vocem & obtemperare deſignat Chriſti oues. d.33.n.27.& 32 & d.51.a principio inſtit.18.& d.106.n.16.& 17.

Et fiet vnum ouile.Vide *Nouus orbis*,&, *Vocatio gentium*.

Dominica III. poſt Paſcha, Ioan.16.*Modicum*,*& tam*.

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Mald. hîc. P.Tolet. ibid. Barrad. tom.4.lib.5.c. 10.n.1.Salm.tom.9.tract.70.

INTRODVCTIO. Primò fiat ex connexione litteræ, nexus enim nó apparet, neque conſequentia. Diſcipuli enim ignorant dicendi modum. *Modicum, & modicum.* Qui de abſentia Chriſti videtur agere, Chriſtus verò hoc non exponit, ſed id quod perpeſſuri erant, itaque prætermiſſa cauſa agit de effectu. *Plorabitis*, &c. Cæterùm vt Ioannem intelligamus, qui calamo & lingua amorem prodit, amoris affectu indigemus. Amantis enim eſt plus dolere de amici calamitate, quàm ipſe qui eas patitur: nam amicus patitur iacturam honoris, vel valetudinis, amans verò plagam in corde ſuſcipit per compaſſionem. Cùm igitur reciproca dilectione diſcipuli plus boni Magiſtri incommoda quã ſua ſentirent, atque adeò ſi eis ſigillatim ea referret, ſubitò interirent; alterno amore Chriſtus prætetit ærumnas ſuas, & ad eorum damna commemoranda tranſiuit. Itaque ô dilecti, *plorabitis & flebitis vos* (quod me pungit, & doleo) *vos*, inquit, vſque ad lamenta & lacrymas & tædium vitæ dolore afficiemini, *ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.* Vis ſcire quantos labores pertulerint Apoſtoli: ex fundamento & primis lapidibus quale ſit ædificium colligitur. Si ergo, *Magnus Dominus in ciuitate Dei noſtri*, in Apoſtolis prima iecit fundamenta Martyrum confeſſorum, virginum, qualia putas pertuliſſe tormenta.

DOCTORES ET PATRES.

Modicum. Exercet ſuos ad modicum, & ad punctum.Iſai 54.Greg. in moral. *Diluculo nos Dominus viſitat, quia erroris noſtri tenebras luce ſua cognitionis illuſtrat*, &c. Iob 7.*Viſitas eum diluculo* Bern.ſerm.23.Cant.*Heu rara hora.* Bonus paſtor poſt modicum abſentiæ redit ad actionem & cuſtodiam ouium. Gregor. Iob 38. *Sancti viri poſt opera exteriora. Modicum.* Vſque ad iudicium modicum dicendum, ex ſententia ſancti Auguſtini. & cap.9.de decem chordis, ait, *Melior eſt modica amaritudo in faucibus, quàm ſempiternum tormentum in viſceribus*, & ſerm.de S.Laurentio.*Quanta eſt dignitas.* Modica non eſt vita, Seneca lib.14.epiſt.94.

Triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Tertull. de Trinit. vel Nouatus ille. *Meritò lætitia*,&c. Sæculi lætitia vera non eſt. Auguſt.37. de verbis Domini; *ſæculi lætitia, impunita nequitia*, &c.Proſequitur Bern.ſerm de conuerſione ad clericos. *Quæ mundus miterim amatoribus ſuis*,&c.Vide Paez in Iacobi epiſt.cap.1.v 2.ad illa verba, *vnde tam licet*.& Auguſt.in Pſalm.84. *Plebs tua lætabitur in te, malo ſuo lætabitur in ſe*.Tertull.de ſpecta.cap. 27 *Omnia proinde habe ac ſi ſtillicidia.* & c. 28. *Vicibus diſpoſita res eſt.*, Chryſoſt. hom.78.*Dolemem*.Bern.ſerm. 74. in Cant.*O modicum*.& epiſt. 136. *Si triſtitia*. Ambroſ. in Pſalm. 47 *Sunt ibi dolores.* Chryſoſt. hom. 78. in Ioan. & homil.16. ad Antioch.*Sicut in nequitia tinens.*

SCHOLASTICI.

Neſcimus quid loquitur. Cur Chriſtus tegit ſuam doctrinam ſub tegumento parabolarum.3.p.q 42 a.3. in corp. *Cognouit autem Ieſus.* An anima Chriſti in verbo cognoſcat omnia. 3.p q.10.art.2. per totum. *Plorabitis.* An ſit iuſtum iuſtos in hoc mundo affligi.1.p.q.21.a.4.ad 2.Cur peccatores proſperentur, & innocentes non proſperentur.1.2.q.87 a. 7. *Sed triſtitia veſtra.* In quo gaudendum. 2 2.q.28. art.1.in corpore,& ad 3. Quot modis in Deo gaudeamus. 2. 2.q.28. art.1.ad 3. & 2.An gaudium ſpirituale ſecum patiatur aliquam triſtitiam. 2. 2.q 28. per totum art. *Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum.* Quando gaudium iſtud Apoſtolis fuerit impletum. 3. p. q. 55. art. 3. ad 1.Bonauentura tom. 2. opuſc.Pro modo prædicandi. Greg. hom. 27. in Euang.*Si omne quod petimus*.Hieron. epiſt.ad virginem exulem. Aptiſſimum namque ad comparationem tribulationum.

RECENTIORES.

Triſtitia veſtra conuertetur. Paez in epiſt.Iacobi c. 4. v. 9. in expoſitione litteræ. Fatuorum riſus eſt, lætitia diuitum, cùm plorare deberent.c. 4. verſ. 17.§.2. & Caor. Moyſis text.1. annor. 4. ad illa verba, *Mundi omnia gaudia*, & ante falſa gaudia mundi. ibid.in verba Ioel 1.n.10.

Modicum.Viciſſitudine vtitur erga ſponſas animas. Soto maior in Cant.pag. 209. col. 1.& quaſi ludit cum ſuis abiens & rediens.pag. 970. col.2.& pag.471.col.2.& [illegible] 49. col. 2. Vt ſic audiùs de[illegible]tur. pag.961.col.1 & pag 54[illegible] col 1. *Quid eſt quod dicit nobis.* [illegible]

quod fieri nolleut, ne dux & nauclerus deſit eis.pag.81.col.1. *Triſtitiam.* Nigra eris Eccleſia, ſed ſtatim formoſa eris.pag.147.col.1. *Videbo vos.* Sui muneris etiam poſt gloriam non obliuiſcitur. pag. 576. col. 1. *Vos verò conſolabimini.* Tribulationem ſequitur conſolatio. Agellius Cant.Ezech. v.7. 8.& 9.fol.785.& Pſalm. 138. v. 11. & Pſalm 22. v.5. Ad modicum tempus ſua nos deſtituit præſentia. Ghislerius in Cant. pag.389.col.2.& iterum modicum, eſt quaſi luſus.pag 742.col.2.

Impiorum dolor, velut parturientium. Ceruantes Sap. 5. theor.8. & antè. Laret impios labor & dolor huius temporis, ſed fatentur in æternitate inſipientiam.cap. 5.Sap. theor. 14. *Mundus autem gaudebit.* Qualia ſint mundi gaudia Ghislerius in Cant. pag. 100. col 1. Vide ibidem elenchum in Euangelia.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P Barrad. tom. 4.lib. 5. cap 10. *Mulier cum parit.* P.Bened Fernand. in Gen. c 3 ſect.36. n. 5.ex Chryſoſtomo Fructuoſa tribulatio. cap. 1. ſect. 3.n.12 & c.14.ſect.1.n.6.

P. Cornelius in Paulum habet indicem Euangeliorum.

Modicum ſunt omnia, ſiquidem ad modicum durant. Pineda Eccl.c. 1.v.4.n 3.fol.126.in Hiſpalenſi impreſſione, & terra ipſa ad modicum ſuſtinet homines. ibid. n. 6.ex Hugone.

Mundus autem videbit. Stultus & improbus riſus mundi deſcribitur. Pineda Eccl c.2.v.2. *Triſtitia veſtra conuertetur in gaudium* c.2 v.2.n.9.

Modicum temporis à Deo deſignatum eſt, non eſt cur ſoliciti ſimus Pineda c.3 v.1.n.4.& 5.Viciſſitudo iſta rerum iam triſtitia, iam gaudij Dei tranquillitatem ab anima non adimunt.c.3.v.14.n.3. *Contriſtabimini*, & hoc longe melius eſt, quàm lætari in hoc ſæculo. cap. 7. verſ. 4. num. 2. Gaudia ſæculi vana & frigida. c.7.v.7.n. 3. Modicum laboris, & modicum boni dicit prouidit Deus, ne de eius prouidentia querimonias haberemus. c. 7. v. 15.n.2. Modica patientia ad modicum neceſſaria eſt, nam patientia idem eſt quod dilatio & mora.P. Sanchez Ierem. 15. n. 51. col. 367. & præterea Deus dat eam laboranti.c.29.n.11.col.616.Tribulatio quæ vtilis.cap. 5. n.5.col.155. Fornax tribulationis in qua non finitur iuſtus eſſe, niſi donec excoquatur,&c.c.9.n.12.col.247. *Neſcimus quid dicit*, nunc ignorant tribulatio autem etiam ſtultos erudit. c. 31.n.42.col.66. *Triſtitia veſtra.* Non ſicut ſæculi, intempeſtiua & quæ dolorem parit.c.8.n.33.col.233. Ad philoſophandum impellit tribulatio. Pineda Iob c.1.verſ. 21. n. 2. & 12.& v.16.n.6.Vide tom.1.Iob verbu *Tribulatio.*

NOSTRA.

Expectare oportet longanimiter ad modicum.d.26.n.15.d.50. n. 7 & ſeq.

Modicum. Reſpectu gloriæ verè modicum eſt tribulationis tempus. d.144.n.29.

Modicum eſt tribulationis quod ab aquilonari parte vexat, & afficit Eccleſiam: nam ex alia parte ad auſtrum gloriæ reſpicit.d.185.n.7.

Neſcimus quid loquitur. Ignorant lectionem diſcipuli, ſed lectio tribulationis quadripartita eſt. d. 50. n.7.& 169.n.10.& ſeq.

Plorabitis & flebitis vos, quia filij eſtis Dei.d.29.n. 7. Sed finem præſcribit modicum & modicum.diſc. 144.n.27.

Mundus autem gaudebit. Sed gaudia hæc mundi mærore miſcentur. d.114.n.2.3.Humani gaudij breuitas. d.90.n. 28. Vana gaudia. diſc. 149.num.10.

Vertetur in gaudium. Quod fit facile, quia vera triſtitia non eſt.d.51. n.10.d.171.n.14.

Et gaudium veſtrum nemo tollet. Quia erit de me gloria affecto. d. 186.n 6. Gaudij veri deſcriptio. 92. n.1.diſc.169.n.13. Nemo tollet gaudium niſi peccatum d.91.n.22.

Mulier cum parit. Multa circa hanc prouidentiæ rationem habes d. 27. Quare tardat, quare occulta eſt, quare differtur glorificatio ſanctorum corporum: ſed vide ibid.n. 20.Laboribus & doloribus gaudia æterna obtinere debemus. diſc. 113. n.14.

Iterum videbo vos. Fideliter adimpleuit, ideo promiſſio facta ante paſſionem nunc tempore paſchali decantatur.d.168 n.25.& d.18.n. 1.

Dominica IV.poſt Paſcha. Ioan. 16. *Vado ad eum.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Tolet. Mald, egregiè Salm.tom.9.tract.67.

INTRODVCTIO fieri poteſt ex c. 4.Eccl.v.1.*Verti me ad alia.* Vbi videatur Pineda, & n. 4. verba Cypriani, ipſaque deſcriptio calumniatum, & lacrymarum pauperum, & neminem conſolatorem.

ALIA. Arguet mundum, & iudicabit illum vt in eius ſupplicio eruditi mundani diſcant timere. Prou. 27. *Aſtutus videns malum abſconditus eſt, paruuli autem tranſeuntes ſuſtinuerunt diſpendia. el aſtuto es carmiento en cabeza agena los necios por no aduertir ſe van al deſpeñadero.* Nazianz. comparat hoc neſcienti literas, cui tamen elegantia literarum placet, ſubſtantiam non percipit. Beda explicat imprudentiam illorum militum qui expugnantes vrbem iuxta muros aderant, & à ciuibus lapidibus petiti & extincti ſunt. O tyrones, iam abiit è cerebro mors Abimelec ictu lapidis è muro exturbati? Rabanus Maurus verbum illud *diſpendia* ponderat, quia duplicatur ſupplicium imprudentis. Sicut Gen.4. *Audite vxores Lamec*, &c. i. ego dignus ſum maiori pœna quàm Cain: nam licet innocentem occidit, at neſciebat mortem, luctum, orbitatem parentum, &c. ego verò vel qui Cain occiderit, reus ero iudicio grauiori, quia iam poſt eruditionem deliqui, ideo *ſeptuplũ punietur.* Moyſes Barcepha. ideo (ait) non dedit locum pœnitentiæ Sodomitis, ſicut gigantibus in diluuio, quia gigantes aſcendentes aquas videbant, Sodomitæ verò viſo & audito hoc ſupplicio non timuerunt.

DOCTORES ET PATRES.

Vado ad eum, & nemo ex vobis. Auguſt.tract. 94.

Contriſtabatur humanus affectus, quia carnalis diſſolubatur. Expedit vobis vt ego vadam. Auguſt. Veſtra intereſt me à veſtris oculis eripere, vt ſpiritualia & cæleſtia cogitetis: ſic Auguſt.citatus.D. Bern. ſerm. 3. de Aſcenſione. *Apoſtoli adhuc carnis.* Gregor. moral. cap. 13. *Si ego non abiero.*

Arguet mundum. Conuincet. 2. Tim. 4. Chryſoſt. explicat *argue*, i. conuince priùs, deinde obſecra, & increpa iam conuictum, &c. Vide. *De peccato*, quia non *credunt*, ſic Græcè, i quos inuenerit incredulos, nunc enim excuſationem non habent poſt tot miracula.

De iuſtitia, i quia mundus iuſtitiam & fidem credentium & Apoſtolorum imitari nolit. Aug. hîc, *arguitur mundus*, &c. Vos verò ô Apoſtoli veſtra iuſtitia conuinceris eos, quum in me etiã abſentẽ credetis. *Cum vado ad Patrem, & iam non videbitis me.* Chryſoſtomus aliter & meliùs. De iuſtitia arguet Spiritus ſanctus, quia oſtendet me quem Iudæi crucifixerunt, fuiſſe ſanctiſſimum, *quia vado ad Patrem*, vbi ſemper permanebo in gloria.

De iudicio; quoniam mundus cum ſuo principe iudicatur, & damnatur cum dæmone. Auguſt. tract. 95.

SCHOLASTICI.

Qui miſit me. De miſſione diuinarum perſonarum 1. p. q. 43. per tot. Quomodo Pater mittit filium. 1.p.q.43 a.1.in corp.vtrùm filio cõueniat inuiſibiliter mitti. 1.p.q 43. a.5.per tot. *Triſtitia implebit.* An triſtitia & dolor auferat facultatem addiſcendi, & conſiderandi quippiam.1.2.quæſt 37.a.1.An impediat omnem operationem.1.2.q 437. a. per tot. *Sed ego veritatem dico vobis.* An ſemper dicere veritatem ſit laudabile.2.2.q.109.a.1. ad 2. & 3. *Si enim non abiero.* An aſcenſio Chriſti ſit cauſa noſtræ ſalutis.3.p.q. 59. a.1.ad 3. *Docebit vos omnem veritatem.* Quomodo ergo multa ignorarunt. 1.2.q.106.art. 4. ad 2 Bonauentura tom.2. Pro modo prædicandi opuſculo. An docuit Apoſtolos omnem veritatem cùm primùm illapſus eſt Spiritus ſanctus. Pars affirmans probatur ex D.Thom 1.2.q. 106. a. 4.ad 2.Sed verba illa Thomæ illam minimè confirmant, videantur. Negans pars veriſimilior ex Actibus 10. & 15.

RECENTIORES.

Triſtitia implebit. Paez in Cant. Moyſis text.1.annuratione 4.per totam. *Vado.* Diuinitas quomodo ire dicitur. Soto maior in Cant. pag. 35. col. 1. *Et nemo ex vobis interrogat me.* Commemorari vult frequenter paſſionem ſuam, & ex hoc laudatur ſponſa.pag. 760. col. 2. *Sed quia hæc loquutus ſum vobis, triſtitia.* Hoc amantium eſt, & vox illa, *trahe me poſt te.* pag.80.col 1.& 2. *Expedit vobis.* Sicut ſponſa in Canticis, *introduxit me rex.* Bernardus. & pag. 110. col.2.& 117.

Arguet mundum. De improbitate & ſimulatione Ceruantes Sap. 1. theor.28 & 29. De malitia quæ eſt graue crimen, Paez in epiſt. Iacobi cap.4 v.17.§.1. Victoria de mundo deſcribitur Cant.Moyſis text.1.annot.6.in principio.

Multa habeo vobis dicere. Soto maior. Rudioribus lac dat.pag.48. col. 2. Suis ſe accõmodat paruulis. pag. 92.col.1.Eſt ſolidus cibus doctrina Chriſti:non poſſunt portare paruuli imperfecti.pag. 781. col. 1. *Nemo ex vobis interrogat*; paſſio enim Chriſti à prophanis ſtultitia putabatur. Agellius Pſalm.68.v. 5. Mare eſt paſſio & vocatur iter facile, Hiſpanè *vado.* Pſalm. 68. v. 1. *Quò vadis.* i. qua ratione, quare ſic, cur de vtilitate tribulationis non inquiritis. Ghiſlerius in Cant. pag. 864. col.1. Vide ibid. elenchum Euangeliorum.

Fr. Garcia Euang.Conc.Tom.2.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad.tom. 4. lib. 5. cap.5.P. Bened.Fern. in Gen. *Vado ad eum,* i. ad beatitudinem mei corporis, quæ inuitat & rapit animos.cap. 1. ſect.3.n.5.& tamen vos non mouet, nec ſalutis ratio vlla, aut deſiderium.c.11.ſect.6.n. 6. *Princeps huius mundi iam iudicatus eſt.* Non ergo eſt cauſa ſeruiendi illi,& obtemperandi. c. 2. ſect. 6. n.6.c.3.ſect.32.n.3. *Si ego non abiero.* c.2.ſect.6.n.8.& cap. 3. ſect. 42. n. 5. *Expedit vobis vt ego vadam.* c.13.ſect.3.n.2.

P. Cornelius in Paulum habet indicem Euangeliorum.

Nemo ex vobis, quò vadis. Infelicitas eius qui non conſequitur finem ſuum Deũ in ingluuia ad ſimilitudinem abortiui, declaratur. P. Pineda Eccl.c.6.v.4 n.3.Peccata principum & ſacerdotum corripere munus cæleſte eſt. Ant. Fernand.viſ.33. c.5 ſect.1.n. 5. *De peccato*; quia non eredẽtes deſerere eos coactus ſum. P.Gaſp.Sanchez Ierem.c.6. 17. col. 181.& obſtinationis pœna.cap.13.n. 40.& quia enim maiori cognitione peccauerunt.c.17.n.4 col.349.& c. 51.n.18.col 1005.

De iuſtitia verò quia ad Patrem vado. Deus vtpote ſanctus hominum iudicio ſuam innocentiam ſupponit.c. 2. v. 16.Sed vis rationis in eo eſt, Deus iuxta ſe iniuſtos non patitur; cùm ergo me ad Patrem ire videritis; tunc ſanctitas mea innoteſcat: grauis enim eſt Dei offenſio in peccatores.c.15.v.23.col.360. *De iudicio*; quia princeps huius mundi iam iudicatus eſt. Sicut Melchon.c. 8.n. 35. à quo Dauid abſtulit coronam., & exanthorauit illum; ſic Chriſtus mundum in fine. P. Pineda Iob c.14.verſ.11.n.5. & 6.

NOSTRA.

INTRODVCTIO eadem quæ eſt in d.170.n.1.2.&3.

Nemo ex vobis interrogat. Quia ignorant gloriam non æſtimant labores; ideo ſemper in conſpectu haberi debet.d.159.n.28. nam ſi cognoſceret à principio, ad ipſam deberet homo properare. diſc. 183. num.19.

Triſtitia implebit cor veſtrum. Quinam triſtantur audito nomine gloriæ, niſi præſciti,& vitæ præſentis nimium amatores. d. 178. 13. De triſtitiæ cauſa & remedio diſc. 90. num.22.

Si autem abiero, mittam eum ad vos. Omnia ad vtilitatem noſtram refert, ſiue aſcendat, ſiue deſcendat.d. 38.n.3.4.& 5.

De iudicio autem. Hoc mundi iudicium & principis eius deſcribitur d.61.n 3.& 4.

De peccato, quia non crediderunt. Dicitur autem peccatum deprauata voluntas quæ anouat intellectum à fide.d.21. n.36. d.161.n. 9.& 10.& 162 n.6.

De iuſtitia verò; quia ſanctus eram, vt probat meus ad patrem aſcenſus.d.94 n. 12. & verbo *Sanctitas Chriſti.*

Docebit vos omnem veritatem. Nam ſicut mater lacte nutrit filium, lac autem calore conficit ex rebus diuerſis; ſic Spiritus ſanctus calore & amore ea quæ in ſacra Scriptura diuerſiſſima ſunt, conſilia, hiſtoriæ, bella, adulteria, homicidia, in hoc vbere Eccleſiæ conuertuntur, & in lac ſuauiſſimum tranſmutantur, quod vocat Petrus *lac verbale.* diſc. 152.n.4.d.122.num.12. *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet.* Pater honorat filium, filius Patrem, Spiritus vtrumque; quia ab vtroque procedit, ideo in Ioanne Baptiſta & Prophetis innotuit, quia honori Chriſti conſulebant.d.153.14. *premia dios que honrra à Chriſto y al padre.*

Dominica V. poſt Paſcha. Ioan.16. *Amen, amen dico vobis.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Tolet.Mald.Salm. tom.9.tract.67.

INTRODVCTIO ex multis Pſalmis, in quibus exorantium voces Deo iucundiſſimas eſſe probatur. *Et exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meam.* Pſalm.17.verſ. 6 1. voces meæ conſonant Angelorum vocibus, quibus in cælo collaudatur Deus. Et licèt taceat lingua, meæ calamitates & neceſſitates loquuntur,& excipiuntur. *Oculi omnium in te ſperant.* Vide Chryſoſt. in hæc verba. Certè multi non ſperant, & ea quæ ſunt multi eſſe à caſu exiſtimant. Ita eſt, ſed clamat in his neceſſitas. Sicut de ruinoſa domo dicimus, hæc domus clamat, vt reficiatur. Sicut Pſalm.148. *& pullis coruorum inuocantibus eum,* cùm re vera ipſi neſciant Dominum. Fames clamat, & licèt in gloria ſit, libentiſſimè abiectum & humilem exaudit. Quis ſicut Dominus Deus, &c.Pſalm.112.

Item ex loco Iſaiæ, *In anno quo mortuus eſt, ſedentẽ ſuper ſolium.* Sedet vt quietiùs & iucundiùs gratiſſimam harmoniam orantium & laudantium excipiat. *Agradole la muſica de la oracion y ſentoſe.* Et licèt fumo plena erat domus Dei, adhuc perſeuerat in audiendo.

Seraphin ſtabant. Oratio ex amo-

re procedat, ne ſit confeſſio coacta ſicut dæmonis, *credunt & contremiſcunt.* Vide P. Gaſpar Sanchez cur operiebant faciem & pedes. Oratio tria puncta continet, *Sanctus* quis eſt? Deus in ſe, *Sanctus* in iudiciis ſuis, *Sanctus* in operibus ſuis.

DOCTORES ET PATRES.

Orationis laus, ex Bernardo. *Quid oratione pretioſius, quæ Deo eſt ſacrificium, Angelis organum, ſanctis communium: ſi quid petieritis*, hoc eſt, cæleſtia, non verò terrena. Auguſt. ſerm. 50. ad fratres. *O homo, quis es*, &c. *Fac ergo rationem vitæ tuæ*, &c. quæ bona poſtulanda. Bern. ſerm. 85. in Cant. *Quærit anima verbum, cui*, &c. Spem habeamus in oratione, ſiquidem oramus illum qui nouit pericula noſtra. Iob 42. *Scio quia omnia potes*, &c. Gregor. lib. 35. moral, c. 1. *Qualitèr tentatos lateat dæmon, latere tamen non poteſt tentatorem protectorem*, &c. Oret & loquatur affectus amoris. Auguſt. *Non ſunt voces ad aures Dei, niſi animi affectus.* & Bern. ſerm. 79. in Cant. lingua amoris cor; *quomodo enim Græce*, &c. *In nomine meo*, quia filius Dei eſt. Auguſtinus in Pſalm. 145. *Nolite confidere in principibus: in vno ſolo filio hominis eſt ſalus*, &c. Vult vt poſtulemus ne remedia ab alio quàm ab Omnipotente veniant, & ita vrget vt poſcamus. Aug. lib. de contritione cordis. c. 2. aurea verba legantur. *Certè Domine, vſque du quærere, doces pulſare, aperi pulſanti, cui das, ſi negat petentis? quis inuenit, ſi quærens fruſtratur, cui aperis, ſi pulſanti claudis?* Tardat, ait Auguſt in Pſalm. 83. *Deſiderium differtur, vt creſcat, & creſcit vt capiat, deſiderando enim extendit Deus animum, & extendendo facit capaciorem.* Bernard. epiſt. 103. *Si ſapis, ſi habes cor*, &c.

SCHOLASTICI.

Si quid petieritis. De oratione 2. 2. q 83. per totam. Quæ ſint orationis partes, 2. 2. q. 83. a. 17. per totum. *Dabit vobis.* Qui fiat quòd orationes noſtræ non exaudiantur. 2. 2. q. 83 a. 15. ad 2. Quæ conditiones ſint requiſitæ ad hoc vt quis ſemper impetret quod petit. 2. 2. q. 83. a. 15. ad 2. *Gaudium veſtrum.* Quomodo in hac vita gaudium noſtrum plenum non ſit, ſed in futura pleniſſimum. 2. 2. q. 28. a 3. in corp. potiſſimum.

Hæc in prouerbiis. Cur Chriſtus clarè doctrinam ſuam non propoſuit. 3. p. q. 42. a. 2. in corp. & ad 3. *Ego rogabo Patrem.* Quomodo filius dicatur orare Patrem. 2. 2. q. 83. a. 10. ad 5. & 3. p. q. 21. a. 1. & 2.

Ipſe enim Pater amat vos. An in Deo ſit amor. 1. p. q. 20. a. 1. An Deus æqualiter omnia amet. 1 p. q. 20. a. 3. *Quia à Deo exiuit.* Quomodo filius à Patre exiuit, 1. p. q. 42. art. 5. ad 2. Bonauentura tom. 2 opuſc. pro modo prædicandi. & tom. 3. Dom. 4. Sic vocat eam, vide fol. 125.

RECENTIORES.

Amen. Cur Deus peti velit. Paez in Iacobi epiſt. c. 1. v. 5. §. 1. Cur differt petita concedere. c. 1, v. 6. §. 3. Delectatur Deus petitionibus noſtris. ibid. §. 4. & §. 5. *Non petiſtis quidquam*, quia temporalia nihil ſunt. Paez c. 1. verſ. 7. §. 1. Orandum eſt in tempore tentationis. c. 4 verſ. 1. §. 2. ante fin. *Non petiſtis quidquam*, quia confiditis in rebus tēporalibus, & non à Deo expectatis ea. c. 4. v. 2. §. 4. & verſ. 3. 10 expoſ. litteræ. & §. 1. c. 4. v. 3. Beneficium eſt aliqua poſtulata negare. ibid. ver. 3. §. 3. *Oret, pſallat animus.* De vtraque oratione Paez c. 5. v. 13. in expoſitione litteræ, & de vera conſolatione in Deo reperienda §. 1. præſertim ad locum Iob 19. Præſtò eſt nobis in oratione Deus. ibid. §. 2. Aſſidua oratio. c, 5. v. 16. §. 2. in tempore ſiccitatis, vel plagæ alienius. ibid. verſ. 17. De ſpe in ſuperos collocanda Cant. Moyſis text. 3. 4. 5. annot. 3. ab illis verbis, *Vnde Paulus, Si quid petieritis*, vel vobis vel fratribus veſtris. Soto maior Cant. pag. 118. col. 2. & ſeq.

In nomine meo. pag. 343. col. 2. Anima Chriſti ingreſſa in cellaria Patris ſpem dat animabus pag 110, col. 2. & 118. col. 2. Vide elenchum auctoris.

Vſque modò non petiſtis quidquam. Primum eſt & præcipuum gaudium delectari in oratione. Ghiſlerius in Cant. pag 483. col. 2. & 889. col. 2. Vide ibid elenchum in Euangelia huius auctoris.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 4. lib. 5. c. 11. &c, P. Bened. Fernand. in Gen Si orationem noſtram Deus exigit cap. 2. ſect. 10. n. 3. Quare orationis impetrationem differt. cap. 4. ſect. 10. n. 6, Neceſſitas. c. 5. ſect. 2. n. 2. Maximè ad regendum. c. 6 ſect. 7. n. 11. & c. 12. ſect. 7. n. 3. Honeſtas, quia cum Deo familiariter agimus. c. 12. ſect. 14. n. 8. & c. 12. ſect. 6. n. 5. Vtilitas, oratio, vita hominis. cap. 12. ſect. 7. n. 3. Ad conſeruandam gratiam. c. 12. ſect. 7. n. 3. delectabilis. c. 12. ſect. 8. n. 3, & c. 14. ſect. 10. n. 6.

P. Cornelius in Paulum habet indecem Euangeliorum.

Templum dicitur domus Dei vt frequenter adeamus. Pineda in Eccl. c. 4. v. 17. n. 11. 12. 13. &c. Nec opus eſt multiloquio vti in petendo. n. 15. Proſequitur idipſum. c. 5. v. 1. n. 4. Sed non tollit orationes iaculatorias. n. 9. *Vt gaudium veſtrum ſit plenum.* Quid hoc ſit P. Salazar. Prou. c. 14. num. 46. *Dabit vobis*: quia oratio iuſti potentiſſima eſt. P. Sanchez Ieremiæ 7. n. 27. & 21. n. 6 col. 466. Maximè ſi humilis ſit. cap. 3. Threnorum n. 80. Non eſt infidelis qui iam promiſſa poſtulet. c. 29. n. 13. Nam placet Deo oratio etiam earum rerum quas vltro conceſſurus eſt. c. 33. num. 3. Orate pro perſequentibus ſuauiſſimum & iucundiſſimum Deo. c. 15. n. 8. Suadetur oratio. P. Pineda Iob 5 v. 8. n. 2. Roborat infirmitatem humanam. c. 6. v. 11. n. 1. Sicut virgulam fumi dirigi quid ſonet. c. 9. v. 5. n. 13. Suſcitatur Deus noſtris precibus. c. 8. verſ. 6. n. 4. noſtris deſideriis etiam. n. 5. exaudit orationem etiamſi aliquando non concedat poſtulata. cap. 9. verſ. 16. n. 5.

NOSTRA.

Quantum complacet ſibi Chriſtus in oratione noſtra. d. 12. n. 17. Quàm liber patet ingreſſus ad eum. d. 121. 13. Quàm promptus eſt ad nos exaudiendum. d. 150. n. 19. d. 121. num. 13. *Amen, Amen.* Firmitas promiſſionis a Deo factæ. diſc. 145. 15.

Patrem. Hoc nomen fiduciam excitat. d. 138. n. 29. Pater qui eſt Pontifex. 156. n. 5. Paterna bonitas. diſc. 108. n 22.

In nomine meo d. 12. n. 10. ideſt, per memetipſum poſtulate, nomen enim perſonam ſignificat. Vide Paez Cant. Moyſis text. 2. annot. 3. ad illa verba, *clarius hoc conſtabit.* Itaque totum ſe dat Chriſtus in pignus orantibus. *In nomine*, i. per nomen, cauſa efficiens eſſe oſtenditur IESV nomen, & eius attributa, quæ continet nomen hoc in ſpem erigit orantes. d. 14. n. 5.

Vſque modò non petiſtis quidquam. Cæleſtia priuſquam terrena poſtulanda & amanda. d. 33 n. 21 d. 76. 12. Non poſtulemus ea quibus à Deo recedamus. d. 71. 12. Cur non exaudimur. d. 86. 0. 6. & 7.

Vt gaudium veſtrum ſit plenum. d. 90. 16. Verum gaudium ab oratione manans. d 149. n. 10.

In illo die in nomine meo petetis. Vide ſuprà hîc. *Ipſe enim Pater amat vos.* d. 108. n. 22. paterna bonitas. d. 149 n. 4. & 93. 12.

Quia vos me amaſtis. Prævidit enim quo pacto erga me vos geſſiſtis, vt poſt hoc beneficium concedat aliud. d. 183. n. 14.

Exiui à Patre. Firma ſit ſpes veſtra in me qui ſum totus in veſtro negotio iam eundo, iam redeundo. d. 6. 25. & d. 12. n. 10.

In

·In die Aſcenſionis. Marci 16. *Recumbentibus.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Mald. ibid. Salm. tom.11.tract.34.

INTRODVCTIO. Increpauit vt oſtendat eſſe ſponſum; meretricem nullus zelat, & ita tanquam meretricem impunitam reliquerat Synagogam: vnde Iſai. *Attende de cœlo, & vide vbi eſt zelus tuus*, cap. 63. *Iam non iraſcar tibi*, Ezechiel 16. Vide Origenē hom.8.in c. 10.Exodi, *Ego ſum Deus fortis & zelotes; ita vt intret ad eam*, &c.

ALIA. Vltima prima eſt ſolemnitatum, ait D.Thom.Chriſto enim Domini aliqua gloriæ accretio facta eſt, nam etſi anima ab inſtanti beata viſione fruebatur, & corpus immortalitate poſt reſurrectionē: at totus Chriſtus altiorem & eminentiorem tenuit locum. Inclyta & regalis ſolemnitas, ait Aug. Bern. ſerm.2. De hoc feſto ſolemnitas iſta fratres chariſſimi glorioſa eſt, &, vt ita dicam, gaudioſa, in qua & ſingularis Chriſto gloria, & nobis ſpiritualis lętitia exhibetur; conſummatio enim & adimpletio reliquarum ſolemnitatum, & felix clauſura totius itinerarij filij Dei, in qua & nos cęleſtes & quodāmodo beati efficimur; quid enim aliud innuit mulier illa quæ in Apocalypſi dolet vt pariat, fulget in cælo, & vndique luce circumfuſa eſt: ab hac die neſcit peccare, ab hac die in diuinæ miſericordiæ pelago mens imò & voluntas mergitur. Vide Bernardi verba dulciſſima ſerm. 2. de aſcenſione. Tertij feliciſſimi qui in profunda, &c.

DOCTORES ET PATRES.

Recumbentibus. Familiariter apparet vt de magnis rebus inſtruat quę ſequuntur.

Qui crediderit. Fides mortua, equus mortuus, non ducet te quò vis. Gregor.hom. 24. in Euangelia.

Fides noſtra. Veritatem in vitæ noſtræ conſideratione debemus agnoſcere, &c. Veram fidem vocat quam nos viuam & charitate firmatam.

Exprobrauit. Serm.1. de aſcenſione, *Audis Chriſtum, diſcipulos*, &c. Gregor.homil.29.in Euang. exprobrauit, quia incredulitas tollit ſcalam cæleſtem. Paulus Heb.3. *Quibus iurauit Dominus, non introire in requiem ipſius*, &c.

Euntes in mundum vniuerſum. Vide *Fr. Garcia Euang. Conc. Tom. 2.* quales vinitores mittit ad plantandam vineam. Bern.ſerm. 30. in Cant. *Moyſi oblatum eſt à Deo*, &c. & infra, *ego autem conſilio ſecretiori puto hoc munus diuinitus*, &c.

Signa autem. Spiritualia miracula patrantur hodie multa. Greg.hom. 29.in Euangelia. Item Bern.ſerm. 1. de aſcenſio. *Dæmonia eiicient*, &c. Iam non eſt opus miraculis ad credendum. Auguſt. lib. 22. de ciuitate: Quiſquis adhuc prodigia inquirit, ipſe eſt prodigium.

Aſſumptus eſt. Vt eleuaret ſpem noſtram. Bern. ſerm. 6. de aſcenſione, de Elia agens & Eliſæo.

Sedet à dextris. Ambr.ſerm.60. *Secundum conſuetudinem.*

SCHOLASTICI.

Recumbentibus. Quomodo ipſis apparuerit, cùm poſtea in die aſcenſionis viderint eum aſcendentem. 3.p.q.55.a.3.ad 3.& 3.p.q.57. & 58. & q.49.art.6. *Exprobrauit*. An Apoſtoli non facilè & firmiter credebant reſurrectionem Chriſti. 3.p.q. 55.a.5.in corp. *Omni creaturæ*. 3.p. q. 42.art.1.& ad 2.& 2.2.q.188.1.p. q. 91 a.1.in corp.& 92.a.1. Ad prædicandum contulit illis gratiam linguarum. 2.2.q.176.

Qui verò non crediderit. An credere ſit neceſſarium ad ſalutem. 2.2.q. 2.a.3. per totum. *Signa autem eos qui crediderint.* An iuſtificatio ſit opus miraculoſum. 1.2 q.113.a.10. *In nomine meo.* 3.p.q.13.a.2.& ad 3.& q.7. a 7.& 2.2.q.9.a.2. Domino cooperante. 2.2.q.171.art.1. & ſermonem confirmante. 2.2.q.178. Bonauentura tom. 2. opuſc. Pro modo prædicandi, & de actibus Apoſtolorum, *Primum quidem* Lege P.Barrad.tom. 4.lib.9.c.11. *Exprobrauit.* Neceſſaria correptio. D. Tena in epiſt. ad Hebræos pag. 269. c.1. & 2. *Prædicate Euangelium*. pag. 524.c.2.

RECENTIORES.

Recumbentibus. Tunc corripit cùm correptio manſuetudine & cibo condiri poterat. Paez in epiſt. Iacobi c.3.verſ.2.§.6.

Exprobrauit. Miſcendus rigor manſuetudini. Paez c.3.epiſt. Iacobi verſ.13.§. 3. *Apparuit illis.* Soto maior in Cant. pag.209. col. 1. *& dixit eis, euntes.* Agit blande cum eis, exprobrata duritie cordis pag. 92.col. 1. *Euntes.* Sponſi pedes laudantur à velocitate. pag. 1039. col. 2. *Omni creaturæ.* Delictum Iudæorum diuitiæ fuit gentibus. pag. 173. Non ſoli Iudæo ſermo fiat. 75.col. 1.

Aſſumptus. Mirantibus Angelis. 676.col.1.

Euntes ergo. Concionator omniū debitor eſt, & totius orbis ciuis. Paez in epiſt. Iacobi cap. 3. verſ. 1. § 4. Tanquam fluuios mittit in omnem terram. Ant. Fernand. viſ. 20.ſect.4.

In nomine meo. Paez in Cant. Moyſis text.3.4.5. annotatione 3. ab illis verbis, *Aduerte autem Arias.* De nomine IESV text.3.4.5. annot.4.

Linguis loquentur nouis. Nouæ linguæ dici poſſunt quæ à ſilentio ſoluuntur, & ſeruatæ ſunt, ſicut noua veſtis ad optimam occaſionem ſeruata. Paez in epiſt Iacobi c. 1. v. 19. §. 4. præſertim verba Gregorij. *Mortiferum non eis nocebit*; quia facilè indulget mortalia etiam his qui aliorum ſaluationi incumbunt. c.5.v. 19. & 20. in expoſitione litteræ. Vide elenchum in Euangelia in Ghiſlerio. De hoc myſterio Cartagena tomo 2. lib. 15. præſertim homil.13.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 4. lib. 9. c. 10 P. Bened. Fernand. in Gen. *Euntes in mundum.* c. 9.ſect.5.n.3. *Sequentibus ſignis.* c.12.ſect.2.n.6. *Exprobrauit.* & bene quidem in hac vita corripit quos amat. c.6.ſect.7.n. 1. Dum recumbunt iucunda erit correptio, & opportuna c.9.ſect.9.n.1. Qualiter proximus corripiendus. n.2. Præſtat corripi quàm laudari. n. 4.

Incredulitatem. Hæc ſicut nimia credulitas nocet. c.11.ſect.6.n.1. Ita diuina myſteria ſummè credibilia, non credere durities eſt cordis. Tria eam venuſtant. cap. 12.ſect.2. n.3. *Qui crediderit.* Quàm liberos facit fides quos captiuat. c.3.ſect.3.n. 8. Quare non omnes ſuſcipiunt cùm dulcis ſit & felix. c.9 ſect. 5. n. 3. *Prædicate.* Sola prædicatio myſticè hæc miracula facit; dæmonia eiicit. c.3.ſect.10. n. 2. Mortuos excitat. c.3.ſect. 3. n. 8. Ad ſurdos clamat. c. 11. ſect.14.n. 4. *Euangelium.* Abſtineat à phaleris concionator. ibid. Ant.Fern. viſ.24.fol.657.

P. Cornelius in Paulum habet indicem Euangeliorum.

Corripientem, vel qui non audit, vel odit, filius diaboli dicitur. Pineda Eccl.c. 7. v. 8.n. 3. de adulatoribus v.6.& 7. Vtilitas & fructus correptionis. c.7.v.9.n. 1. Facilè reſedit ira Chriſti, & ſuccedit lætitia. c.7 v.10.n.7.

Euntes docete. Anton.Fernand.viſ. 6.fol.205. in fine illius ſectio.2. Signa pro Iudæis maximè data, vt crederent; nos iam non indigemus ſignis. Anton.Fernand.viſ.7.ſect. 2, n. 1. & 2. Corripiendos & indicandos tanquam ſeptem ſtellas in manu habet, plures tamen abſcondit, & diſſimulat, ſatius eſſet hîc corripi. Anton. Fernand. viſ. 13. ſect. 4. fol.389.

Digitized by Google

NOSTRA.

Salutatio d.156.n.1.

Exprobrauit. More ſponſi qui docebat in limine domus vxorem. d. 118.17. Tunc maximè corripit, cùm eos cæli portas conſtituit, & ita pretioſæ ſunt ex Sapphiro & Smaragdo, correptio enim perficit animum. d.155. Vide *Correptio.*

Euntes in mundum. diſc.159.12. totius orbis debitor eſt.

Prædicat Euangelium. Munus altiſſimum d. 27. num. 28.1. veritatem fideliter enunciet. d.31.n. 11. & 107.n.17.

Omni creaturæ. Quare ſic dicatur homo. Prælud.7.n.5. & 6. etiam Iudæis ne videantur excepti, imò primò ſalus ipſis promulgata. d. 24.n. 11. *Omni creaturæ*, i. homini cuilibet ad imaginem Dei formato, tanti æſtimat Deus ſalutem eiuſdem, vt nullum excipiat, & omnes impensè vocari iubeat. Noua creatura cur dictus. Prælud.7.n.5 & 6 & d.1.n.5. Pretioſa creatura Deo. d.8. n. 17. In eius renouatione multorum impendit laboris. d. 165. n. 2. Vide *Homo nouus.* Primò dedit fidem.

Qui crediderit. Initium ſalutis fides; vide *Fides.* *& baptizatus fuerit.* Facilitas ſalutis & in rebus paruis conſiſtens. Vide d.11.n.1. eius dignitas ibid. In paruis & frigidis rebus ſæpe ſalus conſiſtit. d 52.n. 11. & d.70.n.17.

Signa inſuper dat quaſi ſigna ad firmitatem fidei. d. 156. n. 3. Sternunt viam ad fidem diſc.134. num. 1. & 2.

In nomine meo, i. per nomen meũ ſum cauſa efficiens, & nomen vicem gerit perſonæ, ideo potentiam & ſapientiam oſtentat in effectibus. Vide hic ſuprà in hac noſtra claſſe Dom.5. in illa verba, *In nomine meo.*

Linguis loquentur nouis, i. renouatis. Vide *Sermo de Deo*, & *Colloquia de Deo.*

Dominica inf. Octau. Aſcenſ. Ioan. 15. *Cùm venerit Paraclitus.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Tolet. Mald. Salm. tom.9. tract.62.

INTRODVCTIO. Iſaiæ 60. *Pro eo quod fuiſti derelicta*, &c. *Mamilla regum lactaueris.* Patrem & filium vocat Reges vt perſonas diſtinguat; poſtea verò mamillam in ſingulari poſuit, quia Spiritus ſanctus ab eis tanquam ab vno principio procedit, *& ſcient quia ego Dominus ſaluans te.* Plato, *ſedes diaboli eſt triſtitia*, & qui ab initio ſedem quæſiuit, nec inuenit in cælo, in terra quærit, & inuenit, ibique ſedet in corde triſti, occupatque corda diſcipulorum. vide inſtitutionem *de lætitia ſpirituali.* 31. 91. Sed Spiritus ſanctus eſt fons conſolationis; quare ab illo tantùm conſolationes petendæ ſunt; quis enim poma petat cupreſſu, ita fructus ſpiritus eſt gaudium ne à ſæculo ſpectes, ciſternæ diſſipatæ, & vbera arentia. Ephraim comparatur onagro ſolitario ſibi: nam oues paſtorem ſequens paſcua inuenit, & fontes: at ſilueſtris onager ſibi natus liber, nihil habet certum, ſed hinc illùcque vagatur; ſic peccator de vitio in vitium, & mutabilitas iſta, vt notauit Gregorius, ſignum eſt inanis delectationis & mendacis. *Quouſque deliciis diſſolueris filia vaga.* Vide Pineda in Eccl. & in verba illa, *vanitas vanitatum.* Non ſic iuſtus qui ſub paſtore optimo vix oculos in cælum leuat, cùm paſcua inuenit; hinc diſce tu dare & hilariter dare. Aug. Hoc maximũ indicium eſt diuinæ bonitatis, quòd quælibet res cogitur dare ſeipſam.

DOCTORES ET PATRES.

De Spiritu ſancto & eius officiis docendi, elucidandi, &c. Tertull. de velandis virg. c.1.

Cùm venerit. Reliqua de Spiritu ſancto. Vide apud P. Barradas citatum in claſſe noſtræ Societa. & apud Tolet.

Hæc locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini. Vos eſtis grex meus, & generatio mea, annuntiabitur Domino generatio ventura. Hebr. *Memorabuntur Domino*, &c. *Populo qui naſcetur, ex laboribus & ærumnis, in quibus vera fidei teſtimonium reddent.* Hæc teſtimonia refert Chriſtus. Chryſoſt. hom.6. in Ioan. *Itaque ex his.*

Abſque Synagogis, &c. Ore & ſanguine teſtes mihi eritis: ſicut iuſtus vita ſua & operibus teſtificatur. D. Maximus. In feſto Martyrum. Quotieſcumque bonis actibus mandatum Chriſti facimus, toties Chriſto teſtimonium perhibemus, &c.

Abſque Synagogis. Chryſoſt. hom. 77. in Ioan. *Magna triſtitia vos, & multa nobis opus eſt fortitudine*, &c. Bern. ſerm.6. de aſcenſione.

Quid mirum fratres. Chryſoſt. hom. in Pſalm. 39. *Dixit, & declarauit.* Aug. 60 de verbis Domini, non autem eſſet meritum grande. Aug. ſerm. 188. *Videamus breuiter.*

SCHOLASTICI.

Quem ego mittam. Quomodo vna perſona diuina mittatur ab alia. 1. p.q. 43. art.1. An filius mittat Spiritum ſanctum. 1.p.q.43.art.8. Quomodo Spiritum ſanctum mittat filius. 1.p.q.43.a.5. in corp. *Qui a Patre procedit.* Cur Spiritus ſanctus nõ dicitur genitus. 1.p.q.27. art. 4. An procedat à filio. 1. p. q.36. art. 2. ad 1. *Abſque Synagogis vos facient.* De virtute excommunicationis. Supplemento q. 21. & ſeq. *Vt omnis qui interficit vos.* An liceat innocentem aliquo modo occidere. 2.2.q.64.a.6. per totum. *& hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me.* Quæ ſit cauſa martyrij. 2.2.q.124.a.1. per totum. Bonauentura tomo 2. opuſc. Pro modo prædicandi.

Mittet Pater in nomine meo. Non eſt immemor in throno poſitus noſtri, ſicut Amos 6. diuites qui in lectulis eburneis iacCores, &c. non compatiebantur, &c. Sed ſicut Daniel qui à Chaldæo in throno poſitus munera ſuis ſociis poſtulauit, ſic etiam Chriſtus diſcipulos conſolatur. D Tena in epiſt. ad Hebræos videatur pag.488.c.1.n.5.

RECENTIORES.

Cùm venerit. Effectus eius diuinitatem probant. Ceruantes Sap.1. theor.30. & Sap.7. theor. *Ille teſtimonium perhibebit*; eſt enim vnus, ſed ſpiritus veritatis, & præſtat laus ab vno ſapiente, &c. & nihili habenda calumnia inuidorum ſi ſunt tecti qui diligant nos. Soto maior in Cant. pag.365. col 2. & pag.366. col. 2. & pag. 791. col. 1. *& vos teſtimonium.* Vera laus quæ non proprio, ſed alieno teſtimonio comprobatur. Soto maior Cant pag.875. col.2.

Pacem meam do vobis. Ita demum tutos ab aduerſariis facit. pag.1078. col. 1. Dux & doctor noſter ad omnia. Agellius Pſalm. 142. verſ. 11. Miſſione eius ordinata eſt Eccleſia. Cant. Habacuc v.10. fol.801. col. 2. *Cùm venerit Paraclitus.* Ante laborũ narrationem Spiritum ſanctum promittit. Ghiſlerius in Cant. pag. 653. col. 2. Vnde ſciens conſolatorem anima tribulationem poſtulat. pag. 657. col. 1. *Spiritum veritatis.* Quomodo mitti dicitur ſpiritus in piam animam. pag.656. col. 1. *Veritatis.* pag. 653. col. 1. *Venit hora vt omnis qui interficit vos.* Cur Eccleſiæ non eſt mota perſecutio ſtatim poſt mortem Chriſti. pag. 291. col. 1. & alia. vide elenchum Ghiſlerij vbi ſuprà.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom.4. lib.5. c. 1. P. Beried. Fernand. in Gen. *& vos teſtimonium perhibebitis.* Coniungit hoc teſtimonium teſtimonio Spiritus ſancti, quia alacriter ibant ad martyrium, c.14. ſect.7. n.3. & quia qui

in

Digitized by Google

In tribulatione teſtimonium dicunt, ſiunt teſtes omni exceptione maiores. c.6.ſect.o.n.2 Vide *Martyres.*

Qui interficit vos. Perſecutio iuſtis vtilis c.1.ſect.7.n.2.& c.1.ſect. 2. n. 11. *Reminiſcamini.* Nam tribulatio triſtem faciem præfert, ſed admoniti a Chriſto ingentes fructus ex ea carpunt. c.7. ſect.4.n.9.c.8 ſect.1. n.6.& c.14.ſect.1.n.2.

P. Cornelius in Paulum habet indicem Euangeliorum.

Sapientiam ab Spiritu ſancto expectare iubet vt columbina ſit & propria aptaque Chriſtiano, vt Chriſtus monet Matth.10.16. P. Pineda Eccl c.10 v.1.n.5. *& vos teſtimonium* poſtea facile *perhibebitis*, ſine ſpiritu enim vox & doctrina infirma eſt. P. Gaſpar Sanchez Ieremiæ c.31.n.108 col.690. Iteram eadem quæ ego docui repetet, ſic enim oportet. cap.36.n. 4. col 770. exilium à Synagogis & vrbibus mors quædam eſt, ſed vos libenter tolerate. c.31.n.32. col. 665. & exul pro mortuo c.36 n.86 col. 683. *Teſtimonium perhibebitis*, patiētia enim veros facit teſtes & Martyres. Pineda Iob c. 2. verſ. 8. ſect.2.n.4 Sed ſi priùs venerit ſpiritus non eſt cur formideris. c. 1. v.1.n.4.5.6.7.& dicuntur fortes iuſtitiæ.n.9.

NOSTRA.

Cum venerit. Expectare eum oportet, & manere in ciuitate: mox verò quos effectus cauſet d.1 22.23.

Abſque Synagogis facient vos. Vide mundi errorem, quos abiicit, & quos ad cathedras aſſumit, errores iſtos mundi vide Eccl. & Pineda ibid c.3.n.16. *& hæc facient, quia non nouerunt patrem.* ſcilicet hue prauo affectu: nam optimatum cognitione ſatis nouerant. Quantam poteſt praua voluntas contra orientem & fidem. d.161 n 9.

Teſtimonium perhibere tenentur etiam cum vitæ diſpendio. diſc. 49. num. 19.

Teſtimonium perhibebit de me. Vt conſoletur vos de me loquetur. Quid enim dulcius amanti quàm de dilecto loqui. Baſil. ſerm. de Spiritu ſancto contra Eunom. Vocat Spiritum ſanctum *verbum filij*, ſicut Propheta, *lingua mea calamus ſcribæ*, i. Spiritus ſancti, & quid ſcribit? de me, *ſpecioſus forma præ filiis hominum, habla mill bienes de Chriſt.*, Vide inſtitutionem 3. de Chriſti Domini cognitione.

Et vos teſtimonium perhibebitis de me. Cum hac penſione omnes res creatæ bona à Deo ſuſcipiunt, vt aliis bona communicent, ens, & bonum conuertuntur, & ſecundùm gradus bonitatis debet eſſe communicabilitas. Dionyſius cap. 9. de cæleſti Hierarchia. *Illuminationem à ſuperiori ſuſcipere hierarchicum eſt, inferiori autem dare diuinum.* Quæ penſio etiam in diuinis perſonis inuenitur, quælibet quæ habet eum hoc onere videtur habere, vt videlicet Pater eſſentiam cum fœcunditate habet; vel Dionyſ. Primarium Dei nomen eſt bonum.

In die Pentecoſtes Ioan. 3. *Sic Deus dilexit.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Tolet. Mald. Salm. tom.8. tract.7.

INTRODVCTIO ex Pſalm.67.21. *Pluuiam voluntariam ſegregabit Deus, llouerà Dios de ſu bella gracia.* Nam beneficium hoc erit mirabile, cæleſte, ſicut eſt pluuia. Nam ſicut peccatum pluit mala, ita ſpiritus dona. *hecho eſta Dios a hazer mercedes como llouidas. Pluit illis manna. Pluam vobis panem de cælo,* Exod 16. *Segregabis merced retirada de todo penſamiento.* Hic aduentus nomine pluuiæ denotatur in ſacra Scriptura Iſai. 55.& ibid. Cyrillus & Hieron. vt denoretur hunc aduentum ſpiritus ex alio aduentu & aſcenſu verbi Dei in cælos prouenisse, & ad hoc refricatur memoria incarnationis. *Sic Deus dilexit.* Pluuiam item linguarum ignis denotat. Quàm opportunè ſemper pluit ſalutem de cælo, quoties hæreditas ſua infirmata eſt. Probat hoc eleganter P. Alcaçar Apoc.c.11. v.2 notat.4.§ intelligenti ergo. Et quia aduentum verbi ſolicitauit, ſpiritus ideo illius doni memoria fit, *ſic Deus dilexit.* Item armat Apoſtolos amor: nam qui amore pugnat, præclarè inſtructus procedit. Cant.8. *Fortis eſt vt mors dilectio. Lāpades eius lampades ignis.* Ignea arma ſuper omnia timentur, ideo ſi fugis euſem, ſit tui honoris iactura; ſecus verò ſi ſclopum fugis. Amor igneus imò ignis eſt; ideo Chriſtus etiamſi *infirma mundi elegit*, victor euadit, armis enim igneis & amoris pugnat. His armis corda ſibi ſubiugauit. Chryſoſt. ſerm. 6. de paſſione tom. 3. Pœnis examinatur dilectio.

DOCTORES ET PATRES.

Spiritus ſanctus fauonius gratiæ ventus. Greg. lib.2. moral.16. *Intra omnia non incluſus, extra omnia non excluſus, ſuper omnia non elatus, infra omnia non depreſſus.* Vide Ceruantes Sap. 1. theor. 33. *Diſſerta lingua*; elinguis non ſit Eccleſia ne linguoſi & garruli fiant filij eius. *tenga lengua por que el cuerpo no ſea deslenguado.* Vitioſa aliquando taciturnitas. Ambroſ. legit in Cant. 4. *Oculi tui ſicut columbæ*, extra taciturnitatem tuam. Philo Epiſcopus in Cant. vidcatur in hæc verba, *ſicut cortex mali punici*; grana continet quæ ſe ſuo tempore premunt & aperiunt. Greg.7. moral.c.17 in verba Iſai 6. *Væ mihi quia tacui. Plerumque nimis tacit.* Hilarius lib. contra Conſtantin. Aug. *Tempus eſt loquendi*, &c. Clament *Paſtores*, &c. Nazianz. orat. ad 150. Epiſc. *Alij pietatem fugiunt*, &c.

Sic Deus dilexit. Chryſoſtomus hom. 26. in Ioannem egregie ponderat duo verba. *Dilexit mundum*; quanti verò nos ipſos æſtimare oporteat, Seneca qui myſteria hæc non nouit, lib.2 de ira c. 27. *Amis eos ſuſpicimus.* Robuſta charitas vocatur à Bernardo ſerm.20. in Cant. Chryſoſt. donum infinitum. homil. 27. in Gen. Auguſt. ſerm. 109. *Audi quomodo amatus eſt turpis.* In quem amarunt. Aug. tract. 7. in epiſt. Ioannis Bern. ſerm. 64. in Cant. Amorem de Deo triumphaſſe, &c. Nazianz. orat. 28. Amorem dulcem tyrannum cognoſcere cœpi.

SCHOLASTICI.

De 3. perſona Trinitatis 1 p.q. 36.37.38.& 43. tota, præcipuè art 1.3. & 7. Quomodo ſpiritus ſit in ſāctis, & contineat eos. 1.p.q.8 & q.43. a. 3. Venit vt ſcriberet legem amoris in cordibus. 1.2.q.106. art. 1. Dona eius in columba adumbrata. 3. p.q. 39. art.6. ad 4. De perſona Spiritus ſancti P. Ant. Fernand. verbo *Spiritus*, in indice tom.1 viſionum.

1. *Euangelium.*

Pater meus diliget eum. 1.2.q.26. a. 3. *Si quis diligit me.* 2.2.q. 114 art.4. *Sicut mandatum dedit mihi Pater.* 3. p. q. 20. art. 1.

2. *Euangelium.*

Sic Deus dilexit. Egregiè accommodatur Spiritui ſancto. 3.p. q. 32. a. 1. & ibi Suarez 174. *Dilexit.* 1. p. q. 37. a 2 & q.20. & 1.2.q.26.a. 3 *Vt filium ſuum.* 3.p q 38. art. 1. & 2. *Vt omnis* 3 p.q.22. art.5. & 2. Item venit Spiritus ſanctus vt produceret filios adoptiuos hæredes. 3.p.q 23. a. 3. & q.32.a.1. Quomodo vita æterna ſit cognoſcere Deum. 1.2. quæſt. 3. art.2 Bonauentura tom.2. opuſc. Pro modo prædicandi.

RECENTIORES.

De Spiritus ſancti diuinitate, proprietate, effectibus. Ceruantes Sap. 1. theor. 30. & 31. & 34. & c. 7. verſ. 22. à theor. 65. *Sic Deus dilexit.* Meritò commendat ex hoc charitatem ſuam. Paez in epiſt. Iacobi c. 2. verſ. 20. præſertim § 4 Soluit debitum Abrahæ. cap. 2. verſ. 23. in fin. *Filium ſuum daret*; quia ſic dilexit.

De hac amicitia Paez Cant. Moyſis text. 7. annot. 3. longè. *Sic Deus dilexit.* Quid ſi non redamares ſic amãtem. Sotomaior in Cant. pag. 937. col. 2. & 118. col. 2. & 1063. col. 1. *Mundum.* Immerentem, indignúmque, & ideo dilexit. pag. 1064 col. 1. & ita merita exceſſit noſtra & vota. 893. col. 1. *Vt filium ſuum vnigenitum.* In mortem, qua ratione Chriſtum etiam effecit nimis amabilem, & ſuper omnia diligibilem. pag. 78. col. 2. Quomodo non omnia nobis donabit? vbi de incarnationis bono. pag. 314. col. 1. *Vnigenitum.* Mirè ſic exaggerat donum qui amatur etiam à brutis ardentiùs, pag. 1103. col. 2. *Dilexit.* ante noſtrũ amorem, ideo non ait, *diligit.* Ghiſlerius in Cant. pag. 67. col. 1. imò ab æternitate prior dilexit nos. pag. 165. col. 1. Vide elenchum in Euangelia huius auctoris. De aduentu Spiritus ſancti Cartagena tom. 1. lib. 16.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 2. lib. 4. cap. 1. P. Bened. Fernand. in Gen. *Sic Deus dilexit.* Attende primum donum & maximum amorem. c. 4. ſect. 4. n. 4. Pondera igitur, ſi vales, hanc flammam ignis diuini. c. 2. ſect. 3. n. 7. eios potentia erga Deum. c. 2. ſect. 10. n. 7. & amor erga hominem commendatur. c. 3. ſect. 2. n. 5. & c. 1. ſect. 1. n. 2. Vnde collige cognitionem Spiritus ſancti, eſt 1. donum, eſt amor, eſt Deus. *Opera eius oſtendunt, quia in Deo ſunt facta.* Vide opera Spiritus ſancti quæ ipſum Deum teſtantur. Mundum ſcripſit. c. 1. ſect. 1. n. 6 In mundi creatione eſt. cap. 1. ſect. 2. n. 10. Pugnat & triumphat n. 12. Congregat linguas. cap. 11. ſect. 10. num. 5. Compeſcit libidines, c. 8. ſect. 1. n. 4.

P. Cornelius in Paulum habet indicem Euangeliorum.

Vinum Spiritus ſancti quos effectus habeat. Pineda Eccl. c. 2. v. 3. n. 6. & 8. Expectandus eſt Spiritus ſanctus, ſicut Maria, quæ prima ſuſcepit illum & Eccleſia. Ant. Fern. viſ. 18. ſect. 6. in fine & antè. *Sonus.* Harmonia & concentus fuit vehemens ventus ſanctis Apoſtolis. Pineda ſub cap. 17. v. 5. n. 1. *Diſpertitæ linguæ* quænam dicantur. c. 17. v. 5. n. 1. Sub ſpecie linguarum venit, quia in eo qui ſaluti ſtudet animarum Deus loquitur. Sanchez c. 15. n. 71. col. 373. & vt linguam omniũ membrorum debiliſſimum robotaret ad opera tantorum myſteriorum. c. 1. n. 29. *A, a, a, Domine neſcio loqui,* &c. & n. 30. & 31. & 35. Varius modus loquendi internè Spiritus ſancti, videatur Ant. Fern. in indice verbo *Loqui, Loquutio.*

NOSTRA.

Dilexit. Ab amore opus noſtræ ſalutis manauit. Præl. 7. n. 9. &c. Origo denotatur Spiritus ſancti, & proprietas perſonalis, nempe eſſe amorem; quid enim aliud eſſe poſſet altius, dignius, nobilius. d. 152. num. 3. Sempiternum amorem poſcit. d. 138. n. 27. & voluit dare ab æterno. Prælud. 8. n. 10. Liberalitas. 38. n. 8 & 159. 13.

Vitam æternam. Viuificatoris ſpiritus opus plantandi vitam declaratur. d. 3. n. 13. Viuificatoris munus excellentiſſimum in vita ſpirituali. Præl. 7. n. 11. & 12. & n. 5. & 6. Vitam plantat Spiritus ſanctus. d. 3. num. 1. & 2. Experire an in te ſit hæc vita. diſc. 11. num. 8. & 153. n. 1. & 2.

Vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta. Diuinitas Spiritus ſancti probatur, quia facit ſanctos, ſicut ipſe ſanctus eſt Præl. 5. 0. 2. & d. 15 a. n. 10. & d. 159. n. 4. Per bonitatem & largitatem innuitur auctor Martyrum, d. 95. n. 4.

Vt filium ſuum vnigenitum daret. Eſt 1. donum, & fons donorum, redamari poſtulat. Pignus aliorum donorum. 150. n. 21. Largior fit dando, ideo largiùs dat quia dedit. diſc. 150. n. 19.

Non miſit Deus filium vt iudicet, i. vt damnet, ſed vt ſaluet, ideo deſideratus. d. 99. à princ. Sed præcipuè n. 6. Conſultò diſtulit aduentum ſuum. d. 93. n. 8 Saluator. 28. n. 6. & 101. num. 17.

Qui autem non credit, iam iudicatus eſt. Sicut nõ eſt dubium drachmã argenteam non eſſe ſcutum. Renuitúrque & ſeparatur. Talis eſt monarcha Spiritus ſanctus vt non Alexandrum ſolum regem fecerit. 1. Mach. ſed Chriſtum induxerit in regnum & in corda fidelium. *Teſtimonium perhibebit de me.*

In feſto Sanctiſſimæ Trinitatis. Matth. 28. *Data eſt mihi.*

S. SCRIPTVRA.

Expositio. Mald. ibid. Salm. tom. 11. tract. 33.

Introdvctio. Perſonæ Trinitatis & eſſentiæ vnitas ex operibus Trinitatis innotuerunt. Pater ſe oſtendit creando, & iudicando Pharaonem, Filius redimendo, & tanquam Agnus ſanguinem fundendo, Spiritus ſanctus conuertendo gentes, & glorificando Martyres. Hæc tria comprehendit canticum cæleſte Apoc. 15. v. 3. *& cantantes canticum Moyſi,* Exodi 15. *Cantemus Domino.* Quis non ibi perſonam Patris agnoſcit. *& canticum Agni,* nempe qui occiſus eſt; quis non perſonam filij dignoſcit. *Magna & mirabilia ſunt opera tua,* per Spiritum ſanctum: vt liquet in ſequentibus ex effuſione ſeptem phialarum ad conuerſionem orbis: nam primus Angelus effudit phialam ſuper mõtes terræ, luxuriam videlicet, in continentiam & virginitatem conuertendo. Secundus ſuper mare, hoc eſt, ſuperbos ad humilitatem inclinando: alter ſuper fontes, doctores & riuulos, diſcipulos & Academias. Sol obtenebratur, ideſt, reges & nobiles, alter ſupra ſedem beſtiæ. Potentes in pauperes. En fratres exſiccantur, ideſt, naturæ viribus nimium fidentes franguntur. Aër vanos & claros ſignificat. Deinde timor & reuerentia prædicatur vnius Dei Trini *Quis non timebit te Domine,* quia Dominus. *Quia ſolus pius es* Nam ſi ſolus pius es, vtique & infinitus, in iuſtitia & potentia, & inſuper omnes gentes te adorabunt, *quoniam omnes gentes venient. Euntes ergo docete,*

DOCTORES ET PATRES.

Data eſt mihi. Eadem liberalitate, diuina quidem dat ſicut accepiſſe fatetur. Chryſoſt. homil. 14. in Gen. *Quis pro dignitate admirabitur.* Cyrillus lib. 2. in Ioan. c. 73.

Euntes ergo. Vis conſequentiæ ex diuina pendet bonitate quæ in bonum ſubditorum reſpicit, cui, vt ait Boëtius lib. 4 de conſolatione proſa 2. nihil deeſt, nec voluntas, nec poteſtas; bonitas elucet in his verbis. Ambroſ lib. de Ioſeph c. 12. *Hæc dicit filius tuus Ioſeph.* Epiphanius hæreſi 20. *Erudiens docuit regnum cælorum.* Nyſſenus orat. 2. de reſurrectione. *Propterea dicebat*, &c. Præclara verba, & quæ habet Toletus in Luc. 1. *In ciuitatem Galilææ.*

In nomine. Vnitas Trinitatis ſuper omnes vnitates. Bernardus lib. 5. ad Eugen. col. 7. *Sacramentum hoc magnum eſt.* Vnus eſt & timendus à nobis. Auguſt. in Pſalm. 70. *Non eſt quò fugiatur ab illo, niſi ad illum: ſi vis euadere iratum, fuge ad placatum.*

Ite, prædicate. Chryſolog. ſerm. 83. *Eos quos exemit de mundo, in mundum reuocat* (quaſi fermentum orbis) Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 109. *Cùm Deus & Saluator noſter.* Ambroſ. lib. 1. de fide cap. 5. *Neque vt Arrius plures credendo.* & lib. 1. de Spiritu ſancto c. 4. *Quis vnitatem ſeparare audeat nominis, cum operationis videat vnitatem*, &c. Diuina poteſtas ſupra omnes monarchias deſcribitur

ſcribitur ab Ant.Fern.viſ.35.ſect.2. n.4.& ſect.3.

SCHOLASTICI.

Exordium 1. p.q. 11.a.13.ad introductionem quod nos per fidem tractamus claré & ſcientificè bean intuentur.1.p.q.1.a.2.& 5.& 8. & 1. p.q.22.a.1.& q.32.a. 1. & 56.art. 3. Cognoſcitur a nobis per mudum veſtigij,aut imaginis. 1.p.q.12.a. 1. & 45.a.7.Deus eſt.1.p.q.2.Perſectio eius io quæſtionibus ſequentibus. Trinus eſt.1.p.q.27. & 28. vſque 37. de eius æqualitate. 1. p. q.42. *Data eſt mihi.*3.p.q.13.a.2.ad 1.& q.44.tota.& q. 59. præcipuè a. 4.& 6.Item de quatuor modis gubernatioois, & præcipuo qui eſt monarchiæ.1.2. q.104.a.1.& q.95.a.4.& q.105.a. 1. ad 2. *Docete omnes gentes.* 3. p. q. 42. art.1.ad 2.

Docentes ſeruare. De cooperatione ad ſalutem Paez in Cant.text. 6. annot. 1. Deus Trinus laudabilis valde & terribilis, ideóque timendus.Paez in Cant. Moyſis text.11. annot.vnica.

Bonauentura tom. 2. opuſc. pro modo prædicandi.Satius eſt hooorem mereri, quàm ſine merito datum habere.D.Thom.3.p.q.19.art. 3.D.Tena in epiſt. ad Hebræos plura pag.71.col.1.n.32.& pag.132.col. 2.num.7.

RECENTIORES.

Myſterium ipſa reuelar Trinitas poſtulantibus. Paez in epiſt. Iacobi c. 1.v.5.§. 2.præſertim in fine.

Data eſt. Deus à dando, ideo Chriſtus ſe maximè Deum oſtendit dando ſapientiam orbi. *Docete.*Paez c.2.v. 5. §. 3. maximè ad illa verba, *hic ergo poſitus.Vnus eſt Deus.* Imitandus eſt a nobis, in hoc nec parui eſt laboris vnum & eundem eſſe, aiebat Seneca Paez ibid c.1.verſ.8.§.1. & 2.& in fine §.4.in Pſalm.5.& verba Senecæ. *Docentes ſeruare omnia.* Connexio fidei, & bonorum operum.c.2.v.16.§.1.& 2.& verſ. 18.in expoſitione literali,& præſertim v. 19.in expoſitiooe litteræ,& verſ. 20.§.1.& verſ.23.§.1.& 2. *Poteſtas.* Sed quàm benignè per manſuetudinem temperat.Paez c.3.verſ. 13. §. 2. Perſona Patris maximè ſe manifeſtauit in prioribus ſæculis, ita vt dici potuerit, *iſte Deus meus.* Cant. Moyſis text. 3. in prine. ſenſus literalis & deinceps. Mox in incarnatione ita ſe manifeſtauit Verbum, vt poſſit digito deſignari *iſte* Deus meus,text.2.annot.1.& annot. 2.à prine.*Omnis poteſtas.* Quos affectus exciret hæc fides omnipotentiæ Dei. Paez in Cant.Moyſis text. 3. 4.5. annot.3. & ad illa verba,*videndus eſt pro hac re Theodore.* & infrà de affectu timoris. *Conducit etiam.* Potentia non in perniciem ſit, ſed in ſalutem. text. 9. annot. 7. Vide elenchum in Euangelia Ghiſlerij. Cartagena tom.1.de Arcanis. hom. 1.præſertim 7.& ſeq.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P.Barrad.tom.4 lib.9. cap.6. P. Bened. Fern.in Gen. *In cælo & in terra.* Priùs cæleſtia appetenda & æſtimanda.cap.1.ſect.2.n.1. *Data eſt mihi omnis poteſtas*, cùm poſſet vindictam ſumere,pacem præfert. cap. 8.ſect.5.num. 8.

*In cælo & in terra.*Regnum æternum.cap.14.ſect.7.n. 1. *Docete omnes gentes.*Prædicatio terram exornat.c. 1.ſect.2.n.7.& ſect.2.n.12.*Baptizantes eos.*Chriſtus munditiem attulit.c. 3.ſect.31.n.5.Fides cum aqua datur, ne ſordeſcant moribus fideles. c. 3. ſect.8.n.3.*In nomine Patris.*Deus incomprehenſibilis,cap.1.ſect.4.n. 3. Nomen ineffabile.cap.2.ſect.2.n. 8. Vita fateatur Dei fidem.ibid.n.9.*& filij.*Iam Trinitas elucet.Circa diuina non dubitandum.c.3.ſect.9.n.1. Trinitatis myſterium inſinuatur. c. 2 ſect.9.n.2.Collocutio eiuſdem. c. 3.ſect 40.n.5.Nomina eius. c.1.ſect. 1.n.7.*Docentes ſeruare omnia.*Nam fides ſine operibus mortua eſt.cap.3. ſect.7.n.6. Sanguis eſt animæ.ibid. *Ego vobiſcum ſum.* Præſentia Chriſti vtilis.c.2.ſect.14.n.5.

P.Cornelius in Paulum haber indicem Euangeliorum.

De Deu parcè & verecundè loquendum.Pineda Eccl.c.5.v.1.n. 3. *Mihi*,Regi optimo, nam prauæ voluntati nulla eſſet concedenda poteſtas.c.8.v.4.n.12.

Vſque ad conſummationem ſæculi, in Euchariſtia. P. Ant. Fernand. viſ.2. ſect.6 n.9.ante 10. Deum ſe prædicat, vt & ipſi Deos eſſe intelligant, & in miniſterium miſſos nihil dãni paſſuros, ſicut Moyſes. Ant. Fern. viſ.6.in præfatione n.15.Vera poteſtas Chriſti Regis, terrenorum regum vana. viſ. 21.ſect.2. Gentium monarchæ per beſtias ſignificati, quia moritur poteſtas eum eis.Ant. Fernand.viſ.24.ſect.2.

NOSTRA.

INTRODVCTIO ex his quę habes Præl.7.n 1.2. Viri perſonarum noſtra ſit ſalus aſſignanda gratitudinis cauſa expenditur. Præl. 7. per totum.

Porta orientalis dici poteſt hoc Euangelium, aperitur enim certa die cùm ſe cognoſcendum præbet Deus filiis ſuis, & familiariter negotium ſalutis agitat. *Data eſt mihi.* Ingredere portas eius in confeſſione,i.ſummittendo caput ſummæ poteſtati, & credendo & captiuando intellectum.d.42.n.14.

In cælo. Sit ibi firma dignitas, vt duret in terra, ſecus enim poteſtas ſecuritatem non habet.d 22.n.15.

*In cælo.*En oſtium apertum ad cognitionem. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cęlo,Petrus,Verbum, &c.Pater in Thabor,filius in Baptiſmo, Spiritus ſanctus in Conciliis. Vide d.159.per partes.

In Angelis oſtium apetitur,Iſai.6. Ambroſ. videndus eſt.

Stant Cherubim, & volant; quia eſt myſterium incomprehenſibile.

Prophetarum chorum etiam oſtiũ aperit per os Dauid Pſal. 131.

*Confitemini Domino Deo deorũ; Domino dominorum.*Vbi Genebr.ex Hebræo Trinitatem elicit. S.Ioan. *In principio erat Verbũ.* Doctores etiam oſtium aperiunt.Dionyſ. de diuinis nominibus,*pulchritudo ter lucens*,ſicut eris in nubibus. Nazianzenus oratione theologica, ex fœcunditate probat. Auguſtinus ex vita Dei probat, quæ in operationibus intelligendi & amandi conſiſtit Baſilius ex Dei felicitate. In Philoſophis etiam oſtium aperitur. Eugubinus,Clem.Alexand. Auguſt.referunt eos.

Infernus etiam fauces aperit. *Iob niſi in faciem benedixerit tibi.* Chaldæus,*niſi in faciem verbi irritauerit te.*

Ecce ego vobiſcum. Amor quaſi conſecrauit orbem,& terræ addixit Chriſtum.d.118 21.

Docentes ergo. Timorem ſaltim, ſicut dæmones qui credunt & contremiſcunt,rerum contemptum vt Philoſophi,virtutum ſtudium ſicut Doctores. Summam perfectionem Apoſtoli, laudem diuinam vt Cherubim, ſapientiam imò & in Dei transformationem ex Deo.

In feſto corporis Chriſti.
Ioan.6. *Caro mea verè eſt.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Tolet.Mald. Salm. tom.11.tract.12.

INTRODVCTIO ex Pſalm.121.Io quo enarrat Propheta ea quæ felicem rempublicam conſtituunt, i. religio & diuinus cultus. *Lætatus ſum*, &c. *Illuc enim aſcenderunt tribus tribus Domini.* Ad hoc vide inſtitutionem de ſacrificio Miſſæ.2. Iuſtitia & æquitas. *Quia illic ſederunt ſedes in iudicio.* Hæc etiam iuſtitia eſt in Euchariſtia. *Iudicium ſibi manducat,vna ſala entera de jueces, tres perſonas ſe traga.* 3. Pax. *Rogate quæ ad pacem ſunt.*Sed optima ex bello oritur, ideo Euchariſtia eſt ille *gladius Gedeonis,*

Digitized by Google

dcomis, & hoc pane quaſi gladio accinctusappetitiones animæ iugulat Chriſtus. Inde pax, *vt vnũ ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te*, &c. Io. 13. & ſanguinis potu fœdera & coniurationes ſauciebãtur. 4. Abũdantia, *& abundantia in turribus tuis*. Ad hoc Cant. 7. *Venter tuus ſicut aceruus tritici*; eſt enim liberalis agricola cùm iuxta aceruum tritici eſt in area; ſic Chriſtus in lege gratiæ.

Item ex Ieremiæ cap. 31. *Quieſcat vox tua à ploratu*, &c. Primò *ſtatue tibi ſpeculas*. Examen & diſcuſſio præcedat communionem, & nuptias amoris *amaritudinis*. Ne quæras idola ad nuptias. *Vſquequò diſſolueris filia vaga*. Pineda Eccl. c. 2. v. 2. num. 6. *& nouum ſecit Dominus ſuper terram, fœmina*, Eccleſia, vel anima, *circundabit ſponſum*, maritum, fouat in originali, & Chaldæus, *militia & fidelibus circundabitur Chriſtus*. & L X X. quia *creauit te Dominus ſalutem in plantationem nouam*. Cœleſtis delectatio ſentitur. *& ſomnus meus dulcis mihi*, &c.

DOCTORES ET PATRES.

Cyprianus ſerm in cœna Domini. *Hodie eſt mundi meridies*, quando ceſſarunt vmbræ, vel exiguæ ſunt & æſtus maximus. *In finem dilexit*, ſicut *ſol in meridiano exurit terram*, &c. Vide quas vmbras fecit iſte ſol huius myſterij radiando in angelica natura in homine primo, *& primis illis nuptiis Sacramentum hoc magnum eſt*. Poſtea in Abel, in Melchiſedec, in pane propoſitionis, & tandem in agno paſchali: iam tamen eſt *mundi meridies*; nam ſicut præſente Domino piet miſſus ab eo tacet, nec pergit legationem referre, & ſicut Angelus *ſtatim* receſſit à Maria, præſente verbo Dei; ita inquit Cyprianus, *inter ſacramentales epulas obmaucrunt ſibi inſtituta antiqua & noua, adeſt veritas ſigno & ſpiritus ſacramento. Hoc eſt corpus meum. Caro mea verè eſt cibus. In me manet, & ego in illo*. De hac vnione, lege diuina verba Bernard. ſerm 71. in Cantica. *Mandor cum arguor*, &c. *Nolite mirari hoc. Verè eſt cibus*, Epiphanius ſerm. 1. de Epiphania. *Videte quàm oculata eſt fides, quàm lynceos oculos habeat*, &c. Clemens Alexand. libr. Pædagogi c. 6. *Quidquid generauit, ei quod generatur protinus alimentum præbere, eſt conſentaneum*: ille ergo qui non ex ſanguinibus, &c. cæleſtem panem præbet.

In me manet. Hilarius Arelatenſis hom. 5. de Paſcha. Aduertimus in aquis ſignam gentium demonſtrari in vino Dominicæ paſſionis figuram oſtendi. Ac ſic dum in ſacramento aqua vino miſcetur, Chriſto fidelis populus incorporatur, &c.

SCHOLASTICI.

3. p. q. 58. & infrà. *Caro mea*. 3. p. q. 75. art. 1. & ex concomitantia eſt totus Chriſtus ſub vtraque ſpecie. 3. p. q. 36. a. 1. & 2.

In me manet. 1. 2. q. 28. a. 1. & 2. & 1 p. q. 57. art. 1. Vbi non contentus cum illa impreſſione affectiua realem addidit per hoc ſacramentum. *Viuet propter me*. 3. p. q. 79. art. 1. Quæ deſeruiunt ad integrum diſcurſum huius feſti. *Hic eſt panis*. 3. p. q. 74. art. 1. & 4. & 1. 2. q. 102. *Non ſicut manducauerunt*. 3. p. q. 97 a. 1. & 3. & 4. Si cælum eſt incorruptibile, quia materia ſatiata eſt vna forma, quanto magis homo ſic hoc pane, &c. Denique ex 1. p. q. 104. a. 1. Qui ſunt dij per participationem indigent hoc igne conſeruante gratiam & ignem, & contra indigne ſumentes. 3. p. q 80. per totam. Bonauentura tom. 2. opuſc. pro modo prędicandi. Hilarius lib. 8 de Trinitate de veritate carnis & ſanguinis, non relictus eſt ambigendi locus P. Barrad. tom. 2. lib. 10. cap. 7. n. 4. Vide D. Teнę indicem in Euangelia in epiſt. ad Hebræos.

RECENTIORES.

Verè eſt cibus. Crede fidei ne vanæ ſapientiæ oculos aperias. Ceruantes Sap. 1. theor. 18. pag 73. Fides eximia quæ omnes difficultates ſuperat. Paez in epiſt. Iacobi c. 2. v. 23. §. 1. Humilitatis amator Chriſtus etiam accidentia humilitatis in ſacramento elegit. Paez Cant. Moyſis text. 3. 4. 5. annot. 11. ad illa verba, *hoc tamen. Verè eſt cibus*; quia ſpiritualis eſt ſaturitas. Terrena non ſatiant. text. 9. annot. 6. Magni principis temperantia, guloſitas ſtulti regis & principum carpitur. Pineda Eccl. cap. 10. v. 17. & riſus in menſa vbi periculum eſt vitæ taxatur. c. 10. v. 19. num. 9.

Caro mea. Soto maior in Cant. pag. 220. col. 1. Carnem ſuam præparauit etiam altis non indecorè. pag 215. col. 1. In Euchariſtia Chriſtus eſt veluti in accubitu conuiuali. pag. 338. col. 2. *In me manet*. Hoc eſt, in amplexu & oſculo meo. pag. 478. col. 1. *& ego in eo*. Veluti faſciculus in memoriam ſui, pag. 510. col. 2. *& ego in eo*. Particeps videlicet deſponſationis illius. pag 715. & 717.

Viuet in æternum. Velut ab arbore vitæ paſtus. pag. 447. col. 1. *Verè eſt cibus*; quia verè vitam confert. Ghiſlerius in Cant. pag. 679. col. a. Habet enim diuinitatem ſibi vnitam. pag. 680. col. 1. & vide ibid. elenchum in Euangelia. Cartagena tom. 1. lib. 9. per plures homilias.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 2. lib. 10. c. 7. &c. P. Bened. Fernand. in Gen. Quorſum lignum vitæ niſi in typum Euchariſtiæ. cap. 2. ſect. 4. n. 8. Ideo *verè cibus*, quia vitam communicat. n. 9. & 10. Vita eſt. c. 3. ſect. 8. n. 4. Mens illuſtratur fide. cap. 3. ſect. 10. n. 3. Vi amatoria accenditur voluntas. c. 3. ſect. 15. n. 7. c. 3. ſect. 20. n. 2. Memoria paſſionem refricat Chriſti. c. 14. ſect. 8. n. 5. Lætitiæ & iucunditatis finis. ibid. num. 7. ecſtaſim facit. c. 5. ſect. 4. n. 10.

P. Cornelius in Paulum habet indicem Euangeliorum.

Verè eſt cibus, quia verè tendit ad finem, hoc eſt, ſatietatem. Conuiuium creaturarum fallax, & vacuum. Pineda Eccl. 1. verſ. 3. n. 15. Panis ſuperſubſtantialis, cap. 2. verſ. 8. num. 8. Deus omnia eſt infanti, & ideo Eloim dicitur. c. 9. v. 11. n. 15.

Sanguis meus. Qui fieri potuit vt calix ſapientiæ vetæ ſit comes. Reſpondetur, quia eſt *ſanguis meus*, & quia ſapientia miſcuit vinum. Pineda Eccl. c. 1. v. 3. num. 2 & 3. Vinum garrulum, & quod ad gratiarum actionem mouet. c. 2. v. 3. num. 8. Sapientia itaque vini vitia corrigit. n. 10. 11. & 12. O quantos labores ſuſcipit homo vt comedat, & nunquam ſatiatur, niſi hoc pane. c. 6. v. 7. num. 3. *Sermo Dei poteſtate plenus*. Eccl. c. 8. v. 4. num. 12 & ipſe ait, *caro mea*, &c. In cunctis rebus vanitas. *Vade ergo, & comede in lætitia panem tuum*, &c. cap. 9 Eccl. Pineda v. 7. n. 1. & hoc myſterium vt ſacrificium iuge eſt. Ant. Fernand. viſ. 25. ſect. 4. n 4. col 672. & ſeq. Ad intelligendum myſterium Euchariſtiæ aſcenſione animi opus eſt. v. 17. ſect. 2. n. 4 col. 451.

NOSTRA.

Verè eſt cibus. Menſa digna altitudine hominis. d. 1. num. 8 Amor & cauſa huius inuentionis. diſc. 138. num. 32.

Apta ſuperiori eius portioni, animæ videlicet. d. 41. n. 20. Sine formidine audito hoc verbo Chriſti edere poſſumus. *Verè eſt cibus*. d. 159. n. 1. & d. 84. n. 17. d. 139. n. 16.

Et ſanguis meus verè eſt potus. Bene expertus eſt Noë noſter qui hoc vino ebrius ſe nudum cruci & mundo dedit ſpectandum. diſc. 59. num. 26.

Sicut miſit me viuens. Viuet per Chriſtum, quia eſt granum & cibus prolificus. d. 31. n. 4. & 5. Opus incarnationis extenditur ad ſingulos. d. 139. num. 14.

Viuet

Digitized by Google

Viuet propter me, vita ſpirituali. d. 31. n. 5 & 41. n. 1. 2. & 3.

Qui manducat meam carnem. Vnio ſacramentalis qualis ſit, & quantæ dignitatis homini. d. 59. n. 13. d. 60. n. 13. In remedium concupiſcentiæ carnis. d. 88 n. 16. Sed graue crimen ad iſtam vnionem indignè accedere. d. 173. n. 11.

Hic eſt panis, eſte ſi que eſpan y comme. d. 39. n. 30. Ratio reddenda cælo à quo deſcendit. d. 39 n. 33.

Non ſicut manducauerunt. Eſt arbor vitæ æternæ. d. 60. n. 26. *Manna* Quanto mirabilior cibus iſte & ſumma mirabilium, vide d. 42. n. 15. in declamatione fidei. *Summam fecit, numerauit*, multiplicauit, partitus eſt, & cuique integram ſortem dedit, & in vno o, *zero ſummam fecit mirabilium. Viuet in æternum*. De hac vita agit quam manna non dedit, vide *Euchariſtia*.

Dom. II. poſt Pent. Luc. 14.
Homo fecit cœnam.

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Mald. Matth. 22. Salm. tom. 7. tract. 23.

ſuas. Cernantes Sap.6.v. 17. theor. 64.&c. *Nouem vbi ſunt.* Non commemorat beneficia Deus, neque exprobrat, ſed gratos nos eſſe vult. Paez in epiſt. Iacobi cap.1.v.5. §.6. & in ſeq. de gratiarum actione. ad illa verba, *Pro quo argumento. Oſtende te ſacerdoti.* De dignitate ſacerdotali. c. 5. v.15.§.2.& antè.& deinde verſ. 16. in expoſitione litteræ. in Luc. 17. *Et decem vbi ſunt.* Gratiæ reddendæ Deo. in Cant. Moyſis text. 1.annot. 2. Se viſendum præbet & facilem, tranſiens per mediam Samariam. in Cant. Moyſis text.3.annot,1.ab illis verbis, *quoniam verò.* Vide Ghiſlerium in Cant.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P.Bened Fern.in Gen. *Ieſu præceptor.* Decem ſimul clamant, oratio enim à tota familia, vel à multis potentiſſima eſt.c.7.ſect.1.n. 7. Plena ſpei.c.2.ſect.10.n.4.

Ite, oſtendite vos ſacerdoti. Leuiſſimam pœnam imponit dum ſanat, & vitia per pœnitentiam tegit, & ornat.cap.9.ſect.8.n.6. *Vnus & hic erat Samaritanus.* Naoi Iudæi Dei beneficia auerſantur.cap.2.ſect.2.n 3. *Et nouem vbi ſunt?* Ingratitudo erga Deum c.1.ſect.1.n.8.& ſect. 5.n. 8. & ſect.6.n.5.& ſect.7.n.6. *Iudæorum ingratitudo.*c.2.ſect.4.n 4.& c.3. ſect. 5.n.6.& de ingratitudine vide c. 7. ſect.2.n.3.

P.Cornelius in Paulum, vide indicem Euangeliorum.

Gratitudo debita Deo pro tantis beneficiis quibus in nos inceſſanter influit & publicanda ſapientibus. *Oſtende te ſacerdoti.* Pineda Eccl.cap. 1.v.7.n.11.

NOSTRA.

Steterunt à longè. Diſcant ſe abſtinere à conſortio bonorum iniqui, ne noceant illis.38.n.14.& 54.n.16. & 149.9. Sed facilè audit.d.121.13.

Leuauerunt vocem. Sed non multum eleuat qui temporalia petit. Vide *Oratio.* d.76.n.12.

Ieſu præceptor. Sciunt Chriſto naturale eſſe miſereri.diſc.132.n.27.& verus eſt medicus d.22.n.8.

Quos vt vidit. Promptiſſimus eſt ad videndum, & audiendum, vide *Oratio.* 134.num.7.

Non eſt inuentus qui rediret. De vitio ingratitudinis vide *Gratitudo.*

Ite oſtendite vos. Pœna leuis eſt impoſita ſano d.114 n.32. Quare vnus ad Chriſtum rediit.d.156.n.5.in fine.

Dom. XIV. poſt Pentecoſten. Matth.6. *Nemo poteſt duobus dominis.*

Fr. Garcia Euang. Cont. Tom.2.

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Mald. ibid. Salm. tom.5.tract.58 ex Pſal.22. *Dominus regit me.* De dignitate & præſtantia huius Domini ſuper omnes alios, non hæreditate, ſed natura eſt Dominus, non aliena gubernat ſapientia, ſicut noſtri Reges ope conſiliariorum; quare cùm habes gratiam regis, non habes ſuffragia electorum, & tot habes dominos, quot regis vel gratioſi ſunt, vel conſiliarij, Deus verò eſt omnia.

INTRODVCTIO ex Eccl.c.2.v.26. & ibid. Pineda, & c.5.v.11. Peſſimo domino ſeruit auarus.n.1.& 2.

ALIA contra ſolicitudinē Eccl. c.6.v.9.& 10. Sed præcipuè 10.n.4. & paulo antè.

DOCTORES ET PATRES.

Mundo ne tibi ſeruire contingat, eſt enim fallax, & proditor. Aug.ſerm. 30 ad fratres in eremo. *O munde proditor, qui cuncta bona promittis,* &c. Seneca epiſt. 78. *Quomodo fabula.* Bern.epiſt.103. *Si ſapis, ſi habes cor, deſine ea ſequi quæ & aſſequi miſerum eſt,* &c. *Non poteſtis ſeruire Deo & mammonæ.* Hieron. *Non dixit habere, ſed ſeruire, qui enim diuitiarum ſeruus eſt, diuitias cuſtodit, vt ſeruus: qui autem ſeruitutis excuſſit iugum, diſtribuit eas vt Dominus,* &c. Hieron. in Matth. exemplum affert Chryſoſt hom.22.in Matth. *Iob videlicet.* Cætera vide apud P. Barrad. cit. in claſſe noſtræ Societatis.

SCHOLASTICI.

Duobus dominis. Qui ſunt iſti. 1. 2 q.1.a.5.

Aut enim vnum odio habebit. An Deus poſſit odio haberi.2.2.q. 34. art.1. *& alterum contemnet.* Quid ſit peccare ex contemptu.2.2 q.186.a. 9.ad 3. *Ne ſoliciti ſitis.* de ſolicitudine. An liceat in temporalibus. 2. 2. q.55.a.6.& q.188.art.7. quot modis reddatur illicita.2.2.q.55.a.7.

Primum quærite. An temporalia cadant ſub merito.1.2.q.114.a.10. Bonauentura tom.2.opuſc. Pro modo prædicandi.

RECENTIORES.

Dominis. Vnus eſt Dominus, & qui huic ſeruit, Dominus conſtituitur. Paez in epiſt. Iacobi c.1. §. 2.

Petite Regnum. Spiritualia petenda. Paez c.1.v.1.§. 3. *Duobus dominis ſeruit* vir incōſtans & dubius. c. 1.v. 8.in expoſitione litteræ epiſt.& § 1.

*Vſquequo claudicatis in duas partes. Quærite primum regnum Dei.*c. 2. v. 23.§.2.ad fin. *Primùm quærite regnum Dei.* Loquitur ad eos qui nimium acquirendis diuitiis incumbunt. c. 4 v. 14.§.2. *Deo & Mammonæ* nemo poteſt ſimul ſeruire.c.5.v.3.§.1. *Spes præmij cæleſtis.* cap. 5. v.6.§.1. in med. *& Mammonæ.* Totum hominē ſibi vendicat auaritia. Soto maior Cāt.pag.606 col.1. & vide Ghiſlerium in Cant.& elenchū in Euang.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P.Barrad. tom. 2. lib. 7.c. 26. P. Bened.Fernand. in Gen. *Duobus dominis.* Minimè, ſed vni Deo viuendum & parendum eſt. c. 3.ſect.8. n. 3. Vnus eſt vnicè colendus.c.3.ſect. 2.num. 3. *Aut alterum diliget.* Deum nempe vnicè amandum.c.4.ſect.15. n.2. *Deo & Mammonæ* non poteſtis ſeruire diuites; auaritia enim eſt idolorum ſeruitus.cap.7.ſect.2.n.3. Quare in ſeruientibus Chriſto, nempe Eccleſiaſticis carpenda eſt. c.11.ſect. 4. n.2. In ſeruis regis pernicioſa.c.11.ſect.5.n. 6. *Pater veſter cæleſtis paſcit illa* c.11.ſect.5. num. 2. Quare in Deo fidendum prouidentiſſimo in ſuos. c. 1. ſect. 5.n.6. Magnificentia n.8.& c.1.ſect.6.num.8. Balenas & formicas ſatiat.c.1. ſect. 7.n. 3. *Primùm quærite regnum Dei.*c. 2.ſect.4.n.2.

P.Cornelius in Paulum habet indicem Euangeliorum.

NOSTRA.

Obedientiæ ſuauitas & facilitas, d.33.n.26.& 27.

Nemo poteſt. Quare neque in Trinitate tres Domini ſunt, ſed vnus Dominus, ſed hic timendus.

Duobus. Grauiſſima ſeruitus, quæ autem eſſet ſi multis eſſet inſeruiendū.d.76.n.13. Vino & ſapientiæ difficile eſt inſeruire. P. Pineda Eccl. c.2.v.3.n.2.& ſolicitudo congregādi diuitias damnatur. c.2.v. 8. n.3.

Dæmonis tyrannis. Qui cùm odioſos ſic timetur. Vide *Dæmon.* Suauitas Chriſti. Vide *Chriſti benignitas, nec Salomon in omni gloria.* Pineda Eccl.c.2.v.12.n.3. & 4. & vidè *Modeſtia* in cultu, cōtenta naturalibus.

*Quærite primùm regnum Dei.*c. 10. Eccl.v.2. Pineda 0.5.6 & 7.

Fiducia in vno Chriſto collocanda.d.12.n.7.8.10.&c. Quia Deus vnicuique rei tēpus & opportunitatem præfixit, habes verbo *Prouidentia.* Sed vide Pineda Eccl.c.3.v.1.n.5.

Dom. XV. poſt Pentecoſten. Luc.7. *Ibat Ieſus in ciuitatem Naim.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Tolet. in Luc. Mald. P. Salm. tom 6. tract. 24.

INTRODVCTIO. Vndique vallatus

tus & inſtructus iuuenis vim mortis non potuit effugere. *Ecce defunctus efferebatur.* Nam per Ierem.8. denuntiatum eſt. *Ecce ego mittam in vos ſerpentes peſſimos, quibus non eſt incantatio,* &c. Quid enim ægritudo eſt niſi ſerpens, quid febris in ſilentio mordens, quæ omnes inuadit diuites, iuuenes, ſenes: nam etiamſi ſapiens medicus & adſtantium ſolicitudo incãtare velint, *non eſt eis incantatio.* & cap. 5. bellum proſequitur, *& mordebit eum coluber*, repentè & quaſi auis venit, mordétque. Deut. 32. *Deuorabunt eos aues morſu amariſſimo. Ecce defunctus.*

DOCTORES ET PATRES.

De huius vitæ miſeriis, & quot modis in mortem ruunt mortales. Aug. epiſt. 45. *Qui tamen periculo tam ſæpe turbati,* &c. Flos iuuentutis ſole iuſtitiæ ſpectante refloruit. Nyſſenus lib. de creatione hominis. c. 26. & liberè ſe obtulit ſol non rogatus, vltro venit. *Ego ſto ad oſtium, & pulſo. Tibi dico, ſurge.* Caue ne deſpicias vocem lacrymis ſoſcitandi peccatores. Chryſoſtomus hom. 22. ad popul. *Dum tempus habemus.* Magna adoleſcentium habenda cura ne ſpiritualiter moriantur. Chryſoſt. epiſt. ad Olympiam in adoleſcentibus.

SCHOLASTICI.

Ecce defunctus. An mors ſit pœna peccati. 1.2.q. 85. a. 5. Sepelire ſpecies eleemoſynæ 2.2.q.32.a.2. *Miſericordia motus.* Quæ hominem ad miſericordiam prouocent. 2. 2. q. 30.a. 1. *Noli flere.* An fletus mitiget triſtitiam. 1.2.q.38.a.2. Bonauentura tom. 2. opuſc. Pro modo prædicandi. *Efferebatur.* Peccatorem deſignat qui foras peccata iam impudenter effert. Aug. ſerm. 44. de verbis Domini, &c.

RECENTIORES.

Iuuenes laceſſunt, & quaſi excitant mortem contra ſe. Ceruantes Sap. 1. theor. 40. Deus & vita eorũ. & verſ. ſeq. Sed nota errorem, nam theor. 46. eſt 40. nam poſtea ſequitur 41. Anni noſtri araneorum telis comparantur. Sap. 2. theor. 19 & 20. §. id verò. & ſeq. plurima. Dedit illum matri ſuæ. theor. 35. c. 2. Immatura mors & ſenectus ex intemperanti adoleſcentia deſcribitur à Pineda Eccl. 12. interpretatione 7. folio 1187. in Hiſpalenſi editione. *Reſpiens volatilia cæli.* Dei prouidentia. pag. 1012. col. 2. *Lilia agri.* pag. 321. col. 2 pag. 322. col. 1. & 419. col. 2. & vide Ghiſlerij elenchum in Euangelia.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 2. lib. 8. cap. 6. P. Bened. Fernand. in Gen. *Filius vnicus.* Mors inter delitias infelix. c. 6. ſect. 6. n. 6. Maxime in iuuentute. c. 7. ſect. 4. n. 8. Cur immatura morte aliqui rapiuntur. cap. 4. ſect. 16. n. 3. *Quam cum vidiſſet Dominus.* Opera miſericordiæ facile exhibentur dum miſeros ſpectamus, vel lacrymantes videmus. c. 8. ſect. 4. n. 1 *Miſericordia motus.* Matrom dolor & amor. c. 4. ſect. 14. n. 3.

P. Cornelius in Paulum, habet indicem Euangeliorum.

Cadaueris præſentia quàm attentos reddit animos ad lectionem veræ ſapientiæ. Eccl. 7. Pineda à v. 3. n. 7. & ante. & v. 4. n. 6. Quid non cadauer doceat? Cur obiit in tempore non ſuo, c. 7. v. 18. n. 7.

NOSTRA.

Defunctus efferebatur. Somnus mors. d 102. 38. & 40.

Filius. Mors ex Dei præſcripto etiam à iuuene ſolutionem reditumm exigit Dco. d. 130 n. 12. Honor habendus fœminis, maxime viduis. d. 142. n 13. & 14.

Adoleſcens tibi dico. Nunquam putat peccator ad ipſum loqui concionatorem. Ioannes, *non licet tibi.* & audacter, etſi non temere. Sicut Apoc. 7. Angelus. *Va, va, va.* Angelus eſt qui homines non veretur, etiamſi æternam denuntiet pœnam.

In via ciuitatis ad terrorem defunctus iuuenis iacet; ſicut 2. Reg. 2. Abner haſta confodit Azael. *& omnes qui tranſibant per locum illum ſubſiſtebant.*

Dom. XVI. poſt Pentecoſt. Luc. 14. *Cùm intraret Ieſus.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Mald. P. Salm. tom. 6. tract. 42.

INTRODVCTIO ex Iob c. 29. 24. *Si quando ridebam ad eos, non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terram.* Vide P. Pineda ibid. Superiorum opera quam attentè obſeruant ſubditi, maxime autem inimici: de hac autem prouidentia Dei, nempe ex inuida inimicorum obſeruatione perfectiores reddere ſuos; vide Chryſoſtomum homil. 13. ad populum. Vnicuique dedit propriam conſcientiam, filiis parentes, ſeruis dominos, prædicatores, prælatos, amicos & inimicos, vnde Auguſt. ait. Sibi tyranni nocent, nobis proſunt. Vnde rogatus Philoſophus apud Plut. quo pacto ſe vindicare poſſet ab inimico. Bonæ frugis vir eſto, & ecce vindicta. Itaque *obſeruabant Chriſtum* aduerſarij eius.

DOCTORES ET PATRES.

Et ipſi obſeruabant eum. Inuidia vt carpat, obſeruat Auguſt. ſerm. 83. *Inuidiæ malum* longe. *Hydropicus*, diues nempe. Auguſt. ſerm. 5. de verbis Domini. *& habes & concupiſcis.* Sitis iſta non extinguitur. Greg. lib. 14. moral. c. 6. *Hydropicus.* Plutar. lib. de cupiditate diuitiarum. *Qui plura. Qui ſe humiliat.* In humilitate omnia ſeruãtur. D. Ambr. ſerm. 20. in Pſalm. 118. in ea verba, *vide humilitatem meam*, & Ceruantes Sap. 7. theor. 1. & Chryſoſt. homil. 33. in Gen. *Vide inſignẽ modeſtiam*, &c. in Gen. 13 n. 18. Bern. ſerm. 37. in Cant. *Nolite comparare maioribus*, vſque, *præſumpta erectio.* Panis manducatio & frugalitas ſumma eſt lætitia. Pineda Eccl. c. 8. v. 15. n. 1. & 2.

SCHOLASTICI.

In domum Principis. Cur cum peccatoribus conuerſabatur. 3. p. q. 40. art. 1. in corp. *Si licet Sabbato curare.* Non violauit Sabbatum. 3. p. q. 40. art. 4. ad 1. De Sabbato 2. 2. quæſt. 122 art. 4.

Primos accubitus. De ambitione vt ſuprà in Euangelio Dom. 3. poſt octauam Pentecoſtes.

Qui ſe humiliat. Promittitur ſpiritualis exaltatio. 2. 2. quæſt. 161. a. 5. ad 3.

Bonauentura tom. 2. opuſc. Pro modo prædicandi. *Voca pauperes.* Aug. Pſal. 103. *Cedri Libani.* Boni diuitis laus legatur Eccl. 31. Beatus diues. Chryſoſt. hom. 49. in Matth. *Tu immoderate.*

RECENTIORES.

Sabbato manducare. Omnia ſancta tuſtè & ſanctè fiant. Ceruantes Sap. 6. theor. 45.

Qui ſe humiliat. Ceruantes Sap. 7. theor. 1. *exaltatur.* Paez in Iacob. c. 1. §. 1. *Amice aſcende.* c. 2. v. 2. in expoſitione. *De ſedibus, vident fidem illorum* Sed ſimul etiam bona opera. c. 2. v. 18. in expoſitione literali. *Humiles* exaltãtur, ſuperbi deiiciuntur. c. 4. v. 6. in litterę expoſitione, & §. 1. & verſ. 10. &c. *Panem.* 1. parcè manducabat, damnans immoderatos cibos. c. 5. v. 5 §. 1. 2. & 3. *Exaltabitur.* Cant. Moyſis text. 3. 4. 5. annot. 11. ad illa verba, *hanc igitur.*

Molles voluptates principum, & ientacula, vide c. 10. v. 19. & paulo antè de ientaculis principum Pineda Eccl. c. 10. verſ. 17. Riſus in menſa, & paraſitorum abuſus taxatur.

Digitized by Google

tur.verſ.19.n.9.vide Ghiſlerij elenchum in Euangelia.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P.Barrad.tom.3 lib.3. cap. 12.P. Bened. Fern. in Gen. *In domum cuiuſdam.* Conuerſatio Dei cum hominibus.c.5.ſect.2. n. 2. *Manducare panem.* Alios cibos proponerent diuites, ſed Chriſtus temperantiam docet.c.9.ſect.1.n. 6. *& ipſi obſeruabant eum.* Exemplo ſint qui præſunt, in eos intendunt omnes. c. 3. ſect. 29.n.2 Malum exemplum.c.4. ſect. 2.n.3.& 4.& c.12.ſect.5.n. 1. *Si licet Sabbato curare.* Diuitem hydropicum antequam ſit in puteu inferni ſicut aſinus, aut ſicut epulo in tormentis.c.3.ſect.7.n. 9. Etiam in inferno eſt ſuperbus.c.3.ſect.15.o. 2. Caſus eius ſicut aſini.c.13.ſect.2. n. 3.Stultitia aſinorum ibid. Difficile ſaluatur & extrahitur è puteo.c.14. ſect.2.0.15.

P. Cornelius in Paulum indice Euangeliorum. Iob 36. *Ecce Deus excelſus in fortitudine ſua, & nullus ei ſimilis in legiſlatoribus.* Pineda in Iob.

NOSTRA.

Cùm intraret Ieſus. Nullum apertius ſignum amoris Chriſti erga nos quàm noſtrum erga ſe affectum tam impensè conquiſiuiſſet facilitate, comitate, & familiaritate. d. 7. n. 9. diſc.8.n.13.d.15.num. 17. & 18.

Et ipſi obſeruabant eum. Prælatus præluceat exemplo, quia latere non poteſt.d 22.n.12.d.96.23.

Hydropicus. Idem quod auarus. Grauis morbus.d.101.15. & d. 151. n.16.& 165.n.9.& alia verbo *Auaritia, ſcilicet Sabbato curare hominem.* Interrogatione cogitationes in lucem efferre voluit, lingua enim impiorum manifeſtat corda.d.161. n. 7.*Ipſi tacuerunt.*

Maior nequitia abſcondere peccatum. Vide *Confeſſio. Exaltabitur,* à Deo nempe, ſicut Chriſtus. diſc. 73.n.6.

In puteum cadet. Egregia comparatio, quia hydropicus quaſi in puteo aquæ erat.

Dom.XVII. poſt Pentecoſt. Matth.22. *Acceſſerunt. Quod eſt mandatum.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Mald.P.Salm.tom. 8.tract.36.

INTRODVCTIO ex Sap.6.v.18.ibi Ceruantes.

Amoris mandato ad patientiam & tolerantiam inſtruimur. Greg. in Ezechiel.homil. 15. *Tantum quiſque portat proximum, quantum amat,* &c. *Deum habet, nam Deus dilectio eſt.* tract.7.in Ioan.Auguſt.& Pſal.145. *Beatus vir cuius Deus Iacob adiutor eius,*&c.omnia quæ ibi de Deo prædicantur amanti Deum percommodè aptantur.Lege Bern.ſerm. ex variis de anima & quinque ſenſibus animæ, *eſt amor,*&c.

DOCTORES ET PATRES.

Iuſti ſemper feruntur amore maioris perfectionis.Auguſt.ſerm. 15 de verbis Domini. *Semper diſpliceat tibi quod es,* &c. Bern.epiſt. 19.*Solus Deus melior ſeipſo eſſe non vult, quia eſſe non poteſt.* Mandata Dei ſicut ſcala Iacob. Gen. 28. proſequitur ibid. Bern. *Nunquid ſtantem,*&c.Sola hæc dilectio diſcernit filios Dei à filiis diaboli.Aug.tract.5.in epiſt.1.Ioannis. *Dilectio ſola diſcernit,* &c. Leues facit tribulationes. Chryſologus ſerm.101.*Qui totus eloquentiæ.* Dulce eſt ergo hoc mandatum. Bern. in fine ſermo.66. ex paruis. & notandum,&c.

SCHOLASTICI.

Acceſſerunt. Quomodo ſit licitum cum hæreticis diſputare.2.2.q. 10. a.7.*Diliges Dominum Deum.* de hoc præcepto vide hic ſuprà Dom. 12. poſt Pentecoſtem in claſſe Scholaſt.*Hoc eſt maximum.* 2.2.q.44. a. 1. Duo præcepta de vna charitate quo pacto dantur.2.2.q.44.art. 3.De dignitate legis & ſacræ Scripturæ vide Paez in c.4.Iacobi v.5.§.2.

RECENTIORES.

Vide Ceruantes Sap.6.v.11. maximè theor. 49. Qui enim cuſtodit mandata habet quid reſpondeat Deo interroganti & iudicanti. Regalis lex & via ampliſſima charitatis,Paez in epiſt Iacobi c.2.v.8.§. 2. & 3. *Sicut teipſum.* Percat proprios amor.c.2.verſ. 8.§.4.ex Auguſtino paulo ante fin.De pietate exhibenda opere & verbo erga proximus. c.2.v.12.§.2. *Oleum & vinum.* Reprehenſio manſuetudine conditi debet.c.3.v.2.§.6.& c.4.v.4.§.3. ante med. vide Ghiſlerium in Cantics.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom.3.lib.3.cap.20.P. Bened. Fernand. in Gen. *Quod eſt mandatum* Rogat Iudęus qui legem Dei ſemper ante oculos habere debebat. *Diliges.* Lex amoris leuis & facilis.c.2.ſect.4.n.13.& c.2.ſect. 7. n.2.Præcepti diuini ratio. c.2. ſect. 7.n.2,Qualitas n. 3. Hoc præcepto amoris omnia dulceſcunt.c. 1. ſect. 2.n.11.& c.7. ſect.4. n. 4. Super omnia.cap.8.ſect.a.num.4.&c.cap.3. ſect.15.n.5.

P. Cornelius in Paulum indice Euangeliorum.

NOSTRA.

Tentans eum Magiſter. Adulatorius ſermo & dignus ſupplicio & repulſa.d.161.n.9.& adulatio, *Quod eſt mandatum.* Hoc non debet ignorari. *Ignorantia.*

Diliges. De dilectione Dei inſtit. 42.integra. d. 123. 21. & ſeq. etiam coniugati adimplent. d. 18. n.14. & d.113.n.21.

Ex toto corde. Quid ſit. d. 18. vbi doctrina datur coniugatis.& d. 29. n.19.& d.123.n.21.

Ab Hieruſalem in Iericho. Deſcendentem omnes dereliquerunt, quia Chriſti pietati relinquebatur.d. 37. 0.9.& 101.0.17.d.122.n.13.

Dom. XVIII. poſt Pent. Matth.9. *Aſcendens Ieſus in nauiculam.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Mald.P.Salm.tom. 6.tract.14.

INTRODVCTIO. *Deus fortis* vocatur ab Iſai.Chriſtus: hic enim ſolus peccata dimittere, & ſuſcitare poteſt peccatorem, & efficere diuinæ naturæ conſortem; quis ergo hoc niſi Deus efficiat Nam ſicut vita hæc vmbratilis eſt reſpectu vitæ æternæ, vt conſtat Matth.19. *Si vis ad vitam ingredi.* Vbi Auguſt.ſerm. 17.de verbis Domini. *Non dixit, ſi vis venire ad vitam æternam, ſed, ſi vis venire ad vitam, eam definiens vitam, quæ fuerit æterna vita.* Sic mors corporis vmbratilis eſt reſpectu mortis animæ.Pſalm.43. *Operuit nos vmbra mortis.*& Greg.lib.4. moral. *Vmbra mortis mors carnis accipitur,* &c. Vnde ſolius Dei eſt à morte animæ reuocare peccatorem, & peccata ſoluere, ſicut eſt reuocare mortuum ad vitam.

DOCTORES ET PATRES.

Offerebant ei paralyticum. Portitores iſti ſignificantur qui alios in peccatum trahunt, & ſicut auiculæ in manu aucupis alias alliciunt. Ephrem de recta viuendi ratione. *Quæ primùm capta fuerit anima ad alias decipiendas fit quaſi laqueus,*&c.

Remittuntur tibi. Vox lætitiæ. Theodoretus. *Auditui meo dabis gaudium,*&c. Studium portantium conſidera. Ingenioſa charitas eſt.

Chryſuſtomus hom. 30. in Matth. *Cum inimicum aliquem verbatis videris*.& tom. 1. homil. de cura habenda ſalutis proximi. *Cum videris naufragium*,&c.

SCHOLASTICI.

Paralyticum. An beneficentia ſit actus charitatis. 2.2.q.31.art. 2.& 3. *Videns illorum,confide.* An homo alteri poſſit mereri primam gratiam. 1.2.q.114.a.6. ad 1. An aliena deuotio proſit alteri. 2.2.q.83.art. 7. *Hic blaſphemat.* Blaſphemia quid ſit. 2.2.q. 13.a. 1. *Tolle lectum.* An mors naſcatur ex peccato. 1.2.q.85.a. 8. Bonauentura tom. 2. opuſc. Pro modo prædicandi. *Vt quid cogitatis mala.* Angelos vi intellectus proprias cogitationes cognoſcere non poſſe. Thom. 1.p.quæſt.57.art.4. Dei proprium eſt. Scotus contrà 2. d. 9. q. 5. & 2.

RECENTIORES.

Venit in ciuitatem ſuam. Familiariter cum hominibus conuerſatus. Soto maior in Cant. pag. 535. col. 1. *Remittuntur tibi.* Mirum vt excedit merita ſupplicum & vota. pag. 891. col. 1. & 892. col. 2. *Hic blaſphemat.* Non agnoſcentes cũ mirantur opus creatione mundi maius & magnificẽtius. pag. 673. *Cum vidiſſet Ieſus cogitationes.* Nouit enim & parent cũcta oculis eius, etiam occulta cordis pag. 517. col. 2. & 562. col. 1. & 583. col. 1. *Vt quid cogitatis mala.* pag. 44. col. 2. Vide Ghislerij elenchum in Euangelia.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 2. lib. 5. c. 19. P. Bened. Fern. in Gen. *In terram ſuam.* O benignitas terræ accola eſt Chriſtus. c. 1. ſect. 2. n. 5. Medici munus agit. c. 1. ſect. 5. n. 3.

Intra ſe dicebant. Hoc eſt, concipiebant nefarias cogitationes. c. 6. ſect. 4. n. 1. *Videns cogitationes.* Deum latere & fallere nemo poteſt. cap. 3. ſect. 13. n. 9. *Tolle lectum tuum.* Quàm expeditus lectum ſupra ſe tollit, cõſolatur Deus pœnitentes. c. 9. ſect. 5. n. 5. De lecto luxuriæ raro reſurgunt. c. 6. ſect. 6. n. 2. & c. 8. ſect. 5. n. 4. Sed vincitur per Dei gratiam. c. 9. ſect. 7. n. 1. *& glorificant Deum videntes.*

P. Cornelius in Paulum habet indicem Euangeliorum.

Vt quid cogitatis mala. Pineda in Eccleſiaſt. c. 2. verſ. 5. n. 4. Inuidia argumentum eſt aliquid boni eſſe in te qui inuideris. Pineda Eccl. c. 4. v. 4. n. 7.

NOSTRA.

Aſcendens Ieſus in nauiculam. Dei abſentia pertimeſcenda, ſcit enim nauem conſcendere, & aliò transfretare. Primò per fidem. d. 30. n. 16. Propter peccata. d. 30. n. 21. & 22. & d. 47. n. 22. & d. 54. n. 30. *Velociter currit ſermo eius*: ideo attendendum eſt ne prætereuolent inſpirationes. Vide *Vocatio Dei*, & *Inſpirationes.*

In terram ſuam. Debitor erat, ſed nolebat eorum peccata augere.

Vt quid cogitatis mala. Peruerſa hominum iudicia deſcribuntur. d. 37. n. 13.

Remittuntur tibi peccata. Ecce peccata cauſa ſunt ægritudinum quibus puniuntur. d. 146. n. 13.

Quis eſt hic. Deus vtique ſolus ipſe peccata & pœnam peccati tollere poteſt. d. 139. 9.

Dom. XIX. poſt Pentecoſt. Matth. 22. *Homini regi qui fecit nuptias.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Mald. P. Salm. tom. 7. tract. 37.

INTRODVCTIO ex cap. Eccl. 4. *Ne coneris contra impetum fluuij, & noli reſiſtere contra faciem potentis.* En quo pacto ſacra Scriptura potentes & principes aloni comparat, & flumini rapidiſſimo. Flumen etenim ſemper per alueum fluit eodem tenore & copia aquarum quam in ipſum fontes deriuant vnde naſcitur: quòd ſi præterfluit, & redundat extra alueum, niuales aquæ & pluuiatiles in cauſa ſunt. Sic Dei potentia in rerum gubernatione eadem eſt, ſicut idem ſunt fontes ſuæ miſericordiæ. Quòd ſi iraſcitur, nos iram pluimus, & cauſam damus: at ſeueritatem iſtam temperauit ex quo nuptias cum natura humana egit, & viſcera Virginis intrauit.

DOCTORES ET PATRES.

Homini regi. Sponſas fecit animas. Bern. ſerm. 2. de Domin. poſt Octau. Epiphan. A conuiuio incipiunt, & nunquam deſinunt, in æternum durant. Apoc. *Gaudeamus & exultemus.*

Prandium meum paraui. Poſt terreſtria fercula dantur cæleſtia, viſio beatifica, &c. ad quorum conſpectum expauit ſponſa. *Introduxit me rex in cellam.*

Compelle illos intrare. Hi eligendi ſunt ad dignitates. Bern. lib. 4. ad Eugen. colum. 4. in Luc. 14. *Etiam roga illos, & compelle, ut talibus requieſcat*, &c.

Neglexerunt. O qualem dulcedinem omiſerunt. Auguſt. 10. confeſſio. cap. 40. *Aliquando intromittis me.*

SCHOLASTICI.

Fecit nuptias. De incarnatione. 3. p. q. 1. &c. De ſacramento matrimonij eiúſque ſignificatione. Supplemento q. 41. a. 1. potiſſimum.

Contumeliis affectos. Ingratitudo grande malum. 2.2.q. 107. a. 3. *Iratus eſt.* 1. p. q. 2. art. 2. *Obmutuit.* An in iudicio cognoſcit quilibet peccata ſua. Supplem. q. 87 a. 1. Bonauentura tom. 2. opuſc. de modo prædicandi. Sacramentum hoc magnum eſt, explicat Thomas de his nuptiis Chriſti & animæ ad Epheſ. 8. Vide Pineda Eccl. c. 8. v. 8. n. 8. & 9.

RECENTIORES.

Nuptias miſericordiæ fecit antequam iram effunderet. Paez in epiſt. Iacobi cap. 2. v. 13. §. 6. ad locũ Eccl. 35. *Speciosa miſericordia. Ibi erit fletus*, i. inuidia *& ſtridor dentium*, tormentum inuidiæ c. 3. v. 14 §. 2. in locum Luc. 3. *Tunc iratus rex.* Satius eſt punire tunc quàm iram recondere. c. 5. v. 5. §. 2 fol. 699. *Filio ſuo* De pulcritudine huius ſponſi & aliis Paez in Cant. Moyſis text. 3. annotatione 1. ab illis verbis, *ſed quid diſtura*, &c. poſt integrum folium. *Perdidit* homicidas illos. ibid. text. 3. 4. 5. annot. 12. ab illis verbis, *Alia inſuper. Miſit ſeruos ſuos*, Prophetas. Soto maior in Cant. pag. 934. 936. 1140. & 106. &c.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 3. lib 8. c. 8. &c P. Bened. Fernand. in Gen. *Nuptias filio ſuo.* Multo antè nuptias iſtas intendit, præfigurauit. c. 1. ſect. 1. n. 4 & c. 1. ſect. 2. n. 9. Admirabiles nuptiæ. c. 1. ſect. 4 n. 3. Cur diſtulit has nuptias. c. 3. ſect. 29. n. 5. In remedium peccati Adæ. c. 3. ſect. 40. n. 6. *Miſſis exercitibus perdidit homicidas.* De vaſtatione Ieroſolymæ vide ſuprà Dom. 9. poſt Pent. in hac claſſe noſtræ Societatis. in P. Bened. Fern. & in indice huius auctoris verbo *Ingratitudo*: vt videret *diſcumbentes.* Inſipiens putat ſe occultari à Deo, non habens veſtem nuptialem. c. 3. ſect. 22. n. 1. *Obmutuit.* Turbatur inſtar dementis, ibid. *Tenebras* eius, ſtatus infeliciſſimus. cap. 3. ſect. 23. n. 2. Vide indicem huius auctoris verbo *Reprobus.*

P. Cornelius in Paulum, vide indicem Euangeliorum.

NOSTRA.

Nuptias filio. Hæ nuptiæ ex Canticis per ordinem referuntur d. 118. Vide tu vbi incipit numerus, & §. Patientia inſignis huius Regis ex

co

eo nata quòd de nuptiis filij agebat. d. 1at. n. 5. Impedimenta harum nuptiarum deſcribuntur, d. 68. n. 23.

Et vocauit multos. Pietas & largitas Dei etiam donis ſuis inuitat. Iſai. *Emite ſine argento.* Vide P. Sanchez & indicem ſacræ Scripturæ noſtrum.

Contumelus affectos. Ingratitudo ſumma, vide *Beneficiũ*, & *Prædicator.* Audacia peccatoris qui in peccato ad diuina accedit. Vide *Peccator. Iratus Rex.* De ira regis Pineda Eccl. c. 8. v. 8. n. 4.

Tenebras exteriores. Cur ſic dicitur infernus. ex Bernardo, vide lib. 5. ad Eugen. colum. antepen. *Va vniuerſo*, &c.

Dom. XX. poſt Pentecoſten. Ioan. 4. *Erat quidam Regulus.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Toletus videatur. Mald. P. Salm. tom. 6. tract. 9.

INTRODVCTIO. Putabat ſe eſſe regem, & in vera æſtimatione Euangeliſtæ erat. *Regulus.* Sicut ille Apoc. 3.

Dico, diues ſum, &c. Mendaces filij hominum in ſtateris, 1. in æſtimatione ſua, dignitates æſtimant cùm ſint ventus, vel ſomnia ſe Reges ſomniantium. Chryſoſt. hom. 38 in 1 ad Cor. *Ægrè erit quòd in republica non ſit*, &c. *Dolebit quòd non ſit princeps.* & hom. 9. in epiſt. ad Hebræos, *ſomnium eſt*, inquit, *illa quæ in die ſunt non ſunt ſomnia.* Chryſologus ſerm. 120. *Nolite configurari huic ſæculo.*

DOCTORES ET PATRES.

Domine deſcende. Baſilius in Pſal. 114. morientium regionem mundum appellat. Græce enim habetur, *antequam moriatur puer meus. Priuſquam anima à corpore ſeparetur ſæpe morimur, vita hominum per multas mortes explere conſueuit*, &c. Philo lib. de Ioſeph. *Fortaſſe ætates ſingula*, &c. Auguſt. in Pſalm. 127. *Veniente pueritia.* Inſerit Deus quaſi ſurculum tribulationem in iuſto vt fructus afferat dulces Dan. 4. *Succidite arborem*, &c. ideo præcidit ramos reguli. Auguſt. epiſt. 87. *Quid non miſericorditer à Deo præſtatur hominibus, à quo etiam tribulatio beneficiũ eſt* Feſtinare iubet, negotium ſalutis. Vide Barrad. tom. 2. lib. 4. c. 15. n. 7. in margine.

SCHOLASTICI.

Regulus. An mors & ægritudines naſcantur ex peccato. 1. 2. q. 85. a. 5. Illis carent plurimi. 1. 2. q. 85. a. 5. ad 2. Cur non liberamur in baptiſmo à pœna. 1. 2. q. 85. a. 2. *Niſi ſigna.* Cur miracula dicantur *ſigna*. 2. 2. q. 2. art. 10. *Filius tuus viuit.* An habuerit omnipotentiam reſpectu executionis propriæ voluntatis. 3. p. q. 13. a. 4. Bonauentura tom. 2. opuſc. Pro modo prædicandi. Tena in epiſtolam ad Hebræos, & Bonauentura tom. 3. operum.

RECENTIORES.

Regulus. His & aliis principibus mors grauis eſt, & vitæ breuitas moleſtiſſima. Ceruantes Sap. 2. theor. 22. & paulo antè. Vltrà fidem eius dedit Chriſtus. Videatur Paez in epiſt. Iacobi c. 1. v. 5. §. 3. ante finem ex Caſſiano. *Noluit ire in domum eius.* Contra eos qui nimium diuites reuerentur. c. 2. v. 1. §. 3. *Cuius filius infirmabatur.* Regia bona & ſplendorem ſoluit vna febris. Soto maior in Cant. pag. 137. col. 1.

Niſi ſigna. Indicat quanta ſit ſignorum vis ad fidem perſuadendam, ita vt manus Domini dicantur. Soto maior pag. 955. col. 1. & pag. 1027. col. 1. Vide Ghiſlerij elenchum in Euangelia.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 2. lib. 4. cap. 14. P. Bened. Fernand. in Gen. *Quidam Regulus.* Dignum nomen terrenſ regni, cæleſte ſolum appetendum. c. 4. ſect. 12. n. 5. Vide quibus detur regnum, Ethnicis & reprobis, c. 10. ſect. 1. n. 7. *Filius infirmabatur.* Pœna qua dignus erat pater producitur ſit in filio. cap. 9. ſect. 11. n. 7. Corripiuntur morbo & intereunt ne peiores fiant. c. 9. ſect. 11. n. 5. *Conſerui tui miſereri.* Caritas erga inimicos. c. 11. ſect. 1. n. 4. Ingratitudo grauitèr & propetè punitur, c. 3. ſect. 7. n. 3.

P. Cornelius in Paulum habet indicem Euangeliorum.

Regulus dicitur, ſcena enim eſt vita humana, & ridendæ perſonæ. Pineda Eccl. c. 1. v. 4. n. 3. Regibus & Imperatoribus fortiſſimis nedum Regulis inicit Deus pauorem. Pineda in Iob c. 12. v. 24. Vt defendant ſe ab iniquitate ſatius eſt ante canos emori. Salazar Prou. c. 1. num. 81. & num. 280.

NOSTRA.

Erat quidam Regulus. Ipſe ſe æſtimabat regem, ſed in Dei conſpectu regulus eſt. Vide *Cognitio ſui.*

Cuius filius infirmabatur. Filiorum morbos & mortem ægrè ferunt parentes, ſed eorum peccata punit Deus temporali pœna filiorum. Vide *Parentes*, & *Filius. Domine deſcende.* Imperioſum verbum, & domi vellent principes ſibi addictos habere confeſſarios & concionatores. Vide *Amicus*, *Curia*, *Superbia principum.*

Niſi ſigna. Taxat mores aulicorum qui ſemper noua & mirabilia appetunt, & à ſordibus ſicut limaces non recedunt.

Dom. XXI. poſt Pentecoſt. Matth. 18. *Homini regi, voluit rationem.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Mald. Salm. tom. 7. tract. 13.

INTRODVCTIO ex Sap. 1. *Sentite de Domino in bonitate.* Ceruãtes ibid. pag. 75. & 76. theor. 11. & 12. Iuſtus & dulcis eſt ſimul homo & rex. Vide Bern. de gradibus humilitatis. *An oculus tuus nequam*, &c. & ſer. 12. in Pſal. *Qui habitat. Vniuerſæ viæ Domini*, &c.

ALIA. *Admirabilis, conſiliarius*, dicitur Deus Iſaiæ 9. quia lumine ſacræ Scripturæ illuſtrat animam. Pſalm. 118. *Lucerna pedibus meis*, & ad ſui cognitionem reuocat, atque rationẽ & diſcuſſionem ſui facere. Gregor. lib. 23. moral. c. 13.

Conſidera vbi ſuis. & Aug. Pſalm. 122. *Peccatum ſit ante te.* & Hieron. ad Suſannam lapſam. *Lugete me flumina.*

DOCTORES ET PATRES.

Rationem ponere. Non de minimis & quæ dedecent regem aut prælatum. Bern. 4. ad Eugen. de conſideratione colum. vltim. in Gen. 39. *Ad verecundiam dico*, &c. *homini regi.* Humanitas cum ſeueritate temperanda. Paez citat doctores c. 3. epiſt. v. 13. §. 3. *A facie eius egreſſus.* Theophylact. *Nullus qui in Deo manet cõpaſſionis expers eſt, ſed ille ſeruus egreſſus erat, & à Deo alienus erat.* In ſanis ſumptibus tot millioes diſſipauit. Chryſoſt. hom. 37. in Geneſim. *Vade adulteria.* Seneca epiſt. 4. *Magna diuitia ſunt*, &c. Ambroſ. de Naboth c. 5. *Non parcunt homines.* Vult abſoluere, non punire, ex Euſebio Emiſſeno. Paez Cant. Moyſis text. 7. anoot. 2. ab illis verbis, *neque etiam eſt.*

SCHOLASTICI.

Decem millia. Reus æternæ damnationis peccator. 1. 2. q. 87. art. 4. 5. *Miſertus a. Dominus.* 1. p. q. 21. a. 4. ad 1. *Ille autẽ noluit.* 2. 2. q. 30. a. 2. *Contriſtati ſunt.* An Angeli doleant. 1. p. q. 113. a. 7. *Vniuerſum debitum.* An redeant peccata dimiſſa. 3. p. quæſt. 88. Contra nimis ſtudioſè conquirentes diuitias. Paez in epiſt. Iacobi c. 4. v. 14. §. 2. *Patientiam habe.* Cant.

Moyſis Paez text. 7. annot. 2. ab illis verbis, *videndus idem.*

RECENTIORES.

Rationem ponere. De iuſtitia & æquitate Cerdantes Sap. 1. pag. 58. §. *Diligite iuſtitiam*, & in ſeq. theor. 10. *Hominis regi.* Clementiæ meminit etiam cum iuſtitia. Idem pag. 64. col. 1. ante finem. *Omne debitum dimiſi tibi.* Vltra poſtulata concedit Deus. Paez in epiſt. Iacobi c. 1. v. 5 §. 3. in fine. Ratione ingratitudinis abſtinere deberet hic ſeruus à vindicta conſerui ſui. Paez c. 3. v. 10. §. 2. *Suffocabat.* Crudelitas maxima expenditur. c. 2. v. 13. §. 1. & §. 3. Miſericordia ſuperexaltat iudicium. Paez c. 2. v. 13. §. 5. *Egreſſus a facie.* Inde prouenit vt impius eſſet in fratrem. c. 3. v. 17. §. 6. in fine. Ant. Fern. viſ. 27. ſect. 1. n. 6. & 7.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 2. lib. 10. c. 37. &c. P. Bened. Fernand. in Gen. Arguit ſeruus ſuos Deus ſtrictiſſimè. c. 11. ſect. 8. n. 2. *Hominis regi.* Miſericordia cum iuſtitia deſignatur. c. 1. ſect. 1. n. 9. Ideo iudicium hoc eſt miſericordia, non ſicut extremum. c. 8. ſect. 5. n. 5. Vt iudices iudicium cum miſericordia exerceant. cap. 6. ſect. 2. n. 3. *Patientiā habe.* Habeant & iudices. c. 4. ſect. 15. n. 6. *Sicut & ego tui miſertus ſum.* Iniuſtitia eſt, aliud nobis, aliud velle aliis. c. 9. ſect. 6. n. 3.

P. Cornelius in Paulum indice Euangeliorum

Egreſſus a facie. Timor & reuerentia Dei & Angeli ceſſare facit à peccando; contrà verò deſpectus eorum. Pineda Eccl. c. 5. v. 5. n. 3. 4. & 7. Prudentia huius Regis deſcribitur. c. 7. v. 17. præſertim n. 5. 6. 7. Impiorum pœnitentia potius quàm perditio deſideranda. Ant. Fernand. viſ. 9. ſect. 2.

NOSTRA.

Hominis regi. Iuſtus & miſericors, & quia Deus eſt, indulget facile. d. 34. n. 3. & 4. & d. 129. 6. &c. *Homini.* Paternè caſtigat vt emendet. d. 110. 45. Inde ſpes veniæ pendet. d. 115. n. 5. & 6. Iraſci nouit. d. 88. n. 6.

Rationem. Habet codices & rationes omnium donorum. diſc. 131. 5. Æquitas diuini iudicij oſtenditur, Ant. Fern. viſ. 13. ſect. 4.

Venundari. De cruciatibus inferni, & ſatisfactione temporali, vide d. 107. 14. Non perimi, ſed *venundari*, vt ſatisfactio maior ſit. d. 121. 16. Tegit clementiam ſub ſpecie indignationis. d. 132. num. 1. & 2. Quid intendat hac iratā ſpecie Deus. d. 81. n. 21.

Ingens debitum huius oſtendit eſſe virum eccleſiaſticum. d. 172. n. 19 & 20 De auaris iſtis raptoribus alienorum bonorum agit Anton. Fern. viſ. 28. Amos c. 8. ſect. 2.

Dom. XXII. poſt Pentecoſt. Matth. 22. *Abeuntes Phariſæi, conſilium.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Mald. P. Salm. tom. 8. tract. 59.

INTRODVCTIO. Concilium venatorum cui præeſt inſignis venator dæmon, de quo ſub nomine Nembrod dictum eſt, *Robuſtus venator coram Domino.* Hic impulit eos animos addens experientia ſua qua ſublimes ardeas & aquilas capit, decicit Nullum aliud rete expandit quam ſermonem, *vt caperent in ſermone.* Timete retia dæmonis ô viri ſpirituales, ſi in ſermone ſpem habet capiendi vos, Nonne ſublime volat Iob, at quali rete labia tantummodo dereliquit in eo vt inde capi poſſet ſi Iob non eſſet, & tamen ipſe ſibi incuſat, *ſtultè locutus ſum.* Nónne ſublimis Ieſus Sirach Eccl. cap. 22. *Quis dabit ſuper labia mea ſignaculum vt lingua mea non perdat me*, &c.

DOCTORES ET PATRES.

Conſilium. Vt caperent, ſed capti ſunt, Ambroſ. epiſtola 19. Ad conſtantium Epiſcopum deſignatum. *Sæpe vnuſquiſque ſermonibus ſuis non explicatur, ſed inuoluitur.* Sine fræno loquuntur. Greg. Iob 4. initio capitis. Praui ſicut in ſenſu leues.

Quæ ſunt Dei Deo. Quare in Inferno punit quem ad imaginem ſuam formauit? Reſpondet dupliciter Ambroſ. in Pſalm. 118. ſerm. 10. in illum verſum, *Manus tuæ fecerunt me*, quia ipſe ſe in beſtiam transformauit. Pſalm. 31. *Nolite fieri ſicut equus*, &c. Secundò reſpōdet, ſed vt verba intelligas reſpice ad ea quæ in actione fidei fiunt abſenti reo cuius ſimulacrum vel ſtatua crematur. *Nam ſuam Deus non damnat imaginem, nec illam in incendium mittit æternum*, &c.

SCHOLASTICI.

Magiſter ſcimus. De adulatione. 2. 2. quæſt. 115.

Quia verax es. De virtute veritatis. 2. 2. q. 109. *Non reſpicis perſonam hominum.* 2. 2. q. 63. *Quid me tentatis.* An hypocriſis opponatur virtuti veritatis 2. 2. q. 111. a. 3. Quale peccatum ſit hypocriſis. 2. 2. q. 111 a. 4 Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari. Quæ debeātur principibus. 2. 2. q. 108. a. 2. *quæ ſunt Dei*, in religione. 2. 2. quæſt. 81. Bonauentura tom. 2. opuſc. Pro modo prædicandi. D. Thoma in epiſt. ad Hebræos videatur, & tom. 3. Bonauenturæ.

RECENTIORES.

Conſilium contra eos qui non ſentiunt de Deo in bonitate, ſed ficte & ſubdole. Cernantes Sap. 1. theor 14. pag. 68. & 69. & cap. 6. theor. 44. De dolo & hypocriſi iſtorum Paez in epiſt Iacobi c. 1. v. 8. §. 3. & 4. Imaginis Dei impreſſæ hominis dignitas, & quàm ſolerter cuſtodienda. c. 3. v. 9 § 4. & 5. *Magiſter ſcimus* Subdoli & hypocritæ vt latere volunt. Soto maior in Cant. pag. 256. col. 1. & 589. col. 1. Blandiuntur laudibus ſcientes nihil eſſe efficacius ad perſuadendum. pag. 791. col. 1. *Scimus quia verax es.* Bene veracem dicunt quem iudicem eſſe volunt. pag. 1315. col. 2. Vide elenchum in Euangelia Ghiſlerij.

NOSTRÆ SOCIETATIS,

P. Barrad. tom. 3. lib. 8. cap. 12. P. Bened. Fernand. in Gen. *Abeuntes Phariſæi.* Hypocrita impudens erga Deum. c. 3. ſect. 14. n. 9. *Conſilium.* Sed deprehenditur à Deo. ibid. Peccatum ex malitia maius. c. 4. ſect. 17 n. 3. *Cuius eſt imago hæc?* certè quam homini indidit Chriſti eſt. c. 2. ſect. 3. n. 2 Ideo hominem dedecent vitia. ſect. 11. Collapſa imago in melius reparata. c. 3. ſect. 25. n. 3. Imago ſtudeat honori Dei, non ſuo. c. 11. ſect. 4. n. 1. *Reddite ergo.* Pauca exigit qui tibi plura dedit. c. 9. ſect. 2. num. 1.

P. Cornelius in Paulum, vide indicem Euangeliorum.

Quæ regibus tributa & alia debeantur. P. Barrad tom 3. lib. 8 c. 14.

Sicut apes ſimul & conſilio facto inuident Chriſto argumentum eſt mel & ſanctitatem in eo eſſe. Pineda in Eccl. c. 4. v. 6. n 6 Adulatorum inconſtantia. c. 7. v. 6. n. 3. & 4. Fallacia eorum. c. 7. v. 6 & v. 7. n. 2. Hypocritas vocat, etſi ſint viri graues, zelo ardens. Ant. Fern. viſ. 9. ſect. 1. n. 1.

NOSTRA.

Inierunt conſilium. Iniqui infirmi ſunt, niſi conueniant contra iuſtum: vide Fer. 6 Concilij.

Magiſter. Maior perſecutio, quia tegitur adulatione. d. 126. 9 Quo pacto comprehendi poteſt falſitas adulatoris. d. 161. n. 8.

Verax es. Veracem vellent doctorem, ſed veritas illis non placet: vide *Veritas.* Cur diſplicet.

Non enim accipis. Conditiones boni iudicis & præſidis. d. 64. n. 6.

&

& 7. &c. Vide etiam *Præſul*, *Index*, *Miniſter*.

Hypocrita vocat, qui nouit res vt ſunt. d. 51. n. 25. Qui fingit ſe eſſe quod non eſt, indignus eſt veneratione. d. 51. n. 25. d. 65. n. 13.

Imago, & eius reformationis ratio, & difficultas, Præl. 1. n. 9 Præl. 2. per totum.

Reddite. Decimas Deo ſoluendas. d. 47. n. 18.

Dom. XXIII. poſt Pentecoſt, Matth. 9. *Ecce princeps vnus acceſſit*, &c.

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Mald. Salm. tom. 6. tract. 15.

INTRODVCTIO ex 1. ad Tim. 1. *Noli erubeſcere Euangelium, neque me vinculum eius: non confundar, ſcio cui credidi, & certus ſum, quoniam potens eſt depoſitum meum ſeruare*. Auguſt. de merito bonorum operum declarat quod in Deo firmum eſt. Non ſicut delitiæ & dignitates mundi quas in fallaci & incerto mundo reponunt, & ita cum tranſeunte tranſeunt; at Chriſtus manet in æternum. Tertullian. lib. de patientia. Non ſolùm bona in Chriſto ſeruantur, ſed damna reſtaurantur, *Idoneus ſequeſter noſter* (depoſitario ſiel) *Chriſtus, ſi iniurias poſueris penes eum, vltor eſt: ſi damnum, reſtitutor eſt; ſi dolorem, medicus eſt: ſi mortem, reſuſcitator eſt*. Hæc eſt theoria, praxis enim in Euangelio puellæ reſuſcitatæ videatur, in quo ægritudo & mors in manum Chriſti poſitæ in ſalutem & vitam commutantur.

ALIA etiam ſiat ex Abacuc 3. *Aſpexit & diſſoluit gentes, contriti ſunt montes ſæculi, incuruati ſunt colles mundi*. Verè principes gentium docent filios Dei colere eum, & Chriſtum venereri; quare eos quaſi vrbanitatis magiſtros & palatij aulæque regiæ proponit. Sicut ſi ruſticos in aulam pergens vellet vrbanitatis leges ediſcere, & eum breui docerent. attende & vide quo ritu à magnatibus colitur. *Incuruati ſunt*, viſa Meſſiæ maieſtate. Et quid ad Chriſtum adducit, *In luce ſagittarum*. Hieron. labores minores.

In ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ. Vbi ſagittæ nihil præſtant, haſtam contorquet, mortem in domum confert, &c.

DOCTORES ET PATRES.

Princeps vnus. Hic etſi præfectus erat congregationis & Archiſynagogus, rudis eſt & craſſus circa fidem. Chryſoſt. in Matth. hom. 32. *Vide rudi[t]atem filia mea*, Ambroſ. Synagoga Luc. 8. Hieron. Matth. 9. Mulier verò quæ patitur fluxum ſanguinis gentilitas eſt quæ obiter præripit benedictionem.

Procidit. Mites & humiles facit tribulatio principes. Sicut de Manaſſe 2. Paralip. 33. *qui poſtquam coanguſtatus eſt*, &c. Proſper in ſententiis. Auguſt. ſent. 204. *Ad hoc exagitantur homines tribulationibus vt vaſa electionis euacuentur nequitiâ, & impleantur gratia*. Simili cura & ſolicitudine Moyſes. Archiſynagogus pro ſalute puellæ rogante. Exodi 32. *Peccauit populus iſte*, vt diſcas tu animam dilectam ſeruare. Chryſoſt. hom. 22. in populum. *Omnia nobis duplicia dedit Deus*. Mors properandum. Chryſologus ſerm. 34. *Modò, i. adhuc vita manet calor*, &c. Facilè concipit fax flammam ſi dum adhuc calidum exhalat fumum ignem admoueas, &c. Chryſoſt. proximè citatus. *Peccatorum conſuetudo*. &c. Greg. lib. 13. moral. c. 6.

Facilè minimo reſiſtitur. & lib. 4. moral. c. 25.

Non eſt mortua puella. Lapſus iuſti ſomnus dici poteſt, excitatur ſicut Petrus ad Chriſti conſpectum. Lege Aug. ſerm. 44. de verbis Domini, & Greg. lib. 4. moral. cap. 25. *Somnus mors*. Chryſologus ſerm. 34. *verè apud Deum*.

SCHOLASTICI.

Adorabat. Externa etiam adoratio debetur Deo, & fit propter internam. 2. 2. q. 84. a. 2. & 3. requirit actum corporalem. 2. 2. q. 81. art. 7.

Domine filia. Oratio peccatoris in quantum exauditur a Deo, nempe ex bono deſiderio. 2. 2. q. 83. a. 16. Temporalia poſſunt peti in oratione non principaliter. 2. 2. q. 83. art. 6. *Fama hæc*. Oſtendebant miracula eſſe Deum. 3. p. q. 43. a. 4. Bonauentura tom. 2. opuſc. Pro modo prædicandi. *Mors* iuſtorum ſomnus dicitur. Chryſologus ſerm. 96. *Sanctorum mors*. Bern. ſerm. 4. ex paruis. *Bonorum mors optima*. Reſurgit anima ſi curæ propellantur ſæculares. *Recedite*. Gregorius lib. 18. moral. cap. 25. Foras turba eiicitur. Lege etiam ad illa verba Iob. 18. *Mare loquitur, non eſt mecum*. *Recte mare*. Philo lib. de Abrahamo. *Probus vir vita quieta amator ſeceſſum & ſolitudinem diligit*, &c. D. Tena in epiſt. ad Hebræos. Bonauentura tom. 3. operum.

RECENTIORES.

Princeps vnus. Hic ſolet eſſe ægritudo & mors grauior, & mortem immedicabilem putant Ceruantes Sap. 2. theor. 22. & 23. *Si tetigero*. Confidentia ad orationem neceſſaria. Paez in epiſt. Iacobi c. 1. v. 6. §. 2.

Domine non ſum dignus. c. 4. v. 6. §. 7. *Deceptiſunt hac in re*, &c. Deus cur fingere malum dicitur, & calamitates immittere. P. Ant. Fernand. viſ. 27. ſect. 1. n. 6. *Ecce princeps vnus*. Hi melius verbere quàm verbo ad Chriſtum accedunt. Soro maior in Cant. pag. 87. col. 2.

Filia mea. Ergo fallax gratia, & ad modicum parens, pag 130. col. 2. *Sed veni facilitas verbi Dei*. pag. 58. col. 1. *Impone manum tuam*. Tuam, inquit, quaſi noſſet eam quantæ virtutis eſſet. pag. 1027. col. 1. & ſurgens ſequebatur eum, vt eſt facilis exorari Chriſtus. *Veniat dilectus meus*. pag. 891. col. 1. *Acceſſit retro*; ægritudinem fortè occultare cupiens de more mulierum, vt ait Nazianz. *Vt ſi quid habeat venuſtum oſtentet, ſi quid deforme occultet*. pag. 740. col. 1. *Si tetigero tantum*. Ibi enim ſalutem habet Deus incarnatus. pag. 641. col. 2. *Fimbriam*. Sicut capilli ſaluiſeri, & victoriales ſicut palmæ. pag. 1009. col. 2.

Recedite. Inopportunitatem muſicæ damnat. pag. 580.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 2. lib. 3. c. 24. &c. P. Bened. Fernand. in Gen. *Ecce princeps vnus*. Tribulationes reuocant ad Deum. c. 4. ſect. 12. n. 6. Pueri immaturè abripiuntur ne deteriores fiant. c. 9. ſect. 11. n. 5. *Si tetigero*. Fides neceſſaria communicantibus. c. 3. ſect. 5. n. 4. Fides penetrat. cap. 1. ſect. 6. n. 1. Fides inſtar latronis vi & furto ſurripit dona. c. 4. ſect. 19. n. 6. *Sed dormit*: nam mors pœna eſt, ſed cum lucro. c. 1. ſect. 3. n. 11. & cum miſericordia; eſt enim beneficium ſicut ſomnus. c. 3. ſect. 38. n. 6. *Tenuit manum eius*, quaſi diuinus medicus. c. 1. ſect. 5. n. 3. Dolet mortem hominis. c. 3. ſect. 38. n. 6. *Surrexit* Reſurrectionis ſymbolum. c. 2. ſect. 3. n. 4. & c. 4. ſect. 21. n. 4.

P. Cornelius in Paulum habet indicem Euangeliorum.

Mortem vt ſomnus eſt poteſt quis expetere. Pineda in Eccl. c. 4. v. 4. in digreſſione ad illa verba, *Hinc recte & neceſſariò*. At forte ſatius fuiſſet puellæ mori vt vitaret iuuentutis pericula. Salazar Prou. c. 1. n. 82. & matre pœnas lueret. c. 1. n. 280. & 289. Immatura mors puellarum & iuuenum acerba. c. 1. n. 290. & c. 13. n. 5. Cũcti ex animo dolent in morte puellæ, niſi conducti tibicines. cap. 11. n. 42. Potentia Chriſti ſuſcitantis puellam. Ant. Fernand. viſ. 17. ſect. 1. n. 6. col. 448. *Fimbriam veſtimenti*. Per eam deſignatur humanitas Chriſti, per quam beneficia ad nos communicata. viſ. 10. ſect. 2. n. 4. Illuſtratur Chriſtus per mira

Digitized by Google

miracula & laudes fideliũ. Elegans comparatio de Dei laudibus viſ. 10.ſect.6.n.1.

NOSTRA.

De hac ſuſcitatione ſperate iubet Chriſtus noſtram.diſe. 3. n. 14. & antè.

Ecce princeps vnus. Nouum quid denotat *ecce*, quia taro & ſerò de ſalutis negotio acturi veniunt nobiles.d.68.n.8 & n.16.12. Ne arrogantes ſint erga Deum.d.130.7.

Filia mea. Fallax gratia & vana pulcritudo,& quæ vix in lucem venit,cùm abit. Vide *Fæmina*,& *Pulcritudo.*

Modò defuncta eſt. Putat, quia calenti puellę cadauere faciliùs ſit in vitam reuocare. Potentia Chriſti & reſurrectio opus omni potentiæ.

Impone manum tuam. Peccatrices quæ à Deo recedentes mortuæ ſunt manu Chriſti potentiſſima reuocantur ad meliorem frugem. *Meretrix*,& *Fæmina.*

Non eſt mortua puella; quia citò eam ſuſcitaturus erat, ne deſperent,nec animum deſpondeant iuſti in lapſu peccati. Vide *Lapſus iuſtorum Dormi* Somnus imago mortis,& quare? & mors iuſtorum ſuauis,non ſicut impiorum, quæ ſimilis eſt morti latronum, qui & ſuſpendio extorbantur repentè, & cum terrore aſtantium, iuſti verò molli lecto decumbunt.

Dom. X X I V. poſt Pentecoſt. Matth.24. *Cùm videritis abominationes.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO videatur apud Mald. & P. Alcaçar. Apoc. 14. verſ.10.notat.2.&c.6.verſ. 15. notat.8 & P. Barrad. citatum in claſſe Societatis.

INTRODVCTIO fiat ex loco Exodi 6.n.3. *Ego Dominus*, &c. *in Deo omnipotente.* Oleaſter in hunc locum ad mores. *In Deo vberi, & nomen meum Iehouah non innotuit eis.* Mamillam dedi populo meo olim & Saday (*el abaſtado* nuncupatus, vſque ad delitias dilexi: modò verò nomen meum dabo *Iehouah deſolatorem & deſtructorem*, ita vt mittam eos in ignem ęternum,& abominabilem deſolationem. In qua iudicium vltimum adumbrabo. Primò in maieſtate & ira,*& aſpicient in eum quem confixerunt.* Ponderat hoc Hieron.epiſt.ad Eliodorum, *veniet dies illa,&c. Ecce crucifixus Deus meus*, &c. *Cerne manus Iudæa quas*,&c. Secundò peccatum Ieruſalem adumbrat peccata totius mundi Amos 2. *Super tribus ſceleribus*; &c. *eo quòd vendiderit iuſtum pro calceamentis.* Nam omiſſis aliis, impietas & immiſericordia punietur. In primis,vt oſtendat quanti faciat eleemoſynam. P. Chryſologus ſerm.8. de ieiunio, legatur. Secundò vt oſtendat deſolationem vrbis Ieruſalem & orbis ob auaritiæ peccata mittendam. Ezech.1. *Sume gladium acutum.* Vide P. Prado in hunc locum. Quare capilli peccata denotant? Reſpondet Gregorius, quia minutiſſima verba & cogitationes iudicio ſubiacebunt: vel quia ſicut capillus ſine ſenſu naſcitur, ſic populus meus ſine ſenſu ingens crimen patrauit.& ex capite, nępe Chriſto, mortui naſcũtur Iudæi; *ſicut capilli.*

DOCTORES ET PATRES.

Cùm videritis. In loco ſancto, i. in vrbe in qua Religio & vera fides florebant. Hieron. Matth. 24. *Abominatio eſt omne dogma peruerſum*,&c. & alia plura de fugiendis hereticis. P. Barrad.tom.3.lib.9 cap. 8.9 10. & 11.&c. Videatur Aug. epiſt. 80. Signa quę in Euãgelio habet B. Haye fol.168. Iſidorus Peluſiota lib.1. epiſt.210.& 211. *Quem Iudæa ſunt myſticè declarat.* & Euthymius. Mat. 24.& Ambroſ.epiſt.11.lib. 3. *Imus, non foris ſimus. Væ prægnantibus.* Hieron.epiſt. 151. ad Algaſ q. 4. *Quid vult ſignificare.* Aug.ſerm.20.de verbis Domini, *prægnantes ſunt*, myſticè,& latiſſimè.

Orate ne fuga veſtra. Greg.hom. 12.in Euangelia. *Mementote.*& epiſt. 33. lib. 1. *Penſa quod ſcriptum eſt*, in tentatione ne fiat fuga, orandum, explicat Ambroſ.in Pſalm.35. *Hiemes, pro tentationibus accipiuntur.* Athanaſ. quæſt. 74. *Nota quòd hiemem Deus non fecit, ſed æſtatem & ver tu creaſti.* Hiemem peccatum dicit. Auguſtinus eruditè & aptè explicat lib. 2. de conſenſu c. 77. *Quòd verò ait Matthæus.* Gregor.lib. 32. moral. c. 12. *Millenario.* & c. 13. *Sed conſiderandum valde.* Chryſoſtomus lib.aduerſùs vituperatores vitæ monaſticæ. *Iudæi primi*,&c. agit de fame Ieruſalem Ambroſ. in Pſalm. 43. *Iudæam.* *Sicut fulgur.* Auguſt. lib. 1. Quæſtio. Euangel. c. 38. quod Dominus dicit.

SCHOLASTICI.

Cùm videritis. Prophetia fuit in Chriſto in quantum viator. 2. 2. q. 174.a.5 ad 3.3.p.q.7.a.8.q.31.art.2. *Sicut fulgur.* Euangelij manifeſtatio quomodo facta eſt.1.2.q.106. a. 4. De hac videtur agere Euangelium. Vide P. Alcaçar. Sed ſi de Antichriſto agendum, non erit vnitus diabolo in perſona. 3 p.quæſt. 8.a.8.in corp. & ad 1. Erit caput malorum omnia perfectione malitiæ. 3. p. q. 8.a.8.per totum.

Si abominatio ſit peccatum, age de deformitatibus peccati. 2. 2. q. 154.a.1.ad 2. Maximè peccatum ex conſuetudine implicat Dei contemptum. 1.2.q.105.a. 2. ad 9.& 2. 2. q. 162. art. in corp. *Si abominatio* deſolationis ſit deſtructio Ieroſolymitana, caput mundi maximum peccatum patrauit. 3. p.q.46.a. 10. ad 1. Dum Iudæi ſeruant legem ſunt in proſperitate, ſed inſtabiles facti ſunt hoc peccato. 1.p. q.99. art. 6.ad 3. Beneficia illis collata 2.2 q. 1, art. 8.

RECENTIORES.

Peccatum eſt vera abominatio deſolationis. Paca in epiſt. Iacobi c. 2. verſ. 10. §. 1. Homicidium ſeu Deicidium, ſi fas eſt dicere, puniuit Deus in Ieroſolymæ deſolatione. Paez Cãt. Moyſis text. 3.4.5.annot. 12. ab illis verbis, *alta inſapis.* & infrà ab illis verbis, *grauis proinde iniuria.* Iniquitatibus prouocatur Deus. text. 7. notat. 1. Minatur iras, ſed dat miſericordias, & intentat ſolùm ſupplicia. text.7. notat 2. longè. Prædicit & præmonet quus poniré nollet bonus Dominus. Cant. Moyſis text. 7. annot. 7. duo folia ante finem à verbis Chryſoſtomi in Ionæ 3.n. 4. Templi Dei habitaculi maieſtas & deſolatio text.13.annot. 4. Error eſt numeri in impreſſione Vlyſſiponẽſi & Luſitana. De Synagogæ ruina, &c. Cant. Moyſis text. 16. in expoſitione literæ vſque ad finem,& text.17.annot. vnica lõgè.

Deſolatio Ieruſalem Ierem. 25. n. 34. *Cadetis quaſi vaſa pretioſa vas deſiderabile*, vel *ſicut arietes electi*, vt legũt Septuaginta. S. Theodoretus nomine *vaſis deſiderabilis*, veſtes fœminarũ intelligit. Cadetis ergo ſicut adultera regina apud Babyloniam quæ in platea ornabatur, & per partes denudabatur, & morte afficiebatur. explicat hoc Ezechiel. 16. vſque, *nudabo te coram gentibus.* Ita Chriſtus in Euangelio vineæ veſtit Synagogam muro, torculari, turri, vinitoribus,& hodie denudat eam, & exponit prophanæ iuſtitiæ Romanorum Gentilium.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad.tom. 3. lib. 9. c. 3. &c. P. Bened. Fern. in Gen. *Cùm videritis.* c.9. ſect.4.n. 2. *Erit tribulatio magna.* c.5. ſect.7.n.7. Sol obſcurabitur. c.1. ſect.6.n.2.

P. Cornelius in Paulum habet indicem Euangeliorum.

Pſal. 93. v.14. Videatur in Lorino. *Quia non repellet Dominus plebem ſuam*

ſuam, & hæreditatem ſuam non derelin-quet, quoad vſque iuſtitia conuertatur in iudicium, &c. Prima expoſitio Chryſoſtomi. Lyra, Hugo Card. Donec iuſtitia quæ eſt attributum, conuertatur, vel reducatur in actu. Ita Genebrardus. licet enim iuſtiſſimus eſt, modò verò iuſtitia eius eſt ligata & impedita per miſericordiam, & ita dum intentat iraſci, iuſtitia conuertitur in miſericordiam. *arroja miſericordias en lugar de arrojar rayos.* Sicut iratus homo à quo ſi lapidem vel enſem ſubripis, quidquid obuium eſt, & præ manibus proiicit, linteolum, chirothecam, galerum, ita cùm ſolucbat manus Dominus olim mittebat peſtem, diluuium, bella, famem, ignē, & hæc omnia ſigna iræ ſunt, in iudicio verò iuſtitia conuertetur in actum. *Hara iuſticias de veras.* Vide aliam expoſitionem infrà in communi confeſſorum Pontif. *Homo quidam*, in claſſe Societatis. Tempus venit ſpargendi lapides templi & effundendi aram quæ per collectionem lapidum denotatur, *apañaba pued. ao Dios agora las derrama.* Pineda Eccl c.3. v 5 n.3. Inſenſibiles creaturæ puniuntur vt terreat hominem ira Dei. Ant. Fern. viſ.13. n.4. & viſ 25. ſect.4. & 5.

NOSTRA.

INTRODVCTIO. Abominatio Antiochi deſcripta, & oppoſitus illi Matthias, ſicut Antichriſto & draconi, Michael & Chriſtus. d. 5. n.7. d.45.6.

Abominationem. Admonet Chriſtus deſolationem vt abſtineat à peccando; contrà verò dæmon obiicit delectabilia vt timorem pellat futurorum. d. 64. n.20. Effectus eſt miſericordiæ præmonere. d.129. n.2.3.5.6. &c.

Inueniat iras dum ſatis eſt ad correptionem. d.130.4.

Abominabitur, deſolationis cauſa. diſc. 130. per totum, maximè autem ingratitudo in cauſa fuit, Deus verò iram eius pietate miſcuit. diſc. 172. num. 14. & 15. & aliæ cauſæ deſolationis ſubitæ. Anton. Fernand. viſ.33. ſect.1. n.7 & ſect. 2. n.4. Amphora plena vltimum peccatum necis Chriſti denotat. viſ. 34. apſæ duæ ... portant iniquitatem ſuam, & ... & exitium. viſ. 34. ſect.4. n.2 & ſect. 5.

Præbet ..., ... & quo fine. d. 107. n 12. Pietas enim quaſi vincta erit, & ſola iuſtitia ſe accinget in iudicium & deſolationem. Hoc refert figura filij hominis, Apoc.1. *Veſtitum podere.* Iuſtitiæ veſtis à capite vſque ad pedes, *veſtido iuſtiſſimo.* Iuſtitia indutus ſu. Iob 29.

Præcinctum ad mamillas. Non quidem ad elegantiam; ſed ad myſterium ſic præcingitur. Sed quia, vt ait Bernard. ſerm. 9 in Cant. duo vbera ſponſæ duæ partes ſunt miſericordiæ, Iſai. 1 erit iuſtitia cingulum lumborum; iuſtitia igitur comprimet, & continebit miſericordię vbera, vt nec beneficia nec indulgentiam præſtet. De fine ſæculi & ſignis Antichriſtum præuenientibus, Pineda Eccl. cap. 12. interpr.2. verſ. 7. Cur non omnino extinxit Iudæos & hæreſes. Ant. Fern. viſ. 20. ſect.6. n.2. etiamſi muri adamantini ſint potentię Dei terret ſunt. Ant. Fernand. viſ.27. ſect. 3. num.6.

FESTA SANCTORVM.

In feſto præſentationis B. Mariæ. Luc. 11. *Extollens vocem.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Tolet. Mald. Salm. tom 4. p.2 tract.10. INTRODVCTIO. *Beatus venter*, concinit hæc mulier Virginis Cantico. *Lectulus noſter floridus, tigna domorum noſtrarum cedrina.* Inuitat ſponſum vt fiat mater prius mente quam ventre; quare non ſolum domum offert, ſed *lectulum.* Sic legit Hieron. & Septuaginta, vt dulcedo denotetur, qua ſponſa loquitur ad ſponſum, *lectulus, omnia.* Placet enim ſponſo; ait Fulgentius, modeſtus amor, & ipſo in feruore dilectionis propriæ conſtitatis memoria, ſicut diſplicet illi tumor & opera plena fluatu; ideo enim Dauid gladium conſecrauit Deo, qui facilè demeterenouit caput ... illi monti ſuperbiæ, & carnis: fundam autem quæ circumducitur & illudet, non obtulit lectulum, igitur vocat ventrem cælo latiorem & ſplendidiorem. Guſtui igitur ſui ſponſi annuit; qui per Iſai. ait, *Si auerteris pedem tuum facere voluntatem meam. Si deſterrare el pie de mis fieſtas*; quid eſt extentionare pedem? Deſideria pedis nomine denotantur, vnde ſerpenti dixit Deus, *Tu inſidiaberis calcaneo eius.* & Ierem. *Sordes eius in pedibus.* Si ergo à tua deflexeris voluntate, *& vocaberis Sabbatum, i. requies, y recreation de Dios*, in hoc enim quaſi laborat Deus in pertrahendo ad ſe voluntatem hominis. *Delicatum.* Delitiæ a verbo *lacto* fallere dulciter, vnde incantationes amoris & faſcinationes delitiæ amoris dicuntur: vnde ſabbatum delicatum erit plenum delitiis, & amatoriis machinis. Hæc omnia Maria eſt Chriſto, *lectulus voluntas pura, obediēs, & riquos deintus plena.*

DOCTORES ET PATRES.

Extollens vocem. Hæc mulier extollere docuit voces doctores Eccleſiæ, qui vterum iſtum mirificè laudarunt. Epiphan. ſerm. de laudibus D. Mariæ. *O vterum impolitum.* Bern. ſerm. 2. de Pentecoſte. *Operatus eſt Chriſtus & vbera.* Vide P. Salaçar de conceptione c. 40. n. 7. *Quinimo beati.* Vtramque laudem adepta eſt, ſeceſſit enim in templum vt diuinam humanámque prolem prius conciperet mente quam corpore. Leo Pap. ſerm. de natiuitate ibid. mater noſtra effecta eſt. Aug. lib. de S. virginitate c.3. *Beatior Maria.* & c. 5. *& mater ſpiritu*, &c. *Sed planè mater.* Vide Ghiſlerij elenchum.

De præſentatione.

Damaſcenus. *Plantata in domo Domini in atriis.* Vide de bono ſolitudinis inſtitutionem, ibi explicatum verſum Dauidis. & Damaſcenus ait, *Ad templum adducitur Virgo, & in domo Dei plantata inſtar oliuæ fructiferæ virtutum omnium domicilium efficitur.* Lætitiam præſentationis deſcribit Germanus, *Vota mea Domino reddo, quæ diſtinxerunt labia mea*, &c. & affirmat in ſanctis ſanctorum templi habitaſſe. Videatur apud P Barrad tomo 1. l.6. c. 6. n. 6. apud quem alia plura reperies. In templum ſe recipit, quia Virgo eſt, nec ſola erat quæ ſecum erat. Ambroſ. in hunc locum c. 1. *Virgo tunc ſibi minus ſola videbatur quàm cum ſola eſſet.* Noſtræ verò virgines puniuntur, ſicut filia Iephthe Iudicum c. 11 dum occurrit parenti. *Heu filia decepiſti me, & ipſa decepta es.* Quàm feſtina currit ad finem ſuum. Prou. 4. *Viam ſapientiæ monſtrabo tibi*, &c. *& currens*, &c.

SCHOLASTICI.

Beatus venter. 1. p. q. 186. a.6. ad 4. & q.26. *Beati qui audiunt.* Vide Dominica in Sexageſima, 10 claſſe Scholaſt. *Quinimo beati.* 3. p. q.10. a. 1. & quæuis anima debet habere talem beatitudinem concipiendi per verbum Dei Chriſtum mente. ibid. arg. 3. Virgo quærit maturè finem ſuum Deum. 1. p. q.103. a. 1, in corp. & 1.2. q.5. a.4. ad 2. & 2.2. q.122. a.3.

in corp.q.184.a.1. in corp. Ad templum migrat. Nam congruum locum poſtulat contemplatio. q. 66. a. 3. ad 3. *Vt videam voluptatem Domini.* Nam contemplatio terminatur in affectu, ſcilicet ad delectationem. 2. 2. q. 180. a. 1. in corp. & ad 3. 7. ad 1. Bonauentura. *Beatus venter.* in ſpeculo lect. 5. *Conſideremus chariſſimi Mariæ immenſitatem,* &c. Pergit vt debitum ſoluat amoris in templo, & ſine modo diligat æternum amatorem. Baſilius reg. 21 1. *Aſſidua vſque vltra vires animi, ad exequendam Dei voluntatem contentio, cum propoſito & deſiderio gloriæ ipſius.*

RECENTIORES.

Extollens vocem. Ad laudes diuinas data eſt vox & lingua. Paez in epiſt. Iacobi c. 3. v. 9 §. 1. & 2. Periculum in laudando homine. §. 3. *Cuſtodiuit illud.* c. 4. v. 11. § 3.

INTRODVCTIO ex Pſalm. 131. *Exurge Domine in requiem tuam tu & arca ſanctificationis tuæ,* &c. Vide hiſtoriam 2. Paralip. c. 9. *Collacion y proceſſion.* Germanus introducit Annã. *Vota mea reddo Domino quæ diſtinxerunt labia mea, & virginum cateruas collegi cũ Lampadibus, & conuocaui ſacerdotes, cognatos,* &c. Vide Cartagena tom. 1. lib. 5. ibi de Anna noſtra verius eſt quàm quod Chryſoſtomus de illa antiqua matre Samuëlis, *ſuorum viſcerum facta eſt immolatrix,* &c. *exurge, deſpertad mi Dios que ay mucho que ver.*

In requiem tuam. Nouazes, Deus eſſe ſolet qui multo mane exurgit, vt in nobis requiem inueniat. Ierem. 7. *Locutus ſum ad vos mane conſurgens,* &c. Libertas Euæ miſit in carcerem genus humanum, ſoluitur per Mariam dum ſe liberè dat in vincula. Irenæus lib. 5. aduerſus hæreſes, obſtrictum eſt morte genus humanum per Virginem, ſoluatur per Virginem, & prima ſit obediens. Vnde notat Baſilius, dixiſſe Dauid, *Beatus vir,* nulla fœminæ facta mentione, quia de obedientia agebat & iugo legis. Cui ægrè ſe ſubdit mulier. Vide in curru Ezechielis. Auem & brutum princeps, taurum & hominem iugo deuinxit, fœminam nullam, rumperet vincula, & frangeret iugum. Cartagena tom. 1 lib. 3.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 1. lib. 6. cap. 6. Votum implent parentes Mariæ ſatis in tempore, vt par eſt. Pineda Eccl. cap. 1. v. 4. Fructus iſte labiorum & vſus vouendi legis euangelicæ proprius. n. 7. Ne vanas excuſationes prætexas te non potuiſſe vota nuncupata explere. v. 5. n. 3. in fine, & n. 4. & 5. Pœna violatorum votorum. n. 9. Vide expoſitionem Pſalm. 119. in Lorino, & in hunc ſenſum, Maria rectà tendit ad finem ſuum, vnumque Deum colit, eique ſe & filium poſtea offert, nec amittit munera, ſed multiplicata recipit. Vnde Dauid, *In circuitu impij ambulant,* idest, aberrant & deflectunt a lege & à fine ſuo; iuſtos verò qui rectà ad ſe tendunt, *multiplicaſti,* dixit, ſupra modum. Rufinus Aquileienſis circuitum iſtum impiorum explicat infando illo ſacrificio Moloch, cùm filij in manus idoli imponebãtur, ipſi verò in circuitu choreas agebant. Abraham verò offert Iſaac, Iſaac autem genuit Iacob, & multiplicati ſunt filij Dei in Ægypto ſupra modum. O error mũdanæ fœminæ, quæ ſi Deo ſe deuouiſſet, non eſſet mutatus color eius, ſed ſeipſam multiplicata lętitia, dote, vita & valetudine recepiſſet. *Que mandas ſalutes Iacob, entrando en eſto viſible hazes ricas el as almas. Dilatus eſt homo ſupra modum,* fuit enim primus qui altare ad domum Dei dedicauit. Sic Maria ſe ipſam & filium multiplicatum recipit, & quia prima in templum adit. O quot fœminas adduxit Deus in templum? ô quot filios multiplicatos in honoribus receperunt parentes. Ars diuina capere vnam fœminam ex his quæ tot viros venantur. c. 7 v. 27. Eccl. P. Pineda n. 13. & hæc caſta & virgo conſulit honori fœminarum. c. 7. v. 29. n. 4. &c.

NOSTRA.

Primitiæ Deo ſunt dedicandæ. d. 16. n. 14. & 15. Virgo ducit hædos, vt ſe præſentent Deo vero, non falſo. d. 16. num. 16. 17. & 22. Placet Deo hæc puerorum oblatio. d. 28. n. 18. Vide etiam d. 29. n. 4.

Debet Virgo & anima inſti. gratos Deo fructus ab infantia. d. 130. 14. Bened. Fernand. in Gen. c. 8. ſect. 4. n. 2. Vide etiam hic diſc. 96. n 4. & 1. & d. 97. n. 1. & 7. Vide *Maria,* & *Præſentatio.*

Extollens vocem. Laus debet ab internis dotibus dari. d 158. n. 5. Alacritas deuotionis valde Deo placet. d. 174. n. 14.

Beatus venter. Laudatur ab vtero; meritò quidem, ſed exigua laus reſpectu aliarum gratiarum. d. 98. in hoc beato ventre, & Chriſtum cepit & virgines innumeras, cùm Eccl. vnam non reperiſſet. Pineda Eccl. 7. v. 28. n. 4. & 5.

Quinimo beati, i. beatior qui in tẽplo verbũ Dei expectauit, & mente concepit ſeruauitque, ideo gratiſſima eius præſentatio. d. 97. n. 7. Hiſtoria & gaudia decens præſentatione narrantur. d. 97. n. 31. & 32.

Verbum Dei ſuſcipiens mente, incarnationem inadumbrauit antè in templo. d. 128 n. 8.

Cuſtodit. Lac verbale dicitur, coquatur in corde, luceat in facie. d. 121. 12. & vide Ghiſlerij elenchum in Euangelia.

In feſto S. Andreæ Apoſtoli. Matth. 4. *Ambulans Ieſus iuxta.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Mald. P. Salm. tom. 4. tract. 25.

INTRODVCTIO ex Pſalm. 113. eiſdem verbis, quibus Dauid ſpernit idola gentium, quia non ambulant, non vident, os habent & non loquuntur, eiſdem verum Deũ deſcribit Euangelium. *Ambulans, vidit, dixit: Venite poſt me.* Idola nihil præſtant ſuis cultoribus, Chriſtus totus eſt ſuæ ſponſæ, vt ipſa tota ſit eius. *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius,* Cant. 7. 10 Vide verſiones, *Ad me inclinatio eius, ſu inclinaciones ſaluar, ad me diſcurſus eius.* Tantum de me videtur cogitare, & mei cauſa omnem tentat viam.

ALIA ex cantico Annæ 1. Reg. *Deus ſcientiarum Dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes.* qui etiamſi in operibus Dei potentia reſplendet, at eius conſilia quò tendant altius timandum eſt; vt ipſa Anna fatetur in verbis ſequentibus, & Ioſeph ad fratres ſuos, *Vos cogitaſtis in me malum,* &c. *Deus vertit in bonum.* Mens igitur & conſilium diuinum eſt filios Zebedæo tollere, vt parentes faciat, reuocare à mundo vt mundum cõuertant, retia deponere vt retibus trahãt animas, & relictis retibus diuitie, & efficere vt ſterilis pariat plurimos, & fiant piſcatores hominum, & Eccleſia Dei efformetur. De retibus & ſagenis mundi ad capiendas animas, vide non minus periculoſam fœminam cuius cor ſagena eſt. P. Pineda Eccl. c. 7. verſ. 27. & 28.

DOCTORES ET PATRES.

Ambulans Ieſus iuxta mare, vt ſicut ſol excitet nubeculam paruam quaſi veſtigium hominis. 3 Reg. 18. Greg. moral. 14. lib. 17. *Per mundi partes,* &c.

Vidit duos fratres. Chryſoſt. Pſalm. 18. Homo aſpernatur, Deus coronat, &c. Tertullian. lib. de præſcriptio. c. 3. *Tu vt homo extrinſecus,* &c.

Mittentes retia. Hoc ſui muneris eſt; non verò multas apprehendere, nec conuertere animas. Bernard. lib. 4. ad Eugen. col. 1. poſt exordiũ.

Noli

Digitized by Google

Noli deficere, curam exegeris, non curationem, &c. *faciam*; is enim ſum vt facere poſſim quem eligo. P. Damian. ſerm. 1. de S. Andrea. *Ad prædicandum.* Fieri piſcatores, vt per piſcatores piſcaretur orbem, ſic Gloſſa. & ad hoc vide P. Alcaçar de Magnete & virga ferrea. in Pſalm. 1. vel verbo, *Magnes*.

Ambulans ipſe præuenit. Bern. tract. de diligendo Deo. *Deus inueniri poteſt, præuenire non poteſt.* Prælatus per ſeipſum luſtret, inuiſat omnia. Iob 34. *Nec Omnipotens.* ibid. Greg. 24. moral cap. 11. *Quia ergo ſanam.* Non ſic eligat princeps, ſed probatos viros. Bern. ad Eugen. *Viros probatos oportet deligi non probandos. Nos in monaſterio omnes recipimus ſpe meliorandi; at curia bonos recipere magis, quàm facere conſueuit.*

Venite. De efficacia diuinæ vocis Ramerus in Pſalm. *Fulgura coruſcationes, emitte contra eos verba ſacræ Scripturæ qua corda hominum tranſigunt vt reſipiſcant.* Philo lib. de Cherubim. *Sermo gladius.*

SCHOLASTICI.

Continuò relictis. 2. 2. q. 189. a. 10. *Relictis retibus.* 1. 2. q. 84. a. 2. Item omnia relinquunt. 2. 2. q. 89. a. 1. & 1. 2. q. 1. a. 7. & 8. & q. 61. a. 3. Inconſultis parentibus ad Chriſtum ſe conferunt 2. 2. q. 189. art. 10. *Piſcatores.* Quare pauperes & viles elegit. 3. p. q. 39. a. 3. in corp. *Continuò.* 3. p. q. 44. a. ad 1. circa med. An ille qui citò Chriſto credit leuis ſit corde. 2. 2. q. 2. a. 9. ad 3 *Relictis.* de ſtatu religionis. 2. 2. q. 186. & ſeq. An occaſione religionis prætermittenda ſint pietatis officia. 2. 2. q. 101. art. 4. per totum, & 2. 2. q. 189. art. 6. Laudatur Ioan. & Iacobus quòd dimiſſo Patre ſecuti ſunt Dominum. 2. 2. q. 101. a. 4. ad 1. Bonauentura tom. 2. opuſc. De modo prædicandi. Vbi agit de Apoſtolis. *Statim relictis retibus murenulas aureas*, & ex attributis factas *vermiculatas argento, vel in punctis*, quia inſpirationes vermem conſcientiæ excitant. An ad me loquitur Deus? & in puncto tranſeunt, quamobrem niſi benedictionem mox accipias ad alios tranſit. Eccl. c. 51. v. 24. *Benedictio Dei.*

RECENTIORES.

Venite poſt me. Soto maior in Cant. pag. 218. colum. 2. vocat ſponſam ad regnum, vileſcunt terra & omnia. pag. 812. *Venite poſt me.* Rogat collaturus beneficium tanquam accepturus. pag. 558. col. 1. *Faciam vos fieri piſcatores.* Apoſtuli crediderant fieri hoc poſſe attracti à Chriſto tanquam magnete. pag. 81. col. 1.

Venite. Quàm citò diuino verbo obtemperarunt. Paez in epiſt. Iacobi c. 1. a. 19. §. 3.

Faciam vos fieri. Ipſe enim requiſita dat ad munus Paez c. 3. epiſt. v. 1. §. 3. ad illa verba, *ſic etiam Chriſtus.*

Venite. Sequi Chriſtum operæpretium eſt. Cant. Moyſis Paez text. 13. annot. 1. *Ambulans Ieſus.* Cautè ambulandum iuxta mare huius ſæculi. Ghislerius 10 Cant. pag. 360. col 1.

Vidit duos fratres. Chriſtus viſu & aſpectu ſuo animam perficit. pag. 875. col. 1. Intuitu inſpirat in animam. pag. 303. col. 1. Sicut ſol per radios. Sic Chriſtus per inſpirationes intrat in animam. pag. 311. col. 1. Incommoda ſi non admittantur inſpirationes. pag. 80. col. 2. *Duo fratres.* Primò direxit intuitum in fraternam electionem, vt fundaret in charitate. pag. 171. & 266. col. 1. & 284 col. 1. & ait illis: *Venite poſt me.* De hac vocatione ad prædicationem pag. 317. col. 1. trahi oportuit primò a Chriſto. pag. 51. col. 2. *poſt me*; cùm imitari poſſimus, ſed æquales eſſe nequeamus. pag. 49. col. 2. & 320. col. 2.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 2. lib. 5. c. 4. P. Bened. Fernand. in Gen. *Piſcatores hominum* Sunt enim piſces homines. c. 1. ſect. 2. n. 11. *Ambulans Ieſus.* Iam delitias ſuas ponit in venatione filiorum hominum & piſcatura. P. Salazar Prou. 8. n. 413. & 414. *Vidit.* Oculi indices animi affectum in homines indicarunt. Pion. c. 10. n. 149. & tetra ſua pandit viſu. c. 6. n. 156. Ideo fuge oculos meretricis. c. 6. n. 159. *Venite poſt me.* Interna eos externe virtute roborauit. c. 1. num. 244. *Faciam vos fieri.* Optimus modus vocandi per beneficia. c. 1. num. 247. *At illi continuò.* Promptæ obedientiæ exemplum, & quàm Deo gratum. c. 1. n. 28. Piger verò nunquam decernit aliquam viuendi rationem. cap. 13. n. 13. *Statim relictis.* Secus verò aliqui tardiùs & cunctanter reſpondent. c. 10. n. 305. *Non eſt volentis, neque currentis, ſed Dei vocantis & miſerentis.* Pineda in Eccl. c. 9. v. 11. n. 6. & 7. Vocauit boanerges, & cur mutat nomina. Anton. Fernand. viſ. 5. ſect. 3. Ambulatio iſta & electio duorum Apoſtolorum myſteria continet ſecretiora fundationis Eccl. Anton. Fernand. viſ. 18. ſect. 4. & ſect. 5. oſtium totius Eccleſiæ, per quod Spiritus ſanctus ingreſſus eſt, fuit Maria. ſect. 6. n. 10. Piſces Chriſtiani, imò & ipſe Chriſtus. Anton. Fernand. viſ. 20. ſect. 2. n. 3. *Piſcatores hominum*, Apoſtuli. longè viſ. 20. ſect. 5. Sapientia nun tenuit pauperum nuptias. P. Salazar Prou. c. 4. num. 68. Omnia relinquere debet. n. 69. Noluit eligere eos qui mundana ſapientiæ prædti erant & pueris ſimillimos. c. 14. num. 81. *Relictis retibus* Quomodo Chriſtus non eſt Rex, cum omnes ſancti parent. cap. 8. n. 111.

NOSTRA.

Vidit. d. 37. n. 8. Vis diuina ad conuertendum oculis peccatores. diſc. 110. 34. Fœcundi oculi. diſc. 138. num. 11.

Piſcatores aſſuefactos cum ingratis piſcibus agere. Prælud. 6. n. 10. Ars iſta declaratur myſticè d. 155. num. 13.

Duo, quia ad Apoſtolatum binos oportebat eligere, vt diſcant miniſtri inuicem onera leuare. ***Equitatui meo in curribus.*** d. 177. n. 11.

Relictis. Promptitudo d. 35. n. 27. Quo pacto ad ſe attraxit, & catena fidelium incepta eſt. d. 144. à num. 1. & 2. & 3. &c. Promptitudo & alia multa ſunt. d. 165. à num. 13. 14. & 17.

Venite. Diuinæ vocationis vis, & quàm prompte ſit exequenda. d. 21. n. 22. & 23. n. 15. & 29. 12.

Poſt me. Exemplum quam vim habeat ad alliciendos in bonum animos. d. 29. n. 11. Sicque tandem fit vt ſerui & famuli exemplum præeuntis Domini tam bonum quàm prauum imitentur. diſc. 181. num. 11.

Faciam vos fieri. Ipſe qui eligit facit eſſe dignos, quia potens eſt, cæteri electores videant quos eligunt. d. 165. n. 15 Expectetur diuina electio præcipuè ad munera animarum. d. 183. n. 10. in fine. Alia de recta electione. d. 158. n. 16.

Piſcatores hominum, quia ingratiſſimi ſunt, & incurabiles piſces, & ſic aſſuefacti eſſent ad ingratos verba facere: monſtrum ingratitudinis. d. 87. n. 19. Vide *Ingratitudo.* & hic in eadem claſſe ſuprà.

Relictis retibus. Plura reliquerunt, quia affectum & ſeipſos depoſuerunt, vide in communi Abbatum infrà in claſſe 2. Doctorum verba Senecæ.

In Conceptione B. Mariæ. Matth. 1. *Liber generationis.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO, Mald. P. Salm. tom. 2. tract. 25.

INTRODVCTIO ex Pſal. 47. *Magnus Dominus*, &c. *Filiis Chore ſecunda Sabbati*, i. pro Chriſtianis, vt pſallant feria 2. Cùm diuiſa iam luce à tenebris firmamentum ſecūda

die creatum eſt, Virgo nempe ſanctiſſima. *Magnus Dominus*, quia vere ſe magnificauit, & ciuitas iſta magnificauit eum, & ſtatim in ipſa fundatione dicitur, *Magnus eſt Dominus*. Ná in ſanctificatione ſanctorum magnus quidem eſt, at primum illud opus ſeruile eſt, & peccato inquinatum; quare etſi in ſanctificatione ſanctus, bonus, omnipotens, & ſapiens oſtenditur, in præſeruatione verò vbi tota fabrica Dei eſt, nec ab alterius poſſeſſione vindicata, ſed facta, Deus magnus & Dominus dicitur: ſicut cùm ipſa gloriabunda ait, *Dominus poſſedit me*, &c. Cætera vide diſc. 4. 5. & 6. & P. Salazar de conceptione.

Ex ea qua fuit Vria. Agendum de conſortio fœminarum vitando, niſi velis trophæum effici turpiſſimum fœminarum. Ad hoc David in exemplum affertur à D. Greg. & ipſe de ſe loquitur Pſalm. 117. *Impulſus euerſus ſum, vt caderem.* Hebræa, *tanquam cumulus arenæ impulſus euerſus ſum, traſpoiome poco a poco y de vn monte de ſanidad que de hecho vn monton de tierra*; ſenſim enim & paulatim euerſus ſum, & quæ pro nihilo reputabam in ingens crimen erupetunt. De hac tráſformatione & tranſmutatione per luxuriam vide Tertullian. de pallio c. 4. *Turpius adhuc libido virum cultu transfiguraui, dum Herculem in Omphale meretricem, & Omphale in Herculem transferrit, & paulatim transfigurari*; videatur.

DOCTORES ET PATRES.

Liber generationis. Ambr. lib. 3. in Luc. *De generationibus de Iure. Fili David.* Ambroſ. ibid. de *Thamar*, excuſatur fœmina. Ambr. lib. 3. in Luc. plerique etiam.

Phares & Zaram. Geminam vitam deſignant duorum populorum, Chriſtianam enim videntur egiſſe vitam. ibid. Ambroſ. Myſteria hiſtoriæ Thamar pandit Chryſoſtomus hom. 3. in Matth. Cur memorat ſuos progenitores Chriſtus, etſi peccatores. Reſpondet Pater Haye tom. 1. ſol. 25. col. 1. *Obed ex Ruth.* Merita nobis commendantur, vt veri fideles eſſe mereamur. Ambroſ. lib. 3. in Luc. *Hanc igitur amulemur*, &c. & illa verba, *neque tamen abnuo*, vſque ad illa, *flore virtutis. David genuit Salomonem.* Illuſtribus & beatis viris cur peccata permiſit Ambroſ. lib 3. in Luc. *An verò ſanctus David. &c.* Pulcra verba. Tacetur nomen Berſabeæ, quia conſcia fuit etiam homicidij. Thomas in catena Matth. 1. ex Remigio & Rabano. *Ozias.* Cur tres ibi reges omiſit? quia perſeuerarunt in peccatis. Chryſoſt. & S. Thom. p. 3. q. 31. a. 3. ad 4. *Iechonias.* Bis numeratur, eſt enim lapis angularis Chriſtũ figurans. Gregor. lib. 28. moral. c. 9. Ambr. lib. 3. in Luc. *De Iechonia ſatis idoneus*, &c. longè. *De qua natus eſt Ieſus.* Piſcatoriæ lineæ, in cuius extremitate hamus eſt, & eſca. Comparat Gregor. genealogiam hanc Iob 40. *An extrahere potes Leuiathan hamo.* Rupertus Matth. 1. etiam ſcalæ comparat Iacob. Cætera vide P. Barrad. tom. 1. lib. 5 c. 31. longè. & lib. 6. de Deiparæ laudibus.

SCHOLASTICI.

S. Thom. piam etiam ſententiam tenuiſſe non temere colliges Nam ſedula cura diuina qua filius honori matris conſuluit oſtendit illam à peccato liberaſſe. 3. p. q. 29. a. 1. ad 2. Nam Chriſtus qui venit ad tollendum originale opportunè matrem præſeruauit. 3. p. q. 1. a. 4. ea præſeruatione peccati originalis prouenit vt virtutes haberet purgati animi, de quibus 2. 1. q. 61. a. 5. clariſſimè autem in 1. d. 45. q. 1. a. 5. ad 3. *Puritas intenditur per receſſum à contrario*, &c. & 1. d. 17. q 2. a. 4. in ſolutione 31. *Ad illud quod obiicitur de B. Virgine*, &c. Bonauentura ſerm 2. de B. Maria, videatur P. Pineda Eccl. 7. v. 28, n. 8 *Dico primò quòd Domina noſtra fuit plena gratia præueniente, in ſua ſanctificatione, gratia ſcilicet præſeruatiua*, &c. *& ipſa mater eius virgo immunis fuit.* Scotus in 3. d. 3. q. 1. & in reperio. Euicit immunitatem Virginis. & Scholaſtici omnes è Societate Ieſu à P. Caniſio ad P. Ferdinandũ Salazar apud quem ſeriem omnium doctorum vide c. 43. maximè argumento 10. & ſæculo 16. Imò vniuerſam Societatem Ieſu ad hanc immunitatem prædicandam atque tutandam, inſtitutam miſsámque in orbem ea B. ati cuiuſdam reuelatione cognouimus.

RECENTIORES.

Fili David. Ob humilitaté exaltatur. Paez in Iacob. c. 1. §. 1. Ob religionem primos numeratur. Paez in Cant. Moyſis text. 3. 4. 5. annot. 12. ad illa verba, *ad quod argumentum. Liber generationis*, ideſt, deſcenſus ſponſi in areolam aromatum vt flores carpat, & lilia colligat, iam enim floret Virgo cùm ſponſus deſcendit. Non opus fuit ſanctificare matrem. Soto maior. in Cant. pag. 1056. col. 1. & 1057. col. 2. Generationes iſtæ ſiluæ ſunt naturæ noſtræ, in qua vna Maria ſicut lilium pura & mirabilis ac erubeſcenda. pag 996. col. 2. *Fili David*, illius, inquam, Regis & Prophetæ ſanctiſſimi, qui deliquium ex defectu talis filij patiebatur. pag. 981. col. 1. *Fili David.* Honorant cunctã genealogiam hi duo, Abraham & David. pag. 165. col. 2. *Abraham genuit Iſaac.* En prima eſt pudicitiæ cultor, & vltima eſt Maria Virgo. Placet Chriſto caſtitas. pag. 1094. col. 1. & 1097. col. 1. De conceptione B. Mariæ Cartagena tom. 1. de B. Virgine lib. 1. De eius immunitate à peccatis vide Ghiſterium in indice verbo *Maria gratia & ſanctitas. Fili David.* Cur facta eſt ei promiſſio cùm agebat de templo ædificando, vide pag. 79 col. 2.

Abraham. Ei meritò facta eſt promiſſio ob tres actus quos habuit etiam Maria in inſtanti ſuæ conceptionis.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 1. lib. 5. c. 3 Morale vide c. 31. *De qua natus eſt Ieſus.* Ecce vir vnus, & mulier vna, quam inuenire non potuit Salomon. Pineda Eccl. 7. v. 28. & 29. n. 3. & 4. Conceptio adſtruitur ex Eccl. c. 7. v. 28. n. 8. Pineda. Scalæ Iacob comparatur hæc genealogia. Anton. Fern. viſ. 2. ſect. 5. n. 1. Genealogia iſta quaſi campus oſſibus plenus per Chriſtum & Mariam ad vitam excitandis comparatur. Ant. Fernand. viſ. 17. ſect. 1. Maximè n. 3. Immunitas à peccato probatur à præmatura Dei poſſeſſione Virginis P. Salazar de conceptione. cap. 25. n. 1. à ſalutatione angelica c. 26. à virginitate perpetua c. 27 ab effectibus peccati quibus caruit c. 28. à nomine filiæ æterni Patris c. 29. à dignitate matris c. 30. Virgo Deipara ſponſa præcipuè, atque adeò ſola ſine culpa. c. 31. Sola Regina, ſola ſine culpa c 32. à confirmatione in gratia cap. 32 §. 2. & § 3. & fortè in primo inſtanti Deum vidit, & finis ſibi imponitur. c. 32. §. 4. ex annua feſtiuitate colligitur licet, & piè credi. c. 33. &c. Maria virga recta de tortuoſa radice generis humani. Anton. Fernand. viſ. 13. cóment. 1. ſect. 8. n 2. col. 373. Caro Virginis ſanctitate compacta. viſ. 6. comment. 2. ſect. n. 2. col. 192. & dum tu libros componas ne quæſo imiteris tam prolixam citandi rationem. Maria plenitudine diuinitatis infuſa omnes impleuit. viſ. 8. comment. 2. ſect. 2. n. 2. col. 249.

NOSTRA.

Feſtinat vt Ioannem liberet à peccato, quanto magis vt matrem. diſc. 2. & n. 15. & 16. Nunquid & Virgo accuſatura erat filium de peccato ſuo, ſicut de cæteris ait Bernardus. diſc. 106. 11. Ingenioſa alia ratio ex ſacra Scriptura diſc. 119. 6.

119. 6. Vide d. 67. multa de conceptione. Videatur diſc. 68. à num. 4. totus eſt de conceptione Mariæ. Conceptio ſingularis.d.68.n.13. & n.9.& 10.

Omnia pura, ad eius conceptionem prouiſa ſunt. d.68.n.7. Sola & ſicut ſol electa.d.69.n.3.& d.97. n. 13. & ſeq. in conceptione Mariæ. Iam quid regium præmiſit gratia & à peccato alienum.d.68.n.6.

Liber generationis. Prius à Deo puritatem quàm à progenitoribus labem hauſit Maria.diſc.97.n.13. & 14. Tres libros reperies in diuinis literis.1.eſt ſtilo Dei, 2. ſtilo hominis,3. ſtilo Dei & hominis.Auguſt. Pſalm.118.

Dies diei eructat verbum. Ecce primum,*& nox nocti*, ecce ſecundum. *Lex Domini immaculata*, ecce tertium. De primo Auguſt. *Spiritus ſpiritualibus profert plenitudinem incommutabilis ſapientiæ Dei*, Angelis videlicet, in ſeipſo habens ideas omnium rerum, omnia etiam quæ non viuunt in hoc libro vitam habent. *In ipſo vita erat quod factum eſt.* In ipſo matutina cognitione illuſtrantur Angeli,in hoc libro ſcripti ſunt prædeſtinati, &c.Epheſ.1.elegit nos in ipſo, vide *Prædeſtinatio*. Secundus liber clarior ſtilo hominis,orbis.Triſmegiſt.lib.1.*Eſt natura*,veluti liber *vnus diuinitate plenus*. Baſilius exaëmeron. Tertius dupliciſtilo conſtat, hominis & Dei,ſacra Scriptura, & hoc Euangelium ſtilo hominis, Matthæi videlicet ſtilo hominis,vt loqui ſolet homo, & proferre alienos defectus & peccata, *deſcubre lo podrido de ſus antepaſados*.

In feſto S. Thomæ Apoſt. Ioan. 20. *Thomas autem vnus*.

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Toler. Mald. P. Salm. tom.11.tract.16.

INTRODVCTIO. Non quieſcit amor Chriſti, nec gloria reſurrectionis contentus videtur, niſi demittat ſe,vt notat D.Thom. opuſc. 63,& Thomam quærat quaſi illo ad gloriam ſuam indigeat. Vbi primò paternam pietatem oſtendit Patris futuri ſæculi,qui audiens Thomam dicentem,*niſi videro fixuras*,&c.Ipſe annuit, & poſtulata & maiora quàm poſtulat concedit, Luc. 1. *Quis ex vobis Patrem petit*,&c. Vide Chryſolog. ſerm. 55. *Si pater eſt*. & exigua ſunt quæ petunt mortales filij. Auguſt. ſerm. 5. de verbis Domini. *Qui petunt? homines? à quibus petunt? ab hominibus*, &c. Cæterùm maiori videtur pietate amplecti incredulum Thomam, quàm iuſtos & credulos. Chryſoſt.hom. 5. *Grauis Deus videtur iuſtis, peccatoribus pius atque ad clementiam velox.* Probatur.ex Ezech.18. *Nolo mortē peccatoris.* De iuſtis verò, *Si auerſus fuerit, non recordabor iuſtitiæ illius.* Sed ne mireris Pater eſt. *Cadentem & peccantes obnoxium ſi terruerit ſpe periclitari eum compelleret; iuſtum verò ſi laudat, ſua vim virtutis debilitat.*

ALIA. Videatur Dominica in Albis ſuprà in claſſe ſacræ Scripturæ in hoc theſauro abſcondito.

DOCTORES ET PATRES.

Poſt dies octo. Dies criticos videtur obſeruare, vt ſanet ægrotos, & æger vim morbi cognoſcat, & indigere cæleſti medico; ideo, vt ait Thom. diſtulit incarnationem, & obſeruauit diem quartumdecimū, vt ſuper Matth.1. *omnes itaque generationes*, obſeruauit P. Mald. & nos Prælud. 9.

Stetit in medio. Sicut vnus ex amicis, Hiſpanè *buena camarada*. Chryſoſtomus homil. 86. in Ioannem. *Adiſtat Ieſus, neque ab illo rogari expectat*,&c.

Infer digitum. Chryſoſt. tom. 3. hom.de Trinit. *Palpauit Thomas*,&c. Cur foramina & plagas apud ſe retinere voluit. Barrad.tom.4.lib.8. c.18.n.7. vt fidem Thomæ & orbi effunderet. Chryſolog. ſerm. 84. & ſerm. 76. *Dominus vulnera reportat.* *Dominus meus, & Deus meus.* Non dixit Chriſtum cognouiſſe, & cur, Hilarius lib. 7. de Trinitate apud P. Haye fol.533.col.2. *Dominus*, qui non ſolùm reſurrexit, ſed vt *Deus* eſt ſeipſum ſuſcitauit. Ambroſius in Pſalm. 43. *Quis autem dicit Deum ſuum.*

Beati qui non viderunt. Magna vis fidei noſtræ. Leo 2. ſerm. de aſcenſione. *Magnarum hic eſt vigor.* Gratulatio ſequi debet paſtoris curam qui neminem deſerit. Sed ſicut ſacerdos duodecim lapillos, & orbem in ornatu circumfert, vt obſeruat Philo lib. 3. de vita Moyſis. *Totum mundum introducat.* & Aug. 3. confeſſio.c.11. *O tu bone omnipotens, qui ſic curas.*

SCHOLASTICI.

Venit IESVS. Sola tractus bonitate.1.p.q.21.a.1. *Non credam.* Nec ratione diſcutienda fides,nec experientiæ adſciſcendæ ad credendum. 2.2.q.2.art.10.

Infer digitum. Quare cicatrices retulit è ſepulcro.3.p.q.54.a.4.& q. 55.art.5. ad 3. *Dominus meus*, Quàm ſubitò & quaſi miraculosè conuerſus.1.2.quæſt.113.a.10. *Beati.* 1.p. q.1.art.1.

Poſt dies octo. Diſtulit beneficium vt æſtimaretur;ideo etiam ait Thomas 3.p.q.1.a.5. Diſtulit Deus incarnationem vt morbo ad extremū vrgente Redemptor indigere intelligeretur. *Beati* Nam eleuatur natura ad hæc myſteria credenda ſupernaturali auxilio. D. Thom. 2. 2.q.6.a.1. *Cum homo*,&c. Quale gaudium erit in gloria poſt fidem habitam myſteriorum. Aug. Pſalm. 91. *Iam non dicetur nobis. Crede quod non vides niſi videro.* Videatur Chryſolog. ſerm. 84. & Chryſoſt. hom. 86. in Ioan. *Quemadmodum credere facilitatis eſt ſimpliciter, ita*,&c.

RECENTIORES.

Infer digitum. Soto maior in Cāt. Illuminaturus aduenit, non proditurus contumacem, diſſimulans iniuriam, & accumulans gratiam, id enim Dei proprium eſt. pag. 175. col.2. patere voluit viſcera per vulnera.pag.470.col.2.

Dominus meus. Non dubitat eſſe Dominum qui propter illum plagas malaque ſuſcepit. Paez in Cant. Moyſis text.2.annot.3.quia viſcera miſericordiæ penetrauit, annuntiat quid in Deo lateat.ibid. text. 7. annot.2. ab illis verbis, *quod ſi velis*, & antè. *Dominus meus.* Digiti mei diſtillauerunt myrrham primam. Soto maior Cant. pag. 958. col. 1. & pag.201. Subita conuerſio aberrantis à Deo.pag.1138.col.2. Tali aurigæ & duci obediat anima.pag.1137. col. 2. & 1138. col. 2. *& Deus meus.* Repetitio ex affectu ſi cognouimus amemus ne dæmones ſimus, ait Auguſt. pag. 77. col. 1. *Vide manus meas, & pedes meos, & noli eſſe incredulus.* Cur hæc ſigna in corpore Chriſtus reſeruauit. Cartagena tom.1.de Chriſto Domino. lib.14. hom. 13. Vide elenchum Ghiſlerij in Cant. etiamſi non inueni. Vide doctorem Tena pag.486.col.2.n.1. in epiſtolam ad Hebr. & alia plura in indice.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P.Barrad.tom.4 lib.8.cap. 17. P. Salazar. *Non credam.* Quænam prudentia tenenda in credendo. c. 14. n.69.& 70. *Noli eſſe incredulus.* Mollis correptio.c.14.num.14. Sed ipſe ſtatim recipit correptionem, ne deſperata putetur eius ſalus. c. 15. num. 39. Sed quid mirum ſi pacem miſit ingredicos, pax vobis.c.10. n. 268. Profunditas mali in quod ruit Thomas c.13.n.80. Deus ab eo longiſſimè etiam receſſit. c. 15. n. 124. Sed reuocatus per pœnitentiam, nec ſpem abiicit.c.4.n.138. *Dominus*

meum. Gratiam ſui fideiuſſoris agnouit. Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris, & quantis periculis ſe expoſuit pro te, *Vide manus meus*. c.6.n.19. & c. 11.n. 70. & 71. Facilè placatur Chriſtus, & ira eius reſidet. Pineda in Eccl.c.7.v.10.n.7. O quanti damni eſt peccare primatem Eccleſiæ, Anton Fernand. viſ.6. præfatione n. 28. Silent ipſi donec veniat Chriſtus arguere Thomam. Ant. Fern. viſ.13.ſect.2.n.5. Ingratitudo Iudaica ſimilis Thomæ ruſtica. Benedictus Fern. Gen.c. 3.ſect.7.n. 2. maximè in Eccleſiaſticis. c.8.ſect.2. n. 5. In ſanctis viris leuiores culpæ notantur, multo magis incredulitas. c.2.ſect.14. n. 7. Frigore infidelitatis obriguit Thomas.c.3.ſect. 21. n. 5. Sed charitate prælati & lenitate caleſit. c.8.ſect.3.n.8.& c. 8. ſect. 7. n. 7. *Noli eſſe incredulus*. Vide manſuetudinem, nimia ſeueritas carpitur ibid. Vide in indice Benedicti. *Miſericordia*. Sed Chriſti vulnera miſericordia affluunt. c.4.ſect.13. n. 3. Chriſti compaſſio maior quàm paſſio oſtendunt vulnera c. 8. ſect. 8.n. 2. Chriſti dolor ex iactura impiorum. c. 3. ſect. 19. n. 2. Sicut lætatur de prole fidei, *Beati qui non viderunt*. ibid.

NOSTRA.

Vide diſc.91.92.& 93.

Thomas autem. Vt lapſum eius exaggeret dignitatē præmittit, Vide d.117.n.2.3.& 4. Lapſus peccatoris à gratia. d.117.n.6. Lapſus iuſtorum deplorandi. d. 141. n. 26.& per totam inſtitutionem de lætitia ex recuperatione eius.

Niſi videro. Lapſum iuſtorum imò eorum incredulitatem Deus in eorum & in noſtram vtilitatem conuertit. d.110.n.26.

Poſt dies octo. Obſeruat vt medicus dies criticos, & iterum die non ſeptimo qui iudicialis eſt, ſed octauo qui miſericordiæ eſt deputatus aduenit. d. 169. n.2. Opportunitas eius aduentus ad ſalutem animarum. d.170.n.7.& n.9.& 177.n.3.

Pax vobis. Etiam Thomæ pacem dicit, ſed expectat eius conſenſum, & aſſenſum. d.164.n.16. & 17. tandem ad ſe trahit, & ſine violentia conuertit. d.179. num. 10. & d. 180. num.15.

Deinde dicit Thomæ. Mollis correptio. d 155.n.12. Sed tunc prælatus vel panem det ſicuti Chriſtus, vel viſcera oſtendat. d. 158. n. 12.& 21.

Noli eſſe incredulus. Quanta benignitate exigit quod nobis vtile eſt, & neceſſarium: ſicuti cùm dicit, *Diliges Dominum Deum tuum*, de neceſſitate fidei. d.21.n.27.& 102.n.22.& d.125.14.

In latus meum Bene dicit Auguſt. Vigilanti verbo dictum fuiſſe, *aperuit latus eius*, vulnera enim o quanta myſteria innoteſcunt. d.81. num. 29.& vide *Chriſti vulnera.*

In Purificatione B. Mariæ. Luc.2. *Poſtquam impleti ſunt dies.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Tolet. in Luc. Mald. P. Salm. tom. 3. tract. 41.

INTRODVCTIO ex Pſalm. 44. *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato.* Regina dicitur, vt ſcias maieſtati nihil derogari, ob humilitatem & legis obſeruantiam. diſc. 143.n.16.& d.113.n. 4. Chaldæus, *Stabit liber legis in latere dextera tue, & exarabunt in exēplari ſplendor tuus velut ob ry zo ex Ophir.* Legem enim dederat Deus, ſed ſine auro alióve ſplendore, nam adimpletio legis ex obligatione nihil derogat legi, ſed nihil addit: at verò ex ſupererogatione adimplens, ornat & perficit eam, ſitque lapidea lex aurea & regalis. *In exemplari*, legis exemplar dicitur Maria, nam licèt fidei exemplar fuit Abraham, pacis Salomon, non tamen ſine aliqua litura & nota. At Maria eſt exemplar penicilli omnipotentiæ, & ſplendoris diuinæ bonitatis. *Stabit*, Sicut Iudex. *Stabit in te liber legis. Sicut Deus ſtetit in Synagoga deorū*: erit ergo Maria & iudex & aduocata in iudicio viuorum & mortuorum. Quid ais? an ipſa & Apoſtoli iudicabunt? & quam ſententiam dicent: nulla enim in Euangelio mentio eſt ſententiæ. Sed ſicut ſpeculum indicat, ſic Apoſtoli & Maria. *Spectaculum facti ſumus.* Chryſoſtomus legit, *ſpeculum ſumus mundo.* Tacita erit ſententia, damnabit hoc ſpeculum ſine macula impuras fœminas, &c. & eos qui ſicut onagri ſine lege nati videntur. Cartagena videātur tom. 2. de B. Virg. lib. 8. præſertim hom.3.

DOCTORES ET PATRES.

In gloria maternitatis. Humilem ſe exhibet Maria. Guarricus ſerm.1. de purificatione, & Paez in Iacobi c.1. §.1. Nequit amor theſaurus & lætitia deliteſcere, totum prodit Virgo. Caſſiodorus lib. 2. epiſt. & Symmach. lib. 2. c. 7. De his qui nimia lætitia afficiuntur. *Nouum eſt ſub amore principis cuſtodire modeſtiam, gaudia enim inquietant animos, nec modus rebus latis imponitur, quæ ſæpe in triſtibus inueniuntur: lætitia enim loquax eſt, & oſtentatrix ſui, nec poteſt intra ſe capere lætitia magnitudo.* Lætitia hæc eſt communis, ideo omnes ſtatus & gradus in ea inueniuntur. Bernard. ſerm. de purificatione videatur.

Dicit nos Virgo non indigens purificatione tanquam hædos ad purificationem cum agno cæleſti. Nazianz. orat. 6. *Neque enim puriꝰ Deus.* & orat. 40. Maria pulcræ dilectionis mater dicitur; quia pulcro amore omnes dilexit, & nihil contraxit immunditiæ. Vnde ait Eccl. 14. *Quaſi balſamum non mixtum odor meus.* Nam balſami ſumma probatio eſt, ait Plin. lib. 12.c.25. *Vt lac coaguletur, & in veſte maculas non faciat.* Verus amor maculas in animo non facit. Auguſt. Pſalm. 31. *Purga amorem tuum, ſine obligatione obtemperat, cuius principatus*, &c. Chaldæus, *ſuſcepit legem ſupra ſe.* Iſidorus lib. 3. ſententia. cap. 52. *Iuſtum eſt principem*, &c.

Agnus iſte ſoluit debitum quo lex tenebatur agnos typicos offerre, *quitò el cenſo que tenia la ley ſobre ſi el cordero verdadero*, duplici oblatione, matutina & veſpertina. Bern. ſerm.3. de purificatione, de vtraque oblatione agit.

SCHOLASTICI.

Poſtquam impleti. 3.p. q. 36.a. 3. & 6.& q.37.a.3.& 4.& 22.q.85.a. 3. ad 2. *Secundùm legem.* 3.p.q 4.a.4.& 12. q.91.a.4.& 5.& q.71. a. 6. *Exempta erat, quia Virgo.* 3.p.q.28.a.2.ad 1. Vide P. Suarez. & vitæ Chriſti tom. 2. *Vt darent hoſtiam.* Quo pacto iam ceſſarunt hæ cæremoniæ. 2.2.q. 93. a. 1. *Venit in ſpiritu.* 1.2 q.68 *Spiritus erat in eo.* 1.p.q.8.

Expectans 1.2.q.40.a.2. *Gladius.* 3. p.q.27.a.4.ad 2. *Anna.* de hac vidua ſancta ſupplem.q.96.a. 5.ad 1. *purgationis.* Cur mulieres reputarentur immundæ. 1.2.q.102 a.5 ad 4 *Ieſum.* Quomodo ex hac lege debuit Chriſtus offerri in templo. 3 p. q. 37.a. 3. Cor ſiſti voluit Chriſtus. 3. p.q.37.a.3. Vide etiam Prou. 21. 14. *Munus abſconditum extinguit iras. & donum in ſinu indignationem maximam.* Si enim manifeſtetur perdi‑tur, ideo ſecretò fiant ſicut Abraham. *De nocte conſurgens.* Manifeſtat filium Maria, ſed abſconditum in humanitate. Iſai. 45. *Verè tu es Deus abſconditus nunc dimittis.* Lege Cyprian. lib. de mortalitate, multa de mortis deſiderio. *Lætus de morte iam proxima*, &c.

RECENTIORES.

Humilitas & obedientia Mariæ ſuperat Abrahami obſequium & ſacrificium. Paez in epiſt. Iacobi c. 2.v.20.§.2.3.& 4. *& ipſam ipſius animam.* §.5 Bern. ſerm. 1. de hoc feſto. Peregrinam & valde alienam à

Virginis puritati hanc purificationem admiratur; dicitur enim Sap. 4. *Speculum ſine macula*, &c. Quæ neque in anima, neque in corpore maculam concepit, vel ſaltem ſtatim appareret. Nam vt defuncti argumentum capiamus, ſpeculum ori admouemus, quòd ſi non obducit halitu, verè defunctum eſſe comperimus. Eſt igitur puritas Mariæ ſimilis ſpeculo, nã peccatum quod cæteris viuebat, & halitu ſuo turpabat, Mariæ omnino defunctum erat, vt neque halitu tenuiſſimo originalis culpæ obduxerit faciem animæ eius. Chriſtus verò qui in ea fuit, non minus integram reliquit quàm facies tua, quæ videtur eſſe in ſpeculo cùm accedis, & ſimiliter cùm recedis; nihil ergo obligat lex Virginem, & ſpeculum ſine macula. Iram diuinam placat ros ille quem ſtillat nubecula illa. *Rorate cæli deſuper*, &c. Deut. 16. n. 17. *Munera excæcant oculos ſapientum.* Non rectà collimant ad punctum iuſtitiæ. Sic Pater æternus hoc oblato munere iam non rectà ad punctum iuſtitiæ oculum iræ ſuæ dirigebat, ſed deflectebat ad miſericordiam. Videatur Ghiſlerius in Cant. 1. & Rupertus ibid. explicans verba illa quibus ſe purgat Virgo ab illa nomi & fuſci coloris nota, quam à ſole iuſtitiæ, quem in ſinu geſtat, accepit. *Nigra ſum*, &c. alia excuſatio, *decolorauit me ſol.* Color eſt cæleſtis & à filio acceptus. Bern. ſerm. 3. de purificatione. *Ecce Virgo inter mulieres*, &c.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 1. lib. 10. c. 1. &c. *Poſtquam impleti ſunt.* Querelam formant omnes creaturæ contra Mariam, quia cùm in Maria longè excellentius quàm in ſeipſis. P. Salazar Prou. 8. n. 380. & 381. & inſuper puritate ſanctã Trinitatẽ imitetur. P. Salazar c. 8. Prou. n. 387. & 388. tamen ſe & ipſas legi purificationis ſubmittit. Sed reſpondetur oportuiſſe ſe veram matrem Chriſti & noſtram manifeſtare, vt, ſicut dixit Simeon, *reuelentur ex multis cordibus cogitationes*, hic enim & in cruce palàm factum eſt eſſe veram matrem & Chriſti & noſtram, idem cap. 8. Prou. n. 390 & ſeq. *Secundum legem*, quia mater legi Dei multum detulit, & nobis obedientiæ documentum. Idem Prou. 8. n. 281. ideóque animas quaſi ancillas vocat, vt purificationem, qua ipſa non indiget, imitemur. Idem Prou. c. 9. num. 115. & 116. *Vt ſiſterent eum Domino.* Quodammodo iugulauit filios ſuos. Idẽ c. 9. Prou. n. 88. & 89. Humilitatem hodie profitetur. c. 9. n. 58. & ſeq. & 63 & 66. *Doloris gladius pertranſibit.* Re verâ morietur filius tuus, non ſicut Iſaac. qui à morte reſeruatus. c. 8. n. 223. & 227. & vide indicem huius auctoris verbo *Maria mediatrix. Viderunt oculi mei.* Iam oculi mei ſunt in capite, hoc eſt, in Chriſto. Pineda in Eccl. c. 2. v. 14. n. 6. & inde fit eius mors diuerſa àb his qui Chriſtum ſapientiam Patris non cognouerunt. c. 2. v. 15. n. 1. & 2. Vota implendà Deo facta. Pineda Eccl. c. 5. v. 5. n. 3. 5. 9. *Vt reuelentur.* Probatio declarat amicos. Ant. Fernand. viſ. 6. præfatione num. 16. Legem ſeruat. Ant. Fernand. viſ. 12. ſect. 2. n. 2. Sol oriens Chriſtus. viſ. 31. ſect. 5. n. 3.

NOSTRA.

INTRODVCTIO. d. 12. n. 20. tota inſtitutio 5. vt ibi eſt.

Secundum legem. Ex lege non tenetur, ſed exhibet opera ſupererogationis. d. 11. n. 19.

Oblectatur Deus maximè his nouellis frugibus, & infantum & puerorum oblatione. diſc. 28. à num. 15. &c.

Vt ſiſterent. Summa voluntate & amore ſe obtulit & conſecrauit mater. d. 64. n. 13.

Maria ſeruat mandata, vt docet Sapiens Prou. 7. *Quaſi pupillam oculi tui.* Vita enim animæ eſt in vnione horum duorum præceptorum amoris. Serua ea, *& viues*, & cuſtodientibus ait, *& capillus de capite veſtro non peribit.* Id enim quod ſuperfluum eſt, & qui licèt aureus ſit, & in reginæ capite collocatus, tamen ſi auelleretur, nihil amitteret, id ego ſeruo: hinc liquet ſenſus Cant. 2. *Vulneraſti cor meum, abſtuliſti cor meum, in vno oculorum*; quia in pupillis tuis legem meam ſeriò cuſtoditam video, tanquam pupillam, *& in vno crine colli tui.* Nam ceruix, ait Thomas, obedientiam denotat; cùm ergo ceruicem non ſolùm dediſti legis, ſed inſuper capillis, hoc eſt, conſiliis, quibus minimè tenebaris, ceruicẽ ſubieciſti, *excordaſti me iuſtus ac timens*, de Dei timore inſtitutione 4. ante finem num. 38.

Nunc dimittis. Felix ſenectus quæ ægritudines omnes hoc vno medicamine curauit. Pineda Eccl. 12. fol. 1178.

Expectans redemptionem. Procul ab aliis negotiis. d. 134. n. 8. huius mentio fit quia vniçus iuſtus corona eſt Chriſti. Iſai. 62. *& eris corona gloriæ in manu Domini.* Hieron. de iuſtis.

In manu, quare? an quia ex floribus virtutum conſerta: an quia iuſtus eſt, quod ſublimius eſt in Dei operibus. d. 139. n. 5. & d. 26. n. 15.

Nunc dimittis. Optanda mors, & alia circa hoc. d. 102. 43. 44. &c. Ne videam ego acerbam paſſionem talis filij, & matris. Ne fors mutare poſſit gratiam tanti Regis, & contingat mihi ab ea cadere.

In feſto S. Matthiæ Apoſt. Matth. 11. *Confiteor tibi Pater.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Mald. P. Salm. tom. 4. tract. 15.

INTRODVCTIO ex inſigni loco Iſaiæ c. 22. *Vade ad eum qui habitat in tabernaculo ſuo: quis tu hic*, &c. Electio Matthiæ ſtatim ſequitur. *Et erit in die illa vocabo ſeruum meum Heliacim.* Vide P. Gaſpar Sanchez in Iſai. & electioni huic, vt ibi deſcribitur, adde in illam depoſitionem Heli 1. Reg. 2. *Quare calce abieciſtis victimam meam, & munera mea, quæ præcepi*, &c. & electionem Samuelis. *Suſcitabo mihi ſacerdotem fidelem*, &c. Et ſeuerum iſtud iudicium ſummę æquitatis ipſe Dominus per Zachariam oſtendit, *& aſſumpſi mihi duas virgas, alteram vocaui decorem, alteram vocaui funiculum*: decorem Matthiæ, funiculum Iudæ. Vtraque hęc virga animaduertit in Epiſcopos Apoc. in quibus diuerſæ conſcientiæ figurantur, & in poſtremo Iudæ tepiditas, & obſtinatio. Vide P. Alcaçar Apoc. 3.

ALIA. *Venite ad me omnes qui laboratis.* Ad hoc Prou. 5. *Ne des annos tuos crudeli*, i. peccato quod Chriſto abſtulit lætitiam & vitam, etenim Chriſtus non ſibi placuit, i. vno tantùm die ſe ornauit dotibus gloriæ: at cùm vidit peccatum animam ſponſam occidiſſe, poſuit in Thabore veſtes, & reſumit atras & triſtes. Sic explicat Machatius, nunc ergo *crudele vocat peccatum.* Beda explicat cum hiſtoria Iudic. 1. quatuor regum quos abſciſſis manibus ſub menſa tenebat Adoniueſech. Hieron. affert Oſeæ 4. *Sanguis ſanguinem tetigit.* Sæuitia filiorum Iſraël adorantium idola, &c. Rupertus ex Gen. 49. declarat. *Iſachar aſinus fortis; factus eſt tributarius, ay as nos de hueſſo fuertes para el mal. Venite*, &c.

DOCTORES ET PATRES.

A ſapientibus, hoc eſt, ſuperbis. Clem. Alex. 2. Strom. *Vxorem Loth*, &c. *Non ſtultam imaginem fecit*, &c. Hieron. epiſt. 32. ad Abigamum. *Quamuis mihi multorum ſim conſcius.* Humilibus ſe communicat. Chryſologus ſerm. 168. *Hæc parabola*, &c. *Minora denique Deus curat.* Auguſt. ſerm. 9. de verbis Apoſt. *Humiles*

valles

valles ſunt paruulis, quia hi nun ſe extollunt, ſed Deo gratias referunt de victoria. Rupertus lib. 1. in Exod. 26. *Conſtituis te Deum. Glorioſa humilitas.* Bern. ſerm. de aſcenſione. *Propterea dilectiſſimi*, &c.

Quoniam ſic fuit placitum. Sit pro ratione diuina voluntas regula omnium actionum noſtrarum, ſecus ſemper animus angores & acerbitates ſentit. Auguſt. ſuper Pſal. 35. *Quia non vis dirigere voluntatem Dei*, &c. 2. Reg. 15. videatur. *Si autem dixerit mihi, non places, praſto ſum*, &c. & Iſaac qui non reſtitit Abrahæ cùm vellet eum occidere. Chryſoſt. homil. 1. ſuper Matth. *Pater mi, liga mihi manus, & pedes, ne inſurgam in impugnationem.* Vide Chryſologum ſerm. 55. Bernardus, *Nec leproſa obedientia*, id eſt, ſimilis *Naaman, queria que el profeta Eliſeo le hicie ſe complimentos con el eſtoſe a demandar a vna perſona como yo: nec canina patientia commendatur. no a de gruñir el obediente.*

SCHOLASTICI.

INTRODVCTIO ex 1.Reg 2. *Domini ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem.* Hebr. *Domini ſunt baſes, ſeu columnæ terræ.* Suſtinet eas verbum Dei. Iob 38. *Quis poſuit.* Pſal. 74. *Ego confirmaui columnas eius.* Theodoretus cardinum nomine duos mundi polos intelligit. Vbi nota vnum ex his deſignari baccena, hoc eſt, Paulus; alterum cruce, qui eſt Petrus. Secunda lectio ſancti Hieron. de tradit. Hebraicis. *Domini ſunt aſſlicti terræ*, qui ſunt quaſi baſes orbis, 3.Reg.15. Lapides pretioſos in fundamentum templi Eccleſiæ. Iſai. 54. *Paupercula per ordinem lapides tuos.* Tertia lectio, *Domini ſunt fortes terræ.* Reges, & Principes, & Pontifices. Iob 4. Qui portant orbem, Athlantes & gigantes orbis, Petrus & Paulus, qui deſcripti erant in ſummi ſacerdotis ornatu. & Sap.18. Vide & Greg.Magn.in hæc verba 1. Reg.2. *Quis enim cælorum nomine*, &c. Item ex Zachariæ 4.n.7. *& educet lapidem primarium.* Educet ex lege & ruinis veteris Synagogæ, *& exæquabit gratiam gratia eius*, quia cùm eligit Deus, gratia eſt electio, & alia gratia eſt idoneos nos facere miniſtros, *& ita gratiam gratia eius addidit.* Sed vt hæc prærogatiua facienda Petro credatur verſiones conſonant Euangelio. Pagninus, *Cum clamoribus gratia gratia ei. Beatus es Simon Bariona.* & quia gratiam gratiæ addidit, ſubdidit, *& tibi dabo claues*, hæc iam æqualitas videtur cum Deo, ideo LXX. *Æqualitatem gratia gratiam eius.* Vnde Iob, *habes brachium ſicut Deus.* ita *& ſimile voce tonas*, ita ſimiliter: nam in terra cælum reſero, & à peccatis abſoluo ſicut Deus.

DOCTORES ET PATRES.

In partes Cæſareæ. Extra Iudæam rogat vt longè à miraculo panis, ne in præſentia tanti beneficij confeſſio adulatoria & ſuſpecta videretur. Theophylact. Dan. 5. *Munera tua alteri da. no pareſe dero la verdad o la callare*: Oſeæ, *Ducam eam in ſolitudinem*, vt ibi non in vrbe legem daret. Philo 2. de vita Moyſis.

Reſpondens Simon. Ioannem vocat. Chryſologus, *Medius eſt Baptiſta totius Trinitatis*, ſerm.12. quia in Iordane munus egit dignum Deo, ſed quid minus dicat de Petro Chryſoſtomus apud Metaphraſt. & biblioth.hom.tom.4. vltima verba vide Chryſoſt. in hoc feſto. *Trinitati principio carenti nullo intermedio aſſiſtentes petite.* Sic alloquitur ad Apoſtolos. Vide propinquitatem Petri ad Trinitat.

Beatus es. O quanta beneficia contulit Petro, vt ad ſuum amorem pertraheret inſtar Abrahami. P. Chryſologus ſerm. 147. Abraham vocat de gentibus Paulum, ſicut Iacob in certamine lucta probat, ad ſe rapit. *Iacob pro certamine pronotat.* De Eccleſia ædificata à Chriſto Ant. Fern.viſ.19.ſect.1. & 2.

Petrus deſcribitur à Bern. 2. de conſideratione poſt verba Pſal. 37. col. 5. *Quis es? Sacerdos magnus*, &c. Altera deſcriptio Petri videatur hic in claſſe Societatis. P. Gaſpar Sanchez. Altera deſcriptio Petri cap. 8. *Ego murus.* Immobilis Petrus qui variis dictis non mouetur. Alij dicunt Ieremiam, alij Eliam. Septem oculos habet lapis iſte, os nullum, niſi quo Chriſtum confiteatur. Turris à ſeipſa non fit ſic, niſi à Deo Pontifex qui de puluere petram efficit Petrum. Periculis eſt obnoxia turris. Si aër in terra includatur, vel ſubtus illam ignis, vel deſuper de cælo mittatur in ipſam. Contra Petrum nec ventus vanæ gloriæ, nec ignis inferni, nec Dei ira. Alia vide ſequenti claſſe recentiorum.

SCHOLASTICI.

D.Thom. 3.p.q.8.a. 6. *Chriſtus filius Dei.* 1.p.q. 18. a. 2. & q.33.art. 3. P.Valentia 1.p.d.2.quæſt.1. puncto 1. §. 11.

Beatus es. 1.p.q.26. *& tibi dabo claues.* 3 p.q.84.a.7.& q.86.a. 6. & ſupplem. q. 17. & infra pro prælatis 1. p. q. 108. vbi dicit, *Throni*, &c. Item qua ratione Deus mundum ſpiritualem & naturalem gubernat mediis cauſis ſecundis. 1.p.q. 103. a. 6. Cur Chriſtus claues regni cælorum habuerit, hoc eſt, poteſtatem aperiendi. ſupplem. quæſt. 17. art. 1. & 2. Duplex clauis. ſupplem. quæſt. 17. art. 3. De Pontifice & primatu, &c. vide P.Bellarmin. & expoſitionem horum verborum, *Tu es Petrus*, &c. & Mald. *Caro & ſanguis.* Quibuſdam nec reuelat Deus, nec dæmon, ſed caro & ſanguis, quia bene poti & ſaginati ob fictas reuelationes apud diuites, vt iuſti acclamantur & ſancti, cùm ſolius meri & cibi ſpiritu & calore feruent. Hos prohibere & plectere operæpretium eſt, vſque dum fateantur. Zachariæ 13.num. 3.& 5. *Non ſum propheta.* Videatur P. Ant. Fern.viſ.2.ſect.6.

RECENTIORES.

Quem dicunt homines. Sic rogent principes qui quaſi in comœdia perſonã agunt. Cernantes in Sap.1. theor.6.in fin.& theor.7. in principio. pag.63.& 64. *Quæcunque ligaueris.* De dignitate ſacerdotis Paez in epiſt.Iacobi cap.1. verſ.18.§.3.ad illa verba, *in quam ſententiam. Simon Bariona.* Cur meminit parentis

Petri

Petri cap.2.v.4.§.1.ad illa verba, *& hac fortaſſis*.

Petro Eccleſiam donat tanquam egregio Paſtori, quem deſcribit Nathan 2.Reg.12. *Pauper autem*,&c. *ouem paruulam*. Theſaurus prælulis eſt grex ſibi commendatus, non bona ſubditorum. Sicut cùm Chriſtus nudos voluit eſſe diſcipulos cùm Rea eſt acclamatus, non veſtes veſtras, nec veſtra quæro, animas nudas amo. Vnde *oculi* dicûtur prælati, vel quia alios facile, ſeipſos inſpicere nequeunt. Sibi Petrus eſt petra, alios verò ſeptem oculis proſpicit. Vel quia oculus ſicut ſpeculum imagines aliorum ſuſcipit & exprimit, *factus ſum omnia omnibus*. Vel quia oculus etſi eſt ſicut ſpeculum, omnes tamen repræſentat paruulos, vt ſciat prælatus ſe proſpiciendum eſſe ſubditis tanquam paruulis, quorum moroſitates & planctus & petacitatem non ægrè fert mater. Vel denique, quia oculi vtiliſſimi, nullo indigent ſumptu, nec veſtitu; ſic prælatus nudus ſerniat & præluceat omnibus qui in domo ſunt. *Vnam ouem*, quæ licèt fœda ſit, reiicienda non eſt. Sicut ſponſa, *erat illi quaſi filia*; ideò vocatur *filius columbæ*. Nam totum Eccleſiæ robur in amore conſiſtit Prælati, qui ſine felle ſit erga ſponſam Chriſti.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P.Barrad.tom.2.lib.10.c. 22. &c. P. Cornelium in Paulum vide in indice Euangeliorum propè finem. P. Bened. Fernand. in Geo. Petrus vnicum os,& vnius capitis, vna fides, vna confeſſio, contrà verò hæreſes.c.3.ſect.8.n.1. *Tu es Petrus*. De principatu Eccleſiæ ſtabili. cap. 11. ſect. 10. n. 4. *Claues*. Nam penes ſacerdotes ſunt. c. 8. ſect 1.n.3. *Portæ inferi non*. Ant.Fernand. viſ. 2. c. 28. ſect.6.n.9 Petrus culmen & vertex Patriarcharum, illi radices, Petrus flos.viſ.30.ſect.1.num. 2. illi colles æterni, Petrus ipſos eminet.viſ.17. ſect 1. n. 4. De D.Paulo vide indicē huius auctoris. Os D. Petri Eccleſiam ædificat, os autem impiorum hæreticorum ſubuertere nititur. P. Salazar Prou.10.n.43.& 44.D. Petrus pro bulla & torque veritatem portat.c.3.n. 18 Ingenuitatis nota. ibid.n. 18. & ea hac veritate quam Petrus fatetur, aliæ plures conſertæ dependent.c.10.n.77.

Videatur P. Gaſp. Sanchez in Zach. 3. 9 *Quia ecce lapis*. Septuag. *Ecce ego fodio foueam, & contrectabo iniquitatem ipſius terra in die vno*. Optimum prælati ſymbolum *Petra*, nam illi incumbit totum ædificium, nullúmque lapidem excludit, ne tegnum diuiſum deſoletur. Cant. 8. *Ego murus, & vbera mea ſicut turris*. Tunc enim fortis eſt & pacifica Eccleſia cùm præſul eſt, *quaſi pacem reperiens*. 2. Reg. 18. Nemo eſt qui perimat Abſalonem pendentem è quercu, etiamſi mille ſicli darentur. Poſtquam verò Ioab dua tres lanceas contorſit in cor eius, ſtatim *occurrerunt decem viri, & percutientes*, &c. Cætera ſume ex ſimilitudine *turris*,& oculorum ſeptem.

NOSTRA.

Venit IESVS, vt externos ad ſui cognitionem trahat: curramus & nos, vel occurramus ipſi. De eius cognitione.d.6.n.25.

Quem dicunt homines. Vulgi iudicia audienda, ſed non attendenda. Pineda in Eccl.c.1.v.3.n.6.& c.1. v. 15.num.10.

Quem dicunt. Petant principes quid de eis ſentiant, & conſilium cùm indigent illo vt ſubditi audeant reſpondere.d.137.n.12.

Reſpondens Petrus. Os Eccleſiæ Petrus, hæreticorum ora vulnera ſunt. Vide *Hæreſis*.

Tu es Chriſtus. Quàm feliciter in ſignum collimauit.1.Reg.10. Optimè cecidit ſors regni *ſuper cognationem Metri*. Hebr. *ſignum*, *el blanco*. 1. Reg. 20. Ionathas, *& tacam quaſi exercens me ad ſignum*. Hebr. *Methar*. Igitur ex his quos liber Iudicum.c.20.*Sic fundis* (inquit) *lapides ad certum iacientes vt capillum quoque poſſent percutere*, aliqui in tribu Benjamin ſuperſtites fuere. Vel vnus nomen indidit toti familiæ. Sic Petrus qui Chriſtum poſitū in ſignū populorum ſagitta tranſfixit, nomen dedit familiæ. *Tu es Petrus*. Munus quidem perneceſſarium, ideo enim 2.Reg. 10. mortuo Saule iuſſit Dauid *vt docerent filios Iuda arcum*.

Beatus es Simon. De D.Petro vide inſtitutione 42. §. nam non ſolùm, in fine d.123.Quantis beneficiis ad ſe rapere voluit Petrum, vide Ant. Fern.viſ.2.ſect.6.

Caro & ſanguis. Fugiat prælatus conſanguineos. Paulus continuò, *non acquieui carni*, ideo *ſal* vocanit eos, vos eſtis ſal terræ, quia omnia conſeruantur in ſuo elemento, ſal in aqua naſcens deſtruit eam, ſic prælatus.

Dabo. Quare de futuro.d.133.n.6. *tibi*, tibi, inquam, qui peccaſti,& facilè indulgentiam dabis. Gen.1. *Lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum*. Interlinealis opportunè ait, *vt ex ſua infirmitate compatiatur indigentibus*. Sicut ſi præcipis pyro vt det nuces, reſpondet non poſſe, dabo tamen pyra, ſi tu iraſceris, ideo eſt quia expertus non es infirmitatem arboris. d.110.n.27.&167.n. 4.

In viſitatione B. Mariæ, Luc. 1. *Exurgens Maria*,

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Toletus, Mald. P. Salm.tom.3.tract.10.

INTRODVCTIO. Reciproca eſt cura & ſtudium honorandi ſe, verbo Dei & Spiritui ſancto, & ſicut ipſe venit vt verbum Dei clarificaret, ſic Chriſtus properat vt officia Spiritus ſancti exhibeat, quod cùm modò per ſeipſum nō faciat, pergit vt Ioannē ſpiritu repleat, & teſtimoniū præbeat. *Sitque medius totius Trinitatis*, vt aiebat P.Damianus.

ALIA. Chriſtus fideiuſſor noſtri. Ipſum ergo alloquitur Spiritus ſanctus Prou.4.v.1.*Fili ſi ſpoponderis*. v. 4. *Diſcurre, feſtina*,&c. Tres verſiones, *Vade, prabe te calcandum*. Ita peractum eſt, dum Virgo adfuit Ioannis natiuitati, & in ſinu ſuſcepit, *Quaſi damula*, quæ ſerpentes deuorat, ita Chriſtus peccarum Ioannis. *Sicut auis de manu aucupis*, vt Ioannes quaſi de ipſo nido Deo cōſecretur. Nam, vt ait Ariſt. *Parua auicula rarò admodum eicurantur*. Singularis ſit gratia Ioannis.P. Damianus ſerm.1.

ALIA. Abiit Maria diuino grauida fœtu tam feſtinanter & citò, vt eacitetur denuo. Quæſtio illa inter Philoſophos agitata, libido cupediarum. Num ſit cupiditas fœminæ grauidæ, an pueri quem geſtat in vtero; ipſi enim matri aſcribendam eſſe cupiditatem oſtendit ſaturitas, & quies quam ipſa capeſcit. Ipſi verò infanti tribuendam eſſe probat immaturitas partus, cū ipſi negantur cupediæ, pet quam oſtendit ſe id quod expetebat per ſeipſum quærere. At hæc feſtinatio Mariæ vtrique tribuenda eſt. Feſtinat Mater, feſtinat puer, quia, vt ait Chryſoſt. ex Dauide, miſericordia ante oculos meos eſt. Miſericordia tua quaſi prægnans ad meam ſubuentionem nititur: feſtinat ergo puer vt redimat & ſaluet à peccato, quod eſt muneris ſui, feſtinat & mater vt cupiditatem filij expleat.

DOCTORES ET PATRES.

Abiit in montana. Rependit verbo quod illius amore fecerat, nempe Angelos tranſcendere. Beda, *Virgo tribuit quod omnis anima qua Verbum Dei mente conceperit virtutum ſtatim celſa cacumina greſſu conſcendat amoris*.

Cum feſtinatione. Currenti & ferventi

uenti animo nihil obſtat, omnia difficilia ſuperat. Prou. 4. *Viam ſapientiæ*, &c. *& currens non habebis offendiculum*. Pagninus, *non impinges*. Tranſlatio Septuag. *Non laborabis*. An quia, vt ait Auil. pori corporis obſtructi aperiuntur, & nouos attrahit corpus ſpiritus: an quia ei qui in equo ad luſum aut ad pompam tantùm per vias concurſat, nemo offendicula tollit: at cùm ad curſum ſe præparat, vel in haſtiludio currere intendit, omnia offendicula auferuntur; ſic in ſpiritualibus feruentiores ſpiritum attrahunt, & Deus aufert offendicula.

Et ipſa repleta eſt Spiritu ſancto. A filio, ait Ambroſ. lib. 1. in Luc. c. 1. *Cùm filius eſſet repletus Spiritu ſancto, repleuit & matrem.* Primum in quo gratum facere & placere matri potuit id ſtatim præſtat, nempe replere illam Spiritu ſancto ad eruditionem filiorum qui ratò beneplacitum patris faciunt.

Quia fecit mihi magna. Deo omnis gloria & victoria aſcribenda, ne puniatur ſicut Samſon. Abulenſis ex Ioſepho in Iudices. 16 q. 36. *Omnis plangende vir.* Auguſt. Pſal. 2. 12. Apprehendite diſciplinam, & *exultate*, ſed cum timore. Vide longè vſque, *dic ergo ſicce.*

Exultauit infans. Salibus loquitur Ioan. Ambroſ. Vnde ille pedibus fecit, & antcuetrii confeſſionem diuinitatis Chriſti, quam poſtea Petrus ore prædicauit.

SCHOLASTICI.

Exurgens. De beneficentia 2. 2. q. 31. & quibus ſit potiſſimum benefaciendum. 2. 2. q. 31. art. 1. & 3. *Cum feſtinatione.* De verecundia 2. 2. q. 144. *Exultauit.* Quomodo hæc exultatio ſit intelligenda. 3. p. q. 27 a. 6. in corp. *Benedicta tu.* Quid his verbis ſignificatur. 3. p. q. 30. a 8. De plenitudine gratiæ Mariæ præ cæteris. 3. p. q. 27. art. 5. in corp. Vide Suarez ibid. *& benedictus fructus.* De gratia Chriſti. 3. p. q. 7. per totam. & art. 9. *Vnde hoc mihi.* An B. Maria ſit dicenda mater Dei. 3. p. q. 35. a. 5. *Magnificat.* De humilitate 2. 2. q. 161. An ſit peccatum bonum ſuum cognoſcere, illudque approbare. 2. 2. q. 132. art. 1. ex hoc beatam me dicent. Propheta fuit. 3. q. 27. a. 5. ad 3. Vide etiam 3. p. q. 27. a. 5. ad 3.

RECENTIORES.

Exurgens Maria. Vacare non poteſt dilectio, ſed operatur ſemper. Soto maior pag. 969. col. 2. Neque verò longas moras traxit ornando ſe prius, vt pleræque faciunt. pag. 942. col. 1. *Exurgens abiit*; ita vt erat compoſita diligenti quadam negligentia. pag. 747. col. 2.

Fr. Garcia Euang. Conc. Tom. 2.

Exultauit infans. Si exultans filius dolor eſt matris, quid agant improbi, & qui in ſuſpendium nati videntur. Cant. Moyſis Paez text. 2. annot. 3. ad illa verba, *cum ergo.* & in Luc. 1. De hoc myſterio Cartagena tom. 1. de B. Virgine lib. 6. & homiliæ ſunt in Euangelium, quæ cauſæ huius viſitationis. hom. 2. Feſtinaſſe eundem Chriſtum, &c. & de Dei miſericordia, hom. 4. de Cantico Mariæ ſanctiſſimæ homil. 9. & ſeq. *Exurgens.* Charitas à ſocordia excitat. Ghiſlerius in Cant. pag. 737. col. 2. Cum feſtinatione alis ignis & Dei agebatur. pag. 926. col. 1. Volatus cum his alis. ibid.

Magnificat, pſallat animus, & gratias referat Deo. Paez in Iacobi epiſt. c. 5. v. 13. præſertim §. 3. & in Cant. Moyſis text. 1. annot 2. 3. & 4. ad illa verba, *mundi omnia gaudia.* Quo quis ſanctior, eo ſolicitior. Ghiſlerius pag. 320. col. 2.

Quia fecit in me magna. Paez in epiſt. Iacobi c. 1. v. 17. §. 1. *Eſurientes impleuit.* Cauſa huius prouidentiæ datur. c. 1. v. 4. §. 2. & ſeq. Deo gratias reddit de omnibus, in Cant. Moyſis text. 2. annot. 2.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 1. lib. 7. cap. 12. P. Bened. Fernand. in Gen. *Exurgens.* Promptitudo obedientiæ Mariæ. c. 12. ſect. 4. n. 3. Vbi ſe matrem videt caſurgit ad ſeruiendum. ſect. 5. n. 2. Zelum animarum præfert contemplationi. c. 11. ſect. 10. n. 5. *Benedicta* eſt antonomaſticè inter omnes. c. 3. ſect. 38. n. 7. in fin. *Beata quæ credidiſti.* c. 3. ſect. 1 n. n. 4. *Magnificat.* cap. 4. ſect. 5. n. 5. & c. 9. ſect. 12. n. 4. & c. 11. ſect. 5. n. 7. & ſect. 14. n. 7. & cap. 12. ſect. 1. n. 3. & ſect. 3. n. 4 & ſect. 7. n. 4. *Humilitatem ancillæ.* c. 4. ſect. 18. n. 6. P. Salazar. *Exurgens.* Prompta ſicut venens Maria nobis, ſicut aër ad vitam & inſpirationem. c. 8. Prou. n. 4. 58. Maria quaſi aquæductus per quam gratia ad nos defertur, & ad Ioannem. c. 8. n. 450. Item fonti comparatur. cap. 8. n. 318. Mouetur quaſi cælum motu primi mobilis, nempe Chriſti. c. 8. n. 351. Non ſolùm Chriſtum geſtat in vtero, ſed nos etiam. c. 8. num. 189. *Et viſitauit.* Virginis gratia ad omnium hominum vtilitatem ſeſe accommodat. cap. 8. n. 176. & 177. & 181. *Viſitauit*, humilitatem amplexa eſt. c. 8. n. 52. *Fecit mihi magna.* Sed ex his dignitatibus ſibi humilitatem eligit. c. 8. n. 58. *Exurgens.* Promptæ obedientiæ fructus c. 1. num. 28. *Magnificat*, Quonā modo de magnis loquuta eſt Virgo tenerrima. c. 8. n. 26. *Eſurientes impleuit bonis.* Impletio humilium, & vacuitas impiorum. Pineda Eccl. 1. v. 2. n. 11.

Exultauit. De vero gaudio & vano, vide Pineda Eccl. c. 2. v. 3.

Magnificat. Quomodo facit magnum Deum Virgo. P. Salaçar de conceptione cap. 3. n. 16. & præſertim num. 17.

Occultabat ſe menſibus quinque. Deſideria ſæculorum de Meſſiæ aduentu. Vide quam hilarem diem iſtum agerent. P. Alcaçar Apoſt. 531. col. 1. c.

NOSTRA.

Pro hâc feſtiuitate vide inſt. 2. d. 5. à n. 16. ſed præcipuè n. 33. & aliam cauſam d. 638. n. 30.

Exurgens. Obedientiæ promptitudo Mariæ. d. 7. n. 6. & 7.

Cum feſtinatione. d. 15. num. 15. Signum Dei inhabitantis in ea. diſc. 114. 20.

Salutauit. Demiſſio digna Mariæ, quia nobilis. d. 16. n. 12.

Cum feſtinatione. Quàm ſoletter humanis incûbitis negotiis, quàm tardè & frigide diuinis. Zachar. *Amphora egrediens.* & talentum plūbi à duabus fœminis milui alis circumfertur, vt collocetur in terra Senaar, ad malum enim peragendum, etiamſi graue ſit & laborioſum, alas habet peccator. *Fortitudo eorum diſſimilis, & curſus eorum,* &c. d. 29 n. 12. d. 18. n. 32.

Pondera, ſi potes, adulterium, & vt conſtituas ipſi domum in terra Senaar longiſſimè à Deo, quot labores, quot itinera obis.

Abiit in montana. Spreto cubiculo, in quo ab Angelo viſitata fuerat, poſthabito etiam hominum iudicio, qui virginem extra domum abire vident, amoris perfectiſſimi exemplum præbet. lib. 3. Reg. c. 10. Naues Salomonis afferebant aurum de Ophir. Claſſis Iraā portabat aurū ex Ophir. Placet Deo aurum puriſſimum, illud maximè de longè per varia diſcrimina deportatum. Pſal. *Iudica Domine deſiderium meum ſuper aurum defæcatum.* d. 174. n. 24.

Magnificat. Nuſquam ſic cecinit animæ Deo. d. 73. n. 11.

In Deo ſalutari, vel in IESV meo. Vide nomen IESV.

Diſperſit ſuperbos. Paez in epiſt. Iacobi c. 4. v. 6. per totum.

Suſcepit Iſrael. De fidelitate diuina, vide *Deus*, & *Fidelitas*.

In feſto S. Mariæ Magdalenæ. Luc. 7. *Rogabat Ieſum quidam.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Tolet. Mald. P. Salm. tom. 4. part. 2. tract. 5.

Google

INTRODVCTIO ex Zachariæ 4. n. 2. *& ecce candelabrum aureum*, & infra vocat *dominatorem terræ*, quia lumine cæleſtis illuſtrationis pugnat aduerſus peccatores. Simile eſt Num. 24. n. 17. *Orietur ſtella ex Iacob, & vaſtabit omnes filios Seth*. Videatur Oleaſter. Ideo vocatur. Deus *Admirabilis* in conuerſione peccatoris, primò quia ſicut dux qui tormenta ſulphurea, quę ab aduerſario apprehendit, retorquet in ipſum; ſic Deus peccato quod ſolum permittit, vtitur ad expugnationem peccatoris. Ierem. 3. *Arguet te malitia tua*, &c. Secundò cùm putares tenebris te velle offundere, lumine atque decore ſuperabit atque deuincet, ideo in Pſalm. 71. vbi de hoc bello agitur, *Deus iudicium tuum Regi da*. titulus eſt, *In Salomonem*, qui ſapientia & pace pugnat, atque decore ſuo & lumine rapit animas. Pſalm. 44. *Accingere gladio tuo*. & alibi, *Dominus regnauit, decorem indutus eſt*. Medio lumine & decore expugnat Mariam,

ALIA ex difficultate conuerſionis Pineda in Eccl. c. 1. v. 15. n. 4. & 6. *Peruerſi difficile*, &c. & n. 7.

ALIA ex Pſalm. 117. *Aperite mihi portas iuſtitiæ*. Hugo Cardin. de anima peccatrice. Quorſum? nam qui deliquit portas iuſtitiæ ſedulò fugit. Hieron. *portas beatitudinis*. Quorſum peccatrix repentè irrumpit in gloriam? Thomas, *portas ſanctitatis*; quorſum turpis? Thomas, *portas pœnitentiæ*, quæ ſunt tres, nempe *contritio, confeſſio, ſatisfactio*.

DOCTORES ET PATRES.

Ecce mulier. Quaſi rerum pœnitentiæ documentum ſicut lacrymæ Petri proponitur. Ambroſ. Pſalm. 37. *Non enim perfunctorius gemitus prædicatur, ſed qui habet conuerſionem*.

Etiam peccatrix anima diuinos Deo generat amores, Cant. 6. *Auerte oculos*, &c. & Dion. Areopag. de diuin. nomin. c. 10. *Oritur etiam prapotens*, &c. vſque *amores effundat*. Ideo non cadendi eſt exemplum Mariæ, ſed reſurgendi, ſed amandi. Aug. Pſal. 50. *non cadendi*.

Vt cognouit. Bern. lib. de diligendo Deo. *Bonus es Domine animæ quærenti te. Quid ergo inuenienti? Veſtigijs inueniris vt quæraris, quære vt inuenia-ris*, &c.

Ipſe illam excitauit, inſpirauit, mouit, non enim deſerit peccatorem. Clemens Alexand. in exhortatione ad Gent. *Ita Deus ſuum quærit figmentum, & ei quod lapſum eſt medetur*. & feram perſequitur, & pullum in nidum recipit, &c.

Hic ſi ſciret. Iudicat temere Simon. Hieron. epiſt. ad Rufinum. *Vnumquemque iudicat ſicut inuenerit, nec præterita conſiderat, ſed præſentia*. Vide Paez c. 3. epiſt. v. 17. §. 6. & D. P. Chryſologus ſerm. 74. & 75.

Duo debitores. Prima ætas Mariam debitorem conſtituit, in qua quaſi in verno tempore luxuriauit. Sap. 2. *Vino pretioſo coronemus vos roſis*. Hoc debitũ ſoluit lacrymoſa hiemis pœnitentiæ plena doloris & lacrymis, &c. Tertio æſtu amoris omnia compenſauit. Auguſt. 2. confeſſio. c. 7. *Gratiæ tuæ depute*, quòd peccata mea tanquam glaciem ſoluiſti, vide ibi plura ad hæc, *Vade in pace*. Bern. ſerm. de ſancta Maria Magdalena. *O quàm leni & dulciſſimo ſpiritu inuitat*. De manſuetudine docentis Chryſoſt. hom. 52. ad populum, Noſtra ſit lingua Chriſti ſi manſuetudinem Chriſti in loquendo & docendo imitamur.

SCHOLASTICI.

Mariæ Magdalenæ perfectio alta. 1. 2. q. 61. a. 3. De eius deſerto. 2. 2. quæſt. 188. art. 8.

Ecce mulier. 1. p. q. 48. a. 4. Miraculoſa cõuerſio. 1. 2. q. 113. a. 10. & 3. p. q. 43. art. 4. ad 1. & q. 44. a. 3. ad 1. Item quàm verè conuerſa. 3. p. q. 86. art. 5. ad 1. & q. 89. art. 2. *Stans retro*. Humilitas ad conuerſionem, 3. p. in ſupplem. q. 1. art. 1. Duo debitores. ſupplem. q. 13. art. 1. *Remittuntur*. 3. p. q. 64. art. 3. & 4. & 1. 2. q. 113. art. 6. Cui plus dimittitur. 2. 2. q. 106. a. 2. Ideo incipit gratias referre ad pedes prouoluta, & proſequitur per triginta annos. De hoc 3. p. q. 85. a. 3. Qui peccata dimittit. 1. p. q. 85. a. 3. De contritione ſupplem. q. 1. & ſeq. Sed qui non habet lacrymas ad ſoluendum debitum quid agat? Baſilius ad eremit. *Sufficit ſi mens ſit flebilis, etiamſi ingiter flere non poſſit*. Videatur D. Thom. cit. 2. 2. quæſt. 106. 2.

Dilexit multum. Verus æſtimator Chriſtus omnia ſigna humilitatis vocat amorem.

RECENTIORES.

In ciuitate peccatrix. Sic appellatur in laudem diuinæ potentiæ. Paez in epiſt. Iacobi cap. 2. v. 25. §. 4. Vides hanc mulierem. c. 2. v. 25. §. 4. ad illa verba, *mirabilis Dei*. Magna inſania peccatricis animæ, c. 4. v. 4. §. 2. *Vt cognouit*. Venit per quam viam compendiariam. c. 4. v. 8. §. 2. *Vt cognouit*. Maturanda eſt pœnitentia, c. 4. v. 8. §. 3. *& ingreſſus domum Phariſæi*. Facilitas vt ad ſe traheret animos. Soto maior Cant. pag. 23. col. 2. *Et ecce mulier*. Nónne mirum eſt ſic plenam lacrymis adire conuiuium. pag. 80.

Stans retrò. Silet, nam turpia ſilentio inuoluere mos erat. Ceruantes Sap. 2. theor. 45. *Lacrymis cœpit*. Paez cap. 4. epiſt. Iacobi v. 9. §. 1. & 2. & 3. Suas voces habent lacrymæ. c. 5. v. 1. §. 3. Duos titulos inſignes habet, & peccatricis, & quæ dilexit multum. de his Ghiſletius in Cant. pag. 766. c. a. Ex ipſo peccatricis titulo maximè aucta Magdalenæ charitas. pag. 709. col. 2. Pugna nominis *peccatricis*, & *diligentis* cùm peccatum pellat charitatem. pag. 654. col. 2. Sed ipſe etiam amor proprius pellitur per charitatem. pag. 285. col. 1. & 270. col. 1.

Vides hanc mulierem. Ne temere iudices. Paez c. 3. epiſt. v. 17. §. 6. in medio, præſertim ad illa verba, *his habes ſimilia*. & c. 4. v. 11. §. 2. *Oleo caput meum non vnxiſti*. P. Pineda c. 9. Eccl. v. 8. n. 7. &c. Vide elenchum Ghiſlerij in Euangelia.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 2. lib. 8. c. 12. &c. Salutatio, Bened. Fernand. in Gen. c. 3. ſect. 28. n. 2. in fine. *Manducaret*. Splendida conuiuia ex victimis parari ſolebãt, ideo expectabat Chriſtus nouum hoc ferculum dæmoni conſecratum. P. Salazar c. 9. n. 54. & 55. & Iſagoge fol. 8. & cap. 7. 56. In conuiuio pacem ſtabilire cum peccatrice voluit. cap. 15. n. 69. Mulier peccatrix deſcribitur. c. 5. n. 57. c. 9. n. 212. & 247. Vide indicem.

Lacrymis cœpit rigare. Bened. Fern. Gen. c. .. ſect. 4. n. 7.

Mulier in ciuitate. Impudica circulus aureus in naribus diaboli. P. Salazar c. 11. n. 101. *Vt cognouit*, non diſtulit conuerſionem, ſicut alij, qui iram Dei concitant. c. 10. n. 305. Sicut nauis à gratia velocitatem habuit. cap. 3. n. 23. Nemo impediebat. c. 3. n. 27. & 23. *Lacrymis, capillis, vnguento*. Largitate iſta Deum ſicut Samſon deuicit. c. 3. n. 207. & 208. & c. 10. num. 45. & 46. *& murmurabat*. Secretus commonebat. cap. 13. n. 15. His otioſis hominibus familiaris eſt detractio. c. 11. n. 51. Nulli detrahendum, etiam peccatrici. c. 13. n. 56. *Quia peccatrix eſt*. Rumor hic nocet plurimum honori fœminarum. c. 10. n. 201. Libidinis vincula & catenæ inſolubiles, *eſte hombre no vee que pierde tiempo en conuertir eſta*. c. 5. n. 151. Energumenis ſimilis eſt. c. 2. n. 162. &c. & c. 5. n. 153. *Ecce mulier*. Quaſi tortis de igne erutus. P. Ant. Fernand. viſ. 31. ſect. 2. n. 4. in fine. *Peccatrix* habitatulum dæmonum. viſ. 6. præf. n. 8. *Lacrymis*. Lectus Dauid contaminatus abluitur lacrymis. viſ. 6. ſect. 1. n. 3. col. 241.

Vade in pace. Iuſtificationem larga manu erogat Deus. P. Salaçar cap. 1. 249. Lætitia Angelorum in conuerſione. P. Anton. Fernand. viſ. 13. ſect. 7. num. 2. Peccatrix deſcribitur

Digitized by Google

tur.P.Pineda in Eccl.c.27.v. 27.n.9. 13.&19.& 38.&c.

NOSTRA.

Mirabilis conuerſio deſcribitur. d.3.n.7.& d. 107. n. 23. Ad vocem Chriſti conuerſio. Mirabile opus hoc quo pacto fiat deſcribitur.diſc. 96.num.2.

Ecce mulier. Difficultas conuerſionis peccatricis à qua tota ciuitas conſpurcatur. d.66.n.30.& d. 147. num.17.

In ciuitate. An fuerit Naim,& quę cauſa conuerſionis.d.132.n.12.Totam maculauerat vrbem.P. Pineda Eccl.c.27.v.27.n.46.

*Vt cognouit.*d.12.num.7. Amiſſum Deum quàm ſedulò quæſiuit. d.28. n.27.& d.29 n. 12. Celeritas & feſtinatio in conuerſione.d.93.n. 23.

In domum Phariſæi. Quærit vbi amiſit Chriſtum. d. 28.n.30.Pudor qualis & quando vtilis.d.120.n. 25. & in confitendo in tantum abiiciendus, in quantum impedit. diſc. 55.num 15.

Lacrymis cæpit. Medicina probatiſſima.d. 110. n. 32. A Chriſto ſecretò accepit lacrymas, & reddidit publicè Chriſto.Pineda Eccl.c.1. v. 7.in fine. Medicina eſt. diſc. 110.n. 21.&c.& 145.n. 20. Lugendi veræ cauſæ.d.117.n.2.

Hic ſi eſſet Propheta. Serpens in ſilentio mordens detractor.P.Pineda Eccl.c 10 v.11. n. 1.

Quia peccatrix eſt. Non obſtat,etiam in his ſe complacet Deus.d. 16. n.25.Non obſtat: per pœnitentiam accedit ad Chriſtum.d.121.13.

Duo debitores. Quale debitum peccatum,& quàm meditatè ſe deberet peccator obligare.d.61.n.12. d.123.13.

Dilexit multum. Quia ſe abiecit multum, amor & humilitas idem ſunt.d.125. 15. 16. Vſque ad zelum amat eam Chriſtus poſt conuerſionem.d.172.n. 8.

Vade in pace. Vt pacem iſtam firmaret Chriſtus, quale bellum intrauit,& pœnas tulit.d.142. n. 7. & d.92.n.10.

In feſto S.Iacobi Apoſtoli. Matth.20.*Acceſsit ad Ieſum mater.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO.Mald.P.Salm.tom. 4.part.3. tract.16.

INTRODVCTIO. Quotieſcumque columnæ erectæ & dedicatæ ſunt, vel victoriæ trophęum,vel alicuius facinoris memoriam teſtatam reliquit antiquitas,vt in Herculeis columnis, in ſepulcro Patris Simonis 1.Machab.13.19. & in templo Salomonis, vt ponderat P. Alcazar Apoc.c.3.v.12.notat.1. Quamobrē cùm inter mortales nihil mirabilius,nihil ad diuinæ potentiæ commendationem factum ſit,quàm incarnatio Verbi, eiuſdémque in carne paſſio & mors, oportuit vtriuſque myſterij duabus columnis poſteris ſæculis commendare memoriam. Hæ ſunt Ioannes & Iacobus, in quibus duo orbes niti cōſiſterēque videntur,Aſia in Ioanne,Europa, & maxime Hiſpania in Iacobo. *Columna*, vt ait Nazianz. *non facile mouenda.* Titulus eſt in duobus, *poſitum.*Hæc columna incarnationi dedicata, *& Verbum caro*,&c.altera, *Mors Redemptoris.* Vtrumque myſterium oſtēdit Chriſtus Apoc. 10.Vbi Chriſti diuinitas in facie ſole circumfuſa, humanitas in nubibus,quæ eam obnubebant,denotatur, opus quidem mirabile dum ſimul erat viator & comprehenſor & caput, hoc eſt, portio ſuperior erat in gloria, corpus autem gradiebatur ad mortem. *Bene pedes eius ſunt tanquam columnæ.* Ambæ iſtæ columnæ in honorem Mariæ dedicatæ videntur.De noſtro Iacobo puto clariſſimè loqui Iſai. 19. n. 19. Vbi poſtquam deſcribit inſignes vrbes Hiſpaniæ, ciuitatem imperatoriam Solis appellat,& vt ſcias eſſe Cęſaraugustum, addit, *& titulus Domini iuxta terminos eius*,i.columna.

DOCTORES ET PATRES.

Non eſt meum dare. Mirum eſt negaſſe poſtulata, ſed cauſam affert Ambroſ.lib.5.de fide c.10.*Noluit videri quod peterent denegaſſe ſanctus & bonus Dominus*,&c.

Adorans. Ambitionis ars & conditio eſt. Ambroſ.Luc.4. *Ambitio vt dominetur alijs prius ſeruit, curuatur obſequio vt honore donetur.* Videatur Seneca lib.2.de beneficiis c.27.*Maiora cupimus,quo maiora venerunt*,&c.

Poſſumus. Errat & præſumit ambitio, & vbi ſe extullit abiicitur. Ideo illi qui audacter reſpondit, *Magiſter, ſequar te quocumque ieris*, Luc. 9. reſpondet Chriſtus, *Vulpes foueas habent, & filius hominis*, &c. Cui ſic reſpondit, quia nimis prçſumptuosè loquutus fuerat.P.Chryſologus ſerm.19.*Decipit, non accedit qui promittit Dominum incautè ſequi, ſed ad omnia poſſe quis promittit? dixiſſet cautiùs, ſequar te quocumque ieris*,&c.Hinc fit vt non honorem,ſed dedecus acquirant. Pſal. 36.num. 20.*Inimici verò Domini mox vt honorificati fuerint*, &c. *quemadmodum fumus deficient:* Sicut ſi lignum in altum efferri vellet, & ad hoc in fumum conuerti. Ambitionis qualitates Innocentius de vilitate conditionis humanæ. Ambitioſus ſemper eſt pauidus. *Poſſumus.* Hos generoſi animi viros eligit Deus,quia mutata ambitione vtiles erunt Chriſto.Bern. ſerm. 3. ſuper Cant. Igitur iſtiuſmodi magnis ſpiritibus magnus occurrit ſponſus. De his vide Iſaiæ 5. *Væ qui potentes.* Bern. ſerm. de conuerſione ad clericos c. 31.*Propter ambitionem*,&c. Greg.lib. 19.moral.c. 16. videatur.

SCHOLASTICI.

Vt ſedeant. De ambitione 2. 2.q. 131. An in oratione aliquid determinatè ſit petendum.2.2.q.83.a. 5. *Poteſtis bibere?* Cur vocat calicem paſſionem.3.p.q.78.art.3. ad 1.Non vocaui vos vt ſedeatis, ſed vt ad bellum procedatis.2.2.q.188.art.3. & 6. ad 2. *Poſſumus.* Traducit animum ambitioſum eorum in magnanimum.2.2.q.129.a. 2. ad 3. *Poſſumus*, ait ambitioſus, & de præſumptione 2. 2. q.131. *Calicem quidem meum.* Plus concedit quàm poſcunt. Familiaritas & gratia regis potior eſt throno & ſede gubernationis.1. p.q.108.a. 4. in argumento vbi agit de Archangelis. *Sed quibus paratum eſt.* Ergo non eſt proprium Chriſti ſedere ad dexteram Patris.Reſpondetur 3.p.q.58.a.4.ad 4.*Decem indignati.* De contentione 2.2.q.37. & 38.Vide D. Tenā in indice epiſt. ad Hebr.in feria 4.poſt Dominicam 2.

RECENTIORES.

Petens. Ambitiosè honores non affectandi.Paez in epiſt.Iacobi c. 3. verſ.1.§. 1. Vbi ambitio, ibi lites & ſciſſuræ,& contentiones, etiam inter diſcipulos excitantur.c.4.v.1.§. 3.Cura parentum non de temporalibus bonis, ſed de eruditione filiorum.Cant.Moyſis text. 2. annot. 3. ante illa verba, *quod ſi velis*; plura enim congerit author. & infrà in verba Matth.27.ex Hieron.*Neſcitis quid petatis.* Non matrem obiurgat, ſed filios,nota quippe matris in filios charitas eſt, vnde nec Bethſabee vitio datur,quòd Salomoni regium diadema precibus obtinuerit. Soto maior in Cāt.707.col.2.*Neſcitis quid petatis*,i.gloriam,nec patientiam, qua obtinentur hęc.pag.974. col.1.Neſcitis cæleſte præmium, & quomodo obtineri debeat. pag. 1128.& 1129.col.2.*Poſſumus*, velut amantes loquuntur, & quidem ex zelo, inde enim eſt ſuauitas illa & robur in ſanctis Martyribus. pag. 974.col.1.

Dic vt hi duo filij mei. Ambitio quomodo dementet etiam ſanctos, & inebriet vino. Ghislerius in Cant.pag.68.col.1.& 396.col. 1. & 122.col.1.*Neſcitis quid.* Quàm verò

qui terrena petunt neſciunt quid petant.pag. 557.col,2. Vide elenchum ibid.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P Battad.tom.3.lib.6 cap. 10. P. Bened.Fern.in Gen. *Vnus ad dexteram*.c.2.ſect.10.8.& c.4.ſect.6.n. 1. *Neſcitis quid*.c.3.ſect.10.n. 7. *Calicem meum*.c.12.ſect.5.n.1. Ambitio primatus damnatur.c.1.ſect.3.n.3. Eccleſiaſtica ambitio perſtringitur. c.4.ſect.21.n.4.& c.9.ſect.1.n.3. P.Salazar Prou.*Vnus ad dexteram*, de dignitate loci dextri c.3.n.116.& c.4.n.234.&c;

Mater. Matrum amor & indulgentia erga filios.cap.10. n. 2. & 4. Nimia indulgentia.c.6.n.145.Chriſtus honorem potius matri quàm filiis concederet. c.15.n.89. ex Platone. *Adorans & petens.* Induſtria & ſolicitudo in negotiis agendis ſemper orationi copulanda. cap. 16. num. 82. Argumentoſa mater, ſicut apis filiis requiem parat. cap. 6. num.56.& 57.

Quid vis? omnia enim vanitas,& tua iſta dignitas quam poſcit vaniſſima figura, & tanquam fumus euaneſcens.Pineda Eccl.c.1.v.2.n.9. & 10. Vide quantũ os habet ambitio, calicem & buccellam ori Chriſti factam ipſi deglutire poſſe iactant. c. 6. v.7. n.2. Ecce in quibus rebus ambiendis vel cupiendis vitam breuem facimus.cap.7.v.1.n.4.& 5. &c.Spiritus ambitionis frenandus. c.10.v.4.n.10.&.11. act. 12. Quom coram principe ambientes apparent, locus eſt errori & ignorantiæ in electione.c.10.v.5.n.11.& v.4.n. 2. & 4. Sedes & curam animarum quis audet ambire? ex Chryſoſtomo.Anton.Ferand.viſ.31.ſect.1.n. 4. In Adoniæ ambitu vide aliquas ambitionis qualitates. Pineda Salomone præmio fol. 15.1.c. conſecratus oleo ſancto. 69. 1. a. Similis Eſau 95.1.b

NOSTRA.

Sedeant. Somniant ambitioſi, excitantur à Chriſto.d.110. 62. Vnde hæc ſuperbia hominibus.d.131.9.

Neſcitis. d. 77. n.16.& ſeq.Excuſandi fœminarum errores. d. 142. num.13.

Poteſtis bibere. Probat vires,aptiores enim ſunt Chriſto qui impenſiùs mundo inſeruierunt. d. 76. n. 20. Onus cum honore accipiendum.d.147.n.32.

Poſſumus. Amore ſcilicet, qui eſt quaſi omnipotens. diſc. 123. num. 24.25.Numquam ſatiatur ambitio. diſ. 75. n.33.& 34. Cur non timeor mortem.d.139.n.16.

Calicem quidem meum bibetis. Hanc dignitatem noluit illis negare, quam ipſi ignorabant, & Pater dedit filio.d.89.n.10.d.144.n.29.

Sedere non eſt meum dare. Antequam *non* diceret,donum præmiſit, vt liberalitatem doceat principes, & veritatem candidatis aperiat. d. 70.num.4.

Non eſt meum dare. Comprimit nimiam celeritatem aſcendendi ad honores.d.102.n.34. quaſi non audire, & longè eſſe à ſuperbis monſtrat.d.75.n.33.& 34.

Vobis,ſed quibus paratum eſt,ideſt, dignis in curſu, in bello, in ſapientia.c.9.Eccl.P.Pineda v.11.num.7, 9. & 12.

Adorans & petens. Ambulant in circuitu ambitioſi.diſc.77.n.20. Finem non habet, nec requiem. 75. num.34.

Neſcitis quid petatis. Dormiunt, ſomniant, excitantur à viro prudenti.d.110.n.62.Diſcant per certos gradus ad dignitates aſcendere. d. 131.n.9. & 10 Cæleſtia non curant ambitioſi.d.94.n.3.

In Transfiguratione Domini. Matth.17.*Aſſumpſit Ieſus Petrum.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Maldon. P. Salm. tom.6.tract.36.

INTRODVCTIO. Nihil præſtat eis qui in tenebris ambulant voce & ſignis aut ſtrepitu ad dextram vel ſiniſtram vocare, velut foueam aut monſtrum aliquod horrendum vitent: at ſi ſubitò cælum fulgurat, vel fax accenditur, ô quàm facilè & iucundè iter peragitur? latet mortales vitij fœditas, & propriæ voluntatis horrendum monſtrum, cunctaque tenebris conſepulta, miſerum peccatorem vbique errare, vbique offendere cogunt. Cæterùm binæ faces hodierna die cælitus miſſæ. Hæc monſtra vitare, & iter rectum tenere docẽt. Fruſtrà enim clamat prædicatio, ſi abſit diuina illuſtratio: at vbi gloriꝫ ſplendor affulget, vocatur animus ad cęleſtia, & ſordent terrena. *Fulgura multiplicauit,* &c. *& apparuerunt fontes aquarum,& reuelata ſunt fundamenta orbis terrarum*, & vbi fax orationis inducitur tanquam lucifer in cordibus noſtris, depulſis tenebris, nos ad Deum rectà ducit. *Ecce qui elongant ſe à te peribunt*, ſtatim enim impingunt. *Niſi quòd lex tua meditatio mea eſt,tunc fortè periiſſem in humilitate mea.* Vtraque ergo lumina Euangelium copulat, *& facta eſt dum oraret ſpecies vultus eius altera.*

ALIA.Inſtruit & munit Chriſtus ſuos ad bellum paſſionis & pœnitentiæ: quanam galea tegit capita niſi ſpe cæleſtium bonorum? Vnde videbis aſſumpta ad cælum,& volare quatuor animalia Ezechielis? quid mirum ſi in capitibus eorum erat cælum,& aſpectus eius. Ant. Arſen. Paule, quis volare docuit corpora veſtra? cæli ſpes, & aſpectus.Camerarius emblem.65. Auicula eſt ſic ſtellarum amans, vt ad aſpectum ſtellæ è nidulo ouum volando efferat, & frangi minimè ſentiat.En ſymbolum Martyrum & ſanctorum qui ad aſpectum cæleſtium orbem deſpiciunt, & corpora frangunt.

DOCTORES ET PATRES.

Aſſumpſit Ieſus. Eliguntur hi tres & duo alij, Moyſes & Elias, quia hi ſunt quos mundus à ſe repellit, ipſi verò tunc fideliores Deo extiterunt, nam miniſtri qui ſe religioſiores & modeſtiores oſtendunt, cùm ſpem habent retributionis, ob integritatem iam iſti receperunt mercedem ſuam, qui verò recte ſola conſcientia cùm vexantur contemnuntur, virtutem colunt, hi ad diuinam mercedem vocantur. Caſſiod. lib.2.var.epiſt.ad Senatum Roman. *Non eſt quiſquam qui non ad meritum ſumma nitatur aſcendere quando irremuneratum non relinquitur, quod conſcientia teſte laudatur.*

Poſt dies ſex. Septima dies dicata gloriæ,& requiei,Hebr. 4. *Relinquitur ſabbatiſmus*,i.requies,*populo Dei.* Vide Gen.2.*Requieuit Deus*.& Aug. lib.22.de ciuitate c.30.

Bonum eſt nos hìc eſſe. Ob hoc cupere deberemus cæleſtem vitam, ne peccemus, *vt non peccem tibi.* Auguſt. lib.3.contra duas epiſt.Pelagia.c. 7. *Hic eſt præceptum vt non peccemus, ibi præmium non poſſe peccare,*&c.

Si vis faciamus hic. Conformitas iſta cum diuina voluntate ſtatim obtinet à Deo poſtulata: ſicut cùm leproſus laudauit potentiam, & cõformem oſtendit ſuam voluntatem. *Si vis potes me mundare.* & latro, *Domine memento mei.* & vterque ſtatim exaudiuntur. *Volo mundare*, aliter enim reſpondet Deus, cùm tu vis,& poſcis,& quaſi imperas. Sicut illi, *Magiſter volumus à te ſignum videre. & ſignum non dabitur ei.* Aliter verò cùm omnia in manus Dei refunditis, etiamſi noua & difficilia ſint ſi præcedat, *ſi vis*; quia, vt ait Niſſenus, hoc verbum, *fiat voluntas tua*, & peccatorum dolor eſt, & ignorantias omnes in petendo delet.

SCHOLASTICI.

De transfiguratione habes Dom.

2.claſſe

2.claſſe Scholaſt.3.p.quæſt.45.Item hoc fuit maximum omnium miraculum.1.p.q.105.a.8.Item *vu Pater*, filium deſignat orantem,placet illi oratio.3.p. q. 39. art. 5. *Hic eſt filius meus.* Chriſtus naturalis Dei filius. P.Valentia 1.p.diſp. 2. quæſt. 1. de proceſſione diuinarum perſonarum. §. 17. Nec inde ſequitur non eſſe verè filios Dei, contra Arrianos Valentia ibid puncto 1.§.22. Item qua dilectione, & quo amore ſeipſos pater & filius ament, Valéria 1.p. q. 1. puncto 2. Vtrùm Pater & filius ſe diligant Spiritu ſancto.

Aſſumpſit. Videatur Pſal. 83.*Beatus vir cuius eſt auxilium abs te*, i.à te aſſumitur. Aſcenſiones *in corde ſuo diſpoſuit*: in valle lacrymarum in loco,quē poſuit; auxilium enim diuinum prius eleuat cor ad cæleſtia. Dan. 7. *Donec euulſa ſunt alæ, & cor hominis datum eſt ei*; qui enim non aſſumuntur à Deo quaſi beſtiæ ſunt in aëre, iuſtis verò cor homini datur vt in valle lacrymarum miſeros amplectantur,& in loco & gradu vbi Deus eos poſuit gloria in terris iam potiantur, & dicant, *bonum & nos hic eſſe.*

RECENTIORES.

Aſſumpſit. Sol Chriſtus tanquam vapores excitat ſuos vt illuminet, non ſic principes terræ magnates, & ſibi gratioſos. Ceruantes Sap.2. theor. 34.à §. *Si enim, &c.Eliam & Moyſem*, quia pauperes ad diuitias regni vocat.Paez in epiſt. Iacobi c. 2. v. 4. §. 1. ratione tertia,*cum nihil.* Probat & eligit ſapientiſſimè Chriſtus quos aſſumit.Paez c.3.v.13.§.6. Iudam inuidum non aſſumpſit, quare.c 3.v.14.§. 5. *In quo mihi bene complacui.* alij, *in quo bene ſenſi*; qui enim rectè diligit,rectè iudicat. Vide Paez c.3.v.17. §. 6. ad illa verba, *ſi autem volumus.* Erigit animos eorum ſpe præmij.c.5.v.6.§.1.*Cur non aſſumpſit Iudam*, &de prauis ſociis vitandis.Cant.Moyſis Paez text. 8. annot.2.Iſaiæ 25.Vide Foreirum & Cyrillum.

Lætabitur deſerta & inuia, & exultabit ſolitudo. Deſcribe roſetum in hieme inutilem, horridum, &c. at in verē botros aperit,folia explicat, &c. Sic Chriſtus, odore trahit Patres,& apes Spiritus ſancti, imò & Pater æternus, adſunt. addit,*gloria Libani data eſt ei*, &c. *Ipſe videbunt gloriam Domini*,&c. Tres iſti montes tres deſignant Apoſtolos. *Aſſumpſit* vt animaret ad labores ſpe gloriæ.Ieremias,*Miſit in renibus meis filias pharetra ſuæ.* Filias vocat tribulationes,ſicut eques qui nubiles habens filias, ait parom pulcræ ſunt filiæ meæ, at à me bene dotatæ, quiſque eas aſſumet in coniuges. Sic Deus dotes tribulationum oſtentat.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P.Barrad.tom.2.lib.10. c. 28. P. Bened.Fernand. in Gen. *Aſſumpſit*, ſelegit optimos amicos, non Iudam.c.3.ſect.n.3.& c.13.ſect.4.n.2. & c.6.ſect.6.n.3.

Species vultus eius ſicut ſol. Natiua pulcritudo non eget ornatu.cap. 9. ſect.11.num.2.Vide indicem verbo *Veſtis* in hoc auctore. Ipſa beatitudo inuitat.c.1.ſect.3.n.5. *Domine bonum eſt nos hic eſſe.* Errat prælatus qui in otio degit,nec luſtrat oues. c. 1. ſect 6.n.4.& c.3.ſect.4. n. 4. Longè & copioſè.& c.3.ſect. 10. n. 8. *Ecce nubes lucida.* Prælatorum vitia occultanda.c.3.ſect.29 n.6. *Duxit illos in montem.* Pars regni iam eſt in excelſa ducere. Anton.Fernand. viſ.6. ſect.3 n.5 Moyſes iam liberè loquitur cum Chriſto, etiam in gloria, non ſicut antea impeditus lingua. viſ.6.n.10.col.147.Quare *Elias* vocatus in Thaboris montem, quia honoris diuini pluſquam ſui erat conſultiſſimus.viſ.9.præfat.n.7.col. 257. & quia iam aſcenſum erat expertus,ex Chryſoſtomo viſ.9. ibid. n.9.col.259.Pater Salaçar, agebant de exceſſu, quia beatitudo venalis proponitur.c.3.num.94.In hac vita nundinæ ſunt,n. 96. *Ipſum audite*, non ſolùm contemplemini.c. 15. n. 56.& c.4 n 3.& 4. Sed præſertim c. 9.n. 194 *De exceſſu*, poſt gloriam ad mortem deſcendit. Ant. Fernand. viſ.30.ſect.3.n.1.col.752.*Bonum eſt nos hic eſſe.* Sub pondere gloriæ cecidit Petrus.col.210.& 211.Qui aſſumendi ad honores. Pineda cap. 10. Eccl.v 5.& 6.0.10.

Bonum eſt nos hic eſſe. Idipſum videbantur indicare Cherubini Iſaiç. Anton.Fernand.viſ.10.ſect.5. num. 3.& 4.

NOSTRA.

Aſſumpſit. Vt promiſſa impleat fideliſſimus Dominus.d.168.n. 25. Cur Elias & Moyſes vocantur quia pauperes ſpiritu.d.173.n.10. Totus diſcurſus de gloriæ inueſtigatione. d.185.à n. 3.&c.

In montem excelſum. Ignaris aſpera videtur via virtutis.d.149. Sed adde d.168.n.3.

Sicut ſol. Diem iſtum ſol iuſtitiæ ſimilem gloriæ indeficienti fecit eſſe ſimilem.d.186.n.5.&6.

Veſtimenta eius. Naturalis pulcritudinis, non vanæ & adſcititiæ ad inanem gloriam.d.181.n. 8. & vide *Modeſtia*,& *Ornatus*.

Transfiguratus. Si in ſuperficie tenus contigit hæc transfiguratio, gloria quanta erit? Vide *Gloria*, *Beatitudo*.

De exceſſu. Sic appellatur Chriſti paſſio,omnem enim menſuram exceſſit,& cogitationem ſaltem à nobis recogitationem & æſtimationem poſcit.d.64.n.23 Etiam negotium ſalutis agitur Princeps inter oblectandum. d. 70. n. 4. Præmiſit gloriam Thaboris, vt maior eſſet infamia paſſionis.d.180.n.5.Exceſſus eſt paſſio,hoc eſt, menſura gloriæ,in qua excedit Chriſtus omnes alios Patriarchas, &c. diſc. 185.n. 8.& 9.

De exceſſu. Futuri iudicij normam præmiſit Iudex in medio. d. 48. n. 35. & 36. Puritas & innocentia. d. 66.n.4.& oſtendit ſe Deum & iudicem, quia ſolus verus iudex Deus. d. 167. n. 7. Iam iudicat peccatum, & exceſſum ſacerdotum & Phariſçorum,quia pręſentem illam diem conuenit cogitare.d.126. 23. Seueritas conculcantium Dei filium.d. 126.33.

Bonum eſt nos hic eſſe. Non eſt bonum niſi ad certandum & tolerandum.d.21.n.2.Cur differtur gloria. d.27.n.15.

In feſto Aſſumptionis B. Mariæ.Luc.10.*Intrauit Ieſus in quoddam.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Toler. Mald. P. Salm.tom.4.part. 3.

INTRODVCTIO ex Prou. 9. n. 1. *Sapientia ædificauit ſibi domum*, hoc eſt,Mariam.Vide P.Salazar ibid. n. 30. Ante orbem nullam habebat domum. Tertullian. contra Praxeam cap. 5. *Ante omnia Deus erat ſolus*,&c.

ALIA. Gigantes gemunt ſub aquis. Pauent ad hoc myſterium. Hieron. Parua ingenia ingentem materiam non ſupportant, *azezan los Angeles y a fanam con el peſo de eſte myſterio.* Sicut ſtatua Orphei ſudaſſe dicitur naſcente Alexandro, qui omnem artem materia laudum ſuarum ſuperaturus erat. Genuit Aug. ſerm.4. de hoc feſto tom. 9.*Te Deus omnipotens Pater*,&c.

ALIA ea Cant.c.4.*Sicut fragmen mali punici*,&c. Genas viri fragmini comparat, quia vna alteri perſimilis eſt,vtraque perfectiſſima, & inter ſe connexæ.Sic Mariæ ſanctitas & pulcritudo regia, corona non tā data,quàm nata; ſicut mali punici, duæ eius vitæ duplici fragmini comparantur,quorum vnumquodque grana adornant & replent. Eccli.24. *In me omnis gratia viæ, & virtutis*, &c. & inter ſe ambæ ſoro-

ges. contemplatio & actio, vna eadémque intentione connexæ.

Alia. Mariæ meritum & gloria Ioannes etiam rectè & inuolutè prædicauit. Nam, vt notauit Ambroſius, incipit, *In principio erat Verbum*, & claudit, *ſtabat autem Maria mater eius iuxta crucem*, conſonat vnum verbum alteri, nihil enim ſic probat Chriſtum filium eſſe Dei Patris, quàm talis matris eſſe filium, quis enim poterat eſſe Pater eius, qui ſecundùm carnem Mariæ filius erat? Vnde dictam puta gloriam Mariæ, quia, vt ait Ambroſ. *Quæ erat iuxta crucem, nunc eſt iuxta ſedem agni.*

DOCTORES ET PATRES.

Maria ſedens. Veris delitiis fruebatur. Auguſt. Pſalm. 85. n. 4. *Lætifica animam ſerui tui, ſolus enim tu*, &c. Vide Paez in Cant. Moyſis text. 1. ad illa verba, *vnde non cenſeo.*

Excepit illum Martha. Aug. ſerm. 26. de verbis Domini. *Dignatio fuit ſe præbere paſcendum, quod paſci voluit, paſcenti præſtitit.*

Et huic erat ſoror nomine Maria. Egregium par ſororum, ait Auguſtinus. Duas vitas adumbrant. ſerm. 27. de verbis Domini. Sed præcedit actiua, nam præparat ad contemplatiuam. Bern. ſerm. 3. de Aſſumptione. *Quid eſt quòd ex duabus ſororibus.* Item ſerm. 5. *Quid eſt quòd Chriſtum?*

Sedens ſecus pedes. Humilitas Mariæ ad contemplationem. Auguſt. ſerm. 27. *Quanto humilius Maria ſedebat, tanto amplius capiebat*, &c. & Bern. ſerm. 3. de aſſumptione. *Vnum caue Maria ne abundare incipias in ſenſu tuo.* Pondere beneficiorum ruit in pedes Chriſti Maria, Tertull. lib. de patien. cap. 1. Quorundam bonorum ſicuti & malorum intolerabilis eſt magnitudo. Ambroſ. exaëmeron. *Poſtquam te vidi pro me humiliatum, ſtare non potui, ſed tanto pondere amoris victus in terra proſtratus te adoraui. Turbaris erga plurima.* Aug. Pſal. 4. *Dedita temporalibus, Martha, Martha* Reuocantur ad curam ſui negotiatores & famuli principum. Chryſoſt. epiſt. 1. ad Tim. hom. 16. Bern. ſerm de quadruplici debito.

SCHOLASTICI.

3 p. q. 27. a. 5. ad 2. De pulcritudine & dotibus virginei corporis. 1. 2. q. 5. & ſupplem. q. 95. a. 1. *Intrauit.* Vita communis Chriſti in exteriori 3. p. q 40. a. 1. ad 2 & ibid. Suarez.

Mulier Martha. Hæ ſuſtentant & alunt Euangelij miniſtros. 2. 2. q. 187. a. 4. An hæ duæ ſorores gerant typum vitæ actiuæ & contemplatiuæ. 2. 2. q. 171. in princ. & q. 179. 180. & 181. *Audiebat verbum.* Contemplatiua in quo ſit. 2. 2. q. 179. art. 1. *Martha ſolicita.* Sed non eſt cur deſpondeat animum. 1. p. q. 20. a. 4. ad 3. *Porrò vnum.* 2. 2. q. 141. a. 6. & 189. att. 3. ad 4.

Optimam partem. 2. 2. q. 152. att. 2. Maria fuit eminenter virgo. 2. 2. q. 182. & 1. q. 112. art. 1. Contemplatio tendat ad virtutes heroicas. 1. 2. q. 61. a. 3. Bonauentura tom. 2. opuſc. Meditationibus vitæ Chriſti. cap. 45. Sicut donum gratius eſt quàm reſtitutio, ſic cælo gratior fuit aſſumptio Mariæ, in qua damus, quàm aſcenſio Chriſti, in qua reddimus.

RECENTIORES.

Excepit illum. De hoſpitalitate Paez in epiſt. Iacobi cap. 2. v. 25. §. 1. *Non eſt tibi cura.* Duram rem poſtulat à delitiis Chriſti euocare Mariam. in Cant. Moyſis text. 1. annot. 4 in verba, *vnde non cenſeo.* Si compatimur, & conregnabimus. Si ergo Maria ſtabat iuxta crucem ſimul cum filio moriens, ſimul erit regnans. Arnoldus Abbas Carnotenſis diſcipulus S. Bern. *& gloriam Chriſti cum matre non tam communem iudico, quàm eandem.* Maior eſt gloria filij, quis neget. *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti*, &c. Cæterùm gloria Mariæ diuinæ ſe comparat ſicut. in martyrio filio comparatur. *Et tuam ipſius animam doloris gladius.* Nam gladius qui corpus Chriſti transfodit, fodiet tuam animam, & ita martyrium Virginis grauiſſimum fuit. Memoria animæ contemplatricis. Sicut gazophylacium myſteria Dei recondit. Ant. Fernand. viſ. 18 ſect. 9. n. 3 *Excepit illum in domum ſuam.* Animarum ſanctarum contubernio delectatur Chriſtus. Soto maior pag. 612. col. 1. & col. 2. Trahit autem vnaquęque anima pro capacitate & fidei menſura. Soto maior Cant. pag. 89. col. 2. Viuere ſecundùm verbum Dei eſt viuere ſecundùm rationem, & tam conuenit Marthæ, quàm Mariæ. Agellius in Pſalm. 118. v. 9. de Mariæ obitu, reſurrectione, &c. Cartag. tom. 2. de B. Virg. lib. 13. de eius aſſumptione lib. 14. Vide Ghiſlerij elenchum in Euangelia.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 3. lib. 2. cap. 19. & tom. 1. lib. 1. c. 11. &c. *Maria ſedens.* Puriùs viuit qui ſic ſe gerit, ſed vita Marthę fructuoſior eſt aliis. P. Salazar c. 10. Prou. n. 20. Vtilior autē & perfectior vita quæ ambas amplectitur. c. 1. num. 63. Maria optimam partem omnium creaturatum elegit. c. 8. num. 262. & ſic oportuit vt pro dignitate exciperet Chriſtum. ibid. n. 263. *Quoddam caſtellum.* Opus diuinæ conſultationis. c. 8. n. 295. Cælum eſt, & cælo latior. c. 8. num. 349. Domus eſt ſapientiæ. c. 9. n. 30. Domus Dei. ibid. n. 32. Duæ partes domus & caſtelli. num. 36. & 37. Vtramque partem Deo dedit. n. 38. Penſionem accepit hoſpitij a Verbo. ibid. Aſſumpta eſt in regnum. c. 8. n. 113. & 115. & tituli ex quibus regnum adepta eſt. ibid. Emori dicenda non eſt. c. 8. 447. & 448. Virginis in cælum ingredientis pompa. c. 8. num. 449. ibi negotia noſtra pertractat. c. 8. n. 15. ibi diligentes ſe diligit. cap. 8. n. 153. *Optimam partem.* Bened. Fern. in Gen c. 13. ſect. 3. n. 3. excepit de hoſpitalitate. c. 13. ſect. 1. num. 6. cap. 14. ſect. 7. num. 2. *Sedens.* Contemplatio auocat ab exterioribus. cap. 4. ſect. 11. num. 7. Contemplatio præuia incarnationi. cap. 12. ſect. 4. num. 4. Dulcedo. c. 8. ſect. 5. n 2. Nimia ſolicitudo mentem auertit à Deo. P. Pineda Salomon. lib. 7. c. 2. fol. 482. Aſſumpta Maria qualis in cælo. P. Bened. Fernand. Gen. c. 1. ſect. 2. n. 5. cap. 2. ſect. 10. n. 8. *Audiebat verbum.* Vita eius eſtatica. cap. 2. ſect. 11. n. 7. Aſſumptio. c. 2. ſect. 16. n. 7. De dignitate eius Ant. Fernand. viſ. 21. ſect. 7. n. 7. col. 563. *Audiebat verbum.* An eſtaſim paſſa. prælud. 8. n 3. col. 18. *Optimam partem*, hoc eſt, bona cæleſtia eligit cor ſapientis. Pineda Eccl. c. 10. v. 2. n. 5.

NOSTRA.

Excepit illum in domum. Et iſt qualem domum. d. 68. n. 13. Domus ampla quæ Chriſtum ſuſcipit, ambitio domus vanitas eſt. Pineda Eccl. c. 2. v. 4. n. 2. Domus iſta templum Dei eſt quod non tres Epiſcopi, ſed tres perſonæ conſecrarunt. Bern. *Pater in conſecratione Virginis docuit cæleſtia contemplari, filius docuit eam diuina operari, Spiritus ſanctus amare & amari.* Ille pater ſpiritualis eſt, hic brachium omnipotens, iſte ignis amoris. Vnde docta à Deo nec eſtaſin paſſa eſt, nec mens ab oratione diuertebatur. d. 103 n. 11.

Porrò vnum eſt neceſſarium. Deus nempe. Pineda in Eccl. c. 2. v. 10. n. 6. & 7. & bene vti portione, hoc eſt, ſorte ſua. c. 5. v. 17. n. 4.

Dic vt me adiuuet. Contemplatio dirigat actionem, & ſoror natu maior liberet Moyſem, ideſt, opera quæ peritent niſi recta intentio ad Deum referret.

Martha autem. Non amittit fructum, nec gratiam deuotionis, ex eo quòd actioni intendit. diſc. 102. 12. Vide *Negotiatio*, & d. 165. n. 20. d. 48. num. 35.

Maria

Digitized by Google

Maria optimam partem. d. 165. n. 20. Videatur etiam Auguſt. lib. 4. de Geneſi ad litteram c. 13. Requieuit Dominus die ſeptimo. *Simul operatur & quieſcit.* Quieſcit per æternitatem in ſe, & poſt ſex dies operis iterum ad ſe, vt ita dicam, redit. d. 45. num. 20. d. 116. 14. Vide *Contemplatio.*

Duæ ſorores merita Mariæ denotãt, & menſura gloriæ Reginæ in duabus ancillis ſumitur. Richardus, Duæ ſunt alæ illius mulieris quæ apparuit in cælo. Bonauẽtura, Duæ ſunt ancillæ, quibus comitata feliciſſima Eſther ad Regem ſummum intrauit. Auguſt. tunc copiam aquarum quam flumen mittit in mare intelliges cùm noueris quot flumina intrant in illud antequam mare attingat; ſic in Maria duæ vitæ actiua & contemplatiua. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei; hoſpitio tamen vicit mater filium. Damaſc. *Maria enim cælum animatum eſt,* &c.

In feſto ſancti Bartholomæi Apoſt. Luc. 6. *Exiit Ieſus in montem orare.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Tolet. Mald. P. Salm. tom. 4. part. 1. tract. 18.

IN TRODVCTIO. *Cogitationes robuſti ſemper in abundantia,* Prou. 21. Hebr. *ſolicitu.* Septuaginta *collecti.* Tria requiſita ad arduum negotium peragendum, 1. *fortitudo,* & robuſta quidem ad comprimendum ſenſus & mentem, & continendum corpus in ſolitudine. 2. *induſtria* ſoliciti negotiatoris. 3. *Virtus* quam non habet animus diſſipatus & exterius per ſenſoria diffuſus, vt ait Baſilius. Poſſunt tamen etiamſi curæ multæ ſint conſtringi vel intentione recta, vel inſpiratione diuina apprehendente capillos animæ, vt ait Greg. Moral. 31. cap. 9. *Quid eſt enim concinnus capitis niſi collectæ cogitationes mentis? vt non ſparſæ diffluant.* Poſita anima in ſolitudine eſt in oratione Dei, i. Deo fruitur, & hoc innuit Pſalm. 49. *Sacrificium laudis,* &c. *& illic iter quo oſtendam illi ſalutare Dei.* Sciat canere in oratione, & hac via ſicut cantor regij cubiculi penetrabit ad ſecretiora palatij, quæ nuſquam alij luſtrarunt. *illic iter, por eſſe camino vera diuinos miſterios de ſaluacion.*

ALIA. Sumatur ex Pineda Salomone præuio. 111. 1. d. Oratio eſt actus mentis eligentis, eius vis diuina. 228. 1. d. Multorum efficacior. 370. 2. d. Noſtra habet gratiam à Chriſti labiis & nomine. 276. 2. c. Habet nomen à ſummiſſione vocis.

DOCTORES. ET PATRES.

Exiit Ieſus in montem orare. Quorſum ſi iam Pater ſignauerat quos ipſe deſignare volebat? quorſum orat quod Pater iam dederat. *Pater quos dediſti mihi?* Reſpondetur, orationes noſtras non fieri vt Deus mutet decreta Dei, quæ ſicut ipſe immutabilia ſunt, imò oratione impetramus, vt impleantur, quia Deus etiam decreuerat dare media oratione noſtra. Auguſt. *Preces valent ad impetranda quaſi precantibus conceſſurum praſcius Deus.* Ambroſ. lib. 1. de vocatione gentium. *Quamuis quod ſtatuit Deus.* Exemplum vide in claſſe recentiorum ex Soto maiore, & ex ſacra Scriptura. Nam cùm Moyſi terram promiſiſſet, nihilominus Num. 13. iubet, *Mitte viros qui conſiderent terram,* ne Dei promiſſa nos otioſos & inertes faciant, quin potiùs oratio & ſoletia medium ſit obtinendi poſtulata & promiſſa. *In montem orare.* Maximè cum Principes Eccleſiæ eligere vellet, ſolus orat, ſed pro omnibus orat. Bern. ſerm. 13. in Cant. *Trahe me poſt te, curremus.* Ipſa ſolùm intrare videtur, quia anima Chriſti amat ardentiùs, currit velociùs, & citiùs peruenit. *& ipſa loquitur, ſola introduci videor, ſed ſoli non proderit, veſtrùm omnium eſt, meus omnis profectus, vobis proficio, vobiſcum partibor,* &c.

Et elegit duodecim. Diſce ad res gerendas orare. Chryſoſtomus lib. 1. de orando Deo, *Daniel non ſuſtinuit ab orando ceſſare,* &c. Oratio præmittatur electioni. Greg. lib. 1. Reg. c. 16. *Quid hortor paſtores quærere,* cur Iudam elegit? ne diffidant peccatores. Chryſoſt. homil. de proditione Iudæ, & in theſauro rerum vide verbo *Iudas.*

SCHOLASTICI.

Pro exordio 3. p. q. 4. art. 5. orare Chriſtum quid. 3. p. q. 21. *Pernoctans.* 2. 2. q. 83. a. 14. ad 1. orat, & ab oratione ad proximos venit. 2. 2 q. 182. art. 1. ad 3. & 1. p. q. 94. a. 31. Electionem præcedat conſilium, conſultatio & oratio. 2. 2. q. 147. art. 5. 1. 2. q. 14 a. 1. Item elegit 12. ex melioribus, nempe ex diſcipulis. eligit ad altiores ſedes & munera. 2. 2. q. 185. a. 3. *Apoſtolos.* Vult in ſua republica nomina & gradus titulóſque diuerſus. 2. 2. q. 183. a. 2. & 3. Denique eligit ſibi cooperatores. 1. p. q. 22. art. 3. *Virtus de illo exibat.* 3. p. quæſt. 43. art. 4.

Oratio Dei cur dicitur, niſi quia profundiſſima, qua oratione quaſi teneretur Deus, & adducitur ad concedenda poſtulata. Iſai. 64. *Non eſt qui inuocet nomen tuum.*

Qui conſurgat & teneat te. Nyſſenus de oratione. *Oratio corporum robur eſt, abundantia domus recta legum ac iuris in ciuitate conſtitutio. Regni vires, belli trophæum, pacis ſecuritas, diſſidentium conciliatio, cuniunctorum conſeruatio.*

RECENTIORES.

In montem orare. Montium ſtudioſus erat Chriſtus. pag. 501. Soto maior in Cant. col. 1.

Elegit duodecim. Cur Iudam? & qui amici ſeligendi, qui verò vitandi. Paez Cant. Moyſis text. 8. ann. c. 2. Binos & binos quaſi bigas. Soto maior in Cant. pag. 281.

In oratione Dei. Et nos ſic debemus orare ex conſilio Pauli 1. ad Tim. c. 2. *Obſecro igitur fieri.* Videatur Soto maior in hunc locum. Pauli in Cant. & verba Dionyſij quæ affert ex c. 3. de diuinis nominibus. Oratio noſtra non mutat decreta diuina. Exemplum ſit catenæ quæ loco annulorum ex ſplendoribus vel lumine ſit connexa, quæ à cælo pendens te ad cæleſtia inuitat, & aſcenſum parat, & immutata ſubleuat & ſuſtollit. Ita prædeſtinatio catena eſt mediorum, ſiue lucis quæ à Dei decreto pendent connexæ: has luces tenet iuſtus cùm opere exequitur Dei decreta. Cùm quis videt te orare, petere, flere, putabit te velle diuinam ad te rapere voluntatem, at contrà eſt, te enim diuina rapit voluntas, & trahit ipſa oratione. Confugiendum eſt ad orationem in præcipuis actionibus. Ghiſlerius in Cant. pag. 499. col. 2. & vide ibid. elenchum in Euangelia. *Pernoctans.* Nocturni temporis opportunitas. pag. 391. col. 2. & 172. & 174. col. 1. *In oratione Dei.* pag. 915. col. 1. & 606. col. 1. *Elegit.* 636. 317. 318. & 420. col. 1.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 2. lib. 6 cap. 13. P. Bened. Fern in Gen. *Orare.* Neceſſaria oratio ad regendum. c. 6. ſect. 7. n. 11. *In montem.* Locus quærendus. c. 13. ſect. 1. n. 7. *Secretò.* c. 13. ſect. 4. n. 1. ante negotia. ibid. *Cum dies factus eſſet.* Electio maturè fiat & prudenter. cap. 3. ſect. 3. n 3. *Apoſtolos.* In Reges c. 11. ſect. 10. n. 4.

Iudam. Cur elegit, & marſupium dedit ei. c. 9. ſect. 3. n. 3. Eius conſortium nocuit Apoſtolis. c. 1. ſect. 8. n. 5. P. Salazar. Præcedat oratio negotia. c. 16. n. 82. *Apoſtolos,* i. legatos inuiolabilis ſanctitatis. Prou. 13. n. 72. De iniquis Apoſtolis & prædicatoribus. Prou. 1. n. 303. P. Anton. Fernand. *In montem orare.* Nox & ſolitudo

Digitized by Google

litudo congruunt orationi. viſ. 2. ſect.2.n.3.col.58 & 59.& n.4. Error in electionibus. P. Pineda Eccl. c.9.verſ.11.num. 7. 8. 9.& 12. Error principis qui ſtultum & indignum eligit.c.10.v. 5. n. 7. Pineda in Eccl. *Sicut qui mittit lapidem.* Explicatur hic locus & n.10.& v.6 Longè declaratur. Indigni electio comparatur. v.7. *Vidi ſeruos.* n.4. Orationi per noctem inſtandum. Ant.Fernand. viſ. 2. ſect.2. n.4.& ſect.3. *Eccleſia.* Fundauit quaſi ſcalam Iacob, & Angelos Apoſtolos. Ant. Fernand. viſ. 2.ſect.6. Alta præſcientię cognitione eligit miniſtros ſuos. viſ.6.ſect.1. n.1.&c. Nemo niſi vocatus accedat ad mu[illegible] Epiſcopi animarum. Ant. Fernand. viſ. 31.ſect.2.n.4. Apoſtolicus vir à Deo mittendus eſt, non ſe immittat. F. Sanchez Ierem. 1.n. 21. col.22 A ſeipſo retexendus. c. 1. n. 31. Diuini verbi vis in pectore Apoſtolico. c.20.n.13.

NOSTRA.

In montem. De bono ſolitudinis, neceſſitate, vtilitate. d.42.n. 26. Regis cœleſtis curiæ ſolitudo. diſc. 123.8. Commoda. 158. num. 14. & alia ibid.

Orare. Oratio Dei, i. profunda quæ non in ecſtaſi ſeu externa eleuatione conſiſtit. diſc. 103. 11. & diſc. 104. num. 6 & 11. Dei dicitur, quia facile Dei lumen accipit anima, de hac facilitate d. 147. num. 34.

Et cùm dies factus eſſet. Electio lumine & iudicio fiat, non in tenebris affectionis, aut acceptionis perſonarum. diſc. 73. num.3. homines quàm temere eligunt. diſc. 165. num. 15.

Elegit duodecim. Electio diuina expectetur ad obeunda munera animarum. d.183.n.10. in fin.

Apoſtolos nominauit. Nomen pro dignitate vel perſona ſumitur quæ à ſolo Deo in cælis & in terra nominantur, i. eliguntur, & indigno non bene aptantur. d.136.n.1. & 2.

Iudam qui fuit proditor. Cur elegit eum, vide verbo *Iudas*, & in feſto ſancti Matthiæ ſuprà in claſſe noſtra.

Sub dedecore Bartholomæus ſummam tegebat gloriam ſicut vitis decorticata, d.27.n. 9.& 10. Vide etiam *Bartholomæus.*

In Decollatione ſancti Ioannis Marci 6. *Miſit Herodes ac tenuit.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Maldon. P. Salm. tom.4.part.2.tract.18.

INTRODVCTIO. Quare ſinit Chriſtus præcurſorem morti tradi, cùm poſſet illum liberare? nempe quia dictum eſt Prou.14.32. *Sperat autem iuſtus in morte ſua.* Vide P. Salazar Prou.14.&c. Sed ſperare dicitur incrudeli & indomita atque aſpera morte, quia ezli iuſtorum animæ tolli videntur, at ſunt in manu Dei, & addit, *non tanget illos tormentum mortis.* Poſſet quidem prohibere, ſed non vult, vt ſic eius prouidentia magis eluceat. Sicut cùm Laban pręceptum Domini accepit, *ne quidquam aſperum loquatur contra Iacob*, cùm poſſet euertere Iacob. Gen. 31.& Chryſoſtomus ibid. hom. 57. *Conſidera Dei prouidentiã*, &c. *Nam ſi reuerſus fuiſſet Labã vnde ſciſſet Iacob & uxores Dei potentiam & prouidentiam?* ita Chriſtus iuſſit morti, *caue ne quidquam loquaris contra Iacob; non enim tanget illũ tormentum mortis.* Vide Bern. ſerm. ex variis in hæc verba Iob 5. *Non tanget te malum, liberaberis, non quidem ne venias, ſed ne lædat*, &c.

Vel ex Iſaiæ 54. *Ecce ego creaui fabrum ſufflantem.* Vide Paez in epiſt. Iacobi c.1.v. 3.§.1.

Vel ex verbis Niſſeni. *Amor martyrem excudit, la obra de vn martyres obra de amor.* Etiam ſi adhibere videtur vim ſuam. *Rex, mulier, vinum & iuramentum*, quæ terribiliſſima ſunt ad expoliendum quamcumque materiam: at te ô Ioannes ſolus amor Chriſti & caſtitatis excuſſit, & bene ſubſcripſit artifex, *Manus Domini erat cum illo.*

DOCTORES ET PATRES.

Probat Ioannem vt veritas exploretur, & in documentum proponatur. Nazianz. orat.19. *Quid namm ſi ſancti quoque viri*, &c. & Chryſolog. ſerm.110. *Scientes quod tribulatio. Ecce quibus ætatibus*, &c.

Ne putes felicem regem ac ſaltatricem, quæ videntur vicisse Deum, eiúſque præconem Ioannem. Euſebius Emiſſenus homil. de ſanctis Epiph. & Alexandro. *Quis beatam dixerit validam in iugulum ſuum dextram? quis probabiliter laudet velocem ad ardua præcipitia feſtinantem? quis eius miratur aſcenſum, quem de ſummo perſpicit eſſe caſurum? an illum felicem vocas qui gemmato atque aurato poculo venena miſcet?* Pharao fortis contra Deum contritus & diſſipatus eſt Iacob flens & orans laudatur. *Si contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis.* Regnum vtique cælorum vim patitur, ſed non vim armorum, ſed lacrymarum. *Niſi efficiamini ſicut paruuli*, qui lacrymis pugnant, vel ſanguine effuſo, vt Ioannes.

Occiditur Ioannes vt ſicut ſol huic hemiſphærio Chriſtum dum viueret annunciauit inferiori nunciet, mortuúſque ideo vocatur *lampas contempta ſeruata in tempus.* Opportunum iam ſol iuſtitiæ per ſeipſum mundo affulgebat, fax Ioannis iam extingui poteſt, vt videas tempus eſſe cuique rei, & maximo concionatore Chriſtum non indigere aliquando. Sed Ioannes qui vox eſt occidi nequit. P. Chryſologus ſer. 174. Origenes Leuitici 12. Nemo ex omnibus ſanctis diem natalis ſui celebrauit conuiuio, &c.

SCHOLASTICI.

Miſit Herodes in carcerem. Abiecit doctorem veritatis à qua maximè abhorrent peccatores. 1.2.q.29.a.4. per totum. *Nolui vos contriſtari.* 2.2. q.114.a.2.& odium & opus peccata maxima coniunxit Herodias. 2.2.q.34.art.4. *& iurauit illi.* De iuramento 2.2.q.89 a.4.& q.98.a.2. ad 3. Iuramentum & votum cùm vergunt in deteriorem exitum, vel cùm ſit illicitum non debet ſeruari. 2.2.q.88.a.2. ad 2. & 10. in corp. & 12. ad 2. De eo qui illicitum iurauit. 2. 2. quæſt. 87.art.7. in corp. & ad 2.

Cur Chriſtus paſſus eſt ſic occidi præcurſorem, ſi bonus paſtor eſt. Chryſologus ſerm. 40. *Paſtor ab ouibus non receſſit.* Quale præmiũ daret Chriſtus ſi tale ſaltatrici ſpopondit Herodes. Greg. 3.moral c. 4. *Idcirco ſic permittit in infimis, quia videt quomodo remuneret in ſummis, & vſque foras ad deſpecta deiicit, quia intus eſſe quæ ad incomprehenſibilia perducit.* Publica peccata carpenda, cõtraria dicens *ſatanica vox* dicitur à Chryſoſtomo, & Bern. ſerm.1. de Baptiſta. *Nemo dicat.*

RECENTIORES.

Propter Herodiadem. Turpes concubitus iniqui ſomnĩ execrandi. Ceruantes Sap 4 theor. 8. 9. Probroſa mors impiorum. cap.4.theor. 14.& 15.& 19 act.10. *Dambi caput.* Iniqua poſtulatio digna Herode, ſed non Deo. Vide quid poſtulas. Paez in epiſt Iacobi cap 4. v.3.§.2. Exemplum patientiæ Ioannis quãtum iuuat ad patientiam. c.5.v.10. §. & antè. *Propter Herodiadem.* En quàm ridiculus amor necem talem molitus eſt. Soto maior Cant. pag. 932. col. 1. *Non timet pericula Ioannes.* pag.984.col. 1. *Herodes enim metuebat Ioannem.* Vt eſt malitia & verſutia vulpina, timida & tyrannica. pag.588.col.1. Qui ſine amore laudant bonos, renerentur quidem famam ipſorum; non autem virtutem admirantur vt decet, hoc eſt, ad imitandum: vnde & Herodes obla-

ta occaſione decollauit Ioannem. pag. 70. col. 2. *Quidquid petieris dabo.* Vt Perſæ qui integras prouincias, vt ait Cicero, pellicibus ſpondebant. pag. 1156. Vide elenchum in Euangelia Ghiſlerij. *Non licet tibi.* Principibus propria voluntas pro faſcino eſt Ghiſler. pag. 87. col. 1. Mulier ſicut ſpinæ. pag. 165. col. 2.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Bartad. tom. 2. lib. 9. c. 16. &c.

Saltatrices apud gentes etiam notantur. Pineda in Eccl. c. 2. v. 8. n. 16. Longè diuerſa mors Ioannis & Herodis, etſi primo aſpectu perſimilis. cap. 2. v. 15. & 16. num. 2. 6. & ſeq. Quàm pretioſa eſt mors Ioannis, & nomen eius præclarius Herodis & Herodiadis nomine & vnctione. Pineda c. 7. Eccl. v. 2. n. 7. & v. 3. Fugienda conuiuia vini, melius eſt ire ad carcerem vbi Ioannes defunctus eſt. c. 7. v. 3. n. 8. & 9. etſi error eſt in num. 9. Odio habentes corripientem filij diaboli dicuntur. c. 7. v. 8. n. 3. & 5.

Herodes tenuit Ioannem. Horum duorum verborum ponderatio eſt Eccl. 7. v. 16. apud Pinedam n. 2. & nomen *iuſtus* de publico concionatore agit. Mulier iſta amatiſſima deſcribitur. c. 7. v. 27. num. 9. & 13. &c. Humanum exſorbet ſanguinem. c. 7. v. 27. n. 19. & 20. Multipliciter cepit animum Herodis ſaltatrix. num. 38. 39. 40. & 44 Litigioſa mulier, i. *pediguena*, perax ad concupiſcentiam, refertur Eccl. c. 7. v. 30. n. 17. Fides regi ſeruanda tanquam magnum ſacramentum. c. 8. v. 2. num. 4. & 5. & v. 3. Regem nequaquam contempſit Ioannes, ſed corripuit, *dicebat Herodi.* c. 8. v. 3. n. 5. Quare non citò punitur Herodes. c. 8. v. 3. n. 9. Quænam ſit hæc prouidentia Ioannes in vinculis, Herodes in conuiuio, & cur vanitas dicitur. c. 8. v. 14 n. 2. in fine, & n. 4. & 5. Beatum iſtum non fortuna excuſſit, ſed diuina prouidentia expoliuit. c. 9. v. 11. num. 34. 35. & 36. Ioannis Baptiſtæ vita & doctrina. P. Bened. Fernand. Geneſis c. 4. ſect. 3. num. 3.

NOSTRA.

Secretum huius mortis arcanum quidem, ſed magnam & reconditam diuinæ prouidentiæ rationem continet. d. 17. à principio Prouidus ante mortem filios mittit ad Chriſtum. d. 49. n. 4. & 5. Propter honorem caſtitatis moritur d. 90. n. 15.

Dicebat Ioannes Herodi. An priuata erat correptio. d. 153. n. 30.

Non licet tibi. Verbum ſicut ſpeculum non potuit fœda mulier tolerare. d. 2 n. 13. & 14. Doctrina vera non eſt ſubtrahenda, non acceptandæ perſonæ. d. 48. n. 29. Multa de animoſitate Ioannis. d. 49. n. 29. De eius tolerantia, ſapientia, &c. d. 50. per totum, præcipue à n. 7.

Veritas. Cur minus accepta apud aulicos. d. 106. 14. Quàm difficile & ægrè vera nuntiantur regibus. d. 50. n. 17. & 51. n. 11. &c.

Contriſtatus eſt rex. Conſcientia peccati terret regem. d. 22. n. 16.

Propter iuſiurandum. Politicorum mores arguuntur, & carnalis ſapientia damnatur. d. 65. n. 16. & antè. Vide d. 110. 62. & 63.

Intrauit autem puella. Vide quo conſilio & decreto ius dicit rex. Impius ironicè deſcribitur. d. 136. num. 4.

Iuſſit amputari. Patienter toleranda ſuprema & tyrannica poteſtas principis. P. Pineda Eccl. c. 10. v. 4. n. 5.

Et miſſo ſpiculatore. Aliquando rex ex homine, bos per luxuriam, ex boue leo per ſæuitiam fit. vide d. 24. n. 24. Quàm citò improbus rex improbum miniſtrum reperit. diſc. 54. 0. 16.

In Natiuitate S. Mariæ Virg. Matth. 1. *Liber generationis Ieſu.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Mald. P. Salm. tom. 2. tract. 25.

INTRODVCTIO ex Sap. 6. *Candor eſt lucis aterna, & ſpeculum ſine macula.* De verbi diuini generatione intelligunt Patres. *Et imago bonitatis illius.* Videtur aptiùs dicere potuiſſe, *imago veritatis.* Sicut ipſe dixit, *ego ſum veritas.* Cęterùm illud vt certum & exploratum non dicitur: hoc verò ſecundum, nempe eſſe imaginem bonitatis paternę, noluit ignorari: vt qui videt & ſperat in Patre, videat & ſperet in filio. Virgini verò hæc verba accommodantur: eſt enim *candor* ab originali macula omnino purus, cęteri dealbati poſt maculas, Maria, candor ipſe filio quamſimillimus. *Speculum ſine macula.* Græcè, *Dei inoperationis.* Deũ non ſolùm repræſentans, ſed quodammodo Trinitatem referens. Videatur P. Salazar de conceptione c. 3 n. 19. Vel vt legimus in originali, *imago & efficacitatis energia.* Bonauentura & Hugo Card. Creaturæ etiam imagines ſunt Dei, ſed ſunt quaſi imagines obiter factæ non nimio pictoris ſtudio, Maria verò imago eſt efficacitatis, i. ſummæ artis & accurati penicilli, & omnes diuinas actiones ſi fas eſt dicere apprimè referens. Cant. 7.

Vmbilicus tuus crater tornatilis. Alij legunt, *vmbiculus tuus ſpeculum rotundum*; quadratum enim ſpeculum, ait Ariſt. faciem ſolum refert. Rotundum etiam corpus in omnibus his quos refert Euangelium virtutis alicuius facies reſplenduit, in Maria verò & corpus & anima, ita vt propoſita mundo in die natali admirationem excitarit. *Viderunt eam filiæ Sion,* & P. Salazar c. 25. n. 7. & num. 19.

DOCTORES ET PATRES.

Liber generationis Ieſu Chriſti. Thronus eſt Maria de ebore grandis. lib. 3. Reg. c. 10. Damianus ſerm. 1. de natiuitate Virginis. *In quo* dignè ab omnibus coleretur, & ſuſpiceretur Chriſtus, cùm eum in lucem efferret Mater. *Per quam ſancta Trinitas in vniuerſo orbe glorificatur & adoratur.* S. Cyrillus Hieroſol. hom. 1. de virgine. & S. Method. Martyr. *Deus tuis factus eſt indigus, in admirabilem illam incarnationem quam aliquando non habuit, Deo mutuo dediſti.* Materia diuerſa throni, pretioſa, illoſtriſque genealogia narratur à Matthæo. *Patriarchæ, Iudices, Reges. Filij Dauid.* Dauid præmittitur, nam in ipſa natiuitate & conceptu iam aliquid regium prælucet, & reginam Mariam præoſtendit. *Ab æterno ordinata ſum.* Alia lectio, *à ſæculo principi inaugurata, aut initiata ſum Regina.* Vide verba Fulberti ſerm. de natiuit. Virginis, & apud P. Salazar de conceptione c. 14. n. 11. & c. 32. n. 1. D. Bernardinus tom. 1. ſerm. 61. a. 3. c. 6. *Tot creaturæ ſeruiunt Mariæ, quot ſeruiunt Trinitati,* &c. imò & ſuiipſius imperium habuit, cui appetitiones obtemperabant.

Abraham genuit. Iam columba iſta erat in foraminibus petræ, Patriarchis ſcilicet ſanctiſſimis, & in cauerna maceriæ. Iſai. 51. *Attendite ad patriam vnde exciſi eſtis, & ad cauernam laci,* &c. ibi in vtero ſterili materno iam columba pura ſine felle in matrem electa es.

SCHOLASTICI.

Vide 3. p. q. 31. a. 2. & 3. & q. 4 a. 6. & aliis. Vide Suarez & P. Caniſium. *Liber.* Suppl. q. 89. a. 1. & 1. p. q. 24. art. 1.

Generationis. Cur Matthæus ponit ſolùm generationes 42. Lucas autem 77. 3. p. q. 31. art. 3. ad 3. *Iudam & fratres.* Cur fratres Iudæ & Iechoniæ & Phares & Zaram nominat. 3. p q. 31. a. 3. ad 5.

Iudas autem. An Iudas accedendo ad Thamar quam æſtimabat meretricem peccauit. 2. 2. q. 154. art. 2. *de Thamar.* Quare tantùm quatuor

numerantur peccatrices.3.p.q.31.a.3.ad 5.*Ioram genuit Oziam.* Contrarium videtur dici 4. Regum 8.cùm dicatur genuiſſe Ochoziam.3.p.q.31.a.3.ad 4. *Iacob autem genuit Ioſeph.* Lucas dicit Ioſeph eſſe filium Heli. 3.p.q.31.a.3.ad 2.*Virum Mariæ.* De deſponſatione Mariæ 3.p.q.29.per totam. *De qua natus eſt.* Quomodo meruit eſſe mater Dei.3.p.q.2.a.11. & quæſt.35.

RECENTIORES.

*Booz de Raab.*Hoſpitalitas,& fides eius commendantur vt Mariæ vmbra ſit.Paez in epiſt.Iacobi c.2.v.25. §.1.& 2.*Phares.* Diuiſio maceriæ, quia vbi concupiſcentia diuitiarum aut primogenij aut dignitatis eſt, ibi ſciſſuræ & lites.Paez c.4.epiſt.v.1.§.3. Narrantur progenitores illuſtres, quia multum conducit ad filiorum religionem & probitatem parentum religio & probitas.Cant. Moyſis text.2.annot.3.in princ.&c. & infrà.

INTRODVCTIO ex Pſalm. 80. Videatur Hugo Cardinal. Exultate Deo adiutori noſtro, agite memoriam beneficiorum Dei, vt lex iubet, ſed mementote legis gratiæ. Epiſcopus Chriſtopolitanus, nam totum hoc tempus eſt dies liberationis, & expiationis & ſalutis, & humanæ redẽptionis. Et ita Chryſoſtomus.*Hodie fit mundo ſalutis initium, iubilate Deo omnis terra, cantate & exultate & pſallite.* *Buccinate* in Neomenia tuba, ait Hugo Cardinal. *Hoc eſt thema in natiuitate B. Mariæ Virg.quæ etiam eſt in Septembri. Teſtimoniũ in Ioſeph poſuit illum.*Quod eſt hoc teſtimonium. Vide Agellium. Hugo, *Ioſeph eſt in quo poſuit Deus teſtimonium honoris,*1.caſtitatis, *Beatæ Virginis, quia de ipſa prodit agnus immaculatus Chriſtus de qua natus eſt Ieſus.*Vide Cartagena tom. 1. de B.Virgine lib.2.de Euangelio autem agit ab hom.9.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P.Barrad.tom.1.lib.6.c. 5.Maria thronus Salomonico cęleſti,Angelico amplior & ſublimior, in quo magnificaretur Deus. P. Dionyſius Guill. concione habita Marchene anno 1618. Perelegans concio, digna auctore.

Liber. Propter Chriſtum durat memoria progenitorum, delentur cuncta vbi non eſt Chriſtus.Pineda Eccl.c.1.num.11. Maiores Chriſti à Chriſto & Maria ſplendorem accipiunt.Ant.Fern.viſ.2.ſect.7.n.4.

De his quæ præceſſerunt eius natiuitatem, & gratiæ præludia ac præparamenta. P. Salaçar de conceptione.c.12.num.19.20.& 21.&c. Statim ac naſcitur mater Dei dicitur ne quid minus etiam infantiæ eius tribuamus, ſed ſtatim regina à Dauid,ſtatim ab Abrahã ſancto,ſtatim immunis à culpa à Ieſu,vide P. Salazar c.12.n.10.& c.30.num.1.& quo pacto mater etiam fidelium facta eſt.cap.31.n.6.& de Euangelio. *Beatus venter.*cap.4.n.11.& de ſpirituali maternitate.c.12.n.12. Talem Virginis natiuitatem exigebat victoria dæmonis, quæ per mulierem fieri debebat.c.19.n.12. Regia dignitas tam in Dauide affulget. *Filij Dauid,* & in ſua natiuitate decorabat Mariam.c.5.n.8.A reciproca nobilitate parentum & talis filiæ eius dignitas & immunitas probatur. c.10.n.11. Nec mirũ eſt in natiuitate de eius agere conceptione. Hoc feſtum etiam de conceptione tenebatur, & colebatur.cap.36.num.2.& n.3.& 10. *Filij Dauid.* Sicut malum punicum ſtatim coronam oſtẽdit, ſic Maria in hac arbore in Dauide regiam dignitatem à primo inſtanti oſtentat. Pineda Salom. præuio indice verbo *Maria.*

NOSTRA.

Diſcurſus quintus vſque ad medium huic poteſt feſtiuitati aptari, & n.18.19.

Filij Dauid. Iam iuxta peccatorem adeſt Deus qui antea omnes execrabatur.d.172.n.1.& d.178.n.7. & 180.n.11.

Abraham. Quare ab eo incipit? quaſi à firmiſſimo clauo,à quo pendebant generationes & Chriſtus. præl.9.n.4.

Iſaac. Pudicitia per 20. annos nullam ſibi adſciſcendo vxorem præter Rebeccam.d.100.n.3.& 5.& ita iuxta Regem Chriſtum ſunt. d. 174.n.6.&c.

*Iacob genuit Iudam.*Iacob tribulatio,lucta & femoris vulnus,aut dolor, quid denotet in filiis ſuis Iudæis,& præterea quid boni protendat. P. Alcazar vide indice verbo *Iacob.* Deuictæ naturæ notas gerit, ideſt,inſigne caſtitatis portat ad videndum Deum.d.174.n.6.

Iudas autem genuit Phares. A ventre diligentia, vt obtineamus per gratiam quod natura non dat iut ad gloriam.d.18.n.34.& 39.& 19. n.20. & 21.

*De qua natus eſt Ieſus.*Sicut Chriſtus humilitate ſua cùm caput eius eſt Deus Deum & omnia ad ſe tanquam centrum pertraxit, ſic Maria dum ſe inclinat Chriſto facta eſt. *Lectulus eius floridus. Lectulus* propter amorem humilem, *floridus vel flos ipſi,es como vna roſa. Ego flos campi.* Nazianz.& 3.Patres, & quaſi plantatio roſæ in Iericho. Nam, vt ait Baſilius, roſa tunc carebat ſpinis, poſtea verò pulcritudini floris iunctæ ſunt ſpinæ, vt nos afficiamur dolore recordatione delicti. Maria verò roſa in hac generationum ſerie ſine ſpinis eſt.

In exaltatione S. Crucis. Ioan.12.*Nunc iudicium eſt mundi.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Tolet. Mald. P. Salm.tom.8.tract.56.

INTRODVCTIO ex Apoc.5.*& vidi in dextera ſedentis librum.* Cantatur Chriſto gloria, & exaltatur pro menſura dolorum & ærumnarum. Liber humanitas Chriſti eſt. Bern. ſerm.1.de reſurrectione, in quem ſeptem ſigilla amor iniecit incredibilia,indigna Deo;ideòque abſcondita. Primum eſt impotentia in Omnipotente exaltatur. *Dignus eſt accipere virtutem.* 2.Paupertas in Deo ditiſſimo exaltatur. *Dignus eſt accipere diuinitatem*, vel, vt eſt in Græco, *diuitias, llamenle el rico.* 3. Stultitia in ipſa ſapientia prædicatur. *Dignus eſt accipere ſapientiam.* 4.Dedecus in Deo gloriæ exaltatur. *Dignus eſt accipere honorem.* 5.Dolor in Deo impaſſibili exaltatur, *Dignus eſt accipere gloriam.* 6. Mirabile eſt fuiſſe quaſi à Patre derelictum. Sed prædicatur, *dignus eſt accipere benedictionem.* 7. Mors in Deo.Huic morti cãtatur gloria,*dignus es Domine accipere librum,& aperire ſignacula eius, quoniam occiſus es.* Hæc ſigillatim expende, omnia enim hæc attributa vni cruci data reperies tanquam nouæ matri & regeneratrici.

ALIA ex Pſalm.93.2.*Exaltare qui iudicas terram.* Vide Domine omniũ creaturarum plauſum, quia iudicem & aduocatum habemus. *Flumina plaudent manu*, &c. Quoniam venit iudicare terram,& quia ſedes iudiciaria erit lignum crucis, *tunc exultabunt omnia ligna ſiluarum.*

DOCTORES ET PATRES.

Nunc iudicium eſt mundi. Iuditium cum miſericordia vtpote à Chriſto crucifixo veniens. *De vultu tuo iudicium meum prodeat*; ibi enim erat liberans & perſoluens in ipſo tribunali. *Benedictum lignum per quod fit iuſtitia.* Sapientia 14. De cruce exponit Ambroſius Pſalm. 118.octona. 8. ad illa verba, *deprecabor vultum tuum.* Si de arca Noë ſit ſenſus,vide Aug. tract.2.in Ioan. *Inſtituit Chriſtus lignum quo mare tranſeamus, nemo enim poteſt tranſire mare huius ſaculi,niſi cruce Chriſti portatus.*

Digitized by Google

tatus. Voluptatúmque mundi iudicium factum eſt iudicium miſericordia pleniſſimũ pœnitentia. Bern. ſerm. 6. in Cant.

Nunc Princeps huius mundi. Vide qualem Principem habeant mundani rectores tenebrarum Epheſ. 6. Vide ſi procederent fideles noctu, & pompam regerent cæci, qualis ſeruaretur ordo. Sicut monſtra quę videmus ortum habent. *Impetrat eſt in loco iudicij*, &c. Vos veró vt filij lucis ambulate. Gladius, crux aduersùs dæmones. Iſai. 27. *Viſitabit Dominus*, Septuaginta, *colubrum fugientem*, fugit enim crucem. Cyrillus in Iſai. 27. *Serpentem nominat Satanam: acerbus eſt, & venena iaculator, & ad hæc timidus, ſemper enim ei eſt familiare fugere.* Gladius amoris. Bern. ſerm. 20. in Cant. *Super omnia reddit amabilem te.* Greg. lib. 17. moral. c. 18. *Cauerna verò.*

Et ego ſi exaltatus fuero omnia traham. Orbem enim vniuerſum in funiculis charitatis irretiuit, & obſtrictos traxit homines. Gregor. hom. 22. in Euangel. Per hanc electi, &c.

SCHOLASTICI.

De exaltatione Chriſti per mortem ſuam. 3. p. q. 49. art. 3. ad argumenta.

Nunc princeps. 3. p. q. 49. a. 2. q. 44. art. 1. ad 2. *Nunc iudicium eſt.* Ad hoc iudicium vide 3. p. q. 59. art. 3. & ad argumenta. Item in ſupplem. q. 90. a. 1. *Omnia traham ad me.* 1. 2. q. 109. a. 3. Item, *princeps huius mundi.* 1. p. q. 64. a. 1. Item de myſterio crucis. 3. p. q. 46. art. 4. & de crucis adoratione. 3. p. q. 25. art. 4. *Oportet exaltari.* An Chriſtus debuerit pati in cruce. 3. p. q. 46. art. 4. *Propter quod & Deus.* An Chriſtus per ſuam paſſionem meruerit exaltari. 3. p. q. 49. art. 6. & 53. a. 1. & 59. a. 3. & donauit illi nomen. 3. p. q. 49. a. 6.

Vide infrà de communi Martyrum. *Niſi granum*, Ioan. 10. & quæ ſunt in 2. claſſe crucis myſterio aptiſſima eſſe comperies.

Omnia traham. Ambroſ. ſerm. 12. in Pſalm. 118. *Mortuus eſt enim peccato vt Deo viueret*, hoc eſt, peccato ſumus in illo mortui, &c.

RECENTIORES.

Triumphat anima per crucem de concupiſcentiis, & exaltatur in nobis. Paez in epiſt. Iacobi c. 4. v. 1. §. 1. & 2. in medio. Exaltatus Chriſtus orbem ad ſe rapuit. c. 4. v. 4. §. 2. poſt med. in verba Ioan. 3. *Iudicium eſt mundi*; quia perfecto amore Chriſti in cruce pellendus eſt foras mũdus. c. 4. v. 4. §. 3. Gloriatur in cruce Chriſtus, quia ſalus eſt noſtra. text. 1. annot. 5. in Cant. Moyſis. poſt principium annotationis. *Iudicium mundi*, & victoria de illo. Cant. Moyſis text. 2. annot. 2. pag. ante fin. *Nunc iudicium eſt mundi.* Diabolus etiam affixus eſt cruci. Soto maior Cant. pag. 450. col. 2. Cruce vel ſignatu ſolùm fugamus dæmones. pag. 688. col. 1. Qui etiam auditio crucis nomine contremiſcunt. pag. 713. col. 2. Cæterùm magnum eſt hoc aſpectare victum leonem, & pag. 810. col. 2. Crux Chriſto Regnum quomodo nouo titulo contulerit. Agellius Pſalm. 95. v. 9. Virga virtutis emiſſa ex Sion. Pſal. 109. v. 2. Non iudicauit ſolùm, ſed contriuit montes ſæculi, hoc eſt, principes. Agellius Cant. Habac. v. 5. fol. 797. col. 1.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 3. lib. 7. cap. 15. &c. *Nunc iudicium eſt mundi.* Et cur non ante iudicauit. P. Pineda Eccl. c. 8. v. 11. num. 8. 9. & 10. Extra ſe & extra mundum eſſe videtur vt ſupplicium infligat mundo, ideo dicitur, ecce Dominus egredietur vt viſitet iniquitatem habitatoris terræ, &c. Ant. Fernand. viſ. 15. Ezechielis ſect. 2. n. 2. & 3. De ſigno crucis quo ſignabantur fideles apud Ezechielem Ant. Fernand. viſ. 16. ſect. 2. n. 6. Eius aduentus per crucem ad iudicium videtur, explicatur Ezech. 10. Anton. Fernand. viſ. 16. ſect. 1. Princeps mundi eiicitur foras, nam in eis qui obſtinati ſunt, & non credunt, foris eſt, hi autem quaſi ſal erudiunt fideles. Ant. Fernand. viſ. 20. ſect. 6. n. 2. Quomodo pulſus ſit dæmon, & ſolus regnet Chriſtus, viſ. 21. ſect. 8. Regum ſubita abolitio poſt pompam, viſ. 22. commentario 2. fol. 590. & antè in ſect. præcedenti. Deſcribitur faſtus & ſuperbia dæmonis in leone, gallo, &c. ſed deprimitur à Chriſto. viſ. 24. ſect. 3. De crucis victoria & arcano ſub ipſa latente P. Pineda Salomone præuio 391. 1. c. & 416. 2. e. &c. *Eiicitur foras.* Chriſti triumphus & currus gloriæ in cruce. 281. 1. a, b. Quatuor virtutes quibus mundum triumphat, ibid. c. Quatuor Angeli quadrigæ Dei crucifixi. col. 2. c. Chriſti regnum æternum. 284. 1. e. vſque 285. 2. c. *Omnia traham.* Prædicationis venatione & crucis aucupio. P. Salaçar Prou. c. 8. n. 413. & 414. *Omnia traham.* Dominio videlicet. c. 8. num. 99. & 110. & 111.

NOSTRA.

Nunc iudicium eſt mundi. Iam incipit crux, iudicium, quod finiet poſtea contra inimicos ſuos. d. 61. n. 10. Vnde iam deflere poſſumus impios & inimicos crucis quaſi damnandos. d. 60. n. 58 & quare inimici. d. 61. n. 19.

Nunc Princeps huius mundi. Dæmon, titulus ſine re, nihil habet ſuum quod promittat. d. 43. n. 21.

Eiicietur foras. Non tam potentia, quàm iuſtitia. d. 55. n. 8.

Et ego ſi exaltatus fuero à terra, i. dæmon tyrannicè & rapiendo ad ſe pertrahit animas, ego verò blandè & amatoriè proſequendo illas diſc. 243 n. 2 Victoria eius per amorem, d. 138. n. 24 d. 89. n. 16.

Omnia traham. E crucis paxillo omnia pendent, & omnis gloria domus Dei in illum tracta glorioſior facta eſt. Humilitas, caſtitas, paupertas, & omnia attributa diuina, omnis item ſtatus. d. 11. n. 15.

Ad meipſum. Hoc intendebat tandem per opera paſſionis & reſurrectionis ad ſe reuocare creaturam, à ſe profectam & conditam, & catenam medio magnete, i. humanitate iterum contexere, & eò vnde exierat reuocare. d. 67. n. 5. & d. 177. n. 1. Hoc meditabatur ſecum. & d. 144. n. 5.

Sicut Moyſes exaltauit. Mors Chriſti vitam intulit in mundum. d. 153. n. 1. & 2. & d. 24. n. 15.

In feſto ſancti Matthæi Apoſt. Matth. 9 *Vidit Ieſus hominem.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Mald. P. Salm. tom. 4. part. 1. tract. 27.

INTRODVCTIO ex Eccl. c. 2. v. 20. *Vnde ceſſans*, &c. Vide in Pineda conſequentiam iſtam, & quare ſe conuertit ad aliud inſtitutum. v. 18. & 19. ante iſtum.

ALIA ex Iſai. 23. 18. *& erunt negotiationes eius, & mercedes eius ſanctificatæ Domino, non condentur, neque reponentur*, &c. Iam cupidi nullam aliam agent negotiationem quàm ſalutis, iam humanarum rerum ſtudia ad diuina traducentur. *Non reponetur in horreo, neque theſaurizabitur*, ait Aquila; non enim frumentum abſcondent vt carius vendi poſſit, &c. Vide verſiones Septuaginta, *Nõ ipſis congregabitur, ſed habitantibus ante Dominum*, &c. Præclara verba in Septuaginta. Mutatio quidem dextræ diuinæ eo maior, quo magis auaritia ſolet à cura cæleſtium, imò ab ſpe gloriæ remotior eſſe Dauid, *quoniam non cognoui litteraturam*, negotiationem, numerum, *introibo*, &c. Nam qui dixit negotia, dixit negotiationes, & dolos, Oſeæ 2. *Circundedit me in negotiatione Ephraim*, alia lectio habet, *& in dolo*,

lo miſmo es tratar que mentir vender que engañar. Gen. 45. repleuit bonis fratres,& ait Ioſeph, *ne iraſcamini in via.* Thomas Anglicus, habetis iam iurgiorum materiam diuitias , ne iraſcamini. Vides ergo mirabilem Matthæi mutationem,&c.

DOCTORES ET PATRES.

Vidit Ieſus hominem. Eſt homo marcidus indigens recuperatione, &c. Hunc reſpicit Deus. Dionyſius de diuinis nominibus. *Deus eſt conuertens , & reducens eos qui diuinam in ſe corruperunt imaginem.* Sed quare oculis reformat cùm manu finxerit hominem ? quia ad creandum ſat eſt intelligatur attributum potentiæ , reformatio verò omnia attributa popoſcere videtur,quia, vt ait Thomas, *opus aut bonum gratiæ vnius maius eſt ; quàm bonum naturæ totius vniuerſi.* 1.2.q.113.a.9.

Sequere me. Vox inſpirationis gladius eſt in ore filij hominis ex vtraque parte acutus, ea vna vt ſoluat impedimenta & funes peccatorum,altera vt interficiat & damnet, ſi vt par eſt non excipiatur. Ambr. in Cant.c.5. *Aperi mihi. Vult ergo te in omnibus vigilare momentis , vult ianuam tuæ mentis ſemper inuenire patentem* Illuminat Inſpiratio , ait Gaiet. *Spiritum nolite extinguere.* Manum porrigit. Verbo videlicet concionatoris , nam ſicut verbum prædicatũ ſubſtituitur pro verbo Dei, ſic etiam brachium dicitur , ſicut & verbum Dei. Prouer. 1. *Vocaui & renuiſtis,extendi manum meam , & non fuit qui aſpiceret.* Lyra videatur ibi. Voa & amatoria & blanda, *aperi mihi,* Ambroſius, *aperi mihi,quia decurſo orbe terrarum,*&c. Cant. 5. alias expoſitiones eius vide.

Sequutus eſt eum. Videt vtique vbi erat & ſtatum peccati, tu verò qui hęc ignoras perſiſtis in peccando. Ieremiæ 2. *Scito & vide quàm malum,*&c. Machar. hom. 28. *Velutis iſi domus Dominum habitantem habeat tenebroſa & vilis redditur & impletur ſordibus,*&c.

Vide P. Salazar Prou. indice primi tomi, v. *Gratia.*

SCHOLASTICI.

Ingens miraculum conuerſio publicani. 3.p.q.44.art.3.ad 1.& q.43. art. 4. ad 1. & 2. ideo ad fiduciam excitatur peccator. 1. p. quæſt. 48. art.4.

Sequere me. An non ſit ſatis ad perfectionem relinquere omnia niſi ſequamur Chriſtum. 2.2.q.184.a. 3.ad 1. *Sequutus eſt eum.* Vide in feſto ſancti Andreæ claſſe Scholaſt. hic. *Multiplicamini.* De conuictu peccatorum vide Euangelium Dom. 3. poſt octauam Pentecoſt. hic claſſe Scholaſt. *Quare cum peccatoribus.* 3. p. q.4.art.6. Tota quæſtio & articulus huc faciunt, indéque fit vitam eius in exteriori eſſe communem , vt meliùs animos conciliaret. 3. p. q. 40.a.1. vide Suarez. *Non eſt opus valentibus medicus.* 3.p.q.61.a.2.& 48.a. 10. Difficultates omnes ſuperat Deus ne in peccatis maneat peccator. liquet hoc Exodi 7. Poterat (ait Abulenſis) Pharao arti magicæ Moyſis qui in terra Madian vixerat miracula tribuere; ergo detur virga Aaroni. *Tolle virgam.*

RECENTIORES.

Ipſe præoccupat & vocat peccatores. Ceruantes Sap. 6. theor. 54, 55. præſertim 56. Quanti meriti fuerit ſapientiam anteferre diuitiis. Ceruantes Sap. 7. v. 7. theor. 34. Marcidum hominem & ab imagine Dei deſciſcentem excitat , animat, perficit. Paez in c. 3. epiſt. Iacobi verſ. 9. §. 4. etiamſi obmurmurent Phariſæi , & maledicant imagini Dei, ibid. *Sedentem in telonio.* Quaſi diceret in cubilibus leonum, fraudum,&c. tunc dictum eſt illi, veni. Soto maior pag. 809. col. 1.& ſeq.& 811. & 812. col. 2. Sedentes in via perfectionis excitat quantocyus à telonio. pag. 817. *Sequere me.* Vox Chriſti quàm efficax. pag. 519. col. 2. Relicto telonio ; quid enim pecunia ad Chriſtum. pag. 638. Domo egredi opus eſt ad quærendum Chriſtum. 641. col. 1. *Non eſt opus valentibus medicus.* Infirmioribus, non nobilioribus debitores ſumus. pag. 1037. col. 2. *Sedentem in telonio.* Ghislerius in Cant. habet elenchũ, & quæ ſequuntur pag. 209. col. 1. Solicitudo & ſtudium rebus ſæcularibus. ibid. col. 2. *& ſurgens ſequutus eſt eum.* pag. 3221.& 737. col. 1.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 2. lib. 5. c. 21. 22.

Sedentem in telonio. Vana & laborioſa anxietatéque plena occupatio. Pineda in Eccl. c. 1. v. 14. n. 1.& 2. Labor inanis,& ſtudium ſtultum. c. 2. v. 18. n. 1. Auaritiæ inſatiabilitas, quam abſtulit Chriſtus à Matthæo, c. 5. v. 9. n. 4. 6. 7. Mirabilis curatio Matthæi ab auaritiæ morbo. c. 5. v. 12. n. 2. De auaritiæ incommodis & comparatione cum abortiuo, c. 6. v. 3 n. 7. ſed præcipuè c. 6. v. 4. Mercatoris munus ad beneficentiam inſtitui debet , & à lege Dei minimè recedere. c. 7. v. 19. n. 4. Multum deuiat à prima rectitudine qui ſe immiſcet multis negotiis & numeris. cap. 7. v. 30. num. 16. etſi deficit in editione Hiſpalenſi ante n. 17. Negotiatio auara diuitum *diſtentio* dicitur. c. 8. v. 16. n. 2. Electio diuina omnino voluntaria, & vanos eſſe humanos conatus. cap 9 Eccl. v. 11. P. Pineda num. 6. 7. & 8. Vide claſſe 2. doctorum, *eſt homo marcidus* , &c. ad hoc vide c. 9. Eccl. Pineda v. 11. pręſertim n. 22. in Ioſeph præfiguratus & mirabilis metamorphoſis. Ant. Fernand. viſ. 3. in præf n. 5. Per eleemoſynas monſtra iſta peccati ad Chriſti normam reformabantur, Publicani, inquam. Ant. Fernand, viſ. 22. ſect. 3. Commentario 2. fol. 596. Quale pondus fœnerandi à ſe excuſſit. Ant. Fernand. viſ. 34 ſect. 3. num. 2. *Sequere me.* Verbo vocat, vt oſtendat non tantùm excitare, ſed robur præſtare ad agendum. Salazar Prou. c. 1. n 244. & ad voces ſigna ſolet adhibere vt tanquam ſurdos peccatores reuocet. cap. 1. num. 250. Pluribus aliis modis vocat. ibid. n. 254.

NOSTRA.

Diſcurſ. 1. n. 9. 10. &c. *Vidit Ieſus,* &c. Mirabilis virtus oculorum Chriſti. d. 110. 34. Multa etiam vide d. 175. n. 7. & ſeq.

Hominem, marcidum, indigentem recuperatione. d. 1. n. 11. Vide d. 3. n. 7. & d. 37. n. 8.

Quaſi per luſum recuperat perditum peccatorem. d. 176. n. 6.

Sedentem in telonio. Periculum negotiationis & auaritiæ incommoda, diſc. 105. num. 4. & 5. Ipſi ſe immiſcent negotiis. diſc. 105. 5. & 10. Reddent rationem. d. 166. num. 12. Senſum mali amitiit,& ſic perſeuerat in ſtatu peccati. d. 164. num. 14. Ex ſe non poteſt reſurgere ad gratiam. d. 175. n. 10.

Præteriens videt , vocat , & quaſi ludens trahit & venatur. diſc. 176. num. 6.

Sequere me. Promptè exequenda & obtemperanda vox Dei. d. 12. n. 7. & 8. & 21. n. 22. & 23. n. 15. & 29. n. 12. Vocatio Apoſtolorum mirabilis. d. 177. n. 16. & 17.

Relictis omnibus. Quantis liberauit incommodis. diſc. 173. num. 5. & 175. num. 8. & d. 181. num. 3. & 181. 6.

Et murmurabant. Sed non conuertebantur. d. 176. n. 8.

Hic peccatores. diſc. 69. num. 17. Quàm ardenter amat peccatores. ibid. Non plus vltrà detractor perambulare poteſt lingua , quàm cùm ad detrahendum diuinis tranſilit. diſc. 93. num. 14. Vide *Detractio.*

In feſto ſancti Michaëlis. Matth. 18. *Acceſſerunt diſcipuli.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Mald. P.Salm.tom. 4.part.3 tract.7.

INTRODVCTIO ex Iſaiæ 59. n. 4. *Non eſt qui inuocet iuſtitiam*, &c. per vim enim dignitates obeunt. *Confidunt in nihilo*, vel quia indigni ſunt, vel quia niſi caturbetur vnus, non aſcendit alter, & ita in priuatione confidunt, & vt ait Poëta, *Paſcitur in viuis, poſt fata quieſcit*, ablato enim alio à proſperitate viuit ambitio. Vide qualis Rea eſſet qui de nihilo Rea eſſet? *Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem.* Inuidos enim ſuperbus concipit, ſicut puella virgo cum iactura honoris dolorem, & præ pudore non audet deſiderium patere, ſed tandem ſeipſum prodit. *Oua aſpidum.* Foris alba, intus veneno plena, nam, vt Plut. Leo occidit vt deuoret, aſpis vt perimat, & vt ſic ſecurus viuat. *Telas aranearũ.* ea viſceribus artes & induſtrias capiendi texunt. *Et quod confotum eſt, erumpet in regulum*; ambitio enim quid eſt niſi Rex paruulus in regno ſuo. Confringantur igitur à Chriſto, aliàs enim vide quæ monſtra pariat. Climacbus grado 22. ſcalæ. *Superbia eſt Dei abnegatio*, ideo dicitur eis, *niſi conuerſi fueritis. Inuentio dæmonum, condemnationis mater, ſterilitatis augmentum, diuini adiutorij expulſio, caſus monſtra, iracundia fons, compaſſionis ignoratio*, tiam dum agit de paſſione Chriſtus, *ipſi acceſſerunt.*

DOCTORES ET PATRES.

Acceſſerunt ad Ieſum. En inuidia diaboli intrauit in Eccleſiam. Th.q. 63.1.p.a. 3. *Diabolus abſque omni dubio peccauit appetendo eſſe Deus.* Aug. *Elatione inflatus voluit eſſe Deus.* q.113. veteris & noui Teſtam.tom.4. Noluit æqualitatem, ſed ſimilitudinem, vel quia gloriam ſine gratia, vel in ſeipſo beatitudinem conſtituendo. Nota verba Thomæ. In hoc appetiit eſſe ſimilis Deo, quia appetiit vt finem vltimum beatitudinis, id ad quod virtute ſuæ naturæ poterat peruenire, *auertens ſuum appetitum a beatitudine ſupernaturali, quæ eſt ex gratia.* In eo ignorantia non fuit, nec paſſio in voluntate, bene tamen error & inaduertentia, dum perfectiones ſuas ad Deum non retulit. Hic autem error contigit dum amori creaturarum intentus eſt. O tremendũ verbum ſi creaturarum amor diſtrahunt angelicam mentem, & à diuinis auocant, quid non timeat terreus homo qui totus eſt in eorum amore. Iob 4. *Ecce qui ſeruiunt ei*, &c.

Quis eorum videretur. Tertullian. lib. de præſcriptione contra Marcionem. *Nunquam melius proficitur quàm in caſtris rebellium, vbi ipſum eſſe illic promereri eſt, en los motines dan ſe los officios a los amotinados atajo para medrar leuantar vn motin.* In caſtris verò Chriſti humilitas primum locum tenet. Guarric. *Humilitas vexillum Chriſti.* Chryſoſt. homil. 3. in Matth. *Minimum Angeli eorum*, ordo eorum & officia. ex Bern. lib. 5. de conſideratione ad Eugen. colum.2. Hebr. 1. & Matth. 18. *Putemus hos præeſſe*, &c.

SCHOLASTICI.

Primò de Angelis, 2. de cuſtode, 3. de Michaele Eccleſiæ cuſtode, 4. de Euangelio.

Angeli.

1.p.q.50.art.1. de numero Angelorum. 1.p q. 50.a. 2. Non diſcurrit. 1.p.q.58. Miniſterium & opus 1.p.q. 58.art.6. ad 2. Amor Dei. 1. p. q. 61. Beatitudo 1.p.q.62. Peccatum 1. p. q 63. Diſtinctio eorum 1.p.q. 108. De inuidia diabolica Paca in Cant. Moyſis text.14. annot. vnita per totam, vſque ad finem.

Cuſtos.

1.p.q.113. Cuius Hierarchiæ ſit. 1.p.q.112. Quomodo illuminet. 1. p.q.11. Non eſt cur timeamus. 1. p. q.109.a.4.

Michael.

1.p. q.113.art. 3. tota pro ſua apparitione.

Euangelium.

Ne contemnatis. 2.2.q.47. Quàm grauis ſit iſte contemptus. 2.2.q.99. art.8. Quo pacto vindicat has iniurias. 2.2.q. 99.a.1. ad 3. Quantus honor debetur iuſto. 2.2. q. 80. Scandala 1.p.q.44 art. 1. Imputatur peccatum ibi. 1. p. q. 63. Suſpendatur mola. 1.2.q.20. art. 5. & 1. p. quæſt. 113. art. 2.

RECENTIORES.

Quis eorum videretur eſſe maior. Turpis contentio ambientium eſſe ſolet. Paca in epiſt. Iacobi c. 3.v. 1. §. 1. Non ſint contentiones inter Eccleſiæ miniſtros. cap. 3. v. 14. §. 4. Superbis reſiſtit Deus, nec reſpondet eis. c 4.v.6. § 4. 5. & 7.

Sicut paruulus iſte. Cant. Moyſis text. 3.4.5. annot. 11. in Matth. c. 18. vt eſt in margine capiũt ſibi honores, & ſeuerè puniuntur. Cant. Moyſis text. 3.4.5. annot. 12. ab illis verbis, *in quam ſententiam.* Sicut paruuli text. 7. annotat. 2. *Si manus tua, vel pes tuus*, &c. Abſcindẽdæ prauæ ſocietates. Cant. Moyſis text. 8. annot. 2. à princ. & in hæc verba, *Hanc etiam doctrinam.* Angelorum peccatum, & alia circa illud. Cant. Moyſis text. 13. annot. 3. ante fin. *Et aduocans Ieſus paruulum.* Quanta facilitate & blanditiis ad ſe rapuit genus humanum. Soto maior pag. 336. col. 2. ſed præſertim pag. 937. col. 2. *Quicumque ergo humiliauerit ſe.* Cognitionem ſui ſuadet, atque adeò veram illam ſcientiam Chriſto dignam, & nouam. pag. 91. col. 2. *Reges gentium.* Quænam ratio gubernandi ei placeat. pag. 1133. col. 2 & pag. 217. col. 2. & pag. 219. Vide Ghiſlerium in Cant. vbi habet elenchum Euangeliorum.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 1. lib. 10. c. 33. &c. P. Cornel. in Paulum. Vide in indice Euangeliorum ante fin. de hoc appetitu honoris Pineda in Eccl. cap. 1. verſ. 14. Maximè in locum Ieremiæ 14. *Onagri*, &c. Salazar Prou. 10. verſ. 4.

Vide piſcatores, aſſumunt ſibi honores, & ſicut filij aquilæ, ſtruthiones volare tentant, vnde dignitates nec ſapientibus, nec velocibus dantur. P. Pineda c. 9. in Eccl. v. 11. longè, maximè n. 9. & 12. & 19. Ambitioſi idẽ et tyranni & ſeuiæ. 10. v. 8. n. 18. *Angeli eorum.* De eorum notitia multiplici variis officiis, &c. Ant. Fernand. viſ. 13. ſect 8. & 9. Inter bonos Angelos diſſidia non ſunt, ſed ſumma noſtri cura. viſ. 26. ſect. 3. Mirabilis ambitio aliquorum, viſ. 31. ſect. 1. n. 4 Filiorum Dauid, & maximè Adoniæ ambitus an ipſi Dauid fuerit exploratus, & quàm impeoſè hos ſpiritus retundere debent parentes. Pineda Salomone præuio 15. 1. c. Cur non coronatus. 75. 1. b. Parallela ingenioſa ibid. & 95. 1. b. Mutat ſpiritus malos Chriſtus, & homines ad ſua miniſteria aptat. Bened. Fern. *Scandala* 3. ſect. 31. n. 2. & c. 1. ſect. 6. n. 2. & c. 3. ſect. 10. num. 1. & c. 3. ſect. 14. num. 6.

Angeli eorum. De ſancto Michaele vide P. Ant Fernand. viſ. 29. ſect. 2. Angeli tutelares contra dæmones nocturnos & meridianos. ibid. ſect. 3. n. 1. Poteſtas ſupra poteſtates terrenas. ibid. n. 4. & 5.

NOSTRA.

Lapſus Angeli ex leuitate. d. 131. 1. Notitiam myſteriorum habuerunt ab Eccleſia. d. 88. 0. 2. De lapſu Angeli. d. 159. 21.

INTRODVCTIO fieri poteſt ex d. 89. n. 1. & ſeq.

Quis putas maior eſt. Vaniſſima homo, & gloriæ cupidus. d. 126. ss.

& eodem d.ante num.7.& 8, Vnde hæc ſuperbia hominibus.d. 131. 9. Audaciſſimi & quaſi amentes fiunt ambitioſi.d.76.n.3. Ambitionis audacia,fatuitas,temeritas, medicina, &c.d.81.n.10.vſque ad fin.

Et aduocans Ieſus paruulum. Humilitas menſura gloriæ, & prima requiritur poſt fidem & gratiam ad ſpiritualem regenerationem, diſc. 11.n.13.

Niſi efficiamini. Reducit eos ad gradum ſuum, vt vitam quietam habeant, & non gemant ſub onere ſuperbiæ.d.125. 18. Difficultas renationis ſapientibus præſertim & noprincipibus,præl.1.n.1.& ſeq.

Quicumque ergo humiliauerit ſe, exaltabitur. Vtique ſicut Chriſtus ipſe.d.72.n. 27. Omnibus indicitur humiliatio poſtquam Chriſtus ſeipſum demiſit. d. 74. num. 12. & 77.n.7.

Sicut paruulus iſte. Ipſe Chriſtus eſt qui profondè ſe abiecit.d.74. n. 11.11.13.

Angeli eorum ſemper vident. Si vident,quomodo deſiderant videre: hæc & alia vide Greg. in c. 18. lib. 18.moral.& lib. 2. cap. 2. *Aſſiterunt quadam die filij Dei.* Vide Pineda Eccl.c.10.v.20.n.12.

In feſto ſanctorum Simonis & Iudæ.Ioan.15.*Hæc mando vobis.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Tolet. Maldon.P. Salm.tom.9.tract.60.

INTRODVCTIO.2. Cor.15.n.18. *Qui dedit miniſterium reconciliationis*, &c. Vide Paez in Cant. Moyſis text. 7. annotatione 3. ab illis verbis, *oſtendit inſuper quatuor folia*, ante finem.

ALIA. Armat & inſtruit amore ad bella diſcipulos, *quia fortis eſt vt mors dilectio*, &c. Cant. 8. 6. amori enim ſicut & morti nihil obſtat, ideo prouocabat ad certamen D. Paulus omnia creata, ſciens ſuperaturum omnia: præterea amor eſt vnio qua ſtatus & exercitus in amore viuunt,& conſeruantur:ſicut mortis memoria etiam leuat labores & ærumnas vitæ. Onera proximorum tolerantur pro menſura amoris. Gregorius in Ezech. hom.15.*Tantùm quiſque portat proximum ſuum*, &c. & qui amat proximum, habet ex parte ſua Deum auxiliatorem. Auguſt.tract.7. in Ioan. *Nemo dicat,in hominem pecco: quomodo non peccas in Deum, quando in dilectionem peccas,ſi Deus dilectio eſt.*

ALIA ad perferenda & ſuperanda odia mundi qui ſeruos Dei & Chriſtum *odio habet gratis*. O quantum præſtat vnio fraterna, vide inſt. de patientia 57. Maximè cùm iniqui ſecum concordant in perniciem iuſti. Chryſoſt. homil. 88. in Matth. 27.*Tunc milites congregauerunt ad eum*,& Pſal.34.19.

DOCTORES ET PATRES.

Hæc mando vobis,i. hanc volo eſſe notam ouium mearum. Nam noſſe myſteria omnia non eſt ſignum viui Chriſtiani,nam in mortuis reperitur. Sit vtique in fronte ſacerdotis nomen ineffabile Dei. Exodi 18.33. Cæterùm adde ad hæc motum,pedes,& tintinnabula cum malo granatis,nam ſi amor non cōſonat ſcientiæ,*nihil ſum*. Aug. tract. 5.in epiſt.1.Ioannis. *Dilectio ſola diſcernit in filios Dei, & filios diaboli; ſignent ſe omnes ſigno crucis; reſpondeant omnes Amen: baptizentur omnes, intrent omnes Eccleſiam, faciant parietes baſilicarum, non diſcernuntur filij Dei à filiis diaboli, niſi charitate.* *Hæc mando*, i. hæc eſt ſumma bonorum quæ vobis teſtamento relinquo. Trithemius homil.13.ad Monachos. *Theſaurus eſt indeficiens amor Dei & proximi, quem qui poſſidet cunctis mundi locupletibus eſt ditior,quo qui caret, omnibus pauperibus eſt miſerior.*

Inuicem. Ne claudicet charitas. Auguſtin. Pſalm. 33. *Pedes tui charitas tua. Duos pedes habeto, noli eſſe claudus. Qui ſunt duo pedes, duo præcepta charit.* Frigeſcit hæc charitas. D. Maximus ſerm. 9. qui eſt inter ſermones D. Ambroſij. *Hæc ſub Apoſtolis fuit*,&c. *Si mundus vos odit.* Amor proteget vos, & vnio charitatis. Ex cuius defectu inermes erant Gentiles. P.Chryſol.ſerm 101. *Qui totus eloquentia.* Vide inſtitutionem de patientia 57 tom.2.

SCHOLASTICI.

Hæc mando. De charitate. 2.2.q. 13.& ſeq. De dilectione proximi. 2. 2.q.25.a.1.&44.a. 7. De dilectione inimicorum.2. 2.q 25.a. 8. & 9. *Me priorem odio.* An Deus poſſit odio haberi.2.2.q.34.a.1.per totū, & a.1. An ex inuidia occiſus Chriſtus. 3. p.q.47.art.3.ad 3.& 6.ad 2.*Ego elegi vos de mundo.* An homo poſſit reſurgere à peccato ſine auxilio gratiæ. 1.2.q.109.a.7. per totum. An Deus quos elegit faciat idoneos. 3. p. q. 27.a.4.in corp. *Sed hæc omnia.* Quæ ſit cauſa martyrij. 2. 2. q.124.art.5. *Si non veniſſem.* An ergo nullum peccatum habent ad quos Chriſtus non venit. 2. 2. q.10.art.1. in corp. Bonauentura tomo 1.opuſc.de modo prædicandi, vbi agit de Apoſtolis. *Signum* Chriſtiani charitas. B. Chryſoſtomus.1.Corinth.hom. 32. *Quemadmodum veſtes. De mundo non eſtis.* Tertullian. in lib.ad Martyres, *ſi cogitemus ipſum magis mundum.* De hac fuga mundi etiam dum ſumus in mundo, vide P. Barrad. tom. 4. lib.4.c.21.n.6.

RECENTIORES.

Hæc mando. Ceruantes Sap.cap.2. theor.48.vſque in 60.c.3.theor.1. vſque 39.c.4.theor.13.14.c. 5. theor. 1.2, 22. 23. *Iam non dicam vos ſeruos.* Paez in epiſt. Iacobi rationem reddit.c.1.v.24.§.1 Regalis lex; cur dicta hæc lex charitatis. Paez c.2.v.8. §. 1. Quocumque peccato læditur charitas.verſ. 10.in expoſitione literæ ex Auguſt.in Ioan.13. Beneficentia in proximos.cap 2.v.12.§. 2. *Mando.* Vnus eſt legiſlator, tu ne iudices, ſed cole amicum & proximum.c.4.v. 12. in expoſitione literæ. *Iam non dicam vos ſeruos.* Et quo pacto ſuos reputet inimicos noſtros,aliaque plura de amicitia Dei. Paez Cant. Moyſis text.7.annot. 3. *Maiorem hac dilectionem* De hac vera amicitia Cant. Moyſis text. 7. annot.3. *Hoc ipſum.* in verba Ioan. 15. Latum mandatum Dei. ibid. inferiùs in Pſal.118.

Dixi amicos. Et quales debent eſſe ne opus ſit fugere eorum conſortia. Cant. Moyſis text. 8. annot. 2. longè. *Mando vobis.* Vno dilectionis mandato teſtamentum concluſit Soto maior in Cant.pag.77.col. 2. *Vt diligatis inuicem.* Minime graue mandatum, præcipuè amanti. pag. 96.col.1. *Inuicem.* pag. 80. col. 1. & 1011. col. 2. Vltio Domino Deo deferenda, à te charitas exigitur. Agellius Pſalm.93.v. 1. Vide Ghislerium in elencho Euangeliorum.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P.Barrad.tom.4. lib.4.cap.19. P. Pineda in Eccl. c. 4. v. 9. 10. & 11. De hac mutua ſocietate & beneuolentia multa vide, maximè v. 12. n. 1. Hæc ſæpius mandat Chriſtus & concionator iteratò doctrinam ſanam repetat.c.6.v.1.n. 2. *Scitote quia me priorem odio habuit.* Ant. Fernand. viſ.6.fol.191.& ſect.5.fol.198.*Maiorem hac dilectionem.* Chriſti amor erga nos.Ant.Fernand.viſ.13. comment.2.ſect.3.n.2.fol.397.

In hoc cognoſcent vos. Fons fidelis hominis charitas. viſ.18.ſect.8. De altari holocauſti vide viſ. 18. ſect. 11. & accommoda altari martyrij & igni charitatis,& odio mundi,de quo agit Euangelium.

Mando. Non eſt verbum prophanum,ſed domeſticum & proprium Eccleſiæ, in qua Deus volūtatem ſuam declaraturum prædixit.

Digitized by Google

nit Iſai.62.cap.4. *Vocaberis voluntas mea in ea*, quia viri illi Apoſtolici nihil niſi diuinam iotendebant voluntatem,& huc erat inſigne ſublimitatis eorum.Ant.Fernand.viſ.27. præfatione n.4. *Non vos me elegiſtis*. P.Bened.Fernand.c.3.ſect. 25. n. 3. *Charitatem maiorem nemo habet*. c. 4. ſect.4.n.3. *Non dicam vos ſeruos*. c. 7. ſect.3.n.3.*Oderunt me gratis*.cap. 14. ſect.3.n.5. Concordia commendatur c.1.ſect.10.n.6.& c.2.ſect.3.0.6. &c.Ex charitate fiaot omnia, valde notandum.c.8.ſect 1. o. 3. Charitatis comes patientia,ideo agit de illa Euangelium.c.8.ſect.5.n.7. Concordiæ Chriſtianæ deſcriptio.c.11. ſect.7.n.3.

NOSTRA.

Totus diſc.34.à princ. Hoc agit, & euincit inimicos etiam diligendos. totus item d.166. ſed præcipuè à num.18.& 19.

Hac. In plurali dicit, quia hoc præceptum claudit plura, vide locum Pauli, *quod eſt vinculum perfectionis*.

Vobis.d.36.n.14. & multa de aurea lege charitatis vide eodem diſcurſu, & verb. *Dilectio proximi*, & verb. *Inimicitia*. Vobis qui rationis participes eſtis, nam ſi inſenſibiles creaturæ & bruta hoc faciunt, quanto magis vos.Pſal.147.*Emittit eloquium ſuum terræ, velociter currit*, &c.*qui dat niuem*,hæc omoia præter ſuam naturam, imò & cootra eam obtemperant creatori. *Hoc eſt ergo præceptum meum*. Vide inſtit. 18. de verbo Dei audiendo,& d. 121. & d. 90.n.22.& d.11.

Sicut dilexi vos. Quis poterit attingere talem amandi formam & gradum.Vide Auguſt.Pſal.103.*Qui ambulas ſuper pennas ventorum*. Pennas animatum à quibus ſurſum tolluntur intellige duo præcepta charitatis Dei & proximi, ventus autem animæ ſunt, ſed licèt velis alis, remis veliſque vt aiunt ſequi Deum tuum non poteris, ambulabat enim ille ſuper pennas, i. ſuper omnem dilectionem, maximè cùm in lege veteri Deus videretur ambulare,modò volat,de illo eoim dicitur per Malach. Egredietur vobis timentibus eum ſol iuſtitiæ & ſanitas in pennis eius; quis ergo ſequatur ſolem, & pennas eius, maximè ſi pennarum nomine paſſionis ſuæ tormenta & amorem deſignant. Reſpondetur non teneri ad eandem intenſionem, nec perfectionem,vide *Dilectio proximi*.

In feſto omnium Sanctorum. Matth.5.*Videns Ieſus turbas*.

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Mald.P. Salm. tom5.tract.5.

INTRODVCTIO ex Iacobi c.5. v. 11. *Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt*. Vide Paez hîc. Lorinum, & alios de gloria ſanctorum. Item ex Ieremiæ c.30.v18. Vide verſiones.

ALIA ex Apoc.21.v.10.*& ſuſtulit me in ſpiritu in môtem*,gloriæ enim contemplatio ſuperat omnes montes & mentes, Iſai. cap. 2. & Mich. c.4.*Eleuabitur mons domus Domini in vertice montium*, &c. *& fluent ad eum omnes gentes*, ſicut flumina in mare, facilè, promptè, etiamſi in excelſo monte ſit. & quia *Deus inclinauit cælos, & deſcendit*. Mano attingere, imò & deſceudere ad illos poſſumus, & fluere ſicut flumina iu mare. Vocat *ciuitatem*, & deinde *ſponſam Agni*. Nomina multiplicat,vt vel ſic gloriã exprimat: ſicut Chriſtum *Leonem*, deinde *Agnum occiſum* appellat: amat ergo vt ſponſam,ditat vti vrbem à ſe fundatam. *Deſcendentem de cælo*, occurrit oobis ne omoino fatigemur, & vt faciliùs ab hac die quæ ibi ſunt inueſtigemus.*De cælo*, i. à Deo immediate nata,conſtituta,glorificata,& tali ſponſo ornata. *Ego dilecto meo*. Bernardus,*aut ſponſa in immensũ gloriatur, aut ſponſus in immenſum amat*. & vtrumque verum eſt.Portę duodecim totidem beatitudines ſunt, quas duo Euangeliſtæ diſtinctas poſuere.Portæ oriẽtales ſanctos ab incunabulis deoorant. Meridionales qui tranſlati ſunt, *ne malitia mutaret*,&c. Aquilonares meretricibus & publicanis patent, *memor ero Raab*. Occidentales qui iuſto Dei iudicio in extrema vita à dæmonis poteſtate eripiuntur,&c.

DOCTORES ET PATRES.

De conſideratione cæleſtis patriæ, & beatorum, Bernardus ad Eugen.lib.5.col.3. & 4. maximè ab illis verbis, *cernere eſt*, &c. *Labores*. Meoſura & pignora gloriæ. Chryſoſt. tom. 5. epiſt.7. ad Olympiam. *Dicam aliquid quod opinionem*, &c. Auguſt.Pſalm.55. *Quid eſt in torcular*.Circa titulum. Ambroſ.ſerm. 3.in Pſalm.118.*Retribue ſeruo tuo, viuam*, ſic legit ille, & proſequitur Aug. ſerm.16. de verbis Domini. *Quidquid hic quærebas*. Chryſoſt.hom. 5. vide. *Vis tum de futuris bonis loquitur. Ipſi ſaturabuntur*.Bernard. ſuper, *Ecce nos reliquimus*,ad med. ferè. *Capacem Dei quidquid Deo minus eſt*,&c.

Beati pauperes. Nouum ædificij genus,in quo pauperes ęquales ſint diuitibus ſpiritu, etiãſi impares videantur in externis. D. Leo. *Omnis generis atque ordinis hominum datur in hac vita conſortium, quia poſſunt propoſito eſſe pares,& impares ſenſu*. Vnde cùm dixiſſet Chriſtus, *Quis ex vobis volens turrim ædificare*. Cum deberet dicere, multa a nobis eſſe comparanda,potiùs concludit, *niſi quis renunciauerit*; quia aſcenſus in cælum non fit.Sicut cùm turris ædificatur, ſed potiùs abdicatis iis omnibus quæ homines altos & pręclaros faciunt.Auguſt. de graduum abuſionibus gradu 8.

Merces veſtra in cælo. Quale gaudium quis dicat. Bern. ſerm. de nimia fallacia huius ſæculi. *In remuneratione terrens*.Chryſoſt.hom.5. ad Rom.2.n.7.*Reddet vnicuique. Bona ipſa manifeſtare nequit*.

SCHOLASTICI.

Deſcribe *Sanctum* in communi. 1.2.q.61.a.3.& vnus maior eſt alio. 1.2.q.66.a.2.*Aperiens os*.3.p.q.42.a.4. Quare non in ſcriptis doctrinam ſuã tradidit.*Beati*.1.2.q.2.& q.4.a.7. ad 1. & 3. Item per tot merita & actus qui ibi inculcantur tandem beatitudinem homo conſequitur. 1.2.quæſt.5.art.7.*Pauperes*.1.2.q. 69. art.3.corp.

Quoniam ipſorum. An præmia hæc ſint huius vitæ.1.2.q.69.art.2. An cooueniente enumerentur. 1. 2.q.69.art.2.*Perſecutionem*. Propter eam à bonis operibus non eſt recedendum.1.2.quæſt.69.art.3. ad 5. *Gaudete*.De differentia præmiorum io lege gratiæ quæ eſt perfectorum à lege veteri.1.2.q.99.a.6. *Gaudete*. 1.2.q.31.a.3.& 5.Item ſpes lætificat. 1.2.q.35.a.3. *Merces*.1.2.q.114.art. 1. *Pauperes*, & qui eis ſubuenit, tantundem meretur,ac ſi Chriſto miniſtraret.Booauentura ad medit. 2. p.c.7.Chryſoſt.hom.vlt.in cap. 27. Matth. ad fin. Bonauentura, *Quid continuò anxiaris*.

RECENTIORES.

Beati qui perſecutionem. Paez in Iacobi epiſt.c.1.v.2.§. 1. præſertim ad illa verba, *in quam ſententiam, Beati pauperes*.c.1.verſ.9.§.1.*Beati qui perſecutionem*,&c.cap.1.v.12.§.1.& §. 5. *Beati mites*.Contra iram.c.1.v.19.§. 7.*Beati miſericordes*.c.1. v. 27. §.1.& 2.*Beati pauperes*.Eligũtur ad diuitias regni, & cur.c.2.v.4 §. in ratione 3. *Cum nihil in terra*,& aliis ſeq. de hæreditate cæleſti §.3.

Beati miſericordes. Paez c.2. v. 13. io expoſitione litterali. Qui perſequentur vos imaginem Dei cędunt,

Digitized by Google

vuſmetipſos cuſtodire.Paez c. 3. v. 9.§.5.*Beati qui lugent*.c.4.v.9.§. 1.2. & 3. Infelices immiſericordes qui beatitudinem poſſeut diuitiis obtinere.cap. 5. v.2.§.3. Labores æſtimant iuſti ad beatitudinem comparãdam.c.5.v.7.§. 2.Gaudia cæleſtia nemo exponat:in Caot. Moyſis text.1.annot.4.in fin.*Pauperes*.Cant. Moyſis text. 3.4. 5. annot. 10. poſt verba Iſai. 58. Cur paupertatẽ præmiſit.text.9.annot.5.ab illis verbis, *videndus en hane ſententiam.Beati qui eſuriunt.* De hac fame Ghiſlerius in Cant. pag. 251. & p. 152. Vide ibidem elencbum in Euangelia. *Beati mundo corde*, ſine quo Deus videri nequit.pag.534.col.2.& 198.col.1.

Merces veſtra multa. Cetuantes Sap.5.theor.22.23.Paez in epiſt.Iacobi c. 2. v.4.§.3.Spe tanti præmij ſolus labores quærunt in hac vita iuſti.c.5.v.6.§.2.ſect.8.n.3.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P.Barrad.tom.2.lib. 7. cap. 1. P. Coroel. in Paulum. Vide in indice Euangeliorum ante fin. Vide Lorinum in Pſalm.34. v. 18. *Confitebor tibi in Eccleſia magna.* Erit ergo Eccleſia parua noſtra, bene quidem à Rege qui exinaniuit ſe, à Regina quæ ſe ancillam vocauit.Magnates Regni paruuli ſunt Conſiliarij, paruulus appellat ipſe, & reuelat ſecreta ſua,menſura eſt *ſicut paruuli.* Angusta porta numerus *decem virginibus* comparatur. Opulẽtia paupertas,lacrymæ eſuries,&c.Eccleſia verò cæleſtis magna & graui populo plena.Iſai. 33.

Reſpice Sion ciuitatem ſolemnitatis noſtræ. Vide P. Gaſpar Sanchez, & Ireoæum lib.5. cap. 25. Cyrillus de Hieruſalem cæleſti explicat,& Angeli qui tunc ciues erant animas fatigatas alloquuntur. *Reſpice*, eleua de tormentis oculos,&c.quis dicat quæ hîc præparauit Deus diligentibus ſe.

Beati pauperes, quia oculos intendunt in æterna bona certò obtinenda.Pineda Eccleſiaſtes c. 6. v. 11.n.6. *Gaudete & exultate*, io laboribus ſcilicet, hoc enim melius eſt. c.7.v.4. n. 2. *Beati mites*. de ira vide c.7.Eccl.Pineda v. 10.n.6.& 7.*Beati mundo corde,quoniam ipſi Deum videbunt,& facies*,i. oculi, *commutabuntur*.c.8.v.1.n. 8. & paulo antè. & n. 16. licèt error eſt, nam deeſt n. 1. Beatitudo quanta erit iuſtis ſi impij ſic in vita proſperantur. cap. 8. Eccl,verſ.12.n.2.*Merces veſtra*.c. 9. v.5.n.6.

Beati mites.c.10.v.4. n. 8. pulcrè. *Beati miſericordes*.c. 11. v.1.Picturæ palmarum ſunt iſtæ beatitudines, Ant.Fernand.viſ.18.ſect.8.n.3.

NOSTRA.

Sint ne multi prædeſtinati, & quare pauci, & quàm ſtrenuè ſe geſſerint. d. 19. à 0. 3. & num. 23. multa vide diſc.27 præcipuè n. 15. 17.& 20.

Beati. Ludus eſt & firmat ſponſionem Chriſtus, & approbat calculos, *abonalos tantos que parece valen poco.* Vide longè multa & egregia d.32.n.14.& d.176. n. 15.& d. 185. num.15.

Mites.Manſueti manu Dei,aſſueti in ludo tribulationis. d. 110. 69. num.71.

Octo beatitudines fundamenta cæleſtis Ieruſalem deſcribuntur. d. 186.num.11.

Pauperes. In rebus communibus ſacramenta ſalutis inſtituit, & in rebus exiguis & vilibus,& quibus ſcatet terra beatitudinem poſuit. d.70.n.17.& d.52.n.12.

Mundo corde, d. 54. n. 22.&c.per totam inſtitutionem.

Beati miſericordes.Imò & Deos facit.d.37.n.11.Magna religio.d.105. n.3.Vide *Eleemoſynam.*

Qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam.d. 18.num.35. Fames iſta diligentiam exacuit.Vide *Diligentia.*

Qui perſecutionem,De patientia & fortitudine ſpectaculum & propugnatio dæmonis carnis & mundi d. 24.n.30.Ludus & patientia ſanctorum deſcribitur. d. 110. 69.& antè, item d.144. à num. 21. Integra inſtitutio concio eſt. Dulcior gloria poſt labores.d.183.num. 26. ex Bernardo.

Gaudete & exultate. Vera gaudia. Vide *Gaudium*,& *Lætitia.*

Merces veſtra multa eſt. d. 183. n. 24.26.29.&c. Quanta ſit expenditur.d.185 à n.3.& 4.&c.

De communi Euangeliſtarum. Luc. 10. *Deſignauit Dominus.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Tolet. Mald. P. Salm.tom.4.part.3.tract.58.

INTRODVCTIO ex c.3.Cant.n. 7. *En lectulum Salomonis ſexaginta.* Eccleſia lectulus dicitur, *cama del rey y des canſo de Dios*, cætera in palatiis furari quis poſſet: at lectulum regium quis? *Sexaginta*,i. quamplurimi ambiunt vndequaque. Pſalm. 90.*Scuto circundabit te*.Hæc pericula narrat Iob 5.21.*à flagello linguæ*, &c. & P.Valderrama de Sanctis. Porrò hæc pericula deſcribit etiam Richardus de ſancto Victore annotatione in Pſal. 90. citatum, *Scuto circundabit te.* His omnibus occurrit Euangelium. *Nolite portare*, &c. *tenentes gladios*,agitur enim vita & ſalus Reginæ,i.animę.Item hęc pericula nequaquam nocitura iuſtis deſcribit Iob 5. io ſex tribulationibus, &c.& Bern. ſermone ex variis in hæc verba Iob. *Liberabit te a ſeptima*,non quidem *ne veniat*,&c.

ALIA.Sigillum quo pater ſignet prædeſtinatos dedit filio vt deſignet eos in miniſterio animarum. Vtrumque complexus eſt Dionyſius de diuinis.cap. 2. part. 1. Supereminens illa bonitas ſic eſt tota in rebus ſingulis,à quibus participat quaſi ſigillum quoddam in ſigillatis,& Auguſt.meditatio. c. 30. Tua diuina eſſentia ſemper caret aut caruit materia, licèt non caret forma informata formoſiſſima quam dũ in primis quaſi ſigillum rebus ſingulis à te proculdubio facis differre quo pacto ſignet pater, & deſignat filius, vide hîc in claſſe Societatis.

DOCTORES ET PATRES.

Miſit illos, quaſi virgam virtutis ſuæ pro neceſſitate orbis. Bern. de conſideratione lib.2.col. 4. in illud Marci 19. *Es tu leua oculos quoſdã.* Ad quid miſit? ad tria peragenda, vide Bern.3.de conſideratione col.1.poſt locum Luc. 16. *Quomodo & qui non ſapiunt ſapiant.*

Deſignauit. Quales deſignandi, vide Bernard.4.lib.ad Eugen.col. 4. & 5.poſt verba Luc.14. *In talibus vt opinor*, &c.

Binos, vt ſine cõtentione & inuidia procedant, ex Honorio citat verba Paez io epiſt.Iacobi c. 3.v.14. §.4.*Oculi Eccleſia.*

Sine virga.Dominari ne affectent. Bern. 3. de conſideratione ad Eugen.in principio.*Præſis vt proſis*,&c. auctoritate indigent.Bernard. 4. ad Eugen.col. antepen. in Matth. 24. *Adhuc inutilis eſt ſi tertium deeſt*, &c. i.ſine inſtrumento vindictæ, decet manſuetudo prælatum. Chryſoſt. hom.60. io Ioan. *Eos ergo miſit ad ſeminandum qui non cogerent, ſed docerent,nec vim poteſtatis exercerent*, &c. Baſilius hom. 9. io Pſal. 33. de hac manſuetudine agit. Vnde nequiuit ſuſcitare puerũ Eliſeus dum baculum illi appoſuit. Petrus Damian. de contemptu ſæculi,c. 28. Paez c. 3.verſ.13.§.2.& Ambr. lib.7.in Luc. cap.10.*Non virgas in manu. Neminem ſalutaueritis*.Ambr.ibid.*Conſidera non hoc eſſe ſolum.*

Binos. Mittens iubet vt aurum non ferant in zonis,nam ſtatim eos aurum diuideret & ſepararet. P. Chryſologus ſerm. 1. de filio prodigo.*Cæterum facultates vnitates ſcindunt*, &c. Plura & optima vide ſerm.

ſerm. 12. Bern. ad fratres in eremo, vbi excuſat defectus eorum qui ſaluandis fratribus incumbunt.

SCHOLASTICI.

De hoc Euangelio vide 1. 2. q. 108.a.2.ad 3.& 1 p.q.22.art.3. & q. 103. art. 6. *Deſignauit*. Ipſe eſt cauſa principalis, hic verò miniſterialis in vſu clauium. Supplem. q. 18 a.4. *Mitto vos*, vt abſit à vobis puſillitas animi.2.2.q.133. *Nolite portare ſacculum, neque peram*.2.2.q.185.a.6. ad 2. neque duas tunicas.2.2.q.187. a. 6. *Nolite tranſire de domo in domum*. Si vis agere de his qui facilè ab vna in aliam religionem vel ſtatum migrant, vel de virtute in virtutem, nihil perficientes.2.2.q. 189. art. 8. *Comedite quæ*.2.2.q.187.art. 4. Item docet eos vitam communem in exteriori.3.p.q.40.a. 1.& art.2. ad 1. *Rogate Dominum meſſis*. Deus eſt Dominus & verus Deus.P. Valentia 1. p.diſput.1. q. 1. puncto 1.§.15.ante fin. De pace & de humana ſcientia Bonauentura explicat Eccl. 1. *In multa ſapientia multa eſt indignatio*, impatientiam & anxietates excitat.

RECENTIORES.

Deſignauit. Ceruant. in Sap. fol. 143.210.730. 771. 777. Vt ſint ſcutum terræ, & protectio veritatis, deſignati ſunt.theor.5.cap.3.Sap.§. principes.Et ſunt quaſi ſigilli annulus in manu Dei, & eis deſignat, vt liquet ex Apoc. 2. Ceruant.c.3. theor.18 &c.

Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Hoc eſt, non pœnitet Patrem, poſt mortem meam filios adoptiuos ad mortem mittere, quam reputat eſſe gloriam. Paez in epiſt.Iacobi c.1.v.2.§.1.

Meſſis quidem. Operarij verè pauci dicuntur. Paez in epiſt.Iacobi c.1. v. 18. §. 2. in fine. *Neminem per viam ſalutaueritis*. Silentium quaſi viaticum concedit ad ſalutem. Paez c.3. verſ. 8.§.1.in fin. *Pax huic domui*. Signum euangelicæ ſapientiæ & doctrinæ.cap.3.v.17.§.3.de neceſſitate pacis c.3.v.18.§.1. Bellum ſpirituale ad quod armat milites ſuos. Cant. Moyſis text.3.4.5. annot. 2. Nemo accedat niſi deſignatus.ibid. annot. 12. in locum 3.Reg. 13. & Iudicum 17.num.6.

Quo erat ipſe venturus. Chriſtus enim defert verbum prędicatum in aures audientium, & ita adeſt concionatori verbi. Ghiſlerius in Cant. pag. 350.col.1. *Meſſis*, Euangelium. pag. 881. col. 2. Inopis prædicatorum pag. 722. col. 1. 715. col. 2. & 364. & 605. col. 1. Vide ibidem elenchum in Euangelia.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P.Barrad.tom. 3. lib.2.c.9. Pater ſignat, filius deſignat. Signat Pater eſſentia ſua tanquam Idea hominis, vel Angeli, à qua veſtigium aliquod creatoris participant. Sed vbi verè poteſt dici Deum ſigillum impreſſiſſe, homo eſt. *Faciamus hominem*. Rupertus. *Mutuò ſe exhortant, dicentes: Imprimamos el ſello bien*. 2. Cor. 1. *Qui a vnxit nos Deus*. Vide P. Cornelium & Iuſtinian. Hieron. *Illud ſignatur quod aliquid intrinſecum continet pretioſum*, nempe animam. Anima autem continet Deū & regnum Dei, imò verbo concipit Deum. Eſt ſepulcrum ſoli Chriſto ſignatum. Chryſoſt. homil. 84. in Ioan. *Sepulturam puram, portam vitam optimam. Pone me vt ſignaculum ſuper cor*. Si enim eſt ſigillum in te, rex eſt in te, vbi enim eſt ſigillū, ibi aula, ibi curia eſt. Procul eſt omnia ab anima dummodo ſigillum non abeat. Nec timet tribulationes, quia ſigillū adhuc penes Paulum eſt, *ego enim ſtigmata Domini mei*, &c. Imò nec ſeipſam reſpicit. Clem. Alexand.lib.6.c.5. *Sicut Moyſi, ita animæ iuſti diuina quædam vis bonitatis quaſi intelligentiæ illuminationis imprimitur quoddam apertum iuſtitiæ ſignaculum*. Et ſicut Moyſes ignorabat ſplendorem, ita iſtæ animæ lucem in oratione acceptam neſciunt. Filius item deſignat miniſtros animarum, quas tanti facit, vt ab oculis & manibus, in quibus eas deſcripſit, eas abeſſe non patiatur. Vide claſſem recentiorum, Ceruantes c. 3. theor. 18. *In manibus meis deſcripſi te*. Vnde Tertullianus legit, *foderunt manus, exterminauerint*, hoc doleo, quis non poſſum videre animas in manibus meis deſcriptas.

NOSTRA.

Deſignauit. Annulo inſigniuit, vt ſint Deo à commentariis, ſicut famulus ille Dauid, vt in memoriam referant Deo animas. Vide 1. Paralip. 16.4. Qui recordarentur operum Dei. & verſ. 12. *Recordamini mirabilium eius*.

Miſit. Quàm pretioſa negotiatio animarum.d.69.n. 21. & 22. Signat homo in vultu: ſed quia fallere poteſt, deſignator à Deo. de hac deſignatione P.Pineda Eccl.c.8 v. 1. n. 1. Lux Lucæ prælucebat, ſed multo plus poſtquam electus eſt. ibid. Accommodentur D.Lucæ.

Binos.d.9 n. 21. vt vnionem inter eos velle denotet.d.177.n.12. & 13. Placet illi concordia d.177.n.11. Ad amicitiam inuitat ſodalitas iſta. c.4. Eccl.v.9. Pineda ibid. n. 5. & v. 11.& 12.n.1.

Accinęti ad iter, ſicut peregrinos. Anton. Fernand. viſ.2.ſect.1. num. 2.& 8.

In omnem locum quo erat ipſe venturus. Ipſe experiri voluit omnes tribulationes. P. Anton. Fernand. viſ. 6.ſect.3 n.3. &c. Ipſe dicitur venire per Apoſtolos, & concionatores. Ant.Fernand.viſ.30.ſect. 3.

Sacculum, neque peram. Quis paupertas munit ad pericula, & inſtruit ad tolerantiam.d.133.n.24.

Neque virgam. Nam potiùs alienas poteſtates patienter tolerare debetis. P. Pineda Eccl.cap. 10. verſ. 4 num. 5.

Deſignauit, i. Doctores & medicos conſtituit. Chriſtus decanus eſt, & rector. Eſther 13. *Cùmque indicaſſet omnium rectorem & ſaluatorem Deum*. Auguſt. Omnipotenti enim medico nullus languor inſanabilis occurrit Vide d.11.n.8. Angeli minores medici. Origen. hom. 1. in Ieremiam.

Curauimus Babylonem. Vide verba grauiſſima. Ideo *neminem ſalutaueritis per viam*, i. negotium curandi, & ſanandi, ne obiter & per tranſennam faciatis quaſi aliud agentes. ite ſicut medici, ſed ad curandum. Salutate, pax huic domui, & quæ pax? medici. *Sanate infirmos*, pallidum eſt inſigne medici. Origen. homil. 4. in Cant. quia peccatores quærunt.

De communi Martyrum. Ioan. 12. *Niſi granum frumenti*.

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO, Tolet. Mald. P. Salm. tom 8.tract.35.

INTRODVCTIO.2.Cor. 6. *Exhibeamus noſmet ipſos*, &c. *quaſi morientes, & ecce viuimus*. Videatur Anſelmus ibid. & Paez in epiſt. Iacobi c. 1.v.2.§.1. in hæc verba, *Vnde iam hoc*.& Philip.3. quorum finis interitus Bern. in hæc verba.

ALIA. Tres ſocias habet magnanimitas (ait Ariſt. Ethic.) mortis contemptum, fortitudinem ad tolerandum, magnificentiam ad diſtribuendum. Hæc tria in Chriſto prædicat Iſai. 53. *Oblatus eſt, quia ipſe voluit*. Perpende amorem iſtum, verbo *Amor Chriſti*, & *Paſſio*, & quàm libenter ſeipſum obtulit. *Deū meus volui*, &c. Secundò fortitudo. *Generationem eius*, &c. Radix Dauid, ideſt, fortium parens ſe libenter morti committer, vt innumerabilem prolem generet. Nobilitatem deſignat verbum *generatio*, ſicut ſi quis oſtentui datam, vel in publicam actionem fidei produ-

ſe, diceret equitem, & admirantibus admirationis cauſam adderet, generationem eius plus mirabere ſi ſcire poſſeris qualis genere & nubilitate eſſet eques ille; ſic Iſai. *Cum ſceleratis*, &c. Sed plus miremini ſi generationē eius ego poſſem enarrare. Tertiò magnificentiam oſtendit in cruce, & in præmiis iuſtorum. Laureotius fit in exemplum magnanimitatis, &c. Magnificentia ſumma, ſiquidem pro re viliſſima domus Dei, argento videlicet & pecunia mortem obiit, &c.

DOCTORES ET PATRES.

Niſi granum frumenti. Sicut Chriſtus nomine grani, Patrem nouæ prolis ſe deſignat, ſic nomine terræ crux quaſi noua mater deſignatur, quæ ſicut terra, quia vbi grano vitam aufert, ſe multorum granorum matrem conſtituit. Mantuanus, *Vnde orta eſt humana ſalus in morte abundantiam oſtendit, multum fructum affert.* Nos fructus ſpirituales edileret Bernardus tribus ſermonibus de ſeptem panibus. ſerm. 2. & 3. Quis enim non videat lucem in tenebris, ſapientiam in media ſtultitia crucis oſtendit. *Et cum iniquis reputatur.* Iuſtitia & ſanctitas affulgent, & cùm ſeparatur ab ſponſa, tunc ipſi quaſi caput adiungitur. Greg. lib. 6. moral. c. 12. *Redemptoris mors*, &c Fortitudinem in infirmitate & cruce prodidit. Abac. 3. *Ibi abſcondita eſt fortitudo eius.* Quando, & vbi? Reſpondet Dan. 2. n. 3. *Donec abſciſſus eſt lapis*, I. Chriſtus, qui ſeipſum abiecit, *& percuſſit ſtatuam in pedibus*, demolitus eſt regna, *& factus eſt mōs magnus.* Chryſoſt. homil. 66. ad popul. *Quod bella viuent* (dux) *expediat, & victorias cùm ſit Rex*, &c.

Ipſum ſolum manet. Mortuus eſt ſolus, quia noluit eſſe in hæreditate ſolus. Vide quanti æſtimat animam, vnde Ambroſ. lib. 3. de Spiritu ſancto. c. 18. vocat Iudam *diuitem in æſtimatione, vilem in ſcelere, valio mucho y vendio por poco al vnguento en mucho y el maeſtro y aſimiſmo en nonada.* Emiſſenus hom. 6. de Paſcha. Tam copioſo munere ipſa redemptio agitur, vt homo Deum valere videatur.

SCHOLASTICI.

De martyrio 2. 2. q. 124. Item de gaudio in tormentis. 2. 2. q. 123. a. 5. 6 & 8. Item quàm excellens Baptiſmus ſit. 3. p. q. 66. art. 11. & 12. De laureola martyris ſupplem. q. 96. a. 6. Itē pro vno martyre. 1. p. q. 48. a. 6. *Niſi granum frumēti.* Mortificatio eſt altiſſimus charitatis gradus 2. 2. q. 123. a. 2. *Qui amat animam ſuam.* 2. 2. q. 141. 2. 6. *Qui odit.* 1. 2. q. 59. art. 4. *Honorificabit.* Hæc vera gloria non quæ à mundo eſt. 1. 2. q. 2. art. 2. præſertim ad 3. & a. 3. ad 1. *Qui amat.* 1. 2. q. 77. a. 4. & 5.

Niſi granum. De neceſſitate huius mortis, vel conuenientia. 3. p. q. 46 a. 2. ad 1. & 3. & 3. p. q. 42. in corp. ad fin. *Qui odit*, qua charitate ſe humo diligere debeat. 2. 2. q. 25. a. 4.

Me ſequatur. 2. 2. q. 184. a. 3. & 3. p. q. 46 a. 6 ad 1. *Ipſum ſolum manet.* D. Thom. 1. p. q. 31. a. 3. ad 1. Deus diceretur ſolitarius ſi pluſſ. non eſſent perſonæ diuinæ. Hoc ipſum affirmat Chriſtus ſi animas in cælu non haberet.

RECENTIORES.

Niſi granum. Vide Ceruant. Sap. 3. theor. 1. & ſeq. *Multum fructum affert.* Non ergo dicenda eſt mors, aut tribulatio, Paez in epiſt. Iacobi c. 1. v. 2. §. 1. ab illis verbis, *hoc est amoſſē dit Ambroſius. Qui odit animam ſuam.* Pereat nimius ſui amor. Paez in epiſt. Iacobi c. 2. v. 8. §. 4. Sub ſpecie deſpicabili viſendus eſt pulcer ſponſus Chriſtus. Paez in Cant. Moyſia text. 2 annot. 1. ibi de pulcritudine Chriſti, & annot. 2 ad illa verba, *eſt optimus. Si quis mihi miniſtrat*, ſequamur Chriſtum ducem, text. 13. annot. 1. *Niſi granum*, vni grano, vnitas enim ſymbolum eſt diuinitatis, vt indicet ſe centrum eſſe bonorum omnium. Soto maior Cant. pag. 1101. col. 2. *Mortuum fuerit.* Bona mors & felicior in fructu cùm perire videtur, ſicut crocus ſepultus & conculcatus. pag. 868 col. 2. *Multum fructum affert.* pag. 146. col. 2. De fructu paſſionis Chriſti, pag. 55. col. 2. & 57. col. 2. *Ex morte vita.* pag. 647. col. 2. Ignis & charitatis proprietates vide in Ghislerio in Cant. pag. 927. col. 1. & 929. col. 2. & 932.

Perdet eam. pag. 325. col. 2. Vide ibi elenchum auctoris in Euangelia.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 3. lib. 7. c. 13. Verba ad Tim. 3. vide Magalian, & Iuſtinian. *Manifeſtè magnum eſt ſacramentum*, 1. Chriſtus crucifixus. Cyrillus lib. de fide ad Reginam. *Ænigma ſanctiſſimum ſumma potiùs veneratione ſuſpiciendum, quàm humana doctrina iudicio ſubiiciendum.* Ænigma non facilè debet intelligi, ſed præterea ita diſpoſitæ debent eſſe proprietates, vt intelligenti quaſi dicat, hoc ſum. Addit *manifeſtatum* Quid ais Paule, ſi ſacramentum eſt, quomodo manifeſtatur. Nam etſi in cruce vt granum tritici ſe exinaniuit, at ibi ſeipſum exaltauit, & per opera Theādrica. Areopagita epiſt. ad Caium. Sicut ignis in ſphæra non videtur, at in ſtupa reſplendet; ita inuiſibilis in humanitate qua tegitur prodiit *Quis credet auditui noſtro.* Multa habes in diſcurſu triplici, de grano frumenti. d. 31. 32. & 33. in Iſai. locum, *Parauit Dominus brachium ſuum. Nudauit Dominus.* P. Viegas videatur in hunc locum. In cruce quis non intelligit ænigma, cùm tam nō Chriſtus ſcriptus, ſed depictus eſt: picturam autem quis ruſticus non intelligit? Gal. 3. *O inſenſati Galatæ*, &c. Sicut diues præparat hæreditatem indignis hæredibus, & quibus in delitias abutuntur, ſic Chriſtus laborauit, & ſicut granum tritici emortuus eſt, & generatio eius ac ingrata proles abutitur eius ſudore & ſanguine. P. Pineda Eccleſ. c. v. 22. n. 3. &c. & citat auctores. *Qui odit.* Aſpera videtur doctrina, ſed dulcis eſt. Ant. Fern. viſ. 11. ſect. 1. n. 3. fol. 322. De Chriſto fiet multiplicatio fidelium. Ant. Fern. viſ. 35. ſect. 3. num. 6. &c.

NOSTRA.

Niſi granum. Sub ſpecie tenuiſſima & nomine mortis vitam & gloriam tegit. diſc. 47. per totum. De mortificatione. diſc. 30. n. 28. & diſc. 50.

Si autem mortuum fuerit. Mortuum vocat vt ad vitam ſpiritualem renocet. Præl. 1. n. 11. 12. 13. &c.

Granum. Eſt ænigma ſub quo Chriſti gloria latet, opus eſt ſoluere & intelligere. d. 53. per totum. Quod ibi eſt de grano ſinapis ibi noſtra reſurrectio. 114. 16.

Multum fructum attulit Chriſtus mortuus & crucifixus. d. 62. n. 5 & d. 63. Sponſam ducit crucem ne miremini, ex fructu confortatus eſt Chriſtus non iam ab Angelo. diſc. 110. 19. & 20.

Fructum, & flores quidem. Vide Chriſti reſurgentis gloriam. d. 112. 8. & 9. & d. 115. num. 2. Ne putes ob mortem quid amiſiſſe, nec te ob mortificationem. d. 112. 8. & 9.

Ipſum ſolum manet. Quanti æſtimat animam. d 69. 20.

Mortuum fuerit. Gloria ſepulcri. d. 162. n. 5. & 6. Arcanæ huius prouidentiæ ratio redditur. d. 170. num. 1. 2. & 3.

Qui amat animam ſuam, Actorum 20. nec facio animam meam pretioſiorem quàm me. Bern. ſerm. 30. in Cant.

Quomodo non tua anima tua. Reſpondet, gratia eſt anima animæ, in naturali vita ponunt tres gradus Philoſophi, vel tres vitas. Ego, inquit, vitam animæ, gratiam, tanti facio, vt tres vitas nihili faciam, *Paulus cum medico*, &c. Vide verba.

De communi Martyrum. Ioan. 15. *Ego ſum vitis vera.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO Toler.Mald.P. Salm.tom.9.tract.56.

INTRODVCTIO. *Ad vitis* eſt in Græco, vt denotet benedictionem Iudæ. *Iuda te laudabunt fratres tui,* &c. Ambroſius de Regno Chriſti, *Manus tua in ceruicibus.* Alludit ad currentem qui extendit manum ad hoſtem præcurrentem, *no ſe teiran por pies.* Nam in cruce extendes manus. Euſebius lib.8.demonſtratio. c. 2. *Cùm manus ſuas Christus extendiſſet in cruce, tunc manus eius fugientibus inimicis in tergo inimicorum fuerunt.* Victoria in morte & reſurrectione fuit. *Catulus leonis Iuda ad prædam,* &c. *aſce diſti.* B. da, *ego ſi exaltatus fuero. Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vuam aſinam ſuam.* Depingit agricolam decorum oculis, &c. & vtrumque populum ſibi alligantem, &c. Sed hoc ipſo liberalitas huius regis deſcribitur, nam licèt reges terræ citius petunt & exigunt à ſubditis quàm dent, ſicut rubus: at Chriſtus viti comparatur, quæ rogata vt regnum acceptaret reſpondit, *Nunquid poſſum deſerere vinum meum,* &c. eo enim ipſo quòd in Regē eligeretur tenebatur ad largam ſuorum fructuum diſtributionem. Vnde Chriſtus dum vitem ſe nominat, non tam poſtulat ſanguinem Martyrum, quàm ſuum effundendum proponit.

DOCTORES ET PATRES.

In tentationibus putatio fit, ſed gaudendum. Greg.hom.35.in Euang. in verba Luc.21. *Capillus de capite, Caro inciſa dolet, capillus inciſus non dolet,* &c. Chryſoſtom.hom.5.de fide, annot.in tom.1. Nazianz.orat. 24. *Ex ipſis periculis robur ſancti viri collegerunt.* Auguſt.in Pſalm.36. & in Pſal. 118. *Vires fidei tentatione diſcutiuntur,* &c. Seneca lib. 1. de prouidentia. *Bonum virum Deus in delicijs non habet, experitur, indurat, ſibi illum præparat.*

Qui manet in me. Perſeuerandum in tribulatione. Bern.epiſt.129. *Perſeuerantia meretur eius gloriam,* &c.

Tollent eum & in ignem mittent. Quantum in Deo manere oporteat, & qui à virtute deſciſcunt, etiam à fide ſenſim deficere. Baſilius in Iſai.c.1.poſt illa verba, *Regionem veſtram,* & paulo ante illa, *derelinquetur filia Sion.*

Manete in me. Auxilio Dei naturali & ſupernaturali indiget homo ad cæleſtem finem, vt media ſint apta ad talem finem, & licèt ſine his nihil facere poſſit, non tollitur eius liberum arbitrium. Ambr. ſeu Proſper lib.4.epiſt.33. *Operante ſpiritu Dei,* &c. Greg hom. 9. in Ezech. Concil.II.Arauſic.c.22. *Nemo habet de ſuo niſi mendacium.*

Non ferentem fructum. Fides ſola ſine operibus nihil præſtat. Auguſt. ſerm.22.de verbis Domini. *Domus Dei credendo fundatur, ſperando erigitur, diligendo perficitur.*

Mittetur foras Ingens ſupplicium, *pro nihilo ſaluos facies.* Ianſenius *pro nulla re,* neque pro lacrymis, &c. *ſaluos facies.* Bern.ſerm.49.ex paruis, *exciditur arbor.*

SCHOLASTICI.

Ego ſum vitis. Amputatio iſta actum mortificationis denotat, de qua in præcedenti Euangelio verbo illo, *qui odit,* &, *niſi granum,* in claſſe Scholaſt. *Sine me nihil poteſtis facere,* 1.2 q.109.a 1.& 2.& art.4.ad 2.& q.62.1.& q 9.a.4.& qua ratione nec velle poſſit homo abſque Dei ope. *Nihil poteſtis.* 2.2 q 2. a. 3. & 1 p.q.115.art. 2. *Si quis in me non manſerit.* Perſeuerantia 2.2.q.128. a. 2. in corp. Quod ſemel gratia facit, perpetuum manet, & de gratia retinenda & conſeruanda. 3.p q.85.art. 1.ad 4. Si manſeritis in me, gratia eleuat hominem ad vitam ſupra naturam 1.2.q.110.a.1. Bonauentura tom.2.opuſc. Pro modo prædicandi, vbi agit de Martyribus.

In ignem mittent & ardet. Quis dubitat hoc ſi in ignem mittatur arſurum. Sed iterat verbum more Scripturæ vt veritatem & terribilitatem tormentorum credas. Chryſoſtomus epiſt. 5. ad Theodorum lapſum. *Hic habent triſtia finem.* Vide Barradas citatum in claſſe Societatis.

RECENTIORES.

Ego ſum vitis. De Chriſti morte ac de Sanctorum gloria in morte, Cornant. Sap.3.à theor.1. vſque ad 4. &c. Vineam iſtam amputarunt primi Iudæi, ſed ipſa putationibus creſcebat. Paez in epiſt. Iacobi c. 1. v. 1. & §. 1.& 2.verſ.3. §. 1. ante fin. *Manet in me,* perſeuerando.c.1.v. 4. § 1. & perſiſtendo.cap.1. verſ. 8. §. 2. *Manſerit in vite,* cap. 1. verſ. 24. §. 6. *Sine me nihil poteſtis,* i. ſine fide & gratia Dei, hominum enim gratia nihil præſtat. cap. 2.verſ.13. § 2. ad illa verba, *quòd ſi quis. Sine me nihil poteſtis facere.* c. 4.v 8. in expoſitione litteræ. Ne extollant ſe in his quæ glorioſè peregerint. in Cant.Moyſis text.2 annot.2. in illa verba teſtatur etiam, *ſine me nihil poteſtis.* De manu auxilij diuini, & eius neceſſitate ad opera. ibid. text.6.annot.1. *Vera vitis,* quæ verum vinum dulcedinis affert. Ghiſlerius in Cant.pag. 341. col. 1. Non ſic voluptates ſæculi.pag 994 col.1. Soli veri fructus, non florentes ſolùm, ſicut Angeli pag.345.col 2.

Sine me nihil. Chriſtus principium omnis gratiæ.pag.180.2.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P.Barrad.tom.4.lib.4.c. 14. & c. 21 n.14 & c. 10. Liberalitati vitis vilis multis modis ſordida auaritia opponitur, quæ nec de filiis oblectatur. Pineda in Eccl.c.6. v. 3. n. 1. in expoſitione longiori verſus tertij. *Vos palmites,* i. nolite timere, ſed nec ſuperbire contingat, omnia enim veſtra mea ſunt, & à me dependent.c.9.v.1.n 7. Occultę huius prouidentiæ ratio, & ſymbolum oſtēditur, cur ſinit amputari fideles. c.9.v.13.n. 37. Ad quid ſeruat ligna arida, & palmites abſciſſos, hæreticos & Iudęos? ad eruditionem noſtram. Ant.Fernand.viſ.20.ſect.6. n. 2. *In ignem mittet, & ardet.* Miſerandus exitus.viſ.22.ſect.2.n.1. *Manete in me.* Grauiter fert Deus ſe ab hominibus deſeri. P. Gaſpar Sanchez Ierem.21.n.34. *Sine me nihil.* Spes in homine vana.c. 17.n. 17. col.403. & 17.23.

Mittetur foras & in ignem Inferni deſcriptio, Ierem.2.n.95.col.85. Inferni pœna, Thren 1.n.18.col.1051. *Manete in me.* Infelix qui à Chriſto recedit Bened.Fern.Gen.c. 11. ſect. 2.num.6.

Non ferentem fructum. Chriſtiani ferant Deo fructus.c.2.ſect. 6. n. 5. etiamſi palmites ſunt, in Chriſto tamen fortes ſunt contra dæmonem.c.3.ſect.28 n. 3. Chriſtiano ſatis non eſt eſſe, ſed fructus fundere.cap.9.ſect.12.n.2. Vos palmites, i. glorioſi per ignominiam meam. c. 9.ſect.19.n 3. *Purgabit eum* Chriſtianorum patientia.cap.13.ſect 2.n. 2. *In ignem mittet,* vbi dolor maior eſt ex conſortio damnatorum. cap. 3. ſect.15.n. 2. Ignei montes teſtantur infernum.c.3.ſect.17.n.5.

NOSTRA.

Vitis. Laborioſam vitam ſibi elegit. præl. 2.n. 5. Humilem & abiectam, ſed prole & [illegible] plenam. d. 18.num.14. Quodammodo ſepulta fructus & folia producit.d.32.n. 9.

Vos palmites. Gloria filiorum Dei. d. 7.n. 27. Sed filij ſuperbi ſunt qui humilitate Chriſti abutuntur, & diuitiis eius ad pompam & luxuriam. Vide diſc.31. num. 11. & 32. num. 8.

Manete in me, i. gratiam meam retinete, etiamſi multa pati opus ſit. diſc. 9. n. 36. Et per fidem manete in me, vide *Fides*. Abſciſſus palmes nec fidelis à gratia poteſt fructum ferre ſalutis, & recuperatio eſt difficilis. d. 28. n. 29.

Sicut palmes non poteſt ferre fructum. Opera noſtra indigent gratia & Dei auxilio. d. 170. à n. 7. vſque ad 13. De auxilio efficaci, d. 183. n. 25.

Areſcet ſicut palmes. Nam viuit mortuus. d. 146. n. 21.

Felix mors pro Chriſto, &c. d. 16. num. 19. & d. 25. n. 19. & diſc. 30. num. 28. &c.

Et in ignem mittet, & ardet. Infelix ſors, & quæ morte prima facilè & vili pretio commutatur. d. 16. n. 18. & alia vide *Mortificatio*. De ſecunda morte, inferno videlicet, vide *Infernus*.

De communi plur. Martyrum. Luc. 21. *Cùm audieritis prælia.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Mald. Salm. tom. 4. part. 3. tract. 38.

INTRODVCTIO fiat ex Sap. 3. *Iuſtorum animæ in manu Dei tanquam annuli*, &c. Ceruantes Sap. 3. theor. 1. & 2. & 3. Item fiat ex Exodi 15. 16. *Irruat ſuper eos formido*, &c. Vide Paez in hoc Cant. text. 16. in expoſitione literali.

ALIA ex Zachariæ 6 v. 10. *Sume à transmigratione ab Holdai, & à Tobia, & ab Idaia*, &c. Vide expoſitionē in P. Gaſpar Sanchez, ſin minus in P. Ribera, vel in Caſtro. Iſraëlitis abiectis ſeruitute, & vexatis tribulatione præcipitur vt aurum afferant, quo Ioſedech, hoc eſt, Chriſti typum coronent. Quid enim præſtitit perſecutio quàm aurum, argentum & coronam, ſibi & Chriſto. Iacobi 1. *Beatus vir*. Videatur Paez in hunc locum. Non eſt beatus qui proſperatur. Iſidorus lib. 3. de ſummo bono. *Viri ſancti plus formidant proſpera, quàm aduerſa, quia ſeruos Dei proſpera deiiciunt, aduerſa erudiunt*, & ipſæ aquæ ſicut diluuij aquæ eleuant arcam & Eccleſiam.

ALIA. *Nolite terreri*, ex Pſal. 59. *A timore inimici eripe animam meam*; non ab inimico, dixit, plus nocet timor. Petrus non cœpit negare, donec timuit. Ambroſ. Timuit & cœpit mergi. Sed amor foras mittit timorem. *Charitas autem patiens eſt, benigna eſt, omnia ſuffert*. Ad differentiam ignis qui non fert inimicam aquam, vel in ea extinguitur, charitas verò omnia ſuffert.

DOCTORES ET PATRES.

Nolite terreri. Amici Dei eſtis ſi patientiam tenetis. Chryſologus ſerm. 101. *Ad Dei amicitias ſublimatur*. Opus perfectum habet patientia, quia vel martyrium eſt, vel Martyres facit. Chryſoſt. homil. 33. in 1. ad Cor. & Tertullian. lib. de patient. cap. 15.

Cum audieritis. Nondum adeſt dies iudicij. Hieron. Matth. 24. *Cùm hæc igitur fieri viderimus*. Greg. hom. 35. in Euang. quæ ſequuntur ibid. Hieron. de hæreticis intelligit, & fame verbi Dei.

Nolite terreri. Iuſtus enim non plus terretur, tribulationibus, quàm auditione noui alicuius belli alibi geſti. Regnum enim bonæ conſcientiæ per ſe & procul abeſt à mundanis rebus. Ideo ſicut rex non laceſſitus in bellum non procedit, ſic ob iniuriam vel iacturam temporalium non terretur animus. Habes verba Gregorij inſtit. de patientia. 57. tom. 2.

Oportet primum hæc fieri. Nam ipſe præire voluit patiendo, vt primus ſit in amādo. Iſai 63. *Quis eſt iſte qui venit de Edom*, &c. *Ego qui loquor*, &c. Chryſoſt. 3. tomo de paſſione Domini, ſerm. 6. *Pœnis examinatur dilectio, hinc eſt quòd Chriſtus mortem ſuſcepit peramaram, quoniam vera dominatio eſt ipſa quæ amore imperat, non timore quæ per affectum ſibi & corpora ſubdit & corda.*

Nondū ſtatim finis, non ſimul ingruent omnes tribulationes. Bellum ante coronam. Chryſoſt. tom. 1. ſuper orationem Annæ, *Martyres cùm beatos vocamus*.

SCHOLASTICI.

Cùm audieritis. Prænontiat tribulationes vt præparent animum, & minus doleant 1. 2. q. 42. a. 5. *Nolite timere*. De timore & fortitudine contra timorem vanum. 2. 2. q. 123. præcipuè a. 3. & 4 & q. 125. & 3. p. q. 15. a. 7. ad 1. Os & ſapientiam participatam à Deo. 2. 2. q. 25. a. 2. ad 1. Et de triplici ſapientia. 2. 2. q. 45. a. 1. ad 1. Sapientia eſt de obiecto felicitatis, & ita ſapienter ille prædicabit qui ducit animos ad finem ad quem creati ſunt. 1. 2. q. 66. a. 5. ad 2. De dono ſapientiæ quid ſit. 1. 2. q. 68. a. ad 1. Os & ſapientia donum Spiritus ſancti. 1. p. q. 1. a. 6. ad 3. & 2. 2. q. 45. art. & 4 ad 1. De patientia Martyrum Paez c. 5. v. 10. & 11. &c.

De bello Iudæorum quo extincti fuerunt, &c. P. Barrad. tomo 3. lib. 9. c. 2.

Propter nomen meum. Glorioſa tormenta ad liberandum Chriſtū, 1. Petri 7. *Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis*, &c. quia dignus eſt præmio qui in bello pro defendendo rege ſtrenuè pugnauit.

RECENTIORES.

Cùm audieritis. Prælia nunc ciuilia ſunt, & in lites conuerſa bella tyrannorum. Paez in epiſt. Iacobi c. 4. verſ. 1. §. 3. & 4. Puniuntur hi ſanguinolenti. Cant. Moyſis text. 3. 4. 5. annot. 12. præſertim ab illis verbis, *quòd ſi de ſupplicio*.

Nolite terreri. Naualis conflictus vita & pyratherium. Ceruant. Sap. 2. theor. 12. & paulo antè, & theor. 52. c. 2. vſque ad theor 60. & c. 3. à theor. 1. vſque 40. & c. 4. theor. 13. 14. *Nondum ſtatim finis*. De fine impiorum timendo, Ceruantes Sap. 4. theor. 50. ſol. 275. Quinimo gaudendum eſt vobis in tribulatione. Paez in epiſt. Iacobi c. 1. v. 2. § 1. ad locum Iob 1 *In patientia veſtra*. c. 1. v. 4. §. 1. Paez, *Stabiles eſtote*. c. 1. v. 8. §. 2. & c. 1. v. 12. §. 1. & 2.

Nondum ſtatim finis. Intendite animum ad præmium. c. 5. v. 6. §. 1. Finem enim felicem imponere his quæ cœpit Dei eſt proprium. Cant. Moyſis text. 2. in fin. annot. 4. *Nolite terreri, Dominus pugnat vobiſcum*. Cant. Moyſis text. 3 4 5. annot. 3. ab illis verbis, *quod etiam videre eſt*.

Trademini autem à parentibus, per fallaciam. Paez in Iacobi epiſt. c. 1. v. 8. §. 4 *Ante reges & præſides*. Patientia ſanctorum. c. 5. v. 6. §. 1. & Paez in Cant. Moyſis text. 8. annot. 1. Diabolica eſt perſecutio tyrannorum. text. 9 annot. 3. *Nondum ſtatim finis*. Quia ſolùm temporalia auferre queunt. text. 9 annot. 5. Vide Ghiſlerij elench. in Euangelia.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

Nondum ſtatim finis. Nolite timere gladium tyrannorum, ſed timete iudicem venturum. Eccleſia enim dum in terris eſt ſatis eſt tutata. Vmbra ſponſi, quia etiamſi lilium ſit, & omnibus pateat incurſibus, at ſub vmbra ſponſi ſicut ſub vmbra mali, mala ipſa & tribulationis dulcia ſunt ei. *Dulcis gutturi meo, trabaxos a ſombra de Chriſto ſon buenos de comer*. Nam ſtatim addit, ſecūritatem, *læua eius ſub capite meo*. Pſal. 49. *Sub vmbra manus ſuæ protexit me*. Vide P. Lorinum. Manus Dei Verbum Dei incarnatum, qua fecit quod deitas (poſito decreto incarnationis) efficere non poterat, pati & redimere, quia non accederet ad Deū malum. *Mitte manum tuam de alto, & protegat me vmbra eius* Nam qui habitat in adiutorio Altiſſimi, *in latibulo* habitat, vt alia lectio habet, *in vmbra Omnipotentis commorabitur*. *Sed nondum ſtatim finis*, quaſi dicat, iudicem

cùm futurum timete, diuerſam illam & extremam ſortem. Auguſt. ipſe Chriſtus, *Gladius eſt bis acutus, quem non vibrabit in aduentu,ſed tanquam in vagina humilitatis abſcondit,* vibrabit autem *eum in ſecundo aduentu veniens iuſtis lumine ſuo, & impiis terrore coruſcabit.* Hic eſt finis timendus. Iudicium belluarum more agebant tyranni. Pineda Eccl.c.3. v. 18.n.3.& Tertull. Apologet. cap. 1. *Os & ſapientiam*.c.7.v.10.n. 1:& 2. Dat os & ſapientiam.c.8.v.7.o.5.in fin. Principes tyrannos patienter tolerare.c.10 v.4.n.5. *Nondum ſtatim finis*, i. non conſumemini à tribulatione. Anton. Fernand viſ.6. ſect.3. num.1.&c.

NOSTRA.

Prælium & certamen Chriſtianæ fortitudinis.d.24. n. 30. per totum,& d.30.n 18.

Cùm audieritis prælia. Nullum malum grauius prælio, quia ab homine inimico eſt. Sed nolite terreri, quia temporale eſt,& eſt fortior illo Deus.diſc.155.n.8 Audieritis,omnia mala auditu terrent,æternum malum timendum. Vide *Infernus*.

Nolite terreri. His & aliis terroribus obſidet nos, & quaſi cogit ad cæleſtia aſpirate.d.33.n. 21. & 23. Nam,vt ait Chryſoſtomus hom. 5. ad populum,audiuntur ſolùm prælia, *aſonadas ſon de guerra nomas, calamitatum nomina philoſophantibus ſunt nomina rebus carentia.* Deus venator inſidiantium iuſtos.Pineda Eccl. c. 10.v.8.n.4. vel 5. & aliæ tribulationes latronum & tyrannorum.num. 8.& 10.

Nondum ſtatim finis. Ille nempe, quem à vobis intendit Deus per tribulationem.d.50.n.7.

Finis, hoc eſt, æterna damnatio, maximè timenda.d.64.n.22. Expectare opus eſt finem diuinæ prouidentiæ in laboribus.d. 170. n. 3. Finis tribulationis breuiter & opportunè veniet.diſc. 170. num.7.& 12.& 13.

Nondum ſtatim finis,i.dies vltima non impendet,longanimitate opus eſt ad tolerandos labores, qui antè euenient; ex his autem qualis illa dies futura ſit colligite, nempe ex morte mihi inflicta,propter peccata;ex nece Martyrum, & ea ſuppliciis antiquis quæ licèt grauia ſunt, ſed vix repræſentant illam diem.De mortis Chriſti ſupplicio,d.84.n.11. & de aliis ſuppliciis quæ quotidie fiunt à iudicibus. Hæc dicit antequam veniant labores, quia etux formidinem infert, & aſpera videtur. d62.num.12.& 13.

De communi plur. Martyrum. Matth. 11. *Confiteor tibi Pater.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Mald. P.Salm.tom. 4.part. 3.tract.15.

INTRODVCTIO. Sicut res à nobis longè poſitæ obiectis ſpeculis ad nos vſque eas quodammodo adducimus, ſic Deus à quo creaturæ infinitè diſtant, obiectu ſpeculorum viſibilis quodammodo redditur, & imitabilis. Primo ſpeculo, verbo ſcilicet ſuo,& in natura minimè diuerſo, tota reſplendet diuinitas & characteriſtica imago Patris. *Speculum ſine macula*, &c. Dein in Prophetis etſi procul ſtantibus apparuit in manu Prophetarum,aſſimilatus ſum, mox in Apoſtolis. *Nos autem reuelata facie*,&c. Deinde in Patriarchis, *Benedicto, Franciſco*. In quo & Chriſti & Euangelij viua imago expreſſa videtur. *Confiteor tibi Pater.* Nam ſublata tunica ait, *non habeo patrem niſi in cælis.* Item, *Venite ad me omnes.* Vide locum Sapientiæ inuitantis Prou.9.Sed gratis inuitat Iſai.40. *Omnes ſitientes venite ad aquas, emite abſque argento*; quo pacto emitur,vbi gratis res datur? vtique pro nihilo datur, atque adeò cùm nihil habes in domo Dei,habes quo cælum emere poſſis.Sicut cùm ſub haſta venditur veſtis, vox præconis denuntiat, centum drachmis, vel numis aureis æſtimatur hæc veſtis. Iam centum quinquaginta dantur. Eia equites centum quinquaginta dantur.Sic cælum venale eſt, & ſapientia foris clamitat, reſpõdétque iuſtus, *nihil Domine de propria voluntate.* Eia agite, iam nihil datur pro regno cælorum. Nihil Domine de carnis oblectamentis: iam duplex nihil pro cælo datur, vnum, nihil Domine de diuitiis iam: alterum, nihil datur. En quo pacto diuenditur,& pro nihilo datur.

DOCTORES ET PATRES.

Confitebor tibi. Gratitudo neceſſaria nobis.1.Tim. 4. *Omnis creatura Dei bona eſt,& nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. na da que comiere des os hara mal*; ideo Chriſtus pro omnibus gratiarum actionis debitum ſoluit.

Reuelaſti ea paruulis. Qui alio magiſtro aut proprio iudicio addicti non ſunt,nec ſuperbiunt. Sicut qui ea aliena ſchola ad alterum magiſtrum veniunt.Peluſiota epiſt.440. ad Iſidorum diaconum. *Quemadmodum pueri*, &c. Auguſt. epiſt. 56. ad Dioſcorum,& lib.confeſſ.7.c.7. *Tumore meo ſuperabar abs te*, &c.

Sic placitum eſt. Iudicia Dei non perſcrutanda. Greg lib. 25. moral. c.1. *Exempla humilitatis. Auerte oculos tuos à me.* Cant.6. Vide ibi Theodoret. *Caue ne immoderatius*, &c. Cur elegit Iudam. Vide rationes in diſcurſibus, & verbo *Iudas*; quia iudicat Deus homines ſecundùm id quod ſunt, non ſecundùm id quod futuri ſunt. Et vt patri pendas pecuniam quam commendat furi Deus. Et cùm electus fuit,erat ſicut Saul. *Non erat de filiis Iſraël melior illo*, 1.Reg.9.

Venite ad me omnes. Si omnes vocat,cur pauci ſalui fiunt. Chryſoſt. hom. 40. ad populum *Quod eſſe putatis in ciuitate noſtra*, &c. Pauci dicuntur, ait Auguſt. præ amore eius qui neminem perire vellet. in Pſalm.61.

SCHOLASTICI.

De hoc Euangelio vide in feſto ſancti Matthiæ in claſſe Scholaſt. *Confiteor*, i.gratias ago. Chriſtus verè gratias egit, & de gratiarum actione 2. 2. q. 106. & ipſe confitetur laudem Patri pro confeſſione Martyrum, & quotuplex ſit confeſſio.2.2. q. 3.art.1.ad 1. *Reuelaſti.* 1.2.q.109.a 1. Nemo nouit Patrem. 3.p.q.10.ar. 2. in corp. *Venite ad me omnes.* Vocat ad iugum & onus, vt remuneret abundantiùs. 2.2.q.83.a. 6.per totum.& q.178 a.2. ad 1. & 3. p.q.82.a.6.in corp.

Iugum enim meum. Diſtinguit à lege veteri,de qua Paulus, *Quis me liberabit de corpore mortis huius*, in quo eſt grauior illa, & econtra iſta, vide 1.2.q.107.a.4.ad 1.

Diſcite à me. Chryſoſt. hom. 1.in 1.Corinth. Humilitas duplex.Bern. ſerm.4. de aduentu. Humilitas duplex, altera cognitionis, affectus altera. Cyprian.lib.2.epiſtola 2. Vna placida.

RECENTIORES.

Confiteor tibi. Ceruantes Sap. 7. theor. 50.51.52.ſol3.1.719.731.752. 345.557. *Paruulis.* Reuelat myſteria,& eos exaltat. Paez in Iacobum c. 1. §. 1. Reuelat myſteria petentibus & orãtibus.c.1.v.5.§.2. *Reuelaſti.* Ipſe enim ſolus reuelat.c.3.v.17.§.1. Pacifica & patiens eſt vera ſapiẽtia. §.3. *Paruulis.* Qui ſuadibiles ſunt.c. 3.v.17.§.5. Diſcite à me quia mitis ſum.c. 3. v. 17. §. 6. Humilibus dat gratiam, hoc eſt, omnem gratiam. c.4.v.6. §. 1. & antè in expoſitione litteræ. *Diſcite à me*, & finem meum conſiderate.cap.5. v. 11. in expoſitione litteræ. & §. 1. *Domine cæli.* Omnipotentiæ meminit, vt ad ſpẽ

erigat paruulos. Cant. Moyſis rext. 3.4.5.annot.3.ab illis verbis, *Videndus eſt pro hac re.* Triumphat humilitas de ſuperbia tyranoorum. Cant. Moyſis text. 3.4.5.annot.11. de ſancto Franciſco. Vide plurima in indice. Soto maior in Cant. *Venite ad me omnes, & reuelaſti paruulis.* Naturam Solis liberaliſſimam iodicant. Ita Chriſtus omnes inuitat ad ſalutem. pag. 41. col. 1. *Venite ad me omnes.* Mercator vt Franciſcus quantis antè conficiebatur laboribus. Ghiſl. pag. 98.col. 2. in Cant, ibi elenchum vide in Euaogelia.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P.Barrad.tom.3.lib.2.c.14. Iuſtorum opera apud Deum ſunt, & iudicia ac decreta ſua apud ſe reſeruat, quoniam ſic placitum fuit ante ipſum. Pineda Eccl.c.9.v.1.à n. 1. 8. & 10. Poſſit oe quis ſecurus eſſe de ſua gratia.c.9.v.1.n.31.& 32. *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis.* Vtrūque verbum caplicatur à Pineda. Eccl.cap.10.v.4.n.8.& 10. *Paruulis,* quia hi lucem humiliter & modeſtè ſuſcipiunt. Ant. Fern.viſ 18. ſect. 8. n.3. *Pater* iam dicitur qui antea Dominus. P. Bened. Fernand. Gen.cap. 9.ſect.5.n.3. *Diſcite à me.* c.3.ſect. 11. n.3.& c.8.ſect.1.n.3.& c.11. ſect. 4. n.4.& ſect.9.n.3. *Tollite iugum.* c. 7. ſect.1.n.8.

Diſcite à me. Humilitatem enim Deus homo docoit.c.3.ſect.11.n.5. Ab eo honorata. ibid. *Reuelaſti ea paruulis,* i.gentibus.c.3.ſect. 14. n. 6. Reprobatur ſuperbus.c.3.ſect.14.n. 6. Iudæ cur marſupium dedir Chriſtus.cap. 1.ſect.7.n.6. Eius loco electus Matthias, & conſortium prauum ablatum Apoſtolis.c.1.ſect. 8.o.3. *Venite ad me qui laboratis,* vt labor veſter inanis oon ſit.cap.3.ſect. 38.n.4. Vani labores impiorum.c.4. ſect.11.n.3. Laborum pro Deo fructus.c.8.ſect.1.o.5. *Reficiam vos.* Laborandum poſt quietem.c.8.ſect. 4. n.3. Laborantem Deus ſolatur.c.12. ſect.6.n. 2. Io teſtamcoto veteri labor & crux grauiora. P. Gaſpar Sanch. Ierem.15.num.38. col, 364. Mundi labor inutilis.c.12.num.35. Dat patientiam Deus laboranti. c. 29.num. 11. Durum eſt non habere conſolatorem. Thren.c. 1 n.18.

NOSTRA.

Confiteor tibi Pater, Gratitudinem docet nos Chriſtus, quæ maximè Deo placet, & exigit Pater luminum, à quo omne datum optimum deſcendit.d.173.o. 8. Communia beneficia vt propria tepuranda.d.87.n.15. Bona gratitudinis deſcribuntur.d.87.n.22.

Quia abſcondiſti hac. Dum aufert ab vno, alteri dat. diſc. de ſancto Matthia.

Paruulis. In exiguis enim rebus vis magna reperitur.d.52.num. 2.& ſeq. Humilitatis commendatio. d. 72.n.25.26.

Ita Pater, quoniam ſic placitum. Et hoc ſolum anxietatem tollit ab animis circa oegotium prædeſtinationis. Pater eſt qui prædilexit, & prædeſtinauit.d.19.num.5. & diſc. 136. num.8.

Diſcite à me. d. 72. n. 27. Amor & humilitas idem ſunt.d.72. o. 32. & 33. *Quia mitis ſum.* Facilitas & manſuetudo Chriſti ad capiendas animas.d.184.n.14.d.132.n.23.

Iugum meum ſuaue eſt. Humanum verbum.d.72.num.14.&c.d.154.n. 16. Impiis tantùm dura ſit, & grauis, d.171.n.20.

Venite ad me omnes. Quàm largè omoibus ſalutē promittit. d.172.n. 3. & 4. Pauci quærunt ſalutem, & ideo inuitantur, & alliciuntur. diſc. 134.n.3. Opponit delitias mundi deliriis, ſed ô quanta eſt inter vtraſque diuerſitas. Vide verbo *Delitiæ, Gaudium, Delectatio, Bona temporalia.*

Inuenietis requiem animabus. De his ſpiritualibus delectationibus d. 174.n.17. Quanto ſtudio, præmio, pollicitationibus ad ſe trahere animas voluit, in quo & pretium earum, & amorem oſtendit. Vide verbo *Anima.* Timenda damnatio poſt tantos ſumptus. prælud.9. in fin. & paulo antè.

De communi Martyrum. Luc. 6. *Deſcendens Ieſus de monte.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Toler. Mald. P. Salm. tom. 5. tract. 2.

INTRODVCTIO ex Malachiæ c.4. *Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ,* &c. Sic Deus diſpoſuit res creatas, vt per illas ad diuina cognoſceoda paretur aſcenſus. Sap. 13. *A magnitudine enim ſpeciei,* &c. & Paulus 1.Cor. 13. *Videmus nunc per ſpeculum,* &c. *& in ænigmate fidei,* ita vt rebus creatis non adhæreat animus, ſicut nec ſpeculo, & eius pulcritudini. Sicut cæci Geotiles qui aberrarunt à Deo. *Quorum ſi ſpecie delectati Deos putauerunt, ſciant quanto hic dominator earum ſpecioſior eſt, ſpeciei enim generator hæc omnia conſtituit.* Sap.13. Huic ergo cognitioni viſibilis hæc machina inſeruit. *Sed ecce ego creo cælos nouos.* & in primis ſolem, boc eſt, Chriſtum conſtituit. Ioan.8. *Ego ſum lux mundi.* Nam & ſolem quarta die ante animalia creauit; ſic Chriſtum in medio ſenorum ante ſancta illa animalia, &c. & ſicut ſol in medio cælorum, ſic Chriſtus, *Agnus eſt in medio throni,* regeos terram & cælum. Quatuor igitur hic ſol effectus præſtat, *Orietur vobis,* & ita Euangeliſta ait, *deſcendens de monte ſtetit.* Secundum, *Sol iuſtitiæ* (Doctor) *ſpiritualis,* nempe prædicationis, & inſtaurationis hominis. *Venerunt vt audirent eum.* Tertium, *Sanitas in pennis eius,* i. in radiis eius quam virtutem experti *venerant vt ſanarentur.* Quartum ſumma ad eum exultatione confluxuros populos. *& egrediemini, & ſalietis,* ſicut ait Euangeliſta, *multitudo copioſa.*

DOCTORES ET PATRES.

Deſcendens Ieſus de monte. Humilem plebeculam ſuæ benigoitatis, prædicatiooia & ſacramentorum participem fecit potius quàm nobiles, ſed cooſeruatiooem Eccleſiæ uobilioribus commendauit: attendant tamen omoes nequaquam præſumere debere, ſed iofirmos eſſe & imperfectos. Ambroſ. lib. 5 in Luc.c.6. *In excelſis enim infirmi eſſe non poſſunt,* ne putes te perfectionis cacumen iam tenere: lethale ſignum eſt moribundum ſe ſanum repentè dicere. Sic tu qui heri peccator eras, ſanctitatem vitream iactas, quæ compreſſo halitu fit, & leui ictu frangitur. Ideo Seneca; *Multi ad ſcientiæ culmen peruenißent, niſi iam perueniſſe putaſſent,* oe putes eſſe ſanctum vt ſis.

Sequuti ſunt eum. Iudex diuinus partes & litigantes quærit, vt negotia eorum peragantur citiſſimè. Exodi 18. *Qui iudicent populum omni tempore.* & Exodi 22. priuatur diuioo colloquio Moyſes, vt populo conſulatur. *Deſcende, peccauit populus tuus.*

Videbant ſigna. Ægritudines etiam eos Chriſtum ſequi cogebant. Sicut deountiatio mortis Niniuitas. Chryſoſtomus homil. 5. ad populum. *Orem nouam.* & Pſalm. 31. *Conuerſus ſum in ærumna mea.* Bern. ſerm. 48. in Cant. Spina culpa eſt, ſpina pœna eſt, ſpina falſus frater, ſpina vicinus eſt malus, ſed benè *confixus qui conuerſus exinde eſt.* plus exercuit plaga cinipbum Pharaonem, quàm verba Aaronis. De beatitudinibus vide feſtum omnium ſanctorum.

SCHOLASTICI.

Deſcendens Ieſus. De affabilitate & facilitate comite amicitiæ. 2. 2. q.23.a.1.q.114.art.1. ad 1. Humilitas eſt propriè reſpectu Dei. Sed Ariſt. agit de ea reſpectu vitæ ciuilis. 2.2.q.16.a.1. ad 5. *Quia videbant ſigna.*

ſigna. Ob ſuam vtilitatem concurrebant, nam Deo nihil exhibetur propter vtilitatem eius, ſed propter gloriam eius, & propter vtilitatem noſtrã. 1. 2. q. 81. a. 6. ad 2. & 7. in corp. *Beati pauperes.* Quid beatitudinum nomine intelligatur. 1. 2. q. 69. a. 1. corp. Cur beatus Lucas hic ſolùm quatuor numerauit, Matthæus verò octo. 1. 2. q. 69. a. 1 corp. *Quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* An præmia quæ attribuuntur beatitudinibus pertineant ad hanc vitam. 1. 2. q. 69. a. 2. totum. Cur non alia præmia aſſignantur præter æternam vitam. 1. 2. q 69. a. 4. ad 1. *perſecutionem.* Qui fit vt propter perſecutionem quis à bonis operibus non recedat. 1. 2. q. 69. a. 5. ad 5.

RECENTIORES.

Deſcendens Ieſus de monte. Deſcendit vt lucrifaciat omnes. Suto maior Cant. pag. 92. col. 1. & 97. col. a. Stetit in loco campeſtri velut in arenam deſcendens, opitulaturus ſuis: nec enim ſpectat ſolùm, ſed adiuuat quoque Martyres ſuos. pag. 720. col. a. *Virtus de illo exibat.* pag. 333. col. 1. & 58 col. 2. & 68. col. 1.

Gaudete in illa die. Hic choreis ſimilem eſſe Eccleſiam dicit Salomon ob lætitiam Martyrum, &c. pag. 1152. col. 2. Ceterùm beatus qui in ipſa colluctatione iam præfert ſpeciem reſurgentis. pag. 761. col. 1. *Ecce enim merces veſtra.* Non declarat cuius nam ſit illa merces, vt fidem probet. pag. 806. col. 1. Corona certa, ſicut mali punici. pag. 1090. col. 1. *Voluptate,* & facilitate Chriſti trahebantur populi. Gbiſletius pag. 48 col 1. *Vt ſanarentur,* vt ad medicum veniebant. pag. 56.

Vexabantur à ſpiritibus. Per fragrantiam Chriſti quæ grauis eſt dæmonibus. pag. 27. col. 1. & vide elenchum huius auctoris in Euangelia.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

Diuerſos gradus in Eccleſia fecit Chriſtus deſcendens de monte ſicut fluuius. Ant. Fernand. viſ. 20. ſect. a. Rigauit varios ſtatus, & inſtaurauit veterem hominem. ſect. 3. Etſi deſcendat concionator à contemplatione, & in cura animarum aliquid peccati adhæſerit, gratior tamen eſt Deo quàm quis ſibi tantùm conſulit. Bern. ſerm. 12. ad fratres in eremo. *Quanti Monachales. Beati pauperes.* Paupertatem ſequitur deſpectus. P. Ant. Fern. viſ. 8. col. 230. Pauperes huiuſmodi alit ex crumena diuitum. viſ. 2. ſect. 7. n. 2. col. 91. Ex operibus miſericordiæ contexta corona. viſ. 35. ſect. 3. col. 837. n. 9. Exhortatio ad miſericordiam. viſ. 31. ſect. a. num. 9. col. 766. Oleô miſericordiæ fouetur ſplendor gratiæ. ibid. Miſeria noſtra ſchola eſt miſerendi. viſ. 6. commentatio. 2. ſect. 3. n. 6. col. 192.

Beati qui perſecutionem. Perennis patientia rationale holocauſtum. viſ. 18. ſect. 11. n. 2. col. 483. Patientia vera ſit, non velamentum furoris. ibid. ſect. 10. n. 2. col. 481 *Beati pauperes.* Paupertas Deo dicata. Bened. Fernand. Gen. cap. 7. ſect. 2. n. 4. Origo charitatis mutuæ. c. 13. ſect. 2. num. 2. Mira felicitas c. 14. ſect. 5. Verè pauper qui appetit. ibid. Religioſi pauperes ponte tranſeunt ſæculum. c. 2. ſect. 4. n. 11. & c. 13. ſect. 1. 4. *Patientia.* De patientia vide indicem auctoris.

NOSTRA.

Deſcendens Ieſus de monte. Quàm facilè inueniri poteſt Deus, & multitudo magna eum ſequi poteſt poſt deſcenſum ad nos. diſc. 124. 20. Impensè quærendus eſt à creatura rationali. diſc. 24. n. 14.

Ecce multitudo. Affabilitatem & humanitatem Chriſti ſequebatur multitudo. d. 132. n. 23. & 25. & ſeq. prælud. 4. n. 1.

Audirent. Diuerſa ſors audientium in tanta multitudine. d. 176. n. 8. Libentiores aures præbet Gentilis populus ſignum electionis, & indicium prædeſtinationis; contrà verò Iudæus. d. 106. num. 16. Qualem ſe debet exhibere auditor. diſc. 107 21.

Virtus de illo exibat. Ipſe ſe effundebat, & quaſi venalem imò gratis dabat. Verè Deus à dando & largiendo. d. 37. n. 10. Vide *Deus, & Liberalitas Dei.*

Beati pauperes. Pauperes primò vocantur ad hæreditatem. d. 171. n. 10. Naturalis eſt homini. d. 7. n. 11. reformat hominem. d. 7. n. 9.

Beati qui nunc eſuritis. Deſideria animæ à Deo explentur. d. 158. n. 3. & 4. Beatitudinis conuiuium. Vide *Gloria, & Beatitudo.*

Beati eritis cum vos oderint homines. Satius eſt gratioſos eſſe Deo & amicos, quàm regnio. Ipſe autem ſuſcipit quos mundus abiicit, ideo Beati. Odij & inuidię tragœdiæ, ſed finis glorioſus, videlicet amicitia Dei & gloria, vide *Gratia.*

In communi Confeſſorum.

Matth. 25. *Homo quidam peregrè.*

S. SCRIPTVRA.

Expositio. Mald. P. Salm. tom. 7. tract. 59.

Introdvctio. Spargit quaſi quæ ſeminat bona ſua Deus, ſed in manus ſeruorum, à quibus tanquã terra prouentus exigit ſuos, at ingratitudinis notam incurrunt, quam non canit, ſed deflet ipſe Dauid. Pſalm. 34. 12. *Retribuebant mihi mala pro bonis.* Sed quod altius cor meum penetrat. *Sterilitatem animæ meæ.* Hebraicè, *Schol, orbitas filiorum.* Nam non reddere vinitores fructus, vel turpiter ingratos gratis Deo non reddere ſtatim, etiam antequam veſtes tempeſtatis & naufragij exſiccari poſſent, vt ille alter aiebat. *Me tabula ſacer votiua paries indicat humida, ſuſpendiſſe potenti veſtimenta maris Deo, al punto ſe den gracias alos dioſes antes que ſe exxuguen los veſtidos.* Hæc ergo miſſa facit, at cùm dona & talenta, ex quibus filios Deo poterant Dei miniſtri lucrari, ſterilia reddunt, & filios Dei quaſi propriis manibus extinguunt, ingens crimen eſt.

Alia. Sap. 7. Spiritus ſanctus *vnicus & multiplex*, vide Ceruantes ibid. Sicut enim pictor in tabella varios miſcet colores, quibus variat, illuſtrat & animat imaginem; ſic Spiritus ſanctus vt ex verbis Dei hominem refingat, & reparet pro diuerſitate morum, & ingeniorum; diuerſitas iſta ingeniorum deſcribitur a nobis prælud. 1. Si vis autem diuerſos colores & facies videre, contemplare Ezechielis cap. 1. ibi amore feruentibus Seraphim, humanioribus homo, nobilioribus leo, ingratis trux & acerrimus taurus eſt. Sed hoc ipſum in Euangelio expreſſum inuenies pro diuerſitate ſeruorum.

DOCTORES ET PATRES.

Vni dedit. Imò omnibus, etiam Iudæ. Rationem affert Ambroſ. 1. offic. cap. 16. *Inter duodecim Apoſtolus eſt,* &c.

Iudicium hoc ſeruorum Dei ab aliis conſeruis fit dum illis laborantibus nihil alter ſeruus lucratus eſt. Auguſt. meditatio. c. 4. *Tot iudicibus inops aſtabo, quot me præceſſerunt in opere bono*, & ſemel damnato nemo opem fert, nemo liberare curat. Chryſoſt. hom. 22. ad populum. *Vide talentum habentem eredaum quomodo pro illo intercedet nemo,* &c.

Venit Dominus ſeruorum. Aduentum iſtum ne putes futurum eſſe in die iudicij, ſed antè. Sicut cùm laurea datur Doctori ſummiſſa voce Rector gradũ & doctoratum concedit, quæ omnia poſtea orator & tubæ vocéſque declarant; ſic eãdem ſententiam quam in ſilentio dicet

in

in exitu tuo Chriſtus, proferet deinde *in tuba & voce Angeli. Venient itaque*; quando verò? quis dubitet cùm anni non veniant, ſed pereant, & ſurripiuntur à nobis. Aug. ſerm. 1. de verbis Domini. *Non enim nobis accedunt, ſed magis diſcedunt*, &c. Quis ergo peccat aduentum iſtum expectans? Gregorius lib. 3. moral. cap. 10. *Qui enim conſiderat qualis erit in morte, ſemper erit timidus in operatione.*

Quàm ſecurus erat malus ſeruus, præſumptio iſta & ſecuritas lethalis eſt. Tertullian. de cultu fœminarum, part. 1. cap. 2. *Qui præſumit minus veretur*, &c.

Auari cum abortiuo comparatio videatur in Pineda Eccl. c. 6. v. 3. n. 1. &c. Chriſtus peregrinus, Ant. Fern. viſ. 2. ſect. 1. n. 2.

SCHOLASTICI.

Peregrè proficiſcens. De hac diſtributione donorum & talentorum 1. p. q. 21. art. 1. & 3. *Vni dedit quinque.* Vtendum eſt talento cum magnanimitate. 2. 2. quæſt. 129. a. 3. ad 4. & contra eum qui nihil lucratur. 2. 2. q. 185. art. 1. ad 3. Item honor & dignitas quæ talenta ſunt dantur ad vtilitatem aliorum. 2. 2. q. 131. art. 1. Item ſi talenti nomine intelliguntur, cenſus & redditus eccleſiaſtici & prouentus copiaque fructuum terræ, quo pacto prælatus ea omnia impendere debeat. 2. 2. q. 185. art. 7. Lucratus. 2. 2. q. 214. a. 8.

Pœna non lucrati talenti Matth. 25. explicanda eſt. *Omni enim habenti dabitur, ei autem qui non habet & quod videtur habere auferetur ab eo.* Si non habet, quomodo aliquid ei poteſt auferri? an quia diuitiæ ad diuites vadunt, & nunquam ad pauperem? an quia pauperibus impoſſibilia exiguntur, & tributis obnoxij coguntur ſicut iumenta ſeruire Regi. *Iſachar aſinus fortis factus eſt tributis ſeruiens.* Cæterùm, non habenti aufertur anima, aut ſapientia, quia eam poſſidet quaſi non haberet, & qui vtique in vanum ſuſcepit eam.

RECENTIORES.

Vocauit ſeruos ſuos. Serui vocantur, ſed Domini conſtituuntur à Deo. Paez in epiſt. Iacobi c. 1. §. 1. Dedit omnibus, & nulli deeſt eius largitas. c. 1. v. 5. § 5.

Domine quinque talenta dediſti. Priùs commemorat accepta, & ideo maiora recipit. Idem c. 1. v. 5. §. 6. ad illa verba, *hunc eſt.* Talenta ſunt Dei verba quæ ſi audita non operi mandentur, damnationis ſunt cauſa. Paez ibid. c. 1. v. 22. §. 1.

Serue bone & fidelis. Bonum propter opera, fidelem propter fidem vocat. Igitur opera exhibere oportet. c. 2. v. 14. §. 1. Cooperatio requiritur verſ. 15. & 16. in expoſitione litteræ.

Venit Dominus, rationem exacturus. Caueant prælati. Paez in epiſt. Iacobi c. 3. v. 1. §. 6. Nemo aſſumat ſibi honorem ſi talentum non accepit à Deo. Cant. Moyſis text. 3. 4. 5. annot. 12. in locum 3. Reg. 53.

Supra multa. Cetuantes Sap. 3. thcor. 25. & 26. fol. 231. 233. Cognito merito quod habent opera noſtra ex promiſſione Dei multa bona promittit Deus. Paez in epiſt. Iacobi c. 2. v. 4. §. 3. in fin. & antè. Multa quidem, propter quæ cætera contemnere ſanum conſilium eſt. c. 4. v. 2. §. 2. in principio, & in medio. *Intra in gaudium Domini*, i. verum & magnum. in Cant. Moyſis text. 1. annot. 4. maximè prope finem. vide elenchum in Euangelia Ghiſlerij in Cant.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 3. lib. 10 c. 15.

Otioſum talentum in ſudario abſcondit, quia otioſus non labore caret, ſed mutat in vanam curioſitatem, deſudátque in rebus inutilibus. Pineda in Eccl. c. 2. v. 12. n. 5. & ſeq. & v. 13. n. 6.

De negotio animæ peragendo cuius nulla mortalibus cura eſt, Pineda Eccl. c. 1. v. 13. n. 1.

Seruos ſuos. Vide quàm ingenuè tractat ſeruos. Pineda in Eccl. c. 2. v. 7. *Rationem ponere.* Ad hoc videatur Pſalm. 93. v. 14. *Donec iuſtitia conuertatur in iudicium.* Alia expoſitio eſt Dom. 24. poſt Pentecoſten ſuprà, in claſſe Societatis. Secunda ſit. Nomine *iuſtitiæ* bona opera & ſanctitas ipſa intelligitur. Hæc igitur iuſtitia conuertetur in iudicium, cùm de ipſis bonis operibus iudicium, & diſcuſſio facienda ſit. *Scrutabor Hieruſalem in lucernis*, Sophoniæ 1. id eſt, non ſolùm tenebras examinabo, ſed lucem ipſam. *& cùm accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo.* ad trutinam enim in diſcrimine diſcuſſionis examinabitur pretium earum. Abelis innocentia cum grege & agnis, Cain inuidiæ & homicidij arguendus eſt. Imò eidem dicitur, *Nonne ſi bene egeris, recipies*, Septuaginta, *remittetur tibi.* Quid eſt remittendum ei ſi bene egit? Sed vtique ipſæ iuſtitiæ iudicandæ ſunt, ſicut ſanctitas Iob, cujus teſtimonium ſubdere oportuit. *In omnibus his non peccauit Iob.* Peregrè profectus eſt cùm omnia bona reliquit in manu conſilij hominis. Pineda in Eccl. c. 3. v. 11. Bona ſua habet qui dat. c. 4. v. 9. n. 3. in fin. Expendat ſic diuitias ne turgeſcat auro & auaritia inſatiabili. c. 5. v. 9. n. 4. Poteſtas hæc diſtribuendi à Deo eſt, auaro non conceditur. c 6. v. 2. num. 7. & 8. ſed longiùs v. 4.

NOSTRA.

Vide inſt. 3. poſt diſc. 6. Chriſtus dicitur, *Summa negotij*, & vide *Saluatio*, & *Negotiatio.*

Vni dedit. Ipſe Dominus det & diſtribuat cum ratione & menſura. d. 537. n. 18. & 19. Spargendo fiat eleemoſyna, & alia quam plura, vide Pineda Eccl. c. 11. v. 1.

Peregrè proficiſcens. Terram noſtram ſuam vocat, quia noſtra eſt, vt nos cælum noſtrum dicamus, quia illuc peregrè profectus eſt, & nos peregrini ſimus. Tertullian. Apologet. 1. in principio. Hebr. 11. n. 13. *Profitentes quia peregrini ſunt.* d. 94. n. 3. & n. 6. *à longè eam ſalutantes.*

Profectus eſt. Iam putant impij Deum à ſe longè poſitum, nec facilè ad eos reuerſurum. Sicut Luc. 12. *Moram facit Dominus meus, & cæpit percutere ſeruos.* Tu verò certiſſimus eſto aduentus eius. d. 127. n. 6. & 7. & iam præſentem puta. d. 126. 27. Neſcit homo quem fructum colliget ex hac negotiatione. Pineda Eccl. c. 9. v. 1. n. 4.

Exiget rationem non ſolùm eorum quæ dedis, ſed eorum quæ tu arripuiſti, vel vſurpaſti. Sicut iratus herus erga miniſtrum non ſolùm dati rationem exigit, ſed euoluit etiam thecas eius, & cuncta quæ non niſi expenſis domini haberc poteras, aufert. Ideo iudicium erit de exiguis rebus. d. 128. n. 22, & 166. n. 10. & 281. vbi eſt ſimilitudo principis rationem ab œconomo exigentis. Tempus reſponſionis dicitur hoc iudicium, & exigenda ratio. Pineda Eccl. c. 8. v. 5. n. 5. & 6. & ſolicitudo de iſta ratione reddenda. cap. 8. v. 8. n. 1. Poſt multum verò temporis cur tardat hoc iudicium. cap. 8. v. 11. n. 6. & 7. &c. Rationem ſubditorum exiget. Ant. Fern. viſ. 31. ſect. 1. num. 4.

Intra in gaudium Domini tui. Quale ſit hoc gaudium expenditur. d. 185. ſed præſertim num. 19. & antè. Ineffabile eſt hoc gaudium. d. 186. n. 1. *Fuiſti fidelis in pecunia.* Argumentum magnæ fidelitatis. Pineda Eccl. c. 10. v. 19. n. 18. &c.

In communi Doctorum.
Matth. 5. *Vos eſtis ſal terræ.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO: Mald. Salm. tom. 5. tract. 27.

INTRODVCTIO. *Vos eſtis ſal.* Seorſim poſitum ab aliis aquis, i. gentibus ad condiendas eas Deo, & ad condien

Digitized by Google

condiendas eas Deo, & ad condiendos cibos doctrinæ. De 2. munere ſalis notat Ambroſ. de obitu Theodoſij cùm Gen. 49. Iacob inflixit ſupplicium Leui ob cædem in Sichimis factam, nempe vt diſpergerentur inter Iſraëlitas, id factum eſſe diuina prouidentia, vt Leuitæ quaſi *pauca ſalis mica multam conſeruent à putredine carnem.* quæ ſunt verba Solonis de ſuis cineribus agens poſt mortem ſuam per terram ſpargendis. De ſecundo, quia ſal non eſt cibus, ſed ſapidum facit, i. idipſum quod vel cupitis, vel poſſideris, cum grano ſalis doctrinæ vtiliter poſſideris, in delitiis ſal ſicut Eliſæus proiicite. 2. Reg 20. Obiecta num mortis, ſed perſicitatis, & in honore humilitatem, quæ durat in æternum, infundite in amore vitæ, iuſtitiam mittite quæ in duratione Deo ſimilis eſt. Sap. 6. 7. 8. 9.

Alia. *Vos eſtis lux,* i. nobiles & clari, vidit Deus lucem quòd eſſet bona, *hue dalgo*, & ita diuiſit ab ignobilibus, i. tenebris. Vide Bened. Fernand. Gen. cap. 1. ſect. 6 & 9. n. 9. ſect. 5. n. 1. Nullo tributo ſubiciantur. *Nec ponunt eam ſub modio.* Munera etiam nobilium dat, *purgare, illuminare, perficere.* Dionyſ. Vide præludio 8.

Alia. *Ciuitas.* Quæ omnes ſuſcipit, protuidet, munit. Iſai. 33. *Iſte in excelſis habitabit monumenta ſaxorum.* Penſiones ſunt dignitatis datę Eliacim, i. doctori & Epiſcopo.

DOCTORES ET PATRES.

Sal. Mordeat, etiamſi initas propria eſt doctoris eccleſiaſtici Rup. lib. 8. in Gen. c. 37. Sicut clementia honor eſt principis, &c. Oleaſtro in Leuit. 8. *Moyſes aſſumpſit vnguentum,* &c. Gregorius hom. 40. in Euangel. *Omne cor quod Spiritus ſancti gratia tangitur,* &c. *Sal* pacis. Eſt doctrina Euangelij. c. 3 epiſt. Iacobi. Pacz citat doctores, Nazian. orat. 1. de pace. Sicut ſal conſeruat corpus ne putreſcat, ſic iuſtus rempublicam ne deſtruatur à Deo. Dixerat hoc Damianus de Moyſe in Ægypto perſiſtente, ſed Cant. 4. inuolutè dicitur, *Vulneraſti in vno oculorum,* cùm ita accenſus ſum, ſatis eſt mihi Moyſem vel doctorem proponere.

Sic luceat lux veſtra. Curandum de bono nomine, & lucis exemplo, & oleo honoris, & bonæ famæ. Pacz c. 5. Iacobi v. 8. §. 2. & vide P. Pineda Salomone præuio lib. 2. cap. 6. §. 2. & de ſummo honore eorum Pacz in Cant. Moyſis text. 7. annot. 2. *Vſque tandem,* &c.

Miniſtri Chriſti ſe quaſi ſal in nihilum redigunt, miniſtri mundi alios nihil faciunt, vt ex bo-

Fr. Garcia Evang. C. c. Tom. 2.

nis eorum turgeſcant. diſc. 183. n. 12. & 13. Largas manus habeat. d. 156. num. 19.

Non poteſt ciuitas abſcondi, in qua omnia abundant, & nihil deeſt. Bern. ſerm. 23. ſuper Cant. *Erudimini qui iudicatis terram, diſcite matres ſubditorum vos eſſe, nō dominos.* Chryſoſt. *Perfecta virtus ſibi ſoli vtilis nō eſt, ſed aliis. Lux mundi.* quæ ardeat zelo animarum, ſicut infernus. Quid nō machinatur infernus, vt animam hominis perdat, ſic multa moliatur doctor ad ſalutem animarum. Chryſoſt. 1. Cor. humil. 21. *Militis fortitudinem exhibere,* &c.

SCHOLASTICI.

Doctoribus debetur laureola. Supplem. q. 96. a. 7. & 1. 2. q. 20. a. 5 ad 2. *Vos eſtis ſal.* Veritas quaſi ſal præſeruat. 1. p. q. 16. De virtute veracitatis. 2. 2. q. 109. per totum. *Vos eſtis lux mundi.* 1. p. q. 106. a. 1. & 1. p. q. 65. art. 2. & q. 170. art. 2. Lucerna quæ in vtilitatem aliorum inſumitur, ſic doctor officio ſibi officit. 1. p. q. 92. a. 1. ad 2. *Sub modio.* 3. p. q. 42. a. 3. *Sic luceat.* 1. p. q. 111. a. 1.

Vt videant opera. 2. p. q. 65. art. 2. & q. 70. a. 2. & 2. 2. q. 131. art. 1. *Non veni ſoluere.* 1 p. q. 40. a. 4 & q. 39. a. 1. *Qui ergo ſoluerit.* 1. 2. q. 73. art. 10. & 2. 2. q. 189. 9. *Qui fecerit.* 2. 2. q 16. 2. & 2. 2. q. 111. a. 4. Sal eſſe debent, ideſt, docti & eruditi. Pacz in epiſt. Iacobi c. 3. verſ. 1. §. 3. Doceat & faciat pariter. Pacz ibid. §. 5. Rationem reddet animarum & dignitatis. §. 6. Vide verba Chryſoſtomi. *Ciuitas.* Sapiens caſtus ſit. Pacz c. 3. epiſt. v. 17. §. 2. & c. 5. v. 20. § 1.

RECENTIORES.

Vos eſtis ſal. Ceruantes Sap. 1. theor. 26. c. 3. theor. 30. 31. 34. 35. 36. & c. 5. theor. 13. & c. 6. theor. 2. vſque 9. c. 7. theor. 43. vſq; 53. & 64. & 72. vſq; 75. & 90. & 93. & c. 8. theor. 36.

Qui fecerit & docuerit. Hæc duo ne ſeparentur in prædicatore. Pacz in epiſt. Iacobi c. 1. v. 22. § ex Origene. hom. 27. in Numeros. Opus quidem difficile, nam & Gentes Deum vnum operum fecerunt Iouem, verborum alterum Mercuriū; vnde cùm viderent Paulum & Barnabam eloquentia & miraculis clariſſimos, diuiſerunt hanc prouinciam inter eos, alterum Iouem, alterum Mercurium appellantes. Deus verò noluit vnquam vnum ab altero ſeparari, vnde cùm in Exodo oportuit Aaronem alloqui Pharaonem non ſine virga operatrice mirabilium ingreſſus eſt, vt qui verba etiam facta præferret. Vide P. Viegas. Cur verba Dei tubæ comparantur. Apoc. 1. Concionem igitur habeat ad populum Epiſcopus, ſed

manuum & largitionis eleemoſynæ ne obliuiſcatur. Vide decretum 1. p. diſtinct. 84. cap. 2. *Numiatum eſt nobis.* & diſt. 86. 1. p. c. 6. *Fratrem noſtrum Marianum,* &c. Elegantiſſima verba ex Gregorio. Libertas concionatoris Euangelici in ſale denotatur. Pacz Iacobi c. 1. v. 24. §. 5. Fidelitas in bene operando etiam. c. 2. v. 14. §. 1. ex D. Baſilio ibid. in locum Matthæi 25. Vide Ghiſlerij iudicem in Euangelia.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P. Barrad. tom. 2. lib. 7. c. 13. Multa de ſale n. 19. & de luce, c. 6. Doctoris difficultas in pariendo mentis conceptus parturitioni ſimilis. Pineda in Eccl. c. 1. v. 9. n. 2. non citat Gregorium in Iob 39. 6. de ceruis, *incuruantur ad fœtum*, vide. Vera laus concionatorum à Chriſto, non à vulgo, nec à circumfuſa multitudine. c. 9. v. 11. n. 27. & 28. Iuſtus ſapiens quaſi granum ſalis liberat à corruptione totam ciuitatem, vide c. 9. v. 15. n. 5. Si autem ipſe peccat, etiamſi in vno tantùm delinquat, ad nihilum valet, imò toti vrbi malum minatur. c. 9. v. 18. n. 6. & c. 10. v. 1. n. 3. Si ſal euanuerit, vel ſapiens deliquerit, corrumpit totam Eccleſiam. *Non poteſt ciuitas abſcondi.* Sapiens vbicumque ſit quæritur vt magiſterium teneat. c. 10. v. 10. n. 4. An ſal corrigi poſſit ab alio. c. 10. v. 10. num. 6. Gratia ſal in ſermone ſapientis. c. 10. v. 12. n. 1. &c. Sed caueat ne ſtulteſcat oratio, & infatuetur. ibid. *Ciuitas abſcondi.* Si quis neſcit adire in ciuitatem, & audire ſapientes, ſtultus fit. c. 10. v. 15. n. 1. Compungat animos, & accerſit non nullis, ſicut ſal. c. 12. v. 11. n. 2. Doctrinam acceptam communicent, ſed priùs aſcendant in cælum, quàm de cælo loquantur. Ant. Fern. viſ. 2. ſect. 6. præſertim n. 12. *Non poteſt ciuitas.* Exigitur omnimoda perfectio & ſanctitas. Ant. Fern. viſ. 2. ſect. 1. n. 3. Tardioris linguæ ſunt miniſtri Dei, & mortem illis minatur, quia eis minimè indiget. Ant. Fern. viſ. 6. præfatione n. 11. & 12. *Quòd ſi ſal euanuerit,* redundat in damnum Eccleſiæ viſ. 6. præfatione. num. 18. in monte montes eligit, docet Apoſtolos viſ. 6. ſect. 3. n. 4. Difficultas muneris. viſ. 11. ſect. 2 n. 2. Gratia verò ſuperior ſit omnibus. n. 5.

NOSTRA.

Integra concio eſt præl. 2 n. 2. &c. & altera præl. 6. &c. & d. 156. à n. 18. & 157. per totum.

Sal vitia carpat. d. 25 n. 21. Non incandeſcat peccator cùm mordet correptio, eſt enim ſal præl. 6. n. 6. Ne ſileat concionator, ſal eſt ad

hocnatum.d.25.num. 22. diſc. 51. num.13.

Quòd ſi ſal euanuerit. Nobis aſſignatur non eſſe copioſiorem animarum ſalutem. prælud.1.11. Vide d.96.n.23.& in ſeq.Opportunè mittatur ſal correptionis & cum aliis circunſtantiis.d.153.n.27.

*Lux mundi.*d.22.n. 12. Veritatem dicant,ſicut lux.d. 51. n. 23. & 24. &c.diſc.96.n.23.Peccatores lucem oderunt,& mens obſcuratur. diſc. 23.num.17.

Ciuitas. Non quia in vno loco ſint,ſed diſcurrant,etiam ſecundùm datum ſibi ſpiritum. Ant. Fern. viſ. 24.ſect.1.in fine.

Ciuitas quæ ex multis componitur,& omnia ſunt ad vtilitatem ciuium, & ad oblectationem, vide *Prædicator* latè.

Opera veſtra bona. Vide prælud. 5.integrum.Optimum teſtimonium ex operibus.d. 113. 13. Doctrinam contungit operibus ſciens in prauis doctoribus ſeparandam,*ſuper cat hedram Moyſi*,&c.*Opera eorum nolite facere.* ad hoc Iſai.59.*Oua aſpidum ruperunt,& telas araneæ texuerunt*, &c. Cautè eos audite. Epiphanius: Oua aſpidum euaneſcunt, & tela ſimiliter. Gregorius paſtorali.nam nimia atte telas aranearum ore fabricatis, at ſtatim euaneſcunt, muſcas capitis pauperes, non diuites, vix leue vulnus curat, & inſuper qui comederit ex his ouis morietur.d.113.13. prælud.5.11 & d.24.n.26.& 27.

Fecerit & docuerit. Simul hæc duo. d.48 n.19.& ſeq.& d.50.n.2.3.& 4. d.113.13.& d.90.n 16.& 27.eorum verò defectus notare cæleſte munus eſt, & ſolius Chriſti. Ant. Fern. viſ.33.ſect.1.n.5.

In communi Confeſſorum. Luc.12.*Sint lumbi veſtri.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Tolet.Mald.P. Salm.tom.7.tract.17.

INTRODVCTIO. Cùm non minus pugnent inter ſe vita & mors, quàm ſomnus & vigiliæ, ideo ſub nomine vigiliæ vitam noſtrã agi in vitando ſomno peccati ſæpius intimatur à Saluatore. Vnde concludit S. Chryſoſt. hom. 52. ſuper Matth. *Vigilare ergo eſt iuſtitiam facere, & dormire negligere eſt.* In quo ergo eſt hæc vigilantia. *Sint lumbi veſtri*, hi omnes apparatus nihil aliud continent quàm fidem & opera cum expectatione iudicij,&c.

ALIA. Vtramque Eccleſiam comparat Paulus cælo ſtellis variegato.1. Cor. 15. *Stella ab ſtella differt in claritate*, ita reſurrectio mortuorum.& Philip.2.*Vt ſitis ſinceri, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo.* Tres motus habet cælum, & totidem Doctor. Primus trepidationis in ſe. Secundus à proximo cælo.Tertius à proximo mobili.Sic vos, *ſint lumbi veſtri* timore præcincti. Secundò lucernas gerentes ſapientiæ, proximo communicate. Tertiò vigilantes eſtote vos diuinæ voluntatis, motioni obtemperantes.

ALIA ex Eccl.7. *Ne impiè agas multum, & noli eſſe ſtultus.* Stultus ille eſt & qui peccat & ſibi inſuper promittit certò quod non in ſua eſt poteſtate, vt tempus, *& numerus menſium eius apud te eſt, ne moriaris in tempore nõ tuo*; ſicut ſi dicta die ſexta expectas hoſpitem, & die prima apud Ioannem diuertit, & die ſecunda ante ſextam quæ tibi dicta erat venit, non venit, inquis, in die meo, ideo timeatur omnis dies. Tertullian. de cultu fœminarum part. 2. cap.2. *Qui præſumit minus veretur.*

DOCTORES ET PATRES.

Sint lumbi veſtri. Caſtitas ad vigilantiam, ad dignitatem, ad miniſterium iuuat. Chryſologus ſerm. 23. *Lumbos noſtros*,&c.& ſerm.22. inſigne militiæ Chriſtianæ vocat caſtitatem, non infœcundam eſſe caſtitatem denotat cingulum. Hieron. ad Epheſ.6.& Gen.35. *Reges de lumbis tuis egredientur.* Sed cautè hæc à concionatore & honeſtiſſimis verbis efferantur, aliud ſymbolum vide Exodi 39.

Fecerunt cingulum de byſſo,&c. Tẽperantia etiam nomine cinguli denotatur. Auguſt.lib. 2. qq Euangel. c.25.Tertullian.contra Marcionem. *Succingere debemus lumbos, i. expeditos eſſe ab impedimentis lacinioſa vita & implicita*, &c.

Lucernæ ardentes in manibus veſtris, i.opera ſplendida.Greg.lib.28. Moral.cap.4.& homil. 15. in Euangel. Chryſologus ſerm.22. *Non portantis tantum.* Lucernæ ſunt ſanctorum exempla.Greg.præfatione moral.c. 1. *& vos ſimiles expectantibus.* Exemplum ſocordis & imparati viri. Greg.lib.4.dialogorum.c. 38. *inducias vſque manè* clamabat, ſed datæ non ſunt. Pulſauerit horror impendentis mortis. Gregorius citatus in Euangelia hic ſuprà. Tria mala in exitu animæ peccatricis. Bern.ſerm. ex variis in verba Iob 5. *in ſex tribulationibus.* Non tanget te malum vtique triplex quod *eos manet* (ſi peccatores) *horror in exitu, dolor in tranſitu, pudor in conſpectu gloriæ magni Domini*,&c.

SCHOLASTICI.

*Sint lumbi veſtri.*2.2.q.136.a.5.Ad hanc ſedulam & vigilantem expectationem opus eſt fortitudine & longanimitate.2.2.q.188.a.8.

Lux exempli, & ſapientiæ erga proximos, & hæc vita perfectior.2. 2.q.181.a.3.& q.188.a.4.& 3.p.q. 4. a.1.ad 2.*Inuenerit vigilantem*, i. ſolicitum, ſolicitudo autem pertinet ad prudentiam.2.2.q.47.art.9. per totum. Sed ſolicitudo iſta maior eſt vbi eſt timor.2.1.q.47.a.9.ad 3.& q. 55.a.6. in corp. Solicitus qui ſolers citus, quia ſolertia velocitatem affert ad proſequẽdum agenda.2.2.q. 47.a.9. in corp.& q.49.a.4.in corp.

Qua hora non putatis filius hominis veniet. Greg hom.13.voluit nos eſſe cautos, & ideo horam non deſignat,& iudicem deſcribit. Aug. lib. de contritione cordis c.6.*Index terribiliter diſtrictus.* Grauiſſima verba vide.

RECENTIORES.

Sint lumbi veſtri. Ceruantes c.6. Sap.theor.38.vſque 68.c.7.à theor. 45. vſque ad 69. & cap. 8. à theor. 44.ad 49.

Sint lumbi veſtri. Chriſti vincula vertuntur in amplexus. Soto maior in Cant. pag. 478.col.2. Commendatur abſtinentia delitiarum & carnis maceratio, ſine quibus non bene occurritur ſponſo. pag. 637. col. 2.Commendatur & fortitudo virilis aduerſùs mollitiem Deo odibilem.pag.680.col.1. Viatorẽs in procinctu eſſe oportet.pag.166. col. 2. Vult etiam expeditos eſſe ſeruos ſuos Chriſtus, vt aſcendant ad mõtes,&c.pag.1082.col.2.*& lucernæ ardentes, vt confeſtim*, &c. Neſcit tarda molimina Spiritus ſancti gratia, nec amor.pag.95.col.1.

In manibus. Ne ſit nuda cognitio ſine bono opere. pag. 77. col. 1. & 78.col.1.

Ardentes. Non ſpecioſas ſolùm, ſicut hypocritæ ferunt, & vigilare putes cùm dormiunt. pag. 922.col. 1. Præcinctus omnibus virtutibus dignè celebrantur à nobis. Ghiſlerius in Cant pag.608.col.2.& 614.col.1. & ſeq.ad hoc duo loca Apoſt.*Induite nouum hominem.* pag. 527. col. 1. Vide Ghiſlerij elenchum in Euangelia ibid.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P.Barrad.tom 3.lib.3.c.3.

Sint lumbi veſtri præcincti. Temperantiæ menſura & regula digna viro ſanctõ. Pineda Eccl.c. 1. v. 7.n.6. ex Seneca fol.155.in editione Hiſpalenſi, qui vitam breuem ducimus, & Dominũ expectamus accingi opus

eſt

eſt in amore rerum caducarum.c.7. v.1.n.4.5.8. Vigilantia intimatur,& ceſſare à peccatis, ne quis moriatur in tempore non ſuo. Eccl. Pineda c. 7.v.18.n.6.& 7. Triplici de cauſa vigilare & accingi oportet.c.9.v.4.n. 3. Memoriam mortis accingit, & perſtringit libidines.cap.9.v.5.n. 1. Neſcit homo horam finis ſui, ideo vigilare debet.c.9.v.12.n.1.& 2. Peroratio & perſuaſio ad vigiliam & ſolicitam expectationem iudicis & mortis. Eccl.c.11. v.7.n.7. Pineda & in ſeq. vſque ad finem libri, itaque ad iudicium ſint lumbi præcincti ad mortem, lucernæ ardentes in manibus, ideo ſequitur verſ. ſeq. 8. *Si annis multis vixerit homo.* Vide ibid. Pineda.

Si ſciret Pater. Timenda hora iudicis & mortis. Auguſt. *Metuendus eſt iudex ille, cuius non licet poteſtatem effugere, ſapientiam fallere, æquitatem flectere, iudicium retractare;* cur tardat & dubius eſt eius aduentus. P. Pineda Eccl.c.8.v.11.n.10 & 11. Creatoris memoria & præparatio ad iudicium & mortem omnibus, ſed maximè ſenibus intimatur.cap.12.v.7. interpretatione 7. *Si ſciret.* Neque ſcit finem, nec dies numerare poteſt. Ant. Fernand. viſ.23.ſect.2. n. 3. Dies Domini quare vt fur, niſi vt expoliet fures magnos. viſ.33 ſect. 3. n. 1. & 2. Accingere lumbos quid. Gaſp. Sanchez Ierem.1.n.56.col.36. & lumbare.c.13.num. 2. Vigilantia commendatur. P. Benedict. Fern. Gen.2.ſect.6.n.5.& c.3.ſect.26.n. 8. & caſtitate, vide *Caſtitas* in indice huius auctoris.

NOSTRA.

In procinctu eſſe ad mortis bellum,& ad illud omnia & teſtamentum comparare docemur. d. 49. n. 2.& 4.

Sint lumbi veſtri. Hoc incipientium eſt, ait Baſilius, arctiùs & ſtrictius, carnem & diffluentes appetitiones conſtringere, debet enim fieri opportunè ſicut putatio vitis. d. 26.n. 22.& quia per eam incipientes pro peccatis ſatisfaciunt. d. 123. n. 53. *Omnes præcingi iubentur*, quorquot habent cingulum, vt reges, qui balteum regum diſſoluit: vt videlicet ſumptus effuſos ne faciant ex pauperum impenſis.d.177.n. 23. & ante n. 22. Gratioſi regis etiam ſe præcingant modeſtia in proſperitate.d.177.n 25. Veſtes etiam præcingantur ne nimius ſit cultus.d.177.n. 27. Sæculum noſtrum diſſolutum eſt, præcingi neceſſe habet.d.93. n. 9. & 10. Miniſtri etiam præcingant ſe his ſtipendiis quæ à rege accipiunt, nec ampliora præmia & munera accipiant, vide *Miniſtri iniuſti.*

Et lucernæ ardentes. Fides & mortis ac iudicij præmeditatio non cognitionem mortuam, ſed viuam & per opera exigit, ideo additur, *in manibus.* Abortiui enim ſunt filij & ſerui audaces, qui credunt & non operantur, nec timent. d. 21. n. 33. Fidei comites reuerentia & timor erga ſacramenta, & erga iudicium. d.9. num. 9. Fax fidei ſine operibus mortua.d.155.n.15.

Et vos ſimiles hominibus. Qui cùm iam comparati ſunt vel ad iter, vel ad negotium, audent dicere, iam ego expecto ſicut Simeó, *erat expectans redemptionem.* diſc. 114. 20. & 165. 15. Comparatio ad mortem. d. 16.n.27.& 18.n.31.

In communi Abbatum. Matth. 19. *Ecce nos reliquimus.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Mald. P. Salm. tom.4.part.3.tract.25.

INTRODVCTIO ex Iacobi 2.n.5. *Nónne Deus elegit pauperes,*&c. Vide Paez in hunc locum. *Elegit.* in diuina electione error non eſt, ideo electi à Deo præclariſſimi ſunt, & qui diuinam mentem & voluntatem ſatiant, *videbit & ſaturabitur. Pauperes*, vt in paupertate credas theſauros Chriſtianorum repoſitos. Nazianz. de Baſilio orat. 10. *Diuitiæ illi erant nihil habere.* Greg. homil. 15. in Euangelia. *Solæ diuitiæ ſunt quæ nos diuites virtutibus faciunt*,& Leo ſerm. 4. de Quadrag. *Chriſtiana paupertas diues eſt, quia plus eſt quod habet, quàm quod non habet,*&c. *Diuites in fide*, quia licet modò non appareat hæreditas, at fides eſt pro bonis omnibus; fides hic ſignificat, *el credito*, & ſecuritas illa quam habet pauper in bonis alicuius diuitis, in quo fretus magnos init contractus. *Viuit enim ex fide iuſtus, viue del credito que tiene en Dios*, & quia habet Deum & hæreditatem eius in fide non apparet, quid erimus: attamen habet in ſcriptis cautionem & ſpem futurorum. Cyprian in 1. Ioan. *Maior eſt qui eſt in vobis, quàm qui eſt in mundo.* in nobis eſt ſummatim & inuolutè, ſicut ſunt mille nummi in ſchedula mercatoris. *Hæredes* vt iam mortem Chriſti interceſſiſſe credas, vt hæreditas ad te perueniret; quanta erit ergo? de hac hæreditate vide Aug. tract 13. ſerm.119. de verbis Apoſtoli. Paez etiam citatum. & noſtrum diſc. 171. & verba Auguſtini.

DOCTORES ET PATRES.

Omnia. Hieron. quia reliquerunt affectum, hic autem infinitus eſt, quia non tantum habet quin plus concupiſcat. Præclara verba Senecæ ad Lucilium. *Congregentur in te quidquid multi locupletes poſſident,*&c. *Multo maiora cupere ab his diſces; naturalia enim deſideria ſunt*, i. quæ inceſſanter ſicut fontis aquæ ſcaturiunt, & vera ſunt deſideria. *& falſa opinione naſcentia, vbi deſinant non habent.* Expende, *falſa opinione*, ſicut ſi famelicus ante tabulam apprimè pictam aſſideret, in qua cheronomon volanti cultello aſſam gallinam aut phaſianum diuidit, & diſtribuit, excitatur cupiditas, & auiditas: at ſatiari non poteſt ab epulis pictis; ſic omnia deſideria vera & naturalia ſunt, ſicut fames, res verò fictæ: cùm ergo finem non habeant deſideria, nec ſatiari queant, infinita ſunt, & qui ea abnegat, omnia reliquiſſe verè affirmat. Greg hom.5. in Euang.

Ecce nos reliquimus omnia. Status iſte eſt perfectionis, laudatur à Bern. lib. de præcepto & diſpenſatione, & lege, ſer. de duplici baptiſmo. & ſerm. in hæc verba Petri, *Hæc ſunt verba quæ*, &c. *omnia*, & penitus deſerenda. Hieron. epiſt. 14 ad Marcellam, *Moneo & contreſtor, vt non pariter & Chriſtum velimus habere, & ſæculum.* De tribus votis P. Barradas tom.3. lib.5.c.13.

Quid ergo erit nobis? inſiſtitur. Arator.

—— quæ turba perennem
Portatura crucem, Dominumque ſecuta
Fidelem, ſpreuit agros habitura polos,

Aug. ſerm.18. de verbis Domini.

SCHOLASTICI.

Ecce nos reliquimus. 1 2.q.108. a. 4. & 3.p.q.40.a.3. Item quomodo perfectio huius vitæ conſiſtit in auferendo impedimenta, nempe res creatas. 2.2.q.184.a. 2. Item requies quærenda, non in rebus creatis, ſed in vno creatore quem ſecuti ſumus. 1.p.q.73.a.2. Item, *reliquimus omnia*, prælati non debent theſaurizare. 2. 2 q.185.a.7. ad 2. & 3. *Sequuti ſumus te* 1.2.q.1.a.7.& 8.& q.61 a 3.& 84. art. 2. *Quid ergo erit nobis.* Videtur ibi non eſſe purum amorem. 1. p. q. 38. art. 2. & quàm perfectior ſit ex Dei amore renuntiatio facta. 1.p. q. 44. a. 4. *Sedebitis.* 1.p.q.108. art. 5. *Centuplum accipiet.* 1.1.q. 99. art. 6. De hoc præmio & de aliis Paez in Cant. Muyſis text. 9. annot. 5. ab illis verbis, *videndus hac de re.* Videatur P. Alcaçar circa hanc promiſſionem Chriſti, *ſedebitis & vos*,&c. in Apoc.

RECENTIORES.

Ecce nos reliquimus. Ceruant. Sap. 3. theor. 33. vſque 34. 35. & 44. cap.5. theor. 1. vſque 4. & à theor. 15. vſ-

que 30. & cap. 7.theor.34. & 37.& theor. 40. vbi tamen ſallit numerus,fol.629.*Sedebitis.* Quantum deſert Chriſtus pauperibus hîc & in iudiciu.Pacz in epiſt.Iacubi c. 2. v. 13.§. 1. in medio. Quantum præmium præſcribit Chriſtus bonis operibus & largitionibus. ibid. ad illa verba, *cúmque tam neceſſaria.* Etiam præmio aſſicitur voluntas relinquendi plurima ſi haberet.c.2. v. 20.§.5.ad illa verba, *Hinc etiam eſt.* Beneficium quidem eſt reliquiſſe omnia quę incommodis ſont plena. c.4.v.1.longè.§.3.præſertim.& v. 2. §.1.& 2.*Reliquimus.* Non multum eſt de quo glorieris, ſatis ſit reliquiſſe tanta incommoda diuitiarum. cap. 4. verſ. 14.§.2. ad finem. *Reliquimus.* Paupertatis maieſtas deſcribitur. Cant. Moyſis text. 3. 4. 5. annot. 10. *Sedebunt ſuper ſedes.* Brachium ſunt ſacerdotes.Cant. Moyſis text.3.4.5.annot.12. ab illis verbis,*nec minus rem.* De triompho paupertatis.text.3.4. 5. annot. 9. Vide Ghiſlerij elenchum in Euangelia in Cant.

NOSTRÆ SOCIETATIS.

P.Barrad.tom.3.lib.5.c.10.&c.P. Bened.Fernand.in Gen. *Ecce nos.* Copioſè remunerat Deus.c.14.ſect.5. num.5.

Ecce nos reliquimus omnia. Moyſes enim reliquit *temporale peccatum*, i. aulam.Pineda in Eccl.c.1.v. 1.n.59. Ioannes Baptiſta contempſit non regem ſolùm,ſed fœminam, *vinum* & pro veritate vitam, quàm minime Hercules vitare & fugere nouit. Tertullian.de Pallio c.4.*Tantum Lydia*, &c. Petrus *omnia* in affectu reliquit. Paulus ſeipſum quod amplius eſt, vt ait Gregorius, dum ſe cruci affixit,ita vt viuat caro, ſed Chriſto confixa, ita vt in dignitate ſit, ſed ſpinis coronatus. *Mihi mundus crucifixus eſt*, &c. *quid ergo erit nobis*, in primis nihil præmij opus erat dare, cùm ingens præmium ſit reliquiſſe hæc omnia. Sicut cùm lupo ſpinam è faucibus eduxit paſſerculus, qui præmium poſceret,ſatis ſit (reſpondit lupus) te incolumem & impunè abire permiſiſſe. Cæterùm ſummam colligamus quæ reliquiſti. Hanc rerum omnium ſummam & vanitatem Salomon ſub nomine congregantis (*de cantador mayor*) efficit & factum proponit.P. Pineda in Eccl. 1.v.1.poſt num. 31. & nihil niſi vanitatem inuenit, quod zifris, ſeo zeris declaratur. Summam item iſtam fecit D. Franciſcus. *Deus meus & omnia.* Sed non minus benediceret. *Deus meus, & nihil*, tria enim vota quid aliud ſunt, quàm quædam ſumma per zeros facta. Nihil de diuitiis, nihil de propria voluntate, nihil de delectationibus carnis. En regnum cælorum venditur nihili.*por tres zeros.* At nihilominus centuplum omnium deſiderabilium in vno Chriſto reperitur, vt de numero litterarum nominis Ieſu ponderat P. Alcazar Apoc.13.v.18. ad illa verba, *cum mihi eam*, &c. præterea Pſalm.11.*Secundum altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum, per multiplicacion los en grands ciſtes*, id eſt, *multum.*

NOSTRA.

Ecce nos. Vide d.19.n.18.Ecce ſtatim noſtris rebus indicem & oculum ſubiicimus vt notentur, Tullius vix inuenitur qui non quaſi mercedem rerum geſtare deſideret gloriam.d.126.n.11.

Omnia. Aug. ſerm. 51. de verbis Domini tam largo fonti,i. Chriſto.

Vas magnum admouendum eſt, ideo vacuum ſit omni deſiderio.d 99. n. 11.& d.99.vbi de vaſe cordis & deſideriis agimus. & Hieron.epiſt.24. ad Marcell. *Moneo & conteſtor vt non pariter Chriſtum velimus habere & ſeculum.*

Quid ergo erit nobis. Certè ſuperantur à ſeruis mundi ſerui Dei. d. 21.n.13. Cumulatiſſimè ſoluit poſt ludum, etiamſi amittas omnia.d.32. n.14. Omnino omnia relinquenda cum vano ſtudio acquirendi. Pineda in Eccl.c.1.v.14.n.1. Infinita ſunt deſideria hominis quæ qui relinquit omnia relinquit.cap.2.verſ.10. num.3.& 4.

Ecce. Proprij nominis æſtimatores ſumus. Vide Tertullian. lib. Pallio.c.4. verſùs medium. Vide Serarium in Iudices, *manue*, verſ.17. etiam rogatus Angelus, *vt honoremus te*, noluit indicare nomen, & Serarium Samſon.q.9 Iudicum c.14.fol. 415.§6. Leonem ſe interfeciſſe nomina ſua in terris ſuis, & prætor quiſque opuſculo cuique nomen ſuum inſcribit ne viator ignoret. Sicut Petrus retibus ſuis. *Ecce* adhibet, cæterùm res difficilis notatu digna eſt, vide *Contemptus rerum*, &, *Bona temporalia.* Nunquam enim *ſatis* dicit diues. Ezech. 27. *Draco magne, qui cubas in medio fluminum.* Sitientiſſimus eſt draco, & etiam in medio fluminis non exſatiatur. & Iob c.24. *Inter aceruos eorum meridiati ſunt, qui calcatis torcularibus.*

Sicut. Gaudium Domini, i. magnum. Pineda Eccl.cap. 8.verſ. 12. num.2.

Quid ergo erit nobis. O ſolicitudo digna creatura rationali, an ego fruar tandem Deo, an ero ſicut abortiuus. P.Pineda Eccl.c.6.v. 4. n. 2. & vide prælud. de finali cauſa, & Pineda in Iob c.10.

In communi Virginum. Matth.25. *Simile decem virginibus.*

S. SCRIPTVRA.

EXPOSITIO. Mald.Salm. tom. 7. tract.38.

INTRODVCTIO ex 2. Cor. 7. Quorſum enim rogabis, lætitiæ nuptiarum timor iudicis & irati ſponſi admiſcetur. Reſpondet, vt ſimus *perficientes ſanctificationem* (caſtitatis) *in timore Dei*, &c. Quid ais, nónne perfectio ſanctitatis per actus & habitus charitatis fit? quid memoras timorem? Cæterùm timor exacuit aciem enſis amoris & charitatis. Nónne idem innuit Eccl.c.25. *Timor Dei ſuper omnia ſuperpoſuit.* Primus ſenſus. Timor ſeruilis eſt quaſi œconomus ſuper omnia opera virtutis, eſt cuſtos virginum, *el guarda damas.* Nobiliores quidem ſunt virgines, at cuſtos cogitationes frænat inferni memoria. Sed quid dicemus dum Hieron.ait, *Timor Domini ſuper ſe omnia*, ideo ſit ſecundus ſenſus de timore filiali, qui naſcitur ex habitu charitatis, cùm videlicet timet Deũ oſtendere, non horrore inferni, ſed ſummi boni ſtudio, amor ſolicitudine plenus non fugiendi pœnam, ſed placendi Deo, hic timor charitati ſe ſuperponit. In certamine volandi adfuit inter aues luſcinia, *el rui ſiñor*, quæ tenuitatem virium ad volandum experta aquilæ adhæſit, ſuſtulit illa in æthera paſſerculum, ibique ab alis aquilæ ſe ſubducens cùm fatigatam ſenſit aquilam, in ſublimiora petiit, & quia reginam volandu ſuperauit, Regis nomen obtinuit, *Rey ſeñor, o Rey ſeñor.* Sic filialis timor ſinit volare virginitatem & charitatem, túncque ſuper omnia ſe effert ad *ſanctificationem*, & cuſtodiam virtutum.

DOCTORES ET PATRES.

Conditiones & qualitates ſponſæ Chriſti. Bern. ſerm. 74. in Cant. *Da mihi animam, quam frequenter verbum*, &c. Parabolam tribus verbis comprehendit D. Gregorius hom.12.in Euangelia. *O ſi ſapere cordis palato poſſis, quid admirationis habet, quod dicitur, venit ſponſus*, &c. Cur ſponſus, non maritus dicitur. Anton. Fernand. viſ. 31. ſect.18. *Exierunt obuiam.* Innoluit nuptialibus lætitiis iudicij memoriam, ne ab illo gaudio deſit. Greg. homil 39. in Euangelia. *Præſentis temporis ſi qua eſt tra agenda eſt lætitia, vt nuſquam amaritudo*

Digitized by Google

vitando ſequentis iudicij receſſit à memoria.

Neſcio vos. Hîc ſunt iuuentæ fatuæ quæ ibi reprobantur, in cælo non eſt probatio, ſed excluſio breuiſſima. Tertullian. in Scorpiaco contra Gnoſticos. c. 10. *Qua porrò fides rerum vt poſt exceſſum, en muriendoſe haze el juicio y no ay mas examen,* nam Chriſtiano ſtatim cælum patet, aut infernus. Vide verba ſequentia, etiamſi difficilia. Quia fortè mente impudicæ erant, vel ſaltē oculis. Ambr. lib. 2. de virginit. *Vxor Loth quia impudicos licèt caſtis oculis aſpexit amiſit naturam ſuā. Quid eſt, neſcio vos?* vtique quia agit de die iudicij finalis, cum Iſaiæ 30 *Nomen Dei venit de longinquo, ardens furor eius,* & qui de longè venit, nec cognoſcit, nec agnoſcitur. Hæc autem repulſa animæ in ęternum non minuit gloriam, nec gaudia nuptiarum, ideo LXX. vertunt, *& furor eius cum gloria.* Expende hoc verbum.

SCHOLASTICI.

Supremus Eccleſiæ præſes & Monarcha a Chriſto inſtitutus, Gregorius Nuñius de republ. ſtatu tom. 1. lib 2. & 3. de aduentu Roman. P. Bellarmin. tom. 1. controuerſia 3 lib. 3. & Ioan. Fiſcherus Roffenſis contra Vlricum Veleuum. Cathedra, S. Auguſt tom. 10. ſerm 16. de ſanctis & ſerm. 74. de diuerſis in appendice. Thom. Bozius de ſignis Eccleſiæ ſide, S. Ambroſius tom. 3. ſerm. 47. Pœnitentia, S. Ambroſius tom. 3. ſerm. 46. vide *Paulus* Chryſologus ſerm. 107 Tertull. in indice ſerm. Guerricr Abbat ſerm. 3. amor in Chriſtum in Thabore, Mag. Fr. Didacus Lopez part. 1. tract 12. cap. 7. Hiſpan. P. Chryſologus ſerm. 80 & ſerm. 84. & ſerm. 106. de S. Petri vita Marcus Antonius Georgius. Seuerinus Binius Concil. general. tom. 1. de eo Adrianus Turnebi epiſt. tom. 3. Clemens Romanus. Hieron. de Sana Hiſpan. Iodocus Lorichius in theſauro nouo theologico. Torrenſis in confeſſione Auguſtinian. lib. 1. de lacrymis Ludouici Tanſilli Poema Italice. reſidentia Romæ habita. Gregorius Cartelius. vinculis Beda tom. 7. ſerm. vario. S. Hieron epiſt. 33. S. Thom. tom. 16. vide S. *Paulus.*

Politica.

Politicorum mores aperiuntur, exploduntur. d. 65. 13.

Labuntur in Atheiſmum. ibid. 14, 15. &c.

Politici ſub nomine boni publici propriis lucris inhiant. diſc. 66. 14.

Politicorum vitia hauſiſſe videmur. d. 132. 11.

Politicam rationem quam ſeruare debent principes à Ioanne diſcant. d. 73. 9. & 10.

Politicorum rationes non habent locum in ſacris & religionis operibus. d. 34. 2.

1. *Mach.* 1. 11. *Exod.* 1. 10. *Politica ſacra, Prou.* 11. 14. *vbi nullus gubernator corruit populus, Prou.* 14. 28. & 28 15. & 29. 2. & 29. *verſ.* 18. *ibidem Ianſenius. P. Salazar, ne ſit populus ſicut oues ſine paſtore, Num.* 27. 16. *Deut.* 38. 8. *abuſus poteſtatis à tyrannis, Luc.* 22. 25. *obtemperantia ci-*

nium

Digitized by Google

atum, Roman. 13.1.2. *& 1. Tim.* 2. *& 1. Titum* 3.1.

Auſt. tom. 5. Leonardo Aretino interprete. Theſaurus de viuendi ratione Iuſtus Lipſius. Plutarchus, Nicolao Sagundino interprete in opuſculo moral. tom. 1. & alij apud Fabianum. de Politica prudentia Thom Bozius de ſignis Eccleſiæ ſigno 32. poteſtate, P. Bellarminus tom. 1. controu. 5. lib. 3. Politici an ſint in numero Chriſtianorum habendi, Thomas Stapletonius oratione 2. Academ. contra Politicos Alexandri Carrerij libri duo, Thomas Bozius de ruinis gentium Thomas Stapletonius orat. Academ. contra Machiauellum. P. P. de Ribadeneira. Potentia ſine ſapientia ruinam parat reipublicæ, Marquez in Pſalm. 136 verſ 9. conſideratione 2. Hiſpan.

Pontifex.

Prodeſt aliis, Prou. 21. 11. 19. 25. *leges veteris ingreditur ſemel in anno Sanctum Sanctorum, vide* Sanctum, *cum ingreditur nullus eſt in tabernaculo, Leuit.* 16. 17. *ritus, verſ.* 3. *Pietas, iuriſdictio, &c.* 1. *Mach.* 14. 42. *&c. nunquam fidem perdit, Luc.* 22. 32. *vetita illi funera, Leuit.* 21. 10. *& verſ.* 13. *ſuccedit patri filius, Leuit.* 6. 22. *exuitur veſte moriturus, & induitur ſucceſſor, Num.* 20. 26. *mors Ieſue,* 20. 6. *homicida reſtituuntur liberi, Ioſ.* 20. 6.

Præcepta.

Præcepta Dei etſi iuſta licet eorum rationem examinare d. 46.18.

Præcepta Dei obſeruandi nemo excuſandus probatur. ibid. 21. & ſequentibus.

De præcepta non obſeruantibus queritur Deus. d. 47. 19.

Vide *Decalogus, Lex,* & *Mandatum.*

Prædeſtinatio.

Prædeſtinatio quid ſit & certamen & victoria prædeſtinati. diſc. 19.4.

Spes concipienda de ſalutis negotio. ibid. 5.

Amor Dei prædeſtinantis. ibid. 6.

Prædeſtinati dicuntur operarij, quia operari tenentur. ibid. 7.

An ſint multi prædeſtinati. ib.8.

Pauci ſunt & quare. ibid. 9.

Indicia prædeſtinationis & præſignationis nos bono animo eſſe & ſperare iubent. d. 54.6.

Prædeſtinationis non leuia argumenta. d. 107. 10.

Alia indicia prudenter prædicantur & deſcribuntur. d. 135.22.

Prædeſtinationis negotium non eſt cur anxios reddat animos iuſtorum. d. 136. 8.

Prædeſtinationis indicia. ibid 8.

Prædeſtinationis beneficium quia ea amore omni habet æſtimandum impenſiùs. d. 165. 2.

Firmitas eius & tollitur angor animorum qui hac cogitatione torquentur. d. 171. 5.

Seruare verbum Dei indicium prædeſtinationis. d. 176. 8.

Prædeſtinatio abſque meritis, Gen. 21. 12. *Deut.* 7. 7. *Luc.* 2. 14. *Maldonat. Theophylact. Euthym. Nyſſen. de natiuitate, Luc.* 12. 32. *ſuauis & efficax, Oſea* 11. 4. *prædeſtinati dicuntur pars Dei, Zachar.* 2. 12. *prædeſtinatorum nemo perit, Dan.* 12. 1. *Zach.* 2. 12. *de ea Rom.* 8. 29. 30. 9. 11. *prædeſtinationis ac reprobationis umbra, Gen.* 40. 21. *Deus ut Pater filiis gloriam præparauit, Luc.* 12. 32. *prædeſtinati eſt cur maximo animo & gaudio ſint in aduerſis, Luc.* 12. 32.

S. Thom. 1 p. q. 23. & quæſtio diſput. tom 8. P. Vaſquez ibid. P. Suarez in ſumma Theologiæ. P. Valentia. Alexander Peſantius. Ambroſius Catherinus. P. Molina de Deo, &c. tom. 1. tract. 2 Honorius Auguſtudunenſis in Auctuario Biblioth. veter Patrum tom. 2. Ioan Antonius Delphinus. Martini Becani diſput. Petrus Lombardus in 3. ſenteot. de prædeſtinatione Angelorum. P. Leonardus Leſſius. de prædeſtinatione ſanctorum S. Auguſt. tom 7. concordia P. Molinæ. Signis, Granat. fer. 4. poſt Dom. paſſionis conc. 3. Auguſt ſuper Ioan. homil. 27. *nemo venit, niſi tractus,* Auguſt etiam habetur 23. q. 4. can. Nabuchodon. P. Luſius Puente de perfectiooe tom. 1. tract. 1. c. 1.

Prædicator.

Exemplum præbeat virtutis. præl. 5. per totum.

Triplex eius munus purgandi, &c. præl. 6. 4. 5. 6. &c.

Eius munus & documenta præſcribuntur. præl. 6.

Calleat ſuadendi artem, habes ibid. per totum.

Quod prædicator dicit Deus adimplet. d. 1. 17.

Salutem animarum intendat præcipuè. d. 2. 12.

Speret ſemper eam etiamſi non appareat. d. 3. 10.

Nunquam deſiſtat vitia carpere. d. 25.21.

Miniſterium verbum prædicandi altiſſimum. d. 27.28.

Inutiles quæſtiones afferimus in pulpita. d. 38.12.

Audax ſit ad corripiendum vitia d. 49. 29.

Veri prædicatoris & miniſtri Chriſti conditiones & requiſita. ibid. 32.

Prædicatoris in ſumma deſcriptio. d. 5. 19.

Vices diuerſas patitur, & ſubit fortunæ rotam, ſed quam Deus moderatur. d. 51. 7.

Modò non ad excitandum peccatorem, ſed ad conciliandum ſomnum prædicamus. ibid. 11.

Fidelitas concionantis in enuntianda veritate. ibid. 21.

Prædicatores ſuos ad bellum inſtruit Chriſtus & præit exemplo. d. 54. 1. & 2.

Ne tangatur inuidia aliorum. ibid. 13.

Fiduciam ponat in prouidentia & poteſtate Chriſti magis quàm in ſacculo & pera. ibid. 18. & 19.

Veritatem non vioclat aut retineat, ſub pœna mortis. d. 107. 17.

Ex operibus commendandus eſt. d. 113. 13.

Non quæſtuarius ſit & lucri cupidus. d. 121. 9.

Ne ſe committat prædicationi donec induatur Spiritus ſancti virtute. d. 122. 1.

Ex præmeditato affectu loquatur. ibid. 12.

Loqui verba Dei etiam aſinæ conceſſum eſt, non inſoleſcat. diſc. 123.24.

Sitim animarum Chriſti expler. d. 72. 18.

Prædicatores cur labia Eccleſiæ dicuntur. d. 84.1.

Neceſſarius ad vitam animarum. d. 96.24.

Prauus prædicator ſicut porta ficta & damnata. d. 135.15. & 16.

Temperet correptionem, nec auidè quærat corripiendi materiam. d. 153.28.

Cur Angelos in hoc miniſterium non deputauit. d. 154. 13.

Acri dicendi genere mores comprimat concionator. d. 155. 14.

Sapiens. d. 158.6.

Nemo niſi à Deo repentè fit magiſter & concionator. ibid. 7.

Benignitas & pietas in alliciendo peccatore. ibid. 11. & 12.

Seueritas. ibid. 12.

Non vni loco addictus eſſe debet, ſapiens debitor eſt orbi toto. d. 259. 12.

Magnam fidem & audaciam Prophetarum imitetur. d. 161. 13.

Semper ſe indignum prædicatione reputet. d. 176. 1.

Concio eius ad rumpenda peccatorum vincula non ad aures demulcendas feratur. ibid. 5.

Admonetur à Chriſto, quibus maximè vitiis eradicandis incumbat. d. 182. 11.

Vide *Concio.*

Malus perdit & perit, Oſea 4. 5. *Sophon.* 3. 4. *comedens peccata,* 1. *oblata carpere debet peccata, Oſea* 4. 4. *ſibi, non Chriſto ædificans nihil colligit, Agg.* 1. 6. *Idoneus eſt rarus, Ierem.* 9. 12. *promittitur; Iſai.* 62. 6. *Ierem.* 3. 15. *Deus deſtinat ab utero, Ierem* 1 5. *doceat quod nouerit ex Deo. Simile Iſai.* 21. 6. *minetur mala impendentia, Iſai.* 21. 8. *docens ad libitum populi perit cum populo, Iſai.* 9. 14. *Ezech.* 22 28. *malè exponens Scripturam, Ierem.* 8. 8. *punitio malorum concionato-*

Digitized by Google

rum, Ierem. 25. 15. 28. 16. *Abutens doctrina & eloquentia, locis* 3.5. *Bern. Cant.* 4.1. *ad colligendam gloriolam paſſionem Chriſti mediteatur aſſiduè, Cant.* 1.13. *Bern. ſer.* 43. *tranſeamus per doctorem, non hareamus illi, ſed Chriſto, Canticorum* 3. 4 *Bernard. ferm.* 79. *in Cant. doctor debet eſſe doctus, Dan.* 12. 3. *irridetur prædicatio,* 2. *Paralip.* 36.16. *puniuntur irridens,* 2. *Paralip.* 36. 18. *verbum Dei docendo creſcit, figura panes à Chriſto aucti frangendo, non fiat niſi tempore opportuno. Ioan.* 18. 11. *Bernard. ſerm. Cant.* 56.

Concionatori an liceat vſus diſciplinæ Gentilium, Fr. Antonius Perez in Laurea Salmant. certam. 2. expoſitione ad concionatores inſtructiones Caroli Borromæi, in actu Eccleſiæ Mediolanenſis. patr. 4. Tertullian in indice. de prædicatore Hugo de S. Victore tom. 2. ſerm. 31. Ioan. Lopez in epit ſanctorum lib. 14. c. 26. 27. & 29 Ioan. Vitalis in ſpeculo morali. Iſidorus Moſconius de Eccleſiæ milit. maieſt. Ludouic. Granat. in ſilua locorum. Thomas Garzonius in platea vniuerſali Hiſpan. & Italicè. de veritate prædicationis Bellardini, ſeu Valerij Venetij exempla in prato florido lib. 1. c. 26. Italicè. vide quos citauimus in prædicatio de inſtrumentali cauſa currit per Catholicam prædicationem, P. Chryſologus ſerm. 119. non audiat mundanos, Mag Marquez in Pſalm. 136. verſ 3. conſideratione 4. liber ſit à timore & ambitione, Mag Fr Didacus Lopez part. 2. tract. 32. c. 6. Hiſpan & tract 33 c. 3. quæ de pædagogo habet, P. Ioan. Torres, Hiſpanè de Philoſophia Principis, ſibi applicet concionator lib. 1. c. 1. & 14. & P. Luſius de la Puente tom. 4. de perfectione ſtatuum tract. 6. & 7. Prædicatio aſpera pro ſalute peccantium requirenda, S. Cæſarius Arelatenſ. tom. 2. Biblioth.

Prælatus.

Prælatus tenetur præire exemplo. præl. 5. 3 4. & 8.

Ratio ab illis exigenda. ibid. 12.

Qualis debet eſſe deſcribitur. d. 18. 27.

Præluceat exemplo. d. 22. 12.

Prælati cura reuocandi errantes. d. 29. 17.

In rebus ſui muneris vindictam non ſumat. d. 37 5.

Videant pauperes & prouideant, &c. d. 39. 7.

Ploreut peccata, quia oculi ſunt. ibid. 14.

Aſtra ſunt cæli Eccleſiæ prælati. d. 48. 3.

Videat oc improbos miniſtros habeat, nec familiares ſibi. d. 54. 16. & 17. ex Bernardo.

Compaſſionem ediſcat vt Petrus. d. 110. 27.

Inuiſat ſuos, negotia ſalutis aliis non committat. d. 113. 6.

Expediendis negotiis incombat. d. 70. 4.

Prælati exemplum præcedat. d. 74. 2.

Demittant ſe exemplo Chriſti. ibid. 12. & 13. &c.

Non otio vacet. d. 76. 14.

Medium teneat prælatus, nec perſonas accipiat. d. 92. 6.

Puritas, perfectio & alia. d. 96. 23. 24. 25, 26.

Prauum documentum quanta mala afferat. ibid. 27. & 28.

Amet Deum ne linguas detrahentium ſentiat. d. 133. 7.

Malus eſt quaſi fallax & damnata porta. d. 135. 15. & 16.

Onus cum honore ferat, & curam cum dignitate. d. 147. 32.

Prælatorum reuerentia intimatur. d. 148. 14.

Et ipſi admoneantur. ibid. 15.

Lenes eſſe & ſpirituales decet. d. 153. 9.

Communis ſit omnibus, non accipiat perſonas. ibid. 10.

Vigilare debet quaſi oculus huius corporis d. 156. 19.

Potius operi quàm ſermoni incumbat, & largas habeat manus erga pauperes. ibid.

Ne contingat excæcari affectu iræ. ibid. 20.

Præcedant exemplo, & pia ſit correptio ac paterna. ibid. 22. & 23.

Verbo & opere præluceat. ibid. 23.

Simul onera ferant cum ſubditis. ibid. 24.

Ne iram excitet prælati ſubditus. ibid. 26 & 27.

Colendi ſunt & vt par eſt obſeruandi ne puniamur ſubditi. ibid. 29.

Prælatorum pietas, largitas, &c. vide d. 157. per totum.

Quaſi immedicabilis eſt plaga prælati. d. 158 5. ſapiens. ibid. 6.

Faciles ſe præbeant & intelligibiles. ibid. 9. vide *Paſtor.*

Sapiens ſit. d. 159 12.

Quænam ira deceat prælatum & in cauſa Dei & non propria, diſc. 162. 14.

Tolerare debet ſenes & ægrotos etiamſi regulas obſeruare nequeãt. d. 165. 27. & 28.

Decet eos pietas & benignitas. d. 167. 4.

Manus habeat oculis plenas ad pauperes circunſpiciendos. diſc. 183. 6.

Prælato eſt opus, Iud. 1. 1. *poſtulandus à Deo, ibidem. bonus eſt Deo, Eccli.* 10. 4. *promittitur, Iſai.* 62. 6. *poteſtas eſt à Deo & authoritas, Sap.* 7. 4. *Num.* 16. 28. *eſt Dei vicarius, Exod.* 16 8. *Deus illi adeſt, Ioſ.* 1. 5. *cui Deus fauet ſubditi pareant, Ioſ.* 1. 17. *Deus adeſt ne erret, Prou.* 16. 10. *Deus ornat dotibus neceſſariis, Exod.* 35. 30. *pro vno ſublato Deus alium ſubſtituit, Ioſ.* 1. 1, 2. *qui promoueat captu, Iud.* 1. 2. *honor exhibendus, Eccli.* 10. 24. 1. *Reg.* 8. 7. *Ioſ.* 4. 14. *Exod.* 22. 28 *amor in ſubditos, Exod.* 32. 32. *vigilia & cura, Exod.* 28. 9. 12. 29. *Eccli.* 32. 2. *Matth.* 26. 40. *Luc.* 12. 42. *etiam dum morti eſt proximus prouideat ſuis, Num.* 27. 16. *Deut.* 32. *Ioſ.* 23. 14 24. 29. *exponat ſe periculo vt ſuis conſulat, Num.* 16. 48. *Ioſ.* 1. 2. & 4. 11.

Ioan. Lopez in epit. ſanctorũ lib. 14. c. 30. & 31. Ioſeph Langius in Polyant. Lælius Zechius de republ. Eccleſiaſt Abulibus, Aluarus de planctu Eccleſ. Ioan. Vitalis in ſpeculo Rectoribus, S. Bernardin. tom. 3. Prælatis non detrahendum, ſed ſtatim auſcultandum, Ioan Trullus in ordine Canonic. Regular. lib. 3 muniat ſe contra calumnias, idem lib 2. delatoribus & ſuſurronibus non facilè credat, idem lib. 3 non appetenda prælatura, Ioan. Lopez in epit. ſanctorum lib 5 c. 31 Prælatis tribuitur culpa ſubditorũ, Magiſter Lopez part. 1. tract 22. c. 4 imperandi cupiditas tyrannidẽ imitatur, Mag. Fr Didac. Lopez part 1. tract. 2. c 9. communis ſit omnibus, Magiſter del Gadillo in Pſalm 17 verſ. 6. 2 part. verſ d. 4 Paez in epiſt. Iacobi. comparatur Cherubinis, P. Puente mox citandus tom 4 tract. 7. cap. 20. Prælati munus, P. Ludou de la Puente Hiſpanè tom 4. de perfectione ſtatuum. tract. 7. per plura cap

Præſentatio Mariæ.

Primitiæ Deo ſunt dedicandæ. d. 16. 14. & 15.

Virgo ducit hædos vt ſe Deo vero offerant, non falſo. d. 16. 16, 17, 18. & 22.

Placet Deo hæc puerorum oblatio. d. 28. 18. & vide verbo *Primitiæ.* vide etiam d. 29. 4.

Debet Virgo & anima gratos Deo fructus ab infantia. diſc. 130. 14.

Benedict. Fernand. in Geneſim. c. 8. ſect 4 n. 2. d. 96. 4. & 5. & d. 97. 1. & 7. &c.

Præſentia.

Præſentia Dei. d. 13. 2.

Componit mores, ſoluit verò ab eius oculis diſceſſus. d. 166. 17.

Perpetua ſit, Pſal. 15. 8. *Oſee* 12. 5. *Tob.* 4. 6. *in proſperis,* 67. 4. *liberat à morte, Gen.* 5. 24. *dirigit, Prou.* 3. 6. *cohibet à peccando, Pſal.* 15. 8. 118. 166. *Eccleſ.* 12. 1. *Eccli.* 23. 26. *Dan.* 13. 23. *exhilarat, Pſal.* 15. 9. 76. 4 *exercetur, Gen.* 5. 22. 24. *ducit ad perfectionem, Gen.* 17. 2. *Eccli.* 14. 22. *placet Deo, Pſal.* 114. 9. *Hebr. nihil agendum quòd illam horreat, Pſal.* 16. 3. *actio quamuis ſit coram Deo, Exod.* 18. 12. *Origen. hom.* 11. *qui peccat Dei præſentiam amandat.*

De præſentia Dei à nobis cogitanda P. Alfonſus Rodriquez tom. 1. tract. 6. Hiſpanè. Præſentia Dei excitat feruentes ad perfectionem operum, P. Puente de perfectione tract. 2. c. 11. Maximi del Rij Lectiones decem in opere Mariano. Ioan. Lopez in epit. ſanctorum lib. 4. cap. 19. P. Franciſcus Arias in perfectionis ſpiritualis part 2. tract. 2. Onuphrius Meneſcal in tract. de oratione Hiſpan. Iuan de Angelis

Digitized by Google

lis Italicè Vincentius Burgundius in ſpeculo tom. 1. lib. 29. P. Aluarez de Paz in lib. de ſpiritual. perfect. tom. 2.

Præmium.

Præmij amica natura. d. 149. 1.

Deus verò largus & opportunus præmiator. ibid. 2. & 3.

Ioſephus Langius in Polyanthea nouiſſima. Iunius in Politic. quæſtio. part. 3. Philo Hebræus tom. 2. de præmiis ſanctorum & honoribus Apoſtolorum P. Ioan. Chryſoſtomus ſerm. tom. 3. Caſſiodorus lib. 8. epiſt. 22. certantes in ſtadio numeroſior corona glorificat. Præmium gloriæ, P. Damianus tom. 3. Bibloth.

Primogenitus.

Primogenitis complacebat Deus, & illis quaſi ludebat in lege. diſc. 16. 4.

Ea dæmon rapere ab initio voluit. ibid. 16.

Vide *Filius.*

Primitiæ.

Primitiæ Deo maximè placuerunt, & Cain has ſibi arrogare cœpit. d. 16. 14. & 15. & d. 23. 16. & diſc. 28. 16.

Princeps.

Vitia Reipublicæ in principe ſunt amputanda. d. 13. 19.

Vt corripiat alios ſapiens & ſanctus ſit. d. 13. 28.

Vitia ſuorum domeſticorum euellat. d. 182. 9.

Princeps alligare ſciat vulnera. d. 13. 19.

Humanitate & facilitate corda conciliet d. 15. 10.

Vide *Nobilitas.* & d. 17. 9. & diſc. 133. 9.

Sapientia polleat. d. 29. 5.

Memores ſit mortis. diſc. 149. 15.

Principis forma & imago deſcribitur d. 13. 3.

Principes & equites vani & curioſi. d. 23. 15.

Ament Deum & proximum. diſc. 131. 6.

Deum præſentem timeant. diſc. 23. 18.

Principi aſcribitur error populi. d. 24. 26.

Caueat ne ſint nequiores Nerone & Herode d. 25. 20.

Nunquam vindictam ſumat. d. 37. 5.

Videant quos eligant ad miniſteria & munera vt ſine rubore appareant. d. 54. 15.

Impiorum ſocietatem vitent. ibid. 16.

Principes grauiter ferant iniurias ſubditorum, aut offenſas Dei. diſc. 55. 6.

Quàm cæci ſunt qui in eis confidunt. d. 125. 9.

Principes ſtent promiſſis & debita ſoluant. d. 67. 9.

Expediant negotia ſubditorum. d. 70. 4.

Quo pacto ſe gerere debent qui regis gratioſi ſunt. diſc. 73. 9. & 10.

Ad religionis opera primi præcedant. d. 74. 11.

Demittant ſe exemplo Chriſti. ibid. 13.

Serò ad Deum conuertuntur. d. 136. 7.

Petat conſilium. d. 137. 12.

Communis ſit omnibus. diſc. 153. 10.

Chriſtiani principes multum differunt à Gentilibus. d. 159. 9.

Amet Deum inprimis, & proximum. d. 133. 6.

Ira in eos qui contra Deum peccant. d. 162. 2.

Decet eos benignitas in ſubditos. d. 167. 4.

Principum mors non ſicut Gentilium ſine ſpe & præmio eſt. diſc. 180. 4.

Soli plectuntur, Num. 25. 4. Iud. 8. 14. non ſibi vſurpent opes, Ioſ. 19. 29. 1. Reg. 12. 3. magis hos quàm Deum venerari ſtultum eſt, Pſal. 118. 161. Prou. 29. 26. non deſunt illis miniſtri ad exequenda ſcelera, Dan. 3. 20. 1. Mach. 1. 52. non deſunt ſatellites ad luxuriam, Gen. 12. 15. 21. 14. illis obeditur contra Deum, Oſea 7. 3. multa peccant ignoranter, Eccleſ. 10. 5. Dan. 6. 7. peccata horum grauiora, 1. Eſdra 9. 2. Iſai. 3. 14. peiores plebeis, Ierem. 5. 5. à miniſtris improbis incitantur contra iuſtos, Ierem. 38. 24. Dan. 3. 8. 6. 7. ferunt agrè negari ſibi cupita, 3. Reg. 21. 4. Dan. 3. 19. Eſther 5. 13. plerumque Deum non agnoſcunt, Exod. 5. 2. illis adulantur plerique, Dan. 3. 7. 6. 7. 5. 9. Oſee 7. 3.

De principe & eius inſtitutione Caroli Tapiæ commentar. Ciceronis. Princeps, Cunerus Epiſcopus Lauardienſis. Enchiridion Principum Cornelij, & Petri Ægidij. Friderici Glaſeri oculus princeps, Hieronymus Oſorius. P. Ioan. Mariana Marius Salomonius. Marinus Hiſpanienſis Epiſcopus. Marſilius Ficinus. P. Petrus Ribadeneira. Ioan. Chokier Aphoriſmi. Politic. lib. 1. regimine, S. Bernardin tom. 2. ſerm. 16 Chartuſian. in oper. minorum tom. 1. S. Thom. tom. 17. opuſc. 20 Philoſophia moral. Principis, P. Ioan. Torres Hiſpan. per plures libros. priuatos ſeu gratioſos videat, quos ſeligat & alia de hoc lib. 5. c. 7. erga ſubditos, P. Puente tom. 2. de perfect. tract. 3. c. 4. Principum vitia & delectus reſpectu Dei, Magiſter del Gadillo Hiſpan. in Pſalm. 17. verſ. 6. 2. part. verſ. d. 3 Principis Pædagogus qualis, P. Ioan. Torres Hiſpanè. Filij educatio, lib. 1. c. 4 Princeps impera is eſt cauſa peccati, Mag. Fr. Didacus Lopez part. 1. tract. 2. c. 6. & 7. & tract. 22. c. 4.

Prodigalitas.

Principum prodigalitas. d. 23. 24. & d. 25. 27.

Vide *Liberalitas.*

Prodigus filius.

Prodigus filius. d. 20. 9.

Peregre profectus quia fugientes delectationes quærebat. d. 31. 20. & d. 32. 13. & d. 36. 30.

Patrem ſemper vocat, quia non dubitat de pietate. d. 54. 32.

Pater eius ſemper fuit pater. d. 108. 22.

Profeſſio, vide *Vota.*

Non profitens & agens eſt confuſiona profitenti, Luc. 10. 33. Greg. 2. parte paſtora. 29. promiſſio humana, Prou. 6. 1, 2. poteſt obligare poſteros, Deut. 29. 14. ne fiat temere, Prou. 12. 18. Gen. 44. 9. Matth. 14. 6. Eccli. 20. 25. violans eius ſimilis, Prou. 25. 14. promiſſa malè, peius fiunt, Matth. 14. 10 ſeruanda etiam nutrianti infanſila, Deut. 5. 29. Deus punit grauiter fallentes fidem datam, Gen. 38. 11 Matth. 1. 3. Chriſtus ex Thamar, non ex alia vxore Iudæ. exempla promiſſionis impleta, Ioſ. 22. 2. ſigno firmantur, Gen. 11. 12. 15. 9.

Prophetia.

Magna fides & audacia Prophetarum. d. 161. 13.

Prophetiæ impletæ in Chriſto, & ſedulò confirmatio & confirmatio fit carum & myſteriorum Chriſti, dicente Euangeliſta, *hoc factum eſt vt adimpleretur*, &c. d. 178. 3. 4.

Non tam dicuntur adimpleta verba Prophetarum quàm imago illa filij quam mente præconceptam Pater eis exprimendam commendauerat. ibid. 4.

Vocatur intelligens & videns, 2. Paralip. 26. 5. videt abſentia & remota, Ezech. 24. 2. olim videns dicebatur, 1. Reg. 9. 9. nemo fallit, 3. Reg. 14. dignitas, Eccli. 44. 3. non reuelantur omnia pertinentia ad alumnos, 4. Reg 4. 27. iubentur prædicere ſigna externa, Iſai. 20. 2. Iere. 13. 1. 19. 11. 27. 2. Ezech. 3. 25. aliquando prædicit neſciens, Gen. 22 5. 14. 60. Deus permittit euenire quod impoſtor prædixit, Deut. 13. 2. ſignum falſi non euenire prædicta, Deut. 18. 1. Propheta ſeminant, & Apoſtoli metunt, Ioan. 4. 37. Origen. tom. 16.

De Prophetis Dorotheus Tyrus. Ioan. Maubertus in Roſeti tit 16 P. Creſpetius in ſumma Catholicæ fidei. Raynerus de Piſis in Panthcologia. Thomas Garzonius in platea vniuerſali de eorum vita Dorotheus Tyrus. & in Biblioth. vet. PP tom 7 Epiphanius. de prædictionibus eorum erga Chriſtũ & Virginem Titelman contemplat. 12. & 15. P. Caſtro in 1. tem. & Prophet. minores. ex Deo procedit P. Chryſologus ſerm. 93. Tertullian. in indice. de Iona Proph Zeno Veronenſis

Digitized by Google

tom. 2 Biblioth.

Proſperitas.

Proſperitatis tempore non opportunè pœnitentia denuntiatur, nec accipitur. d. 123. 6. d. 136. 6. & 7.

Inſenſibiles reddit principes, & excitandi ſunt voce & litteris. diſc. 145. 2.

Ne noceat reducenda eſt mors in memoriam. d. 149. 15.

Vide quàm parum ditat humana felicitas. d. 169. 10.

Proſperitatis incommoda & remedia. d. 177. 25. & 26.

Proſperitatis merum temperandum eſt aqua tribulationis. d. 178. 14.

Antidota & remedia contra vinum & venenum proſperitatis & felicitatis iter. ibid. 16.

Viciſſitudo rerum ſtabilem non facit proſperitatem. d. 179. 14. & 15. &c.

Breuis peccatoris proſperitas. ibid. 16.

Proſperitas malè ſecura. d. 182. 15.

Proſperitatis dies inanes & vacui. d. 185. 10.

Vide *Felicitas.*

Proſperitas temporalis deſcribitur, Iob 29. *Prou.* 14. 12. *aliquando eſt Deo, aliquando non, Rom.* 1. 10. *Origen. bonis eſt à Deo,* 2. *Reg.* 23. 6. *non eſt impio, Iſai.* 48. 22. 59. 9. *malis omnia aduerſa,* 2. *Reg.* 23. 6. *obeſt malis, Eccli.* 29. *temperatur aduerſis, Iud.* 15. 7. 1. *Reg.* 2. 6. 4. 5. 1. *Eccleſ.* 7. 15.

Polyanthea Langij. Villegas tom. 5. diſc. 78. Hiſpan. & Italicè de damnis eius. Ioan. Eldanenſis in ſpeculo conſolat. Hiſpan. part. 1. c. 3. 4. 5. 6 & c. Nicolaus Hanapus in ſum. c. 122. de proſpera & aduerſa fortuna Granatenſis in ſilua locorum. Marcus Antonius Sabellicus lib. 7. c. 7. vide ſuprà verbo *Felicitas*. Aug. ſuper Matthæum ſerm. 19 ideo Deus felicitatibus terrenis amaritudines miſcet, &c. proſpera & aduerſa à Deo non temere fiunt, P. Puente de perfect. tom. 1 tract. 2. c. 9 de proſperitatis periculo P. Sierra Hiſpanè d. 1. conſid. 3.

Prouidentia.

Prouidentiæ diuinæ conſummatiſſimæ erga hominem diſcurſus eſt præl. 9. 1. vſque in finem.

Gubernatio & diuina prouidentia probatur. d. 10. 3. & ſequent. & d. 23. 18.

Prouidentiæ ratio mirabilis in iuſtorum morte & martyrio. d. 27. 3. & 4. &c. & d. 32. maximè num. 14 & 19 & d. 33. 1.

Prouidentia erga ſuos miniſtros. d. 54. 19.

Prouidentiæ Dei ratio, maieſtas, arcanum, liberalitas, velocitas, & alia videantur d. 136. à num. 1. ad 14. 15. &c.

Prouidentia Dei primo loco ſeruis Dei ſubuenit. d. 137. 6. & 9.

Teſtamentum & myſterium eius declaratur, & iam Chriſtiano locus non datur dubitandi aut deſperandi. d. 138. 1. 2. 3.

Duplex prouidentia diuina clara & abſcondita deſcribitur. diſc. 170. 1.

Probatur ex breuitate & menſura temporis quo Deus metitur tribulationem. ibid. 6.

Vide *Deus.*

Prouidentia diuina aſſeritur, Iob 5. 6. *Pſal.* 146. 4. *Prou.* 15. 3. *Eccleſ.* 5. 5. *creatura omnis adſtruit, Iob* 12. 7. *figuratur Dan.* 7. 9. *veſtes capilli albi & thronus, Ezech.* 1. 6. *Iſai.* 6. 1. *ſub ipſo negatur ab impio, Iob* 21. 15. *Iſai.* 29. 15. 47. 10. *Ierem.* 12. 4. *eſt occulta aliquando, ac proinde iudicium ſubmittendum, Exod.* 5. 22. *Iud.* 14. 4. *Ierem* 32. 19, 25. *Eccli.* 8 17. *non agnoſcitur ab hominibus ante euentum, Gen.* 39. 1. 45. 5. *Exod.* 5. 21. *Eccleſ.* 8. 17. 11. 5. *eſt ſpecialis erga hominem, Gen.* 1. 26. *Sap.* 9. 2.

S. Thom. 1. p. q. 22. S. Baſilius orat. 19 Gregorius Nazianzen. & in operum tom. 2. Ioan. Baptiſta Conſalonerius in opuſculo. Ioan. Chryſoſt ſerm. 5. in tom. 5. Ioſephus Langius in Polyanthea. Raynerius de Piſis in Pantheologia. Seneca. S. Thom. quæſtio. diſput. tom. 8. Theodoretus in tom. 2. Saluianus Maſilienſis in Biblioth. veterum Patrum tom. 5. Chryſoſtom. lib. 3. tom 5. Lopez in epit. ſanctorum lib. 4 c. 3 circa ſtatus diuerſos. P. Puente tom. 2. de perfectione tract. 2. c. 1. 2. & 3. P. Alcazar Apoc 1. verſ. 5. & c. 5 notat. 2.

Prudentia.

Prudentia in quo ſit & imprudentia. d. 174. 12. & 13.

Prudentia difficilis, Eccli. 8. 6. *occulta, Baruch* 3. 14, 24. *Deo gratiſſima, Gen.* 1. 4. *potior viribus, Prou.* 21. 22. 24. 5, 6. *ſeruus prudens potior libero imprudenti, Prou.* 17. 2. *Eccli.* 4. 33. *parit fortitudinem, Prou.* 24. 5. *affert timorem inimicis,* 1. *Reg.* 18 15. *iuuat cuſtodia legis diuina,* 3. *Reg.* 2. 3. *præterita meminiſſe, Gen.* 20. 16.

S. Thom. 2. 2. q 47. S. Auguſtinus, ſeu alius tom 10. ſerm. 4. ad fratres in eremo. S. Baſil. orat. 21. P. Bernardin. Roſignol. lib. 3. de diſciplin. & lib. 2. de actionibus virtutum. P. Valent. tom. 3. diſp. 4. Ioan. Stobæus in ſent. ſerm. 3 P. Leſſius de iuſtit. lib 1. Magiſter Oña de nouiſſimis Hiſpan. Raynerius de Piſis in Pantheologia. Villegas tom. 5. diſc 7. Hiſpan & Italicè Prudentiæ proxima non conſideandum, Dorotheus Abb. tom. 2. Biblioth. Prudentia in vitandis occaſionibus, Marquez in Pſalm. 136. verſ. 6. conſideratione 1 Hiſpan. Prudentia in fugiendis malis, Mag Fr. Didacus Lopez part. 2. tract. 31. Sap. 2 Hiſpan. P. Ioan. Torres de Principe lib 8. c. 1. & 2. & reliquis per totum librum.

Pſalmus, vide Canticum.

Pudor.

Pudor in confitendis peccatis quanta mala afferat. diſc. 55. 15. & qualis ſit opportunus. diſc. 120. 25.

Gen. 9. 23. *lucet in facie, Cant.* 1. 10.

Baptiſta Campo Fulgoſius lib. 4. c. 5. Ioan. Stobæus in ſententiis ſerm. 31. Langius in Polyanthea nouiſſima. de pudore noxio Ioan Buſæus in Arca medica. vide P. Antioch. Monach. tom 2. Biblioth. Pudor index morum, P. Ioan. Torres de Principe, Hiſpanè lib 2. cap. 12. P. Puente tom. 3. tract. 2. c 12. de perfect.

Pudicitia, vide Caſtitas.

Pueritia, Puer.

Excitatur ad opera ſalutis in vinea. d. 20. 7.

Pueritia delectatur Deus, & eam ſtatim excitat ad laborem. d. 21. 7.

Statim in vera ſapientia erudienda. d. 27. 26. &c. longè opportuna ætas ad Dei famulatum. d. 28. 15. &c. vide *Primitiæ.*

Puerorum educatio. d. 49. 21.

Vide *Educatio.*

Spiritualis puer non eſt aptus Dei ſeruitio, 1. *Reg* 1. 22. *Origen.*

De educatione Polyanthea. Pius II. in ſuis operibus Siluius Antonianus 12. lib. Italicè, de educatione puerorum. pueritia triumphans, Chryſologus ſerm. 17 Iodocus Lorichius in theſauro. doctrina, S. Bernard. in tractatu de ordine vitæ. educatione, Siluius Antonianus. educatio puerorum, P. Puente tom 2. de perfect. tract. 5. c. 8. & 9. vocatur ad perfectionem à Chriſto. P Puente de perfectione tom. 1. tract. 2 c 7. pueritia educanda citò, P. Ioan. Torres Hiſpan. lib. 1. c. 6. pag 19. & 7. pag 21 de tribus pueris Zeno Veronenſ. tom. 2. Biblioth.

Pulcritudo.

Periculis plena, fugienda eſt. d. 66. 28.

Laudatur. d. 97. 1 & ſeq.

Humana periculoſa. ibid. 1.

Primam cathedram pulcritudinis Maria tenuit. ibid. 2.

Felix pulcritudo Deo dicata. ibid. 3.

Statim faſtidium generat. ibid.

Sine virtute vileſcit. ibid. 6.

Pulcra maximè punit Deus. ibid.

Oritur ex conformitate partium, Gen. 1. 31. *Septuaginta,* pulcra valde. *vera pulcritudo eſt probitas, Prou.* 31. 30. *coniuncta cum timore Dei eſt illuſtrior, Iudic.* 1. 8. 7. *Dan.* 13. 2. *in fœmina fatua non eſt commendabilis, Prou.* 11. 22. *allicit ad malum, Gen.* 3. 6. 6. 2, 3. 12. 11. 20. 2. *Eccli.* 9. 5. *Amabilior, Exod.* 2. 2. *paſcit oculos, Eccli.* 40. 22. *aliena fœmina pulcra non laudanda apud alios, minime verò apud potentes, Gen.* 12. 15. *Iudith* 10. 16.

Digitized by Google

16. illaqueat, 2. Reg. 11. 2. *Iudith* 10 17. *Dan.* 13. 8. *Abſalom non profuit, 2. Reg.* 18. 9. 14. 25. *parui fit à ſanctis, Pſal.* 44. 14. *Cant.* 1. 5. *Bernard.* 25. *Prou.* 31. 30. *Iſai.* 53. 2.

Dion. Chryſoſtomus in ſuis oratio. Ioan. Stobæus in ſentent. ſerm 63. & 64. Ioſephus Langius in Polyanthea. Laurentius Maſella de B. Virgine lib 7. cap 1. Lucianus in ſuis operibus. de ſpiritualis animæ pulcritudine Ioan. Vitalis in ſpeculo morali. de mundanæ pulcritudinis amore Mag. Fonſeca de amore Dei. cap. 41. periculum pulcritudinis, Magiſter Fr. Didacus Lopez part. 2. tract. 37. c. 3. & 4.

Punitio.

Punitionem impiorum differt Deus duplici de cauſa. d. 131. 15. & 16.

Punire peccatores citò genus pietatis eſt. d. 82. 17.

Punitio peccati nulla maior quàm in cruce. d. 84. 11.

Puniuntur etiam in hac vita peccatores diuerſimodè. diſc. 133. 16.

Opportunum ſaluberrimum eſt. d. 158. 12.

Sit apta & quaſi medicina culpæ. d. 162. 14.

Vide *Supplicium.*

Punitio iuſta eſt Deo gratiſſima, Ioſ. 7. 12. 3. *Reg.* 2. 31. *eſt quoddam ſacrificium, Exod.* 32. 29. *ſit congruens culpæ, Gen.* 19. 24. *Deut.* 32. 21. *Num.* 14. 34. 1. *Reg.* 15. 26. *Sap.* 11. 5. *diſcreta non inuoluat innocentes, Gen.* 8. 21. 9. 15. 16. 18. *Exod.* 52. 33. 9. 4. *Num.* 16. 24. 22. 26. 10. *Deut.* 23. 3, 8. 24. 16. *pares culpæ ſint pares pœnæ, Num.* 27. 13. *opportuna, non quouis tempore, ſcilicet tempore publicæ lætitiæ, 2. Reg.* 19. 22. 5. 11. 13. *quiſque puniendus ob propriam culpam, Ierem.* 31. 29.

Ioſephus Langius in Polyanthea. de punitione ad principem pertinente Buridanus in Politic. lib 2. q 4. Punire Deum peccata quaſi inuitum, Ioan. Lopez epit. ſanctorum lib. 4. c 12. vide *ſupplicium, ira Dei*, in verbo *Deus.* Auguſtinus, & habetur 24. q. 3. Can. corripiantur. Hieron. in Nahum, & habetur 32. q. 1. Can. quid ergo. Hieron. ad Ruſticum, & habetur de pœnitentia diſtinctione 3 cap. Achab.

Purgatorium.

Animabus quæ ſunt in purgatorio ſuffragia exhibere pium eſt & noſtra intereſt. d. 161. 20.

Purgatorij animabus ſuffragandi præclarum documentum in Iuda, ibid. 28.

Fides purgatorij robuſtum animum & firmum exigit. ibid.

Dolor animarum purgatorij quaſi ſomnus eius qui laborat incubo. ibid. 29.

In his iuuandis animabus fidei & ſpei & charitatis Chriſtianæ opera elucent. ibid. 31. & ſequentib. ex Scriptura conſtat locus purgatorij. ibid. 31.

Ingrati animabus purgatorij arguuntur. ibid. 33.

Eccli. 36. 11. *Matth.* 12. 32. *Bernard. ſer.* 66.

Anna Burgenſis in aſſertione fidei. P. Aloiſius de la Puente de myſterio fidei part. 1. medit. 36. Villegas tom 5. d. 65. Auguſt. tom. 10. ſerm 41. de ſanctis Bartholomæi Voluerdij Apologeticus, &c. P. Bellarmin. tom. 1. controuerſ. 6. lib. 1. S. Bernardin. tom. 2. ſerm. 64. Caiet. quæſt. duæ in opuſc tom. 1. opuſc 23. P. Franciſcus Coſterus in Enchirid. P. Franciſcus Suarez tom 4 in 3. part. P Roa. P. Gregor de Valentia. Ioan de Fano contra Lutherum. Iodocus Lorichius in theſaur. nouo theologico. de ſuffragijs Bernardinus Obicinus. purgat peccata Chriſtus, ita vt Deo placeat peccator, Mag. Fr. Didacus Lopez part. 2. tract. 24. c. 4. Tertull. in indice Pietas erga animas. P. Ioan. Torres de Principe lib. 3. c. 12. & 13. Hiſpanè. Purgatorij ignis timendus, Cæſar. Arelat tom. 2. Biblioth.

Puritas conſcientiæ.

De puritate conſcientiæ. d. 54. 22. & ſequent.

Reliqua verb. *Conſcientia.*

Purificatio, vide Maria.

Q.

Quadrageſima.

NOn eſt tempus triſte, ſed opportunum ad gaudia cæleſtia & nuptias, ratio redditur. d. 120. 2. & 3.

Quadrageſimalis ieiunij exempla Moyſes Exodi 24. 18. c. 34. 28. *Deut.* 9. 9. & 18. *Elias*, 3. *Reg.* 19. 8. *Chriſtus, Matth* 4. 2.

Guerrici Abbat. ſerm. 2. Dom in Ramis ſerm. 4. eiuſdem. Chryſolog. ſerm. 166 Abſalonis Abbat. ſerm. Alberti Patauini ſerm Ambroſij eremitæ conciones. S. Antonij de Padua conciones. S. Bernardini Senenſis conciones. Euſebij Emiſſeni ſermones. Hugo de S. Vict. tom. 2. Laurentij Cumelij collectio homiliarum priſcorum Patrum ſub nomine Biblioth homiliarum tom. 5. S. Leonis Papæ ſerm. 11. S. Vincentij ſermones Quadrageſimæ ieiunium quale, Theophilus Alexandr. tom. 3. Biblioth. Sanctos Patres è numero reliquos vide in fine indicis.

Quies.

Vide *Contemplatio*, vel *Vita.*

Ceſſatio à labore poſt longiorem prædicationem, Marci 6. 31. *vires reſtaurat; agri ſeptimo quoque anno vacant, Philo apud Euſeb. lib.* 8. *præparat. c.* 2. *finis eius animo & Deo vacare, Exod.* 16. 23. *Euſeb. citatus. Quies animi Deo grata & opportuna ædificio ſpirituali, figura.* 3. *Reg.* 6. 7. *Origen. Ioan. tract.* 12. §. 2. *non in rebus mundanis, myſticè Gen.* 8. 9. *columba figura iuſtorum, &c. eſt Dei ſedes* 3 *Reg.* 19. 12, 13. *Deo gratiſſima.* 1. *Timoth.* 2. 3. *non eſt perfecta in hac vita, Cant.* 5. 2. *Bernard. ſerm.* 23. *Iob* 7. 4. *idem Bernard. appetitur, Cant.* 1. 17. *Bernard. ſerm.* 46. *aliena non turbanda, Cant.* 2. 7. *pugna inter carnē & ſpiritum, Galat.* 4. 29. *Gen.* 15. 22. 27. 42. *Orig. hom.* 7. *Gen. & hom.* 12. *quieta vita poſtulanda à Deo in orationibus communibus,* 1. *Timoth.* 2. 2. *quietem parit pietas & caſtitas,* 1. *Timoth.* 2. 2.

R.

Redemptio.

REdemptio noſtra multi ſtetit Chriſto, quia nobis, non ſibi comparabat. d. 16. 25.

Redemptionis neceſſitas viſa eſt ex legis iuſtitia & ſeueritate. diſc. 107. 2.

Superabundans redemptio. d. 89. 11.

Vide *Chriſtus*, & *Saluatio.*

Ad eam non ſatis niſi Chriſtus. figura, 4. *Reg.* 4. 31. *ob eam Deus maximè laudandus, Iſai.* 48. 20. 49. 13. *promittitur, Iſai.* 55. 12. *Chriſtus redemit omnes,* 1. *Tim.* 2. 6.

Ioſephus Langius in Polyanthea nouiſſima. de redemptione humani generis. P. Arias de imitatione Chriſti tract. 2. Italicè & Hiſpan. Ioan. Driedan. tom. 1. Granatenſis in Symbolo part. 3 & 4. Hiſpan. & Italicè, & in compendio eiuſdem Titelmani contemplat. 10. Viperanus tom. 1. Granat. in Dom Palmarum, & fer. 6. in Paraſceue. Chriſti redemptio omnes obligat & ſingulos, P Mag. Fr. Didacus Lopez part. 1. tract. 15. c. 12.

Recidiua.

Recidiuæ mala. d. 36. 31. & 112. 16.

Vide *Peccatum, Gratia, Lapſus, Occaſio.*

Figura, Leuit. 13. 7. 14. 40. *Tertullia.* Pudicit. c. 20. *turpe redire ad vitia, Prou.* 26. 11. *Ierem.* 2. 36. *Pharaon ſæpe rediit ad obſtinationem, Exod.* 8. 19. *Iſrael ad idola, Iud.* 2. 18. *Oſea* 10. 11. *væ recidenti, Iſai.* 1. 4. *Ierem.* 2. 36. *Oſea* 7. 11. 10.

Rex.

Quanto amore debet regnum proſequi diſcat à Chriſto. diſc. 14. 16.

Punitiua iuſtitia indiget Rex, ibid. 18.

Iniquos iuxta ſe non patiatur. ibid.

Diſtributiuam iuſtitiam ſeruet, ibid. 19.

Liberalitate. ibid. 19.

Suas obſeruet leges. d. 17. 8.

Regis proprietates & ſigna. d. 22. 1. & ſequentibus, maximè num. 5 & 6.

Onerosa dignitas. ibid. 6. & 24. 25.

Conſcientia peccati terret regem. d. 22. 16.

Regnum & reges in curru Ezechielis deſcribuntur. d. 24. 14.

Vigilent

Vigilent contra vitia. d. 182.8.

Præcedat exemplo. d.14. 26.

Regis defectus. d. 28.10.

Improbus miniſtros iuxta ſe ne patiatur.d.54.16.

Proprietates.d.132.3.

Non differat confeſſionem & pœnitentiam vſque ad extremam horam.d 55.11.

Peccata regum.d.106.5.

Regum gratioſi quo ſe pacto gerere & temperare debeant. diſc. 73.10.& 11.

Non ſe extullat, abiicietur à Deo. d.75.37.

A nouis tributis abſtineat. diſc. 137.13.

Gratioſos ſibi & amicos ſeligat, ſed non flagitioſos.d.76.9.

Regis miniſtri quales.ibid.

Specialem gratiam & beneuolentiam alicuius regere regem nopottebit.ibid.22.

Reges & regna Deus quocunque vult transfert.d.155.8.

Sit in primis ſapiens, diſc. 177. 21.

Regnum ſpirituale in quo ſit,& quid præſtare debeat homo.ibid.

Decet reges cognitio ſui & abiectio interna.ibid.22.

Reges incurioſi erga regnum ſuum.d.178.11.

Reges omnium ſunt indigentiſſimi.d.180.10.

Tributa & poſtulata qualia ſint. ibid.

Rex facilem ſe præbeat vt animos ad ſe trahat.d.184.14.

Deus auctor, & elector præcipuus, Eccl. 17. 14. *Deut.* 17. 15. 1. *Eſdræ* 1. 2. *electio qualis*, *Deut.* 14. 17. *ne ſit alienigena*, *Deut.* 17. 14. *inauguratio*, 3. *Reg.* 1. 11. 4.9, 13. *Deus definit ſpatium vitæ eorum*, *Dan.* 5. 26. *Rex ſapiens Dei donum*, 3. *Reg.* 10.9. *Deus humillimum conſtituet ſi velit*, *Dan.* 4. 14. *Falſo in deligendo*, 3. *Reg.*1.7. *ex Deo poteſtas Regum*, *Eccl.*17.14.

De rege Alphonſus Aluarez in theſauro Chriſtian Religio. Azor inſtitutionum moralium tom 2. lib. 11. Iodocus Lorichius in theſauro nouo theologico de regibus Iſraël & temporum Chronologia in quo regnarunt, Richardus de S. Vict. part. 2. tract. 3. & P. Gordonius tom. 1. de regis & Monachi comparatione Ioan. Chryſoſt. tom 5. P. Bellarmin. in Apologia contra Regem Britanniæ c. 3. & 4. inſtitutione. Hieron. Oſorius Rex non abutatur bonis ſubditorum, Mag Fr. Didacus Lopez part 2 tract. 40. c. 2. Regum ſalutem amat Deus, Marquez in Pſalm. 136 conſideratione 1. titull. Sapiens ſit, P. Ioan. Torres. Hiſpan. de Principe lib. 6 c. 1.2. & 3. largitas, pietas, lib. 21. cap. 2. & 3.

Regnum.

Regna ventis comparantur. d. 51. 5.

Inſtabilitas regnorum, eis ludit quaſi pila Deus. ibid. 5. & 6.

Regnum Chriſti in minimis conſtitit. d. 52. 12.

Rex iniquus ironicè deſcribitur. d. 136.4. dotes eius in ſumma referuntur. ibid. 5. & d. 137.3.

Regni incommoda,& vitia operit rex ſapiens, inſipiens auget. d. 178. 11.

Religio.

Religionis Chriſtianæ medulla in quo conſiſtat.d. 46. 2.

Externa ſit & interna ſimul. ibid.3.

Solus Deus religioſo cultu dignus d. 98. 2. & 3.

Religio inprimis habenda. diſc. 184.1.

Religio Chriſtiana in quibus ſuam ſanctitatem conſtituit. d. 46. 8. & 9.

Studioſi ſunt mortales ſui cultus & ornādæ domus, ſed inertiſſimi ad cultum diuinum. d.175.1.2.& 3.

Vide *Virtus*.

Initia, *Gen.* 3. 3. *Enos nepos Adami primus Deum inuocat*, *Gen.* 4. 26. *Noe*, *Gen.* 8. 12. *Abraham*, *Gen.* 12. 8. 7. *Zelus*, 2. *Eſdræ* 1. 4. *Religio commendatur*, *Iſai.* 36. 1. *curatur*, 1. *Eſdræ* 3. 2. 1. 4 *eſt radix omnium bonorum*, *Num.* 23. 21. 3. *Reg.* 9. 4. *robur & oſſa reipublicæ*, *Ierem.* 50. 17. 4 *Reg* 25.9. *rex religioſus fortunatur*, 2. *Paralip.* 31. 21. *ſtabilitur religione*, 2. *Reg.* 7. 12.3. 9. 7. *ſaltat coram arca Dauid*, 2. *Reg.* 6.

S. Thom. 2. 2. q. 81. & 189 P. Franciſcus Suarez in duos tom & alter deſideratur, ſed mox dabitur Hector Pintus in 1. part ſuorum dialogor. Hiſpan. & in 2 part. Italicè. Ioan. Vitalis in ſpeculo morali Iodocus Lorichius in theſauro Ioſephus Langius in Polyanthea. P. Leſſius de iuſtitia lib 2. c 36 Matthæus Fabianus Italicè in ſpeculo. Thom. Bozius de ſignis Eccleſiæ ſigno 15 Azor inſtit. moral. tom. 1. lib. 9 Tertullian. in indice. religio Principem decet, P. Ioan Torres lib 2 de Principe cap. 3. Hiſpane & cap. 4. &c.

Religioſa familia.

Religioſa familia ſchola perfectionis, proficiendum in ea. d. 96. 21.

Encomia eius, eſt enim ſepultura Dominicæ paſſionis.ibid. 22.

Dignitas, & excellentia, *Leuit.* 20. 26. *figuratur & adumbratur*, *Gen.* 12.1. 2. 6. *Num.* 23. 9. *Tertul.* 35. 6. *religioſus diſcedens ab officio peior eſt ſeculari*, *Ierem.* 9. 26. *laudatur myſticè*, *Pſal.* 83. *præſtat coniugio*, *Iſai.* 56. 4. 7. *perpetuitas myſtice*, *Exod.* 21. 6. *non ſatis eſt incipere & vocari*, *Ierem.* 11. 15.12.13. *Origen. hom.* 7. *beatus cui Dei voluntas innoteſcit*, *Baruch* 4. 4. *illorum fundatorum inſtituta non deſerenda*, *Deut.* 19. 14. *Oſeæ* 5. 10. *Poſteri aliquando degenerant à maioribus*, *Deut.* 32. 17. *Mal.* 2. 5. *ſemper videtur declinaſſe à feruore*, 1. *Eſdræ* 3. 13. *à ſimili. Commoda religionis*, *Ierem.* 17. 8. *tranſplantata arbor à ſæculo*, *&c.* *Ezech* el 16. *Origen. hom.* 6, *accomodatur*, *fundatoribus Deus multa reuelat*, *Gen.* 18. 18 19. *Deus eligit fundatores*, *& eorum familias auget*, *Iſai.* 51. 1. *Gen.* 12. 2. *imitandi*, *Iſai.* 51. 1, *illorum ſtatuta non deſerenda*, *Deut.* 19.14 *Oſeæ* 5. 10.

De religionis ſtatu, vtilitate, &c. P. Hieron. Platus à principe non contemnenda ne a Deo contemnatur, Aſtulphus in additione ad officinam hiſtoricam per priora 5 cap. Italicè. Perſeuerantia, Ioan. Trullus in ordine Canonic regular. lib. 3. Ioan. Lopez in epit. SS. lib. 15. cap. 1. vſque ad 7. exhortationes, S. Ephrem tom. 2. Gerſon part. 1. P. Aluarez de Paz tres hom. de inſtructione vide Fabianum. de bono religionis, P. Plat. P. Puente tom. 3. de perfectione tract. 4. c. 9. & 10. & de ingreſſu tract. 5. c. 2. & 3 de fundatione varia in diuerſos fines. P. Puente tom. 3. de perfectione tract 3. c. 3. & c. 4. & 7. & cap 9 de bono religionis & votorum trium P Alfonſus Rodriquez tom. 3. tract. 2. Hiſpane. & P. Puente tom. 3. de perfectione tract 3. c. 1. & 2. &c.

Religioſus.

Deſcribitur in tribus votis. diſc. 17. 3.

Quàm libenter Chriſto duce religioſam vitam amplectuntur tam viri quàm virgines. d. 29. 4.

Religioſus inſanus dicitur qui viuendi rationem ſemel acceptam non æſtimat. d. 116. 3.

Religionem ne adeas niſi præduce ſpiritu. d. 120. 4.

Felix ſors eius qui ſe dedit Chriſto, non ſæculo. d.71. 16.

Ne profana agat negotia qui negotia ſalutis agit. d.174. 25.

Quæ negotia agere debeat. ibid. 26.

Vide loca Scripturæ ſuprà verbo *Profeſſio*.

Vide plura ex verbo præcedenti. De inſtructione & profectu Religioſi Antonij Senenſis opuſculum. Andreæ Capellæ. S. Bonauentura in opuſculis tom. 4 S. Catharinæ Senenſis Dialogi. P. Franciſcus Suarez de religione. P. Hieron. Platus. Iodocus Lorichius in locis communibus. P. Iacobus Aluarez de Paz in tribus tomis. de vita ſpirituali. de ſtatu, vide *Status*, & Fabianum quinam eligendus P. Puente tom. 3 de perfectione tract. 5. c. 10. & 11 & 12. lætitiæ cauſæ c 15. de ſtatu, P. Puente tom citato in verbo *Status*. & de myſteriis fidei Hiſpanicè part. 6. medit. 46. & 48 Auguſtinus triumphus in ſum. de poteſtate Eccleſiæ à q. 102. &c. Azor inſtitut. moral tom. 1. lib. 12. P. Gaſpar Aſtete in inſtitutio. iuuenu. Chriſtian part 2. P Gregorius de Valentia de rebus fidei controuerſis. P. Leſſius de iuſtit. lib. 2. c. 41. religioſorum ſpeculum lib. dictus Hiſpanè *de ſeo ſo*, deſiderādus. Hieronym. Gratian. Hiſpanicè. non ſibi, ſed Deo viuat, P. Puente tom. 3. de perfectione tract. 3. cap. 2. præmium multiplex, tract. 3. c. 10. & 11. & 12. ingreſſus tract. 5. c. 2. &c. & tract. 7. cap 5. Religioſorum exhortatio, Cæſarius Arelatenſis tom 2. Biblioth.

Reliquiæ.

Reliquiæ ſanctorum cur diutius apud nos ſunt.d.27.12.

Vtilitates & commoda noſtra ex earum præſentia & veneratione. ibid.12.13.& 15.

Pallium Eliæ, 4. Reg. 2. 13. lectus Eliſei, 4. Reg. 4. 21. baculus, verſ. 29. oſſa Prophetæ, 4. Reg. 23. 18.

In decretal. lib. 3. tit. 45. vide etiam comment. & deciſiones in eaſdem. Franciſcus Agricola. Franciſcus Coſterus in Enchirid. Ioan. Hofmeiſter in dialogo. Iodocus Lorichius in theſauro nouo theolog. Petrus Auratus in paradox. Theophilidus. Abb. in Biblioth veterum Patrum tom. 1. D. Sanchius Dauila Epiſcopus Giennenſis, & Saguntinus. Hiſpan. contra impugnatores. Alanus Copus dialog. 3. Thom. Bozius ſigno 62. Berengoſij ſerm. in Biblioth tom 2.

Renuntiatio.

Renuntiatio. d.30.34. & ſeq.

Libenter renuntiant omnibus iuſti.d.49.9.

Renuntiatio rerum temporalium veræ diuitiæ ſunt.d 62.8.

Quid per reliquias operetur Deus, vt pallium Eliæ, 4. Reg. 2. 14. oſſa Eliſei, 4. Reg. 13. 21. fimbria Chriſti, Matth. 9. 20. & 14. 36. ſudaria Pauli, Actorum 19. 12. vmbra Petri, Actorum 5. 15.

Tertullian. in indice ſuo videatur. B. Dorotheus doctrina in Orthodoxographis ſanctorum Patrum tom 1. Franciſcus Hufnagus. Granat. in ſilua. P. Iacobus Aluarez Paz tom. 1. & 2.

Reprobatio, & Repudium.

Quid ſit.d.19.4.

Cauſæ eius. ibid. 12.

Ad quid reprobi ſinuntur viuere. ibid. 13. & 14.

Reprobationis indicium verbum Dei non audire. d. 107.20.

Repudium Synagogæ & multa de hoc d.39.1.& 2.

Repudium ancillæ quatenus liceret, Exod. 21. 8. Deut. 21. 14. alia lex repudiatæ nubentis, Deut. 24. 1. & 2. ob fornicationem, Tertullia. Emg. Ribera, alia lex contra repudiantem falſo, quia virgo non eſt inuenta, Deut. 22. 14.

D. Thom. 1 part. P. Suarez tom 1. tract. 2. in 1. part. Alex. Alenſis in ſum. part. 1. q. 29. Ambroſ. Catherio Franciſcus Carzagena. Petrus Trigoſius in S. Bonauent. P. Ludouici Molinæ concordia P. Pererius in Exodum, vbi de duritia. P. Vaſquez 1. part. de cognitione reproborum. Ioan. Ludouicus Vibaldus. Tertullian. in indice Repudium.

Renouatio.

Difficultas renouationis & quomodo ſuperanda. prælud. 1. 1. & ſequent.

Spem renouationis ab initio dedit Deus. ibid. 5.

Officina renouationis & auctor Chriſtus in præſepio.d.7.2.& 3.

Renouatio per baptiſma, & quæ cauſæ concurrunt. d. 11. à num. 1. 2. 3. & in ſequentibus.

Renouatio hominis facta eſt ſubiugatis quatuor tyrannis, & affectibus prauis. d. 53. 4. & 6.

Renouationis locus & ſpes regnis & regibus pretioſior. diſc. 37. 19.

Renouatio noſtra quos dolores & ærumnas attulit Chriſto. diſc. 44. 5.

Eccleſiæ renouatio per Chriſtum. d. 156. 9.

In renouatione hominis ſibi honorem & homini dignitatem eximiam contulit Deus. d. 165. 1. & 3.

Renouandi hominis conſilium apud ſe meditatur Chriſtus deambulans. d. 177. 1.

Renouatio templi & animæ à Chriſto vero duce fit. d. 174. 1. 2. & 3.

Renouatio templi ab Eccleſiaſticis incipiat. ibid. 8.

Renouatio hominis facta à Chriſto in paſſione ſua recreat animam contemplantem. d. 185. 2.

Renouationis à Deo factæ, æternæ debent eſſe gratiarum actiones. ibid. 3.

Renouatio de die in diem, hoc eſt, de virtute in virtutem, facilis, de peccato ad gratiam difficilis. ibid. 4.

Non parum iuuat doctrina renouationis, & ſtudium eam conſequendi. d. 186. 18.

Renouatio ſpiritus, Pſal. 76. 11. Iſai. 8. 6. Zach. 3. 4. 5. ſuadetur, Ierem. 4. 3. Oſeæ 10. 12. Rom. 6. 6. 7. 6. qualis, Gen. 35. 2. Iſraelis nomen renouatur, Gen. 35. 10. iuuat vitare quæ maculant myſticè, Exod. 32. 21.

Tertullianus de pallio à cap. 2. & 3. & 4. de renouatione per pœnitentiæ Sacramentum P. Luiſios à Puente tom. 1. de perfectione tract. 3. c. 12. & 11. permouet & perficit iuſtos, P. Puente ibid tract. 2. c. 8. de hac mirabili renouatione Mag. Fr. Didacus Lopez part. 1. tract. 36. c. 3. Hiſpan. Difficilis eſt renouatio c. 2. Deo gratiſſima, c. 3. opus eſt ad renouationem creaturas deſerere veteriimas, c. 4. generis humani reparatione in auctuario Biblioth. vet. Patrum tom. 2. quæſtionum abſolutio, S. Auguſtinus ſeu alius tom. 10. in appendice ſerm. 45. renouatio animæ gratior eſt & plena gaudio, Marquez in Pſalm. 115. conſideratione 2. verſ. 5. Hiſpan. renouatio ſemel adepta ſedulò conſeruanda, Marquez ibid. conſideratione 2. verſ. 4. mirabilis renouatio, idem conſideratione 1. verſ. 5. renouatio fit à Deo copioſius & mirabilius quam cùm defeceramus, Marquez in Pſal. 125. verſ. 8. conſideratione 5. nouitas vitæ, Ioſephus Langius in Polyanthea. nouitius in ſanctis exercitiis, Ioan. Truſſus in ordine Canonicorum regularium lib. 2. inſtructione, idem ibidem per totum. Dauidis de Auguſta formola. Regual & inſtruct. S. Bonauent. opuſc. tom. 4. Zelo & feruore Gerſon. part. 3. ad nouitios exhortatio, Dionyſius Carthuſian. S. Ephrem, Parænеſi tom 2. Martini de Lauduno exempla exhortatoria de reformatione interiori Gerardi Zuphan opuſc in auctuario Biblioth. veter. Patrum tom. 2. de charitate quam obſeruare debet erga prælatos P. Alfonſus Rodriquez tom. 3. tract. 7. Hiſpanè.

Res, & bona temporalia.

Rerum viciſſitudo ex triplici pendet motu. d. 179. 14.

Vide *Bona temporalia.*

Reſpublica.

Vera reſpublica à ſolo Chriſto formatur, gubernatur. d. 10. 6. & ſequent.

Qui ſunt à republica exturbandi. ibid. 9.

Peccatis ruit reſpublica. d. 133. 15.

Tribulationum reipublicæ cauſæ multæ. d. 10. 17.

Commune eius bonum amandum. d. 18. 29.

Reipublicæ caput aberrare facit populum. d 24. 27.

Optimè conſtitutæ ſimulacrum & forma. d. 133. 3.

Reipublicæ mala auget rex inſipiens. d. 178. 11.

Vide *Regnum.*

